


2-34-7670

71-5

1a 2-4.

Bibliografía	Reservatoria
Clasificación	A
Sala	2 ^a
Estante	2F
Tabla	
Número	34

408 40 ~~3000~~ 1933







BIBLIA SACRA VETERIS ET NOVI TESTAMENTI, iuxta vulgatam, quam dicunt, editionem:

~~.....~~
~~.....~~
~~.....~~
~~.....~~
~~.....~~

Porro characteres seu signa quæ legenti passim occurrent, epistola nuncupatoria tertio ab hinc folio manifestabit.

~~.....~~
~~.....~~
~~.....~~
~~.....~~

Autore Renato Benedicto, Andegavo, doctore Theologo Parisiensi.




*Ex commissione Officij S. Inquisitionis
liber iste expurgatus est ad præscriptum in
dicis expurgatorij anni 1707. Exanato die 16
Junij anni 1712*

LVTETIAE,

Apud Ioannem Macæum, sub scuto Britanniaë,
in monte D. Hilarij.

1565.

Cum priuilegio Regis.



Extrait du priuilege du Roy.

PA R priuilege du Roy est defendu à tous libraires, imprimeurs, & autres qu'il appartiendra, en quelque sorte & maniere que ce soit, d'imprimer, ou vendre vne Bible en Latin, intitulee Biblia sacra veteris & noui Testamenti, cum annotationibus Ioannis Benedicti, doctoris theologi Parisiensis. Laquelle Bible a autresfois esté imprimee, & de nouveau est recorrigee & augmentee d'annotations par ledict auteur: & approuuee par les Docteurs de la Sorbonne, sinon à Iean Macé, Libraire iuré en L'uniuersité de Paris: & ce pendant six ans entiers & consecutifs, apres la premiere impression qui en sera faicte, ainsi recorrigee & augmentee d'annotations: à peine de confiscation de ce qu'il s'en trouuera d'imprimees ou vendues au contraire, & d'amende de arbitraire: ainsi qu'il est plus amplement contenu aux Lettres de priuilege, sur ce donnees à Paris le 5. iour de May lan 1562.

Par le conseil

DE COURLAY,

ORDO, NUMERVS, ET NOMINA LIBRORVM VE-
teris Testamenti iuxta Hebræorum traditionem.

Hebræi in librorum veteris Testamenti distinctione alium quàm Latini ordinem obseruant. Totum enim veteris instrumèti corpus vocat עשרים וארבע, hoc est Efrim verba : quod est viginti-quatuor. Tot enim in suo canone indubitatae authoritatis habent libros, quos in quatuor diuidunt partes: scilicet תורה legem, נביאים ראשונים prophetas priores. נביאים אחרונים prophetas posteriores, & כתובים scripta, hoc est hagiographa.

תורה Lex quæ תומש, id est quinarius, Græcè πεντάτευχος, pentateuchon in quinque Moyfi libros diuiditur.

בראשית	Beresith, id est, In principio.	1. Genesis.
ויאל חשמות	Velle femoth, id est, Et hæc nomina.	2. Exodus.
ויאל חשמות	Vaiedaber, id est, Et vocauit.	3. Leuiticus.
ויאל חשמות	Vaiedaber, id est, Et locutus est.	4. Numerus.
ויאל חשמות	Elohadabarim, id est, Hæc sunt verba.	5. Deuteronomium.

נביאים ראשונים, Prophetæ priores diuiduntur in quatuor libros.

יהושע	Iehosua.	6. Iosue.
שופטים	Sophimim.	7. Iudicum.
שמואל	Semuel, vel Samuel.	8. Primus & secundus Regum.
מלכים	Melakim, vel Malachim.	9. Tertius & quartus Regum.

נביאים אחרונים Nebiim Aharonim, Prophetæ posteriores in 4. libros.

ישעיה	Iesaias.	10. Isaias.
ירמיה	Iirmeia.	11. Ieremias.
יהזקאל	Iehezkel.	12. Ezechiel.
תריסר עשר	Tere Eser.	13. Duodecim prophetæ minores, qui sunt.
הושע	Hoscea	Hofee
יואל	Ioel.	Ioel.
עמוס	Amos	Amos.
עבדין	Obadia.	Abdias.
יונה	Iona.	Jonas.
מיכה	Micha.	Michæas.
נחום	Nahum	Nahum.
הבקוק	Habakuk.	Habacuch.
צפניה	Zephania	Sophonias.
חגי	Haggai.	Haggæus.
זכריה	Zacharia.	Zacharias.
מלאכי	Malachi.	Malachias.


כתובים Cetunim, Scripta seu Hagiographa, in vndecim libros.

דברי הימים	Dibre haiamin	Verba dierum.	14. Paralipomenon, 2. libri.
תהלים	Tehilim.	Hymni.	15. Psalterium.
משלי שלום	Misse Salomo.	Parabolæ Salominis.	16. Prouerbia Salomonis.
איוב	Iiob.	Iob.	17. Iob.
רות	Ruth.	Ruth.	18. Ruth.
קהלת	Koheleth.	Concionator.	19. Ecclesiastes.
איכה	Echa.	Quomodo.	20. Threni.
שיר השירים	Sir hasirim.		21. Canticum canticorum.
אסתר	Esther.		22. Esther.
דניאל	Daniel.		23. Daniel.
עזרא	Ezra.		24. Esdras & Nehemias.

LIBRI SEQUENTES NON SVNT IN CA-
none Hebræo, ab ecclesia tamen recepti Christiana.

1. Liber Iesu Sirach, id est, Ecclesiasticus.
2. Iudith.
3. Tobias.
4. Machabæorum libri duo, quos Hebræi in suis historiis vocant Hafmonai.
5. ~~Sapientia Salomonis~~
6. Sapientia iuxta Græcos Salomonis, iuxta alios Philonis.
7. Baruch, Ieremiæ scriba.

Diuisio veteris testamenti secundum Latinos.





[Faded, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Renati Benedicti Andegavi Parisiensis Theologi
EXHORTATORIA AD LECTOREM ADMONITIO.



SATANA, id est Dei omnipotentis gloria & hominum salvis hostis, in hoc perniciosissimus astus deprehenditur, quod animadvertens, alta & subtili sua qua plurimum potest malitia, mortalium salutem & veram felicitatem, ex Dei omnium rerum authoris, conservatoris & prorsus cognatione vera per fidem, & recognitione sincera per charitatem, de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta pendere: hacque universa verbo Dei securo, certo & saluifero fundamento niri & sulciri, ab eo semper, omni qua potuit via & ratione, homines abstrahere & renocare tenavit. Senti enim, & sepius expertus est callidus & versipellis ille draco eum omnem qui verbo Dei armatus & insignitus fuerit, victoriam reportaturum, & per Dei gratiam, Christi que potentissimum meritum ed conscientiarum beatum, unde ipse miserimus deiectus est. Sic enim scriptum est: Hec est victoria qua vincit mundum fides nostra: Item, Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam & adepti sunt repromissiones. Item & illud: In omnibus sumite scutum fidei, in quo positis omnia tela nequissimi ignea exstinguere. At certum est fidem esse ex verbo Dei, illud ipsum confirmante Apostolo bis verbis Romanorum decimo capite. Fides est ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Aut igitur satana succumbendus est, aut homines sunt verbo Dei destituenti & expoliandi. Hinc ideo omnes semper nervos invidi, atque suas cogitationes & consilia convertit, ut verbum Dei cuius certa & gloriosi nusquam non est victoria ab hominibus exularet, & veluti aliquid peregrinum, imbecillum, inutile, molestum & fastidiosum (cum tamen nihil eo sit dulcius, venustum & gratum magis eis, qui cum ipso familiaritatem inierunt) contemneretur & eiceretur, vel etiamnum videretur & blasphemaretur. Hoc autem ut consequerentur ea universa abicienda & explodenda, aut saltem obscuranda & abusu perniciosi corrumperenda curavit non imprudenter, quia Deus bonus, nostraeque salutis cupidus instituit ea media, quibus verbum suum hominibus communicaretur, & in ipsis conservaretur, haerere que perpetuo ad eorum salutem. Ea autem media sunt predicatio verbi Dei, lectio scripturarum sacrarum, & mystica fidei religionisque Christiana professio, per traditiones, ceremonias & varium purumque cultum Dei externum, ab eis qui ecclesiam fundarunt instituta, edicta & praecepta. Semper igitur nixus est satanas harum mundi maligni tenebrarum imperator & rector, homines ne fidem per verbum Dei conciperent, impedire, vel eoslem a fidei gratia & munitione deicere & deturbare, aut saltem eos ita deludere atque insinuarere, ut sola aliqua persuasione nuda verbo Dei innixi, & religionem Christianam proficientes, hypocritas quam Christianos & Dei electos magis referrent, cum sint sicut infructuosa, folius solum decorata puer, arbor illa quam non plantavit pater caelestis, quae tandem eradicabitur, & palmes non ferens fructum, qui tandem exciditur, & in ignem mittitur. Non siquidem baptizatis & ablatis Christi sanguine, sufficit ad salutem sine operibus fides, sine quibus, non minus quam corpus sine anima, mortua est: demonum magis vana quam electorum saluifera fides dicenda. Impium autem suum propositum, ut ad exitum perduceret, satanas, vel ministros & predicatores verbi Dei, fixa, firma, & lucentia sidera, per tyrannos suos iniquitatis atque impietatis ministros persecutus est, & confecit: atque eorum loco, suos planetas exurgere fecit, vel sacrarum scripturarum volumina eiici exurisque, aut abscondi, obscurari, saltemque impia & perniciose expositione conspurcari & corrumpi curavit, vel denique omnem cultum Dei externum & manifestum exhiberi & conculcari adnixus est. Deus autem summa sapientia (quam vincere non potest satanae malitia) nullius quidem egens, sed hominum salutis amantissimus, etsi neminem nisi volentem felicitate donat, ad eamque trahit, tamen nunquam cessat delusu faciles & imbecilles homines miseratus, eosdem ad verbi sui societatem & ascriptionem, ut eius victoriae & gloriae fiant participes, vocare. Qui enim sepius interro pulsu ad se vocat homines singulos Deus aeternus, publica omnibus salutis media constituit, in pastoribus, doctoribus, & aliis

directoribus populi, cui & non sibi eos vivere oportet: memores quod omnis gratia & Dei donum ad ecclesiam edificationem debet
referri, sicut etiam quod omnis vocatio (quae sola homines alioqui aequales distinguit) ad fidem requiritur. Quum enim homines qui
animo & corpore constant propter inmatam ipsi ex peccato cum ignorantia infirmitatem, & oppugnantur non paucorum vio-
lentiam, directoribus indigent, ipsi dirigendis & gubernandis ipse simul & necessitate quidam praestantiores, a Deo sunt pro-
fecti. Alii quidem in quantum purgent, illuminent ad Deum & proximum amandum, & in omnibus studiosè agendum doceant,
verbum Dei & factum intendunt, ut theologi proprio vocabulo consentur. Alii verò ut in societate civili bene, iuste, honestè, beatèque
vivatur, nemini iniuria inferatur, & summi cuique reddatur, constituti sunt. Hi Reges, Imperatores, & alii ex officio numeribus
constituti sunt. In toto homine agitur omnibus animi & corporis potentis, partibus & organis, sua munera sine
errore obsequantibus: sic beata erit Respublica, in qua pastores theologi, cum regibus & aliis principibus, eorumque vicariis ma-
gistratibus, Dei (cuius in regendo populo vices gerunt, eidem etiam de sua administratione rationem reddunt) salutis propriae &
Respublicae in qua praesentent memores officio decerunt. Illi enim leniter ad honestatem civilem, & ad salutis portum verbi
Dei praedicatione electis semper gratissimè, faciles, & quietos perducunt: hi verò rebelles, schismaticos, haereticos & quoslibet
republicam, in eaque pacificum conuictum turbantes, gladio quem non sine causa, sed in vindictam malorum & honorum
protectionem ferunt, excident & tollent. Nec duo sanè superiorum hominum genera si conueniant, & in suis vocationibus, di-
gnitatibusque non torpescant, nec eisdem abitantur, fieri non potest quin honore Dei amplificato, religione domini nostri Iesu
Christi pura verè cognita, conseruata, & adhaerentibus, scilicet in illis in finem civium delutescentibus,
atque quoridie magis ac magis grassantibus factionibus, & dissensionibus funditus sublati, Respublica floreat, & per-
petuam felicitatem consequentes, veram ipsi sibi comparant laudem. Contra verò, si in avari, quae sunt summi periculi ambitio, de-
licias, otium & auaritiam sectentur, nunquam pacatam tranquillamque Respublicam videbimus, non in qua quàm firmè volen-
do, ei corpori in esse non valet, quod affectus & obsequia habet praecipuas & digniores sui partes. Hinc enim, vana vultu vestra habet
& fundi publici extrema calaxitas, quod qui aliis superiores sunt, vocatione & dignitate (dolorum autem est, quod scilicet, vultu
comperitur esse ecclesiastici quid enim tam cognitum dissimulamus malum, quod nisi breui curetur, certum nonnullum exitum
satis esse sibi putant, si delutescant in auctoritate speciosi vocabuli, cum sint interim tepidi, frigidi, aut etiam nulli in suis obsequiis
minimis. Quae sanè res tantum apud omnes ordines odium offensionemque ipsi concitat, ut nemo sit pœdè iudicij sani & Respu-
blica amat, qui non & quidem vehementissimè indignetur, cum videat eos, qui nullis bonis disciplinæ, aut auctoritatis instri-
sunt, qui potius vicia, moribusque palam denigrati sunt, primos omnium conferunt, & gloriam, otium (cum nullum vi-
quam egerint videri, honestumque negotium) cum dignitate iniuste obtinere & superbe, cum bonorum & doctorum virtutum Respu-
blica, vtilium, vel etiamnum necessariorum indigno & intolerabili prorsus contemptu habere. Illi siquidem tanquam religio Chri-
stiana quippiam scenicum & fabulosum esset, sola externa curant: si tamen etiam illorum plerique, rerum talium, vllam curam ge-
runt, ventrem suum & non ipsam religionem agnoscetes, amantes, & consecrantes. Perim in hac tanta, & tam abhominabili de-
solatione hoc me plurimum consolatur, quia Deus non irridetur, qui quum volet à talibus impiis & laeuatis mactetur, à suis,
& ignauo peccore mercenariorum furum, & etiam inoporum sua ecclesiam perperabam & liberabit. Esto autem communis error,
excitavit de curatore tamen tam, exitiosus languoris, & de officio singulis praestando, cogitandum tandem est, & quidem prorsus neces-
sarium illud est, si subsistere volumus. Hoc autem in negotio, & praestando ex vocatione propria, Respublicae officio primi esse debent
ecclesiae pastores & doctores, per verbum Dei, quod solum vniuersos reformare verè poterit praesentibus moribus, tam in seipsis, quam
in aliis meliando. Debent enim (in damnari à Deo, & ab hominibus exhiberi velint) episcopi & reliqui pastores, oratione, praedi-
catione, vitae exemplo: ut etiam doctores diligenti scripturarum sacrarum percurratione & declaratione, & declaracione, & declaracione, & declaracione, &
Dei veritatem hominum peccatoribus inferere atque infirmare, & ab eisdem impietatem, ignorantem, errorem, deprauationem,
corruptionemque vniuersam auellere, excerpere eicereque. Ardeat siquidem pro religione leuis populus apparet, sed nisi verbo Dei
conseruetur, statim videbitur tepere, frigere aut etiam congelare. Nihil enim habet diuturnum & constans populus, sed iugis conti-
nuèque in ipso dirigendo necessaria est compulsio. Debent igitur pastores doctoresque verbo dei puro, constanti & continuo propo-
nendo, satane vassitatem dolorem in scriptura sacra corrumpenda & perniciosa & exponenda, proponenda detegere, si suis egregiis
sibi que consultum cautumque velint. Hoc autem melius & certius fieri (vna quidem sententia) non valet, quàm si pura scriptura
sacra quasi postumino repetatur, & ab infirmis, quibus obscurata & conspurcata est haereticorum perniciosa expositio, ab epi-
scopis, & theologis doctoribus, legendo, scribendo atque praedicando vindicetur. Illa namque catholica & pio sensu propofita, nullo
negotio aperiantur, & vltimum cuncta haereticorum scripturam sacram praetextam techna. Hoc vident satis, & ad id totis vi-
ribus sese accingunt p̄i & docti qui que, tam pastores pascentes, quàm theologi docentes, considerantes omnium statuum, & persona-
rum reformationem per verbum Dei fieri debere. Hac autem in re vsque adeo necessaria, quantum laborari, profecerit, & continua
bilibam inuenit optimus & doctissimus ille quondam & in tota vltima aetate scientia, virtuteque probatissimus Ioannes Benedictus
theologus Parisiensis celeberrimus, dubitare non poterit, qui eius in vniuersum organum biblicum lucubrationes doctissimas & vi-
lissimas, necnon etiam in illud idem concordantias, reliquis aliis omnibus longe praestantiores, legerit diligenter. P̄i igitur illius
integerrimi & doctissimi, vltimumque vestigiis insistere cupiens, in totum instrumentum biblicum strumata meditari & compilare ce-
pi, quae si perficere Dominus dederit, putabo me pura religionis verè studiosis nonnihil adiumenti ad intelligendas sacras scripturas,
& haeresim impietatem agnoscendam, fugiendamque attulisse. Illorum autem quaedam inuita, & veluti delucamenta prima, roga-
tu Marci bibliopole hic adiecti, vltima illa non inutilia fore eloquiorum diuinorum studiosis, tantisper dum eadem accuro, limo &
perficio. Rogemus autem omnes vna Deum omnipotentem, à quo omne bonum, & vera sapientia, ut ipsius verbum in quo solo verè
reformationis collocata spes esse debet, currat, & apud omnes clarificetur, nemò, ita ineptus inueniatur, qui inuenta Cereve, glandem
defendere velit: sed vniuersi ad sermonem Dei omnia sanantem confugiant, abusus, erroribusque cunctis eliminatis. Hos etenim,
& ex illis profectam turbatam confusionem solum verbum Dei exterminabit, ut scribitur Apocalyp. 19. Huic igitur pro vtili in-
cumbamus, scripturam sacram catholicè, & sanè expositam, diuina, nocturnaque manu versando, & in ea meditando. Sic enim no-
stra saluti, ecclesiae edificationi, Dei & Christi Iesu gloriae, & nostro nomini consulemus, atque omnia salua, tuaque habebimus
aliter verè miserim futuri. Vale. Parisiis, in regia Nauarricorum theologorum domo, III. Nonas Iulii 1564.

INDEX TESTIMONIORVM A CHRIS-
 TO & APOSTOLIS IN NOVO TESTAMENTO CITATORVM EX VETERI,
 QUAE HUC IN ID CONGESTA SUNT, UT PII LECTORES NATIVAM QUO-
 RUNDAM INTELLIGENTIAM FACILE ASSEQUI VALEANT, QUAE AB IP-
 SO CHRISTO VERO INTERPRETE, & SPIRITUM EIUS PER APOSTOLOS
 SUNT TRADITA: PERFICIANTQUE IN QUEM VIVUM EA ADDUXERINT
 APOSTOLI & EVANGELISTA.

GENESIS.

- 1 d Masculum & feminam fecit eos. Matth. 19. a. Mat.
 10. a
 2 a Requieuit deus die septima ab omnibus operibus
 suis. Hebr. 4. b
 2 b Factus est primus homo Adam in animam viuē-
 tem. 1. Corinth. 15. f
 2 d Dimittet homo patrem & matrem, & adhære-
 re. 10. Matth. 19. a. Mar. 10. a. Eph. 5. g. 1. Cor. 6. d
 2 d Erunt duo in carne vna. Matth. 19. a. Marc. 10. a.
 1. Corin. 6. d. Eph. 5. g
 12 a Exi de terra tua, & de cognat. Acto. 7. a
 12 a Et in femine tuo bened. Acto. 3. a. Galat. 3. b
 15 b Sic erit semen tuum. Roma. 4. c
 15 b Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad
 iust. Rom. 4. a. Iaco. 2. d. Gala. 3. a
 15 c Erit semen tuum peregrinum. Acto. 7. a
 17 a Quia patrem multarum gent. Rom. 4. c
 18 b Secundum hoc tempus veniam, & Rom. 9. b
 21 b Et ecce ancillam & filium eius. Galat. 4. d
 21 b In Isaac vocabitur tibi semen. Rom. 9. b
 22 c Nisi benedicens benedicam te, & Heb. 6. c
 22 d Quia benedicentur in te omnes gentes. Galat. 3.
 b. Acto. 3. d
 25 c Quia maior seruiet minori. Roma. 9. c
 EXODVS.
 3 b Ego sum deus Abraham, & c. Matth. 22. c. Marc.
 12. c. Luc. 20. f
 9 d In hoc iplum excitavi te, vt. Rom. 9. d
 12 g Os non comminuetis ex co. Ioan. 19. f
 13 c Omne masculinum adaperiens. Luc. 2. d
 16 d Qui multum, non abundauit, & c. 2. Corint. 9. c
 20 c Non mœchaberis. Matth. 5. d
 20 c Non adulterabis, Non occides, & c. Rom. 13. c
 20 c Non concupisces. Rom. 7. b
 20 c Non occides. Matth. 5. c. Luc. 18. d
 20 c Honora patrem tuum & matrem. Mat. 15. a. Mar.
 7. b. Eph. 6. a
 21 c Qui maledixerit patri suo vel matri, morte mo-
 riatur. Mat. 15. a. Marc. 7. b
 21 c Oculum pro oculo, dentem. Matth. 5. f
 22 d Principi populi tui non maled. Acto. 23. a
 24 c Hic sanguis testamenti, quod. Hebr. 9. e
 25 g Vide omnia facito secundum exemplar quod,
 & c. Hebr. 8. b. Acto. 7. f
 32 a Fac nobis deos qui præcedant. Act. 7. e
 33 d Miserebor cui volueris, & c. Rom. 9. c
 34 d Non sicut Moyses ponebat. 2. Corint. 2. c
 LEVIT.
 11 g Sancti eritis, quoniam ego. 1. Petr. 1. c
 18 a Qui fecerit homo, viuet. Rom. 10. b. Galat. 3. b
 19 c Non periurabis. Matth. 5. e
 19 d Diliges proximum tuum sicut. Ro. 13. d. Gal. 5. e.
 Iaco. 2. b. Matth. 22. d. Marc. 12. c
 19 d Diliges proximum tuum. Matth. 5. g
 20 b Qui maledixerit patri, & c. Matth. 15. a
 24 d Oculum pro oculo. Matth. 5. f
 26 b Quoniam inhabitabo. 2. Corin. 6. d
 NVMERI.
 9 b Os non comminuetis ex eo. Ioan. 19. f
 DEUTERON.
 4 d Etenim deus noster ignis cos. Hebr. 12. g
 5 b Non concupisces. Rom. 7. c. 13. c

- 5 b Non occides. Matth. 5. c. Luc. 18. d
 5 b Non Mœchaberis. Matth. 5. d. Luc. 18. d
 5 b Non furtum facies. Luc. 18. d. Rom. 13. c
 5 b Non loqueris contra proximum tuum falsum te-
 stimonium. Luc. 18. d. Rom. 13. c
 5 b Honora patrem & matrem. Matth. 15. a. Mat. 7.
 b. Eph. 6. a
 6 a Audi Israel, dominus deus tuus. Marc. 12. c
 6 a Diliges dominum deum tuum ex toto corde.
 Mat. 22. d. Marc. 12. c. Luc. 10. e
 6 c. 10 d. Dominum deum tuum adorabis, & Matth.
 4. b. Luc. 4. b
 6 c Non tentabis dominum. Matth. 4. b. Luc. 4. b
 8 a Non in solo pane. Matth. 4. a. Luc. 4. a
 10 d Deus personam hominis non acci. Galat. 2. b
 18 c Prophetam suscitabit vobis. Acto. 3. d. 7. c
 19 d In ore duorum vel trium test. 2. Corin. 13. a. Mat-
 thi. 18. b. Ioan. 8. c
 19 d Oculum pro oculo, dentem, & c. Matth. 5. f
 21 d Maledictus omnis qui pend. Galat. 3. b
 25 b Non alligabis os boui trituranti. 1. Corinth. 9. a.
 1. Timor. 5. c
 25 b Si quis mortuus fuerit non habens filium. Mat.
 21. c. Marc. 12. b. Luc. 20. e
 27 d Maledictus omnis qui non perm. Galat. 3. b
 30 c Quis ascendet in caelum? Rom. 10. b
 30 c Prope est verbum in ore tuo. Rom. 10. b
 32 c Ego ad æmulationem vos addu. Rom. 10. d
 32 c Mihi vindictam, ego retribu. Rom. 12. d
 IOSVE.
 1 a Non te deferam, neque derel. Hebr. 13. a
 REGVM. II.
 7 c Ego ero illi in patrem, & ipse. Hebr. 1. b
 19 b Domine prophetas tuos occid. Rom. 11. a
 19 b Reliqui mihi septem milia virorum. Rom. 11. a
 IOB.
 9 c Comprehdam sapientes in ast. 1. Corin. 3. d
 DAVID.
 2 a Quare fremuerunt gentes? Acto. 4. e
 2 b Filius meus es tu. Acto. 13. e. Hebr. 1. b. 5. b
 2 c Reges eos in virga ferr. Apoc. 2. g. 19. c
 4 b Irascimini & nolite peccare. Eph. 4. f
 5 c Sepulchrum patens est guttur. Rom. 3. b
 6 c Discedite à me om. Matth. 7. d. 25. d. Luc. 13. f
 8 b Ex ore infantium & lactentium. Matth. 21. q
 8 c Quid est homo quod memor es eius? Hebr. 2. a
 8 Omnia subiecit sub pedibus. 1. Corin. 15. d
 9 e Quorum os maledictione. Rom. 3. e
 13 a Non est iustus quisquam. Rom. 3. b
 13 b Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinē.
 Roma. 3. c
 15 c Prouidebam dominum in consp. Acto. 2. d
 15 b Non dabis sanctum tuum vid. Acto. 2. e. 13. e
 17 a Ego ero fidens in eum. Hebr. 2. c
 17 g Propterea confitebor tibi in Rom. 15. b
 18 a Et quidem in omnem terram. Rom. 10. d
 21 a Eli, eli Lamma sabbaothani. Mat. 27. d. Mar. 15. c
 21 c Diuiserunt sibi vestimenta mea. Mat. 27. d. Ioa. 19. c
 21 c Nunciabo nomen tuum frat. Hebr. 2. e
 23 a Domini est terra, & plen. 1. Corin. 10. f
 34 c Odio habuerunt me gratis. Ioan. 15. d
 30 a In manus tuas commendo spi. Luc. 23. f
 31 a Beati quorum remissae sunt iniqui. Rom. 4. a
 33 c Qui enim vult vitam dilig. 1. Petr. 3. b
 39 b Hostiam & oblationem nol. Hebr. 10. b
 40 c Qui manducat mecum panem. Ioan. 13. b
 43 d Propter te mortificamur ro. Rom. 8. g
 44 b Thronus tuus deus in secul. Heb. 1. c
 50 a Vt iustificeris in sermonibus. Rom. 3. a
 54 d Iacta super dominum curam. 1. Petr. 5. b
 61 a Vnusquisque autem propriam mercedem acci-
 piet. 1. Corin. 3. b

67 d Ascendens in altum, captiuam. Eph. 4. b
68 b Zelus domus tuæ com. Ioan. 2. d
68 b Improperia improperantium. Rom. 15. a
68 c Fiat mensa eorum coram. Rom. 11. b
68 c Fiat commoratio eorum def. Act. 1. d
68 e In siti mea potauerunt me. Ioan. 19. f
77 a Aperiam in parabolis os. Mat. 13. e
77 c Panem cæli dedit eis. Ioan. 6. d
81 b Ego dixi, dij estis. Ioan. 10. g
88 b Inueni Dauid seruum meum. Acto. 13. d
90 c Angelis suis manda. Mat. 4. a. Luc. 4. b
93 b Dominus nouit cogitationes sapientum quoniã
vana sunt. 1. Corint. 3. d
94 d Sicut iuravi in ira mea. Heb. 4. a
94 c Hodie si uocem eius aud. Heb. 3. b
96 b Et adorent eum omnes ang. Heb. 1. c
101 d Tu in principio domine terram. Heb. 1. c
103 a Qui facit angelos suos spiritus. Heb. 1. c
108 b Et episcopatum eius accipiat. Acto. 1. d
109 a Dixit dominus domino meo. mat. 22. d. luc. 20.
g. Acto. 2. f
109 a Sede à dextris meis. Heb. 1. d
109 a Donec ponã inimicos tuos scabellum, &c. Heb.
1. d. 1. Corint. 15. d
109 b Tu es sacerdos in æternum. Heb. 5. b. 7. c
109 b Inruit dominus, & non pœn. Heb. 7. c
111 b Disperfit dedit pauperibus. 2. Cor. 9. c
115 a Credidi, propter quod locutus. 2. Cor. 4. c
115 a Omnis homo mendax. Rom. 3. a
116 a Laudate dominum omnes gentes. Ro. 15. c
117 a Dominus mihi adiutor, non tim. Heb. 13. b
117 d Lapidem quem reprobauit. Mat. 21. d. Marc. 12. a
Acto. 4. b. 1. Pet. 2. b
117 d Hofanna filio Dauid. Mat. 21. b
131 c De fructu ventris tui ponam. Act. 2. e
139 a Venenum aspidum sub labiis. Rom. 3. b
P R O V E R.
3 a Nolite esse prudentes apud. Rom. 12. d
3 b Fili mi, noli negligere discipl. Heb. 12. b
3 b Quem diligit dominus corripit, &c. Hebr. 12. b.
Apoca. 3. d
10 b Charitas operit multitud. 1. Pet. 4. b
17 c Videte ne quis malum pro malo alicui reddat. 1.
Theff. 5. d. 1. Pet. 3. b
20 c Qui maledixerit patri vel matri. Matthæi. 15. a
Matc. 7. b
25 c Si fuerit inimicus tuus. Rom. 12. d
26 b Canis reuersus ad vomitum. 2. Pet. 2. d
I S A I A S.
1 c Nisi dominus sabaoth reliquiss. Rom. 9. f
5 d Homo plantauit uincam. Matth. 21. b. Luc. 20. b.
Marc. 12. a
6 a Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus. Apo. 4. c
6 c Auditum audietis, & non intelligetis. Mat. 13. b.
Mar. 4. b. Luc. 8. b. Acto. 28. f. Ioan. 12. f. Ro. 11. b
7 c Ecce virgo in vtero habebit. Mat. 1. d
8 d Ecce ego & pueri mei quos. Heb. 2. b
9 a Terra Zabulon & terra Neph. Mat. 4. c
10 c Si fuerit numerus filiorum Israel tanquã arena
maris. Rom. 9. f
11 a Reuelabitur ille iniquus quem dominus interfi-
ciet. 2. Theff. 2. c
11 c Erit radix Iesse. Rom. 15. c. Acto. 13. d
21 c Cecidit cecidit Babylon. Apoc. 14. b
22 d Mâducemus & bibamus, cras enim morie mur. 1.
Corint. 15. e
22 f Hæc dicit sanctus & verus, qui. Apoc. 3. b
25 c Absterget dominus omnem lachrymam ab ocu-
lis, &c. Apoc. 7. d. 21. b
28 c Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar po-
pulo huic. 1. Corint. 14. d
28 d Ecce pono in Sion lapidem offensionis. Rom. 9.

g. 1. Pet. 2. b. Acto. 4. b
52 d Populus hic labiis me honorat. Matthæi. 15. a
Marc. 7. b
29 c Perdam sapienriam sapientum, & prudentiam
&c. 1. Corint. 1. c
33 c Vbi sapiens? Vbi scriba? 1. Corint. 1. c
40 a Vox clamantis in deserto. Mat. 3. a. Marc. 1. a. Luc
3. a. Ioan. 1. c
40 b Omnis caro fœnum. 1. Pet. 1. d. Iaco. 1. d
40 d Quis enim cognouit sensum domini? aut quis in-
struxit eum? 1. Cor. 2. d
40 d Quis enim cognouit sensum domini? aut quis cõ-
siliarius eius fuit? Rom. 11. d
41 b. 4. 4. a. Ego sum primus & nouissimus. Apoca. 1.
d. &c. 2. 2. c
42 a Ecce puer meus, quem elegi. Mat. 12. b
42 c Ecce noua facio omnia. Apocalyp. 21. b. c. 2. Co-
rinth. 5. d
45 d Vno ego dicit dominus, quoniã mihi flectetur
omne genu. Rom. 14. b
45 b Nunquid dicit figmentum. Rom. 9. d
49 b Posui te in lucem gentium. Acto. 13. g
49 c Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis. 2.
Corint. 6. a
49 e Non esuriunt, neque sitient. Apoc. 7. d
50 c Turc expuerunt in faciem eius. Matth. 26. g
52 b Quam speciosi pedes euangelizantium pacem.
Rom. 10. c
52 d Propter quod exite de medio eorum, & separa-
mini, &c. 2. Corinth. 9. d
52 b Nomen dei per vos blasphem. Ro. 2. d
52 d Quibus non est annunciatum de eo, videbunt.
Rom. 15. e
53 a Domine quis credidit auditui nostro? Roma. 10.
c. Ioan. 12. f
53 b Ipse infirmitates nostras. Matth. 8. c
53 c Tanquam ouis ad occisionem. Acto. 8. f
53 d Et cum iniquis reputatus est. Marc. 15. c. Luc. 22. d
53 e Qui peccatum non fecit. 1. Pet. 2. d. 1. Io. 3. a
53 c Qui peccata nostra pertulit. 1. Pet. 2. d
54 a Lætare sterilis, quæ non parit. Galat. 4. d
54 c Et erunt omnes docibiles dei. Ioan. 6. e
55 a Et qui sitit ueniat: & qui uult. Apoc. 22. d
55 b Dabo uobis sancta Dauid. Acto. 13. e
56 c Domus mea domus orationis vocabitur. Matth.
21. b. Marc. 11. c. Luc. 19. g
59 b Contritio & infelicitas in uis. Rom. 3. c
59 c Galeam salutis. Ephe. 6. c. 1. Theff. 5. b
59 d Veniet ex Sion qui eripiat. Rom. 11. d
60 c Et portæ eius non claudentur. Apoc. 21. g
60 d Et ciuitas non eger sole. Apoc. 21. g
60 d Nox ultra non erit. Apoc. 22. a
61 a Spiritus domini super me. Luc. 4. c
62 d Dicite filiæ Sion, Ecce rex. Matth. 21. a
64 b Quod oculus non uidit, nec. 1. Cor. 2. b
65 a Inuentus sum à non querentibus. Rom. 10. d
65 a Tota die expandi manus meas. Rom. 10. d
65 c Nouos uerò cælos & nouam terram. 2. Pet. 3. c.
Apocalyp. 21. a
66 a Cælum mihi sedes est. Acto. 7. f
66 g Vbi uermis eorum non moritur. Mar. 9. g
I E R E M.
7 b Vos autem fecistis illam, speluncam latronum.
Mat. 21. b. Mar. 11. c. Luc. 19. g
9 g Qui gloriatur, in domino gloriatur. 1. Corint. 1. d
2. Corinth. 10. d
10 a Quis non timebit te domine? Apoc. 15. b
15 d Ego sum scrutans renes. Apoc. 2. f
31 c Vox in Rama audita est. Mat. 21. d
31 a Ero uobis in patrem, & uos. 2. Corinth. 6. d
31 e Ecce dies ueniet dicit dominus, & consumma-
bo super domum Israël. Heb. 8. c

31 f Hoc autem testamentum quod testabor ad illos
&c. Dabo leges meas. Heb. 10. c

51 a Cecidit cecidit Babylois mag. Apoc. 18. a
E Z E C H.

3 a Accipe librum, & deuora illum. Apoc. 10. d

20 b Qui fecerit homo, uiuet in ea. Rom. 10. b

32 b Sol obscurabitur, & luna non. Mar. 24. c

36 e Nomen dei per uos blasphematur. Ro. 2. d
D A N I E.

9 g Cum uideritis abominabilem desolationis. Mar.
24. b. Mar. 13. b. Luc. 21. d

O S E E.

1 d Et erit in loco ubi dictum est eis. Rom. 9. e

2 d Vocabo non plebem. Rom. 9. e. 1. Per. 2. b

6 c Misericordiam uolo, & non. Mar. 9. b. 12. a

10 b Tunc incipient dicere montibus. Luc. 23. d

11 a Ex Aegypto uocauit filium matrem. Mat. 2. c

13 d Absorpta est mors in. i. Corin. 15. g
I O E L.

2 g Et erit in nouissimis diebus. Act. 2. c

2 g Omnis est inquit qui inuocauerit nomen do-
mini, saluus erit. Rom. 10. e
A M O S.

5 g Nunquid uictimas & hostias. Acto. 7. e

6 a Uae uobis diuitibus. Luc. 6. d

9 c Post haec reuerterar, & reedificabo tabernaculum
Dauid. Act. 15. c
I O N A S.

2 a Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tri-

bus, &c. Matth. 12. c. Luc. 11. b

3 b Poenitentiam egerunt in praedicatione Iona. Mat.
12. c. Luc. 11. b

M I C H A E.

5 a Et tu Bethleem in terra Iuda. Mat. 2. a

7 b Veni separare hominem aduersus patrem suum,
& filium, &c. Mar. 10. d. Luc. 12. g

A G G A E.

2 b Adhuc semel, & ego mouebo. Heb. 12. g

H A B A C.

1 b Videte contemptores, & admiramini, & disper-
dimini: quia opus. Acto. 13. f

2 a Iustus autem ex fide uiuit. Ro. 1. c. Gal. 3. b

N A H V M.

1 d Quam speciosi pedes euangeliz. Ro. 10. e

Z A C H A R.

8 c Loquimini ueritatem unus. Ephes. 4. f

9 b Ecce rex tuus uenit. Mat. 21. a. Ioan. 12. b

11 c Et acciperunt triginta. Mat. 27. a

12 c Videbunt in quem compunxerunt. Io. 19. g

13 c Percutiam pastoſem. Mat. 26. c. Mar. 14. b

M A L A C H.

1 a Iacob dilexi, Elau autem odio. Rom. 9. e

3 a Ecce ego mitto angelum meum. Mat. 11. b. Mar.
1. a. Luc. 7. d. Ioan. 1. c

4 b Ipse est Helias qui uenturus erat. Mat. 11. b

4 b Quid est quod scribae dicunt, quod Eliam oportet.
&c. Mar. 17. b. Mar. 9. b

4 b Ut conuertat corda patrum. Luc. 1. b

- 14 f Quisquam scilicet Israel profeta. Job. 30d
- 14 f Iniquus est in oculis eius. Cor. 1.10
- 16 a In oculis adhibere. Gene. 1.16. epi. d
- 19 a Quisquam enim ambulans. Gen. 1.19. b
- 20 b Iniquus autem de spiritu. Gen. 1.20. a
- 21 b Iniquus autem de spiritu. Gen. 1.21. b
- 21 c Sicut scriptis continetur. Gen. 1.21. b
- 22 d Animal iniquus. Gen. 1.22. a
- 22 d Fugit enim animal. Gen. 1.22. b

- 24 c Iniquus est enim. Gen. 1.24. a
- 25 b Iniquus est enim. Gen. 1.25. a
- 26 g Iniquus est enim. Gen. 1.26. a
- 28 c Iniquus est enim. Gen. 1.28. a

DEUTERON.

- 1 c 10. d. Nolite in peccatis vestris. Deut. 2. 2. b
- 5 b Nolite in peccatis vestris. Deut. 5. 2. b
- 10 d Nolite in peccatis vestris. Deut. 10. 2. b
- 17 b Nolite in peccatis vestris. Deut. 17. 2. b
- 18 a Nolite in peccatis vestris. Deut. 18. 2. b
- 24 a Nolite in peccatis vestris. Deut. 24. 2. b

IOSVE.

- 2 a Sicut in die. Jos. 2. 2. d
- 6 c Sicut in die. Jos. 6. 2. d
- 6 d Sicut in die. Jos. 6. 2. d

REGVM I.

- 21 b Non legitur quid fecerit. Reg. 1. 2. b

REGVM III.

IOB.

- 1 d Iniquus est enim. Job. 1. 2. b
- 5 c Iniquus est enim. Job. 5. 2. b
- 34 d Iniquus est enim. Job. 34. 2. b

DAVID.

- 40 c Iniquus est enim. Ps. 40. 2. b

- 131 a Iniquus est enim. Ps. 131. 2. b

PROVERB.

- 11 d Iniquus est enim. Prov. 11. 2. b
- 17 d Iniquus est enim. Prov. 17. 2. b
- 20 b Iniquus est enim. Prov. 20. 2. b
- 24 c Iniquus est enim. Prov. 24. 2. b
- 25 a Iniquus est enim. Prov. 25. 2. b

ISAIAS.

- 8 c Iniquus est enim. Isa. 8. 2. b
- 13 b Iniquus est enim. Isa. 13. 2. b
- 41 b Iniquus est enim. Isa. 41. 2. b
- 54 a Iniquus est enim. Isa. 54. 2. b
- 58 b Iniquus est enim. Isa. 58. 2. b
- 63 a Iniquus est enim. Isa. 63. 2. b

IEREM.

- 2 d Iniquus est enim. Jer. 2. 2. b

- 18 a Iniquus est enim. Jer. 18. 2. b

EZECH.

- 3 c Iniquus est enim. Ezech. 3. 2. b
- 12 f Iniquus est enim. Ezech. 12. 2. b
- 18 b Iniquus est enim. Ezech. 18. 2. b

INCIPIT EPISTOLA SAN-
CTI HIERONYMI AD PAVLINVM PRESBY-
TERVM: DE OMNIBVS DIVINAE HISTORIAE LIBRIS.



RATER Ambrosius tua mihi munuscula perferens detulit simul et
suauissimas literas, quae a principio amicitiarum, fidem probata iam fi-
dei, et veteris amicitiae praeferebant. Vera enim illa necessitudo est, et
Christi glutino copulata, quam non utilitas rei familiaris, non praesentia
tantum corporum, non subdola et palpans adulatio, sed dei timor, et
diuinarum scripturarum studia conciliant. Legimus in veteribus histo-
riis, quosdam lustrasse prouincias, nouos adesse populos, maria transisse:
ut eos quos ex libris nouerant, coram quoque viderent. Sic Pythagoras
Memphiticus vates, sic Plato Aegyptum, et Archytam Tarentinum,
etiamque oram Italiae, quae quondam magna Graecia dicebatur, lab. rio-

ssimè peragravit: ut qui Athenis magister erat, et potens, cuiusque doctrinam Academia gymna-
sia personabant, fieret peregrinus atque discipulus: malens aliena verecundè discere, quam sua im-
pudenter ingerere. Denique cum literas quasi toto orbe fugientes persequitur, captus a piratis atque
venundatus, etiam tyranno crudelissimo paruit, et ductus captiuus, vinctus, et seruus: tamen
quia philosophus, maior emente se fuit. Ad Titum Liniuum, lacteo eloquentiae fonte manantem, de
vltimis Hispaniae Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus: et quos ad contemplan-
tionem sui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa aetas inauditum omnibus
seculis, celebrandumque miraculum, ut urbem tantam ingressi, aliud extra quaereret. Apollonius, siue
ille magus (ut vulgus loquitur) siue philosophus, ut Pythagorici tradant, intravit Persas, pertransi-
uit Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas, opulentissima Indiae regna penetrauit: et ad extre-
mum, latissimo Phison amne transmissa, peruenit ad Brachmanas, ut Hiarham in throno seden-
tem auro, et de Tantalii fonte potantem, inter paucos discipulos, de natura, de motibus siderum, ac
dierum cursu, audiret docentem. Inde per Elamitas, Babylonios, Chaldaeos, Medos, Assyrios, Par-
thos, Syros, Phoenices, Arabes, Palaestinos, reuersus Alexandriam, perrexit Aethiopiam, ut Gymna-
sophistas, et famosissimam Solis mensam videret in sabulo. Inuenit ille vir ubique quod disceret, et
semper proficiens, semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissimè octo voluminibus Philostratus.
Quid loquar de seculi hominibus, cum Apostolus Paulus vas electionis, et magister gentium, qui de
conscientia tanti in se hospitis loquebatur, et dicens:] An experimentum quaeritis eius qui in me lo-
quitur Christus? post Damascus Arabiamque lustratam, ascendit Ierosolymam: ut videret Petrum,
et mansit] apud eum diebus quindecim: Hoc enim mysterio hebdomadis et octo adis, futurus
gentium praedicator instruendus erat. Rursusque post annos quatuordecim, assumpto Barnaba et
Tito, et exposuit] Apostolis euangelium: ne forte in vacuum curreret, aut cucurrisset. Habet enim
nescio quid latentis energiae, viuae vocis actus,] et in aures discipuli de authoris ore transfusa, for-
tius sonat. Unde et Aeschines cum Rhodi exularet, et legeretur illa Demosthenis oratio, quam ad-
uersus eum habuerat, mirantibus cunctis atque laudantibus, suspirans ait: Quid si ipsam audissetis
bestiam sua verba resonantem? Nec hoc dico, quod sit aliquid in me tale, quod vel possis et a me au-
dire,] vel discere velis: sed quod ardor tuus et discendi studium, etiam absque nobis per se probari de-
beat. Ingenium docile, et sine doctore laudabile est. Non quid inuenias, sed quid quaeras, considera-
mus. Mollis cera, et ad formandum facilis, etiam si artificis et plastae cessent manus: tamen virtute
rotum est, quicquid esse potest. Paulus Apostolus ad pedes Gamalielis legem Moysi et Prophetas di-
dicisse se gloriatur: ut armatus spiritualibus telis, postea et doceret] confidenter: Arma nostra militia,
non carnalia sunt: sed potentia deo, ad destructionem munitioinum, et cogitationes] destruentes,
et omnem altitudinem extolentem se aduersus scientiam dei: et captiuantes omnem intellectum ad
obediendum Christo: et parati subiugare omnem inobedientiam. Ad Timotheum scribit ab infan-
tia sacris literis eruditum, et hortatur ad studium lectionis, ne negligat gratiam quae data sit ei per
impositionem manus presbyterij. Tito praecipit, ut inter ceteras virtutes episcopi, quas] breuiter
mone depinxit, scientiam quoque non negligat scripturarum, obriuentem, inquit, cum qui secundum

1. Manferit.

2. Expositio-
rit.
3. i. e. episcopi
viva vox.

4. Diceret.
5. Confilia.

6. Quem.

A. G. 9. 6.
1. Tim. 2. 6.
2. Cor. 13. 4.
Galat. 1. d.

Gala. 2. d.

A. G. 2. 1. a
2. Cor. 10. 5.

1. Tim. 3. d.
1. Tim. 4. d.
Tit. 1. b.

doctrinam est, fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere. Sancta quippe rusticitas solum sibi prodest: & quantum edificat ex vite merito Ecclesiam Christi, tantum nocet si destruentibus non resistat. Malachias Prophetia, imò per Malachiam dominus, interrogauit Sacerdotes legem. Intantum Sacerdotis officium est, interrogatum respondere de lege. Et in Deuteronomio legimus: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: ⁷ maiores tuos, & dicent tibi. In psalmo quoque centesimod. cimo octauo: Cantabiles mihi erant iustificationes tue, in loco peregrinationis meae. Et in descriptione iusti viri, cum eum Dauid arbori vite, quae est in Paradiso, compararet: inter ceteras virtutes hoc etiam intulit: In lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabatur die ac nocte. Daniel in sine sacratissima visionis ait iustos fulgere quasi stellas: & intelligentes, id est doctos, quasi firmamentum. Vides quantum inter se distant, iusta rusticitas, & docta iustitia? Alij stellis, alij caelo comparantur. Quamquam iuxta Hebraicam veritatem, vtrunque de eruditis possit intelligi. Ita enim apud eos legimus: Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam eruduunt multos, quasi stella in perpetuas aeternitates. Cur dicitur Paulus apostolus vas electionis? Nempe quia vas legis, & scripturarum sanctarum erat armarium. Pharisaei stupent ⁸ in domini doctrina, & mirantur in Petro & Ioanne quomodo legem sciant, cum literas non didicerint. Quicquid enim aliis exercitatio & quotidiana in lege meditatio tribuere solet, illis hoc Spiritus sanctus fugerebat. Et erant, iuxta quod scriptum est, θεοδιδάκτοι, id est, docibiles deo. Duodecim annos Saluator implenerat, & in templo senes de questionibus legis interrogans, magis docet, dum prudenter interrogat. Nisi forte rusticum Petrum, rusticum Ioannem dicimus, quorum vterque dicere poterat, Et si imperitus sermone, non tamen scientia. Ioannes rusticus, piscator, indoctus? Et unde illa vox obsecro? In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum? Λόγος enim Graece multa significat. Nam & verbum est, & ratio, & supputatio, & causa vniuersaeque rei, per quam sunt singula quae subsistunt: quae vniuersa rectè intelligimus in Christo. Hoc doctus Plato nesciuit, hoc Demosthenes eloquens ignorauit. Perdam, inquit, sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vera sapientia perdet falsam sapientiam: & quamquam stultitia predicationis in cruce sit, tamen Paulus sapientiam loquitur inter perfectos. Sapientiam autem non seculi istius, quae destruitur: nec principum huius seculi: sed loquitur dei sapientiam in mysterio absconditam, quae praedestinata est deo ante secula. Dei sapientia Christus est. Christus enim dei virtus & dei sapientia. Haec sapientia in mysterio abscondita est: de qua & noni psalmi titulus praenotatur Pro occultis filij: in quibus sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae dei absconditi. Et qui in mysterio absconditus erat praedestinatus est ante secula: praedestinatus autem & praefiguratus in lege & prophetis. Unde & Prophetae appellabantur Videntes: quia videbant eum, quem ceteri non videbant. Abraham vidit diem eius, & letatus est. Aperiebantur caeli Ezechiel, qui populo peccatori clausi erant. Reuela, inquit Dauid, oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Lex enim spiritalis est, & reuelatione opus est ut intelligatur, ac reuelata facie dei gloriam contemplerur. Liber in Apocalypsi septem sigillis signatus ostenditur: quem si dederis homini scienti literas, ut legat, respondebit tibi. Non possum: signatus est enim. Quanti hodie putant se nosse literas? & tenent signatum librum, nec aperire possunt, nisi ille referauerit qui habet clauem David: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. In actibus Apostolorum sanctus eunuchus, imò sanctus vir (sic enim eum sancta scriptura cognominat) cum legeret Isaiam prophetam, interrogatus à Philippo: Putasne intelligis, quae legis? respondit: Quomodo possum, nisi aliquis me docuerit? Ego (ut de me loquar interim) nec sanctior sum hoc eunuchus, nec studiosior, qui de Aethiopia, id est de extremis finibus mundi, venit ad templum, reliquit aulam regiam, & tantus amator legis fuit diuinae, atque scientiae, ut etiam in vehiculo literas legeret sacras. Et tamen cum librum teneret, & verba domini cogitatione conciperet, lingua polueret, labijs personaret, ignorabat eum quem in libro nesciens venerabatur. Venit Philippus, ostendit ei Iesum, qui clausus latebat in litera. O mira doctoris virtus. Eadem hora credidit eunuchus, baptizatur, fidelis & sanctus magister efficitur de discipulo: plus in deserto fonte Ecclesiae, quam in aurato synagoga templo reperit. Haec à me perstricta sunt breuiter: neque enim epistolae angustia euagari longius patiebat: ut intelligeres, te in scripturis sacris sine praecio & monstrante, semitam non posse ingredi. Taceo de grammaticis, rhetoribus, philosophis, geometris, dialecticis, musicis, astronomis, astrologis, medicis, quorum scientia mortalibus & satis] vel utilissima est, & in tres partes scinditur, το δόγμα, τὸ μέθοδος, τὸ ἐμπειρῶν. id est, in doctrinam, rationem, & usum. Ad minores

7. Sciaiores.

8. Ad doctrinam domini.

Artes liberales.

Malac. 2. b.
Deute. 32. a.

Psal. 1. a

Danie. 12. b.

Acto. 9. c
Math. 7. d
Luc. 1. g
Act. 4. c.
Ioan. 6. f.
Luc. 2. f

2. Cor. 11. b.
Ioan. 1. a

Abdi. 1. c.
Ha. 2. 9. c

1. Cor. 1. b.
1. Cor. 2. b.

Coloss. 2. a.

Ioan. 8. g
Ezech. 1. a
Psal. 118. a.
Roma. 7. c.
2. Cor. 3. d.
Apo. 5. a.
Ha. 2. 9. d:

Apo. 3. b.
Act. 8. c.

artes veniam, & quae non tam lingua, quàm manu administrantur. Agricola, cementarij, fabri metallorum, lignorumque caesores, lanarij quoque & fullones, & ceteri qui variâ suppellectilem, & vilia opuscula fabricant: absque doctore esse non possunt quod cupiunt. Quod medicorû est, promittunt medici, tractant fabrilia fabri. Sola scripturarum ars est, quam sibi passim omnes vendicant. Scribimus indocti, doctique poemata passim. Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi praesumunt, lacerant, docent, antequam discant. Alij adducto supercilio grandia verba trutinantes, inter mulierculas de sacris literis philosophantur. Alij discunt, prob pudor, à fœminis, quod viros doceant: & ne parum hoc sit, quadam facilitate verborum, imo audacia, edisserunt aliis, quod ipsi non intelligunt. Taceo de mei similibus, qui si forte ad scripturas sanctas postseculares literas venerint, & sermone composito aures populi mulserint, quicquid dixerint, hoc legem dei putant. Nec scire dignantur quid Prophetæ, quid Apostoli senserint: sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia, quasi grande sit, & non vitiosissimum ⁹ dicendi genus, deprauare sententias, & ad voluntatem suam, scripturam trahere repugnantem. Quasi non legerimus Homerocentonas, & Virgiliocentonas, ac non sic etiam & Maronē sine Christo posimus dicere Christianum, quia scripserit: iam redit & virgo, redeunt Saturina regna. Iam noua progenies caelo demittitur alto. Et patrem loquentem ad filium: Nate, mea vires, mea magna potentia solus. Et post verba Saluatoris in cruce: Talia perstabat memorans, fixusque manebat. Puerilia sunt hæc: & circulatorum ludo similia, docere quod ignores: imò vt cum stomacho loquar, ne hoc quidem scire, quod nescias. Videlicet manifestissima est Genesis, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuisione terræ, de confusione linguarum & gentium, vsque ad exitum scribitur Hebraeorum. Patet Exodus cum decem plagis, cum decalogo, cum mysticis diuinisque præceptis. In promptu est Leuiticus liber, in quo singula sacrificia, imò singula penè syllabæ, & vestes Aaron, & totus ordo Leuiticus spirant cœlestia sacramenta. Numeri verò nōne totius arithmeticæ, & prophetiæ Balaam, & quadragintaduarum mansionum per eremum, mysteria continent? Deuteronomium verò secunda lex, & euangelicæ legis præfiguratio: nōne sic ea habet quæ priora sunt, vt tamen noua sint omnia de veteribus? Hucusque Moses, hucusque Pentateuchus, quibus quinque verbis loqui se velle Apostolus in Ecclesia gloriatur. Iob exemplar patientiæ, quæ non mysteria suo sermone complectitur? Prosa incipit, versu labitur, pedestri sermone finitur: omnèsque leges dialecticæ, propositione, assumptione, confirmatione, conclusionem, determinat. Singula in eo verba plena sunt sensibus: & vt de ceteris sileam, resurrectionem corporum sic prophetat, vt nullus de ea vel manifestius vel cautius scripserit. Scio, inquit, quid redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo deum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspexerunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Veniam ad Iesum Naue, qui typum domini non solum in gestis, verum etiam in nomine præfert. Transit Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo, & per singulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes, atque confinia, ecclesiæ cœlestisque Ierusalem spiritalia regna describit. In Iudicum libro, quot principes populi, tot figurae sunt. Ruth Moabitidis Isaia explet vaticinium, dicens: Emitte agnum domine dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filia Sion. Samuel in Heli mortuo, & in occiso Saul, veterem legem abolitam monstrat: porrò in Sadoch, atque Dauid, noui sacerdotij, nouique imperij sacramenta testatur. Malachim, id est tertius & quartus Regum liber, à Salomone vsque ad Iechoniam, & ab Ieroboam filio Nabath vsque ad Osee, qui ductus est in Assyrios: regnum Iuda, & regnum describit Israel. Si historiam respicias, verba simplicia sunt: si in literis sensum latentem inspexeris, ecclesiæ paucitas, & hereticorum contra ecclesiam bella narrantur. Duodecim prophetæ in vnius voluminis angustias coarctati, multo aliud quàm sonant in litera, præfigurant. Osee crebrò nominat Ephraim, Samariam, Ioseph, Iezrael, & uxorem fornicariam, & fornicationis filios, & adulteram cubiculo clausam mariti, multo tempore sedere viduam, & sub veste lugubri, mariti ad se reditum præstolari, Ioel filius Phatuel, describit terram duodecim tribuum, cruce, brucho locusta, rubigine vastante ¹⁰ consumptam: & post eersionem prioris populi effusum iri Spiritum sanctum super seruos dei, & ancillas, id est super centumviginti credentium nomina, ¹¹ & effusum iri in cœnaculo Sio. Qui centumviginti ab vno vsque ad quindecim, & paulatim & per incrementa surgentes, quindecim graduum numerum efficiunt, qui in psalterio mysticè continentur. Amos pastor, & rusticus, & ruborum mora distingens paucis verbis explicari non potest. Quis enim dignè exprimat tria

Artes Hæchanicæ.

Perf. fatia.

Hæc animaduertant Neoterici.

Virgilius ecloga. 44. Aneid. 1. Aneid. 2.

Genesis.

Exodus.

Leuiticus.

Numeri. Deuteronomium. 1. Cor. 14. d. Iob.

Iob. 19. b.

Iosue.

Iudicum.

Ruth. Regum. 1. a.

Regū. 3. 4.

Osee.

Ioel.

Amos.

9. Docendi.

10. Corruptam. 11. Qui effundendus erat

& quatuor scelera Damasci & Gaze, Tyri & Idumae, & filiorum Ammon & Moab: & in septimo & octavo gradu Iudae & Israel: Hic loquitur ad vacas pingues quae sunt in Samaria monte, & ruituram domum maiorem minoremque testatur. Ipse cernit sicilem locustae, & stantem dominum super murum litum vel adamantinum, & vincinum pomorum, atrabentem supplicia peccatoribus, & famem in terra, non famem panis, nec sitim aquae, sed audiendi verbum dei. **Abdias**, qui interpretatur seruus domini: pertonat contra Edom, & sanguinem terrenumque fratrem:] fratris quoque Iacob semper emulum, hasta percutit spiritali. Ionas pulcherrima columna, naufragio suo passionem domini praefigurans, mundum ad penitentiam reuocat, & sub nomine Ninive, gentibus salutem nunciat. Michaeas de Morasthi, coheres Christi, vastationem annunciat filiae Ieronis, & obsidionem ponit contra eam, quia maxilla percussit iudicis Israel. Nabum consolator orbis, increpat ciuitatem sanguinum, & post euerisionem illius loquitur: Ecce super montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem. Habacuc luctator fortis & rigidus, stat super custodiam suam, & fugit gradum super munitionem, ut Christi in cruce contempletur, & dicat: Operuit caelos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Splendor eius ut lux erit. cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius. Sophonias speculator, & arcumorum dei cognitor, audit clamorem a porta piscium, & eiulatum a secunda, & contritionem a collibus. Indicit quoque plulatum habitatoribus Pile, quia concituit omnis populus Chanaan, dispersi sunt] vniuersi qui inuoluti erant argento. Aggeus festiuus & letus, qui seminauit in lachrymis, ut in gaudio meteret, destructum templi reedificat, deumque patrem inducit loquentem: Adhuc vnum modicum, & quia] ego commouebo caelum & terram, & mare & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus. Zacharias memor domini sui, multiplex in prophetia, Iesum vestibus sordidis indutum, & lapidem oculorum septem, candelabrumque aureum cum totidem lucernis quot oculis, duas quoque oliuas a sinistris lampadis cernit, & a dextris, ut post equos rufos, varios, nigros, & albos, & dissipatas quadrigas ex Ephraim, & equum de Ierusalem, pauperem Regem vaticinetur, & praedicet Regem sedentem super pullum filium asinae subingalis. Malachias aperte & in fine omnium prophetarum de abiectioe Israel, & vocatione gentium: Non est mihi, ait, voluntas in vobis, dicit dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra: Ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda.] Ieremias, Ieremiam, Ezechielem, & Danielem, quis potest vel intelligere, vel exponere? Quorum primus non prophetiam videtur mihi texere, sed euangelium. Secundus virgam nucem, & ollam accensam] a facie aquilonis, & pardum spoliatum suis coloribus, & quadruplex diuersis metris neclit alphabetum. Tertius principia & finem tantis habet obscuritatibus inuoluta, ut apud Hebraeos ipsae partes cum exordio Geneleos, ante annos triginta non legantur. Quartus verò, qui & extremus inter quatuor prophetas, temporum conscius, & totius mundi philohistoricus.] lapidem praecisum de monte sine manibus, & regna omnia subuertentem, claro sermone pronunciat. David Simonides noster, Pindarus, & Alcaeus, Flaccus quoque, Catullus atque Serenus, Christum Lyra praedicat, & in decachordo psalterio ab inferis excitat resurgentem. Salomon pacificus & amabilis domini, mores corrigit, naturam docet, ecclesiam iungit, & Christum, sanctarumque nuptiarum dulce canit epithalamium. Esther in ecclesiae typo populum liberat de periculo, & interfecto Haman, qui interpretatur iniquitas, partes conuiuii & diem celebrem mittit in posteros. Paralipomenon liber instrumenti veteris & πικρον, id est, epitome, tantus ac talis est, ut absque illa si quis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare, seipsum irideat. Per singula quippe nomina, iuncturaeque verborum, & praetermissae in Regum libris tanguntur historiae, & innumerabiles explicantur euangelij quaestiones. Esdras & Nehemias, adiutor videlicet & consolator a domino, in vno volumine coarctantur: instaurant templum, muros extruunt ciuitatis, omnisque illa turba populi redeunt in patriam, & descriptio sacerdotum, leuitarum, Israelis, proselytorum, ac per singulas familias murorum & turrium opera diuisa, aliud in cortice praefereunt, aliud in medulla retinent. Cernis me scripturarum amore raptum, excessisse modum epistola, & tamen non implese quod volui. Audiuius tantum quid nosse, quid cupere debeamus, ut & nos quoque possimus dicere: Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Ceterum illud Socraticum impletur in nobis: Hoc tantum scio, quod nescio. Tangam & nouum breuiter testamentum. Matthaeus, Marcus, Lucas, & Ioannes, quadriga domini, & verum Cherub, quod interpretatur scientiae plenitudo, per totum corpus oculati sunt scin-

12. Homines

13. Dispericiunt.

14. Succensam.

15. Philistinos.

16. Personat.

Abdias.

Ionas.

Michaeas.

Nabum.

Habacuc.

Sophonias.

Aggeus.

Zacharias.

Malachias.

Isaias.

Ieremias.

Ezechiel.

Daniel.

David psaltes.

Proverbia.

Eccles.

Cantica.

Ether.

Paralipomenon.

Esdras.

Nehemias.

Psal. 112.

Matthaeus.

Marcus.

Lucas.

Ioannes.

ille emicant, discurrunt fulgura, pedes habent rectos, & in sublime tendentes, terga pennata, & ubique volitantia, tenent se mutuo, sibi que perplexi sunt, & quasi rota in rota voluuntur, & pergunt quocumque eos flatus Spiritus sancti perduxerit. Paulus apostolus ad septem scribit ecclesias, octava enim ad Hebræos, à plerisque extra numerum ponitur) Timotheum instruit & Titum, & Philemonem pro fugiivo famulo deprecatur: super quo melius tacere puto, quàm pauca scribere. Actus apostolorum nudam quidem videntur sonare historiam, & nascentis ecclesie infantiam texere: sed si noverimus scriptorem eorum Lucam esse medicum, cuius laus est in euangelio: animadvertemus pariter omnia verba illius anima languentis esse medicinam. Iacobus, Petrus, Ioannes, Iudas, apostoli, septem epistolas ediderunt tam mysticas quàm succinctas, & breves pariter & longas: breves in verbis, longas in sententiis: ut rarus sit qui non in earum cæcutiat lectione. Apocalypsis Ioannis tot habet sacramenta, quot verba. Parum dixi, & pro merito voluminis laus omnis inferior est: In verbis singulis multiplices latent intelligentiæ. Oro te frater charissime, inter hæc vivere, ista meditari, nil aliud nosse, nihilque aliud querere: nonne videbitur tibi iam hic in terris regni cælestis habitaculum? Nolo offendaris in scripturis sanctis simplicitate & quasi vilitate verborum, quæ vel vitio interpretum, vel de industria sic prolata sunt, ut rusticam concionem facilius instruerent: & in vna eademque sententia, aliter doctus, aliter¹⁷ sentiret] indoctus. Non sum tam petulans & hebes, ut hæc me nosse pollicear, & eorum fructus capere in terra, quorum radices in cælo fixæ sunt: sed velle fateor, & sed eniti me profiteor.] sedenti me præfero: magistrum veniens, comitem spondeo. Petenti datur, pulsanti aperitur, querens inuenit. Discamus in terris, quorum scientia nobis perseveret in cælo. Obuiis te manibus excipiam, & ut ineptè aliquid ac de Hermagora tumiditate effundam, quicquid quaesieris, tecum scire conabor. Habes hic amantissimum tui fratrem Eusebium, qui literarum tuarum mihi gratiam duplicavit: referens honestatem morum tuorum, contemptum seculi, fidem amicitie, amorem Christi. Nam prudentiam, & eloquij venustatem, etiam absque illo ipsa epistola præferebat Festina quaeso te, & herentis in salo nauicule funem magis¹⁸ præscinde.] quàm solue. Nemo renunciaturus seculo, bene potest vendere, quæ contempsit ut venderet. Quicquid in sumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. Antiquum dictum est: Avaro tam deest quod habet, quàm quod non habet. Crede mihi, totus mundus diuitiarum est. Infidelis autem etiam obolo indiget. Sic viuamus, quasi nil habentes, & omnia possidentes. Victus atque vestitus, diuitiæ Christi amorum sunt. Si habes in potestate rem tuam, vende: si non habes, proiice. Tollenti tunicam, & pallium relinquendum est. Nisi scilicet tu semper recrastinans, & diem de die trahens, cautè & pedetentim tuas possessiunculas vendideris: non habet Christus unde alat pauperes suos. Totum deo dedit, qui se obtulit. Apostoli tantum nauem & retia reliquerunt, vidua duo æra misit in Gazophylacium, & præfertur Cræsi diuitiis. Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum.

Paulus.

Actus apostolorum.

Iacobus.
Petrus.
Ioannes.
Iudas.
Apocalypsis

Matth. 7. a.
Luc. 11. b.


1. Cor. 6. b.

Matth. 5. f.

Mar. 1. b.
Matth. 12. d.

17. Audiret

18. Præcide



DESIDERII mei desideratas accepi epistolas, qui quodam præfatio futurorum, cum Daniele fortitus est nomen: obsecrantis, vt translatum in Latinam linguam de Hebræo sermone Pentateuchum, nostrorum auribus traderem. Periculosum opus certè, & obrectatorum meorum latratibus patens, qui me asserunt in Septuaginta interpretum sugillationem, noua pro veteribus cudere, ita ingenium quasi vinum probantes, cum ego sæpissimè testatus sim, me pro virili portione in tabernaculo dei offerre quæ possim, nec opes alterius aliorum paupertate scædari. Quod vt auderem, Origenis me studium prouocauit, qui editioni antiquæ translationem Theodotionis miscuit, asterisco & obelo omne opus distinguens: dum aut illucescere facit quæ minus antè fuerant: aut superflua quæque iugulat & confodit, maximè quæ Euangelistarum & Apostolorum auctoritas promulgauit. In quibus multa de veteri Testamento legimus, quæ in nostris codicibus non habentur: vt & illud, Ex Ægypto vocaui filiū meum: &, Quoniam Nazaræus vocabitur: &, Videbunt in quem cõpunxerunt: &, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: &, Quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit deus diligentibus se: & multa alia quæ proprium syntagma desyderant. Interrogemus ergo eos vbi hæc scripta sint: & cum dicere non potuerint, de libris Hebraicis proferamus. Primū testimoniū est in Osee: Secundū in Isaia: Tertiū in Zacharia: Quartum in Proverbiis: Quintū æque in Isaia. Quod multi ignorantes, apocryphorū deliramenta sectantur: & Hiberas nãnias libris authenticis præferunt. Causas erroris nõ est meum exponere. Iudæi prudẽti factum dicunt esse consilio: ne Ptolemæus vnus dei cultor, etiã pud Hebræos duplicè diuinitatem deprehederet. Quod maximè idcirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Denique vbicunq; sacratum aliquid scriptura testatur de patre & filio & spiritu sancto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt: vt & regi satisfacerent, & arcanum fidei non vulgarent. Et nescio quis primus author septuaginta cellulas Alexandria mendacio suo extruxerit, quibus diuisi eadem scripturarint: cum Aristæas eiusdem Ptolemæi hyperaspistes, & multo post tempore Iosephus, nihil tale retulerint: sed in vna basilica congregatos contulisse scribant, non prophetaisse. Aliud est enim esse vatem: aliud est esse interpretem. Ibi spiritus vëtura prædicat: hic eruditio & verborum copia ea quæ intelligit transfert. Nisi forte putandus est Tullius Oeconomicum Xenophontis, & Platonis Protagoram, & Demosthenis pro Ctesiphonte, afflatus rhetorico spiritu transtulisse. Aut aliter de isdem libris per septuaginta interpretes, aliter per Apostolos spiritus sanctus testimonia texuit: vt quod illi tacuerunt, hi scriptum esse mentiti sint. Quid igitur? Damnamus veteres? Minimè. Sed post priorum studia, in domo domini quod possumus, laboramus. Illi interpretati sunt ante aduentum Christi, & quod nesciebant, dubiis protulere sententiis: nos verò post passionem & resurrectionem eius, non tam prophetiam quàm historiam scribimus. Aliter enim audita, aliter visa narrantur. Quod melius intelligimus, melius & proferimus. Audi igitur æmule, obrectator ausculta: non damno, non reprehendõ Septuaginta: sed confidenter cunctis illis Apostolos præfero. Per istorū os mihi Christus sonat, quos ante prophetas inter spiritalia charismata positos lego: in quibus vltimum penè gradum interpretes tenent. Quid liuore torqueris? Quid imperitorum animos contra me concitas? Sicubi in translatione tibi videor errare: interroga Hebræos, diuersarum vrbium magistros consule. Quod illi habent de Christo, tui codices non habent. Aliud est si contra se postea ab Apostolis vsurpata testimonia probauerunt: & emendatiora sunt exemplaria Latina quàm Græca, & Græca quàm Hebraica. Verùm hæc contra inuidos. Nunc te deprecor Desideri charissime, vt quia me tantū opus subire fecisti, & à Genesi exordium capere, orationibus iuues: quò possim eodem spiritu, quo scripti sunt libri, in Latinum eos transferre sermonem.

Creatio mundi.

I

Liber Genesis, Hebraice בראשית

Deus ex informi omnium creata materia creaturarum species distinguit, distinctasque ornat, ad quarum usum hominem creat, cunctaque illi creata subiicit.

Hic liber apud Hebræos Bere sith vocatur, hanc habet consuetudinem, vt voluminibus ex principis eorū nomina imponant. Hieron. Quæst. in Genes.

Iosep. lib. 1. cap. 1.
Anni ante Christum 1962. iuxta Hebræos. Anni mundi primo. Eccle. 18. a. Heb. 11. a. Psal. 135. a. Eziere. 10. b. Iudith. 16. c. Psal. 148. a.



DN principio creauit deus cœlum & terram. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erāt super faciem abyssi: & spiritus domini ferebatur super aquas. Dixitq; deus: Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucē q; esset bona: & diuisit lucem à tenebris.] appellauitq; lucē diē, & tenebras noctē. Factūq; est vespere & mane dies vnus. Dixit quoque deus: Fiat firmamentum] in medio aquarū: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum, diuisitq;] aquas quæ erāt sub firmamento, ab iis] quæ erāt super firmamentū. Et factū est ita. Vocauitq; deus firmamentum cœlū: & factū est vespere & mane dies secundus. Dixit verò deus: Congregētur aquæ quæ sub cœlo sunt, in locū vnū: & appareat arida. Et factum est ita. Et vocauit deus aridam, terram, congregationēque aquarū appellauit maria. Et vidit deus quod esset bonum, & ait: Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferū faciēs] fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terrā. Et factū est ita. Et protulit terra herbam virentē, & facientem semen iuxta genus suum, lignūmq; faciens fructum, & habens vnumquodque sementem] secundum speciem suā. Et vidit deus quod esset bonum: & factum est vespere & mane dies tertius. Dixit autē deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidāt diem ac noctē: & sint in signa & tempora, & dies, & annos: vt luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. Et factum est ita. Fecitq; deus duo luminaria magna, luminare maius, vt præfset diē: & luminare minus, vt præfset nocti: & stellas. Et posuit eas in firmamento cœli, vt lucerēt super terrā, & præfset diē ac nocti, & diuiderēt lucem ac tenebras. Et vidit deus quod esset bonū, & factū est vespere & mane dies quartus. Dixit etiā deus: Producant aquæ reptile animæ viuētis, & volatile super terrā, sub firmamento] cœli. Creauitq; deus cete grādia, & omnem animā viuētē atque motabilē, quam produxerāt aquæ in species suas, & omne volatile secundū genus suū. Et vidit deus quod esset bonū, benedixitq; eis, dicens: Crescite] & multiplicamini, & replete aquas maris, auēsque multiplicentur super terram. Et factū est vespere & mane dies quintus. Dixit quoq; deus: Producat terra animam viuētem in genere suo, iumenta & reptilia, & bestias terræ secundū species suas. Factūque est ita. Et fecit deus bestias terræ iuxta species suas, iumenta, & omne reptile terræ in genere suo. Et vidit deus quod esset bonum, & ait: Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā, & præsit] piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis vniuersisq; terræ, omniq; reptili quod mouetur in terra. Et creauit deus hominē ad imaginē & similitudinē suam,] ad imaginē dei creauit illū, masculū, & foeminā creauit eos. Benedixitq; illis deus, & ait: Crescite, & multiplicamini, & replete terrā, & subiicite eā, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus quæ mouētur super terrā. Dixitq; deus: Ecce dedi vobis omnē herbā afferentē semē super terrā, & vniuersa ligna quæ habēt in semetipsis sementē generis sui:] vt sint vobis in escā, & cunctis animantibus terræ, omniq; volucri cœli, & vniuersis quæ mouētur in terra,] & in quibus est anima viuēs, vt habeāt] ad vescendum. Et factū est ita. Viditque deus cuncta quæ fecerat, & erāt valde bona. Et factum est vespere & mane dies sextus.

Deus completo in sex diebus opificio, septimum benedictione ac sanctificatione dignatus, hominem in paradysum variis arboribus & fluminibus insignitum transtulit, cui Heuam ex se formatam coniunxit.

II.

Dgitur perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitq; deus die septimo opus suū quod fecerat:] & requieuit die septimo ab omni opere.

a. Spiritus sanctus vniuersator omnium à principio. Hier. ibid. 1. Incubabat super facies aquarum.
2. Distinxit deus inter lucem & inter tenebras.
* vocauit.
3. extentio, & infra.
4. Distinxitque inter.
5. Et inter aquas.

b. Deus substantia ipsius, in diuinitatis nomen est substantia sent per fuit, dominus verò non substantia, sed potestatis vocabulū postea accepit. Quod ex ordine creationis Moyses ostendit, primò se deū instituit, post creatas verò creaturas se dominum indicat. Tertul. contra Hæmogenium.

c. Omnis lacus & aquarum congregatio maria nuncupantur. Hieron. ibidem.
6. Arborē fructiferā facientē.
* Afferentem.
7. Arborēque faciētē fructum, cuius semen fuit in semetipso.
* Factum est.

* In certa.
d. Quod inquit in tempora &c. intelligit temporum mutationes & vices. Quod dicit in dies &c. non accipiendum est vt dies facient, sed vt in his curricula sua decurrant. Procopius ibid.

* Deus.
8. Inter lucem & inter. Animam enim brutorum vniuersæ illorum corporibus sunt implicata & confecta. Quapropter eorum corporibus intereunt. Procopius ibidem.
* Factum est.
* Voltans.

9. Superficie firmamenti.
* Pennatum sive alatum.
10. Fructificare.
* Factum est.

f. Quo nomine omnia vocat que super terrā viuēt, & nequeunt in alium volare, sicut solent aues. Procopius ibidem.
* Secundum speciem suam.
11. Faciemus hominē in imagine nostra secundum.
12. Dominetur.
13. In imagine sua, & infra.

g. Crescat & multiplicetur ille, qui impletus est terram. Hieron. ad Eufrochium.

14. Que est in superficie vniuersæ terre, & omnē arborē in qua est fructus arboris, & que semē producat.
* Sed.

15. Reptant super terram.
16. Et omne olus herbæ.
1. Eseritius.
2. Die sexta opera sua que fecit, Gra.

a. Vide Hiero. Arctabimus Iudæos qui de ocio sabbati gloriantur, quia iam tunc in principio sabbatum dissolutum sit, dum deus operatur in sabbato, complens opera sua in eo, & benedictus ipsi diei, quia in illo vniuersa compleuerit. Hæc Hieron. Quæst. in Genes.
* Suo.

† Iob. 38. a. Psal. 135. a.

† 32. q. 1. c. Nuptiæ. Psal. 135. b.

† De maiori. & obc. c. Solit. 9. præserca.

† 35. dist. c. Sexto die.

† Inf. 5. a. 4. o. d. c. illud 33. q. 5. c. Hæc imago. Sapient. 2. d. Eccle. 17. a.

† Eccle. 30. c. 24. q. 3. Quiddam. 35. dist. c. Sexto die.

Iosef. 1. r. De fer. licet. Exod. 20. b. Heb. 4. b.

b. Benedictione itaque ei haud alpernatus est conuicere, reliquos honorauit operibus quae in his eueniant: uerū septimū uoluit esse documentum, uini uerū naturam in eo esse cōsummatam. Procopius.

3. Agri.
4. Vapori.
5. De puluere Heb. puluerem de terra Gra.

c. Voluit & imperauit ut hoc corpus haberet vitalē vim, quae facta est animalī in animam uiuentem, hoc est efficaciter operantem. Chryso. in Gene. homil. 13.

d. Hoc est, precepto plantari, unde credas quod & hortus dicitur paradisi factus sit, & in illo loco ubi scriptura significauit. Chryso. in Gene. homil. 14.

6. Hortum in Eden uersus orientem. Heb. Gra.

7. De Eden ad irrigandum hortum.

e. Hunc esse Indiae fluium Gagen putant. Hier. in Gen. 8. carbunculus, & lapis prasinus.

9. In hortum Eden.

* Dominus deus.

10. Moralis eris.

11. Faciam illi adiutorium, quod uerū sit coram eo.

12. In anima uiuente.

f. Hic iam considera uoluntatis libertatem, & sapientiae eius eminentiam, & non die quod ignoraui quid bonum & quid malum. Chryso. in Gene. homil. 14.

13. Coram eo qui, si semper illi in ministerium adisset.

14. Eccliam super Adam, id est, mensis excellentiam. Hier. in Gene. 14.

15. Har uices.

* Num.

16. Ad carnem uenam.

g. Nimirum propter substantiae commutationem, aut propter uirtutis operam quam dant libetis procreandis. Procopius ibidem.

2. Etiam quia dixit dominus, nō comedetis de omni ligno horti, sub. palā est eum uos odio habere.

3. Horti dixit de. Nequaquam comedetis, neque contingeretis illud, ne forte moriamini.

4. Hoc bruto uisur, diabolus ad insidiam suarum machinationes, & per ipsum mulieri loquitur. Chryso. in Gene. homil. 16.

5. Quia concupiscentia esset.

6. Desiderabileque ad intelligentiam consequendam.

* scum.

h. Non de oculis sensibilibus, sed de sensu mentis. Chryso. in Gene. homil. 16.

5. Cinthoria.

6. Ventum diei.

7. Inset arboris horti.

8. Horto.

9. Ut mecum esset.

10. Seduxit me, uel persuasit mihi.

c. Non iam illum dignetur, ut responsum ex eo audiat, sed potius intentat, & talem quae omni tempore durer. Chryso. in Gene. homil. 17.

d. Serpens etenim ex pena fertur super omnes serpentes, supra uimena & bestias terrae, de quibus ait Saluator, se dedisse suis discipulis potestatem calcandi serpentes & scorpiones. Procopius.

11. Per omnibus animantibus.

quod patrarat. Et benedixit diei septimo, & sanctificauit illū, quia in ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit deus ut faceret. Iste sunt generationes caeli & terrae, quādo creatae sunt in die quo fecit deus caelum & terram, & omne uirgultum agri antequam oriretur in terra, omnemque herbā regionis priusquam germinaret. Non enim pluerat dominus deus super terram, & homo non erat qui operaretur terrā. Sed fons ascēdebat à terra, irrigans uniuersam superficiem terrae. Formauit igitur dominus deus hominem de limo terrae, & inspirauit in faciem eius spiraculū uitae, & factus est homo in animam uiuentem. Plantauerat autē dominus deus paradysum uoluptatis à principio, in quo posuit hominē quem formauerat. Produxitque dominus deus de humo, omne lignum pulchrum uisū, & ad uescendū suaue: lignum etiā uitae in medio paradisi, lignūque sciētiae boni & mali. Et fluuius egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigandū paradysum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen unius Phison: Ipse est qui circuit omnē terrā Heuila, ubi nascitur aurū, & aurū terrae illius optimū est. Ibiq; inuenitur b. dellū, & lapis onychinus. Et nomē fluuii secūdi Gihon: Ipse est qui circuit omnē terram Aethiopiae. Nomē uerò fluminis tertij Tigris: ipse uadit contra Assyrios. Fluuius autē quartus, ipse est Euphrates. Tulit ergo dominus deus hominem, & posuit eum in paradysum uoluptatis, ut operaretur & custodiret illū: praecepitque ei, dicens: Ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientiae boni & mali ne comedas. In quacūq; enim die comederis ex eo, morte morieris. Dixit quoque dominus deus: Nō est bonū hominem esse solum: faciamus ei adiutoriū simile sibi. Formatis igitur dominus deus de humo cūctis animantibus terrae, & uniuersis uolatilibus caeli, adduxit ea ad Adā, ut uideret quid uocaret ea. Omne enim quod uocauit Adā animae uiuentis, ipsum est nomen eius. Appellauitque Adam nominibus suis cuncta animantia, & uniuersa uolantia caeli, & omnes bestias terrae. Adā uerò nō inueniebatur adiutor similis eius. Imisit ergo dominus deus soporem in Adam: Cumque obdormisset, tulit unā de costis eius, & repleuit carnē pro ea. Et aedificauit dominus deus costam quā tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adā. Dixitque Adam: Hoc nunc Jos ex ossibus meis, & caro de carne mea: Haec uocabitur uirago, quoniam de uiro sumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit uxori suae, & erunt duo in carne una. Erat autem uterque nudus, Adam scilicet & uxor eius, & non erubescabant.

Serpentis astu seducti parentes, dum dei praecepta contempnunt, à paradiso pelluntur, poenāque posteritati eorum indicitur, illisque paradysus perpetuo obseruatur. III.

Ed & serpens erat callidior cunctis animantibus terrae, quae fecerat dominus deus. Qui dixit ad mulierem: Cur praecepit uobis deus, ut non comederetis ex omni ligno paradisi? Cui respondit mulier: De fructu lignorum quae sunt in paradiso, uescimur: de fructu uerò ligni, quod est in medio paradisi, praecepit nobis deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Dixit autem serpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini: Scit enim deus, quod in quocunq; die comederitis ex eo, aperietur oculi uestri, & eritis sicut dii, scientes bonum & malum. Vidit igitur mulier, quod bonū esset lignū ad uescendum, & pulchrum oculis, & aspectūq; delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit, deditque uiro suo, qui comedit: & aperti sunt oculi amborū. Cūque cognouissent se esse nudos, consuerūt folia ficus, & fecerūt sibi perizomata. Et cū audissent uocē domini dei deambulātis in paradiso ad auram post meridiē, Iacob dicit se Adā & uxor eius à facie domini dei in medio ligni paradisi. Vocauitque dominus deus Adā, & dixit ei: Ubi es? Qui ait: Vocē tuā domine, audiui in paradiso, & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. Cui dixit dominus: Quis enim indicauit tibi, quod nudus esses, nisi quod ex ligno de quo praeceperam tibi ne comederes, comedisti? Dixitque Adam: Mulier quā dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Et dixit dominus deus ad mulierem: Quare hoc fecisti? Quae respondit: Serpens decepit me, & comedi. Et ait dominus deus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terrae: Super pectus tuū gradiēris, & terrā comedes cunctis diebus uitae tuae. Inimicitias ponā inter te & mulierem,

† 8. dist. c. 11. 106. r. 2. Tob. 8. b. 1. Cor. 15. f. De consecra. dist. 1. cap. Hi duo. † 10. dist. c. illud. 12. q. 2. Moyser. † Eccl. 24. e.

† 11. q. 3. r. Ad mentiam, & c. Quid ergo. † 10. q. 1. e. Ad lumina. 14. q. 1. Cum per bellica. 26. dist. cap. Deinda.

† 11. q. 1. e. Deo, & 12. q. 4. c. Dixit Sacer. 27. q. 2. lex diuina. 3. dist. 4. Math. 19. 2. Mar. 10. a. † 1. Cor. 11. 2. 1. Cor. 11. 2. Eph. 5. g. 106. 1. 3. An. ante Chi sum. 3 of 8. An. n. 8. h. m. Eccl. 15. d. † 2. Cor. 11. a.

† Eccl. 25. d. 6. dist. c. Sed pensandum. 35. dist. cap. Sexto die. De peni. dist. 1. m. 2. cap. ut cognouerit. De peni. di. 1. Iudas. De pen. dist. 1. Et uenit. † 11. q. 3. Mu. tier 2. Adam.

† De peni. dist. 1. c. Serpens, & c. uolantia.

rem, & semen tuum & semen illius: ¹² Ipsa] conteret caput tuum, & tu ¹³ insidiaberis calcaneo] eius. Mulieri quoque dixit: ¹⁴ Multiplicabo aerunas tuas, & conceptus tuos: ¹⁵ In dolore paries filios tuos, & ¹⁶ sub viri potestate eris,] & ipse dominabitur tui. Adae vero dixit: Quia audisti vocem vxoris tuae, & comedisti de ligno ex quo praeceperam tibi ne comederes, ¹⁷ maledicta terra ¹⁸ in opere tuo,] in laboribus comedes ex ea, cunctis diebus vitae tuae. ¹⁹ Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terrae. ²⁰ In sudore vultus tui vesceris pane tuo:] ²¹ donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia pulvis es, & in puluerem reuertetur. Et ²² vocauit Adam nomen vxoris suae, Heua: eod quod mater esset ceterorum viuentium. Fecit quoque dominus deus Adae & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Et ait: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum. Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitae, & comedat, & viuat in aeternum. ²³ Emisit eum dominus deus de ²⁴ paradiso voluptatis,] vt operaretur terram, de qua sumptus est. Eiecitque Adam, & collocauit ²⁵ ante paradisum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium atque versatilem,] ad custodiendam viam ligni vitae.

Humanæ prauaricationis poena fratrem armat in fratrem. Vnde Cain reprobatus vitam profugus egit, prolem genuit, sed & Adam Abelis premortui loco Seth generauit. IIII.

Adam vero cognouit Heuam vxorem suam, quae concepit & peperit Cain, dicens: Possedi hominem ¹ per deum: rursumque peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel pastor ouium, & Cain agricola. Factum est autem ² post multos dies, vt offerret] Cain de fructibus terrae ³ munera] domino. Abel quoque ⁴ obtulit] de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum. ⁵ Et respexit dominus ⁶ ad] Abel, & ad munera eius: ⁷ ad Cain autem, & ad munera illius non respexit. Iratusque est Cain vehementer, & coccidit vultus eius. Dixitque dominus ad eum: Quare iratus es? & cur coccidit facies tua? ⁸ Nonne si bene egeris recipies? Sin autem male, statim in foribus peccatum ⁹ aderit: Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.] ¹⁰ Dixitque Cain ad Abel fratrem suum: ¹¹ Egrediamur foras.] Cumque essent in agro, coccidit Cain aduersus fratrem suum Abel, ¹² & interfecit eum. Et ait dominus ad Cain: ¹³ Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit: Nescio. Numquid custos fratris mei sum ego? Dixitque ad eum: Quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus ¹⁴ eris ¹⁵ super terram,] quae aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam, non ¹⁶ dabit tibi fructus suos:] Vagus & profugus eris super terram. Dixitque Cain ad dominum: Maior est iniquitas mea, quam vt ¹⁷ veniam merear.] Ecce eiicis me hodie a facie terrae, & a facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra. Omnis igitur qui inuenit me, occidet me. Dixitque ei dominus: ¹⁸ Nequaquam ita fiet, ¹⁹] sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Posuitque dominus in Cain signum, vt non interficeret eum omnis qui inuenisset eum. ²⁰ Egredessusque Cain a facie domini, habitauit ²¹ profugus in terra, ad orientalem plagam] Eden. Cognouit autem Cain vxorem suam, quae concepit, & peperit Enoch: ²² Et aedificauit ciuitatem, & vocauit nomen eius ex nomine filij sui Enoch. Porro Enoch genuit Irad: Et Irad genuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathusael: Et Mathusael genuit Lamech. ²³ ²⁴ Qui accepit] duas vxores: Nomen vni Ada, & nomen alteri ²⁵ Sella.] Genuitque Ada ¹ Iahel,] qui fuit pater habitantium in tentoriis, atque pastorum: & nomen fratris eius Iubal. Ipse fuit pater canentium cithara & organo. Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator, & faber in cuncta opera aeris & ferri. Soror vero Tubalcain, Noema. Dixitque Lamech vxoribus suis, Adae & Sella: Audite vocem meam vxores Lamech, auscultate sermonem meum: ² Quoniam occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum. ³ Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech vero septuagies septies. Cognouit quoque adhuc Adam vxorem suam, & peperit filium, vocauitque nomen eius Seth dicens: Posuit mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Sed & Seth natus est filius, quem vocauit Enos. ⁴ Iste coepit inuocare] nomen domini.

Generationis Adae repetitio & propagationis eius usque ad Noe descriptio & multiplicatio. V.

a ij Hic est

† 5. di. cap. Si mulier.
† 33. q. 5. Manuclit. Mulierem.

† 24. q. 3. ca. Cum ergo. 35. di. in. c. In capite. † 13. q. 2. cap. In ecclesiastico.

† De peni. dist. 1. cap. Adam. 40. di. in. c. Qualibet. c. Adam. 4. Cor. 15. f.

An. ante christum. 3947. An. mundi. 45. Ios. 1. 4.

† Heb. 11. a. 3. q. 7. In grauius.
De peni. di. 1. ca. Niquid Cain. dist. 1. 5. ca. 1. Dist. 9. c. Neque. 24. q. 5. Scriptum. † De conse. dist. 2. c. Si eredis. † Sap. 10. a. 2. Ioan. 3. b. De peni. di. 2. Voluissent. † De peni. dist. 3. Iudas. 24. q. 3. Cum ergo. De peni. di. 1. c. Voluissent. Dist. 6. Non est. 24. q. 3. An non.

† De peni. dist. 1. Et venit.

† Dist. 6. c. non est.

† 15. q. 1. Illud relatum. 9. Sed obicitur. An. ante christum. 3832. Anni mundi 430.

c. Semper serpentis sunt peccatores, semen mulieris fuit Christus & sui sequaces.
12. Ipsum scilicet semen. Nam Hebraeum habet Hu, ipse & ipsum, & non Hi, Ipsa. Hieron. in Gene.
13. Conteres calcaneum.
14. Multiplicando multiplicabo dolorem tuum.
15. Ad virum tuum erit desiderium tuum.
16. Propter te, id est, propter peccatum tuum.
17. Adam nomen etiam suae vxori imposuit Heuam, id est vitam, quia est mater omnium viuentium. Hieron. ibid.
18. Horto Eden.
19. Eum ab orientali parte horri Eden, & posuit Cherubin, & lamminam gladij versatilis, ad custodiendum paradisi vestibulum, ne quis possit intrare. Hieron. ibid.

1. A domino.
2. A sine diebus, & adduxit.
3. Oblationem.
4. Adduxit.
5. Hoc est, cognoscere illos fecit, se illius approbare voluntatem, huius autem repellere ingratiudinem. Chryl. ibidem.
6. Super, & infra. Hieron.
7. Respexit dominus ad Abel, quoniam cum simplicitate & iustitia offerbat: Non ad Cain, quoniam cum zelo & malitia, quae erat aduersus fratrem suum, diuisionem habebat in corde. Irenaeus. lib. 4. cap. 34.
8. Nonne si bene egeris erit subleuatio, & si non bene egeris, ad fores peccatum eubar, & ad te appetitus illius. Heb. vide Hiero. Quae. in Gene. vel vt Graeci habent: Nonne si recte obruleris, recte autem non diuiseris, peccasti. Quae. ad te conuersio illius. 70. interp. xatum.
9. Subaudiatur quod locutus est dominus. Superfluum est ergo quod in Samaritanorum, & in iustis voluminibus reperitur: Transcurram campum. Hier. in Gene. cap. 4.
10. Ab ipsa terra.
11. Quotum inuis peccatum hoc prauaricationis protoplasti, est maledictionis variare, lique. Chryl. in Genes. homi. 9.
12. Adiciat virtutem suam vel non augetis vim suam.
13. Reuertatur. vel iniquitas mea maior est quam remissio, vel propitatio.
14. e. Imito quicumque occiderit Cain, septuplum vindicabitur, vel septem vindictas exoluet. Hieron. vel qui occidere attentauerit, septem maximis penis se reum faciet. Chryl. aduersus Iudeos, orat. 5.
15. In terra Nod, ab oriente, a lias in terra Naid, iuxta 70. interpretet.
16. Et accepit sibi Lamech.
17. Digamta quinta generatio a Cain profecta.
18. Zilla & intra.
19. Iahel.
20. Pluribus ego quidem Cain supplicis dignus sum. Atqui Lamech fratrem non interfecit, sed quia nec exemplo quidem commouitus prudetior factus est, puniatur. Quae enim venia fuerit dignus, qui alicuius praenemendator non sit. Chryl. homi. 20.
21. Tunc coepit inuocari, vel tunc initium fuit inuocandi.

1. Generationum.
 a Homo, hominis nomen tam viro quam feminæ conuenit. Hieron. in Genes.
 2. Vel creationis illorum.
 3. Vel in imagine sua, iuxta similitudinem suam.
 4. Fuerunt omnes dies Adam quibus vixit.
 b. Hinc ad Abraham ubi Hebræi ceterum habent annos, Graeci habent ducentos. Hieron. in Gene. cap. 5.

c. Haud enim expetere scire deus vitam impiorum, quibus in extremo die dicitur: Amē amen, non nauis. Et tanta cura fuerit istos veterum horum capillos in numero tenear. Procopius ibidem.
 c. Fortasse in paradisi illum crederem, ubi ille & Elias passetur, sicut Adam priusquam peccatum exinde exire meruisset: vbi nec morbo, nec senectute desiciunt. Aug. super Genes. ad literam. Ipse vero cū corpore translatus non vidit mortem. In corpore enim viuente est spiritaliter ablati, & non animaliter propter transmutationem. Epiphanius contra 64. heresim.
 d. Anno diluuij, & non post diluuium, vide Hieron.
 e. Noe, requirit interpretatur. Ab eo igitur quod sub illo omnia terro opera quiescerunt per diluuium, appellatus est requies. Et natus est Noe 126. anno post mortem Adæ, Hieron. ibid.
 5. Requiescere faciet. Graec.

a. Filij dei, posteri Seth ob egeram illius in deum pietatem, filij hominum posteri Cain. Chryso. in Genes. homi. 22.
 b. Contentet iudicio. Et ideo non hic fenerant sed elemosiam dei sonat, dum peccator hic pro suo scelere visitatur, nec ad aeternum cruciatus seruat. Hieron. in Gene. cap. 6.
 c. Non igitur humana vita vniuersa erant, in 120. annos contracta est, sed generationi illi 120. anni ad penitentiam dati sunt. Quia vero penitentiam agere contempserunt, noluit deus tempus expedire decretum: sed 20. annorum spatium amputatis, induxit diluuium anno 100. a genitæ penitentia destinato. Hieron. ibid.
 2. Omne signum cogitationum cordis eorum tantummodo malum esset.
 c. Nominem enim terræ hominum multitudinem vocat, eo quod omnia eorum opera terrena erant. Ideo hunc solum vocat soler hominem, qui virtutem colit, ceteros autem neque esse putat, sed aliquando vocat terram, aliquando carnem. Chryso. homi. 14.
 3. Violentia, & infamia.
 4. Pinea vel bituminatis. Heb. vel quadatis Graec.
 d. Quae sunt ligna lenigata de quibus arca praecipitur fieri nisi foris & insolubilia, ac bene coarctata, de quibus alia translatio dicit: quadata, ne arca ventorum vi seu aquarum inundatione solueretur. Albinus in Genesim.

Hc est liber generationis] Adam. In die qua creauit deus hominem, † ad similitudinem dei fecit illū, Masculum & feminam creauit eos: & benedixit illis: & vocauit nomen eorum ^a Adam, in die ² qua creati sunt.] † Vixit autem Adā centum triginta annis: & genuit ³ filium] ad imaginem & similitudinem suā, vocauitque nomen eius Seth. Et facti sunt dies Adam postquā genuit Seth, octingenti anni: genuitque filios & filias. Et † factum est omne tempus quod vixit Adā,] anni nōgenti triginta, & mortuus est. † Vixit quoque Seth ^b centūquinque annis, & genuit Enos. Vixitque Seth postquā genuit Enos, octingentis septem annis, genuitque filios & filias. ⁴ Et facti sunt omnes dies Seth nongentorū duodecim annorū, & mortuus est. † Vixit verò Enos nonaginta annis, & genuit Cainā. Post cuius ortū vixit octingentisquindecim annis, & genuit filios & filias. Factique sunt omnes dies Enos nōgenti quinque anni, & mortuus est. † Vixit quoque Cainā septuaginta annis, & genuit Malalehel. Et vixit Cainā postquam genuit Malalehel, octingentisquadraginta annis, genuitque filios & filias. Et facti sunt omnes dies Cainā nōgenti decem anni, & mortuus est. † Vixit autem Malalehel sexagintaquinque annis, & genuit Iared. Et vixit Malalehel postquā genuit Iared, octingentis triginta annis, & genuit filios & filias. ⁵ Et facti sunt omnes dies Malalehel octingenti nonagintaquinque anni, & mortuus est. † Vixitque Iared centū sexaginta duobus annis, & genuit Enoch. Et vixit Iared postquā genuit Enoch octingentis annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Iared nōgentis sexaginta duo anni, & mortuus est. † Porro Enoch vixit sexagintaquinque annis, & genuit Mathusalē. Et ambulauit Enoch cū deo. — Et vixit Enoch] postquā genuit Mathusalem trecentis annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Enoch trecentis sexagintaquinque anni: ambulauitque cū deo, † & non apparuit, quia tulit eū deus. ^c † Vixit quoque Mathusalem centū octoginta septem annis, † & genuit Lamech. ⁶ Et vixit Mathusalē postquā genuit Lamech, septingentis octoginta duobus annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Mathusalem nongentis sexaginta nouem anni, & ^d mortuus est. † Vixit autem Lamech centū octoginta duobus annis, & genuit filiū, vocauitque nomē eius ^e Noe, dicens: Iste ^f cōsolabitur] nos ab operibus & laboribus manū nostrarū in terra, cui maledixit dominus. Vixitque Lamech postquā genuit Noe quingentis nonagintaquinque annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Lamech, septingentis septuaginta septē anni, & mortuus est. † Noe verò cū quingentorū esset annorū genuit Sem, Cham, & Iaphet.

Diluuiū causam hominis mala dederunt. Noe verò inter mortales soli iusto reperto, Arca salutis fabricanda mandatur.

VI.

Vm que cœpissent homines multiplicari super terram, & filias procreassent: videntes ^a filij dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores, ex omnibus quas elegerant. Dixitque deus: Non ¹ permanebit] spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est: † Eruntque ^b dies illius centum viginti annorum.] Gigantes autem erāt super terram in diebus illis. Postquā enim ingressi sunt filij dei ad filias hominū, illæque genuerūt, isti sunt potentes à seculo, viri famosi. Videns autē deus quod multa malitia hominū esset in terra, & ² cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum] omni tēpore, pœnituit eum quod hominem fecisset in terra. — ³ Et prœcauens in futurū,] & tactus dolore cordis intrinsecus: † Delebo, inquit, hominem quē creauī, à facie terræ, ab homine vsque ad animatā, à reptili vsq; ad volucres cœli. Pœnitit enim me fecisse eos. Noe verò inuenit gratiam corā domino. Hæ sunt generationes Noe. † Noe vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis: cū deo ambulauit, & genuit tres filios, Sem, Chā, & Iaphet. Corrupta est autē ^c terra coram domino, & repleta est ³ iniquitate.] Cūque vidisset deus terrā esse corruptā: (omnis quippe caro corruerat viam suā super terrā,) dixit ad Noe: Finis vniuersæ carnis venit corā me: Repleta est ^d terra iniquitate à facie eorū, & ego disperdā eos cū terra. ⁴ Fac tibi arcam de lignis ^d leuigatis:] Mansiuiculas in arca facies, & bitumine linies intrinsecus & extrinsecus, & sic facies eam: Trecentorū cubitorū erit lōgitudō arcæ, quinquaginta cubitorū latitudo, & triginta cubitorū altitudo illius. Fenestram in arca facies, & in cubito cōsummabis summitatem

† Sap. a. d. 5
 Eccle. 17. a.
 Supra 1. d.
 † 1. Para. 1. a.
 † Ann. ante Christum.
 3727.
 Anni mundi
 235.
 † Ann. ante Christum.]
 3637.
 Anni mundi.
 235.
 † Ann. ante Christum.
 3667.
 Anni mundi.
 395.
 † Ann. ante Christum.
 3502.
 Anni mundi.
 469.
 † Ann. ante Christum.
 3340.
 Anni mundi.
 622.
 † Ann. ante Christum.
 3275.
 Anni mundi.
 687.
 † Eccle. 4. 4. e.
 † Hebr. 11. 2.
 † Ann. ante Christum.
 3088.
 Anni mundi.
 874.
 † Ann. ante Christum.
 2906.
 Anni mundi
 1056.

† Ann. ante Christum.
 2406.
 Anni mundi
 156.

10 Cr. 5.
 † Eccl. 18. a.
 Psal. 89.
 35. 4. 1. Cum igitur.

† Inf. 9. d.

† Eccl. 4. 4. e.

mitatem

miratam eius: ostium autem arcae ponas ex latere deorsum. Coenacula & tritega facies in ea.] Ecce ego adducam aquas diluuij super terram, ut interficiam omnem carnem, in qua spiritus vitae est subter caelum, & uniuersa, quae in terra sunt, consumentur. & Ponamque foedus meum tecum, & ingredieris arcam, tu & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum: & ex cunctis animantibus uniuersae carnis,] bina induces in arcam, ut uiuant tecum, masculini sex & foeminini. De volucribus iuxta genus suum: & de iumentis in genere suo: & ex omni reptili terrae, secundum genus suum, bina de omnibus ingredientur tecum, ut possint uiuere. Tolles igitur tecum ex omnibus escis quae mandari possunt, & coportabis apud te, & erunt tibi quam illis in escam. Fecit igitur Noe omnia quae praeeperat illi deus.

Claufo in arca Noe cuiusuis animantis specie, aqua statim montium culmina superauit, caeteraque animantia submersit.

VII.

Ixitque dominus ad eum: Ingredere tu & omnis domus tua in arcam. Te enim uidi iustum coram me in generatione hac. Ex omnibus animantibus mundis tolles septena & septena, masculum & foeminam: de animantibus uero immundis, duo & duo, masculum & foeminam: sed & de uolatilibus caeli septena & septena, masculum & foeminam, ut saluetur semen super faciem uniuersae terrae. Adhuc enim & post dies septem, ego pluuem super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus: & delebo omnem substantiam quam feci de superficie terrae. Fecit ergo Noe omnia, quae mandauerat ei dominus. Erantque sexcentorum annorum, quando diluuij aqua inundauerunt super terram. Et ingressus est Noe & filij eius, vxor eius, & vxores filiorum eius cum eo in arcam, propter aquas diluuij. De animantibus quoque mundis & immundis, & de uolucris, & ex omni quod mouetur super terram, duo & duo ingressa sunt ad Noe in arcam, masculus & foemina: sicut praeeperat dominus Noe. Cumque transissent septem dies, aqua diluuij inundauerunt super terram. Anno sexcesimo uita Noe, mense secundo, decimo septimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnae: & cataractae caeli aperte sunt: & facta est pluuia super terram, quadraginta diebus & quadraginta noctibus. In articulo diei illius ingressus est Noe, & Sem, & Cham, & Iaphet filij eius: vxor illius, & tres vxores filiorum eius cum eis in arcam: ipsi & omne animal secundum genus suum, uniuersaque iumenta in genere suo, & omne quod mouetur super terram in genere suo, cunctumque volatile secundum genus suum. Uniuersae aues, omnesque uolucres ingressae sunt ad Noe in arcam, bina & bina ex omni carne in qua erat spiritus uita. Et quae ingressae sunt, masculus & foemina ex omni carne introierunt, sicut praeeperat ei deus, & inclusit eum dominus de foris. Factumque est diluuium quadraginta diebus super terram, & multiplicatae sunt aquae, & eleuauerunt arcam in sublime a terra. Vehementer enim inundauerunt, & omnia repleuerunt in superficie terrae. Porro arca ferebatur super aquas, & aquae praualuerunt nimis super terram, operitque sunt omnes montes excelsi sub uniuerso caelo. Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat. Consumptaque est omnis caro quae mouebatur super terram, uolucrum animantium, bestiarum, omniumque reptilium quae reptant super terram. Uniuersi homines, & cuncta in quibus spiraculum uita est in terra, mortua sunt. Et deleuit deus omnem substantiam quae erat super terram, ab homine usque ad pecus, tam reptile quam uolucres caeli: & delatae sunt de terra: Remansit autem solus Noe, & qui cum eo erant in arca. Obtinueruntque aquae terram centumquingenta diebus.

Recedentibus aquis diluuij a facie terrae, arca omnia contenta eicit, Noe autem arca extructa deum immolatione placauit.

VIII.

Recordatus autem dominus Noe, cunctorumque animantium, & omnium iumentorum quae erant cum eo in arca, adduxit spiritum super terram, & imminutae sunt aquae: & clausi sunt fontes abyssi, & cataractae caeli: & prohibitae sunt pluuiae de caelo: Reuersaeque sunt aquae de terra, euntes & redeuntes, & coeperunt minui, post centum quingenta dies. Requieuitque arca mense septimo, uicesimo septimo die mensis, super montes Armeniae. At uero aquae ibant & decreuebant usque ad decimum mensem: Decimo enim mense prima die mensis apparuerunt cacumina montium.

a iij Cumque

5. Eius dum interficitis infirmitatibus, mediis & reuicis facies eam, uel cubitulis bicameratis & tricameratis facies eam. Graec.
6. Diluuium aquarum.

7. Et ex omni carne.
8. De singulis.

d. Diuino nuro angelorum ministerio ex omnibus animantibus mas & foemina ad Noe in arcam uenerunt.

9. Iuxta.
10. Sic fecit.

1. Ex genealogis. 5. cap. ab Adam ad diluuium iuxta textum nostrum & Hebr. colliguntur anni 1656. Iuxta uero. 70. interpre. 2240. at iuxta Euseb. 2242.

b. Noe solus ferretur seruatis, quia solus est iustus in uiculis. Chryso. in Gene. 24.
c. Scientia Noe iusta docebat quam ad cibum accedenda, & quae immunda habeantur, sed plura de mundis referuntur, ut liberat a periculo sunt gratitudinem declaratur, pro gratiarum actione hostias & sacrificia ex ipsis mundis offerret. Chryso. in Gene. 24.

x. Eius, & infra.
d. Cum superius distinxerit duo & duo ab immundis animalibus, quomodo nunc sunt a mundis sicut ab immundis duo & duo dicit intrasit sed hoc refertur ad masculum & foeminam. Aug. in 4. super Genesim.

1. In ipsa die.
d. No uo die uel momento, uolens simul & timore incutere, & occasionem praestare, qua possent penam quae in foribus erat, effugere. Chryso. in Gene. 24. homilia.
1. In ipso die.

2. Claufo dominus eicit ipsam.
c. Nam sicut tunc 40. diebus pluit ad purgandum mundum, ita & nunc 40. diebus miseretur ad hominem purificandum. Aug. sermone. 69. de tempore.

3. Surtum inualuerunt aquae, ut montes operirentur.
4. Sed & omnis homo.
5. Facti esse diluuium ad pedenda tollendamque ex orbe terrarum uolucres constat inter gentes. Idem enim & philosophi & poete scriptoresque rerum antiquarum loquuntur: in eoque maxime est pro phetarum sermone consentiunt. Lactan. lib. 2. cap. 11.
6. Superstes.
7. Inualuerunt autem aquae super.

† Hebr. m. b.

To. l. 5. Ann. ante hristum. 2306. Anno mundi. 1656. † 2. Pet. 2. bi. † 32. q. 1. c. Nuptia.

† Matr. 24. d. B. Luc. 17. f. 1. Pet. 3. d.

† Eccl. 39. c. 24. q. 1. Quia ex sola. Sap. 10. 24. † 23. q. 25. Quid ergo, 24. q. 1. quoniam uertus. 6. distin. Non est. Sap. 10. 4.

To. l. 5.

6. Noe Genesis.

b. Ex quibus simul iunctis co-
litur animum eius duodecim
mensibus constitit.
4. Exiit eundo & redeundo.
5. d. se.
6. Alleviatq; essent, & infra.

* ad se.
7. Ecce folium oliuae de-
cepit in ore illius.

e. Nilam, nostro respondente
Marzio.
8. Aruētū, vel exiccatū sunt.
9. Reuolūens.
11. Illar, nostro respondente
Aprili.
10. Moueantur in terram, ere-
scantque & multiplicentur.
11. Et omne reptile, edibilem-
que volatile, & quicquid re-
ptat.
12. Et ideo in istam remerū
mundi quibus immundis, for-
ditate uel ad sacrificandum.
13. Quis, & ait dominus.
14. e. Significū enim cordis
humani malū est sine ineli-
nario, quia caro concupiscit
aduersus spiritum, & spiritus
aduersus carnem.
15. Cessante.
16. Vnus carnisque tūc homini-
bus cōcessus est. Et quia iam
non paradisi custodiendus,
sed mundus totus erat exco-
lendus, robustior carnis ci-
bus offerretur, ut ad emolumen-
ta carnis plus aliquid huma-
norū corporū virtutibus adde-
retur. Terrul. de cibis iudai-
cis.

* In anima car.
1. b. Alioquin sanguinem ve-
strum de animabus vestris.
Hoc est iuxta Heb. Primū
vobis prohibeo ne quis sep-
tum interficiat, alioquin san-
guinem vestrum de anima-
bus vestris requiram. 2. ne
quis bestiam intreat in homi-
nē vel illum deuoret, alioquin
sanguinem illum requirā de
manu cuncti animalis. 3. ne
quis per se vel alium homi-
nē occidat, alioquin de ma-
nu hominis, & de manu fra-
tris sui requiram animam ho-
minis.
* Per hominem.
2. Fecit hominem.
3. Propagate super terram, &
multiplicamini in ea.
* que sunt vobiscum.
4. In nube.
5. Obnubilauero nubem su-
per terrā, & conspicietur ar-
cus in ipsa nube.
6. Est inter me & inter vos, ar-
que inter omnem animam vi-
uentem in omni carne.
7. In omni carne.
8. Ham, & infra.
9. Frequenter enim, 70. inter-
non valentes Hebr. litteram,
quæ duplicem aspirationem
sonat, in Graecum vertere.
Chi litteram Graecam addide-
runt, ut nos docerent istius-
modi vocabula aspirari debe-
re. Vnde & in presenti loco,
Cham transfuleunt pro eo
quod est Ham: d quo & Ae-
gypti usque hodie Aegy-
ptiā linguā, Ham dicitur.
Hæc Hieron. super Genesis
cap. 9.
9. Respecta est vniuersa ter-
ra.
10. Terra est. Ita vocant He-
braei agricolam.
d. Veluti virum sanguinū, vi-
rum mendacij & huiusmodi.

Cūque transissent quadraginta dies, apertis Noe fenestrā arcæ, quam fecerat, dimisit
coruū, qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccaretur aqua super terrā. Emisit
quoque colubam post eum, vt videret si iam cessasset aqua super facie ter-
ra. Quæ cum non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam. Aquæ
enim erant super vniuersam terram. Extenditq; manum suam, & apprehensam intulit
in arcam. Expectatis autem vltra septem diebus aliis, rursus dimisit colubam ex arca.
At illa venit ad eum ad vespem, portans ramum oliuæ virētib; folijs in ore suo. In-
tellexit ergo Noe, quod cessasset aqua super terrā. Expectauitq; nihilominus septem
alios dies, & emisit columbā, quæ non est reuersa vltra ad eum. Igitur sexcentesimo
primo anno, primo mense, primā die mensis, imminutæ sunt aquæ super terram. Et
aperiens Noe tectum arcæ aspexit, viditq; quod exiccata esset superficies terræ. Men-
se secundo, septimo & vicesimo die mensis, arefacta est terra. Locutus est autē dominus
ad Noe, dicens: Egredere de arca, tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorū tuorū tecum:
cuncta animātia quæ sunt apud te, ex omni carne tam in volatilibus quàm in bestiis, &
vniuersis reptilibus quæ reptant super terrā, educ tecum: & ingredimini super terrā.
Crescite & multiplicamini super eam. Egressus est ergo Noe, & filij eius, & vxor illius,
& vxores filiorū eius cum eo, sed & omnia animantia, iumentā & reptilia, quæ reptant
super terram, secundū genus suum, egressa sunt de arca. Aedificauit autem Noe altare
domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocausta su-
per altare. Odonatusq; est dominus odorem suauitatis, & ait ad eum: Nequaquā vl-
tra maledicam terræ propter homines. Sensus enim & cogitatio humani cordis
in malum prona sunt ab adolescentia sua. Non igitur vltra percutiam omnem animā
viuentem, sicut feci. Cunctis diebus terræ, sementis & metis, frigus & æstus, æstas &
hyems, nox & dies, non requiescent.]

*Benedictio filiorum Noe, cibum potumque prouidit, fœdus inter deū & homines iride firma-
uit. Noe ebrium Cham filius rileni in Chanaan filio maledicitur.*

IX.



Benedixitq; deus Noe & filij eius, & dixit ad eos: Crescite & multiplicamini, &
replete terram, & terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & su-
per omnes volucres cœli, cum vniuersis quæ mouentur super terram. Omnes pi-
sces maris manus vestræ traditi sunt, & omne quod mouetur & viuit, erit vobis in
cibus. Quasi olera virentia tradidi vobis omnia, excepto quod carnem cum sanguine
non comedetis: Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cuncta-
rum bestiarū, & de manu hominis. De manu viri & de manu fratris eius requirā ani-
mam hominis. Quicūque effuderit humanū sanguinem, fundetur sanguis illius: Ad
imaginē dei quippe factus est homo. Vos autē crescite, & multiplicamini, & ingre-
dimini super terrā, & implete eam. Hæc quoque dixit deus ad Noe, & ad filios eius
cum eo: Ecce ego statuam pactum meum vobiscū, & cū semine vestro post vos, & ad
omnē animā viuentem, quæ est vobiscū, tam in volucribus quàm in iumentis, & pecu-
dibus terræ, cūctisq; quæ egressa sunt de arca, & vniuersis bestiis terræ. Statuam pactū
meum vobiscū: & nequaquā vltra interficietur omnis caro aquis diluuij, neq; erit dein-
ceps diluuiū dissipās omnē terram. Dixitque deus: Hoc est signum fœderis quod do-
inter me & vos, & ad omnē animam viuentem quæ est vobiscum in generationes sem-
piternas. Arcum meum ponā in nubibus cœli, & erit signum fœderis inter me &
inter terram. Cūque obduxero nubibus cœlum, apparebit arcus meus in nubi-
bus, & recordabor fœderis mei quod pepigi vobiscū, & cum omni anima viuente,
quæ carnē vegetat: & non erunt vltra aquæ diluuij ad delendā vniuersam carnē. Eritq;
arcus meus in nubibus, & videbo illū, & recordabor fœderis sempiterni, quod pactum
est inter deum & omnē animam viuentē vniuersæ carnis quæ est super terrā. Dixitq;
dominus ad Noe: Hoc est signū fœderis quod constitui inter me & omnē carnē super
terrā. Erāt ergo filij Noe, qui egressi sunt de arca, Sem, Cham & Iaphet. Porrò Cham
ipse est pater Chanaā. Tres isti filij sunt Noe, & ab his disseminatū est omne genus ho-
minū super vniuersam terram. Cœpitq; Noe vir agricola exercere terrā, & plan-
tauit

† De facer. vn
dio. c. vnico.

An. ante chri-
stum. 2305.
Anni mundi
4657.

† Sup. r. c. d.
Infra. 9. a.
De confer. i.
dist. a. c. Non
oportet.

† Sup. 6. a.

† Ios. 1. 7.
† Su. i. d. 8. d.
26. dist. c.
Dauid.

† Math. 26. c.
Apoc. 11. c.

† Isa. 54. b.

† Ecol. 4. b.

† 33. dist. c. r.
& sacro die.

tauit vineā. Bibēs q̄ vinū inebriatus est, & nudatus ē iacuit in tabernaculo suo. Quod cū vidisset Chā pater Chanaā, verēda scilicet patris sui esse nudata, nūciauit duobus fratrib⁹ suis foras. At verō Sem & Iaphet, palliū imposuerūt humeris suis, & incedētes retrorsum, operuerūt verēda patris sui: Facies q̄ eorū auersa erat, & patris virilia nō viderunt. Euigilās autē Noe ex vino, cū didicisset quae fecerat ei filius suus minor, ait: Ma ledictus ē Chanaan, seruus seruorū erit fratribus suis. Dixitq̄: Benedictus dominus deus Sem, sit Chanaan seruus eius. Dilatet deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem: sit q̄ Chanaan seruus eius. Vixit autē Noe post diluuium trecentisquingenta annis: & impleti sunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum, & mortuus est.

Filiorum Noe, Iaphet, Cham, & Sem propagatio & multiplicatio. X.

A Ae sunt generationes filiorū Noe, Sem, Chā, & Iaphet. Nati q̄ sunt eis filij post diluuiū. Filij Iaphet: Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, & Thubal, & Mosoch, & Thyras. Porro filij Gomer: Assenez, & Riphat, & Thogorma. Filij autē Iauan: Helifā, & Tharsis, Cethim, & Dodanim. Ab his diuisa sunt insulae gentium in regionibus suis, vnusquisq̄ secundū linguam suam, & familias suas in nationibus suis. Filij autē Cham: Chus, & Mesraim, & Phuth, & Chanaan. Filij autē Chus: Saba, Heuila, & Sabatha, & Regma, & Sabathaca. Filij Regma: Saba, & Dadā. Porro Chus genuit Nēroth: Ipse cepit esse potēs in terra, & erat robustus venator corā domino. Ab hoc exiit prouerbiū: Quasi Nēroth robustus venator corā domino. Fuit autē principiū regni eius Babylon, & Arach, & Achat, & Chalanne, in terra Sēnaar. De terra illa egressus e Assur, & aedificauit Niniuen, & plateas ciuitatis, & Chale. Resen quoq̄ inter Niniuē & Chale: Haec est ciuitas magna. At verō Mesraim genuit Ludim, & Ananim, & Laabim, & Neptuim, & Phertusim, & Celsuim, de quib⁹ egressi sūt Philistiim, & Capturin. Chanaā autē genuit Sidonē primogenitū suū, Hethaū, & Iebuseū, & Amorraū, & Ger gesaū, & Euqum, & Arrachā, Synaū, & Aradiū, Samarithen, & Amathaū. Et per hos seminati sunt populi Chananeorū. Factiq̄ sunt termini Chanaā veniētibus à Sidone Ieraram, vsq̄ Gazan, donec ingrediaris Sodomā, & Gomorrā, & Adamā, & Seboim, vsq̄ Iefa. Hi sunt filij Cham in cognationibus & linguis, & generationibus, [terris q̄ & gētibus suis. De Sem quoque nati sunt, patre omnium filiorū Heber, fratre Iaphet maiore. Filij Sem: Helā, & Assur, & Arphaxat, Lud, & Aram. Filij Arā: Hus, & Hul, & Gether, & Mes. At verō Arphaxat genuit Sale, de quo ort⁹ est Heber. Natiq̄ sunt Heber filij duo: Nomen vni Phaleg, eo quod in diebus eius diuisa sit terra, & nomē fratris eius Iectan. Qui Iectā genuit Helmodad, & Saleph, & Asarmoth, Iare, & Aduram, & Iazal & Deda, & Hebal, Abimahel, Saba, & Iophir, & Euila, & Iobab. Omnes isti filij Iectan. Et facta est habitatio eorū, de Messa pergentibus vsque Sephar montē orientalem. Isti sunt filij Sem secundum cognationes & linguas & regiones in gētibus suis. Haec familiae filiorum Noe iuxta populos & nationes suas. Ab his diuisa sunt gētes in terra post diluuiū.

Inturris Babel aedificatione superborum actus eorumque lingua confunditur. Sem genealogia vsque ad Abram texitur. XI.

A Rat autē terra labij vnus, & sermonum eorundē. Cumq̄ proficiscerentur de oriēte, inuenerunt cāpum in terra Sēnaar, & habitauerunt in eo. Dixitq̄ alter ad proximum suum: Venite, [faciamus lateres, & coquamus eos igni. Habueruntq̄ lateres pro saxis, & bitumen pro cemento, & dixerunt: Venite, [faciamus nobis ciuitatem, & turrē, cuius culmen pertingat] ad caelum: & celebremus nomen nostrum antequam] diuidamur in vniuersas terras. Descendit autē dominus vt videret ciuitatem, & turrē quam aedificabant filij Adam, & dixit: Ecce vnus est populus, & vnum est labiū omnibus. Ceperuntq̄ hoc facere nec desisterent à cogitationibus suis, donec eas opere cōpleant. Venite igitur, descendamus & confundamus ibi linguam eorum, vt nō audiat vnusquisq̄ vocē proximi sui. Atq̄ ita diuisit eos dominus ex illo loco in vniuersas terras, & cessauerunt aedificare ciuitatē. Et idcirco vocatum est nomen illius Babel: quia ibi confusum est labiū vniuersae terrae. Et inde disperfit eos dominus super faciem cunctarū regionū. Haec sunt generationes Sem. Sem erat centum annorū quando

a iiij genuit

11. Nuditate patris filii.
 e. Ne videretur maledicere quem deus benedixerat, ideo patris maledictū intulit filio, cum nō minorem euclatam habuerit pater, quam filius. Chryso. in Gene. homil. 29.
 Haec terra de nomine suo Chanaan dicta est, & posterius eius Chanani. Haec fuit prima gens qua deum ignorauit, quoniam princeps eius, & conditor cultum dei à patre nō accepit maledictus ab eo. Lactan. lib. 2. cap. 14.
 f. De Sem Hebrgi, de Iaphet gentes. De nobis igitur propheta, qui in crudelione & scientia scripturarum eiecit Israele verisimur. Hierony. Sem enim pater fuit Iudaeorum, Iaphet autem pater gentium, quae per Christum intellectae sunt in tabernacula Iudaeorum. Chryso. in Matth. homil. 37.
 g. Iude colligit Hebraei Noe vixisse vsque ad 68. ann. Abta ha: Eufebius verō vsque ad 69.
 a. Iaphet filio Noe nati sunt septem filij, qui possederunt terrā in Asia & Europa, nomina locis & gentibus reliquentes. Sunt autem Gomer, Galatae: Magog, Selyth: Madai, Medii: Iauan, Iones, qui & Graeci: Thubal, Iberi: Mosoch, Cappadoces, vnde & vrbis hodie apud eos Mazach: Thyras, Thraes. Hier. Et ita de aliis locis, vide Hieron. super Genes.
 b. Nemroth filius Chus arripuit iustitiam primus in populo tyrannidem: regnavitque in Babylone, quae ab eo quod ibi constitae sunt linguarum adificantium, Babel appellata est. Hiero. in Gene.
 c. Aegypt⁹ ab Hebraeis Mesraim hactenus appellata, & Aethiopia Chus.
 d. A quo vrbis in Phoenice Sidon vocatur.
 1. Postea dissipatae sunt familiae Chanaan.
 e. A quo Hebraei. Vatiichio quodam filio suo Phaleg nomen imposuit: qui interpretatur diuisor, ab eo quod in diebus eius linguae in Babylone diuisae sunt.
 2. Ophir.
 f. In summa igitur de tribus filiis Noe omnes primogenitid est, quinquidam de Iaphet & triginta vnus de Cham, & viginti septem de Sem. sunt septuaginta tres. Aug. de ciuitate dei, lib. 16.

xviii. vniuersa.
 2. Labiū vni sermonē dicit, & iterum idipsum per vocē significans omnes vios fuisse eadem vocē & lingua. Chry. ibi.
 1. Eia, vel agite, hortandi dictiones.
 2. Eia, hortantis dictio, & infra.
 3. Ne forte.
 4. Hominum.
 b. Nō loco monetur deus qui i tempore vbique est totus, sed descendere dicitur cum aliquid facit in terra quod praeter vltimum naturae cursum mirabiliter factum praesentia eius quodammodo ostendit. Aug. 16. de ciuitate dei. cap. 5.

5. Capiat, vel intelligat.

6. Confudit dominus, c. In hac autē confusione linguarum Abraham iam 43. annorum agebat.

† 96. dist. c. In scripturis.

† 2. q. 7. c. Qualis, & c. sententia c. Plerisque. 25. q. 5. c. De crimine. 24. q. 3. Cum ergo. 47. dist. ca. Quantūlibet.

† 1. Para. 1. a.

† 6. dist. 2. Non est.

† 1. Para. 1. a.

† 6. dist. c. Nō est, in fine.

Ann. ante Christum. 1969. Anni mundi 1996. † 1. Para. 1. b. Ann. ante Christum. 2303. Anni mundi 1638.

c. Diluuium incepit anno mundi 1636. & durauit anno vno & 10. diebus, & sic desit anno mundi 1647. Secundo vero anno postdiluium, hoc est anno. 1648. Sem genuit Arphaxat.
 7. d. Cainam. Et vixit Arphaxat postquam genuit Cainam, quadringentis tribus annis, & genuit filios & filias, & mortuus est. Et vixit Cainan annos 130. & genuit Sale. Et vixit Cainan postquam genuit Sale annos, 110. Greg. Altius non staret genealogia secundum Lucam.
 e. Ex genealogiis r. c. diluuium ad natuuitatem Abraham iuxta textum Hebraicum & nostrum, colligitur. 292. anni. & sic a creatione mundi. 1948. Iuxta vero 70. interp. 1148. & sic a creatione mudi. 3386. Iuxta Euseb. aut. 3185. Inter quos deinceps nulla est differentia, vel pauca.
 8. In conspectu Thare patris sui.
 f. Id est, Sarai Binominis erat. Haran enim duas filias genuit: Melcham vxorem Nachor, & Sarai que & Iescha vxorem Abraham. Hiero. ibidem.
 9. Egressi sunt pariter.
 g. Haran sive Charan ciuitas est Mesopotamiae morte Thare insigni: a Chara Syriae situtio dicta.

genuit Arphaxat biennio post diluuium. Vixitq; Sem postquam genuit Arphaxat, quinti gentis annis, & genuit filios & filias. Porro Arphaxat vixit trigintaquinque annis, & genuit 7^d Sale. Vixitq; Arphaxat postquam genuit Sale, trecetis tribus annis: & genuit filios & filias. † Sale quoq; vixit triginta annis, & genuit Heber. Vixitq; Sale postquam genuit Heber, quadringentis tribus annis, & genuit filios & filias. † Vixit autē Heber trigintaquatuor annis, & genuit Phaleg. Et vixit Heber postquam genuit Phaleg, quadringentis triginta annis, & genuit filios & filias. Vixit quoq; Phaleg triginta annis, & genuit Reu. Vixitq; Phaleg postquam genuit Reu, ducētis nouē annis, & genuit filios & filias. Vixit autē Reu trigintaduobus annis, & genuit Sarug. Vixit quoq; Reu postquam genuit Sarug, ducētis septē annis, & genuit filios & filias. Vixit autē Sarug triginta annis, & genuit Nachor. Vixitq; Sarug postquam genuit Nachor, ducētis annis, & genuit filios & filias. Vixit autē Nachor vigintinouē annis, & genuit Thare. Vixitq; Nachor postquam genuit Thare, centū decē & nouem annis, & genuit filios & filias. Vixitq; Thare septuaginta annis, & genuit Abrā, & Nachor, & Arā. † Hæ sunt autē generationes Thare: Thare genuit Abrā, Nachor, & Arā. Porro Arā genuit Lot. Mortuusq; est Arā ante Thare patrem suū, in terra natiuitatis suæ, in Hur Chaldæorum. † Duxerūt autem Abrā & Nachor vxores: Nomen vxoris Abram, Sarai. Et nomen vxoris Nachor, Melcha filia Arā, patris Melchæ, & patris Ieschæ. Erat autem Sarai sterilis, nec habebat filios. † Tulit itaq; Thare Abrā filiū suū, & Lot filiū Aram, filium filij sui, & Sarai nurū suā, vxorem Abrā filij sui: & eduxit eos] de Hur Chaldæorū vt irent in terrā Chanaan. Veneruntq; vsque Haran, & habitauerūt ibi. Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Haran.

Abram dei mandato parens patriam patremque relinquens in Sichem domino sacrificauit. Inde propter famē Aegyptū ingressus vxorē ablatā a rege multis donis cumulatus repetit. XII.



Ixit autem dominus ad Abram: † Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quā monstrauero tibi. † Faciamq; te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisq; benedictus.] Benedicam benedicientibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. † Egressus est itaque Abram, sicut præceperat ei dominus, & iuit cum eo Lot. Septuagintaquinque annorū erat Abram, cum egredieretur de Haran. Tulitq; Sarai vxorem suā, & Lot filium fratris sui, vniuersamq; substantiam quā possederant: & animas quas fecerant in Haran, & egressi sunt, vt irent in terrā Chanaan. Cumq; venissent in eam, pertransiuit Abram terrā vsque ad locum Sichem, & vsque ad couallē illustrem.] Chananeus autem tunc erat in terra. Apparuit autem dominus Abram, & dixit ei: Semini tuo dabo terrā hanc. Qui edificauit ibi altare domino, qui apparuerat ei, & inuocauit ibi nomen ei.] Et inde transgrediens ad motem qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculū suum, ab occidente habens Bethel, & ab oriente Hay. Aedificauit quoq; ibi altare domino, & inuocauit nomen eius. † Perrexitq; Abram vadēs, & ultra progrediens ad meridiem. Facta est autem

2. Ad præceptum vocātis prima sede cognationeque relicta per fidem credit quæ non vidit, donec videre mereatur omne quod credit. Propter.

1. Benedicō.

b. Iuxta Hebræos Abraham 52. annorum erat cum exiuit de Hur Chaldæorū: Cū verò de Haran, 75. annorum erat. Et sic mortuus est in Harā 23. annis. In illo autem exitu creditur patrem reliquisse viuū: qui postea 60. vixit annis. Abraham verò ante mortem patris multoties reuersus viuisus patrem, quo mortuo Haran penitus reliquit nunquam reuersurus, vt patet Acto. 7. a.
 2. Plurimum Moterth. nomen est cuiusdam viri, vt inferius Mambre.
 c. Hic annus primus est reprobationis in quo Abraham cepit cum prole sua peregrinari in Aegyptū, a quo ad exitum Israel ex Aegypto sunt 430. anni. Et est.

Secūda dei apparitio ad Abram.

3. Vbi.
 4. Genus enim erat.
 5. Abraham non mendacium dixit, sed verū tacere voluit. Hieron. August.
 6. In vita consueuerunt.
 7. Contemplati.
 8. Pharaonem.
 9. Ipsi Abrā verò benefecit.
 10. Cur hoc.

e. Quoniam cognoui quod non est soror tua, sed vxor, ecce habes eam, neque in aliquo offendi coniugium vestrum, neque priuati te vxore tua iustā egredietur, seruata castitate sua. Chrysol. super Genesim.

† 135. q. 1. Cum igitur. h. hac itaque. 1. Para. 1. b.

Ann. ante Christum. 2012. Anni mundi 1949. † 135. q. 1. Cum igitur. & c. 1. 1. Para. 1. b. † 106. 2. 4. a. Neem. 9. b. Iudith. 5. a. Sap. 10. a. Acto. 7. a.

† Acto. 7. a. 106. 1. 15. † 132. 4. 4. c. 1. Recurrat. 9. His ita. Hebr. 11. b. Ann. ante Christum. 1952. Anni mundi 2000. † 124. q. 1. Cō. sancti. Ann. ante Christum. 1940. Anni mundi 2023. Ann. ante Christum. 1939. Anni mundi 2024. 1. ann. reprobationis. 12. q. 4. Recurrat. 106. 1. 16.

† 23. q. 2. Vri. lem. 2. q. 2. Quæritur.

† Infel. 20. c

† D. pœni. disti. r. c. Voluitur.

Abram

Abram & Lot Aegyptum egressi, prae nimia opulentia separati, Lot Iordanis fines elegit, Abram vero Chanaan, ubi secundo diuino fretus est alloquio. XIII.

1. In pecore, in auro, & in argento. 2. a principio suum. *Ibi. 3. Comitanti. 4. Petebat eos. *Inter pastores gregum. a. Et certe Lot non est frater Abraham, sed filius fratris eius Abram, ut supra. d. Quatuor enim modis fratres in scripturis dicuntur, natura, genere, cogitatione, affectu. Hieron. in Genes. b. Facilitatis multitudine sic tunc sic causa discessit, diuisionem operatur, concordiam impedit, & cogitationis vinculum dirimit. Chrysof. in Gene. Homilia. 33. c. Lot tandem receit naturam, & non inhabitatum maliciam aduertit. Chryf. ibid. 5. Hortus. 6. Zoar. *omnem. 7. Separatus est alter ab altero. 8. Planticie, & fixit tabernaculum vsque Sodomam. Tertia apparitio dei ad Abram. d. Quatuor mundi climata possunt, orientem & occidentem, aequilonem & meridiana. Hieron. ibid. 9. Rotetic. c. Verè supra naturam humanam est hæc promissio: non solum promittit se futurum esse patrem inter tot impedimenta, sed in tantum multiplicatum filiorum numerositate, ut terreno puluere coequentur. Chryf. ibi. f. Non enim expectauit donec promissa completerentur, sed & mox pro promissione gratias egit. Chryf. Ho. 14.

1. Ios. 1. 16.

† Infra. 36. a. B

† Infra. 8. c.

† Sup. 12. b. Infra. 15. b. & 26. a. † Infra. 26. a. 27. b. 26. a. Roma. 4. c.

A Scendit ergo Abram de Aegypto, ipse & vxor eius, & omnia quae habebat, & Lot cum eo, ad australem plagam. Erat autem diues valde in possessione auri & argenti. Reuersusque est per iter quo venerat, a meridie in Bethel, vsque ad locum ubi prius fixerat tabernaculum, inter Bethel & Hay, in loco altaris quod fecerat prius: & inuocauit ibi nomen domini. Sed & Lot qui erat cum Abram, fuerunt greges & ouium, & armenta & tabernacula: nec poterat eos capere terra, ut habitaret simul. Erat quippe substantia eorum multa, & nequibat habitare communiter. Unde facta est rixa inter pastores gregum Abram & Lot. Eo autem tempore Chanaanus & Pherezæus habitabant in illa terra. Dixit ergo Abram ad Lot: Ne quæso sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos: fratres enim sumus. Ecce vniuersa terra coram te est, recede a me obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quae vniuersa irrigabatur: antequam subuerteret dominus Sodomam & Gomorram, sicut paradisus domini, & sicut Aegyptus venientibus in Segor. Elegitque sibi Lot regionem circa Iordanem, & recessit ab oriente. Diuisi sunt alterutrum a fratre suo: Abram habitauit in terra Chanaan: Lot vero moratus est in oppidis quae erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. Homines autem Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram domino nimis. Dixitque dominus ad Abram, postquam diuisus est ab eo Lot: Leua oculos tuos in directum, & vide a loco in quo nunc es ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentem. Omnem terram quam conspicias, tibi dabo & semini tuo vsque in sempiternum. Faciamque semen tuum, sicut puluerem terrae. Si quis potest hominum numerare puluerem terrae, semen quoque tuum numerare poterit, Surge ergo, & perambula terram, in longitudine & in latitudine sua, quia tibi daturus sum eam. Mouens igitur tabernaculum suum Abram, venit, & habitauit iuxta conuallē Mambre, quae est in Hebron. Aedificauitque ibi altare domino.

Quatuor reges aperto Marte quinque vicerant, & spoliata Sodomā Lot cum plerisque aliis captiuum ducebant: quos Abram persequutus omnes captiuos spoliisque reduxit, atque benedictione a Melchisedech accepta, cuncta regi Sodomae reddidit. XIII.

Ios. 1. 17.

† De peni. dia. Sed & continuo.

A Etum est autem in illo tempore, ut Amraphel Rex Sennaar, & Arioch Rex Ponti, & Chodorlahomor Rex Elamitarum, & Thadal Rex gentium, inirent bellum contra Bara Regem Sodomorum, & contra Bersa Regem Gomorrae, & contra Sennaab Regem Adamae, & contra Semeber Regem Seboym, contraque Regem Bale, ipsa est Segor. Omnes hi conuenerunt in vallem syluestre, quae nunc est mare salis. Duodecim enim annis seruierant Chodorlahomor, & tertio decimo anno recesserunt ab eo. Igitur quattodecimo anno, venit Chodorlahomor, & reges qui erant cum eo, & percusserunt Raphaim in Astaroth, & Carnaim, & Zuzim cum eis, & Enim in Saabe, Cariathaim, & Chorrhæos in montibus Seir, vsque ad caestria Pharan, quae est in solitudine. Reuersi sunt, & venerunt vsque ad fontē Milphat, ipsa est Cades, & percusserunt omnem regionem Amalechitarum & Amorrhæorum, qui habitabant in Asafonthamar. Et egressi sunt Rex Sodomorum, & Rex Gomorrae, Rexque Adamae, & Rex Seboym, necnon & Rex Balæ, quae est Segor, & direxerunt aciem contra eos in vallem syluestri, scilicet aduersus Chodorlahomor Regē Elamitarum, & Thadal Regē gentium, & Amraphel Regē Sennaar, & Arioch Regē Ponti, quatuor reges aduersus quinque. Vallis autem syluestris habebat puteos multos bituminis. Itaque Rex Sodomorum, & Rex Gomorrae, terga verterunt, cecideruntque ibi: & qui remanserant, fugerunt ad montem. Tulerunt autem omnem substantiam Sodomorum, & Gomorrhæorum, & vniuersa quae ad cibum pertinent, & abierunt. Necnon & Lot, & substantiam eius, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis. Et ecce vnus qui euaserat, nūciauit Abram. Hebræo: qui habitabat in conualle Mambre Amorrhæi, fratris Eschol, & fratris Aner: Hi enim pepigerant foedus cum Abram. Quod cum audisset Abram, captum videlicet Lot fratrem suum, numerauit

1. in diebus Amraphel regis Sennaar, Arioch regis Aelae, Chodorlahomor regis Balam, & Thadal regis gentium: & conuenerunt. 2. a. Siddim, hoc est vallem salant. i. mare salis, quae. Hebraei alio loco scripturae ruit Salitum vocari dicunt & vallem salinam, in qua fuerunt ante facti bituminis, post dei iram & sulphuris pluuiam, in mare inortuū versa est. Hieron. ibid. 3. in Ham. 4. b. Planticie vel Saue: Quae vsque hodie sic vocatur. 5. iuxta desertum. 6. Hen. c. Hoc oppidum est quod nunc vocatur Engadi, balsami & palmarum feruili. Hieron. ibidem. 7. Siddim, & infra. d. Tanta erat eorum fortitudo, ut etiam hostes suos aspectu suo in fugam verterent. Chryf. in Hom. 33. e. Nihil profuit Lot priuatus & electio, qua putabat se in maiori esse reum vberitate & copia: & postiora se attulerunt, & abierunt, & repente factus est secus, carere domo, carere & foveo. Chryf. ibid. 8. Arnauit.

expeditos

f. Dan vnus e fontibus est Iordanis. Nam & alter vocatur Ior. Duobus ergo fontibus qui haud procul a se distant in vnum ritulum foederatis, Iordanis deinceps appellatur. Hiero. ibid.
9. Diuisus est.
10. Plana. vel Saue.
g. Hunc Hebraei aiunt esse sem filii Noe, & supputantes annos vice ipsius, ostendunt eum ad Isaac vsque visisse. Hierony. ibid.
11. Possessori caeli & terrae.
12. Qui tradidit hostes tuos in manu tua.
13. Et substantiam ipsam.
14. Si a filo vsque ad corrigiam calcamentum acceperis.
15. Minuit enim fructum terrae mercedis susceptoris, & benedicti arduis gratiam. Plurimum enim refert verum pecunie an gloria dimicaueris. Alter necesse est loco ductur, alter dignus habeatur consecratoris gloria. Amb. ibid.

expeditos vernaculos suos trecentosdecem & octo, & persecutus est eos vsque Dan. Et diuisis focis, irruit super eos nocte. Percussitque eos, & persecutus est vsque Hoba, quae est ad laeuam Damasci. Reduxitque omnem substantiam, & Lot fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoque & populum. Egressus est autem Rex Sodomorum in occursum eius, postquam reuersus est a caede Chodorlahomor, & regum qui cum eo erant, in valle Sabe, quae est vallis Regis. At verò Melchisedech Rex Salem proferens panem & vinum (erat enim sacerdos dei altissimi,) benedixit ei, & ait: Benedictus Abram deo excelsus, qui creauit caelum & terram, & benedictus deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis traditi sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. Dixit autem Rex Sodomorum ad Abram: Da mihi animas, caetera tolle tibi. Qui respondit ei: Leuo manum meam ad dominum deum excelsum, possessorem caeli & terrae, quod a filo subtegminis, vsque ad corrigiam caligae, non accipiam ex omnibus quae tua sunt, ne dicas: ego ditavi Abram: exceptis iis quae comederunt iuuenes, & partibus virorum, qui venerunt mecum, Aner, Elchol, & Mambre. Isti accipient partes suas.

Consolatio Abr. ex futur. prolis, peregrinationisque eiusdem, & terrae Chanaan hereditatis per signa promissionis. XV.

Quarta dei apparitio Abr. e.

1. Filius dispositionis domus meae sit iste Damascenus Eliezer. I. Ico. vel. At filius Melchisedech vernacule meae, hic Damascenus Eliezer. 70. Interpret.
2. Id est, Ego sine liberis moratur, & filius procuratoris mei, vel villici mei, qui vniuersa dispensat & distribuit cibaria familiae meae, vocatur que Damascus Eliezer: hic meus haeres erit. Hiero. ibi.
3. Reputauit hoc.
4. Scias ipseceps elegit dominus, sicut etiam Moyses scripsit, ad hostias & sacrificia.
5. Pallum columbae.
6. Singulis cuiusque partem alteram contra alteram posuit.

Is itaque transfactis, factus est sermo domini ad Abram per visionem, dicens: Non timere Abram: Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Dixitque Abram: Domine deus quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis: & filius procuratoris domus meae (iste Damascus Eliezer.) Addiditque Abram: Mihi autem non didisti semen, & ecce vernaculus meus, haeres meus erit. Statimque sermo domini factus est ad eum, dicens: Non erit hic haeres tuus: sed qui egredietur de utero tuo, ipsum habebis haerem. Eduxitque eum foras, & ait illi: Suscipe caelum, & numera stellas, si potes. Et dixit ei: Sic erit semen tuum. Credidit Abram deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Dixitque ad eum: Ego dominus, qui eduxi te de Hur Chaldaeorum, ut darem tibi terram istam, & possideres eam. At ille ait: Domine deus, vnde scire possum quod possessurus sum eam? Et respondit dominus: Sume inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam. Qui tollens vniuersa haec, diuisit ea per medium, & utraque partes contra se altrinsecus posuit. Aues autem non diuisit. Descenderuntque volucres super cadauera, & abigebat eas Abram. Cumque sol occumberet, sopor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Diciturque est ad eum: Scito prae nosces, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiicient eos seruituti, & affligent quadragesimo annis. Veritatem gentem cui seruituri sunt, ego iudicabo, & post haec egredientur cum magna substantia. Tu autem ibis ad patres tuos, in pace sepultus in senectute bona. Generatione autem quarta reuertetur hic. Necdum enim completae sunt iniquitates Amorrhaeorum, vsque ad praesens tempus. Cum ergo occubisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lapas ignis transiens inter diuisiones illas. In die illo pepigit dominus foedus cum Abram, dicens: Semini tuo dabo terram hanc, a fluuio Aegypti vsque ad fluuium magnum Euphratem. Cineros, & Cenezos, Cethmonaos, & Hethaos, & Pherezaos, Raphaim quoque & Amorrhaeos, Chanaanos, & Gergesaeos, & Iebusaeos.

Hagar Sarai dominae permisso se ex Abram concepisse videns, dominam contempsit, vnde fugere coacta est, donec per angelum dominae submissa Isaacem peperit. XVI.

Quinta apparitio dei ad Abram.

5. Sciendo scias.
6. Seruient eis.
7. Illi eos.
8. Copulandis a quinto anno Isaac cum exiret Isaac a domo Abraham. Et si numerentur 110 anni, computandi sunt a 75. anno Abraham cum peregrinatus est in Aegyptum quoniam sequatur erat semel suum.
9. Ab egressu Aegypti vsque ad ingressum terrae Chanaan sub Isaac.
10. Ritocutura dicto Aegypti a Chanaan se parante, qui & Riatorum: vel totent: dicitur.

Gitur Sarai vxor Abram non genuerat sibi liberos, sed habens ancillam Aegyptiam, nomine Hagar, dixit marito suo: Ecce conclusit me dominus, ne parerem, & ingredere ad ancillam meam, si forte saltem ex illa suscipiam filios. Cumque ille acquiesceret deprecanti, tulit Hagar Aegyptiam ancillam suam post annos decem quam habitare ceperant in terra Chanaan, & dedit eam viro suo vxorem. Qui ingressus est ad eam. At illa concepisse se videns, despexit dominam suam. Dixitque Sarai ad Abram: Inique agis contra me. Ego dedi ancillam meam in sinum tuum, quae videns quod conceperit, despectui me habet. Iudicet dominus inter me & te. Cui respondit Abram: Ecce, ait, ancilla tua in manu tua est, veterem ea, ut libet. Affligent igitur

1. Sarai tunc 76. annorum erat parere impotens.
2. Origin.
3. Voci Sarai.
4. Vxor Abraham.
5. Hagar, & illa concepit.
6. In oculis suis.
7. Inuita mea super te est.
8. In oculis tuis.
9. Ecce quod bonum est in oculis tuis.

f. Heb. 7. a. De consecra. di. a. c. In ca. lice. 8. c. Accipite. f. 23. q. 5. Di. cat.
f. 23. q. 5. di. cat.
A. Iof. 1. 18. f. 23. q. 5. Di. cat.
B. Roma. 4. c. Galat. 3. d. Iacob. 3. d. Sup. 11. d. f. 23. q. 1. Cum igitur. f. 11. c. itaque.
C. Acto. 7. a. Exod. 12. f.
D. f. 23. q. 5. c. vlti. f. Per sciet. Infr. 26. a. Deut. 34. b.
A. Iof. 1. 18. An. ante Chri. stum. 1929. Anni mundi 2033. f. 12. q. 4. quid autem. & c. Dixit; Sara. & 50. di. c. Isaac.
B. f. 23. q. 4. c. Quando. c. Si ecclesia. f. 2. q. 4. c. Re. curat.

te igitur eam. Sarai fugam inuit. Cumque inuenisset eam angelus domini iuxta fontem aquae in solitudine, quae est in via. Sur in deserto, dixit ad illam: Hagar ancilla Sarai, unde venis? & quod vadis? Quae respondit: A facie Sarai dominae meae ego fugio. Dixitque ei angelus domini: Revertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius. Et rursum: Multiplicans, inquit, multiplicabo semen tuum, & non numerabitur pro multitudi- ne. Ac deinceps, ecce, ait, concepisti, & paries filium, vocabisque nomen eius Ismael, eo quod audivit dominus afflictionem tuam. Hic erit ferus homo, manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum, & a regione uniuersorum fratrum suorum figet tabernacula. Vocauit autem Hagar nomen domini, qui loquebatur ad eam: tu deus qui vidisti me. Dixit enim: Perfecto hic vidi posteriora videtis me. Propterea appellauit puteum illum: puteum viuientis & videtis me. Ipse est iter Cades & Barad. Peperitque Hagar Abrahae filium, qui vocauit nomen eius Ismael. Octoginta & sex annorum erat Abram, quando peperit ei Hagar Ismael. *Nominibus Abrahae & Sarai mutatis, ex circumcisionis praeccepto, filio promisso, & Ismaelis successu certior factus Abraham, circumcisionis praecceptum exequutus est.* XVII.

b. Consequenter Aegyptia in via Sur, quae per erentum dicitur in Aegyptum, iuxta bellinabam. Hiero. ibidem.
c. Ismael primus mortaliunt nomen a deo sortitus est.
d. Significat semen eius habitatum in deserto, id est, aegri- nos vagos in circuitu sedi- bus: qui viuunt gentes in- curant, & impugnantur ab omnibus. Hiero. ibid.
5. Vides.
6. Post videntem.
7. Filij sui quem peperit illi Hagar.

Sexta dei apparitio ad Abram.

Quoties vero nonaginta & nouem annorum esse coeperat, apparuit ei deus: Dixitque ad eum: Ego dominus omnipotens. Ambula coram me, & esto perfectus. Pona namque foedus meum inter me & te, & multiplicabo te vehementer nimis. Cecidit Abram pronus in facie. Dixitque ei deus: Ego sum, & ponam pactum meum tecum, & eris pater multarum gentium. Nec ultra vocabitur nomen tuum Abrahā, sed appellaberis Abraham, quia pater multarum gentium constituit te. Faciamque te crescere vehementissimè, & ponam te in gentibus. Regesque ex te egredietur, & statuam pactum meum inter me & te, & inter sententiam tuam post te, in generationibus suis foedere sempiterno: ut sim deus tuus, & seminis tui post te. Daboque tibi & semini tuo post te, terram peregrinationis tuae: omnem terram Chananaam in possessionem aeternam, eorumque de eorum. Dixit iterum deus ad Abraham: Et tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis. Hoc est pactum meum quod obseruabit inter me & vos, & semini tuo post te. Circumcidetur ex vobis omne masculinum, & circumcidetis carnem praepucij vestri, ut sit in signum foederis inter me & vos. Infans octo die rum circumcidetur in vobis. Omne masculinum in generationibus vestris, tam veritaculus quam empticus circumcidetur, & quicumque non fuerit de stirpe vestra. Eritque pactum meum in carne vestra in foedus aeternum. Masculus cuius praepucij caro circumcisa non fuerit: delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Dixit quoque deus ad Abraham: Sarai vxor tua non vocabis Sarai, sed Sara. Et benedicat ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum. Eruntque nationes, & Reges populorum oriuntur ex eo. Cecidit Abraham in facie sua, & risit in corde suo, dicens: Putasne centenario nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet? Dixitque ad dominum: Vtinam Ismael uiuat coram te. Et ait dominus ad Abraham: Sara vxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen eius Isaac. Et constitua pactum meum illi in foedus sempiternum, & semini eius post eum. Super Ismael quoque exaudiui te: Ecce benedica ei, & augetur & multiplicabo eum valde. Duodecim duces generabit, & faciam illum crescere in gentem magnam. Pactum vero meum statuam ad Isaac, quem pariet tibi Sara tempore isto, in anno altero. Cumque finitus esset sermo loquentis cum eo, ascendit deus ab Abraham. Tulit autem Abraham Ismael filium suum, & omnes vernaculos domus suae, & uniuersos quos emerat, & cunctos mares ex omnibus viris domus suae, & circumcidit carnem praepucij eorum, statim in ipsa die, sicut praecerat ei deus. Abraham nonaginta & nouem erat annorum, quando circumcidit carnem praepucij sui, & Ismael filius suus tredecim annos impleuerat tempore circumcisionis suae. Eadem die circumcisis est Abraham, & Ismael filius eius, & omnes viri domus illius, tam vernaculi quam empticij, & alienigenae pariter circumcisi sunt.

1. In faciem suam.
2. Ecce ego, &
3. Non solum quae ex Isaac, sed quae per totum mundum dispersisidem Abraham int- tabuntur.
4. Vbiunque in Graeco testa- mentum legitur, ubi in He- breo sermone est foedus sine pactum, id est Berith. Hiero- ny. ibid.
5. Tibi in deo, & semini tuo: 4. Illis in deum.
6. Circumcisionis signum car- nale non spirituale, filios carna- les Abraham non spirituales obli- gabat.
7. Filius familias, quam qui pecunia est emptus a quoquam extraneo filio, qui non est de castibus tuo. Circumcidendo circumcidendum filius domus tuae: & qui acquisitus est pecunia tua.
8. Et pueriari istius filij eius.
9. Sara est nomen eius. non dices princeps mea es, omnium quippe gentium futura est princeps. Cuius autem nomen: si non ipse hoc est, quod antea dicebatur princeps mea, vni- tantum domus materfamilias, postea vero absoluta princeps.
10. Ex ea.
11. Vtique.
12. Quia in veteri testamēto ab ipse velamine non- minibus suis agere nati- scitque, & genati sunt. Isaac, Isaac, Salomon & Iosias. Hiero- ny. ibid.
13. Filios familias suos, qui ve- supra: 4. ca. erant: 11. omnes de familia Abrahae.
14. Ne putet ab ipse causi scri- pturam progonere nobis nu- mero annorum: Na ut hoc discas iusti magna obedien- tia quod cum iam in decre- pita esset etate, leniter tulit de- dolorem propter praecceptum dei. Chryl. ibid.

Septima dei apparitio Abraham.

Angeli ab Abraham hospitio suscepti, fide futurae prolis illi & Sarae faciunt, quae ridetem arguen- tes Sodomae euersionem Abrahae reuelant, pro qua precatus, non est exauditus ab eis. XVIIII.

Septima dei apparitio Abraham.

Apparuit autem ei dominus in conualle Mambre, sedenti in ostio tabernaculi sui, in ipso seruore diei. Cumque eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum. Quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terra, & dixit: Domine si inueni gratiam in oculis tuis,

1. Vidit, & ecce
2. Vides fratres si non dis- tinctione sancti spiritus cog- nantur. Venit ad Abraham tres in meridie, venerunt ad Lor dup, & vespere. August. ibid.
3. Incuratus est ad terram.

† Infra. 24. 9.
† Gala. 4. c.

Ios. 1. 8.
An. ante Chri- stum. 196.
Anni mundi 2046.
† Eccl. 4. 4. c.
† Roma. 4.

† 32. q. 4. Re- currat. 5.
His itaque.
De celeb. Niffa. e. Cum Marthe. 23. q. 1. c.
Ideo. Acto. 7. a.
† 13. dist. in d. Ab exordio. Rom. 4. b.
† Luc. 2. c.
† De bapt. c. Maiores. 5.
Cum ergo. De conic. dist. 4. Si bap- tizat.

† Infra. 18. b. 21. a.

† De peni. dist. 1. c. Omnis.

Ios. 1. 9.
† 4. dist. c. r. s. Ordinan- dus & 1. c. Quiescamus. c. Quo modo Abraham. 1. Reg. 18. d. Math. 13. c.

3. Quoſo tranſeas à ſeruo tuo.
 b. Diſce ergo quàm impiger eſſe debeas vt poſis præuenire hoſpitem, ne quis præueniat, & te boni muneris de fraudet. Ambroſius.
 c. Idem myſterium & hic & in euangelio vbi mulier tria ſata facit & ſeruit. Hieron. ibidem.
 4. Vt præpararet.
 d. Certo enim & omnibus modis inuolabili munere immortalitatis induiti, non neceſſitate ſed poteſtate comederunt, hoc eſt, non quia indigebant, ſed quia volebant, & vt hominibus quadam humanitate conſpicerent. Eucherius. ibid.
 6. Sara verò hoc audiebat in eſtuo tabernaculi, quod erat poſt illum.
 7. Coſtuetudines mulierum.
 8. Intra ſed dicens: Poſtquam accita ſum, erit mihi voluptas.
 9. Præſentem tempus reuertar ad te, iuxta tempus vite.
 * Sequentis anni.
 e. Quare iſtam redarguit dominus cum & Abraham riſit: niſi quia illius riſus admirationis & lætitiæ fuit, Saxe autem dubitationis Auguſtini ſuper Genef.
 f. Bene quoque Dominus Abraham ſecretorum ſuorum pandit arcana, de quo certus erat, quod voluntatis ſue, & præceptorum ſuorum ſibi executor exiſtetur. Ambro. ibid.
 g. Hec eſt. Si permanserint in iuſticia, non dedit pena peccantibus, ſi deſerint ab inſania, mea ſent cognicione digniſſimi. Cognoviſit autem dominus eos qui ſui ſunt. Hieron. ibidem.
 10. Super.
 11. Secundum verbum iſtud.
 12. Abſit inquit à te, nunquid iudicans vniuerſam terram non facies iudicium!

h. Quoniam non habebat peccata quæ diceret, ad naturam ipſam conſugit. Et quoniam terre honeſtū quodammodo videtur, nomen eiſus addidit. Chryſoſt. 2. Cor. 11. Hom. 21. 13. Quinquæ.

14. Altem hac vice.
 15. Ille angelus qui remanſerat cum Abraham, alius duobus pergentibus Sodomam.

a. Ad Abrahamū veniunt in ipſa meridie viri tres: at vespere Sodomam ingrediuntur angeli duo. Nam pater non iudicat quicquam, ſed omne iudicium dedit filio, cui adest & inest naturaliter ſpiritus ſanctus. Procopius ibid.
 1. Serui.
 * Conſurgitis, &
 2. Violentus.
 * Viri inquam Sodomæ.
 1. Ab vltimo ſub. ciuitatis.
 * Ad oſtium.
 b. Nec eas animo repenſandi ſtigia ſtigio obtulit: ſed tanta ſubmiſſione ſurrentem populū placandi, hunc populū talem non accepturū oblatiohem arbitratuſ, vt ſequens probauit euentus. Chryſoſt. Hom. 41.
 4. Facite illi.
 5. Tantum.

lis tuis, ne^b tranſeas ſeruum tuum:] ſed afferā pauxillū aquæ, & lauēt^{ur} pedes veſtri, & requieſcite ſub arbore. Ponamq; buccellā panis, & cōfortetur cor veſtrū, poſtea tranſibitis. Idcirco enim declinaſti ad ſeruum veſtrū. Qui dixerunt: Fac vt locutus es. Feſtinauit Abraham in tabernaculū ad Saram, dixitq; ei: Accelera, tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcinericios panes. Ipſe verò ad armētum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerimū & optimū, deditq; puero. Qui feſtinauit & coxit jillū. [†] Tulit quoque butyrum, & lac, & vitulum quem coxerat, & poſuit coram eis: Ipſe verò ſtabat iuxta eos ſub arbore. ^d Cumq; comēdiſſent, dixerūt ad eū: Vbi eſt Sara vxor tua? Ille reſpōdit: Ecce, in tabernaculo eſt. Cui dixit: [†] Reuertens veniā ad te tempore iſto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. [¶] Quo audito, Sara riſit poſt oſtiū tabernaculi. Erant autē ambo ſenes, prouectæq; ætatis: & deſiderāt Saræ fieri muliebria.] Quæ riſit occultè, dicens: Poſtquā cōſenui, & dominus meus vetulus eſt, voluptati operā dabo?] Dixit autē dominus ad Abraham: quare riſit Sara vxor tua,] dicens: nū verè paritura ſum anus? Nūquid deo quicquam eſt difficile? Iuxta [¶] conditum reuertar ad te hoc eodē tēpore, vita comite,] & habebit Sara filiū. Negauit Sara, dicens: nō riſi, timore perterrita. Dominus autem, nō eſt, iquit, ita, ſed riſiſti. Cū ergo ſurrexiſſent ide viri, direxerūt oculos cōtra Sodomā, & Abraham ſimul gradiebatur, deducēs eos. [¶] Dixitq; dominus: [¶] Nū celare potero Abraham quæ geſturus ſum, cū futurus ſit in gentē magnā ac robuſtiſſimā, & benedicendæ ſint in eo omnes nationes terræ? Scio enim q; præceptorum ſit filiis ſuis, & domui ſue poſt ſe, vt cuſtodiat viā domini, & faciat iudiciū & iuſticiā, vt adducat dominus ^o propter Abraham omnia quæ locutus eſt ad eū. Dixit itaq; dominus: Clamor Sodomorū & Gomorrhœorum multiplicatus eſt, & peccatū eorū aggrauatū eſt nimis. [†] Descendā & videbo, [¶] vtrū clamorē qui venit ad me opere cōpleuerint, an nō eſt ita, vt ſciā. Cōuerterūtq; ſe inde, & abierunt Sodomā. Abraham verò adhuc ſtabat corā domino, & appropinquas, ait: Nūquid perdes iuſtū cū impio? Si fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate, peribūt ſimul, & nō parces loco illi propter quinquaginta iuſtos ſi fuerint in eo? Abſit à te, vt [†] rem hanc ſacias, & occidas iuſtum cū impio, fiatq; iuſtus ſicut impius. [†] Nō eſt hoc tuū, qui iudicas oēm terrā. [¶] Nequaquā facies iudiciū hoc.] Dixitq; dominus ad eū: Si inuenero Sodomis quinquaginta iuſtos in medio ciuitatis, dimittā omni loco propter eos. Reſpōdit Abraham & ait: Quia ſemel cœpi, loquar ad dominū meum, ^h cū ſim puluis & cinis. Quid ſi min^o quinquaginta iuſtis quinq; fuerint, delebis propter [¶] quadragintaquinque] vniuerſam urbē? Et ait: Nō delebo, ſi inuenero ibi quadragintaquinque. Rurſumq; locutus eſt ad eū: Si autē quadraginta ibi inuēti fuerint, quid facies? Ait: nō percutiā propter quadraginta. Ne quaſo, inquit, indigneris domine, ſi loquar. Quid ſi ibi inuēti fuerint triginta? Reſpōdit: Nō faciā, ſi inuenero ibi triginta. Quia ſemel, ait, cœpi, loquar ad dominū meū. Quid ſi ibi inuēti fuerint viginti? Ait: nō interficiā propter viginti. Obſecro, inquit, ne irafcaris domine, ſi loquar [†] adhuc ſemel. Quid ſi inuēti fuerint ibi decē? Dixit: nō delebo propter decē. Abiit [†] dñs poſtquā ceſſauit loqui ad Abraham, & ille reuerſus eſt in locū ſuū. *Lot angelos ſuſcipiēs hoſpitio à Sodomitis vim paſſus cū vxore, vtraque filia à Sodomitico ereptus incendio, vxorem in via amiſit, & tandem inebriatus cum vtraque filia inceſtū commiſit. XIX.* [¶] Eneruntq; duo angeli, Sodomā vespere, ſedēte Lot in foribus ciuitatis. Qui cū vidiffet eos, ſurrexit, [†] & iuit obuiam eis, adorauitque pronus in terram, & dixit: Obſecro domini, declinate in domum pueri] veſtri, & manete ibi. Lauate pedes veſtros, & mane [¶] proficiſcimini in viam veſtram. Qui dixerunt: Minimè, ſed in plarea manebimus. Compulſit illos ^o oppido vt diuerterent ad eum. Ingreſſiſque domum eius fecit conuiuium, coxit azyma, & comederunt. Prius autem quàm irent cubitum, viri ciuitatis [¶] vallauerūt domum illius, à puero vſque ad ſenem, omnis populus ſimul.] vocaueruntque Lot, & dixerunt ei: Vbi ſunt viri qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc, vt cognoſcamus eos. [¶] Egreſſus ad eos Lot, [¶] poſt tergum accludēs oſtium, ait: Nolite quaſo fratres mei, nolite malum hoc facere. [†] Habeo duas filias, quæ necdum cognouerunt virum. [¶] Educā eas ad vos, [¶] abutemini eis,] ſicut vobis placuerit, [¶] dūmodo] viris iſtis nihil [¶] mali] faciatis: quia ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei. At illi dixerunt:

† 35. diſtin. c. Sexto die. † 1. Reg. 28. d

† 4. Reg. 4. c. Intra. 21. a. Roma. 9. a. Luc. 1. b. 1. Pet. 3. a.

† 1. q. 1. c. de iur. De reu. c. 5. Quiliter 2. c. Cū dilecti. De ſimo. c. licet Holy.

An. ſec. Chriſt. ſum. 1925. Anni mundi 2048. Joſ. 1. 17. † Heb. 11. a.

† 14. diſtin. Quod ait. 12. q. 7. ca. Obſecrat. 27. q. 2. Egreſſus ſus.

rūt: Recede illuc. Et rursus: Ingressus es, inquit, ut advena, nunquid ut iudices? Te ergo ipsum magis quam hos affligemus. † Vmque faciebāt Lot vehementissimè. ° Iamque propè erat,] ut effringerent fores: & ecce miserunt manum viri, & introduxerunt ad se Lot, clauferuntq; ostiū, & eos qui foris erāt, † percusserūt cæcitate, à minimo vsq; ad maximum, ° ita vt] ostium inuenire non possent. † Dixerunt autem ad Lot: ° Habes hic quempiam tuorum, generum, aut filios aut filias? Omnes qui tui sunt, educ de vrbe hac: Delebimus enim locum istum, eò quòd increuerit clamor eorū corā domino, qui misit nos ut perdamus illos. † Egressus itaque Lot, locutus est ad generos suos, qui accepturi erāt filias eius, & dixit: Surgite, & egredimini de loco isto, quia delebit dominus ciuitatē hāc. Et visus est eis quasi ludens loqui. † Cūque esset mane, cogebant eū angeli, dicētes: ° Surge, tolle vxorem tuā, & duas filias¹⁰ quas habes,] ne & tu pariter pereas in scelerē ciuitatis. ° Dissimulante illo,] apprehenderunt manū eius, & manū vxoris ac duarū filiarū eius, ° eo quòd parceret dominus illi: eduxeruntque eum, & posuerunt extra ciuitatem, ° ibique locuti sunt ad eū dicentes: Salua animā tuā. Noli respicere post tergum, ° nec stes in omni circā regione,] sed in mōte saluum te fac, ne & tu simul pereas. Dixitque Lot ad eos: ° Quæso domine mi, quia inuenit seruus tuus gratiā corā te, & magnificasti gloriā & misericordiam tuam quam fecisti mecum, ut saluares animam meam, nec possum in monte saluari, ne fortè apprehēdat me malū, & moriar. Est ciuitas hic iuxta, ad quā possum fugere, parua, & saluabor in ea. Nunquid nō modica est, & viuet anima mea? Dixitque ad eū: † Ecce etiā in hoc¹¹ suscepi preces tuas,] vt nō subuertam urbem pro qua locutus es. ° Festina, & salua te ibi, quia non poterō facere quicquā donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatum est nomen vr̄bis illius¹² Segor.] † Sol egressus est super terrā, & Lot ingressus est Segor. † ° Igitur dominus pluit super Sodomā & Gomorram, sulphur & ignem à domino de cœlo, & subuertit ciuitates has, & omnē circa regionem, vniuersos habitatores vr̄bium, & cūcta terrā virentiā. † Respiciensque vxor eius¹³ post se,] versa est in statuā salis. Abrahā autem cōsurgens mane, vbi steterat prius cum domino, intuitus est Sodomam & Gomorram, & vniuersam terrā regionis illius: Viditque ascendentem¹⁴ fauillā] de terra, quasi fornacis fumū. ° Cum enim subuerteret dominus ciuitates regionis illius, recordatus est Abrahæ, † & liberauit Lot de subuersione vr̄biū, in quibus habitauerat. † Ascenditque Lot de Segor, & mansit in monte, duæ quoque filie eius cum eo. Timuerat enim manere in Segor. Et mansit in spelunca, ipse & duæ filie eius cū eo. Dixitque maior ad minorē: ° Pater noster senex est, & nullus viro rū remāsit in terra, qui possit ingredi ad nos, iuxta morem vniuersæ terræ. Veni, inebriemus eū vino, dormiamusque cū eo, ut seruare possimus ex patre nostro semen. Dederūt itaque patri suo bibere vinū nocte illa. Et ingressa est maior, † dormiuitque cū patre: ° h At ille non sensit, nec quādo accubuit filia, nec quando surrexit. ° Altera quoque die dixit maior ad minorem: Ecce dormiui heri cū patre meo. Demus ei bibere vinū etiam hac nocte, & dormies cū eo: ut saluemus semen de patre nostro. Dederūtque etiam illa nocte patri suo bibere vinum. Ingressaque minor filia dormiuit cum eo. Et ne tunc quidem sensit, quādo¹⁷ concubuerit,] vel quādo illa surrexit. ° Conceperūt ergo duæ filie Lot de patre suo. Peperitque maior filiū, & vocauit nomen eius Moab. Ipse est pater Moabitarū vsque in præsentem diem. Minor quoque peperit filiū, & vocauit nomē eius¹⁸ Ammon, — id est filius populi mei.] Ipse est pater Ammonitarum vsque hodie.

Abrahæ in Geraris peregrinanti vxor rapitur, quæ illi magno cum fenore intacta redditur: orante autem Abraham salus domui regis restituitur. XX.

Rofectus^a inde Abraham in terram australem, habitauit inter Cades & Sur: & peregrinatus est in Geraris. † Dixitque^b de Sarra vxore sua, ° soror mea est. Misit ergo Abimelæch Rex Geraræ, & tulit eam. Vēnit autem deus ad Abimelæch per somnium nocte, & ait illi: En moriēris propter mulierem quam tulisti: Habet enim virum. Abimelæch verò non tetigerat eam. Et ait: Domine, num gentem & ignorantem, & iustam interficies? Nōne ipse dixit mihi, soror mea est: & ipsa ait: frater meus est: In simplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum, feci hoc.

c. Lot quoque sancti Noe iustitiam secutus inerat tot peccantium exempla iustitiam non reliquit. Hiero. ibid.

4. Et accesserunt.

* In domum.

7. Iuxta fores domus.

8. Vt fatigarentur &.

* Viri illi, scilicet duo angeli.

9. Eos quos adhuc hic habes generi, filios tuos, & filias tuas, sed & omnia que habes in ciuitate, educ de loco isto.

10. Præsentem.

11. Moram illo faciente viri illi.

d. Minuitur pietatis locus quod manifesta sibi per angelos totius regionis euerione, & generos habere Loti sanctus inducatur, & monere eos, vt fugerent simul, ne deserendo eos nec admonendo minus plus videretur cetera filiarum maritos.

Ambro. ibid.

* Et factum est cum eduxissent eum foras.

12. Vel non maneat in tota hæ plancie.

* Non.

13. e. Reueritus sum faciem tuam, id est, Acquisisco precibus tuis. Hiero. ibid.

14. Zor. & in infra.

f. Hæc Sodomæ subuersio facta est anno. 51. post linguarū confusionem.

15. g. Post illum (scilicet Lot virum suum) suo exemplo fauos emuluit, in proposito sancto quòd tendunt proficere, noxia curiositate retro non debere respicere: nec postea euadere tales statuta supplicia. hæc femina demonstret, quæ quòd caserat perdidit. Prosper.

16. Vaporem vel fumum.

g. Putauerit generalem totius orbis factū interitū, nullūque amplius supersistem, deinde & patris videtur fenecturam.

Chryso. in Gene.

Homi. 44.

h. Hoc totum factum fuit diuina dispensatione, sicut & proco-

plasso euenit, nam sicut illic ex dormientis latere portio sumpta est, eo non sentiente, sed qui fixerat latens illud, inde vxor est adz producta: ita simili modo & iuric. Chryso. ibid.

17. Illa accubuerit.

i. Cum igitur illa ad conseruationem generis prolem quæreret, qui vsque huntatus in eis erat & naturalis affectus, nec se crederent inuenire posse alios viros velut exulto illa conflagratione orbe terrarum: neque enim discernere poterant quousque ignis ille fenerit, miscent se se patri voluerunt. Aug. 22. lib. contra Mendacium.

a. A conuasse Māmbra.

* Abraham.

b. Non diximus est vxor mea, sed dixit: Soror mea est. Non est ergo mendacium cū stendo absconditur verum, sed cū loquendo promittit falsum. Aug. gust. contra mendacium.

† 2. Pet. 2. b. 4. Reg. 6. d.

† Sap. 9. c.

† 27. q. 2. Egressus, & c. Priuilegiū.

† Sap. 10. a.

† Sap. 10. a.

† Isa. 13. d.

† Iere. 50. f.

† 23. q. 5. c.

Quid ergo.

Ezech. 16. f.

Osec. 11. c.

Amos. 4. d.

† Luc. 17. f.

Juda. c. 7.

De peni. di.

a. Sed & con-

tinuo.

Ezech. 16.

† Sap. 10. a. f.

† 33. dist. c.

Sexto die.

32. q. 4. c.

Dixit Sara.

† 40. dist. c.

Quilibet.

Infr. 1. 2.

† 22. q. 2. c.

Queritur.

*Per somnium: 1. Prohibuit.

e. Abraham omnium primus propheta appellatus in scripturis sacris inuentus est. 2. Mane.

3. Opera quæ non debent fieri. 4. Id est fratris mei Acam filia, & nõ fororis sicut Lot voca uit fratrem. Sed quia in Hebræo habet, verè foror mea est filia patris mei, nõ filia matris meæ: & magis sonat, quòd foror Abrahæ fuerit: & in excusatione eius dicunt, neclum illo tẽpore tales nuptias lege prohibitas. Hiero. super Gene.

*De me.

4. Ecce terra mea coram te est.

e. Hoc est, Omnes verò discit, quòd nihil à me factum est iniquum: quia inuicta esuisti de domo mea. Et propter doctæ hæc vitium tuum, qui pro me preces domino ostias. Chryso. in Genet. Homi. 45.

Isaac Natiuitas.

1. Fecit dominus Saræ. * Qui sibi natus erat, &c. 2. Abraham Isaac filium suum, cum esset filius octo dierum. 3. Porro Abraham centum annorum filius erat, quòd natus est illi filius suus Isaac. 4. Nunquam dixisset Abrahæ. 5. Quem peperit ipsi Abrahæ invidentem.

a. Id est contententem cum Isaac super primogenitura, cū maior nam est quæ Isaac. Hiero. in Genet.

6. Et vultu displicuit verbum illud in oculis Abrahæ super eam filij sui.

Octaua dei apparitio Abrahæ.

7. Displicet hoc. b. Linnæus 8. annorum erat cum natus est Isaac, 5. annorum, cum natus sit Ismaele 13. annis agente. Hiero. ibid. * Deique Hagar, &c. e. Hoc est in manus eius tradidit, commendauit, & ita emisit eam de domo. Hiero. ibid.

d. Non quia ancilla erat, obsemauit eam: sed quia patriarchæ pœnoscit, & illius semen erat, tantum quoque eam eroga illam declarare dignatur. Chryso. Homi. 46.

e. Est tibi. e. Ex hoc manifestum est eum qui tenetur non oneri mariti fuisse, sed comitem. Quod autem manu parentis tenetur, fo licitus monstratur affectus. Hiero. de questio. Hebraicis.

* Deus. f. Quædam Abimelech ne fando quidem audiisset aliquem ab Abrahamo iniuria esse affectum: nihilominus tamen inquit: Luna mihi deum, &c. Procopius ibidem.

*Abraham ipsum.

hoc. Dixitque: ad eum deus: Et ego scio quòd simplici corde feceris, & ideo custodiui te, ne peccares in me, & non dimisi, vt tangeres eam. Nunc ergo redde viro suo vxorẽ, & orabit pro te, quia propheta est, & viues. Si autem nolueris reddere, scito quòd morte morieris, tu, & omnia quæ tua sunt. Statimque de nocte cõsurgens Abimelech, vocauit omnes seruos suos, & locutus est vniuersa verba hæc in auribus eorum. Timueruntque omnes viri valde. Vocauit autem Abimelech etiam Abraham, & dixit ei: Quid fecisti nobis? Quid peccauimus in te, quia induxisti super me, & super regnum meum, peccatum grande? Quæ non debuisti facere, fecisti nobis. Rursusque exostulans, ait: Quid vidisti vt hoc faceres? Respondit Abraham: Cogitavi mecum dicens: Forsitan non est timor dei in loco isto, & interficient me propter vxorem meam. Alias autem & verè foror mea est, filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in vxorem. Postquam autem eduxit me deus de domo patris mei, dixi ad eam: Hanc misericordiam facies mecum: In omni loco ad quẽ ingrediemur, dices quod frater tuus sum. Tulit igitur Abimelech oues & boues, & seruos, & ancillas, & dedit Abraham. Reddiditque illi Saram vxorẽ suam, & ait: Terra coram vobis est, vbicunque tibi placuerit, habita. Saræ autem dixit: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum sunt: & quocumque perrexeris, memento te deprehensam. Orante autem Abraham, sanauit deus Abimelech, & vxorem ancillaque eius, & pepererunt. Concluserat enim dominus omnem vuluam domus Abimelech, propter Saram vxorem Abraham.

Nato Isaac, & ablactato Ismael cum matre pellitur in desertis victurus: Abimelech cum Abraham fœdus medio iuramento percussit. XXI.

Ita uero ait dominus Saræ sicut promiserat, & impleuit] quæ locutus est. Concepitque & peperit filium in senectute sua, tempore quo prädixerat ei deus. Vocauitque Abraham nomen filij sui, quem genuit ei Sara, Isaac: & circumcidit eum octauo die, sicut præceperat ei deus, cum esset centum annorum. Hac quippe ætate patris natus est Isaac. Dixitque Sara: Risum fecit mihi Deus, & quicumque audierit, corridebit mihi. Rursusque ait: Quis auditurus crederet Abraham, quòd Sara lactaret filium, quẽ peperit ei iam senes? Creuit igitur puer, & ablactatus est: Fecitque Abraham grande conuiuium in die oblationis eius. Cùmque vidisset Sara filium Hagar Ægyptiæ, ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham: Eijce ancillam hanc, & filium eius. Non enim erit hæres filius ancillæ, cum filio meo Isaac. Durè accepit hoc Abraham pro filio suo. Cui dixit deus: Non tibi videatur asperum super puero, & super ancilla tua. Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocẽ eius, quia in Isaac vocabitur tibi semen. Sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia semẽ tuum est. Surrexit itaque Abraham mane, & tollens panẽ, & verè aquẽ, imposuit scapulæ eius, tradiditque puerum, & dimisit eam. Quæ cùm abisset, errabat in solitudine Bersabee. Cùmque consumpta esset aqua in vtre, abiicit puerum subter vnam arborẽ, quæ ibi erat, & abiit. Sed itque è regione procul, quantum potest arcus iacere. Dixit enim: Nõ videbo morientẽ puerum. Et sedens contra, leuauit vocem suam, & fleuit. Exaudiuit autem deus vocẽ pueri. Vocauitque angelus domini Hagar de cœlo, dicens: Quid agis? Hagar: Noli timere: Exaudiuit enim deus vocẽ pueri, de loco in quo est. Surge, & tolle puerum, & tene manum illius, quia in gentem magnam facia eum. Aperuitque oculos eius deus. Quæ videns puteum aquæ, abiit & impleuit vtrẽ, deditque puero bibere, & fuit cū eo. Qui creuit, & moratus est in solitudine, factusque est iuuenis sagittarius. Habitauitque in deserto Pharã. Et accepit illi mater sua vxorẽ de terra Ægypti. Eodẽ tẽpore dixit Abimelech & Phicol princeps exercitus eius ad Abraham: Deus tecum est in vniuersis quæ agis. Iura ergo per dominum, ne noceas mihi, & posteris meis, stirpique meæ: sed iuxta misericordiam quam feci tibi, facies mihi & terræ in qua versatus es aduena. Dixitque Abraham: Ego iurabo. Et increpauit Abimelech propter puteum aquæ, quem vi abstulerant serui eius. Responditque Abimelech: Nesciui quis fecerit hæc rem: Sed & tu nõ indicasti mihi, & ego non audiui præter hodie. Tulit itaque Abraham oues, & boues & dedit Abimelech. Percusseruntque ambo fœdus. Et statuit Abraham septem agnas gregis scorum

† 32. q. 4. Ne-mq.

† 13. q. 1. e. Si fortissimas. De peni. dist. 1. c. Vo-luissent. 4. Denique.

Ios. 1. 20. An. ante Chri. sum. 1914. Anni mundi 2043. Sup. 17. c. 18. † Gala. 4. c. Hebræo. 11. c. Match. 1. a. † 47. distin. Quislibet. † Roma. 9. b. Heb. 11. d. Ios. 1. 21. Galat. 4. d.

† 12. q. 4. Re-currat.

† 47. di. Quis-tumlibet. † 32. q. 3. Non omnis. & q. 4. Dicit.

† Infr. 26. f.

† Sup. 20. d.

gis seorsum. Cui dixit Abimaelæch: Quid sibi volunt septē agnē istæ, quas stare fecisti seorsum? At ille: Septē, inquit, agnas accipies de manu mea, vt sint mihi in testimoniū, quoniam ego fodi puteum istū. Idcirco vocatus est locus ille f. Bersabee, quia ibi vterque iurauit, & inierunt fœdus pro puteo iuramenti. Surrexit autē Abimaelæch, & Phicol princeps exercitus eius: reuersi que sunt in terram Palæstinorum. Abrahā verò plantauit nemus in Bersabee, & inuocauit ibi nomen dei æterni, & 10 fuit colonus terræ Palæstinorum diebus multis.

f. Bersabee in tribu Iuda, sive Si meonis, est vique hodie vicus grandis in vicinio à Chebron in latitudo, vergens ad austrum, in quo & Romanorum militum prædium positum est. Hiero. in Quæstion. Hebræicis. 9. In Bersabee, vel Beer Seba, id est fons septem, scilicet agnati Beer enim fons est. Seba septem in femineo. 10. Peregrinatus est in terra Philistinum.

*Fides Abrahæ in filij sui Isaac immolatione probata, ab executione prohibetur, & repromissio-
ne confirmatus, fratris sui Nachor natam prolem audiuit.*

XXII.

*Nona dei apparitio
Abrahæ.*

Ios. 2. 22.
Judith. 8. c.
Heb. 11. d.
22. q. 2. c. Si-
quolibet. 9.
quandoque.

A Væ postquā gesta sunt, tētavit deus Abraham, & dixit ad eū: Abrahā Abraham. Ille respōdit: Assum. Ait illi: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac: & vadē in terram visionis. Atque ibi offeres eum in holocaustum, super vnum montium, quem monstrauero tibi. Igitur Abraham de nocte confurgens, stravit asinum suum, ducens secū duos iuuenes, & Isaac filium suum. Cumque concidisset ligna in holocaustum, abiit ad locum quem præceperat ei deus. Die autem tertio eleuatis oculis vidit locū procul, dixitque ad pueros suos: Expectate hīc cum asino, ego & puer illuc vsque properantes, postquā adorauerimus reuertemur ad vos. Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filiū suū. Ipse verò portabat in manibus ignem & gladiū. Cūque duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo: Pater mi. At ille respōdit: Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis & ligna, vbi est victima holocausti? Dixit autem Abraham: Deus prouidebit sibi victimā holocausti, fili mi. Pergebāt ergo pariter, & venerunt ad locum, quē ostēderat Jēi deus: in quo edificauit altare, & desuper ligna cōposuit. Cūque colligasset Isaac filiū suum, posuit eum in altare super struem lignorū. Extenditque manū, & arripuit gladium, vt immolaret filium suum: Et ecce angelus domini de cælo clamauit, dicens: Abraham Abraham. Qui respōdit: Assum. Dixitque ei: Non extendas manum tuā super puerū, neque facias illi quicquam. Nunc cognoui quod timeas dominum, & nō pepercisti vnigenito filio tuo propter me. Leuauit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres, harentem cornibus: Quem assumens, obtulit holocaustum pro filio. Appellauitque nomē loci illius, dominus videt. Vnde vsque hodie dicitur, in mōte dominus videbit. Vocauit autē angelus domini Abraham secundō de cælo, dicens: Per memetipsum iurauit dicit dominus, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicā tibi, quia multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam quę est in littore maris. Possidebit semē tuum portas inimicorum suorum, & benedicetur in semine tuo omnes gētes terræ, quia obedisti voci meæ. Reuersus est Abrahā ad pueros suos, abiieruntque Bersabee simul: & habitauit ibi. His ita gestis nunciatū est Abraham, quod Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo, Huz primogenitū, & Buz fratrem eius, & Chamuel patrem Syrorū, & Cafeth, & Azau, Pheldas quoque, & Yedlas, & Bathuhel, de quo nata est Rebecca. Octo istos genuit Melcha Nachor fratri Abrahæ, Concubina verò illius nomine Roma, peperit Thábee, & Gaon, & Thaas, & Maacha.

Iacob. a. d.

Iacob. 2. d.

Iere. 44. f.
Psal. 104. a.
Luc. 1. g.
Eccl. 4. 44. d.

Heb. 6. c.
22. q. 4. c.
Recurras.
Maacha. 2. f.
Luc. 1. c.
Galar. 3. a.
Acto. 3. d.
Eccl. 44. d.

*Mortua Sara plangitur, atque in spelunca duplici, quam ab Ephron cum agro Abraham præ-
senti pecunia emittitur, cum honore sepelitur.*

XXIII.

*Decima dei appa-
ritio Abrahæ.*

d. Ideo Isaac immolatus nō est, quia resurrectio dei filio seruata est. Prosper. * In. 8. Videbit, vel prouidebit iuxta responsum Abrahæ ad filium. 9. Videbitur. 10. Vnico tuo. e. Promissio dei vt stellas cæli & vt arenam maris, quę numerari nequeunt, cōtinet, quam in Christo per fidem gentium, quarum pater est Abraham, benedictionem esse, suppletam, & ipse verum ordo demonstrat. Prosper. * Et surgentes.

f. Huz primogenitus. Nachor, de cuius stirpe Job descendit. Male igitur quidam existimant Job de genere Esau esse. Hiero. ibid. 11. Keuma.

* Hi anni vite Saræ. 1. Cariath Arbe, id est ciuitas quarior. 2. Adam, Abraham, Isaac & Iacob ibi sepultorum, vt dicunt Hebræi. 3. Possessionem suæ hereditatis. * A facie mea. 4. Electione sepulchrorum nostrorum. * Ex nobis. 4. Prohibebit sepulchrū suum. 5. Incurtauit se coram populo. 6. Est voluntatis. * A facie mea.

Ios. 1. 23.
An. ante Christi
sum 1880.
Anni mudi.
2082.
13. q. 2. c.
Hebron.

A Ixit autem Sara centum viginti septem annis, & mortua est in ciuitate Arbee, quę est Hebron in terra Chanáam. Venitque Abraham vt plangeret, & fletet eam. Cūque surrexisset ab officio funeris, locutus est ad filios Heth, dicens: Aduena sum & peregrinus apud vos, date mihi ius sepulchri vobiscum, vt sepeliam mortuum meum. Responderunt filij Heth, dicentes: Audi nos domine. Princeps dei es apud nos, in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum, nullusque te prohibere poterit, quin in monumento eius sepelias mortuum tuum. Surrexit Abrahā & adorauit populum terre, filios videlicet Heth. Dixitque ad eos: Si placet animæ vestræ vt sepeliam mortuum meum, audite me, & intercedite pro me apud Ephron filium Seor, vt det mihi speluncam duplicē, quam habet in extrema parte agri sui. Pecunia

nia

7. Plena.
 8. In medio vestri.
 * Hethaus.
 9. In annibus filiorum Heth, en-
 ram omnibus.
 * Tibi do.
 10. Incurauit se Abraham co-
 sam populo terre illius.
 11. In autibus populi terre.
 b. Vnde iustum, quomodo ope-
 ritus sitis doceat optime vite
 mores, & nō prius vult accipere
 ag: u n, quā iustum diuime-
 res precium. Chryso. ibidem.

12. Quadringentorum siclo-
 rum etc.

* Iustum Ephron.
 13. Ad mercatorē etranseuntes.

* Que in illo erat.

c. Per medie lenae distanciam.
 d. Quod te: rō dicit ager, & an-
 trum, idem est quod secundo
 dictum fuerat, ager & spelun-
 ca duplex, siue spelunca agri du-
 plicis. Rupertus ibid.

1. Et venit in dies.

a. Eliezer procuratorē domus
 suae. Comestor ibidem.
 b. In temore Abraham deum cœ-
 li fuisse hic ordo ostēdit, quod
 Abraham genuit Isaac, &c. ex
 quibus per factū generationum
 virgo Maria procreuit, quae pepe-
 rit Christum, qui est deus cœli.
 Prosper.

2. Fortasse renuer mulier illa ve-
 nire post me.

c. Quisnam modum Abraham
 seruum esculatū habuit, si mu-
 lier secum venire noluerat: sic
 Apostolorum chorus culpam
 non habet de perestibus inere-
 dulis, qui eorum predicationi
 credere ac parere spreuerunt.
 Rupertus ibidem.

3. Innocens eris à iuramēto isto
 meo.

d. Iurauit in semine Abraham,
 hoc est in Christo qui ex illo
 nasciturus erat, & non in circū-
 cisione. Hiero. ibidem.
 e. Eratque omne bonum domi-
 ni sui in manu sua, & surgens
 petrexit in Haram Auiorum.

* Fac occurrere.

6. Fiat igitur vt.

c. Pro adolescentula quae Græcè
 ἡραία. Hebraicè dicitur alma,
 quod quidem & in Ista habe-
 tur ibid. Ecce virgo concipiet &
 pariet. Hiero. ibid.
 * Factumque est.

* Erat autem illa.

f. Sed cur ista repetitio, virgo e-
 rat & incognita viro: nisi quia
 virginittatis cōmendationē in-
 nauat? Aug. ibid.
 g. Id est super manum suam.

7. Cessauerint bibere.

* Fessina.

8. Hauserit pro omnibus camelis
 eius.

9. Vt. Suspectus est in ea, tacet
 quidem vt agnosceret.

10. g. Quatuor pondus erat di-
 nitium sicli, id est semuncia.
 Hiero. ibid.

11. Duas super manus eius, qua-
 rum pondus erat aureorum

nia⁷ digna] tradat eam mihi⁸ coram vobis,] in possessionem sepulchri. Habitabat au-
 tem Ephrō in medio filiorū Heth. Responditque Ephrō^{*} ad Abrahā⁹ cunctis audiē-
 tibus] qui ingrediebatur portā ciuitatis illius, dicens: Nequaquā ita fiet domine mi: sed
 tu magis ausculta quod loquor: Agrū trado tibi, & speluncā quę in eo est, ^{*} presentibus
 filiis populi mei. ⁸ Sepeli mortuum tuū. ^b ¹⁰ Adorauit Abraham corā domino & popu-
 lo terrę,] & locutus est ad Ephron, ¹¹ circumstante plebe eius:] Quęso vt audias me. Da
 bo pecuniam pro agro, suscipe eam, & sic sepeliam mortuum meū in agro. Respondit-
 que Ephrō: † Domine mi, audi me. Terra quam postulas, ¹² quadringentos siclos argēti
 valet.] Istud est preciū inter me & te. Sed quantum est hoc? Sepeli mortuū tuū. Quod
 cūm audisset Abraham, ^{*} appendit pecuniam quā Ephron postulauerat, audientibus fi-
 liis Heth, quadringētōs siclos argenti, ¹³ probatā monetę publicę.] ^{*} Confirmatus est a
 ger quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex respiciens Mambre, tā ipse quā
 spelunca, ^{*} & omnes arbores eius in cunctis terminis eius per circuitum, Abrahę in pos-
 sessionem viuentibus filiis Heth, & cunctis qui intrabant portā ciuitatis illius. † Atque
 ita sepeliuit Abraham Saram vxorem suam, in spelunca agri duplici, quę^c respiciebat
 Mambre: hęc est Hebron in terra Chanaan. ^d Et confirmatus est ager, & antrum quod
 erat in eo, Abrahę in possessionem monumenti, à filiis Heth.

*Seruus Abrahę in Mesopotamiam ad querendam Isaac vxorem missus, mandatū fideliter implet,
 Rebeccā adducit, quā Isaac ducit in vxorē super morte matris cōsolatus. XXIII.*

Rat autem Abraham senex, ¹ dierum quę multorum:] & dominus in cūctis be-
 nedixerat ei. Dixitque ad^a seruū seniorē domus suę, qui pręerat omnibus quę
 habebat: † Pone manum tuam subter^b femur meum, vt adiurem te per deum
 cœli & terrę, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chanaanōrum, inter quos
 habito: sed ad terram & cognitionē meam proficiscaris, & inde accipias vxorem filio
 meo Isaac. Respondit seruus: ^c Si noluerit mulier venire mecū] in terrā hęc, nunquid
 reducere debeo filium tuum ad locum de quo tu egressus es? Dixitque Abraham: Ca-
 ue ne quando reducas filium meū illuc. † Dominus cœli & terrę, qui tulit me de domo
 patris mei, & de terra natiuitatis meę, qui locutus est mihi, & iurauit mihi, dicens: Se-
 mini tuo dabo terram hanc: ipse mittet angelum suum corā te, & accipies inde vxorem
 filio meo. Sin autem mulier noluerit sequi te, ³ nō teneberis iuramēto:] filium tantū
 meum ne reducas illuc. Posuit ergo seruus manum sub femore Abrahę domini sui, &
 iurauit illi super sermone hoc. Tulitque decem camelos de grege domini sui, & abiit, ⁴
 ex omnibus bonis eius portans secū: profectusque perrexit in Mesopotamiam,] ad vi-
 bem Nachor. ⁵ Cūmque camelos fecisset accumbere extra oppidū, iuxta puteum aque, ^B
 vespere eo tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam, orauit dominū
 dicens: † Domine, deus domini mei Abrahę, ⁷ occurre Jobsecro, mihi hodie, & fac mi-
 sericordiam cum domino meo Abraham. Ecce ego sto prope fontem aque, & filię ha-
 bitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquā. ⁶ Igitur ^c] puella cui dixe-
 ro: Inclina hydriam tuam vt bibam, & illa responderit: Bibe, quin & camelis tuis dabo
 potum: ipsa est quam pręparasti seruo tuo Isaac: & per hoc intelligam, quod feceris mi-
 sericordiam cum domino meo Abraham. ^{*} Necdum intra se verba compleuerat, & ec-
 ce Rebecca egrediebatur, filia Bathuel filij Melchę vxoris Nachor, fratris Abraham, ha-
 bens hydriam in scapula sua, ^{*} puella decora nimis, ^f virgōque pulcherrima, & incogni-
 ta viro. Descenderat autē ad fontem, & impleuerat hydriam aqua, ac reuertebatur. Oc-
 curritque ei seruus, & ait: Pauxillū aquę mihi ad bibendum prębe de hydria tua. Quę
 respondit: Bibe domine mi. Celeritēque deposuit hydriam ^g super vlnam suam, & de-
 dit ei potum. Cūmque illē bibisset, adiecit: ⁸ Quin & camelis tuis hauriam aquam, do-
 nec ⁷ cuncti bibāt.] Effundensque ^{*} hydriam in canalibus, recurrit ad puteum, vt hauri-
 ret aquam, & ⁸ haustam omnibus camelis dedit. Ipse autem ⁹ cōtemplabatur eam taci-
 tus, scire volens] vtrum prosperum iter suum fecisset deus, an non. Postquam autem bi-
 berūt cameli, protulit vir in aures aureas, ¹⁰ & appēdentes siclos duos:] & armillas ¹¹ toti-
 dem, pōdo siclorum] decem. Dixitque ad eam: Cuius es filia? Indica mihi. Est in domo
 patris

† 13. q. 2. cap.
 Postquam. c.
 Ebron.

† 13. q. 2. He-
 bron. c. Quę-
 sta.
 De sepul. c. 1.

Iof. 1. 24.

† Infra. 17. g
 42. 5.

† Sup. 12. h.

† Iudith. 9.

patris tui locus ¹² ad manendū?] Quæ respondit: Filia sum Bathuelis, filij* Nachor, quæ peperit ei Melcha. Et addidit, dicens: Palarū quoque, & fœni plurimum est apud nos, & locus spaciosus est ¹³ ad manendū.] Inclinauit se homo, & adorauit dominū, dicens: Benedictus dominus deus domini mei Abraham, qui non abstulit misericordiam, & veritatem suam à domino meo, & ¹⁴ recto itinere me perduxit] in domum fratris domini mei. ¹⁵ Cucurrit itaque puella, & nunciauit in domum matris suæ omniā quæ audierat. Habebat autē Rebecca fratrem nomine Laban, Qui festinus egressus est ad hominē, ¹⁶ ubi erat fons. ¹⁷ Cūq; vidisset in aures, & armillas in manibus sororis suæ, & audisset cuncta verba ¹⁸ referentis,] hæc locutus est mihi homo, venit ad virū, qui stabat iuxta camelos, & prope fontem aquæ, dixitque ad eū: Ingredere benedicte domini. Cur foris stas? Preparauit domū, & locum camelis tuis. Et introduxit eum in hospitium, ac destravit camelos, deditq; paleas & fœnum, & aquā ad lauandos pedes ¹⁹ camelorum,] & virorū qui venerant cum eo.] ²⁰ Et appositus est in cōspectu eius panis.] Qui ait: nō comedam donec loquar sermones meos. Respondit ei: Loquere. At ille: ²¹ Seruus inquit, Abraham sum. Et dominus benedixit domino meo valde, & magnificatus est, & dedit ei oues & boues, argentū & aurum, seruos & ancillas, camelos & asinos. Et peperit Sara vxor domini mei filium domino meo in senectute sua, deditq; illi omnia quæ habuerat. Et adiurauit me dominus meus, dicens: Nō accipies vxorem filio meo de filiabus Chananæorū, in quorum terra habito, sed ad domum patris mei perges, & de cognatione mea accipies ²² vxorē filio meo. Ego verò respōdi domino meo: ²³ Quid si noluerit venire mecū mulier?] Dominus, ait, in cuius cōspectu ambulo, mittet angelum suū tecū, & diriget viam tuam, accipiesq; vxorē filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei. ²⁴ Innocēs eris à maledictione mea,] cū veneris ad proximos meos, & nō dederint. Veni ergo hodie ad fontem aquæ, & dixi: ²⁵ Domine deus domini mei Abraham, si direxisti viā meam in qua nūc ambulo, ecce sto iuxta fontē aquæ, & virgo quæ egredietur ad hauriendam aquam, audierit à me, da mihi pauillum aquæ ad bibendū de hydria tua, & dixerit mihi: & tu bibe, & camelis tuis hauriam, ipsa est mulier quā preparauit dominus filio domini mei. Cūq; hæc tacitus mecū voluerem, apparuit Rebecca veniens cū hydria, quā portabat in scapula, descenditq; ad fontē, & hausit aquā. Et aio ad eam: Da mihi paululum bibere. ²⁶ Quæ festinās deposuit hydriā de humero, & dixit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis tribuam potū. Bibi: & adaquauit camelos. Interrogauitq; eam, & dixi: Cuius es filia? Quæ respōdit: Filia Bathuelis sum, filij Nachor, quæ peperit ei Melcha. Suspēdi itaque in aures ad ornandā faciē eius, & armillas posui in manibus eius. ²⁷ Pronusq; adorauit dominū, benedicēs domino deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, vt sumerē filiā fratris domini mei filio eius. Quāobrem si facitis misericordiā & veritatem cū domino meo, indicate mihi. Sin autem aliud placet, & hoc dicite mihi, vt vadam ad dextram, siue ad sinistram. Responderunt Laban & Bathuel: A domino egressus est sermo. ²⁸ Nō possumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecū.] En Rebecca coram te est: tolle eā, & proficiscere, & sit vxor filij domini tui, sicut locutus est dominus. Quod cum audisset puer Abraham, procidens adorauit in terra dominum. ²⁹ Prolatisque vasis argenteis & aureis, ac vestibus, dedit ea Rebecca pro munere. ³⁰ Fratribus quoque eius & matri, dona obtulit. Inito cōuiuio, vescētes pariter, & bibētes māserunt ibi. Surgens autē mane, locutus est puer: Dimittite me, — vt vadam] ad dominum meum. Respōderuntque fratres eius & mater: Maneat puella saltem decē dies apud nos, & postea proficiscetur. Nolite, ait, me retinere: quia dominus direxit viam meam. Dimittite me, vt pergam ad dominū meum. ³¹ Et dixerunt: Vocemus puellā, & quæramus ³² ipsius voluntatem.] Cūque vocata venisset sciscitati sunt: Vis ire cum homine isto? Quæ ait: Vadam. Dimiserunt ergo eam, & ³³ nutricem illius, seruūq; Abraham & comites eius, imprecantes prospera sorori suæ, atque dicentes: Soror nostra es: Crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorū suorū. Igitur Rebecca, ³⁴ & puellæ illius ascensis camelis secutæ sunt virum: ³⁵ qui festinus reuertebatur ad dominum suum.] Eo autem tempore deambulabat Isaac per viam quæ ducit ad puteum, ³⁶ Cuius nomen

12. Nobis ad pernoctandum, Melcha, quem peperit ipsi.

13. Nobis ad pernoctandum.

14. Cum essem in via, deduxit me dominus.

15. Vide quomodo in singulis declarat nobis hospitalitatis alacritatem, cur suū verbis, māserunt ibi. Cū voluptate ergo cucurrit, & significauit in domo matris omnia ea quæ audierat à seruo. Chyrsibid.

16. Rebecca sorori suæ.

16. Stuos.

17. Appositusque coram eo vt comederet.

18. Pulcherrimus locus ad instruedum eos quibus aliquid iniungitur, quod non prius manducauit puer Abraham, apud positum sibi panem, quæ mandatum domini exequeretur, Ambros. ibidem.

18. Fortassis non veniet mulier post me.

19. Absolutus eris ab adiuratione.

20. Querendum quid differat augurationes illicite ab illa petitione signi, qua petiuit seruus Abraham vt ei deus ostenderet futuram vxorem domini sui Isaac. Aliud est enim, mirum aliquid petere quod ipso miraculo signū sit, aliud hæc obsecrare que ita sunt vt mira non sint, sed à cōiecturis si permissio vane interpretentur. Aug. super Genes.

21. Talem querit Paulus, quæ scilicet corpore & spiritu casta sit. Tam hospitalitas quæ castitas in illa emicant. Castitatis erat quod non accurrebat, & virum prior compellabat: hospitalitatis erat quod tanto studio & alacritate hauriebat aquam, vt gratularetur hospiti. Nec castitati hospitalitas, nec hospitalitati castitas obstitit. Procopius ibi.

20. Et idcirco poterimus arte loqui vel malum vel bonū.

22. Verba illorum. Quia in omni tempore prius deo laudes & gratiarū actiones referendæ sunt, seruus Abraham prius deo gratias egit, postmodum dona amici dedit. Cyrillus ibid.

21. Os eius,

22. Decens quippe erat vt ad nuptias absque paribus virgo proficiscens nutrice solatio frueretur. Hiero. ibid.

* Surrexit.

22. Et tulit seruus ille Rebecca, & abiit.

† 15. q. r. ca. r. in prin.

† 12. q. c. Honoantur.

† Sup. 16. d.

1. Vbi Hagar vidit angelum.
 lz. In Geratis.
 23. Orandum.
 x. Leuani oculos, &c.
 24. Peplum.
 25. Rebecca, & facta est in.

est i uiuentis & videntis. Habitabat enim ^k in terra australi, & egressus fuerat ad ^l mediantu[m] in agro, inclinata iam die. Cumque eleuasset oculos, vidit camelos venientes & procul.]† Rebecca quoque ^m conspecto Isaac, descendit de camelo, & ait ad pueri: **Quis est ille homo qui venit per agru[m] in occursum nobis?** Dixitq[ue] ei: Ipse est dominus meus. At illa tollens cito ⁿ pallium] suum, cooperuit se. Seruus autem cuncta qua[m] gesserat, narrauit domino suo Isaac. **Qui** introduxit eam in tabernacu[m] Sarae matris suae, & accepit ^o eam] vxorem, & intantum dilexit eam, vt dolorem qui ex morte matris eius acciderat, temperaret.

Abraham multis ex Cethura filiis susceptis mortuus est, atque in spelunca duplici sepultus. Ismael multa prole diues moritur. Isaac pro vxore sterili precatu[m] geminos genuit, quorum primogenita maior vendidit minori.
 X X V.

2. Adiecit, & accepit.
 2. Suspiciunt Hebraei mutato nomine eandem esse Hagar, quae Sara mortua de concubina transiit in vxore[m]. Hierony. in quest. super Gene.



† Abraham vero ¹ aliam duxit] vxorem nomine ² Cethuram: quae peperit ei Zaram, & Iexan, & Madan, & Madian, & Iesboch, & Sue. Iexan quoque genuit Saba, & Dadan. Filij Dadan fuerunt Assurim & Lathusim & Loamim. At vero ex Madian ortus est Epha, & Opher, & Enoch, & Abida, & Heldaa. Omnes hi filij Cethurae. Deditq[ue] Abraham cuncta qua[m] possederat, Isaac. Filii autem concubinaru[m] ³ largitus est munera: & separauit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viueret ad plagam orientalem. Fuerunt autem dies vitae Abraham centum septuagintaquinque anni, ⁴ & deficiens] ⁵ mortuus est in senectute bona prouectaque aetatis, & plenus ⁶ dieru[m],] congregatu[m]que est ad populu[m] suu[m].]† Et sepelierunt eum Isaac & Ismael filij sui in spelunca duplici, ⁷ quae sita est] in agro Ephron, filij Seor Hethaei, e regione Mambre: qua[m] emerat ⁸ a filiis Heth.

4. Quae erant Abraham.
 2. Explicans.
Mors Abraham.

1. Omne enim tempus vitae Iustus diu fuerit & no[m] Hierony.
 3. Populos suos.
 x. Abraham.

x. Me
 4. Ismaelis.
 b. Duodecim filij nascuntur Ismaeli, e quibus primogenitus fuit Nabaioth, a quo omnis regio ab Euphrate vsque ad mare rubrum, Nabathena vsque hodie dicitur, quae pars Arabiae est. Hiero. ibid.

Mors Ismaelis.

1. Populos suos. Habitauerunt.

6. Accepit.
 x. Sibi sibi in vxorem.
 c. Nec protinus exauditus est, sed annu[m] viginti per se uenit occans. Chryso. Hom. 49.
 x. Vxori eius.
 7. Si sic, vt quid ego i Hebr. vel, si sic mihi hoc futurum, cur mihi hoc? o. interp.
 d. Festinauit ad sacerdotem dei ministrum, per quem latentium scientiam didicit. Chryso. Hom. 50.
 e. Nempe per sacerdotem. Chryso. ibid.
 f. Idumaeus populus Israeli seruitute tempore David.
 8. Post eum egressus est frater eius, qui plantam Esau.
 9. In ore eius esset venatio.

8. Iudeus per Esau designat, quod nascendo habuit, vendidit, & per concupiscentiam perdidit, Christianus per gratiam, quod in natura non habuit, acquiuit. Prosper.

x. Iuxta hunc diem.
 x. Iuxta hunc diem.
 10. Paruipenditque Esau primogenituram.

† Ibi sepultus est ipse & Sara vxor eius. Et post obitu[m] eius benedixit deus Isaac filio eius, qui habitabat iuxta puteum nomine uiuentis & videntis. ^b Haec sunt generationes Ismael filij Abraham quae peperit ei Hagar Aegyptia, famula Sarae: & haec nomina filioru[m] ⁴ eius,] in uocabulis & generationibus suis. † Primogenitus Ismaelis Nabaioth, deinde Cedar, & Adbeel, & Mabsan, Masma quoq[ue] & Duma, & Massa, Adad, & Thema, & Ithur, & Naphis, & Cedma. Isti sunt filij Ismael, & haec nomina per castella & oppida eorum, duodecim principes tribu[u] suaru[m], & facti sunt anni vitae Ismaelis centumtriginta septem, deficiensque mortuus est, & appositus ad ¹ populu[m] suum. Habitauit] autem ab Heuila vsque Sur, quae respicit Aegyptu[m] introeuntibus Assyrios. Coram cunctis fratribus suis obiit. Haec quoque sunt generationes Isaac filij Abraham. ² Abraham genuit Isaac. **Qui** cu[m] quadraginta esset annoru[m], ³ duxit vxorem] Rebeccam, filiam Bathuelis Syri de Mesopotamia, sorore[m] Laban. ⁴ Deprecatusque est Isaac dominu[m] pro vxore sua, eo quod esset sterilis. **Qui** ⁵ exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccae: ⁶ sed collidebantur in utero eius paruuli. **Quae** ait: ⁷ si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere?] ⁸ Perrexitque Rebecca vt consuleret dominum. **Qui** ⁹ respondens, ait: ¹⁰ Duae gentes sunt in utero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populu[m]que populu[m] superabit: & ¹¹ maior seruiet minori. Iam tempus pariendi aduenerat: & ecce gemini in utero eius ¹² reperti sunt.]† **Qui** primus egressus est, rufus erat: & totus in morem pellis hispidus, uocatumque est nomen eius Esau. ¹³ Protinus alter egrediens, plantam fratris] tenebat manu: & idcirco appellauit eum Iacob. Sexagenarius erat Isaac, quando nati sunt paruuli. Quibus adultis, factus est Esau uir gnarus uenandi, & homo agricola. Iacob autem uir simplex, habitabat in tabernaculis. Isaac amabat Esau, eo quod ¹⁴ de uenationibus illius uesceretur: & Rebecca diligebat Iacob. **Coxit** autem Iacob pulmentum. Ad quem cu[m] uenisset Esau de agro lassus, ait: **Da** mihi de ¹⁵ coctione hac rufa, quia oppido lassus sum. **Quam** ob causam uocatum est ¹⁶ nomen eius Aedom. **Cui** dixit Iacob: **Vende** mihi ¹⁷ primogenita tua. Ille respondit: **En** morior. **Quid** mihi proderunt primogenita? **Ait** Iacob: **Iura** ergo mihi. ¹⁸ Iurauit ei Esau, & uendidit primogenita: & sic accepto pane & lentis edulio comedit, & bibit, & abiit, ¹⁹ paruipendens quod primogenita uendidisset.

† 30. q. 5. cap. Nec illud. Iof. 1. 24. Ann. ante Christum. 1874. Anni mundi 2088.

† 1. Para. 1. c. 32. q. 4. 5. 1. Iof. 1. 23.

Iof. 1. 24.

† 13. q. 2. c. Hebron. Sup. 23. c. De sepul. c. 1. Ann. ante Christum. 1840. Anni mundi 2122. † 1. Para. 1. b.

† Ann. ante Christum. 1792. Anni mundi 2170. Iof. 1. 26. † 7. q. 1. c. 1. m. 2. pibus.

† Roma. 9. c. Iof. 2. 4. a.

† Osee. 12. 2. Ann. ante Christum. 1354. Anni mundi. 2103. † Mat. 1. 2.

† 12. q. 2. c. Quae erit. 6. erat ergo. 7. q. 1. Quam per riuolu[m]. † Heb. 12. c. Adix. 1. 4.

Isaac

Isaac Rebecam dicens sororem suam taxatur ab Abimelech in Geraris peregrinatus. Pa-
storibus autem eorum pro puteis dissidentibus Abimelech cum Isaac fœdus inuit. XXVI.

† Hof. 12. 6.

A ¶ Rta autem fame super terram, post eam sterilitatem] quæ acciderat in diebus Abraham, abiit Isaac ad Abimelech Regem Palestinorum in Gerara. Apparuitque ei dominus, & ait: Ne descendas in Aegyptum: sed quiesce in terra quâ dixerò tibi, & peregrinare in ea: eròque tecum, & benedicam tibi. Tibi enim & semini tuo dabo vniuersas regiones has, complens iuramentum quod sponendi Abraham patri tuo, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli. Dabòque posteris tuis] vniuersas regiones has, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, eo quòd obedi- rit Abraham voci meæ, & custodierit præcepta mea, & mandata mea, & cæremonias] legesque seruauerit. Mansit itaque Isaac in Geraris. Qui cum interrogaretur à vi- ris loci illius super vxore sua, respòdit: Soror mea est. Timuerat enim confiteri, quòd sibi esset sociata coniugio, reputans ne fortè interficerent eum propter illius pulchritu- dinem.] Cùmque pertransissent dies plurimi, & ibidem moraretur, prospiciens Abimelech Rex Palestinorum per fenestram, vidit eum iocantem cum Rebecca vxore sua, & accersito eo, ait: Perspicuum est quòd vxor tua sit. Cur mentitus es] eam sororem tuâ esse? Respondit: Timui ne morerer propter eam. Dixitq; Abimelech: Quare imposui- sti nobis? Potuit coire] quispiam de populo cū vxore tua, & induxeras super nos gran- de peccatū. Præcepitq; omni populo, dicens: Qui tetigerit] hominis huius] vxorē, morte morietur. Seuit autē Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno cetuplū.] Benedixitque ei deus, & locupletatus est homo, & ibat proficiens atq; succrescēs, donec magnus vehe- menter effectus est: habuitq; possessiones ouium & armentorū, & familiæ plurimū. Ob hoc inuidentes ei Palestini, omnes puteos quos foderant serui patris illius] Abrahā, illo tempore obstruxerunt, implentes humo: intatum vt ipse Abimelech diceret ad Isaac: Recede à nobis, quoniā potentior nobis factus es valde. Et ille discedens, vt veniret ad torrentem Geraræ, habitaretque ibi, rursum] fodit alios puteos, quos foderant serui pa- tris sui Abrahā, & quos illo mortuo olim obstruxerat Philistiim. Appellauitq; eos eisdē nominibus, quibus ante pater vocauerat. Foderuntq; in torrēte, & repererunt aquā viuā. Sed & ibi iurgiu fuit pastorū Geraræ, aduersus pastores Isaac dicentium: Nostra est aqua. Quòbrem nomē putei ex eo quod acciderat, vocauit calumniā.] Foderūt au- tē & aliū, & pro illo quoq; rixati sunt, appellauitq; eū inimicitias. Profectus inde fodit alium puteū, pro quo nō contenderūt, itaq; vocauit nomē eius] latitudo,] dicens: Nunc dilatauit nos dominus, & fecit crescere super terrā. Ascēdit autē ex illo loco in Bersabee, vbi apparuit ei dominus in ipsa nocte, dicens: Ego sum deus Abrahā patris tui: Noli time- re, quia ego tecū sum. Benedicā tibi, & multiplicabo semē tuū propter seruū meū Abra- ham. Itaq; ædificauit tibi altare domino, & inuocato nomine domini extēdit taberna- culum,] præcepitq; seruis suis, vt foderent puteū.] Ad quem locum cū venisset de Gera- ris Abimelech, & Ochozat amici illius, & Phicol dux militum,] locutus est eis Isaac: Quid venistis ad me hominē quē odistis, & expulistis à vobis? Qui respòderunt: Vidi- mus tecum esse dominum, & idcirco nos diximus: Sit iuramentū inter nos, & ineamus fœdus, vt non facias nobis quicquā mali, sicut & nos nihil tuorū] attigimus, nec feci- mus quod te læderet: sed cū pace dimisimus autē benedictione domini.] Fecit ergo eis conuiuium. Et post cibum & potū] surgentes mane, iurauerunt sibi mutuo, dimi- sitq; eos Isaac pacificē in locū suū.] Ecce autē venerūt in ipso die serui Isaac annūciā- tes ei de puteo quem foderant, atque dicentes: Inuenimus aquā. Vnde appellauit eū] abundantiam, & nomen vrbis impositum est Bersabee, vsque in præsentē diem. Esau verò quadragenarius duxit vxores duas, Iudith filiam Beeri Hethæi, & Basemath fi- liam Elon eiusdem loci,] quæ ambæ offēderant animum] Isaac & Rebecæ.

† Sup. 12. b. 13. B
d. 1. 4. b. 2. 4. 2.
Rom. 4. d.

† Sup. 12. d.

† Iudic. 12. a.

Iof. 1. 26.
An. ante chri-
stum. 1814.
Anni mundi
2148.

1. Priorem famem.
2. In terra ista.
3. Semini tuo.
4. Promissio est Mefsæ olim facta Abrahæ.
5. Ab obseruatione quatuor rerum dititutum Abraham commendatur.
6. Obsecrantiam meam.
7. Statuta.
8. Meas.
9. Vxor mea est, ne fortè interficerent me viri loci illius propter Rebecam, quæ pulchro cratapectu.
10. Postquam autē ex coniecturis deprehensus est iustus, non vitæ negat sed fatetur: & causam manifestam asserit quare sororem vocandam esse dicit. Chrysostr. ibid.
11. Dixit.
12. Ferre dormitui.
13. Abimelech.
14. Vitum hunc & eius.
15. Centum modios.
16. In diebus.
17. Palestini, eos.
18. Abiicitur inde Isaac, & mansit in torrente Geraræ, habitauitque ibi. Et conuersus Isaac.
19. Serui Isaac iuxta torrentem.
20. Contentionem, quia ibi contenderunt pro eo.
21. Rehoboth, hoc est lau- dines.
22. Secūda dei appa- ritio Isaac.
23. Et foderat serui Isaac ibi puteum.
24. Princeps militiæ eius.
25. Inter te &
26. Tenon.
27. Tibi nisi bonum, & diuie- temus te in pace: tu enim nūc es benedictus à domino.
28. Comederunt atque bibe- runt, &
29. Et illi recesserūt ab eo in pace.
30. Sibeah, hoc est iuramen- tum. Sibeah enim per Ichin non per famach scribunt He- braei, aliter quæ sentit Hier.
31. Accepit vxorem nomine.
32. Hethæi.
33. Amantulo: spiritus sus- tuit ipsi.

Iacob per matris astutiam benedictionem loco Esau præripuit, vnde concepto Esau odio in Iacob à matre monetur concedere in Haran.

XXVII.

b ij Senijs

a. Describitur hoc in loco Isaac qui caligantibus oculis oculis per artem quidam presentia non vidit, sed per virtutem prophetici spiritus in futuris etiam sculis magna videndi luce radiavit. Grego. 4. Moralium cap. 26.
 1. En ego is senis, & nefcio.
 2. Et nunc tolle quaso.
 3. In campu, vt veneris mihi venationem.

4. Esau.
 5. Capra vestatione afferret.
 6. Vides magnum matris in filium amorem, imo dispensationem dei. Ipse enim est qui ei hoc consilium dedit, & omnia bene agere fecit. Chryso. ibidem.

6. Audi vocem meam in his que inuadit tibi. Vade quaso.
 7. Caprarum.
 8. Dixitque Jacob ad Rebeccam matrem suam.
 9. Vbi nos pilosum legimus, Hebraei Seir, vel Sair, vnde mos habitacionis eius dicitur est.

10. d. Tullius Rebecca vestimenta preciosa Esau filij sui maioris, que erant apud se in clamore, & induit Jacob filium suum minorem. In hoc loco tradunt Hebraei primogenitos sanctos officio sacerdotum, & habuisse vestimenta sacerdotale, quo induti, deo victimas offerebant, antequam Aaron in sacerdotium eligeretur. Hiero. ibid.
 11. Eius molliem.
 12. Cibos & panem quos parauerat in manu Jacob filij sui. Qui cum venisset ad patrem suum.
 13. Quoniam fecit occurrere dominus deus tuus cor me.
 14. Eius essent, sicut manus fratris eius Esau.

e. Hec omnia Christo domino contuens: post eius odorem benedixit concurrunt omnes gentes. Prosper.
 15. Et vini vel multu.
 16. Incurret se tibi nationes.

17. Factum est autem cum Isaac cessasset benedicere Jacob, & esset egressus exiisset Jacob facie Isaac patris sui, venit Esau frater eius de venatione sua.
 f. Venit peradis, illis & filius primogenitus Esau ex minoris gratia id reprobis. Benedictus posterior populus Christianus iam patri dicit: Dediti letitiam in corde meo, a fructu frumeti, vini & olei multiplicati sunt. Maiori autem populo Iudæo pater dicit: Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos, Sacrificium enim laudis honorificabit me, &c. Prosper.
 18. Vehementer amato. Dixitque patri suo.
 19. Surrexit.
 20. Iam duabus vicibus.
 21. Et dixit ad Esau: Ecce. * Mihi inquam, pater mi.
 22. Habitatio.
 23. Tuo.
 24. Existit quando dominaberis, rumpet.

g. Quod implet dicunt subterram Rege Iudæ, a quo Iudæa recessit. 4. Reg. 8.

Enuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat: vocauitque Esau filium suum maiorem, & dixit ei: Fili mi. Qui respondit: Assum. Cui pater: Vides, inquit, quod senuerim, & ignorem] diem mortis meæ. Sume] arma tua, & pharetram & arcum, & egredere] foras. Cumque venatu aliquid apprehenderis,] fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti, & affer vt comedam, & benedicat tibi anima mea antequam moriar. Quod cum audisset Rebecca, & ille] abisset in agrum vt] iussionem patris impleret,] dixit filio suo Jacob: b] Audiui patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei: Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam, & benedicam tibi coram domino antequam moriar, s] Nunc ergo fili mi] acquiesce consiliis meis, & pergens] ad gregem, affer mihi duos hædos* optimos, vt faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur: quas cum intuleris, & comederit, benedicat tibi priusquam moriatur. 7] Cui ille respodit:] Nosti quod Esau frater meus homo] pilosus sit, & ego lenis. Si attractauerit me pater meus, &] senferit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducat] super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater: in me sit, ait, s] ista] maledictio fili mi, tantum audi vocem meam, & pergens affer quæ dixi. Abiit & attulit, deditque matri. Parauit illa cibos sicut velle nouerat patrem illius, & 10] d] vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum:] pelliculâ] que hædorum circumdedit manibus, & colli] nuda protexit. s] Deditque] pulmentum, & panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis,] dixit: Pater mi? At ille respondit: Audio. Quis es tu fili mi? Dixitque Jacob: t] Ego sum primogenitus tuus Esau. Feci tibi sicut præcepisti mihi. Surge, sede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. Rursumque Isaac ad filium suum: Quo modo, inquit, tam cito inuenire potuisti fili mi? Qui respondit: 13] Voluntas dei fuit, vt cito occurreret mihi, quod volebam.] Dixitque Isaac, Accede huc, vt tangam te fili mi, & probem vtrum tu sis filius meus Esau, an non. Accessit ille ad patrem, & palpato eo, dixit Isaac: Vox quidem, vox Jacob est: sed manus, manus sunt Esau. s] Et non cognouit eum, quia pilosæ manus] 14] similitudinem maioris expresserant.] Benedicens ergo illi, ait: Tu es filius meus Esau? Respondit: Ego sum. At ille: t] Affer, inquit, mihi cibos de venatione tua fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum. Quo hausto, dixit ad eum: Accede ad me, & da mihi osculû] fili mi. Accessit, & osculatus est eum. Statimque vt sensit vestimentorum eius fragrantiam, benedicens illi, ait: t] Ecce odor filij mei sicut odor agri] pleni,] cui benedixit dominus. Det tibi deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, 15] vini & olei,] & seruiant tibi populi, & 16] adorent te Tribus.] s] Esto dominus] fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. t] Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus, & qui benedixerit tibi, benedictionibus repletur. 17] Vix Isaac sermonem impleuerat, & egresso Jacob foras, t] venit Esau,] coctosque de venatione cibos intulit patri, dicens: Surge pater mi, & comede de venatione filij tui, vt benedicat mihi anima tua. Dixitque illi Isaac: Quis enim es tu? Qui respodit: Ego sum filius tuus primogenitus Esau. Expauit Isaac stupore vehementi, & s] ultra quâ] credi potest admirans,] ait: Quis igitur est ille qui dudum captâ venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus priusquam tu venires? benedixique ei, & erit benedictus. Auditis Esau sermonibus patris, irruit clamore magno, & 18] consternatus ait: Benedic etiam & mihi pater mi. Qui ait: t] Venit germanus tuus fraudulenter, & 19] accepit benedictionem tuam. At ille subiunxit: Iuste vocatum est nomen eius Jacob: Supplatauit enim me, 20] en altera vice. t] Primogenita mea antetulit, & nunc secundo surripuit benedictionem meam. Rursumque ad patrem: nû] quid non] reseruasti, ait, & mihi benedictionem? Respondit Isaac: * Dominum tuum illi] constitui, & omnes fratres suos seruituti eius subiugauit. Frumeto & vino] & oleo] stabiliui eum, & tibi post hæc fili mi, vltra quid faciam? Cui Esau: Num vnquam, inquit, tantum benedictionem habes pater? Mihi quoque obsecro, vt benedicas. t] Cumque eiulatu magno fletet, motus Isaac dixit ad eum: t] In pinguedine terræ & in rore cæli desuper, erit 21] benedictio] tua. Viues in gladio, * & fratri tuo seruias, 22] tempusque] veniet, cum excutias, & soluas] s] iugum eius de ceruicibus tuis. s] Oderat ergo semper Esau Jacob, pro benedictione] qua be-

10. 1. 17.

† 8. 6. dist. 6. Esau.

† 22. 9. 2. 6. Quiritur.

† 22. 9. 2. 6. Quiritur. De diuor. 6. Gaudemus.

† Hebr. 11. d.

† 24. quest. 3. c. Cum ergo.

† 1. quest. 1. 6. Nunquam. † Sup. 23. d.

† De ponit. di. 3. 6. Iudas. † Hebr. 11. d. & 12. 6.

qua benedixerat ei pater. Dixitq; in corde suo: ^h Veniet dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Nunciata sunt hac Rebecce. Quæ ²³ mittens & vocas Iacob filium suum, dixit ad eum: Ecce Esau frater tuus ²⁴ minatur, vt occidat te. ¹ Nunc ergo fili audi vocem meam, & cõsurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran, habitabisq; cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui, & cesset indignatio eius, obliuiscaturq; eorum quæ fecisti in eum: postea mittam, & adducam te inde huc. Cur vtroque orbabor filio in vno die: Dixitq; Rebecca ad Isaac: Tædet me vitæ meæ propter filias Heth. Si acceperit Iacob vxorem ²⁵ de stirpe huius terræ, nolo viuere.]

Transiens Iacob in Mesopotamiam in somnis scalam videt, dominumque scale innixum in Luza, quam propterea Bethel vocauit, & hic votum deo vouit. XXVIII.

A Vocauit itaque Isaac Iacob, & ^a benedixit eum, præcepitq; ei dicens: [†] Noli accipere coniugem de genere Chanaan: sed [†] vade, & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ, ad domum Bathuel patris matris tuæ: & accipe tibi inde vxorem de filiabus Laban auunculi tui. Deus autè omnipotens benedicat tibi, & crescere te faciat atque multiplicet, vt sis in turbas populorum, & det tibi benedictiones Abraham, & semini tuo post te, vt ^{*} possideas terram peregrinationis tuæ, quam ² pollicitus est aũo tuo. Cũque dimisisset eum Isaac, profectus peruenit in ³ Mesopotamiam — Syriæ] ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem Rebeccæ matris [†] suæ. [†] Videns autem Esau quòd benedixisset pater suus Iacob, & misisset eũ in Mesopotamiã — Syriæ,] vt inde vxorem duceret, & quòd post benedictionem præcepisset ei dicēs: non accipies vxorem de filiabus Chanaan, quòdque obediens Iacob parentibus suis, iisset in Syriam: [†] probans quoq; quòd non libenter aspiceret filias Chanaan, pater suus,] iuit ad Ismaelem, & ⁶ duxit vxorem absque iis quas prius habebat, Melech filiã Ismael filij Abraham, sororem Nabaioth. [†] Igitur egressus Iacob de Bersabæ, pergebat Haran. Cũque venisset ad quendam locum, & vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus ⁷ qui iacebãt, & supponens capiti suo, dormiuit in eodem loco. [†] Viditq; in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlũ, [†] angelos quoque dei ascendentes & descendentes per eam, & dominũ innixum scalæ dicentem sibi: Ego sum dominus deus Abraham patris tui, & deus Isaac. Terram in qua dormis tibi dabo & semini tuo, [†] eritque semen tuum quasi puluis terræ. [†] Dilataberis ad orientem & occidentem, & septentrionem & meridiem, & benedicentur in te & in semine tuo cunctę tribus terrę. Et [†] ero custos tuus quocunq; perrexeris, & reducam te in terram hanc, nec dimittam ^{*} nisi cõpleuero vniuersa quę dixi. Cũmq; euigilasset Iacob de somno, ait: [†] Verè dominus est in loco isto, & ego nesciebã. [†] Pauensque, quàm terribilis est, inquit, locus iste: Non est hic aliud nisi domus dei, & ^{*} porta cœli. [†] Surgens ergo Iacob mane, tulit lapidem quẽ supposuerat capiti suo, & [†] erexit in titulum,] fundens oleum ² desuper. [†] Appellauitq; nomen ¹⁰ vrbis Bethel, quẽ prius Luza vocabatur. [†] Vouit etiam votum, dicēs: Si fuerit dominus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panẽ ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersusq; fuero prosperè ad domũ patris mei: erit mihi dominus in deum, & lapis iste quem erexi in ¹¹ titulum,] vocabitur domus dei: [†] cunctorumq; quæ dederis mihi, ^{*} decimas offeram tibi.

Iacob à Laban susceptus septem annos pro Rachel impleuit: cui cùm supposita esset Lia, septem aliis seruiuit. Rachele autem sterili, Lia quatuor peperit filios. XXIX.

A [†] Rofectus ergo Iacob venit] in terram orientalem, & vidit puteum in agro, tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum. Nam ex illo adaquabantur pecora, & os eius grandi lapide claudebatur. Mõsque erat, vt cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem, & rofectis gregibus, rursum super os putei ² ponerent. [†] Dixitque ad pastores: Fratres, vnde estis? Qui responderunt: De Haran. Quos interrogans, nunquid, ait, nostis Laban filium Nachor? Dixerunt: Nouimus. [†] Sanusne est, inquit? Valet, inquit,] & ecce Rachel filiã eius venit cum grege suo. Dixitque

^h Verba Esau filij maioris ipsi. Bis in vna causa delinquit: & dum optat obitum patris, & dum disponit partem diu fratris. Chrysol. De martyribus, Serm. 8.
²³ Timens.
²⁴ Consolatus se super te.
¹ Experiencia te doceat quòd vtilia consilio: Et sicut diuã audita voce mea, magnas illa à patre benedictiones attuleris es, ita & nunc audi vocem meam, vt effugere possis fratris tui manus. Sic enim & remeipsum à periculo liberum reddes, & me à luctu. Chrysol.
²⁵ Iz. De filiabus Coth, (vt sunt istæ de filiabus huius terræ) vt quid mihi vitæ? Et malos mores harum filiarũ designare videtur. Chrysol. ibid. homi. 54.

¹ Benedixit ergo filium suũ pater Isaac. At vros filius eiusdem benedictionis, non alius sperabatur quam ipsum senẽ Abraham, quod est Christus. Rectè ergo benedicens hæc verba sunt, Rupertus ibid. 1. Surgo.

² In hereditatem.
³ Dedit deus Abraham, & infra.
³ Padam Haran.

⁴ Iacob & Esau.

⁵ Videns etiam Esau quòd male essent filia Chanaan in oculis patris sui.
⁶ Accipit Mahalah filiam Ismahelis filij Abraham, sororem Nabaioth, super vxorem suam, sibi in vxorem.

⁷ Locus loci.
⁸ Longè manifestius in calamitatis cura dei erga nos cognoscitur quam in felicitate, in qua boni nobis à deo concessã, non ita grata animo cognoscuntur. Theodore tur.

Prima dei apparitio Iacob.

^c Mesias Iacob promittitur sicut Abraham.

^x Ecce ego regum sum, &

^x Te.
^d Subaudiendum est presentia gratie, nam & in isto & in omni loco est magnitudine presentie. Rupertus ibid.

^x Ipse est.
⁸ & 2. Posuit illum in statum, & impugillians oleo. Christum nobis Lapidem angularem consecrauit: de quo propheta, Lapidem quem repræbauerunt edificauerunt.

⁹ Super summitatem eius.

¹⁰ Loci illius Bethel: Veritatem. Lux erat nomen illius ciuitatis prius.

¹¹ Statuam.

^x Decimando.

¹ Leuauit itaque Iacob pedes suos, & peruenit.

² Reduceret lapidem in locum suum.

³ Nūquid est illi pax? Et dixerunt, Pax.

b iij Iacob;

† Abdie. 1. c.

1061. 27.
Anni ante Christum.
1774.
Anni mundi
2188.
† 35. q. 1. c.
Cum igitur.
† Hæc itaque
Osee. 12. d.

1061. 27.

† 88. dist. c. 1.
2. q. 5. Plerũque.

† Sup. 10. d.
† Deut. 12. c.
39. c.

† Sap. 10. b.
Infra. 1. b.

† 16. q. 7. c.
Decimas
deco.

1061. 27.
Anni ante Christum.
1782.
Anni mundi
2180.

† Inf. 43. E

Iacob: Adhuc multum diei superest, nec est tempus vt reducatur ad caulas greges.⁴ Date autē potum ouibus, & sic eas ad pastum reducite.] Qui responderunt: Non possumus, donec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidem de ore putei, vt adaquemus greges. ⁵ Adhuc loquebantur, & ecce ^a Rachel veniebat cum ouibus patris sui. Nam gregem ipsa pascebat. ⁶ Quam cum vidisset Iacob, & sciret consobrinā suam, ouesque Laban auunculi sui, amouit lapidē, quo puteus claudebatur, & ^b ad aqua to grege osculatus est eā. Et eleuata voce fleuit, & indicauit ei quod frater esset patris sui, & filius Rebeckæ. At illa festinās nunciauit patri suo. Qui cū audisset venisse Iacob filiū sororis suæ, occurrit obuiam ei, complexusque eum, & in oscula ruens, duxit in domum suam. Auditis autē causis itineris, respondit: * Os meū es, & caro mea. Et ^c postquā impleti sunt dies mensis vnus dixit ei:] Num quia frater meus es, gratis seruiēs mihi? Dic quid mercedis accipias. Habebat verō ^d duas filias. Nomē maioris Lia, minor verō appellabatur Rachel. Sed ^e Lia ⁷lippis] erat oculis: Rachel decora facie & venusto aspectu, quā diligens Iacob, ait: ⁸ Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore septem annis. Respōdit Laban: Melius est vt tibi eam dem quā alteri viro. Mane apud me. ⁹ Seruiuit ergo Iacob pro Rachel septem annis, & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. Dixitque ad Laban: da mihi vxorem meā, quia iam ¹⁰ tempus expletum est,] vt ingrediar ad illā. ¹¹ Qui vocatis multis amicorū turbis ad conuiuium, fecit nuptias, & vespere Liam filiam suā introduxit ad eum, dans] ancillam filie Zelphā nomine. ¹² Ad quam cū ex more, Iacob fuisset ingressus,] facto mane vidit Liam, & dixit ad focerū suū: ¹³ Quid est quod facere voluisti? Nonne pro Rachel seruiui tibi? ¹⁴ Quare ¹⁵ imposuisti mihi? Respondit Laban: Nō est in loco nostro consuetudinis, vt ¹⁶ minores antē tradamus ad nuptias. ¹⁷ Imple hebdomadā dierū huius copulæ, & hanc quoque dabo tibi, pro opere quo seruiturus es mihi septē annis aliis. ¹⁸ Acquieuit placito, & hebdomada trāfacta, ¹⁹ Rachel duxit vxorē. ²⁰ Cui pater seruā Balā tradiderat. Tandemq; potitus optatis nuptiis, amorem sequentis priori prætulit,] seruiens apud eum septem annis aliis. ²¹ Videns autem dominus quod despiceret Liam, aperuit vuluam eius, sorore sterili permanēte. ²² Quæ conceptum genuit filium, vocauitq; nomen eius Ruben, dicens: Vidit dominus ²³ humilitatem] meam. ²⁴ Nunc amabit me vir meus. Rursumq; cōcepit, & peperit filium, & ait: Quoniā audiuit me dominus haberi contemptui, dedit etiam istū mihi. Vocauitq; nomen eius Simeon. Concepitq; tertio, & genuit alium filium, dixitq;: Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eo quod pepererim ei tres filios. Et idcirco appellauit nomen eius Leui. Quarto cōcepit, & peperit filium, & ait: Modō cōfiteor domino. Et ob hoc vocauit eum Iudam. Cessauitque parere.

Lia parere cessans & Rachel sterilis, ancillas suas marito concedunt, ex quibus quatuor filios ex Lia duos & filiam, & ex Raabele vnum: pacisciturq; Iacob cum Laban de mercede. XX X.

4. Adaquate oues, & ite, praefecite.
 a. Rebecka ad puteum inuenta est, Rachel ad puteum, Sephora ad puteum.
 5. Et factum est cum vidisset Iacob Raabelem, filium Laban fratris matris suæ.
 b. Prius Rachel gregem adaquauit, & postea Iacob osculatus est eam: quia non prius nos osculatur; Christus, quā baptisimi vnda abluamur. August. ibid.

* Vtique.
 6. Mansit eum vno per dies mensis. Et dixit Laban ad Iacob.
 x. Laban.
 c. Quæ cogitationes inerte promittit designat, Rachel verò septem annis contemplationis dei. August.
 7. Debilibus, vel deformibus.

8. Impleti sunt dies mei.
 9. Congregauitque Laban omnes homines illius loci, fecerunt conuiuium. Et factum est ad vespeream, & tulit Liam filiam suam, & introduxit eam ad illum, & ingressus est ad eam. Deditque illi Laban.
 10. Cur hoc mihi fecisti?
 11. Fecisti mihi met.

12. Tradatur minor ante priorum.
 d. Malè igitur existimant Iacob post septem annos alios Rachel accepit vxorem, sed post septem dies nuptiarum vxoris prioris. Hiero. ibid.
 13. Deditque Laban Rachel filiam suā Balam ancillam suā illi in famulam. Et ingressus est Iacob ad Rachel: & dilexit Raabelem plusquam Liam.
 14. e. Afflictionem. Ruben enim dicitur visionis filius. Hieron. ibi.
 f. Diligebatur a marito, sed se inuisam existimabat, quod manu studia magis in Raabelem accensa fuerat: Nomen autem nominavit Ruben. Pezopius ibid.

a. Agere tulit suam sterilitatē respēctū suæ sororis: quod est inuidia large dicta.
 b. Vxores Iacob nutua zelotypia, affliciebantur: eo quod imperfecte erant, & impij viri idola colentis filia. Theodororus.
 1. Et ingressus est ad eam Iacob: & concepit & peperit ipsi Iacob.
 2. causam meam egit.

3. Luctationis? diuini iudicis.
 4. Et videns.
 5. Accepit.
 6. Etiamque Iacob in vxorem.

6. Ancilla Lia filium secundum ipsi Iacob.
 7. Filia.

x. Ad Liam.
 8. Quisq;



Errens autem Rachel quod infœcunda esset, ^a inuidit sorori suæ, & ait marito suo: Da mihi liberos, alioquin moriar. ^b Cui iratus respondit Iacob: Num pro deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris tui? At illa, ^c habeo, inquit, famulā Balam, ingredi ad illam, vt pariat super genua mea, & habeam ex illa filios. Deditq; illi Balam in coniugium: ^d Quæ ingresso ad se viro, cōcepit, & peperit] filium. Dixitque Rachel: ^e Iudicauit mihi] dominus, & exaudiuit vocem meam, dans mihi filium. Et idcirco appellauit nomen eius Dan. Rursumque Bala concipiens peperit alterum, pro quo ait Rachel: Comparauit me dominus] cum sorore mea, & inualui. ^f Vocauitq; eum Neptalim. ^g Sentiens] Lia quod parere desisset, ^h Zelpham ancillam suam] marito] tradidit. ⁱ Qua post cōceptum edente filium, dixit: Felicitē. Et idcirco vocauit nomen eius Gad. Peperit quoque Zelphā ^j alterum.] Dixitque Lia: Hoc pro beatitudine mea. Beatam quippe me dicent omnes ^k mulieres.] Propterea appellauit eum Aser. Egressus autem Ruben tēpore messis triticeæ in agrum, reperit mandragoras, quas matri Liæ detulit. Dixitque Rachel: ^l Da mihi ^m partem] de mandragoris filij tui. Illa respondit: Parumne tibi videtur, quod pręripueris maritum mihi, nisi etiam mādragoras filij mei tuleris? Ait

† 19. q. 1. §. Sed obicitur

† 35. q. 1. c. 6.

Anniantē Christum 1767. Anni mundi 2167. † 1. Para. 2. 2. Anni ante Christum 1766. Anni mundi 2166.

† De renouatione. Nisi cōspiciat. De regulari, ca. lict. † 1. Para. 2. 2. Anni ante Christum 1765. Anni mundi 2197.

Anni ante Christum 1764. Anni mundi 2198.

10. l. 27.

† 12. q. 1. c. Obicitur. De diuort. 6. Quidemus

† 12. q. 1. c. Obicitur. 12. q. 1. c. Recurrit, & q. 7. c. Tandē valet.

^c Ait Rachel: Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui. ^c Redeatque ad vesperam Iacob de agro, egressa est in occursum eius Lia, & ait: Ad me, inquit, intrabis: quia mercede cōdixi te, pro mandragoris filij mei. Dormiuitque cū ea nocte illa, & exaudiuit deus preces eius. Concepitque, & peperit filium quintum, & ait: Dedit deus mercedē mihi, quia dedi ancillā meam viro meo. Appellauitque nomen eius Isachar. Rursum Lia cōcipiens peperit sextū filium, & ait: Dotauit me deus dote bona. Etiam hac vice mecum erit maritus meus, eo quōd genuerim ei sex filios. Et idcirco appellauit nōmē eius Zabulō. Post quem peperit filiam nomine Dinam. Recordatūque dominus Rachelis, ^b exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius, quæ cōcepit, & peperit filium, dicēs: ⁹ Abstulit] deus opprobrium meum. Et vocauit nomen illius Ioseph, dicēs: Addat mihi dominus filium alterū. ¹⁰ Nato autē Ioseph, dixit Iacob socero suo: Dimitte me, vt reuertar in patriam meam, & ad terrā meam. Da mihi vxores & liberos meos, pro quibus seruiui tibi, vt abeam. Tu verō nosti seruitutē, qua seruiui tibi. Ait illi Laban, ¹¹ Inueniam gratiam in conspectu tuo. Experimento didici, quā benedixerit mihi deus ¹² propter te. ^c Cōstitue mercedē tuam quam dem tibi. At ille respōdit: Tu nosti quo modo seruiuerim tibi, & ¹³ quanta] in manibus meis ¹⁴ fuit possessio tua. ^d Modicū ¹⁵ habuisti, antequā uenirem ad te, & nunc diues effectus es] benedixitque tibi deus ad ¹⁶ introitum meu. ^e ¹⁷ Iustū est igitur vt aliquando prouideam etiam domui meæ. ^f Dixitque Laban: Quid tibi dabo? At ille ait: ¹⁸ Nihil volo, sed si feceris quod postulo, iterū pascā, & custodiam pecora tua. Gyra] omnes greges tuos, & ¹⁹ separa cunctas oves varias, & sparso vellere, & quodcunque fuluū & maculosum variumque fuerit, tam in ouibus quā in capris, erit merces mea. Respōdebitque mihi cras iustitia mea, quādo ²⁰ placiti tēpus aduenerit coram te, & omnia quæ nō fuerint varia, & maculosa, & fulua, tā in ouibus quā in capris, furti me arguent. ^g Dixitque Laban: ²¹ Gratū habeo quod petis. ^h Et separauit in die illa ²² capras, & oves, & hircos, & arietes varios & maculosos. ⁱ Cunctū autē gregē unicolorē, id est albi & nigri velleris, tradidit in manu filiorū suorum, & posuit spaciū itineris inter se & generū, triū dierū, qui pascebat reliquos greges eius. Tollēs ergo Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex ²³ platanis, ex parte decorticauit eas. Detrahitque corticibus, in iis quæ spoliata fuerant, cādor apparuit. Illa verō quæ integra fuerunt, viridia permāserunt, atque in hunc modū color effectus est varius. ^j Posuitque eas in ²⁴ canalibus vbi effundebatur aqua, vt cū venissent greges ad bibēdū, ante oculos haberent virgas, & in aspectu earū] conciperent. ^k ²⁵ Factūque est vt in ipso calore conitus, oves intuerentur virgas, & parerent maculosa & varia, & diuerso colore respersa. Diuisitque gregem Iacob, & posuit virgas in canalibus ante oculos arietū. Erant autem alba & nigra quæque Laban, cetera verō Iacob, separatim inter se gregibus. ^l Igitur quando primo tempore ascendebāt oves, ^m ponebat Iacob virgas in canalibus aquarū ante oculos ²⁶ arietum & ouium, ⁿ vt in earum contēplatione conciperent: quando verō ²⁷ ferotina admissura erat, & conceptus extremus, ^o non ponebat eas. ²⁸ Factaque sunt ea quæ erāt ferotina, Laban: & quæ primi temporis, Iacob. ^p Ditatusque est homo ultra modū, & habuit greges multos, ancillas & seruos, camelos & asinos.

^c Mandragoras inuenit primogenitus Ruben, inuentas attulit ad matrem, hæc eas cū ferere patitiā est. Primum namque qui descendit ex Israele primogenito incidit in thesaurum mysterij Christi, idque cui perfectē intellexerint aduerserunt ad matrem Ierusalem, cūque bono animo & saluere iusserit. Procopius.
* Ipsi Iacob.

⁹ Collegit, vel inuenit.
¹⁰ Factū est autē cū Rachel genuisset Ioseph.
* Meam.
¹¹ Si nunc inteni.
¹² Per te.
¹³ Mihi.
¹⁴ Quantum.
¹⁵ Fuit grex tuus.
¹⁶ Illud quod fuit tibi ante me, eruit in multum.
¹⁷ Pedem meum.
¹⁸ Et nunc etiam quando curabo domum meam.
¹⁹ Nō dabis mihi quicquid si feceris mihi rem istā teuerat, pasce oves tuas, atque custodia. Transibo hodie per.
²⁰ Separatio inle omne pecus pūctis notatū & maculosum, & omne pecus nigrum in ouibus, & maculosum atque punctatum in capris, illud.
²¹ Venit pro mercede coram facie tua, & omne quod nō fuerit punctis respersum, aut maculis in capris, vel nigrum in ouibus, furtum illud erit apud me.
²² Hircos notis & maculis respersos, omnēque capræ notis & maculis respersas, omne inquam in quo erat albedo, & omne nigrum in ouibus, &
²³ Cassaneis, & decorticauit in eis cortices albos, denudans eandem qui erat in virgīs.
²⁴ Filientes atque in canales aquarum, vbi oves conueniebant ad bibendum, & regione ouium, vt venientes posim.
²⁵ Concipiebant, itaque oves ante virgas, & pariebant oves agnos punctis, notis, & maculis respersos. Et separauit Iacob agnos, posuitque faciem ouū versus agnos notis respersos, atque versus omne nigrum quod erat in ouibus Laban, pōnendo suos greges scorsim, & nō pōnendo eos cum ouibus Laban.
²⁶ Robustiores, siue pinguios.
²⁷ Ouium in canalibus
²⁸ Debiliores oves venientē
* Et ita debiliores erāt ipsius Laban, & trahiores Iacob.

Laban prosequitur Iacob insalutato hospite fugientem: Rachel idola patris furata querentē patrem decipit, tandem Iacob & Laban in toto fœdere ad propria discedunt. XXXI.

Ios. 1. 27.

Quostquam autem audiuit verba filiorum Laban dicentium: tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris nostri, & de illius facultate ditatus, factus est inclutus: ^a animaduertit quoque faciem Laban, quod non esset erga se, sicut heri & nudius tertius, maximè dicente sibi domino: reuertere in terram patrum tuorū, & ad generationem tuā, erōque tecum: misit & vocauit Rachel & Liam in agrum, vbi pascebat greges, dixitque eis: Video faciem patris vestri, quod nō sit erga me, sicut heri & nudius tertius. Deus autē patris mei fuit mecū, & ipse nostis quod totis viribus meis seruiuerim patri vestro. Sed & pater vester circūuenit me, & mutauit mercedē meā ^a decem vicibus, & tamen non ^b dimisit eū deus, vt noceret mihi. Si quando dixit: ^b ³ variæ] erūt mercedes tuæ, ^b iij] pariebant

^a His que sunt patris nostri fecit hæc totam magnificētiam.
Secūda dei apparitio Iacob.
^a Scilicet in sex annis. Oves enim Mesopotamæ sicut & Italiæ bis in anno parunt. Hiero. ibid.
^a Permisit enim deus vt mali gnaretur in me.
^b ^b Que notis resperguntur (scilicet oves. Et capra,) erūt pro mercede tua.

pariebant omnes oues varios fœtus: quãdo verò ecôtrario, ait: alba quæq; accipies pro mercede, omnes greges alba pepererunt. * Tulitq; deus substantiã patris vestri, & dedit mihi. Postquã enim cõceptus ouium tempus aduenerat, leuauit oculos meos, & vidi in somnis ascendentes mares super fœminas, varios & maculosos, & diuerforũ colorũ.] Dixitq; angelus domini ad me in somnis: Iacob. Et ego respõdi: Assum. Qui ait: Leua oculos tuos, & vide vniuersos masculos ascendetes super fœminas, varios, maculosos atq; resperfos. Vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban. Ego sum deus Bethel, vbi vniuxisti lapidem, & votũ vouisti mihi. Nũc ergo surge, & egredere de terra hac: reuertens in terram natiuitatis tuę. Respõderuntq; Rachel & Lia: * Nunquid habemus residui quicquã in facultatibus, & hæreditate domus patris nostri? Nõne quasi alienas reputauit nos, & vëdedit, comeditq; precium nostrũ? Sed deus tulit opes patris nostri, & eas tradidit nobis ac filiis nostris. Vnde omnia quæ præcepit tibi dominus, fac. Surrexit autẽ Iacob, & impositis liberis ac coniugibus suis super camelos, abiit, tulitque omnẽ substantiam suã, & greges, & quicquid in Mesopotamia acquisierat: pergens ad Isaac patrem suũ in terra Chanaan. Eo tẽpore ierat Labã, ad tondẽdas oues, & Rachel furata est idola patris sui. Noluitq; Iacob cõfiteri socero suo quòd fugeret. Cumq; abisset tã ipse quã omnia quæ iuris sui erant, & amne transmissio pergeret contra montẽ Galaad, nunciatum est Laban die tertio quòd fugeret Iacob. Qui assumptis fratribus suis, persecutus est eũ diebus septẽ, & comprehendit eum in monte Galaad. Viditq; in somnis dicentem sibi dominũ: Caue ne quicquam asperẽ loquaris contra Iacob.] Iamq; Iacob extenderat in mote tabernaculum. Cũque ille consecutus fuisset eum cũ fratribus suis, in eodem monte Galaad fixit tentoriũ. Et dixit ad Iacob: Quare ita egisti, vt clã me abigeres?] filias meas quasi captiuas gladio? Cur ignorãte me fugere voluisti, nec indicare mihi, vt prosequerer te cũ gaudio & canticis, & tympanis, & citharis? Non es passus vt oscularer filios meos & filias. Stultẽ operatus es. Et nũc quidẽ valet manũ mea reddere tibi malum, sed deus patris tui heri dixit mihi: Caue ne loquaris contra Iacob quicquã durius. Estõ, ad tuos ire cupiebas, & desiderio erat tibi domus patris tui: Cur furatus es deos meos? Respõdit Iacob: Quòd in scio te profectus sum, timui ne violẽter auferres filias tuas. Quòd autẽ furti me arguis,] apud quencunq; inueneris deos tuos, necetur coram fratribus nostris. Scrutare, quicquid tuorũ apud me inueneris, aufer.] Hęc dicens, ignorabat quòd Rachel furata esset idola. Ingressus itaque Laban tabernaculũ Iacob, & Lie, & vtriusque famulã, nõ inuenit. Cũque intrasset tentoriũ Rachelis, illa festinans abscondit idola subter stramenta cameli, & sedit desuper.] scrutantque omne tentoriũ & nihil inuenienti, ait: Ne irascatur dominus meus quòd corã te assurgere nequeo, quia iuxta cõsuetudinem fœminarum nunc accidit mihi. Sic delusa sollicitudo quærentis est. Tumensq; Iacob cum iurgio] ait: Quam ob culpam meã, & ob quod peccatũ meũ, sic exarsisti post me? & scrutatus es omnẽ supellectilẽ meã? Quid inuenisti de cuncta substantia domus tuã? Pone hic corã fratribus meis, & fratribus tuis, & iudicent inter me & te. Idcirco viginti annis fui tecum, oues tuã & caprã steriles nõ fuerunt, arietes gregis tui nõ comedi, nec captũ à bestia ostendi tibi. Ego dãnum omne reddebam. Quicquid furtim peribat, à me exigebas: die noctũque æstu vrgebar & gelu,] fugiebãtque somnus ab oculis meis. Sicque per viginti annos in domo tua seruiui tibi, quatuordecim pro filiabus,] & sex pro gregibus tuis. Immutasti quoque mercedẽ meã decẽ vicibus. Nisi deus patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi, forsità modò nudũ me dimisisses. Afflictionẽ meã & laborem manũ meã respexit dominus, & arguit te heri: Respõdit ei Laban: Filia meã & filij, & greges tui & omnia quæ cernis, mea sunt.] Quid possum facere filiis & nepotibus meis? Veni ergo & ineamus fœdus, vt sit testimoniũ inter me & te. Tulit itaq; Iacob lapidẽ & erexit illũ in titulum.] Dixitq; fratribus suis: Afferte lapides. Qui cõgregantes fecerunt tumulum, comederuntque super eum. Quem vocauit Laban tumulum testis, & Iacob aceruum testimonij, vterque iuxta proprietatem linguæ suæ. Dixitq; Laban: Tumulus iste testis erit inter me & te hodie. Et idcirco appellatum est nomen eius Galaad, id est tumulus

4. Oues.
c. Vide quomodo vtriusque dõcer, & patris ingrati tudinẽ erga se, & quã tũm sui curã deus habuerit. Chryost. ibi.
5. Et ecce heri ascendebant super pecora punctis, noris, & maculis albis resperã.
6. Miticos.
7. Ad eum dicentes.
8. Partem & hæreditatem in domo.
9. Pecunia nostrã? Sed omnes opes quas cepit deus à patre nostro, nostris sunt & filiorum nostrorum.
10. Dixit.
11. Quam acquisiuit.
12. Facultates: & possessionẽ suã quam.
d. In Hebræo teraphim. scilicet primum est, hoc est figurã vel imaginẽ. Hiero. ibi.
e. Iacob furatus est cor Laban.
f. Euphrate, Mesopotamiam à Syriã distidente.
g. Nõ quòd eo tempore Galaad diceretur, sed per anticipationem vocatur. Hiero. ibidem.
h. Venitque deus ad Laban Syriũ in somno nocturno, & dixit ad eum.
i. Loquaris ad Iacob à bono vsque ad malum.
k. Apprehendit itaque Labã Iacob.
l. Quid fecisti quod furatus es cor meum & abduxisti?

g. Cantit quidem iuxta cõmunionem dei ne loqueretur quicquã durius corã Iacob sed ipsam cautelam suã mō dacio infatuauit. Ita vt manifeste ex ore suo redarguatur. Rupeertus.

24. Nũc igitur abscondit ab illis, quoniam desiderio victus fragrasti ad domum.
x. A me.
15. Et tollit illud tibi.
x. Et egressus de tabernaculo Lia venit in tabernaculum Rachel.
16. Porro Rachel acceperat idola illa, & posuerat illa in stragorium cameli, & sedit super ea.

27. Scrutatus est itaque sed nõ inuenit illa idola. Et iratus est Iacob, risurusque est ad Laban, & respondens Iacob ad Laban.

x. Postquam.
18. A bestia lacerõ non reduxi ad te, ego peccati illius teus eram: tu de manu mea id requirebas, sicut & illud quod furabatur per diem, & quod furabatur per noctem. Per diem consumpsit me æstu, & gelu per noctem.
h. Si tanta de irrationali pecude cura, quã de rationali est decore sollicitudo? Chry.
19. Duabus filiabus tuis.
20. Filia ista, filia meã: & filij istij, filij mei: sed & greges istij, greges mei: & quicquid tu vides, meum est.
21. Filij mei istij hodie aut filij eorum quos genuerunt.
x. Igo & tu.
22. In stragum, vel in monumentum.
x. Iacob.

i. Aceruus, Hebr. lingua gal dicitur, sed verò testis vel testimonium. Hiero. ibidem.
23. Et Mizpah, hoc est, specula: quoniam dixit Laban:

† Sup. 28. d.

† Exod. 22. b

† Sup. 29. b.

est tumulus testis. Et adiecit Laban: Jintueatur, & iudicet dominus inter nos, ²⁴quādo recesserim⁹ à nobis:] Si afflixeris filias meas, & si introduxeris alias vxores super eas, ²⁵nul-
 lus sermonis nostri testis est absque deo, qui p̄sēns respicit. Dixitq; rursus ad Jacob: [†] Est
 tumulus hic, & lapis quē crexi, inter me & te testis erit. Tumulus in quā iste, & lapis sint
 in testimonium: ²⁶ si aut ego transierō illum pergens ad te, aut tu praterieris, malū mihi
 cogitans.] Deus Abrahami & deus Nachor iudicet inter nos, deus patris eorum. Iurauit
 ergo Jacob per timorem patris sui Isaac, immolatisq; victimis in mōte, vocauit fratres
 suos vt ederent panem. Qui cum comedissent, māserunt ibi. Laban verò ²⁷ de nocte] cō-
 furgēs, osculatus est filios & filias suas, & benedixit illis, reuersūq; est in locum suum.

*Jacob visis angelis nūcios & munera ad fratrem suū Esau mittit: interea cū angelo luctatur virili-
 ter donec r̄. n̄. f̄. femoris nervo benedictionē acciperet, & ex Jacob Israel appellaretur. X X X I I.*

Tertia dei appa-
 ritio Jacob.

† 22. q. 1. c.
 Mouet.

Iof. 1. 27.

A Jacob autem abiit in itinere quo cœperat, fueruntq; ei obuiam angeli dei. Quos
 cum vidisset, ait: Castra dei sunt hæc. Et appellauit nomen loci illius¹ Manaim,]
 id est ² castra. Misit autem & nuncios ante se ad Esau fratrem suum, in terram
 Seir, in regione Edom: præcepitq; eis, dicens: Sic loquimini domino meo Esau: Hæc di-
 cit³ frater tuus] Jacob: apud Laban peregrinatus sum, & fui vsque in præsentem diē. Hæ-
 beo boues, & asinos, & oues, & seruos, & ancillas, mittoq; nunc legationem ad dominū
 meum, vt inueniam gratiam in conspectu tuo. ⁴ Reuersūq; sunt nuncij ad Jacob dicētes:
 Venimus ad Esau fratrem tuum, & ecce properat in occursum tuum, cum quadrigētis
 viris. ⁵ Timuit Jacob valde, & ⁶ perterrit⁹] diuisit populum qui secum erat, greges quoq;
 & oues, & boues, & camelos, in duas turmas, dicēs: Si venerit Esau ad vnā turmam
 & percusserit eam, alia turma quæ reliqua est saluabitur. Dixitq; Jacob: [†] Deus patris mei
 Abraham, & deus patris mei Isaac, [†] domine qui dixisti mihi:] reuere in terram tuam,
 & in locū natiuitatis tuæ, & benefaciā tibi: minor sum cūctis miserationibus tuis, & ^{*} ve-
 ritate tua quam explesti seruo tuo. ⁸ In baculo meo trāsui Iordanem istum, & nunc cū
 duab⁹ turmis regredior. Erue me de manu fratris mei Esau, quia valde eū timeo: ne forte
 veniens percutiat^{*} matrem cum filiis. Tu locutus es, quod benefaceres mihi, & dilatares
 semē meum sicut arenam maris, quæ p̄ multitudinē numerari nō potest. Cumq; dor-
 misset ibi nocte illa, separauit de iis quæ habebat munera Esau fratri suo, capras ducētas,
 hircos viginti, oues ducētas, & arietes viginti, camelos ⁹ scētas cū pullis suis triginta, ¹⁰ vac-
 cas quadraginta, & tauros ¹¹ viginti,] asinas viginti, & pullos earum decem. Et misit per
 manus seruatorum suorum singulos seorsum greges. Dixitq; pueris suis: [†] Antecedite me,
 & sit spaciū inter gregē & gregem. Et præcepit priori, dicens: Si obuium habueris fra-
 trē meū Esau, & interrogauerit te: cuius es? aut, quō vadis? aut, cuius sunt ista quæ seque-
 ris? respōdebis. Serui tui Jacob. Munera misit domino suo Esau, ipse quoque post nos ve-
 nit. Similiter dedit mandata secundo & tertio, & cunctis qui sequebantur greges, di-
 cens: ¹² His dē verbis loquimini ad Esau, cū inueneris eū, & addetis: Ipse quoq; seruus
 tuus Jacob, iter nostrum insequitur. Dixit enim: Placabo illum muneribus quæ præce-
 dunt, & postea videbo illum. ¹³ Forsitan propiciabitur mihi. Præcesserunt itaque munera
 ante eū, ipse verò mansit nocte illa in castris. Cumq; ¹⁴ mature] surrexisset, tulit duas vxo-
 res suas, & totidem famulas cum vndeim filiis, & transiit vadū Iaboch. ¹⁵ Traductisq;
 omnibus quæ ad se pertinebant,] māsit solus: & [†] ecce vir luctabatur cum eo ¹⁶ vsque ma-
 ne. ¹⁷ Qui cū videret, quod eum superare nō posset, tetigit neruum femoris eius, & sta-
 tim ¹⁸ emarcuit.] Dixitq; ad eum: Dimitte me. Iam enim ascendit aurora. Respōdit: Non
 dimittam te, nisi benedixeris mihi. Ait ergo: Quod est nomen tibi? Respōdit: Jacob. At
 ille: [†] Nequaquam, inquit, Jacob appellabitur^{*} nomen tuum, sed Israel: quoniam ¹² si cō-
 tra deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis? Interrogauit eum Ia-
 cob: ¹⁹ Dic mihi quo appellaris nomine? Respondit: [†] Cur quæris nomen meum, & quod
 est mirabile?] Et benedixit ei in eodem loco. Vocauitq; Jacob nomen loci illius, ¹³ Pha-
 nuel,] dicens: [†] Vidi dominum facie ad faciē, & ¹⁴ salua facta] est anima mea. Ortusq; est
 ei statim sol, postquam trāsgressus est Phaniel. Ipse verò ¹⁵ claudicabat[†] pede.] Quam ob
 causam

1. Manaim.

* a. Duplicita, scilicet turta
 angelorum & suæ.
 2. Seruus tuus.
 b. Quæri potest quo modo ti-
 mebat, & curus erat de pro-
 missis filiis? Hic e potuisse
 accidere vt Esau castra eius
 euetteret, quod timebat, sed
 tamen post illam afflictionē
 ipsum liberaret cui confide-
 bat. August. Ibidem.
 3. Anxius factus est ac.
 c. Humanis officiis adiungit
 inuocationem diuini p̄sētis
 commemorando tum merita
 Abraham, tum merita Isaac tū
 promissiones sibi ab ipso deo
 factas, Et deum respectu Abra-
 hæ, & Isaac nominat vt cultū
 ab vtroque ad allegandum
 veriusque merita. Cum verb
 Jacob de se ipso loquitur, mi-
 hi propti meriti quod ad di-
 uinum cultum citare audeat,
 sed tantum diuinum benefi-
 cium tum verbo tum facto di-
 cens. Caeteris ibidem.
 4. Dominus est qui dixit ad
 me.
 * Omni.
 * Me.

5. Iadantet.

6. Decem.

7. Jacob vtroque excellentior
 habetur iure primogenituræ
 cuiusque auxilio diuino. Non
 tamen abiecit se inuenire fra-
 trē cui capere benedictionē
 dominum ipsum absque tur-
 pi adulatione vocari. Proco.

8. Si forsitan suscipiat faciem
 meam.
 9. Noctē.
 10. Et accipiet eos transmisit
 eos vltra torrentem, transiit
 sicque quicquid habuit, &
 11. Vtque dum ascenderet au-
 rora.
 12. Motus est nervus femoris
 Jacob de loco suo.

Quarta dei appa-
 ritio Jacob.

* Deinceps.
 12. Vt princeps confixisti eū
 deo, & cū hostibus, & præ-
 ualuit.
 13. Phaniel: * id est facies dei
 & infra.
 c. Vere enim tunc facie ad fa-
 ciem deum non vidit, quia in
 schemate hominis, luctatus
 est contra eum deus, sed mētē
 vidit deum.
 14. Erepta.
 f. Claudicatio ista quæ ex se-
 more eius facta est, populum
 ipsum Hebræum significat
 claudicantem. Prosper.
 15. In femore suo.

† Supra. 31. d.

† Osee. 12. a. b.

† Infra. 35. b.

† Iud. 13. c.

*Dissipatum. 16. Est in loco femoris. 17. Iacob in nervo dissipato, vel contructo.

causam non comedunt neruum* filij Israel, quia¹⁶ emarcuit in femore] Iacob, vsque in presentem diem, eo quod tetigerit neruum femoris¹⁷ eius, & obstupuerit.

Esau Iacob obuius muneribus eius placatur: Inde vale facientes Esau Seir repetit, Iacob vero in Sichem profectus est. X X X I I I.

2. Hoc est, dimidiavit, ut vna turmam faceret ancilla cum filio suo, alteram liberæ cum filio suo. Hiero. ibid.
1. Apud Lia & apud Rachel, atque apud duas ancillas.
2. Præcedens eos.
3. Ad fratrem suum.
4. Ruitque super.
5. Osculatus est eum, & fleuerunt.
6. Inclinando caput, & hæc est adoratio dulcis, quia erat primogenitus frater eius ætate, licet ex diuina ordinatione primo genitura effectus sit. Delyca. ibidem.

Leuans autem Iacob oculos, vidit venientem Esau, & cum eo quadringetos viros. ² Diuisitque filios Lia & Rachel, ambarumque famularum,] & posuit utranque ancillam & liberos earum in principio: Liam verò & filios eius in secundo loco, Rachel autem & Ioseph nouissimos. Et ipse³ progrediens]^b adorauit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius. Currens itaque Esau obuiam fratri suo amplexatus est eum, ⁴ & ⁵ collum eius, & ⁶ osculatus, fleuit:] leuatisque oculis vidit mulieres & paruulos earum, & ait: Quid sibi volunt isti, & si ad te pertineat? Respondit: Paruuli sunt, quos donauit mihi deus seruo tuo. Et appropinquantes ancilla & filij earum incuruiati sunt. Accersit quoque Lia cum pueris suis, & cum similiter adorassent, extremi Ioseph & Rachel adorauerunt. Dixitque Esau: Quænam sunt istæ turmæ quas obuiam habuisti? Respondit: Ut inuenirem gratiam coram domino meo. At ille ait: Habeo plurima frater mi, sint tua tibi. Dixitque Iacob: Noli ita obsecro, sed si inueni gratiam in oculis tuis, accipe munusculum de manibus meis. ¹ Sic enim vidi faciem tuam, quasi viderem vultum dei. Esto mihi propicius,] & suscipe benedictionem quam attuli tibi, & quam donauit mihi deus, tribuens omnia. Vix fratre compellente suscipiens, ait: Gradiumur simul, eroque socius itineris tui.] Dixitque Iacob: Nosti domine mi, quod paruulos habeam teneros, & oues & boues foetas mecum, quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges. Præcedat dominus meus ante seruum suum, & ego sequar paulatim⁹ vestigia eius, sicut videro paruulos meos posse,] donec veniam ad dominum meum in Seir. Respondit Esau: Oro te, ut de populo qui mecum est, saltem socij remaneant viae tuæ. ⁸ Non est, inquit, necesse, hoc vno tantum indigeo, ut inueniam gratiam in conspectu tuo domine mi. Reuersus est itaque illo die Esau itinere quo venerat in Seir. Et Iacob venit in¹⁰ Soccoth,] vbi ædificata domo^{*} Et fixis tentoriis, appellauit nomē loci illius Soccoth, id est tabernacula. Transiuitque in Salem urbem Sichimorum, quæ est in terra Chanæan, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, & habitauit iuxta oppidum,] emitque partem agri in qua fixerat tabernacula, à filiis Hemor patris Sichem centum¹² agnis,] & erecto ibi altari inuocauit super illud fortissimum deum Israel.

Ios. 1. 17.

c. Non enim dixit: Quænam modum si viderem faciem dei, quasi patris, & perturbationis animi verba vsque in hanc adulationem prorumperent: sed quum vider aliquis faciem dei, voluit intelligere. August. super Genes. 6. Ut bene voluisti mihi. 7. Et quia est mihi facies. 8. Et eam, ego vadā ante te. *Quæso.

9. Iuxta gressum familia, quæ est ante faciem meam, & iuxta vestigia paruulorum.
10. Soccoth, id est turris, & infra.
*Sibi, & peccatis suis.
11. E regione ciuitatis.
12. Nummis.

1. 2. Re. 19. c. Esther. 15. d.

Ob Dina stuprum & raptum, Sichim & prius circumcisi à duobus fratribus Dina perimuntur, atque vrbs eorum à cæteris filiis Iacob penitus vastatur, quæ propter duo primi à patre arguuntur. X X X I I I I.

*Quam peperit ipsi Iacob. 1. Sitas. 2. Principis. 3. Tullit eam, & dormiuit cum ea, & violauit eam. 4. Dina filia Iacob, & dilexit puellam, & loquutus est ad eam vel super cor puellæ, & dixit Sichem. *Quod ille polluit: Dinam filiam suam. 5. Iacob. *Contumeliosi sunt viri illi, & *Apud se.

Gressa est autem Dina filia Lia, ^{*} ut videret mulieres] regionis illius. Quam cum vidisset Sichem filius Hemor Heuæi, ² princeps terræ illius, — adamauit eam, &] raptuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens virginem.] Et cõglutinata est anima eius cum³ ea tristementem deliniuit bladiis, & pergès] ad Hemor patrem suum: accipe, inquit, mihi puellam hæc coniugem. Quod cum audisset Iacob, ^{*} absentibus filiis & in pastu pecorum occupatis, siluit donec rediret. Egresso autem Hemor patre Sichem, ut loqueretur ad Iacob, ecce filij eius] veniebant de agro, auditoque quod acciderat, ^{*} irati sunt valde, ^{*} eo quod foedam rem operatus esset in Israel, & violata filia Iacob, rem illicitam perpetrasset. Locutus est itaque Hemor ad eos: Sichem filij mei adhæsit anima filia vestra. ⁴ Date^{*} eam illi vxorem, & iungamus vicissim cõnubia. Filias vestras tradite nobis, & filias nostras accipite, & habitate nobiscum. Terra⁶ in potestate vestra est,] exercete, negociamini, ^{*} & possidete eam. Sed & Sichem ad patrem & ad fratres eius ait: Inueniam gratiam coram vobis, & quæcunq; statueritis, dabo. Augete^{*} dotem, & munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis: tantum date mihi puellam hanc vxorem. Responderunt filij Iacob Sichem & patri eius in dolo, ⁷ saeuientes ob stuprum fororis:] Non possumus facere quod petitis, nec dare sororem nostram homini incircunciso, quod illicitum & nepharium est apud

Ios. 1. 27. De pan. di. p. ca. in. ff.

*Quæso.
6. Coram vobis est.
*In ea.
*Etiam plurimum super me.
7. Apud se loquentes quod maculasset Dinam sororem eorum. Lixerunt ad eos.

est apud nos. Sed in hoc⁸ valebimus foederari. Si volueritis esse similes nostri, & circumcideratur in vobis omnis masculini sexus, tunc dabimus, * & accipiemus mutuo filias vestras⁹ ac nostras,] & habitabimus vobiscum, erimusque vnus populus. ¹⁰ Si autem circumcidi nolueritis, tollemus filiam nostram, & recedemus. Placuit oblatio eorum Hemor, & Sichem filio eius, nec distulit adolescens quin statim quod petebatur, expleret. Amabat enim puellam valde, & erat inclitus in omni domo patris sui. ¹¹ Ingressi que portam vrbis locuti sunt ad populum: Viri isti pacifici sunt, & volunt habitare nobiscum. Negocientur in terra, & exerceant eam, quae spatiosa & lata, ¹² cultoribus indiget.] Filias eorum accipiemus vxores, & nostras illis dabimus. ¹³ Vnum est quo differtur tantum bonum,] Si circumcidamus masculos nostros, ¹⁴ ritum gentis imitantes,] & substantia eorum, & pecora, & cuncta quae possident, nostra erunt. Tantum in hoc acquiescamus, & habitantes simul, vnū efficiamus populum. ¹⁵ Assensuque sunt omnes, circumcisis cunctis maribus.] Et ecce die tertio quando grauissimus vulnerum dolor est, arreptis duo filij Iacob, Simeon & Leui fratres Dinæ, gladiis, ingressi sunt urbem confidenter, interfectisque omnibus masculis, Hemor & Sichem pariter necauerunt: tollentes Dinam de domo Sichem, sororem suam. * Quibus egressis, intruerunt super occisos caeteri filij Iacob, & depopulati sunt urbem in vltionem stupri, oues eorum & arma, & asinos, cunctaque vastantes] que in domibus, & in agris erant, paruulos quoque eorum & vxores duxerunt captiuas. * Quibus perpetratis audacter, Iacob dixit ad Simeon & Leui: Turbastis me, ¹⁷ & odiosum fecistis me] Chanaanis & Pherezæis habitatoribus terrae huius. Nos pauci sumus, illi congregati percutiet me, & delebor ego & domus mea. Responderunt: Nūquid ut scorto abuti debuere forore nostra?

8. Consentimus vobis.
 9. Vobis filias nostras.
 10. Nobis.
 11. Hec quidem filij Iacob, precipue Simeon & Leui caedunt omnium secum medicantes, proposuerunt. Chryf. ibid.
 12. Venit itaque Hemor & Sichem filius eius ad portam ciuitatis suae, & loquuti sunt ei viri ciuitatis suae, dicentes.
 13. Manibus est arte nos.
 14. Verum in hoc consentit nobis vili illi ad habendum nobiscum, & ut efficiamus populum vnus.
 15. Sicut illi circumcisi sunt.
 16. Audierunt itaque ipsum Hemor & Sichem filium eius cuncti qui egressi erant portam ciuitatis suae, & circumcisi est omnis masculus cuiusque egressus est portam ciuitatis suae.
 17. In ore gladij.
 * Egressi sunt.
 18. Quia violauerunt fororem suam.
 16. Rapiētes.
 * Sed & omnia preciosa eorum.
 * Et diripuērunt, vna cum omnibus quae erant in domo. Et.
 17. Vt fateret me faceretis.
 * Coram habitatore huius terrae, coram.

Postquam Iacob iuxta Sichem infodit idola, ascendit in Bethel votū domino solutus: moritur interea Debbara: visione vero dei Iacob fretus dum Bethlehē peteret Rachel in partu Benjamin moritur; Ruben cum Bala dormit, Isaac quoque moritur, atque à filiis cum patribus suis sepelitur. XXXV.

A Nterea locutus est deus ad Iacob: Surge, & ascende Bethel, & habita ibi, facque altare¹ stare domino, qui apparuit tibi, quando fugiebas Esau fratrem tuum: Iacob vero conuocata omni domo sua, * ait: Abiicite deos alienos qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra. ² Surgite & ascendamus in Bethel, ut faciamus ibi altare domino, qui exaudiuit me in die tribulationis meae, & socius fuit itineris mei. Dederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebant, & in aures quae erant in auribus eorum. At ille infodit eas subter terebinthum,] quae est post urbem Sichem. Cumque profecti essent, terror dei inuasit omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes. Venit igitur Iacob Luzam quae est in terra Chanaan cognomento Bethel, ipse & omnis populus cum eo. ³ Aedificauitque ibi altare, & appellauit nomen loci illius, domus dei.] Ibi enim apparuit ei deus, cum fugeret fratrem suum. ⁴ Eodem tempore mortua est Debbara nutrix Rebeccae, & sepulta est ad radices Bethel, subter quercum: vocatumque est nomen loci illius, quercus fletus. Apparuit autem iterum deus Iacob, postquam reuersus est de Mesopotamia in Syria, & venit in Bethel,] benedixitque ei, dicens: Non vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Et appellauit eum Israel. Dixitque ei: Ego deus omnipotens. Cresce, & multiplicare gentes & populi nationum] ex te erunt. Reges de lumbis tuis egrediētur, terramque quam dedi Abraham & Isaac, dabo tibi & semini tuo post te. ⁵ Et recessit ab eo. ⁶ Ille vero erexit titulum lapideum, in loco quo locutus fuerat ei deus, libans super eum libamina, & effundens oleum, vocansque nomen loci illius Bethel. Egressus autem inde, venit verno tempore ad terram quae ducit Ephratam. In qua cum parturiret Rachel, ob difficultatem partus periclitari coepit. ⁷ Dixitque ei obstetrix: Noli timere, quia & hunc habebis filium. Egrediente autem anima pro dolore, & imminente iam morte, vocauit nomen filij sui Benoni, id est filius doloris mei. Pater vero appellauit eum Benjamin, id est filius dexteræ. ⁸ Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via, quae ducit Ephratam, haec est Bethleem. Erexitque Iacob titulum super sepulchrum eius. Hic est titulus monumenti Rachel, vsque in presentem diem. Egressus inde, ⁹ fixit tabernaculum trans turrem gregis. ¹⁰ Cumque habitaret in illa regione, abiit Ruben, & dormiuit

Quinta apparitio dei Iacob.
 * Ibi.
 * Et omnibus qui secum erant.
 a. Planè hoc ordine & his praefectibus ascendendum est in Bethel, id est in domum dei; quae non est alia quam ecclesia Christi. Rupertus ibid.
 1. Quercum.
 2. Iuxta.
 b. Id est, Amygdalum ante vocatum. Hiero.
 3. Elbethel, id est Bethel.
 c. Quae mortua Rebecca ad Iacob reuersum à Mesopotamia, confugerat.
 Sexta dei apparitio Iacob.
 4. Congregatio gentium.
 * Dabo terram illam.
 * De ex loco in quo locutus est secum.
 * Vbi locutus fuerat cum eo deus.
 5. Quasi stadiū, vel quasi ad prandium.
 * Et factum est dum ingrederetur partus eius.
 d. Benjamin enim filius dexteræ, non dicitur. Nempe id nomen non in fine, dexteram significat, iam in vtroque per in dicit. Mortua est autem Rachel cum esset 36. annorum secundum Heb. & Iacob 97. Hiero. ibid.
 6. Statuam, & infra.
 * Israel.

Io. 1. 27.
 † Sup. 28. c.

† Sup. 28. c.

† Sup. 32. f.

† 13. q. 2. cap. Vnaqueque

etiam

Et malum visum est in oculis eius, 70. interp.
*Iacob.

*Iacob.
Mors Isaac.

d. Apponi populo vel ad populum, usurpatur pro eo quod est colligi ad populum suum: quod olim patriarchæ omnes egerat vno in loco sepeliri.

cum Bala concubina patris sui: Quod illum minimè latuit. * Erant autè filij Iacob duodecim. Filij Liæ: primogenitus * Ruben, & Simeon, & Leui, Iudas, & Isachar, & Zabulò. Filij Rachel: Ioseph & Bèiamin. Filij Balæ ancillæ Rachelis: Dan & Neptalim. Filij Zelfhæ ancillæ Liæ: Gad & Aser. Hi sunt filij Iacob, qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ. Venit etiam * ad Isaac patrem suum in Mambre ciuitatè Arbee: hæc est Hebròn, in qua peregrinatus est Abraham & Isaac. Et completi sunt dies Isaac cētum octoginta annorum, consumptusq; ætate mortuus est, & appositus est populo suo, senex & plenus die.

Iof. 1. 28.
An. ante Christum. 1732.
Anni mundi 2230.

Esau vxores & filij, eorumq; genealogia & habitatio describitur: Iacob verò in Chanaan remansit, Esau in Scir redeunte. XXXVI.

a. Esau & Aedon & Scir nomen est vnius hominis. Nam Esau dictus est Aedon ab **Q**rubu, quod rubra est fa seu rufa vendiderit primogenita sua. Pariter dictus est Scir à **Q**ru, quod pilosum signat. Inde monti nomen dedit: ac tota Idumæa nomen accepit, à Iudæa veritus occisum, à Casio mōte vsque Ierusalem tendens.

*Iacob.
1. Acc. u. Iacob.

b. Idcirco autem Horreorum recordatur inferius, quia primogenitus filiorum Esau ex filiabus eorū acceperat conubinam.

a. Duces.

c. Postquam enumeravit filios Esau, alius reperit & exponit qui ante Esau in Aedō terra principes fuerint ex genere Horreorum, quos filij Esau occiderunt, & terram eorum hareditate possederunt. Hiero. ibid.

d. Hæc est concubina primogeniti Esau, ex qua natus est Amalech.

e. Milos. (videlicet qui sunt procreati ex asino & aqua.)

e. Hunc quidam suspicantur esse Iob, ve in fine voluminis ipsius additum est. Ceteri, Hebraei asserunt de Nachor cura stirpe generari. Hieron. ibid. Chryso. verò quintum ab Abraham esse Iob esse narunt. Quippe quod Abraham genuit Isaac, Isaac Esau, Esau, & Iphel: Raguel, Zari, Zari, Iob. Hæc Chryso. de patristia Iob, homi. 2. Sed si ad veram vocis orthographiā inspexeris, non hunc Iob esse Iob dixeris. Nempe quia hic Iob habet per Iob incipit: ac Iob, vel Iob per Aleph, quorum multum est discrimen.

4. Iuxta hęc rationes suas in terra possessionis eorum.

E autem sunt generationes * Esau, ipse est Aedō. Esau accepit vxores * de filiabus Chanāan, Ada filiam Elom Hethæi, & Oolibama filiam Anæ filij Sebeon Hethæi, Bâsemath quoque filiam Ismael, sororem Nabaioth. † Peperit autem Ada Eliphaz, Bâsemath genuit Rahuel, Oolibama genuit Iehus, & Ihelon, & Chore. Hi filij Esau, qui nati sunt ei in terra Chanāan. Tulit autem Esau vxores suas, & filios & filias, & omnem animam domus suæ, & substantiam, & pecora, & cūcta quæ habere poterat in terra Chanāan, & abiit in alteram regionem, recessitq; à fratre suo Iacob. † Diuites enim erant valde, & simul habitare nō poterant, nec sustinebat eos terra peregrinationis præ multitudine gregum. Habitauitq; Esau in monte Scir, ipse est Aedom. Hæ autè sunt generationes Esau patris Aedom in mōte Scir, & hæc nomina filiorum eius. Eliphaz filius Ada, vxoris Esau: Rahuel quoque filius Bâsemath, vxoris eius. † Fueruntq; Eliphaz filij: Theman, Omar, Sephua, & Gathan, & Cenez, & Chore. † Erat autem b Thamna, concubina Eliphaz filij Esau, quæ peperit ei Amalech. † Hi sunt filij Ada, vxoris Esau. Filij autè Rahuel: Naath, & Zara, Semina, & Meza. Hi filij Bâsemath vxoris Esau. Isti quoque erant filij Oolibama filiæ Anæ filij Sebeon, vxoris Esau, quos genuit ei, Iehus: & Ihelò, & Chore. Hi duces filiorum Esau. Filij Eliphaz primogeniti Esau: dux Theman, dux Omar, dux Sephua, dux Cenez, dux Chore, dux Gathan, dux Amalech. Hi filij Eliphaz in terra Aedom: & hi filij Adæ. Hi quoque filij Rahuel, filij Esau: Dux Naath, dux Zara, dux Séma, dux Meza. Hi autè duces Rahuel, in terra Aedom. Isti filij Bâsemath vxoris Esau. Hi autem filij Oolibama vxoris Esau: Dux Iehus, dux Ihelò, dux Chore. † Hi duces Oolibama filiæ Anæ vxoris Esau. Isti sunt filij Esau, & hi duces eorum, ipse est Aedom. * Isti sunt filij Scir Horræi habitatoris terræ: Lothā, & Sobal, & Sebeon, & Anan, & Dison, & Efer, & Disan. Hi duces Horræi filij Scir in terra Aedom. Facti sunt autem filij Lothā: Horræi & Eman. Erat autem soror Lothan, Thamina. Et isti filij Sobal: Aluhan, & Maneth, & Ebal, Sephi, & Onan. Et hi filij Sebeo: Aia, & Ana. Iste est Ana, qui inuenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinas Isebeo patris sui. Habuitq; filium Dison, & filiam Oolibama. Et isti filij Dison: Amdan, & Esban, & Iethran, & Charan. Hi quoque filij Efer: Balan, & Zeuan, & Achan. Habuit autem filios Disan: Hus, & Aran. Hi duces Horreorū. Dux Lothan, dux Sobal, dux Sebeo, dux Ana, dux Dison, dux Efer, dux Disan. Isti duces Horreorum, qui imperauerunt in terra Scir. Reges autem qui regnauerunt in terra Aedom, antequam haberent regem filij Israel, fuerunt hi: Balach filius Beor, nomenq; vrbis eius Denaba. Mortuus est autem Balach, & regnauit pro eo Iobab filius Zare de Basra. * Cumq; mortuus esset Iobab, regnauit pro eo Husan de terra Themanorū. Hoc quoq; mortuo regnauit pro eo Adad filius Badadi, qui percussit Madian in regione Moab, & nomē vrbis eius Auith. Cumq; mortuus esset Adad, regnauit pro eo Semla de Maserecha. Hoc quoque mortuo, regnauit pro eo Saul, de fluuio Rooboth. Cumq; & hic obisset, successit in regnum Balanā filius Achobor. Isto quoque mortuo, regnauit pro eo Adad, nomēq; vrbis ei Phou. Et appellabatur vxor eius Meezabel, filia Matreth, filia Mizaab. Hæc ergo nomina ducum Esau in cognationibus, & locis, & vocabulis suis: dux Thana, dux Aluha, dux Ietheh, dux Oolibama, dux Ela, dux Phinò, dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar, dux Mabdihel, dux Hiran. Hi duces Aedom habitantes in terra imperij sui. Ipse

† Para. 1. c.

Iof. 2. 1.
† Supr. 13. a.

† Para. 1. c.

† Para. 1. c.

† Ibidem.

D

Ipse est Esau pater Idumæorum.] Habitauit autem Jacob in terra Chanãa, in qua pater suus peregrinatus est, & hæc sunt generationes eius.

5. Actumæorum.

Ioseph fratres apud patrem accusans ac visa somnia narrans, fratrum in se concitauit odium: unde Ruben inficio venditur Ismaelitis, à patre lugetur, atque in Aegypto Phutiphari venditur.

XXXVII.

Iof. 2. 2.
Ah. ante Christi
flum. 1748.
Anni mundi
2414.

Ioseph cum sedecim] esset annorum, pascebat gregem cum fratribus suis ad huc puer: Et erat] cum filiis Balæ, & Zelp hæ vxorū patris sui, accusauitq; fratres suos apud patrem crimine pessimo:] Israel autem diligebat Iosephi super omnes filios, eo quod in senectute genuisset eum:] Fecitq; ei tunicam polymitam. Videntes autem fratres eius, quod à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eū, nec poterāt ei quicquā pacificè loqui. Accidit quoque vt visum somniū refertret fratribus suis, quæ causa maioris odij seminariū fuit. Dixitq; Ioseph fratribus suis: Audite somnium meū quod vidi.] Putabam nos ligare manipulos in agro,] & quasi confurgere manipulum meum, & stare, vestrosq; manipulos circumstantes adorare manipulum meū. Responderunt fratres eius: Nūquid Rex noster eris? aut subiiciemur ditioni tuæ?] Hęc ergo causa somniorum atque sermonū, inuidiæ & odij fomitem ministravit. Aliud quoque vidit somnium, quod narrans fratribus, ait: Vidi per somnium, quasi solem & lunā & stellas undecim adorare me.] Quod cum patri suo, & fratribus retulisset, increpauit eum pater suus, & dixit: Quid sibi vult hoc somniū quod vidisti: Num ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram?] Inuidebant ei igitur fratres sui, pater verò rem tacitus cōsiderabat. Cumq; fratres illius in pascendis gregibus patris morarētur in Sichem, dixit ad eum Israel: Fratres tui pascunt oues in Sichimis, veni, mittā te ad eos. Quo respondente, præsto sum, ait: Vade, & vide si cūcta prospera sint erga fratres tuos, & pecora:] & renuncia mihi quid agatur. Missus de valle Hebron, vēnit in Sichem: Inuenit p; eum vir errantē in agro, & interrogauit quid quæreret. At ille respondit: Fratres meos quæro. In dicā mihi, vbi pascant greges. Dixit p; ei vir: Recefferunt de loco isto: Audiui autē eos dicētes: Eamus in Dothaim.] Perrexit itaque Ioseph post fratres suos, & inuenit eos in Dothaim. Qui cū vidissent eū procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere: & mutuò loquebantur: Ecce somniator venit.] Venite occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem,] dicemusq; fera pessima deuorauit eum, & tūc apparebit, quid illi profint somnia sua.] Audiens autem hęc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorū, & dicebat: Nō interficiamus animam eius, nec effundam sanguinem: sed proiicite eum in cisternam veterem,] quæ est in solitudine, manūque vestras seruate innoxias.] Hoc autem dicebat volens eripere eum de manibus eorū, & red dere patri suo. Cōfestim igitur vt peruēnit ad fratres suos, nudauerūt eū tunica larari, & polymita:] miseruntq; eū in cisternam veterem,] quæ nō habebat aquam. Et sedentes vt comederent panē, viderunt Ismaelitas viatores venire de Galaad, & camelos eorū portantes aromata, & resinam, & statē in Aegyptum. Dixit ergo Iudas fratribus suis: Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrū, & celauerimus sanguinē ipsius?] Melius est vt venundetur Ismaelitis: & manus nostræ nō polluantur.] Frater enim, & caro nostra est. Acquieuerūt fratres sermonibus illius, & prætereuntibus Madianitis negociatoribus, extrahētes eū de cisterna, vēdiderunt eum Ismaelitis viginti argenteis:] qui duxerūt eū in Aegyptū. Reuersusq; Rubē ad cisternā nō inuenit puerum,] & scisis vestibus, pergēs ad fratres suos, ait: Puer nō cōpāret, & ego quō ibo? Tulerūt autē tunicā eius, & in sanguinē hædi quē occiderant tinxerunt, mittētes qui ferrēt ad patrē, & dicerēt: Hanc inuenimus, vide vtrum tunica filij tui sit, an nō. Quā cū cognouisset pater, ait: Tunica filij mei est. Fera pessima comēdit eū, bestia deuorauit] Ioseph. Scisisq; vestibus indutus est cilicio,] lugens filium suum multo tempore. Cōgregatis autem cunctis liberis eius] vt lenirent dolorem patris, noluit consolationem accipere, sed ait: Descendā ad filium meum lugens, in infernū.] Et illo perseverante in fletu, Madianite vendiderunt Ioseph in Aegypto Phutiphari eunucho Pharaonis, magistro militum.]

1. Decem & septem.
2. Et cō: Isaac. 167. & Jacob 107. esse antiorum.
3. Et ipse puer agebat.
4. Deult infamiam eorum malam ad patrem eorum.
5. Quia filius suū cūctis ipse illi esset.
6. Variam & diuersorum colorum.

7. Ecce nos ligabimus manipulos in medio agri.

8. Regnando regnabis super nos, aut dominando dominaberis nobis.

9. Ecce somniū, & hoc somnium, Et ecce sol & luna, vult cum undecim stellis adorabant me.

10. Cum vir & vxor idem sint corpus, & vnū: eum caput scilicet Jacob adorauit, & Rachel aduocare dicitur. Chryso. vel, b. v. dicitur Hebræi, in xelie Balā Rachelis ancillā, quæ Ioseph vice matris suæ pueritiam educauerat.

11. In pace sint fratres tui, & si pax sit pecoribus.

12. Verbum.

13. Dothaim vbi inuenit Ioseph fratres suos, perorat pascens, qui & vique hodie in duodecimo à Sebaste, piliario contra Aquilibus plagam ostenditur. Hieronymus. de locis Hebræicis.

14. Zelant. n. s. t. eum inuidi, modestum superbi, improbi probum, mitem curidi inimica emulationis lacessunt. Chryso.

15. Proiciamus in vnam cisternam.

16. Euerūt sic ex somniis eius.

17. Eripuit.

18. Et rursū dixit ad eos Ruben.

19. Illam.

20. Ne immiseritis in eundem Ioseph.

21. Sui, tunica illa discolorē quæ super ipsū erat. Et accipient eum.

22. Vacuam.

23. Leuatis oculis suis.

24. Ibant autem vt deferrent.

25. Venire, & vendamus eum.

26. Sine in eum.

27. Triginta argenteis, vel lux.

28. 70. interp. viginti autem.

29. Et ecce non erat Ioseph in cisterna.

30. Tunicam illam discolorē, deferrebant ad patrem suum, & dicebant.

31. Lacerando laceratus est.

32. Sacco in lumbis suis.

33. Filij eius & filij eius.

34. Sepulchrū, vel limbum.

35. Credibile est apud infernam quædam loca fecerit, & min⁹ penalia ante passionem domini fuisse, ad quæ etiam sancti deferēbant: quia nullus p̄ radium ingredi poterat, donec Christus romphæ ignē antoueret. Glo. ordi.

36. famulo Pharaonis princeps illariorum suæ coquorum.

† Matth. 21. d
Mar. 12. a.
Luc. 20. c.
Sap. 2. a.

Iof. 2. 3.

† Sap. 10. e.
Pla. 104. b.

Iudas

Iudas ex Chanaan eatribus filiis susceptis, primum & secundum Thamar copulauit, quibus mortuis eam pro scorto cognouit, ex qua gemellos genuit. XXXVIII.

*Iudas.
1. qui vocabatur.

2. Et erat in Chezib, cum illa pareret eum.

3. à domino.
4. Duc eam in vxorem.

5. Quod non suum foret semen, hoc est, futurum semen non fore suū, sed fratris pramortui.
6. Et non dedit semen fratri suo. Et malum visum fuit in oculis domini quod ille fecerat, & ideo occidit ipsum.
*Filia.

7. Amicus eius. De quo in principio huius capituli dicitur.
*Suz.

a. Peplum, seu velum lineum merorem abesse designans.
8. Publico loco qui est iuxta iter.
9. Et declinans ad eam in via, dixit: Age, ingrediar quæso ad te.

10. Ingreddiaris ad me.

b. Harrabo vox est Hebraea sicut hinc facile licet cognoscere, qua Latini & Greci vtuntur.
11. Amictum tuum.
12. Dans itaque ei, ingressus est ad eam, & concepit illa ex eo.
13. Amicus.

*Illa meretrix.
14. Propatulo iuxta viam.

15. Ne foret simus in contemptum, ecce.

16. Concepit per fornicationem.

17. amictus.
c. Vera litera tam Hebraea quam Græca est, & non apposit, siue non addidit amplius scire vel cognoscere eam, locutio est pro ea quod est miseris ei. Augusti. ibid. super Genesim.
18. Diuisisti super te diuisiōnem?
d. Membranula secundinatum qua partus obvoluitur, vtero prodit. Hiero. ibid.

1. Laniorum.
2. Ioseph.

3. Idque vidit dominus eius.

4. Deus prospera faceret sub.



odem tempore descendens Iudas à fratribus suis, diuertit ad virum Odollamiten, nomine Hiram: viditque ibi filiam hominis Chanaanæi, vocabulo] Sue: Et accepta vxore, ingressus est ad eam. Quæ concepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Her. Rursumque concepto foetu, natum filium vocauit Onan. Tertium quoque peperit, quem appellauit Sela. Quo nato, parere ultra cessauit. Dedit autem Iudas vxorē primogenito suo Her, nomine Thamar. Fuit quoque Her primogenitus Iudæ, nequam in conspectu domini, & ideo ab eo] occisus est. Dixit ergo Iudas ad Onan filiū suum: Ingredere ad vxorem fratris tui, & sociare illi, vt fuscites semen fratri tuo. Ille sciens non nasci sibi filios, introiens ad vxorē fratris sui, semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur. Et idcirco percussit eum dominus, eo quod rem detestabilem faceret. Quamobrē dixit Iudas Thamar nurui suæ: Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus. Timebat enim ne & ipse moreretur sicut fratres eius. Quæ abiit, & habitauit in domo patris sui. Euolutis autē multis annis, mortua est Sue, vxor Iudæ. Qui post luctum, consolatione suscepta, ascendebat ad tonsores ouium suarū, ipse & Hiras opilio gregis, Odollamites in Thamnas. Nunciatumque est Thamar, quod focer illius ascenderet in Thamnas ad tondendas oues. Quæ depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrū, & mutato habitu, sedit in biuio itineris, quod ducit Thamna: eo quod creuisset Sela, & non eum accepisset maritum. Quæ cum vidisset Iudas, suspicatus est esse meretricem. Operuerat enim vultum suum, ne agnosceretur. Ingreddiensque ad eam, ait: Dimitte me vt coeam tecum. Nesciebat enim quod nurus sua esset. Qua respondente: quid dabis mihi, vt fruuaris cōcubitu meo? dixit: Mittam tibi hædū de gregibus. Rursumque illa dicente, patiar quod vis, si dederis mihi arrabōnem, donec mittas quod polliceris, ait Iudas: Quid tibi vis pro arrabōne dari? Respondit: Annulum tuum, & armillam, & baculum quē manu tenes. Ad vnum igitur coitū mulier concepit] & surgens abiit, depositoque habitu quē sumpserat, induta est viduitatis vestibus. Misit autem Iudas hædum per pastorem suum Odollamitē, vt reciperet pignus quod dederat mulieri. Qui cū non inuenisset eam, interrogauit homines loci illius: Vbi est mulier, quæ sedebat in biuio? Respondentibus cunctis, non fuit in loco isto meretrix: reuersus est ad Iudam, & dixit ei: Non inueni eā. Sed & homines loci illius dixerunt mihi, nunquam sedisse ibi scortum. Ait Iudas: Habeat sibi. Certè mendacij arguere nos non potest. Ego misi hædum quem promiseram, & tu non inuenisti eam. Ecce autem post tres menses nūciauerunt Iudæ, dicentes: Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumescere. Dixitque Iudas: Producite eam vt cōburatur. Quæ cum duceretur ad pœnam, misit ad socerum suum, dicens: De viro cuius hæc sunt, concepi. Cognosce cuius sit annulus, & armilla, & baculus. Qui agnitis muneribus, ait: Iustior me est, quia non tradidi eam Sela filio meo. Attamen ultra non cognouit eam. Instante autē partu, apparuerūt gemini in vtero, atque in ipsa effusione infantium vnus protulit manū, in qua obstetrix ligauit coccinum, dicens: Iste egredietur prior. Illo verò retrahente manū, egressus est alter. Dixitque mulier: Quare diuisa est propter te maceria? Et ob hanc causam vocauit nomen eius Phares. Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum, quem appellauit Zaram.

Ioseph cuncta prosperè succedunt, donec à domina pluries interpellatus apud dominum adulterij accusaretur: vnde carceri mancipatus gratiam pariter nactus custodis, cunctam eius dirigit domum. XXXIX.



gitur Ioseph ductus est in Ægyptum: emitque eum Phutiphar cunuchus Pharaonis, princeps exercitus sui, vir Ægyptius de manu Ismaelitarum, à quibus perductus erat. Fuitque dominus cum eo, & erat vir in cunctis prosperè agens. Habitauitque in domo domini sui, qui optimè nouerat dominū esse cum eo, & omnia quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Inuenitque Ioseph gratiam coram domino suo, & ministrabat

A. Antè Chri-
stum. 1748.
Anni mundi
2214.
1. Para. a. a.

† Num. a. 6. c.

† 6. dist. c.
Dominus.

† 6. dist. e. 2.
Dominus.

† March. 2. a.
1. Para. 2. a.

A. 1. q. 1. ca.
Sicut eunuchus.

& ministrabat ei: A quo præpositus omnibus gubernabat creditâ sibi domû & vniuersa quæ ei tradita fuerat. * Benedixitq; dominus domui Aegyptij propter Ioseph, & multiplicauit tam in ædibus quàm in agris, cunctâ eius substantiam. * Nec quicquam aliud nouerat, nisi panem quo vesceretur. * Erat autem Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu. Post multos itaque dies, iuicuit domina sua oculos suos in Ioseph, & ait: dormi mecum, qui nequaquã acquiescens operi nephario, dixit ad eam: Ecce dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua, nec quicquam est quod non sit in mea potestate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es. Quo modo ergo possum hoc malum facere, & peccare in dominum meum? Huiusmodi verbis per singulos dies loquebantur, & mulier molesta erat adoleceti, & ille recusabat stuprum. * Accidit autem quadam die, vt intraret Ioseph domum, & operis quippiam absque arbitris faceret, & illa apprehensa lacinia vestimenti eius, diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio, fugit, & egressus est foras. Cumq; vidisset mulier vestem in manibus suis, & se esse eotemptâ, vocauit ad se homines domus suæ, & ait ad eos: En introduxit virum Hebræum, vt illuderet nobis. Ingressus est ad me, vt coiret mecum. Cumq; ego succlamassem, & audisset vocem meam, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras. * In argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito reuertenti domum, & ait: Ingressus est ad me seruus Hebræus quem adduxisti, vt illuderet mihi: Cumq; audisset me clamare, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras. His auditis dominus & nimium credulus verbis coniugis, iratus est valde, & tradiditq; Ioseph in carcerem, vbi vinciti regis custodiebantur, & erat ibi clausus. Fuit autem dominus cum Ioseph, & misertus est illius, & dedit ei gratiam in conspectu principis carceris. Qui tradidit in manu illius vniuersos vincitos, qui in custodia tenebatur, & quicquid fiebat, sub ipso erat: nec nouerat aliquid, cunctis ei creditis. Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat.

Eunuchorum Pharaonis somnia Ioseph interpretatus, alterum officio restituendum, alterum suspendio finiendum prædixit: quæ omnia in Pharaonis natalitio euenerunt. XL:

Is itaque gestis, accidit vt peccarent duo eunuchi, pincerna Regis Aegypti, & pistor, domino suo. Iratusque contra eos Pharaon: (nam alter pincernis præerat, alter pistoribus), misit eos in carcerem principis militum, in quo erat vincitus & Ioseph. At custos carceris tradidit eos Ioseph, qui & ministrabat eis. Aliquantulum temporis fluxerat, & illi in custodia tenebantur. Videruntq; ambo somnium nocte vna, iuxta interpretationem congruam sibi. * Ad quos cum introisset Ioseph mane, & vidisset eos tristes, sciscitatus est eos, dicens: Cur tristior est hodie solitò facies vestra? Qui responderunt: Somnium vidimus, & non est qui interpretetur nobis. Dixitq; ad eos Ioseph: Nunquid non dei est interpretatio? Referte mihi quid videritis. Narravit prior, præpositus pincernarum somnium suum: Videbam coram me vitem, in qua erat tres propaggines, crescere paulatim in gemas, & post flores vvas maturefcere, calicemq; Pharaonis in manu mea. Tuli ergo vvas, & expressi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni. Respondit Ioseph: Hæc est interpretatio somnij. Tres propaggines, tres adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharaon ministerij tui, & restituēt te in gradum pristinum, dabisq; ei calicem iuxta officium tuum, sicut antè facere consueueras. * Tatum memeto mei, cum tibi bene fuerit, & facias mecum misericordiam, vt suggeras Pharaoni, vt educat me de isto carcere, quia furtim sublatus sum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum missus sum. Vidēs pistorum magister, quod prudenter somnium dissoluit, ait: Et ego vidi somnium: quod tria canistra farinæ haberē super caput meum, & in vno canistro quod erat excelsius, portare me putabam omnes cibos, qui sunt arte pistoria, auesq; comedere ex eo. Respondit Ioseph: Hæc est interpretatio somnij: * Tria canistra, tres adhuc dies sunt, post quos auferet Pharaon caput tuum, ac suspendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat. Qui faciens grande conuiuium pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum,

* Factumque est ab illo tempore quo constituit eum super domum suam, & super omnia que habuit, & dimisit autem omnia sua in manu Ioseph. Cum eo. Hæc verba:

7. Non fluit mecum.
8. Et nō est in maior in hæc domo, nec quicquam prohibuit.
* tam grande:
9. Deum.
* Ipsa ad Ioseph.
10. Non audiret eam, nec dormiret cum ea, aut esset eam, oportuna.
11. Faceres opus suum, nec esset vir vilis ex familia in domo.
* quod reliquisset.
* Fugissetque foras.
* Ad nos.
12. Eleuissim.
13. Sum pater me.
14. Dimisitque illa vestem eius apud se donec veniret dominus eius domum, & locuta est ad eum his verbis, dicens:

* Dicens iuxta verba hæc, fecit mihi seruus tuus.
15. In domo carceris.

16. Ioseph.
17. Ibi faciebant, ipse faciebat.
18. Præfectus carceris in manu sua.

a. Videam & hic que in carcere Ioseph acciderunt, & quomodo vno gratie sibi edente manifesta sit. Chryl. lib. 4. In dominum suum regem Aegypti.
2. Domus principis iniorum.
3. Præfice eis.

* Pincerna & pistor qui erant regis Aegypti, & qui vinciti erant in carcere.
4. Interrogauitque famulos Pharaonis, qui secum erant in custodia domus domini sui.

* Ipsi Ioseph: & dixit ei: Cui ego somniarem.
5. Nō enim absque numinis propitietate illud gestum est: vt interpretans somnia, sic & carcere ad regnum regressus erit. Procop.
6. Et eleuabit Pharaon caput tuum.

* Quislo.
6. Sed neque hic quicquam feci, vt ponerent me in lacum foueam.

7. Candida.

8. Erat varij cibi Pharaonis.
9. Auisque comedebat eos ex ipso canistro, quod erat super caput meum.

10. In lignum.

11. Seruis suis, & fecerunt caput principis pincernarum, & caput principis pistorum inter seruos suos.

12. Sicut interpretatus est eis Ioseph.

13. Ipsi Ioseph.

narum, & pistorum principis, restituitque; alterum in locum suum, ut porrigeret ei poculum, alterum suspendit in patibulo: ¹² ut coniectoris veritas probaretur. [Et tamen succedentibus prosperis, prepositus pincernarum oblitus est ¹³ interpretis sui.]

Somnia Pharaonis de bobus & speciebus Ioseph interpretatus toti Aegypto praeficitur, & ex Assenez uxore imminente tempore famis duos genuit filios. XLI.

1. Et ecce stabat iuxta

2. In prato.

* Post eas.

3. Stabantque iuxta eas vaccae in ora fluminis: & deuorabant vaccae illae quae de formi aspectu erant, atque tenui carne, sepe vaccae, quae pulchro erant aspectu atque pingues.

4. Euro oriebantur, deuorabantque species tenuiores sepe species crassas, & plenas.

5. Et ecce somnium erat: & ut factum est mane, consternatus est spiritus eius, &

6. Loquutus est ad Pharaonem, dicens: Peccatorum meorum ego hodie recolor.

7. Laniorum: ubi vna nocte vidimus somnium ego & illerterque iuxta somnium sui interpretationem somniauimus.

8. Interpretatus est nobis somnia nostra, utriusque iuxta somnium interpretatus est. Et factum est, quod admodum interpretatus est, sic inquam euenit.

9. Misitque Pharaonem, & vocauit Ioseph, festinanterque eduxerunt eum de carcere, totumque, & mutauit vestimenta sua, venitque ad Pharaonem.

10. Et ego audiui loqui de te, quod tu audisti somnium possis exponere illud.

11. Non ego, sed deus qui ad pacem sunt respondebit.

12. Cum ego somniabam ecce ego stabam.

13. Pingues carne, & forma pulchrae de ipso flumine cōscendebant, atque in prato pascebant.

14. Tam turpes erant. Et deuorauerunt vaccae illae macilentae & deformes, septem priores vaccae corpulentas.

15. Ingressa in viscera illarum non poterat agnosci quod in earum viscera transissent, sed aspectus illarum erat ut prius deformis.

16. Euro, vel vento orientali, oriebantur post illas.

* Sunt septem anni.

17. Et hoc verbum quod locutus sum Pharaoni, est id quod deus facturus est, & ostendit Pharaoni.

* In terra Aegypti.

* Quoniam illa grauisima erit.

18. En decretum est verbum ab ipso deo, festinanterque deus ut illud faciat.

19. Faciat & hoc Pharaonem.

20. Congregentque omnes aesti per illos bonos annos sequentes, & coaceruet frumentum sub manu Pharaonis, & aesti per ciuitates coaceruet, eritque aesti illa quasi depositum terrae pro septem annis famis, qui futuri sunt supra terram Aegypti, ne exterminetur.

21. Non est vllus prudens & sapiens similis tibi.

22. Vestimenta linea.

Post duos annos vidit Pharaonem somnium. Putabat se stare super fluvium, de quo ascendebant septem boues pulchrae & crassae nimis: & pascebantur in locis palustribus. Aliae quoque septem emergebant de flumine, caedae confectaeque macie: & pascebantur in ipsa amnis ripa in locis viridibus: deuoraueruntque eas, quarum mira species & habitudo corporum erat. Expergefactus Pharaonem rursus dormiuit, & vidit alterum somnium. Septem species pullulabant in culmo vno, plene atque formosae: aliae quoque totidem species tenues, & percussae vredine oriebantur: deuorantes omnem priorum pulchritudinem. Euigilans Pharaonem post quietem, & facto mane, pauore perterritus, misit ad omnes coniectores Aegypti, cunctosque sapientes: & accersitis narrauit somnium. Nec erat qui interpretaretur. Tunc demum reminiscens magister pincernarum, ait: ⁶ Confiteor peccatum meum. Iratus Rex seruis suis, me & magistrum pistorum retrudi iussit in carcerem principis militum: ⁷ ubi vna nocte uterque vidimus somnium, praesagium futurorum. Erat ibi puer Hebraeus, eiusdem ducis militum famulus: cui narrauit somnia, ⁸ audiuius quicquid postea rei probauit euentus. Ego enim redditus sum officio meo, & ille suspensus est in cruce. Protinus ad Regis imperium eductum de carcere Ioseph totoderunt, ac veste mutata obtulerunt regi. Cui ille ait: Vidi somnia, nec est qui edisserat, ¹⁰ quae audiui te sapientissimè conicere. Respondit Ioseph: ¹¹ Absque me deus respondebit prospera Pharaoni. Narrauit ergo Pharaonem quae viderat: ¹² Putabam me stare super ripam fluminis, & septem boues de amne cōdescendere pulchras nimis & obesas carnibus, quae in palu paludis vireta carpebant. Et ecce has sequebantur aliae septem boues, intantum deformes & macilentae, ut nunquam tales in terra Aegypti viderim. ¹⁴ Quae deuoratis & consumptis prioribus, nullum saturitatis dedere vestigium: sed simili macie & squalore torpebant. Euigilans rursus sopore depressus, vidi somnium. Septem species pullulabant in culmo vno, plene atque pulcherrimae. Aliae quoque septem & tenues, & percussae vredine, oriebantur e stipula, quae priorum pulchritudinem deuorauerunt. Narraui coniectoris somnium, & nemo est qui edisserat. Respondit Ioseph: Somnium Regis vnum est. Quae facturus est deus, ostendit Pharaoni. Septem boues pulchrae & septem species plene, septem vbertatis anni sunt, eademque vim somnium comprehendunt. Septem quoque boues tenues, atque macilentae, quae ascenderunt post eas, & septem species tenues, & vno vrentē percussae, septem anni venturae sunt famis, ¹⁶ qui hoc ordine cōplebuntur. Ecce septem anni veniet fertilitatis magna in vniuersa terra Aegypti, quos sequetur septem anni alij tanta sterilitatis, ut obliuioni tradatur cuncta retrō abundantia. ¹⁷ Consumptura est enim fames omnem terram, & vbertatis magnitudinem perditura est inopiae magnitudo. ¹⁸ Quod autē vidisti secundo ad eandem rem pertinens somnium, ¹⁷ firmitatis indicium est, eo quod fiat sermo dei, & velocius impleatur. Nunc ergo prouideat Rex virum sapientem & industrium, & praeficiat eum terrae Aegypti, ¹⁸ qui constituat prepositos per cunctas regiones, & quintam partem fructuum, per septem annos fertilitatis, ¹⁹ qui iam nunc futuri sunt, congreget in horrea: & omne frumentum sub Pharaonis potestate cōdatur: serueturque in urbibus, & preparetur futurae septem annorum fami, quae oppressura est Aegyptum: & non consumetur terra inopia. Placuit Pharaoni cōsiliū, & cunctis ministris eius. Locutusque est ad eos: Num inuenire poterimus tale virum qui spiritu dei plenus sit? Dixit ergo ad Ioseph: Quia ostēdit tibi deus omnia quae locutus es, ²⁰ nunquid sapientiorē & cōsimilē tui inuenire poterō? Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet. Vno tantum regni folio precedat te. Dixitque rursus Pharaonem ad Ioseph: Ecce constitui te super vniuersam terram Aegypti. Tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius, vestiuitque eum stolam byssinam, & collo torquem auream circumposuit. Fecitque eum ascendere super currum suum

10. 4.

† Psal. 104. b

† Psal. 104. b
1. Mach. 2. f.
Acto. 7. b.
Danic. 2. g.

suum secundum, clamante precone, * vt omnes coram eo genu flecterent, & prepositum esse scirent vniuersa terrae Aegypti. Dixit quoque Rex Aegypti ad Ioseph: Ego sum Pharaon: Absque tuo imperio non mouebit quisquam manum, aut pedem in omni terra Aegypti. Vertitque nomen illius, & vocauit eum — lingua Aegyptiaca: saluatorem mundi. Deditque illi uxorem, Assenez filiam Phutipharis, sacerdotis Heliopoleos. Egressus est itaque Ioseph ad terram Aegypti. (Triginta annorum erat quando stetit in conspectu Regis Pharaonis,) & circuiuit omnes regiones Aegypti. Venitque fertilitas septem annorum, & in manipulos redactae segetes congregatae sunt in horrea Aegypti. Omnis etiam frugum abundantia in singulis vrbibus condita est. Tantaque fuit abundantia tritici, vt arenae maris coaequaretur, & copia mensuram excederet. Natique sunt Ioseph filij duo, antequam veniret fames, quos peperit ei Assenez filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos. Vocauitque nomen primogeniti, Manasses, dicens: Obliuisci me fecit deus omnium laborum meorum, & domus patris mei. Nomen quoque secundi appellauit Ephraim, dicens: Crescere me fecit deus in terra paupertatis meae. Igitur tractis septem vbertatis annis, qui fuerant in Aegypto, coeperunt venire septem anni inopiae, quos praedixerat Ioseph: & in vniuerso orbe fames praualuit. In cuncta etiam terra Aegypti fames erat. Qua esuriente, clamauit populus ad Pharaonem, alimenta petens. Quibus ille respondit: Ite ad Ioseph, & quicquid ipse vobis dixerit, facite. Crescebat autem quotidie fames in omni terra, aperuitque Ioseph vniuersa horrea, & vendebat Aegyptiis. Nam & illos oppresserat fames. Omnesque prouinciae veniebant in Aegyptum, vt emerent escas, & malum inopiae temperarent.

Frater Ioseph pro emendis alimentis in Aegyptum profecti à fratre cognoscuntur: inde Simeone in vinculis coniecto, ceteri abeunt Benjamin secum adducturi. X L II.

A Vdiens autem Iacob quod alimenta venderentur in Aegypto: dixit filiis suis: Quare negligitis? Audiui quod triticum veniatur in Aegypto: Descendite, & emite nobis necessaria, vt possimus viuere, & non consumamur inopia. Descendentes igitur fratres Ioseph decem, vt emerent frumenta in Aegypto, Benjamin domi retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius, ne forte in itinere quicquam patiatur mali, ingressi sunt terram Aegypti, cum aliis qui pergebant ad emendum. Erat autem fames in terra Chanaan, & Ioseph erat princeps in terra Aegypti, atque ad eius nutum frumenta populis vendebatur. Cumque adorassent eum fratres sui, & agnouisset eos, quasi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos: Vnde venistis? Qui responderunt: de terra Chanaan, vt emamus victui necessaria. Et tamen fratres ipse cognoscens, non est cognitus ab eis. Recordatusque somniorum, quae aliquando viderat, ait ad eos: Exploratores estis, vt videatis infirmiora terrae venistis. Qui dixerunt: Non est ita domine, sed serui tui venerunt, vt emerent cibos. Omnes filij vnus viri sumus. Pacifici venimus, nec quicquam famulitui machinatur mali. Quibus ille respondit: Aliter est: Immunita terrae huius considerare venisti. At illi dixerunt: Duodecim, inquit, fratres serui tui sumus, filij viri vnus in terra Chanaan. Minimus cum patre nostro est, alius non est — super. Hoc est, ait, quod locutus sum. Exploratores estis. Iam nunc experimentum vestri capiam. Per salutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater vester minimus. Mittite ex vobis vnum, & adducat eum: vos autem eritis in vinculis, donec probetur quae dixistis, vtrum vera an falsa sint. Alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis. Tradidit ergo illos custodiae, tribus diebus. Die autem tertio, eductis de carcere, ait: Facite quae dixi: & viuetis. Deum enim timete. Si pacifici estis, frater vester vnus ligetur in carcere, vos autem abite, & ferte frumenta quae emisistis in domos vestras, & fratrem vestrum minimum ad me adducite, vt possim vestros probare sermones, & non moriamini. Fecerunt vt dixerat, & locuti sunt adinuicem. Merito haec patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videtes angustias animae illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco venit super nos ista tribulatio. E quibus vnus, Ruben ait: Numquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum, & non audistis me? En sanguis eius exquiritur. Nesciebant enim quod intelligeret Ioseph, eo

* Antequam sumi.

22. Leuabit.

23. Zaphnath Paaneah.
24. On, & infra.
25. Anno praecedente istud mortuus est Isaac, 189. annis natus, cum Isaac, 120. esset annorum, & Ioseph, 29.
26. Egrediens Ioseph à conspectu Pharaonis.
27. Et protulit terra in septem annis fertilitatis ad accedendum. Collegit verò ille omnem escam septem annorum, quae fuit per terram Aegypti: & reposuit escam in vrbes, etiam cuiuslibet agri reposuit iuxta suam ciuitatem quae ambiebat. Et collegit Ioseph frumentum quasi arenam maris plurimum valde, ita vt cessaret numerare, quia non erat numerus.
26. Afflictionis.

27. Panis.
28. Quod tandem venientibus Aegyptiis ad Pharaonem, & alimenta petentibus rex ait, ita ad Ioseph, & quicquid dixerit vobis facite, nos ita de illius dictum sciamus potestatem: & pariter nouerimus quod nemo nisi propter nomen domini nostri Iesu Christi consequi possit à deo vitae aeternae alimenta. Ruperus ibidem.
29. In quibus erat frumentum.
30. à Ioseph, quia inualuit fames per vniuersam terram.

1. Aspicietis vos ipsos.
2. Moriamur.
3. Verò fratrem Ioseph non misit Iacob cum fratribus suis. Dixit enim: Ne forte veniat illi exitum.
4. In medio simul venientibus.
5. Accedensque frater Ioseph incurauerit se coram eo facie tenus in terram. Videns autem Ioseph fratres suos, agnouit eos, & alienis se reddidit eis, loquebaturque cum eis dure, & dixit ad eos.
6. Ita nunc Iudaei Christi fratrem cognouerunt illi. Si enim cum cognouissent, nunquam dominum gloriae crucifixissent. Prosper.
7. Somnauerat de eis.
8. Veraces, seu recti, vel fideles.
9. Si serui tui exploratores.
10. Benjamin ille iunior: ipse est Paulus ex Saulo ex tribu Benjamin, qui se asserit minimum apostolorum: Simeon verò ligatus, ipse est Petrus trina negatione ligatus, vel cui data est potestas ligandi & soluendi. Prosper.
11. Viuat Pharaon si hinc exierit.
12. Hoc iuramentum impletum est, quando non omnes inde egressi sunt, donec veniret Benjamin.
13. huc.

10. Viuat Pharaon.

11. In domo custodiae vestrae.
12. Contra famem.
13. Prohibent sermones vestri.
14. Profecto scelerati sumus nos propter fratrem nostrum.
15. Cum tredecim annis praeterissent, puniri meruerunt, & de vita timentes, peccati recordati sunt, quod non sentiebant quando peccabant.
16. Chrysofostomus.
17. Cum interpret inter eos esset.

c quod

† Psal. 80.

Ioseph. 7. 5.
An. ante christi
sum. 1734.
Anni mundi.
2228.

† Inf. 46. 6.

Ios. 2. 5.

† A. G. 7. 2.

† 22. q. 1. c.
Monet. 3.
Sed obliuiscitur.

† Infra. 43. a.

quòd per interpretem loqueretur ad eos.] Auertitq; se parumper, & fleuit. & reuersus locutus est ad eos. ¹⁶ Tollésq; Simeon, & ligans, illis presentibus, iussit ministris vt implerét saccos eorum tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, ¹⁷ datis supra cibariis in via.] Qui fecerunt ita. At illi portantes fruméta in asinis suis profecti sunt. Apertóque vnus sacco, vt daret¹⁸ iumento] pabulū in diuerforio, contēplatus pecuniā in ore sacculi, dixit fratribus suis: Reddita est mihi pecunia. En habetur in sacco. Et ¹⁸ obstupefacti turbatq; mutuo, dixerūt:] Quídnā est hoc quod fecit nobis deus? ¹⁹ Veneruntq; ad Iacob patrē suum in terra Chanaan, & narrauerunt ei omnia quæ accidissent sibi, dicentes: Locutus est nobis dominus terræ durē: & ¹⁹ putauit nos exploratores esse prouinciæ. Cui respōdimus: ²⁰ Pacifici sumus, nec vllas molimur insidias. Duodecim fratres vno patre geniti sumus, vnus non est super, minimus cum patre nostro est* in terra Chanaan. Qui ait nobis: Sic probabo quòd pacifici sitis. Fratrem vestrū vnū dimitte apud me, & cibaria domib; vestris — necessaria] sumite, & abite. ²¹ Fratremq; vestrū minimū adducite ad me, vt sciam quòd non sitis exploratores, * & ²¹ istum qui tenetur in vinculis recipere possitis, ac deinceps quæ vultis emēdi habeatis licentiā.] His dictis cū fruméta effunderēt: singuli repperūt in ore saccorū ligatas pecunias, ²² exterritūque simul omnibus, dixit pater Iacob:] Absque liberis me esse fecistis. Ioseph nō est super: ²³ Simeon tenetur in vinculis, & Bēiamin auferetis? In me hæc omnia mala reciderūt. Cui respondit Ruben: Duos filios meos interfice, si nō reduxero illū tibi. Trade illum in manu mea, & ego eum tibi restituā. At ille, non descēdet, inquit, filius meus vobiscū. Frater eius mortuus est: & ipse solus remansit. Si ²⁴ quid ei aduerfitatis] acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad ²⁵ inferos.

Fratres Ioseph Benjamin secum ducentes in Ægyptum redeunt cum muneribus dupliciq; pecunia, qui simul cum Ioseph Simeone edueto de carcere epulantur. X L I I I.

Interim fames omnem terrā vehementer premebat, consumptisque cibis quos ^A [†]1062.5. ex Ægypto detulerant, dixit Iacob ad filios suos: Reuertimini, & emite nobis pauillum escharum. Respōdit Iudas: Denunciauit nobis vir ille sub attestatiōe iurifurandi, dicens: Non videbitis faciē meam, nisi fratrem vestrum minimū adduxeritis vobiscū. Si ergo vis eum mittere vobiscū, pergemus pariter, & ememus tibi necessaria: si autē non vis, nō ibimus. Vir enim, & vt saepe diximus,] denunciauit nobis, dicens: [†] Nō videbitis faciē meā absq; fratre vestro minimo.] Dixit eis Israel: [†] In meā hoc fecistis miseriam,] vt indicaretis ei & alium habere vos fratrem. At illi respōderunt: [†] Interrogauit nos homo per ordinē, nostram progeniem, si pater viueret, si haberemus fratrem. Et nos respōdimus ei cōsequenter, iuxta id quod fuerat sciscitatus. Nunquid scire poteramus, quòd dicturus esset: adducite fratrem vestrū vobiscū? Iudas quoq; dixit patri suo: Mitte puerum meū, vt proficiscamur, & possimus viuere: ne moriamur nos * & paruuli nostri. [†] Ego suscipio puerū,] de manu mea require illū. [†] Nisi reduxero, [†] & reddidero eum tibi,] ero peccati reus in te omni tēpore: Si nō intercessisset dilatio, iam vice altera venissemus. [†] Igitur Israel pater eorū dixit ad eos. Si sic necesse est, facite quod vultis. Sumite de optimis terræ frugibus] in vasis vestris, & deferte viro munera: modicū resinæ & mellis, & storacis, stactes, [†] & terebinthi, & amygdalarū.] Pecuniamq; duplicē ferre vobiscū, & illam quā inuenistis in sacculis reportate, ne fortē errore factū sit. Sed & fratrem vestrū tollite, * & ite ad virum. [†] Deus autē meus omnipotens[†] faciat vobis eum placabilem] & remittat vobiscū fratrem vestrum, quē tenet in vinculis, & hunc Benjamin. Ego autē quasi orbatus, absque liberis ero. [†] Tulerunt ergo viri munera, & pecuniā duplicē, & Benjamin descendēruntq; in Ægyptū, & steterūt eorā Ioseph. Quos cū melle vidisset, & Benjamin simul, præcepit dispensatori domus sue, dicens: Introduc viros domū & occide victimas, & instrue conuiuium: quoniā hodie mecū sunt comesturi meridie. Fecit ille quod sibi fuerat imperatū, & introduxit viros domū. [†] Ibiq; exterriti, dixerūt mutuo:] Propter pecuniā quā reperimus prius in sacculis nostris, introducti sumus: vt[†] deuoluat in nos calūniā,] & violenter subiiciat seruituti, & nos & animos nostros.

Quamobrem

e. Simeonem autem ligatum tribus vinculis negationis, quem timor ligauit, & amor soluit postemus accipere. Petrum. Propter de promissionibus.
16. Et darent eis viaticū pro itinere.
17. Afino.
18. Euanuit cor illorum, obstupefacti que sunt inuicē dicentes.

19. Incāteatuit nos quā exploratores terræ.
20. Redi sumus, & non exploratores.
21. Nunc, vel hodie.
22. Vir ille, qui est dominus terræ.

23. Sed veraces.
24. Dabo vobis fratrem vestrum, & terram istam negociando ambulare.
25. Et vidētes fasciculos pecuniarum suarum, tam ipsi quā pater illorū, exterriti sunt. Dixitque ad eos Iacob, pater eorum.
26. Nec Simeon adest.

24. Morti illi.
25. Sepulchrum vel limbum patrum (quod Abraham suum vocauit in inferno) ad quem iusti descendebant.

a. Vile hic dilectē quo modo famis necessitas patris amorem vicerit. Videns enim quòd nō aliunde famis consolationem habere possit, & fames in dies magis ac magis increfceret. Chryl. homi. 54. in Gene.

1. Vobiscum.
2. Quare tam malē mecum egistis?
b. Iuxta Græcā & Hebræicā exemplaria legitur: interrogasti: interrogasti nos homo. Absidua est locutio in scripturis. August. in Gene.

* Et tu.
† Ego fide libeo pro puero.
† Eum ad te, & collocaturo ante conspectum tuum.

5. Laudabilioribus terræ.

6. Noces & amygdala.

* Surgite.
7. Det vobis miserationes eorā viro illo.
c. Vidē quomodo preces patris omnia eis prospera faciūt & sicut illi apprecatus est cū dicit. Deus patris mei gratiā vobis det ita omnia facta sunt Chrysolto. ibidem.

8. Timuerit autem viri cum in domum Ioseph introducti essent, dicebantque.
9. Citeueniat nos, atque iterat in nos.

† Inf. 43. g.

† 1062. 5.

† Sup. 42. d.

† Inf. 4. c.

Inf. 4. g.

E Quamobrem in ipsis foribus accedentes ad dispensatorem locuti sunt. **Oramus domine,** vt audias nos: **Iam ante descendimus, vt emeremus escas, quibus emptis, cum venissemus ad diuersorium, aperuimus saccos nostros, & inuenimus pecunia in ore saccorum,] qua nunc eode potere reportauimus. Sed & aliud attulimus argenti, vt emamus quae nobis necessaria sunt. Non est in nostra conscientia, quis posuerit ea in marsupijs] nostris. At ille respondit: Pax vobiscum, nolite timere. Deus vester, & deus patris vestri dedit vobis thesauros in saccis vestris. Nam ¹² pecunia quam dedistis mihi, probata ego habeo.] Eduxitque ad eos Simeon. Et introducis domum attulit aquam, & lauerunt pedes suos, & deditque pabulum asinis eorum. **Illi vero parabant munera, donec ingrederetur Ioseph meridiem. Audierant enim quod ibi comesturi essent panem. Igitur ingressus est Ioseph domum suam, obtuleruntque ei munera tenentes in manibus suis: ¹³ & adorauerunt proni in terra. At ille clementer salutatis eis,] interrogauit eos, ¹⁴ dicens: Sanusne est pater vester senex, de quo dixeratis mihi: Adhuc viuut? Qui responderunt: Sospes est seruus tuus pater noster. Adhuc viuut. ¹⁵ Et incuruati adorauerunt eum. Attollens autem Ioseph oculos, vidit Benjamin fratrem suum vtriuersum, & ait: Iste est frater vester paruulus, de quo dixeratis mihi: Et rursum: Deus, inquit, misereatur tui filii mei. ¹⁶ Festinauitque in domum, quia commota fuerant viscera eius super fratre suo, & ¹⁷ erupiebant lacrymae, & introiens cubiculum, fleuit.] Rursumque lota facie egressus, continuit se, & ait: Ponite panes. Quibus appositis, seorsum Ioseph, & seorsum fratribus, Aegyptiis quoque, qui vescebatur simul, seorsum (illicitum est enim Aegyptiis comedere cum Hebraeis: & ¹⁸ prophetae putant huiusmodi conuiuium)] sederunt coram eo, primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta aetatem suam. Et mirabantur nimis, ¹⁹ sumptis partibus, quas ab eo acceperant. Maiorque pars venit Benjamin, ita vt quinque partibus excederet.] Biberuntque & ²⁰ inebriati sunt cum eo.****

Ioseph abscondit & deprehensio scypho suo in sacco Benjamin, furti fratres arguit, quos Iudas excusans sese obsidem liberè offert.

X L IIII.

Ios. 2. 6. **A** Ræcepit autem Ioseph dispensatori domus suae, dicens: Imple saccos eorum frumento,] quantum possunt capere, & pone pecuniam singulorum in summitate sacci. Scyphum autem meum argenteum, & precium quod dedit tritici, pone in ore sacci iunioris. ² Factumque est ita.] Et orto mane, dimissi sunt cum asinis suis. Iamque urbem exierant, & processerant paululum. Tunc Ioseph accessit dispensatore domus, ait: Surge, inquit, & persequere viros, & apprehensis, dicito: Quare reddidistis malum pro bono? Scyphus quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, & in quo ³ augurari solet. ⁴ Pessimam rem fecistis. ⁵ Fecit ille vt iusserat,] & apprehensis per ordinem locutus est. Qui responderunt: Quare sic loquitur dominus noster, ⁶ vt serui tui tantum flagitij commiserint?] Pecunia quam inuenimus in summitate saccorum, reportauimus ad te de terra Chanaan: Et quo modo consequens est, vt furati simus de domo domini tui aurum vel argentum? Apud quemcumque fuerit inuentum seruorum tuorum quod quaeris moriatur: & nos erimus serui domini nostri. Qui dixit eis: Fiat iuxta vestram sententiam. ⁷ Apud quemcumque fuerit inuentum, ipse sit seruus meus, vos autem eritis innoxij. ⁸ Itaque festinato deponetes in terram saccos, aperuerunt singuli. Quos scrutatus, incipiens a maiore vsque ad minimum, inuenit scyphum in sacco Benjamin. At illi scissis vestibus, oneratisque rursum asinis, reuersi sunt in oppidum: primusque Iudas cum fratribus ingressus est ad Ioseph. (Necdum enim de loco abierat.) Omnesque ante eum pariter in terram corruerunt. Quibus ille ait: ⁹ Cur sic agere voluistis? ¹⁰ An ignoratis quod non sit similis meis in augurandi scientia? Cui Iudas: Quid respondemus, inquit, domino meo? vel quid loquemur? aut ¹¹ iuste poterimus obtinere? Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum. ¹² En omnes serui sumus domini mei, & nos, & apud quem inuentus est scyphus. Respondit Ioseph: Absit a me, vt sic agam. Qui furatus est scyphum, ipse sit seruus meus, vos autem abite liberi ad patrem vestrum. Accedens autem propius Iudas ¹³ confidenter ait: Oro domine audi me, vt loquatur seruus tuus verbum in auribus tuis, & ne irascaris famulo tuo. ¹⁴ Tu es enim post Pharaonem dominus meus.] Interrogasti prius seruos tuos: ¹⁵ habetis patrem aut fratrem? & nos respondimus tibi domino meo: ¹⁶ Est nobis pater senex, &

c ii puer

d. Vide quomodo etiam res corundem mentes fecerit ad misericordiam promptiores, & ut manifestiores Chryso. ibid.

10. Ecce cuiusque pecunia fuit in ore sacci sui: pecunia inquit nostra iuxta potestatem suam, factis.

12. Pecunia vestra venit ad me.

e. Vide quomodo precibus patris omnia eis prospera faciunt, cum diceret: Deus autem meus omnipotens faciat eunti vobis placibilem. Chryso. homil. 66.

13. Procciderunt eorum illo.

x. de pace.

f. Queritur quomodo scriptum sit. Dominus deum adorabis, & illi soli seruius, cum Abraham adorauerit populum quemdam gentium, & fratres Ioseph eundem. Sed animaduertendum est in eodem praecipio non dicitur. Dominus deus tuus solum adorabis, sicut dicitur est: & illi soli seruius, quia vnica est dei seruitus, quae dicitur latra, multiplex autem est adlatio. August. super Gene.

14. Quarens locum vt staret intrauit cubiculum, ibique fleuit.

15. Abominabile & exosum ipsis Aegyptiis.

x. Viri illi vnusquisque eum proximo suo.

16. Et misit porciones a facie sua ad illos, autem est portio Benjamin pro omnium aliorum portionibus in quibusque paribus.

g. Solent hinc ebriosi adhibere refectum parosimum, non propter illos filios Israel, sed propter Ioseph, qui valde sapienter commendatur. Sed hoc verbum pro serietate solere poni in scripturis qui diligenter aduertit inuenit. Vnde illud: Vististi terram & inebriasti eam. Aug. super Genesim.

1. Esca vel alimentum, quantum ferre possunt.

2. Fecitque ille iuxta verbum Ioseph, quod locutus fuerat.

a. De hoc augurio quod mandauit Ioseph per hominem suum fratribus dicens, quare solet quid sibi velit, an quia non scio sed ioco dicitur est, vt exitus deus non est habendum mendacium. Mendacia enim a mendacibus seris aguntur ioco. Cum autem quae non sunt tanquam ioco dicuntur, non deponantur mendacia. Aug. in quest. super Gen.

3. Absit a seruis tuis, vt faciant quicquam tale.

b. Innoxios offerunt facile se ipsos ad maiores penas si serui inueniantur: Caietanum ibidem.

c. Per ordinem singulorum prius inspicuntur sacculi. Doceat moralitatem scriptura diuina. Per ordinem & ante disceuerunt in conuiuiis. Vides quod seniori locus illi sit deditur per ordinem. Amb. de Ioseph patriarcha.

4. Quod est opus quod fecistis:

5. Quo modo iustificabimur nos?

6. Ascendite in pace.

7. Quia ita tu, sicut & Ph.

120.

† Sup. 42. b.

† Sup. 29. a.

† Sup. 42. c.

† Sup. 42. c.

Ios. 2. 6.

† 22. q. 2. c.

Quod ait.

8. Senectutis paruus.
 d. Cogita hic quomodo se habuerit Ioseph hæc audiens.
 9. Relictus est solus ipse ex matre.
 Quare autem & hic mentitur sic dicit: frater eius mortuus est quânis cum negotiatoribus viderant: verū quia sic patri persuaserant quasi occisus esset & à bellis deuoratus. Chrysolsto.

10. Alimentis.

11. Possimus.

12. Et dixit seruus tuus pater meus nobis.
 13. A me, & dixi: Cereū lacerando laceratus est, & non vidi eum usque in præfens.

14. In malo ad sepulchrum.

15. Ligata sit anima illius.

16. Sepulchrum.

* Ad te.

17. Nisi forte velim videre malum, quod inueniet patrem meum.

puer⁸ paruulus qui in senectute illius natus est,] cuius⁴ vterinus] frater est mortu⁹, & ipsum solū habet mater] sua, pater verò tenerè diligit eū. Dixistiq; seruis tuis: Adducite eum ad me, & ponā oculos meos super illum. Suggestimus tibi domino meo, nō potest puer relinquere patrē suum. Si enim illum dimiserit, morietur. Et dixisti seruis tuis, nisi venerit frater vester minimus vobiscū, nō videbitis amplius faciē meā. Cum ergo ascendissemus ad famulū tuum patrē nostrum, narrauimus ei omnia quæ locutus est dominus meus. Et dixit pater noster: Reuertimini, & emite nobis parū¹⁰ tritici.] Cui diximus: Nō possumus ire. Si frater noster minimus descēderit nobiscū, proficiscemur simul alioquin illo absente nō¹¹ audemus] videre faciē viri. ¹² At ille respondit:] Vos scitis quod duos genuerit mihi vxor mea: ¹³ Egressus est vnus, & ¹³ dixistis: bestia deuorauit eū, & hucusq; nō cōparet.] Si tuleritis & istū, & aliquid ei in via cōtigerit, deducetis canos meos¹⁴ cū mœrore ad inferos.] ¹⁵ Igitur si intrauero ad seruum tuum patrē nostrum, & puer defuerit, (cū anima illius¹⁵ ex huius anima depēdeat)] videritq; eū nō esse nobiscū, morietur: & deducet famuli tui canos eius cū dolore ad¹⁶ inferos.] Ego propriè seruus tuus sim, qui in meā hunc recepi fidē, & spōndi, dicens: ¹⁷ Nisi reduxero eum, * peccati reus ero in patrē meum omni tempore. Manebo itaque seruus tuus pro puero in ministerio domini mei, & puer ascendat cū fratribus suis. Nō enim possum redire ad patrē absente puero, ¹⁷ ne calamitatis quæ oppressura est patrem meum, testis assistam.]

Ioseph tandē se fratribus manifestans omnes osculatur: vnde Pharao totāque domus eius exultans ad quærendū patrem in Chanaan cum muneribus & plaustris multis fratres remittit. XLV.

1. Coram omnibus qui iuxta illum stabant.
 2. Clamauit: educite viros illos à me, & non mansit vir vnus cum eo, dum se cognoscēdum præberet Ioseph fratribus suis.
 3. Audiuitque & quæso.

4. Mœrore affici, neque indigentur oculi vestri.

5. Agricultura futura est, nec metis.
 6. Ponerem vobis reliquias in terra, & ve viciam vestram feruorem in magnam saluatiōnem.

7. Sic dicit.

8. Gosen & infra.

9. In inopiam venias, tu.

10. Nunc enim non per interpretem sicut prius loquebatur ad illos, sed Hebraicè.

11. Sed & Benjamin fleuit.

12. Placuit in oculis Pharaonis, & in oculis seruorum eius.

13. Pinguedinem.

14. Pro paruulis vestris, & vxoribus vestris.

15. Vestes mutatorias.
 16. Et quinque mutatorias vestes: patris autem suo misit in hunc modum.

Non se poterat vltra cohibere Ioseph multis corā astantibus:] vnde² præcepit vt **A**egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutua.] Eleuauitque vocē cum fletu: quā audierūt Ægyptij, ³ omnisque] domus Pharaonis, & dixit fratribus suis: ⁴ Ego sum Ioseph. Adhuc pater me⁹ viuit: Nō poterāt respōdere fratres, nimio terrore perterriti. Ad quos ille clementer: accedite, ⁵ inquit, ad me. Et cum accessissent propē, ego sum, ait Ioseph, frater vester, quē vendidistis in Ægyptum: ⁶ Nō⁶ lite⁴ pauere, neque vobis durū esse videatur, quod vëdidistis me in his regionibus. ⁷ Pro salute enim vestra misit me deus ante vos in Ægyptū.] Biennium est enim quod cœpit fames esse in terra, & adhuc quinq; anni restant, quibus nec arari poterit nec meti.] Premisitq; me deus, vt⁶ referuementi super terrā, & escas ad viuēdū habere possitis. ⁸ Nō⁸ vestro consilio, sed dei voluntate huc missus sum, qui fecit me quasi patrē Pharaonis, & dominū vniuersæ domus eius, ac principē in omni terra Ægypti. Festinate, & ascēdite ad patrē meū, & dicetis ei: ⁷ Hæc mandat] filius tuus Ioseph: Deus fecit me dominū vniuersæ terræ Ægypti. Descēde ad me, ne moreris, & habitabis in terra⁸ Gessen.] Erisq; iuxta me, tu & filij tui, & filij filiorum tuorum, oues tuæ, & armēta tua, & vniuersa quæ possides: ibiq; te pascā. ⁹ Adhuc enim quinq; anni residui sunt famis, ne & tu⁹ pereas.] & omnis domus tua, & omnia quæ possides. En oculi vestri & oculi fratris mei Benjamin vident, quod¹⁰ os meum loquatur ad vos. Nunciate patri meo vniuersam gloriam meam, & cuncta quæ vidistis in Ægypto. Festinate & adducite eū ad me. Cūque amplexatus recidisset in collū Benjamin fratris sui, fleuit, ¹⁰ illo quoque similiter flente] super collum eius. Osculatusque est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos. Post quæ ausi sunt loqui ad eū. ¹¹ Auditūq; est & celebri sermone vulgatū in aula Regis: **V**enerūt fratres Ioseph. Et¹¹ gauisus est Pharao, atq; ¹¹ omnis] familia eius.] Dixitque ad Ioseph, vt imperaret fratribus suis, dicēs: **O**nerates iumēta ite in terrā Chanāan, & tollite inde patrē vestrū & cognationē, & venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, vt comedatis¹² medullam] terræ. Præcipe etiā vt tollant plaustra de terra Ægypti, ¹³ ad subuectionē paruulorū suorum ac coniugum.] Et dicit: ¹⁴ Tollite patrē vestrum, & ¹⁴ properate quātocyus veniētes, nec dimittatis quicquā de supellectili vestra, quia omnes opes Ægypti vestræ erunt. Feceruntq; filij Israel, vt eis mandatū fuerat. Quibus dedit Ioseph plaustra, secundū Pharaonis imperium, & cibaria in itinere. Singulis quoq; proferri iussit¹⁴ binas stolas,] Benjamin verò dedit trecentos argēteos, ¹⁵ cū quinque stolis optimis, tan-

† Sup. 23. d.

† Sup. 43. b. Inf. 45. a. c.

† Acto. 7. b. 22. q. 2. cap. Quod autē.

† Infra. 50. e. Sup. 4a. c. 43. b.

nis, tantundem pecunia & vestium mittens patri suo, addēs eis] asinos decē, qui subueherent ex omnibus diuitiis Ægypti, & totidē asinas triticū in itinere, panēque* portantes. Dimisit ergo fratres suos, & proficiscētibus, ait. Ne irascamini in viā. Qui ascēdētes ex Ægypto, venerūt in terrā Chanāā, ad patrē suū Iacob, & nūciauerūt ei, dicētes: Ioseph fili⁹ tu⁹ viuit:] & ipse dominatur in omni terrā Ægypti. Quo audito Iacob, quasi de graui somno euigilans, tamen nō credebat eis: illi econtra referebāt¹⁸ omnē ordinē rei. Cūque vidisset plaustra, & vniuersa quæ miserat, reuixit spiritus eius, & ait: Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuit: vadam. & videbo illum antequam moriar:

Iacob cum filiis & nepotibus in Ægyptum descendens à filio suo Ioseph magno cum honore, letitia, & amplexibus suscipitur.

X L V I.

Rosectūsque Israel cum omnibus quæ habebat, venit¹² ad puteum iuramēti,] & maētatis ibi victimis deo patris sui Isaac, audiuit eum per visionem nocte vocantem se, & dicentem sibi: Iacob, Iacob. Cui respondit: Ecce assum. Ait illi deus: Ego sum fortissimus deus patris tui. Noli timere: sed descēde in Ægyptū, quia in gentem magnā faciā te ibi. Ego descendam tecū illic, & ego inde adducā te—reuertētem.] Ioseph quoque ponet manus suas super oculos tuos. Surrexit Iacob mane² à puteo iuramēti, tuleruntq; eū filij cū paruulis & vxoribus suis in plaustris, quæ miserat Pharaō ad portandū senē, & omnia quæ possederat in terra Chanāan. Venitq;] in Ægyptū cum omni semine suo: filij eius, & nepotes, filiæ & cuncta simul progenies. Hęc sunt autem nomina filiorū Israel, qui ingressi sunt] in Ægyptū, ipse cum liberis suis. † Primogenitus Rubē: Filij Ruben: Henoc, & Phallu, & Hefrom, & Charmi. Filij Simeō: Iamuhel, & Iamin, & Iami.] & Ahod, & Iachin, & Saber,] & Saul filius Chanaanitidis. Filij Leui: Gerson, & Caath, & Merari. Filij Iuda: Her, & Onā & Sela, & Phares, & Zara. Mortui sunt autem Her & Onan in terra Chanāā. Natiq; sunt filij Phares: Efrom, & Amul. Filij Isachar: Thola, & Phua, & Iobab,] & Semron. Filij Zabulō: Sareth: & Chelō, & Iahel. Hi filij Liæ: quos genuit* in Mesopotamia Syria, cū Dina filia suā. Omnes animę filiorū eius & filiarū, triginta tres. Filij Gad: Sephon, & Aggi, & Efebō, & Suni, & Heri, & Arodi, & Areli. Filij Aser: Iemna, & Iesua, & Iesui, & Beria, Sara quoq; soror eorū. Filij Beria: Heber, & Melchiel. Hi filij Zelphæ, quā dedit Labā Liæ filiæ suæ: & hos genuit Iacob, sedecim animas. † Filij Rachel vxoris Iacob: Ioseph, & Bēiamin. † Natiq; sunt Ioseph filij in terra Ægypti, quos genuit ei Affenez filia Phutipharis, sacerdotis Heliopoleos: Manasses, & Ephraim. Filij Bēiamin: Bela, & Bechor, & Asbel, & Gera, & Naaman, & Echi, & Ros, & Mophim, & Ophim, & Ared. Hi filij Rachel, quos genuit Iacob: omnes animæ quatuordecim. Filij Dan: Vlan. Filij Neptalim: Iasiel, & Guni, & Ieser, & Salē. Hi filij Balā, quā dedit Labā Racheli filiæ suę, & hos genuit Iacob: omnes animę, septē. Cūctæq; animæ quæ ingressæ sunt cū Iacob in Ægyptum, & egressæ sunt de femore illius, absque vxoribus filiorū, sexaginta sex. Filij autē Ioseph, qui nati sunt ei in terra Ægypti: animæ duæ. † Omnes animæ domus Iacob: quæ ingressæ sunt in Ægyptū, fuere septuaginta. Misit autem Iacob Iudā ante se, ad Ioseph in Ægyptū, vt nunciaret ei, & ille occurreret in Gessen. † Quo cū peruenisset, iūcto Ioseph curru suo, ascēdit obuiā patri ad eundem locum: vidensq; eum, irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit.] Dixitque pater ad Ioseph: Iā lætus moriar, quia vidi faciem tuā, & superstitē te relinquo. Et ille locutus est ad fratres suos, & ad omnem domum patris sui: Ascendā & nunciabo Pharaoni, dicamq; ei: Fratres mei, & domus patris mei, qui erāt in terra Chanāan, venerunt ad me, & sunt viri pastores ouium, curāque habēt alendorum gregum. Pecora sua & armenta, & omnia quæ habere potuerunt, adduxerunt secum. Cūq; vocauerit vos, & dixerit, quod est opus vestrum: respondebitis, Viri pastores serui tui, ab infantia nostra vsque in præsens, & nos & patres nostri. — Hęc autē dicetis,] vt habitare possitis in terra Gessen, quia detestantur Ægyptij omnes pastores ouium.

Iacob cum filiis ad Pharaonem introducto, terrā Gessen concedit. At famas tantum præmit Ægyptum, vt venditis pecoribus terram quoque vendere coacti sint: vnde quinta pars fructuum regibus perpetuo cedat.

X L V I I.

c ij Ingressus

*Et cibum pro patre suo.

16. Adhuc Ioseph viuit, quia.
17. Dissolutumque est coetus eius.
18. Cuncta verba Ioseph que loquutus fuerat ad illos.

1. a. Berabeē (in quo Abraham cum Abimelech, & idem Abimelech cum Isaac iurauerunt pactum).

b. Pater ex hoc quia Iacob in Ægyptum descendere timebat, alioquin frustra diceret ei deus: noli timere. Et forte idcirco timebat, quia difficilem fore reditum non ignorabat. Rupertus ibid.
2. De Berabeē.

3. Tollentes pecora sua, & substantiam suam quam acquisierunt in terra Chanaan, venterunt.

4. Filij filiorum eius cō ipsos sed & filie filiorum eius, & omne semen suum duxit secum in Ægyptum.

5. Venientium.

6. Zoher.

7. Iob.

* Ipsi Iacob.

c. Filij Iacob ex Liā sunt 33, præter Her & Onan mortuos in Chanaan. Hebræi autem habent solum 32, quibus continentur Iacob filiam Leui & matrem Moysi natam in Ægypto, & sunt 33.
d. Filij Iacob ex Zelphā cū Sara filia Aser, sunt 16.

e. Filij Iacob ex Rachelē cū Ioseph & filiis eius sunt 14.
f. Filij Iacob ex Balā sunt 7.

g. Præter Dinam & Iosephi cū duobus filiis, quibus additis sunt 70, quibus 70 inter. addit filios filiorum Ioseph, & sunt 75. vt Act. 7.
h. Animæ nouem, 70. inter. in Gessen venerunt que in terram Gessen. Et ligæ, Iosephi ouerum suum.

h. Commendatur in patriarchis quod pecora nutritores erant à puertia sua, & à parentibus suis, quia hæc iusta est seruus, iusta dominatio, cū pecora homini seruiūt, & pecoribus ipse dominatur. Seruū autem hominē homini vel iniquitas vel aduersitas fecit. August. super Genē. i. habent.

Ios. 2.2.

† Acto. 7. b. lra 52. b.

† Exo. 1. a. & Num. 26. a. 1. Para. 5. a. 6. 7. 8. 9.

† Sup. 4. b. g.

† Deut. 10. d. Exod. 1. a.

A Ios. 2. 7. An. ante chili- stum. 1725. Anni mundi 2237.

* Duxit secum, & illos.

* Dixeruntque ad Pharaonem. 1. Sed est fames grauis, vel intolerabilis. 2. Habitate. 3. Parcem tuam & fratres tuos. 4. Robustos. 5. a. Et benedixit Iacob Pharaoni (scilicet ad benedictione Iudis & imprecationis. b. Et ita Ioseph erat. 39. an. in secundo anno famis. 6. Pauci quidem, sed mali fuerunt dies annorum vitæ meæ.

* annorum vitæ. 7. Benedixit Iacob Pharaonem, egressus est à conspectu Pharaonis. 8. Panibus iuxta normam puerorum vestris patulos. 9. Vnde et terra Aegypti quæ terra Chanana affligebatur propter famem. Ioseph vero collegit omnem pecuniam, quæ inueniebatur per terram Aegypti, & per terram Chanana. 10. Consumpta autem est pecunia de terra Aegypti, arque de terra Chanana. 11. Defecit pecunia.

* pane. 12. Omnibus pecoribus suis. 13. Transiitque verò illo anno. 14. Residuum est coram domino meo, nisi cibipora nostra, & terra nostra. 15. Tam nos quæ agri nostri Posside nos & terra nostram pro panibus vestris, & nos & terra nostra seruimus Pharaoni: tantum da semel. ut viuamus & non moriamur, & nos. 16. Quia constitutum habuerunt sacerdotes à Pharaone, comedantque constitutum suum quod tribuerat illis Pharao. 17. Acquisiui vos hodie, atque terram vestram Pharaoni. En panis & semen, seminare terram. Erit autem in reditu- bus eius. 18. Pro semine agri atque vt vos comedatis, & qui sunt in domibus vestris: sed & vt paruuli vestri habent quod comedant. 19. Tu viuificasti nos, Inueniamus gratiam in oculis domini nostri, & 20. Posuit autem hoc Ioseph in decretum vsque in hunc diem super terram Aegypti, vt quinta pars esset Pharaonis, nisi quod terra sacerdotum, & solentilla, non est facta Pharaonis. 21. Et manserunt in ea, creuerunt & multiplicati sunt valde. 22. Iacob in terra Aegypti. * Gratiâ. 23. Gratiâ. 24. Iuxta verbum tuum. 25. Versus caput lectuli, vel ad caput lectuli.

26. Quia constitutum habuerunt sacerdotes à Pharaone, comedantque constitutum suum quod tribuerat illis Pharao. 27. Acquisiui vos hodie, atque terram vestram Pharaoni. En panis & semen, seminare terram. Erit autem in reditu- bus eius. 28. Pro semine agri atque vt vos comedatis, & qui sunt in domibus vestris: sed & vt paruuli vestri habent quod comedant. 29. Tu viuificasti nos, Inueniamus gratiam in oculis domini nostri, & 30. Posuit autem hoc Ioseph in decretum vsque in hunc diem super terram Aegypti, vt quinta pars esset Pharaonis, nisi quod terra sacerdotum, & solentilla, non est facta Pharaonis. 31. Et manserunt in ea, creuerunt & multiplicati sunt valde. 32. Iacob in terra Aegypti. * Gratiâ. 33. Gratiâ. 34. Iuxta verbum tuum. 35. Versus caput lectuli, vel ad caput lectuli.

z. Et tulit duos filios suos scilicet Manasse & Ephraim. 2. Ipsi Iacob. 3. Dixit Iacob ad Ioseph.

Ingressus ergo Ioseph, nunciavit Pharaoni, dicens: Pater meus & fratres, oues eorum & armeta, & cuncta quæ possident venerunt de terra Chananaan, & ecce consistunt in terra Gessen. Extremos quoque fratrum suorum quinque viros, constituit coram rege. Quos ille interrogauit: Quid habetis operis? Responderunt, pastores ouium sumus serui tui, & nos & patres nostri, Ad peregrinandum in terram tuam venimus, quonia non est herba gregibus feruorum tuorum, ingrauescente fame in terra Chananaan. Petimusque vt esse nos iubeas seruos tuos in terra Gessen. Dixit itaque Rex ad Ioseph: Pater tuus & fratres tui venerunt ad te. Terra Aegypti in conspectu tuo est, in optimo loco fac eos habitare, & trade eis in terram Gessen. Quod si nostri in eis esse viros industrios, constitui illos magistros pecorum meorum. Post hæc introduxit Ioseph patrem suum ad Regem, & statuit eum coram eo. Qui benedicens illi, & interrogatus ab eo, quot sunt dies annorum vitæ tuæ? respondit. Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum sunt, parui & mali: & non peruenit usque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt. Et benedicto Rege egressus est foras. Ioseph verò patri & fratribus suis dedit possessionem in Aegyptio, in optimo terræ solo Ramesses, vt præceperat Pharaon: & alebat eos, omnemque domum patris sui, præbens cibaria in singulis. In toto enim orbe panis deerat, & oppresserat fames terram, maximè Aegypti, & Chananaan. E quibus omnem pecuniam congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in ærarium Regis. Cumque defecisset emptoribus precium, venit cuncta Aegyptus ad Ioseph, dicens: Da nobis panes: Quare morimur coram te, deficiente pecunia? Quibus ille respondit: Adducite pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos, si precium non habetis. Quæ cum adduxissent, dedit eis alimenta pro equis, & ouibus, & bobus, & asinis: sustentauitque eos illo anno pro commutatione pecorum. Venerunt quoque anno secundo, & dixerunt ei: Non celamus dominum nostro quod deficiente pecunia, pecora simul defecerunt, nec clara te est, quod absque corporibus & terra, nihil habemus. Cur ergo moriemur te videntes? Et nos & terra nostra tui erunt. Eme nos in seruitutem Regiæ, & præbe semina, ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinem. Emit igitur Ioseph omnem terram Aegypti, vendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis. Subiecitque eam Pharaoni, & cunctos populos eius, à nouissimis terminis Aegypti vsque ad extremos fines eius, præter terram sacerdotum, quæ à Rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur: & idcirco non sunt copulsi vendere possessiones suas. Dixit ergo Ioseph ad populos: En vt cernitis, & vos & terram vestram Pharaon possidet. Accipite semina, & serite agros, vt fruges habere possitis. Quintam partem Regi dabitis, quatuor reliquas permitto vobis in sementem, & in cibum familiis & liberis vestris. Qui responderunt: Salus nostra in manu tua est. Respiciat nos tantum dominus noster, & læti seruiemus Regi. Ex eo tempore vsque in presentem diem in vniuersa terra Aegypti, Regibus quinta pars soluitur, & factus est quasi in legem, absque terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. Habitauit ergo Israel in Aegypto, id est in terra Gessen, & possedit eam: auctusque est & multiplicatus nimis, & vixit in ea decem & septem annis. Factique sunt omnes dies vitæ illius centum quadraginta septem annorum. Cumque appropinquare cerneret diem mortis sue: vocauit filium suum Ioseph, & dixit ad eum: Si inueni gratiam in conspectu tuo, pone manum tuam sub femore meo, & facies mihi misericordiam & veritatem: vt non sepelias me in Aegypto: sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condasque me in sepulchro maiorum meorum. Cui respondit Ioseph: Ego faciam quod iussisti. Et ille: iura ergo, inquit, mihi. Quo iurante, adorauit Israel dominum, conuersus ad lectuli caput. Iacob egrotans Ioseph cum filiis suis visitat, benedictionem illis à patre impetraturus, quibus Iacob benedicens minorem maiori prætulit, ac Ioseph ultra fratres suos vna parte donat. XLVIII.

† 11. q. 8. c. i. Tributum. De munitione ecclesiæ. Non minus.

† Sup. 24. a.

† Sup. 25. d.

A Ios. 2. 8.

† Sup. 28. a.

Is ita transactis nunciatum est Ioseph, quod egrotaret pater suus. Qui assumptis duobus filiis Manasse & Ephraim, ire perrexit. Dictumque est seni: Ecce filius tuus Ioseph venit ad te. Qui confortatus sedit in lectulo. Et ingressus ad se Ioseph, ait: Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ est in terra Chananaan, benedixitque mihi, & ait: Ego te augebo, & multiplicabo, & faciam te in turbas populorum. Daboque tibi terram

terrā hanc & semini tuo post te in possessionē sempiternā. † Duo ergo filij tui qui nati sunt tibi in terra Ægypti, antequā huc venirē ad te, † mei erunt, † Ephraim & Manasse: sicut Simeō & Rubē reputabūtur mihi. Reliquos autē quos † genueris] post eos, tui erūt, & nomine fratru suoru vocabūtur in possessionibus suis. † Mihi enim quādo veniebā de Mesopotamia, † mortua est Rachel in terra Chanāan, in ipso itinere. † Eratq; verum tēpus.] Et ingrediebar Ephrathā, & sepeliui eam iuxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appellatur Bethlāhē. Vidēs autē filios eius, dixit ad eū: Qui sunt isti? Respōdit: Filij mei sunt, quos donauit mihi dominus in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, vt benedicā illis, Oculi enim Israel † caligabāt] præ nimia senectute, & clarē videre nō poterat. Applicito † ad se deosculatus & circūplexus eos, dixit ad filiū suum: † Nō sum fraudatus aspectu tuo:] in super ostēdit mihi deus semen tuū. Cumq; tulisset eos Ioseph de gremio patris, adorauit pron⁹ in terrā, & posuit † Ephraim ad dexterā suā, id est, ad sinistrā Israel: † Manassen verō in sinistra sua, ad dexterā scilicet patris, applicuitq; ambos ad eū. † Qui extēdens manū dexterā, posuit super caput Ephraim minoris fratris, sinistram autē super caput Manasse, † qui maior natu erat, cōmutās man⁹.] † Benedixitq; Iacob † filios Ioseph, & ait: Deus in cuius cōspectu ambulauerūt patres mei Abraham, & Isaac, deus qui pacit me ab adolescētia meā vsque in presentē diē, † angelus qui eruit me de cūctis malis, benedicat pueris istis, & inuocetur † super eos nomen meū, nomina quoque patrum meorū, Abraham & Isaac, & crescāt in multitudinē super terrā. Vidēs autē Ioseph, q; posuisset pater suus dexterā manū super caput Ephraim, grauius accepit. † Et apprehēsam manū patris, leuare conatus est de capite Ephraim: & trāsferre super caput Manasse. Dixitq; ad patrē: Nō ita cōuenit pater, quia hic est primogenitus. Pone dexterā tuā super caput eius. Qui renuens, ait: Scio, fili mi, scio. Et iste quippe erit in populos, & multiplicabitur: sed frater eius minor † maior erit illo,] & semē illius crescet in gētes. Benedixitq; eis in tēpore illo, dicēs: In te † benedicetur Israel, atq; dicitur:] Faciat tibi de⁹ filius Ephraim & sicut Manasse. Cōstituitq; Ephraim ante Manassen. Et ait † ad Ioseph filiū suum: Ego morior, & erit deus vobiscū, & reducet vos ad terrā patrū vestrorū. † Do tibi † partem vnā extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.

Iacob filiis suis benedicens defectus eorum arguit, illisque futura pradicat: sepulchra autem electa, in pace quieuit.

X L I X.

Ocauit autem Iacob filios suos, & ait eis: † Congregamini, † vt annuncietm, quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis. Cōgregamini, & audite filij Iacob, audite Israel patrem vestrum. † Ruben primogenitus meus. Tu fortitudo mea, & principium doloris mei. Prior in donis, maior in imperio. † Effusus] es sicut aqua. Non crescas, quia † ascēdisti cubile patris tui, & maculasti stratū eius. † Simeō & Leui fratres, vasa † iniquitatis bellantia.] In consiliū eorū nō veniat anima mea, & † in cōtū illorū nō sit gloria mea: quia † in furore suo occiderūt virū, & in voluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorū, quia † pertinax: & indignatio eorū, quia dura. † Diuidam eos in Iacob, & dispergā eos in Israel. Iuda † te laudabunt] fratres tui. Manus tuæ in ceruicibus inimicorū tuorū, adorabunt te filij patris tui. † Catulus leonis Iuda: † Ad prædā fili mi ascēdisti, † requiescens accubuiisti] vt leo, & quasi leona. Quis suscitabit eum? Non auferetur sceptrū de Iuda, & † dux de femore] eius, donec veniat † qui intēdus est,] & † ipse erit expectatio gentiū.] Ligans ad vineam pullū suū, & ad vitem † o fili mi, alinā suam.] † Lauabit in vino stolam suā, & in sanguine vix pallium suum. Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte cādidiore. Zabulō in littore maris habitabit, & in statione nauium, pertingens vsq; ad Sidōnē. Isachar afitus fortis, accubās inter † terminos.] Vidit requiē quod esset bona, & terrā quod optima, & supposuit humerū suum ad portandū, factusq; est tributis seruiens. † Dan iudicabit populū suū, sicut & alia tribus in Israel: † Fiat † Dan † coluber in via, cerastes in semita, mordēs vngulas equi, vt cadat ascēsor ei⁹ retro. Salutare tuū expectabo domine. Gad, † accinctus preliabitur ante eū, & ipse accingetur retrosum. Aser pinguis panis eius, & præbebit delicias Regib⁹. Neptalim ceru⁹ emissus: & dans eloquia pulchritudinis. † Filius accrescens Ioseph, filius † accrescens & decōrtis

c iij aspectu.]

† Sup. 41. f.
† Ios. 13. b. d.
16. 17. a.
† Sup. 35. e.
32. a.

† Heb. 11. d.
11. di. c. Eccle
sasticarum.
† Sup. 37. d.

† Ios. 4. a.
10. f. 13. a.
16. a. 24. b.

Io. 2. 8.
† Deu. 33. a. b.
† Sup. 35. b.
1. Par. 5. a.

† 24. q. 3. c.
Signitur.
† Sup. 24. d.

† i. Para. 5. a.

a. Succedent mihi in terram promissam, cōstituentque duas familias, vtque ius, sicut ceteri filij mei. Hiero. ibid.
4. Genuit.
5. Eratque Iadij spaciū hinc ad Bethleem hinc iter ad mare ad prandium.

6. Graues erant.
7. Videre faciem tuam non arbitrabar.

8. Ioseph ipsum.
8. Israel verō.

9. Prudenter dirigēs manus suas, sciens quod Manasse esset primogenitus.

b. Vnde nomina sanctorum in hoc adz sunt in benedictionibus & profetibus veterū.
4. a. Vbi Ioseph sepultus est. Hiero. ibid.

10. Crescit magis quā ille. Ex illo enim processit Iosue, & primi reges Iudæ post Salomonem.

11. Benedicere Israel, argue dicit.
† Iacob.

c. In veteri testamēto sancti angelos comites habebant. In nouo autē, omnis Christianus. Græc.

a. In benedictionibus Iacob historia renenda; & allegoria inuestiganda. Historia de diuisione terræ promissionis, quæ diuidenda erat nepotibus eorum, allegoria de Christo & ecclesia in nouissimis temporibus reuelandā. Albinus in questio. super Gene. 1. Roboris mei, excellentia dignitatis, atque excellentia fortitudinis. Leui (Hoc est primogenitū) sacerdotiū tibi debebatur, sed quia peccasti in patrem, illud perdidisti. Hiero.

2. Violentia in habitaculis eorum.
3. Cerui illorū non vinatur.

b. Significat enim quod ex consilio suo non destruxerūt Sichem.

c. Leui inter ceteras tribus dispersus est, & Simeon in familiarium aliorum, videlicet scriptores.

4. Tu es quæm celebrant.
5. A præda.
6. Incurauit, se accubuit.

7. Legislator de medio pedum.
8. a. Silo, Heb. Infans, Chal. Messias, 70. interp. cui regnū illud perenne repositum est.

9. Ad illam aggregatio populi eorum.
10. Filium sine fine.

c. Stola & pallium carnē demōstrant & vini sanguinem, ita & nunc sanguis eius in vino cōsecratur, qui tunc vinum in sanguine figurat. Tertul. lib. 3. aduersus Marcionem.

11. Duas facinas.
f. Hoc impletum aiant in Sēphone.
12. Eric vel fiet, aut futur⁹ est.
g. Hoc intelligitur de Antichristo.
13. Turba deuincet eum, & ipse tandem deuincet. Hoc figurat intelligi de lepra.
14. Vbetatis iuxta Iosue.

15. Taculis confoderunt.
16. Magistru sagittarum.
17. Reborata sunt brachia.

h. 18. Veteri, hoc est virtutis
nutritur & generatur.
19. Vique ad extremitate col-
lium mundi.

20. Ut lupus rapit. Hoc im-
plerum est in Saule, & Paulo.
21. Hæc tribus.
i. Sed queritur cum singulis
benedixerit benedictionibus
propriis cur de sacerdotio
Aaron in tribu Levi, quod in
in illa gente sanctissimum ac
que celeberrimum fuit, nulli
mentionis fecerit. Rupertus
ibidem.

22. Vbi ego sepelivi Liam.
Ejus vero est ager, &
spelunca quæ in eo est, à si-
lis Heth.

aspectu.] Filij discurrerunt super muru, sed exasperauerunt eu, & iurgati sunt,] inuide-
runtq; illi habetes iacula.] Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachio-
ru & manuum illius, per manus potetis Iacob.] Inde pastor egressus est,] lapis Israel.
Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotes benedicet tibi benedictionibus caeli de-
super, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberu & vulua.] Be-
nedictiones patris tui confortatae sunt benedictionibus patru eius, donec veniret desi-
deriu colliu aternoru.] Fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazarae, inter fratres suos.
Beniamin lupus rapax,] mane comedet praedam, & vespere diuidet spolia. Omnes hi
in tribubus] Israel duodecim. Hæc locutus est eis pater suus, benedixitq; singulis bene-
dictionibus propriis, & praecepit eis, dicens: Ego congregor ad populum meum.] Sepel-
lite me cu patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Aethæi cõtra Mam-
bre in terra Chanãan, quã emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in possessione
sepulchri. Ibi sepelierunt eum, & Saram vxore eius: Ibi sepultus est Isaac, cu Rebecca co-
iuge sua.] Ibi & Lia condita iacet.] Finitisq; mandatis quibus filios instruebat, collegit
pedes suos super lectulum, & obiit: appositusque est ad populum suum.

*Ioseph patris exequias curans, corpus eius in Chanaan sepeliendum duxit, iniuriam fratribus sibi
timentibus remittit, suscepta ab eis fide de ossibus suis secum in Chanaan defendis.* L.

1. Et condierunt medici illi
aromatibus Israel. Et imple-
ti sunt super eo quadraginta
dies, sic enim impletur dies
pro his qui condiuntur.

* Dicens: Quæso.
2. Quæri potest quomodo ve-
rum sit cum hæc verba patris
eius quando de sua sepultura
mandauit, non leguntur. Sed
nil sententiam verba referre
debemus sicut in aliis supra
similiter iteratis verbis vel
narrationibus admonuimus.
Voluntati enim enuncianda
& in noticiam referenda: o-
portet verba seruire. Augu.
* Quæso.
2. Ascendens igitur Ioseph ad
sepeliendum patrem suum, a-
scendit in eum.
* Atque domus patris sui.
3. Factique luctum supra pa-
rem suum septem diebus.
* Luctum in zeta Athad.
4. Septenarius autem numerus
propter sabbati sacramentum
precepit quietis indicium est.
* Eucherius.
* Et est ultra Iordanem.

4. Cunctis qui ascenderint
cum eo ad sepeliendum pa-
trem eius, postquam sepeliet
patrem suum.
* Iii.

5. Remitte hæc fratribus tuis
iniquitatem & peccatu eoru,
malum enim retribuunt tibi.
6. Seruorum dei patris tui.

7. Pro deo ego sum.
8. Viri iudicet populum suu.

9. Loquutus est ad eos corru.

* Ioseph ipse.

10. Ego morior; & deus visi-
tando.

11. Mortuus est Ioseph anno
regni sui. 80. annis vero fuit.
110.

Quod cernens Ioseph, ruit super faciem patris, flens, & deosculas eum, praecepitq; a
seruis suis medicis, vt aromatibus condierent patrem. Quibus iussa explentibus,
transierunt quadraginta dies. Ille quippe mos erat cadaueru conditorum.] Fleuitq;
eu Ægyptus septuaginta diebus. Et expleto plactus tempore, locutus est Ioseph ad fami-
liã Pharaonis: Si inueni gratiã in cõspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis, eo
quod pater meus adiurauerit me, dicens: En morior in sepulchro meo, quod fodi mihi
in terra Chanãan, sepelies me. Ascendã igitur, & sepeliã patrẽ meũ, ac reuertar. Dixitq;
ei Pharao: Ascẽde, & sepeli patrẽ tuũ, sicut adiuratus es. Quo ascendẽte, ierũt cu eo Jom-
nes senes domus Pharaonis, cunctiq; maiores natu terre Ægypti: domus Ioseph cu fra-
tribus suis, absq; paruulis, & gregibus atque armẽtis, quẽ dereliquerũt in terra Gessen.
Habuit quoque in comitatu currus, & equites, & facta est turba nõ modica: venerũtq;
ad aream Athad: quã sita est trans Iordanẽ: vbi celebrãtes exequias planctu magno at-
que vehemẽti, impleuerũt septẽ dies.] Quod cu vidissent habitatores terre Chanãan,
dixerunt: Planctus magnus est iste Ægyptiis. Et idcirco vocatũ est nomen loci illius plã-
ctus Ægypti.] Fecerunt ergo filij Iacob, sicut praeceperat eis, & portantes eu in terram
Chanãan, sepelierunt eu in spelunca duplici: quam emerat Abrahã cum agro in pos-
sessione sepulchri: ab Ephron Hethæo cõtra faciẽ Mãbre. Reuersusq; est Ioseph in Ægy-
ptũ cu fratribus suis, & omni comitatu, sepulto patre. Quo mortuo timentes fratres
eius, & mutuo colloquẽtes, ne fortẽ memor sit iniuriã, quam passus est, & reddat nobis
omne malũ quod fecimus, mandauerunt ei, dicẽtes: Pater tuus praecepit nobis antequã
moreretur, vt hæc tibi verbis illius, dicerem: Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratru tuo-
ru, & peccati atque malitiã quã exercuerũt in te.] Nos quoque oramus, vt seruo dei pa-
tri tuo] dimittas iniquitatẽ hanc. Quibus auditis fleuit Ioseph, veneruntq; ad eu fratres
sui, & proni adorantes in terrã, dixerunt, Serui tui sumus. Quibus ille respõdit: Nolite
timere. Num dei possumus resistere volũtati?] Vos cogitastis de me malũ, sed deus ver-
tit illud in bonũ: vt exaltaret me sicut in presentiarũ cernitis, & saluos faceret multos po-
pulos.] Nolite timere: Ego pascã vos, & paruulos vestros. Cõsolatusq; est eos, & blãde
& leniter est locutus:] & habitauit in Ægypto cu omni domo patris sui. Vixitq; cẽtum-
decem annis, & vidit Ephraim filios vsque ad tertiam generationẽ. Filij quoque Ma-
chir filij Manassẽ nati sunt in genibus Ioseph. Quibus trãfactis locutus est fratribus suis:
Post mortem meam deus] visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra istã, ad terram
quam iurauit Abrahã, Isaac, & Iacob. Cumq; adiurasset eos, atque dixisset: deus visita-
bit vos, asportate ossa mea vobiscum de loco isto: mortuus est, expletis cẽtumdecem
vitã suã annis, & conditus aromatibus, repositus est in loculo in Ægypto.

Incipit

† Sup. 47. a.
Infr. 50. d.

† 13. q. 2. c.
Hebrœa.
De sepul. c. r.

An. ante chri
stum. 1708.
Anni mundi
2254.

† 13. q. 1. cap.
Qui alij.

† Sup. 47. g.

† Acto. 7. b.

† Sup. 23. d. 1.
& 48. d.

Sup. 45. b.
† Num. 32. g.
Hebr. 11. d.
† 13. q. 2. He-
bron.
Iosue. 24. g.
Exod. 13. d.
† Ios. 24. g.
An. ante chri
stum. 1659.
An. mundi
qui passim
colligitur ex
oro libro ge-
nesos iuxta
Hebr. & lati-
nos sit 2308.
iuxta ad. 70
interp. 3746.
iuxta Euseb.
v. c. 3545.
Gen. 49. a. b.

Incipit liber Moſeos ſecundus, quem nos EXODVM DICIMVS, QVI ET hoc eſt velleſemoth: & hæc nomina.

Israëlis multiplicationem nouus Pharaon onerum impositione, masculorum cade & subuerſione (niſi obſetricum industria obſtitiffet) impedire ſat agit.

† Gene. 4.6. a. Iof. 2.9.

† Acto. 7. c.

† Deut. 10. d. Gene. 4.6. c. † Acto. 7. c.

Annus ante Chriſti RUDA. 1588. Anni mundi 3774. 1672. 9. † Acto. 7. c.



† Hæc ſunt nomina filiorum Iſrael, qui ingreſſi ſunt in Aegyptum cum Iacob. Singuli cum domibus ſuis introierunt: Ruben, Symeon, Leui, Iudas, Iſaſchar, Zabulon, & Benjamin, Dan, & Neptalim, Gad, & Aſſer. Erant igitur omnes animæ eorum qui egreſſi ſunt de femore Iacob, ſeptuaginta. Ioseph autem in Aegypto erat. Quo mortuo, & vniuerſis fratribus ei, omni que cognatione ſua, filij Iſrael creuerunt, & quaſi germinantes multiplicati ſunt, ac roborati nimis impleuerunt terram. Surrexit interea rex nouus ſuper Aegyptum, qui ignorabat Ioseph. Et ait populum ſuum: Ecce populus filiorum Iſrael multus, & fortior nobis eſt. Venite, ſapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur, & ſi ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis noſtris, expugnatifque nobis, egrediatur de terra: Præpoſuit itaque eis magiſtros operum, vt affligerent eos oneribus. Aedificaueruntque vrbes tabernaculorum Pharaoni, Phitom & Rameſſes. Quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & creſcebant. Oderantque filios Iſrael Aegyptij, & affligebant illudentes & inuidentes eis: atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris lutu & lateris, omni que famulatu, quo in terræ operibus premebantur. Dixit autem Rex Aegyptij obſetricibus Hebræorum, quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua, præcipiens eis: Quando obſetricabitis Hebræas, & 10 partus tempus aduenit: ſi masculus fuerit, interficite eum: ſi foemina, reſeruate. Timuerunt autem obſetrices deum, & non fecerunt iuxta præceptum regis Aegypti, ſed conſeruabant marès. Quibus accerſitis ad ſe Rex ait: Quidnam eſt hoc quod facere voluiſtis, vt pueros ſeruaretis? Quæ reſponderunt: Non ſunt Hebrææ ſicut Aegyptiæ mulieres: Ipſæ enim obſetricandi habent ſcientiam, & priuſquam veniamus ad eas, pariunt. Bene ergo fecit dominus obſetricibus, & creuit populus, confortatusque eſt nimis. Et quia timuerunt obſetrices deum, ædificauit eis domos. Præcepit ergo Pharaon omni populo ſuo, dicens: Quicquid masculini ſexus natum fuerit, in flumen proiicite, quicquid foemini, reſeruate.

Moyſes aquis expoſitus & inde extractus, in aula regia à matre ſua nutritus, propter homicidium in Madian fugit, vbi duxit uxorem.

† Sap. 18. a.

† 22. q. 2. c. Si quilibet.

† Infr. 6. c. Nume. 13. g. † Hebr. 11. c.

† Acto. 7. c. Hebr. 11. d.

† Heb. 11. c. † De cõſecri. diſt. 1. c. 1. † Non infer. da.

† Greſſus eſt post hæc vir de domo Leui, & accepit uxorem ſtirpis ſuæ, quæ concepit & peperit filium: & videns eum elegantem, abſcondit tribus menſibus. Cumque iam celare non poſſet, ſumpſit fiſcellam ſcirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice, poſuitque intus infantulum, & expoſuit eum in carecto ripæ fluminis, ſtante procul ſore eius, & conſiderante euentum rei. Ecce autem deſcendebat filia Pharaonis, vt lauaretur in flumine, & puellæ eius gradiebantur per crepidinem aluei. Quæ cum vidiffet fiſcellam in papyrione, iſmiſit vnã e famulabus ſuis, & allatã aperiens, cernensque in ea paruulum vagientem, miſerta eius, ait: De infantibus Hebræorum eſt hic. Cui ſoror pueri, viſ, inquit, vt vadã, & vocem tibi mulierem Hebræã, quæ nutrire poſſit infantulum? Reſpondit: Vade. Perrexit puella, & vocauit matrem ſuã. Ad quam locuta filia Pharaonis: accipe, ait, puerum iſtũ, & nutri mihi, ego dabo tibi mercedem tuã. Suſcepit mulier, & nutriuit puerum, adultumque tradidit filia Pharaonis. Quæ illa adoptauit in locum filij, vocauitque nomẽ eius Moyſes, dicens: quia de aqua tuli eum. In diebus illis, poſtquam creuerat Moyſes, egreſſus eſt ad fratres ſuos, viditque afflictionem eorum, & virum Aegyptium percutientem quendam de Hebræis fratribus ſuis. Cumque circumſpexiſſet

1. Et hæc ſunt nomina, vnde Heb. dicitur Velleſemoth. a. Vnde etiam ergo filij Iacob qui ingreſſi ſunt cum eo in Aegyptum, ſine magis duodecim (addito videlicet Ioseph) ſignificant apoſtolorum ordinem, quibus ſaluator ipſe ait: Sicut miſi me pater ego miſi vos in mundum. Ili. dorus. b. Iuxta id quod cap. 4.6. ſua prædictum eſt. c. Mortuo Ioseph Hebræorum dura ſeruitus fuit in Aegypto 244. an.

2. Impletaque eſt ab eis terra.

3. Maior.

4. Eia, callidè ngamus in eſt.

5. Et pugnet contra nos, acedatque.

6. Tributa exigentes.

7. Pro opibus reponendis.

8. Et anguſtias pariebantur propter filios Iſrael. Et ſecundum Aegyptij ſeruire filios Iſrael cum tyrannide: Vnde amara facta eſt illis vita eorum in ſeruitute illa dura.

9. Nam omnis ſeruitus illorum quia illis ſeruiebant, tyrannica erat.

10. Videtis in ipſis ſellit que ſit filius.

* In vita.

c. Mendacium obſetricis potest d. impleter conſiderari.

Vnde modo quæſit ad iſta ſit benevolentia in Iudæos & quantum ad reuerentiã diuini timoris. S. Thomas. 2. 2. q. no. ac. 4.

d. Non ergo propter mendacium officioſum, ſed quia timuerunt committere homicidium, illis temporale conſtituitur præmiũ. Amore enim vite præſentis merita ſunt, non intentione mercedis. Grego. lib. 18. Moral. cap. 9.

a. Sed nemo poteſt dei volũtati reſiſtere, etiam ſi infinitas artes in hoc committatur: nam & puer de quo factum eſt ſcriba præfixerat, eluſis regiũ obſeruatoribus eã ſuit educatus, & vatem non ſuiſe vãd euentus rei comprobauit. Iof. ant. lib. 2. cap. 9.

Moyſes à muliere Iudæa natus à matre ſua proiicitur, à Pharaonis filia iuuenitur, coligitur & adoptatur: Sic Chriſtus dominus à ſynagoga, de qua natus eſt, repudiatur, & ab eccleſia iuuenitur atque ſuſcipitur. Auguſt. Ser. 86. de tempo.

1. Medio careoſi.

* Vt tolletur illam.

* Et filia Pharaonis.

2. Pueri.

4. Creuit autem puer, & aduſit illam ad filiam Pharaonis, factusque eſt illi in filiũ. 5. Laborem.

b. Cum percussisset Aegyptiū, quāquā illi deus non precor- peret, in persona tamen prophete diuinius fieri permis- sum est, vt futurum aliquā prae- signaret. August. contra Faustū Manichaeum, 6. Ad reum.
7. Præcedam.
8. Certè non facta est hæc res. c. Moyfes vel molis à verbo Hebræo מוֹשֶׁה מַלְאָךְ. extra- here quia de aquis extractus nomen accepit. In quas ma- ter sua exposuerat pro eius salute. Aug. Stenchi.

9. Adiuuit illas, atque.

10. Rehuat.

11. Et acquirit Moyfes coha- bitare solum: deditque illi Sēphoram filiam suam Moy- si in.
c. Accepit Aethiopiā vxorē. Agnosce fratres hoc non paruum esse mysterium. Aethiopiā illa ex gentibus erat, cum beatus Moyfes eam duxit vxorem: quæ & Christus ex gentibus sibi sociatus erat ecclesiam. August. Ser. 86. de tempo.
12. Ger.
13. Liberavit.

cunspexisset huc atque illuc, & nullū adesse vidisset, percussum Aegyptiū abscondit sa- bulo. Et egressus die altero, conspexit duos Hebræos rixātes, dixitq; ei qui faciebat iniu- riam:] Quare percutis proximum tuum? Qui respondit: Quis constituit te? Principē] & Iudicem super nos? Num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Aegyptium? Timuit Moyfes, & ait: Quo modo palām factum est verbū istud?] Audiuitq; Pharao sermo- nem hunc, & quærebat occidere Moysem. Qui fugiēs de conspectu eius moratus est in terra Madian, & sedit iuxta puteum. Erant autem sacerdoti Madian septē filia, quæ ve- nerant ad hauriendā aquam, & impletis canalibus ad aquare cupiebāt greges patris sui. Superuenere pastores, & eiecerūt eas. Surrexitq; Moyfes, & defensis puellis] adaquavit oues earū. Quæ cum reuertissent ad Iethro] patrem suū, dixit ad eas: Cur velocius ve- nistis solito? Responderunt: Vir Aegyptius liberauit nos de manu pastorum. Insuper & hausit aquam nobiscum, potumq; dedit ouibus. At ille, vbi est, iquit? Quare dimisistis hominem? Vocate eum, vt comedat panem.] Iurauit ergo Moyfes quod habitaret cum eo.] Accepitq; Sēphoram filiā eius] vxorē, quæ peperit, ei filium, quem vocauit Ger- sam, dicens: A duena fui in terra aliena. — Alterum verò peperit, quem vocauit Eliezer, dicens: Deus enim patris mei adiutor meus, & eripuit me de manu Pharaonis.] Post mul- tum verò temporis mortuus est Rex Aegypti. Et ingemiscētes filij Israel propter ope- ra, vociferati sunt. Ascenditq; clamor eorum ad deum ab operibus, & audiuit gemitum eorum, ac recordatus est fœderis quod pepigit cum Abraham, Isaac, & Iacob. Et respe- xit dominus filios Israel, & cognouit] eos.

Heb. 11. c. De peccat. dist. 2. c. Vt cognoue- rit, Oppo- nitur. Ios. 2. 11. An. ante Chri- stum. 1548. Anni mundi 2414.

Infra 18. c. Para. 23. b.

Dominus Moyfi in rubo apprensus, mittit eum ad filios Israel de manu Pharaonis liberandos. III.

a. Est enim in terra Madian iuxta Mosum aduenam cum coniuge & charis liberis quæ draginta annis aluit, est mons Sinajus. Mosi uocatione per Angelum in flammeo rubi incedit, mox & legis diuinæ eodē in monte datæ stupēda reuelatione nobilitatus. Cui iunctus mons Horeb per iugā tantūm distans. Est itaque orientalis Sina, occidentalis verò Horeb: inde vni nomi- nis mons dei appellatur, & legem datā nunc in Sina nōc in Horeb scriptū inuenimus, hic Moser Iethro fœteri o- uer pascēbat dū dux populū eligitur.
a. Sinit.
1. Angelus domini.
b. Quid flamma nisi legem do qua scriptū est, in dextra eius ignea lex: & quid rubus ille nisi Iudaicum populū designauit, peccatorum su- runt spinis obstruit Grego. super Ezech. Rom. 7.
* In igne.
2. Timuit enim aspicere ad deum.
* Qui est.
3. A facie exactorum eius: quo- niā cognouit dolores eius, &.
* Nunc.
c. Prima Moyfi excusatio ex sua imparitate.
4. Coleitis deum.
d. Secunda Moyfi excusatio ex nominis dei ignorantia.
e. Quod enim dixit de Moy- si: Ego sum qui sum. & Qui est misit me ad vos, diuinitatis substantiam signat. Quia autem dicit, Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, mysterium susceptæ incarnationis insinuat quia de illis secundum carnem ge- neratus agnosceretur. Augu- 5. SVM, vel ERO. Hebræi enim sapius præfens pro futu- ro usurpant.
6. Faciam vos ascendere.
f. Hoc modo loquendi vsus est, quia Ioseph mortens sic prædixerat: Post mortem meā deus visitabit vos, & ascende- re vos faciet de terra ista, vt habetur Gen. 50. Delyra.

Moyfes autem pascebat oues Iethro fœteri sui, sacerdotis Madian. Cumq; minaf- let gregem ad interiora deserti, uenit ad montem dei Horeb. Apparuitq; ei do- minus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quod rubus arderet, & non cōbureretur. Dixit ergo Moyfes: Vadam, & videbo uisionem hanc magnam, quare nō comburatur rubus. Cernens autem dominus quod pergeret ad vidēdum, vocauit eum de medio rubi, & ait: Moyfes Moyfes. Qui respondit: Assum. At ille, non appropies, in- quit, huc. Solue calciamentū de pedibus tuis. Locus enim in quo stas, terra sancta est. Et ait: Ego sum deus patris tui, deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Abscondit Moyfes faciem suam. Non enim audebat aspicere contra deū.] Cui ait dominus: Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui, propter duritiam eorū qui præfunt operibus: Et sciens dolorem eius,] descendi vt liberem eū de manibus Aeg- yptiorum, & educam de terra illa in terram bonam, & spaciosam, in terram quæ fluit lacte & melle: ad loca Chanaan, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebu- sæi. Clamor ergo filiorū Israel uenit ad me, vidiq; afflictionem eorum, quæ ab Aegyptiis opprimuntur. Sed ueni & mittam te ad Pharaonē, vt educaſ populū meū filios Is- rael de Aegypto. Dixitq; Moyfes ad deum: Quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Aegypto? Qui dixit ei: Ego ero tecū, & hoc habebis signū quod miserim te. Cū eduxeris populū meū de Aegypto, immolabis deo] super mōtem istum. Ait Moyfes ad deū: ecce ego vadam ad filios Israel, & dicam eis: Deus patrū uestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi: quod est nomē eius? quid dicam eis? Dixit do- minus ad Moysem: Ego sum qui sum. Ait Sic dices filiis Israel:] Qui est,] misit me ad vos. Dixitq; iterum deus ad Moysem: hæc dices filiis Israel: Dominus deus patrum uestrorū, deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, misit me ad vos. Hoc nomē mihi est in æ- ternum, & hoc memoriale meū in generatione & generationem. Vade, & cōgrega se- niores Israel, & dices ad eos: Dominus deus patrum uestrorū apparuit mihi, deus Abra- bā, & deus Isaac, & deus Iacob, dicens: Visitans uisitaui vos, & vidi omnia quæ accide- runt uobis in Aegypto, & dixi vt educam uos.] de afflictione Aegypti in terram Cha- nanæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebuſæi, ad terram fluentē la- cte & melle: & audient uocem tuam. Ingredierisq; tu, & seniores Israel ad Regē Aegy- pti, &

106. 2. 12. De peccat. dist. 2. c. Sūt qui arbi- trantur. Acto. 7. d.

106. 5. d. Ato. 7. d. De peccat. dist. 1. can. Sūt qui. Denteron. C. 24. a. Math. 22. c. Mar. 12. c. 112. q. 4. ca- no. Recurat. Luc. 20. f.

D
E
F

† Inſra. 8. g.

pti; & dices ad eum: Dominus deus Hebræorum ꝑ vocauit nos.] Ibi mus viam triū die- rum in ſolitu dinem, vt immolemus domino deo noſtro. Sed ego ſcio quòd nõ dimittet vos Rex Ægypti vt eatis, niſi per manū validam: Extendamq; manū meā, & percutiam Ægyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturũ ſum in medio eorũ: poſt hoc dimittet vos, daboq; gratiam populo huic coram Ægyptiũ. Et cum egrediemini, non exhibitis vacui: ſed poſtulabit mulier à vicina ſua, & ab hospita ſua, vaſa argentea & aurea, ac veſtes, ponetisq; eas ſuper filios & filias veſtras: & ſpoliabitis Ægyptum.

Moyſes tribus ſignis à deo acceptis in Ægyptum cum vxore & liberis proficiſcitur, vxor verò eius circumciſo primogenito diſcedit à Moyſe, Aaron illi occurrit. IIII.

† Inſra. 11. a. 22. c. 37. diſt. c. Le. gimus. 24. q. 5. c. Di. xit dominus. De diuort. c. Gaudemus

Ioſ. 2. 12.

† De confe. tra. diſt. 2. c. Reuerſi, & De hereti. c. Cum ex illi. ſunſo.

† Mat. 10. b.

† Inſr. 7. a.

† De peni. diſt. 2. c. vt co gnouerunt. 2. q. 1. ca. In ſcripturis. † Mat. 2. d. Ioſ. 2. 13. Ann. ante Chriſtum. 2510. Anni mundi 2452.

REſpondens Moyſes, ait: Non credent mihi, neque audient vocem meam: ſed dicent: non apparuit tibi dominus. Dixit ergo ad eum: Quid eſt quod tenes in manu tua? Reſpòdit: Virgā. Dixitq; dominus: Proiice eam in terram. Proiecit, & verſa eſt in colubrum, ita vt fugeret Moyſes.] Dixitq; dominus: Extende manū tuā, & apprehende caudam eius. Extendit, & tenuit, verſaq; eſt in virgā. Vt credat, inquit, quòd apparuerit tibi dominus deus patrum tuorũ, de Abraham, & deus Iſaac, & deus Iacob.] Dixitq; dominus rui ſum: Mitte manum tuam in ſinū tuum: Quam cū miſiſſet in ſinum, protulit leproſam inſtar niui. Retrahe, ait, manum tuam in ſinum tuū: Retra- xit, & protulit iterum, & erat ſimilis carni reliquæ.] Si non crediderint, inquit, tibi: neq; audierint ſermonem ſigni prioris credet verbo ſigni ſequentis. Quòd ſi nec duobus quid- dem his ſignis crediderint, neque audierint vocem tuam, ſume aquā fluminis, & effun- de eam ſuper aridam, & quicquid] hauseris de fluuio, vertetur in ſanguinē.] Ait Moy- ſes: Obſecro domine non ſum eloquens] ab heri & nudiuſtertius, & ex quo locutus es ad ſeruum tuum, impeditionis & tardioris linguæ ſum.] Dixit dominus ad eum: Quis fecit os hominis? Aut quis fabricatus eſt mutum & ſurdum? videntem & cæcū: Nonne ego? Perge igitur, &] ego ero in ore tuo, doceboq; te quid loquaris. At ille, obſecro domine, inquit, mitte quem miſiſſus es.] Iratus dominus in Moyſen, ait: Aaron frater tuus Letitēs, ſcio quòd eloquens ſit. Ecce ipſe egredietur in occurſum tuū, vidensq; te lætabitur corde. Loquere ad eū, & pone verba mea in ore eius, & ego ero in ore tuo & in ore illius, & oſtendam vobis quid agere debeatis. Et ipſe loquetur pro te ad populū, & erit os tuum, tu autē eris ei in] iis, quæ ad deū pertinent.] Virgam quoque hanc ſu- me in manu tua, in qua facturũ es ſigna. Abiit Moyſes, & reuerſus eſt ad Iethro ſocerũ ſuum. Dixitque ei: Vadam, & reuertar ad fratres meos in Ægyptum, vt videam ſi ad- huc viuant. Cui ait Iethro: Vade in pace. Dixit ergo dominus ad Moyſen in Madian: † Vade, & reuerte in Ægyptum: Mortui enim ſunt omnes qui quærebant animā tuā. Tulit ergo Moyſes vxorem ſuā, & filios ſuos, & impoſuit eos ſuper aſinum, reuerſusq; eſt in Ægyptum, portans virgam dei in manu ſua. Dixitq; ei dominus reuertenti in Æ- gyptum: Vide, vt omnia] oſtenta quæ poſui in manu tua, facias coram Pharaone. Ego indurabo cor eius, & nõ dimittet populū. Dicesque ad eum: Hæc dicit dominus: Filius meus primogenitus Iſrael. Dixi tibi: Dimitte filium meum, vt ſeruiat mihi: & noluiſti dimittere eū. Ecce ego interficiam filiū tuum primogenitum. Cumq; eſſet in itinere in diuerſorio, occurrit ei dominus, & volebat occidere eū. Tuli illico Saphorā acutiſſi- mam] petram, & circumcidit præpucium filij ſui. Tetigitq; pedes eius, & ait: Spōſus ſan- guinum tu mihi eſ. Et dimiſit eū poſtquam dixerat, ſpōſus ſanguinū tu mihi eſ, ob cir- cuncionem. Dixitque dominus ad Aaron: Vade in occurſum Moyſi, in deſertū. Qui perrexit obuiam ei in montem dei, & oſculatus eſt eum. Narrauitque Moyſes Aaron om- nia verba domini, pro quibus] miſerat eum, & ſigna quæ mandauerat. Veneruntque ſi- mul, & congregauerunt cunctos ſeniores filiorum Iſrael. Locutusque eſt ad Aaron om- nia verba, quæ dixerat dominus ad Moyſen: & fecit ſigna coram populo, & credidit po- pulus. Audieruntq; quòd viſitaſſet dominus filios Iſrael, & quòd reſpexiſſet afflictionē illorum, &] proni adorauerunt.]

7. Occurrit nobis: 6. Quid ergo incongruū poſtquā percuſus Petrus ſak- uum pontificis factus eſt pa- ſtor ecclēſiæ, ſicut Moyſes poſt percuſum Ægyptum factus eſt reſtor illius ſyagò- gr. Auguſt. contra Fauſt. Ma- nichæum. lib. 22. g. Philoſophi ſiquidem qui vocantur, ſi qua forte vera & fidei noſtræ accommoda dixe- runt, maxime Platonici, non ſolum formidanda non ſunt, ſed ab eis etiam tanquam in- iuſti poſſidentur in vltim noſtrum vendicanda. Aug. de doctri. Chriſtia. lib. 2. cap. 40.

2. Tertia Moyſi excuſatio ex populi incredulitate. * Dominus.

1. Factus eſt ſerpens, fugitque Moyſes à conſpectu eius. * Ad Moyſen. 2. Manum ſuam, & apprehen- dit illum, ſicutque eſt in ma- nu eius virga. Ob eam rē (in- quit) creditur ſunt tibi.

3. Ecce reuerſa eſt ſicut caro eius.

4. Aqua quam. * In arida. b. Quarta Moyſi excuſatio ex impeditioni lingua. c. Vir ſpionum. 6. c. Oꝝ graue, & lingua gra- uis eſt mihi: hoc eſt. Poſtquā verba vira: à te audio conſi- ſum me in prioribus verbis agnoſco. Grego. Homil. 3. ſu- per Ezechiel. * Nunc per manū illius, ſed licet alium. d. Me digniorem iuxta beſe- placitum tuum.

7. Deum. c. Socer Moyſi ſertur ſepera habuiſſe, popina, Raguel ſi- ue, Rehuel, Iethro, Iethro, Cezar, Hobab, Heber, Phutiel.

8. Cum reuerſus fuſſet in Æ- gyptum, vide vt omnia, &c. 9. Obdurare per iuſticiam di- citur deus, quando cor reptō- bum per gratiam non emol- lit: ſed obdurari permittit: Non ſunt qꝝ peccantis do- mitius obdurat, ſed obdurare dicitur, cum ab obduratiōe non liberat. Greg. lib. 11. Mo- ral. cap. 5. g. Cætera Saphora] ſcribitur: iſtā motam nymini pro- preter infantem, cuius præ- parium non erat reſectum. Stepe enim audierat Moyſen dicentem huic eſſe quaſi pe- culiarem ſue gentis moſem, vt maſculorū amputarentur pꝛ ſputia. Proco. libi.

9. Qui. h. Viſitatio domini multi- plex. Prima condemnationis. Hiere. 8. In tempore viſitatio- nis ſue conuenit. Secunda cof- reſtionis. Pſal. 32. Viſitabo in- virgā iniquitate eorū. Tertiā conſolationis vt hic, & Luc. Viſitauit nos oriens ex alto. S. Tho. ſupꝛ Iſta cap. 8. 10. Inclinauerunt verticē.

Moyſes &

Moyſes & Aaron apud Pharaonem dei legatione funguntur: quam contemnens grauius premit Ifraelitas ad dominum conuerſentes.

V.

1. Neque enim mendaciter deus iuret quod ſcit non factum cui iubetur, vt iſtius iudicium conſequatur. Aug. ſup. Exod. lib. 2. cap. 13.

1. Feſtiuitas, ſive feſta celebrat.
2. Occurrere nobis.
3. Non volebat princeps huius mundi exercitum domini triū dieſum ſacramenta cognofcere: illa utique ſacramenta de quibus propheta Moſes dixit. 6. cap. Viuificabit nos poſt duos dies. In die tertia ſuſcitabit nos. Prima dies paſſio domini ſaluatoris eſt. Secunda, qua deſcendit ad inferos. Tertia autē reſurrexeruntis eſt dies. Aug. Ser. 90. de Tempo.
3. Occurrat nobis in peſte aut in gladio.
4. Abſtrahitis.
5. Et vos ceſſare facitis ab operibus ſuis.
6. Exactoribus qui erant in populo, que præſectis eius.
7. Heri & nudius tertius.
8. Sed & ſummam.
9. Aggrauetur ſeruitus ſuper viros, qua ſe exerceant.
10. Stipulas pro paleis. Exactoribus quoque vrgebant eos.
11. Re diei in die ſuo, perinde ac ſi eſſent paleæ.

12. Quos conſtituerunt ſuper eos exactores Pharaonis, dicentes.

13. Statum veſtrum in lateribus conſciendis, ſicut heri & nudius tertius, ſicut iam pridē ſic hodie.

14. Peccatur.

15. Et ocio torpetis.

16. Et intui ſunt præſecti filiorum Ifrael illos, cum malo ſcilicet aspectu, dicentes: Nihil minuētis de lateribus veſtris de die in diem.

17. Super vos.

18. Non contumaciæ verba ſunt vel indignationis, ſed in quaſitionis & orationis. Quod ex illis apparet que domini reſpondet. Aug. Quæſt. 14. ſuper Exod.

19. Quæſt. 14. ſuper Exod.

Reſpondit: Quiſ eſt dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Ifrael: Nefcio dominum, & Ifrael non dimittam. Dixeruntq;: Deus Hebræorū^a vocauit nos, vt eam^b viā triū dierū in ſolitudinem, & ſacrificem^c domino deo noſtro, ne forte^d accidat nobis peſtis, aut gladius. ¶ Ait ad eos Rex Ægypti: Quare Moyſes & Aaron^e ſolicitatis populum operibus ſuis? Ite ad onera veſtra. Dixitq; Pharao: Multus eſt populus terra: Videtis quod turba ſuccreuerit, quantomagis ſi dederitis eis requiē ab operibus? ¶ Præcepit ergo in die illo^f præſectis operum, & exactoribus populi, dicens: Nequaquam ultra dabitur paleas populo ad conſciendos lateres, ſicut^g prius: ſed ipſi vadant, & colligant ſtipulas, & meſurā^h laterū quam prius faciebāt, imponetis ſuper eos, nec minuētis quicquam. Vacāt enim, & idcirco vociferantur, dicētes: Eamus, & ſacrificemus deo noſtro. ¶ Opprimantur operibus, & expleant ea: vt nō acquieſcant verbis mendacibus. Igitur egreſſi præſecti operum, & exactores ad populum, dixerūt: Sic dicit Pharao: Non do vobis paleas: Ite, & colligite ſicubi inuenire poteritis, nec minuētur quicquam de opere veſtro. ¶ Diſperſusq; eſt populus in omnem terram Ægypti ad colligendasⁱ paleas. Præſecti quoque operum inſtabāt, dicētes: Complete opus veſtrum^j quotidie, vt prius facere ſolebatis, quando dabantur vobis paleæ. ¶ Flagellatiq; ſunt qui præerant operibus filiorum Ifrael^k ab exactoribus Pharaonis, dicentibus: ¶ Quare non impleſtis^l menſuram laterum ſicut prius, nec heri nec hodie? ¶ Veneruntq; præpoſiti filiorū Ifrael, & vociferati ſunt ad Pharaonem, dicentes: Cur ita agis cōtra ſeruos tuos? Paleæ non dantur nobis, & lateres ſimiliter imperātur. En famuli tui flagellis cædimur, & iniuſtè agitur^m cōtra populum tuum. Qui ait: Vacatisⁿ ocio, & idcirco dicitis: Eamus, & ſacrificemus domino. ¶ Ite ergo, & operamini. Paleæ nō dabuntur vobis, & reddetis conſuetum numerum laterum. ¶ Videbantq; ſe præpoſiti filiorum Ifrael in malum, eo quod diceretur eis: non minuētur quicquam operis de lateribus per ſingulos dies. ¶ Occurreruntq; Moyſi & Aaron qui ſtabant ex aduerſo egredientes à Pharaone, & dixerunt ad eos: Videat dominus, & iudicet: quoniam foetere feciſtis odorem noſtrū coram Pharaone & ſeruis eius, & præbuiſtis ei gladiū, vt occideret nos. Reuerſusq; eſt Moyſes ad dominum, & ait: Domine, cur afflixiſti populū iſtū: Quare miſiſti me? Ex eo enim quo ingreſſus ſum ad Pharaonem, vt loquerer ex nomine tuo, afflixit populum tuum, & non liberaſti eos.

Conſolatur deus Ifraelitas terra Chanāan promiſſione, recensetque Simeonis, Ruben, & Leui genealogiam vſque ad Moyſen.

VI.

1. In nomine meo Adonai nō ſum cognitus illis. Hoc eſt diſtinctam diuini nominis noticiam iſtæ conſuſam, priſci patres non habuerunt.

2. Ecce plus Moyſi quam Abraham innouit, qui agnouit quod Abraham nō nouerat.

Greg. Hom. 16. ſuper Ezech.

Nomen dei eſt apud Hebræos quod generaliter interpretatur dominus, quod eundem dominetur creature. Et eſt vnum de decem dei nominibus reſte Hierony, ſuper Ezechielem cap. 6.

2. Oneribus, & infra.

3. In hunc modum.

4. Propter duram ſeruitutem.

5. Hæc videlicet à Domino pro conſolatione diſta, vel mandata fuerant: At illi perſectæ fidei ſpem non habentes firmam, gemebant ſub afflictione inimicorum, & idcirco non acquieuerunt. Ruper- tū ibid.

Locutusq; eſt dominus ad Moyſen: Nunc videbis quæ facturus ſum Pharaoni. Per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robuſta eiiciet illos de terra ſua. Locutusq; eſt dominus ad Moyſen, dicēs: Ego dominus, qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob, in deo omnipotente: & nomen meum Adonai^a non indicaui eis. ¶ Pepigiq; ſcædus cum eis, vt darem eis terram Chanāan, terram peregrinationis eorū, in qua fuerunt aduenæ. Ego audiui gemitum filiorum Ifrael, quo Ægyptij oppreſſerunt eos, & recordatus ſum pacti mei. Ideo dic filiis Ifrael: Ego dominus, qui educam vos de ergaſtulo Ægyptiorum, & eruam de ſeruitute, ac redimam in brachio excelſo, & iudiciis magnis: & aſſumā vos mihi in populū, & ero veſter deus: Et ſcietis quia ego ſum dominus deus veſter, qui eduxerim vos de ergaſtulo Ægyptiorum, & induxerim vos in terrā, ſuper quam leuaui manū meā, vt darem eam Abraham, Isaac, & Iacob: dabōq; illā poſſidendā vobis, ego dominus. Narrauit ergo Moyſes^b omnia filiis Ifrael: qui nō acquieuerunt ei, propter anguſtiam ſpiritus, & opus duriffimum. ¶ Locutusq; eſt dominus ad Moyſen, dicēs: Ingredere, & loquere ad Pharaonem Regem Ægypti, vt dimittat filios Ifrael de terra ſua. Reſpondit Moyſes coram domino: Ecce filij Ifrael nō audiunt me. Et quo modo audiet Pharao^c præſertim cū incircūciſus ſim labijs? Locutusq; eſt dominus ad Moyſen

ad Moyſen & Aaron, & dedit mandatum ad filios Iſrael, & ad Pharaonē Regē Aegypti, vt educerent filios Iſrael de terra Aegypti. [†] Iſti ſunt principes domorū per familias ſuas: [†] Filij ^b Ruben primogeniti Iſraelis: Enoch & Phallu, Eſrom, & Charimi. [†] Hęc cognationes Ruben, Filij Simeō: Iamuel, & Iamin, & Sami, & Aliōd, & Iachim, & Socher, & Saul filius Chanaanitidis. Hęc progenies Simeon: Et hęc nomina filiorū Leui per cognationes ſuas: Gerſon, & Caath, & Merari. Anni autem vitæ Leui fuerūt centūtriginta ſeptem. [†] Filij Gerſon: Lobni, & Semei per cognationes ſuas. Filij Caath: Amram, & Yſuar, & Hebron, & Oziel. Anni quoque vitæ Caath centūtrigintatres. Filij Merari: Moholi & Muſi. Hęc cognationes Leui per familias ſuas. Accepit autem Amrā vxorem ^c Iochabeth, patruelem [†] ſuam: quæ peperit ei Aaron, & Moyſen, & Mariam. Fuerūtq; anni vite Amram centumtrigintaſeptem. Filij quoque Yſuar: Chore, & Napheg, & Zechri. Filij quoque Oziel: Miſael, & Eliaſaph, & Sechri. [†] Accepit autem Aarō vxorē ^d Eliſabeth, filiam Aminadab, ſororem Naaſon: quæ peperit ei Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar. Filij quoque Chore: Aſſer, & Helchana, & Abiaſab. Hęc ſunt cognationes Choritarum. [†] At verō Eleazar filius Aarō accepit vxorem de filiabus Phutiel: quæ peperit ei Phineēs. [†] Hi ſunt principes familiarum Leuiticorū per cognationes ſuas: [†] Iſte eſt Aaron & Moyſes quibus præcepit dominus vt educerēt filios Iſrael, de terra Aegypti per turmas ſuas. Hi ſunt qui loquuntur ad Pharaonē Regem Aegypti, vt educāt filios Iſrael de Aegypto. [†] Iſte eſt Moyſes & Aaron, in die] qua locutus eſt dominus ad Moyſen in terra Aegypti. Et locutus eſt dominus ad Moyſen, dicēs: Ego dominus. Loquere ad Pharaonem Regem Aegypti omnia quę loquor tibi. Et ait Moyſes coram domino: En incircumciſus labiis ſum. Quo modo audiet me Pharao?

Induratus Pharao ob virgā in ſerpentem conuerſionem, & aquarum in ſanguinem quod ſui malefici feciſſent, populū Iſrael dimittere noluit. VII:

A [†] Ixitq; dominus ad Moyſen: Ecce conſtitui te deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit ^a Propheta tuus. [†] Tu loqueris ei omnia quę ^a mado tibi, & ille] loquetur ad Pharaonem: vt dimittat filios Iſrael de terra ſua. Sed ego indurabo cor ^b eius, & multiplicabo ſigna & oſtenta mea in terra Aegypti: & nō audiet vos. Immittamque manum meam ſuper Aegyptum, & educam exercitum meum, & populum meū filios Iſrael de terra Aegypti, ^b per iudicia maxima: & ſcient Aegyptij, quia ego ſum dominus, ^b qui extenderim] manum meam ſuper Aegyptum; & eduxerim filios Iſrael de medio eorum. Fecit itaque Moyſes & Aaron, ſicut præceperat dominus, ita egerunt: Erat autē Moyſes octoginta annorum, & Aaron octogintatrium, quando locuti ſunt ad Pharaonem. [†] Dixitq; dominus ad Moyſen & Aaron: Cum dixerit vobis Pharao, ^a oſtendite nobis ſigna:] dices ad Aarō: Tolle virgam tuam, & proiice eam coram Pharaone, ac vertetur in colubrum. Ingreſſi itaque Moyſes & Aaron ad Pharaonem, fecerunt ſicut præceperat dominus. [†] Tulitq;] Aaron virgam coram Pharaone & ſeruis eius, quę verſa eſt in colubrum. [†] Vocauit autem Pharao ſapientes & maleficos, & fecerūt etiam ipſi ^a per incantationes Aegyptiacas & arcana quædā,] ſimiliter. Proieceruntq; ſinguli virgās ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones. Sed ^a deuorauit virga Aaron virgās eorum. Induratumq; eſt cor Pharaonis, & nō audiuit eos ſicut præceperat dominus. Dixit autem dominus ad ^c Moyſen: [†] Ingrauatum eſt cor Pharaonis, & nō vult dimittere populū. [†] Vade ad eum mane: ecce,] egredietur ad aquas, & ſtabis in occurſum eius ſuper ripam fluminis, & virgam quæ cōuerſa eſt in draconem, tolles in manu tua, diceſq; ad eū: Dominus de^o Hebræorum miſit me ad te, dicens: [†] Dimitte populū meū, vt ſacrificet mihi in deſerto: & vſque ad præſens audire me noluiſti. Hęc igitur dicit dominus: [†] In hoc ſcies, quod ſim dominus: ecce,] percutiā virga quæ in manu mea eſt, aquam fluminis, & vertetur in ſanguinem. [†] Piſces quoque qui ſunt in fluuio, moriantur: & [†] computreſcēt] aquæ: & [†] affligentur Aegyptij bibentes] aquā fluminis. Dixit quoque dominus ad Moyſen: Dic ad Aarō: [†] Tolle virgam tuam, & extēde manū tuam ſuper aquas Aegypti, & ſuper fluuios eorum, & riuos & paludes, & omnes lacus aquarū, vt vertantur in ſanguinē, & ſit cruor

4. Iſta ſunt capita domus patrū ſuorum.
b. Nota verō quod non ponit hic omnes duodecim tribus; ſed tres tantum, vt ad Leui qui certus fuit, veniat, & vt ab eo oſtēdat veniſſe Moyſen & Aaron, de quibus in præſenti agitur, pro quib; hoc totum dicitur. Hugo de S. Victore.

c. Iochabeth filia Leui quam genuit in Aegypto, hæc genuit viro ſuo Amram filio Caath fratris ſui, Aarō, Moyſen, & Mariam. Nu. 26.
d. De tribu Iuda. Vnde poſtea amba filii permixte tribus.

6. Et hæc ſunt capita pactum Leuitarum.
e. Notandum autē quia primo ſic dicit. Iſta eſt Aaron & Moyſes, deinde paulo inferius præpoſterea, dicens: Iſte eſt Moyſes & Aaron. Natiuitas namque ouit. Aaron, cognationem autem vel adminiſtrationis priuilegio Moyſes prior eſt apud deum. Rupertus. ibid.
7. Iſte eſt Moyſes & Aaron; Et factum eſt in die.

† Gene. 46. b. Num. 26. a. 1. Para. 5. a. 1. Para. 6. d. & 23. a. Sup. 1. a.

† 1. Para. 6. a. 5. a. Num. 6. 3. 26. b.

† Num. 3. c. & 26. g. 1. Para. 6. a. & 23. b.

† Num. 3. a.

An. ante Chri. ſtum. 1508. Anni mundi 2453. † Supra 4. d.

† De coſect. di. 2. Reuera. † 2. Tim. 3. b. Iof. 2. 13. 1. q. 1. c. Te. nãm. 26. q. 5. c. Nec mirum. † De coſect. diſt. 2. c. Re. uera. † 21. q. 4. c. Nabuchodo. noſor.

† Infra 8. a. Pſalm. 77. b. Sap. 17. b.

† De coſect. diſt. 2. c. Re. uera.

a. Propheta dei nil aliud eſt niſi enunciator verborū dei hominibus, qui deū vel neq; poſſunt vel non merentur au. dice. Aug. q. 17. ſuper Exod.
1. Mandauero tibi, & Aaron frater tuus.
2. Pharaonis.

b. Nō quod duritiam ipſe coſtituerit, ſed quod exigentibus eius meritis nulla illud doſuper in ſuū timorē ſenſibilitate molliret. Grego. 3. Cum extendero.

4. Pontre pro vobis prodigiū.

5. Proiecerunt.
c. De quib; Pau. 4. Timo. 3. Quidam modum Iames & Membres reſiſterunt Moyſi; ſic & hi reſiſtunt veritati. Pii autem qui per ipſam corruptionem mētis inquietiſſimi fuerunt, in ſigno reſiſio deſecerūt fatentes ſibi aduerſum eſſe ſpiritum ſanctum qui erat in Moyſe. Iſido. in Exod. ca. 13.
6. Magi Aegypti incantationibus ſuis.

d. Quo modo enī ſignis dei; quæ operabatur per Moyſen; Magi ſuis reſiſtere mendacis & virga Moyſi deuorauit virgās eorum: Ita mēdaciū Antichriſti; Chriſti veritas deuorabit. Hierony. quaſt. 2. ad Algaſium.
7. Fartebunt.
8. Moleſtabuntur Aegyptij ad bibendū.
e. Hinc etiam ſoluitur dubitatio vbi nati fuerunt magi aquam, quam in aliam tranſferrent ſpeciem. Procop. ibid.

in omni

f. Prima plaga fā in omni terra Aegypti, tā in ligneis vaſis quā in ſaxeis. ^f Feceruntq; Moyſes & Aarō, ſicut praeceperat dominus: ^g & eleuans virgam percūſit aquam fluminis cum Pharaone & ſeruis eius: quae verſa eſt in ſanguinem, & piſces qui erant in flumine, mortui ſunt.

guinis.

^g Quod aqua fluminis verſa eſt in ſanguinem, ſatis conuenienter agitur, vt is fluius cui Hebraeorū paruulos crudeli nece tradiderat authoribus ſceleris poculū ſanguinis reſideret, & cruorem polluti gurgetis, quom paritidali caele maculauerant, poſſido ſentirent. Orige. ibi.
Sed cur iſta miracula etiā magis artibus ſane hae autem ſunt vel ad ſollendos fallaces, vel ad admonendos ſideles, ne tale quid pro magno facere deſiderent. Aug. de tri. lib. 3. ca. 7.
9. Loquutus fuerat.
10. Ad hoc.

^a Querant ergo Aegyptij immolata ſacrificia, id eſt, perfeſta ſtudia virtutum, & plena diſciplina. Quod ergo vicioſi oderunt, hoc apud bonos ſincorum ac pium eſt. Opus virtutis deſertatur luxurioſus belluo, reſugit Aegyptius.

Amb. Epit. 4.

1. Seruiat.

2. Conclauē cubiculi tui.

3. Cibos tuos.

4. Cum virga tua.

5. Stagna.

b. Secunda plaga ranarum.

^h Ranarum.

*Suam.

1. Gloriare ſuper me, & dic hoc eſt.

c. Gloriari poteris ſuper precibus meis, ſuper ranarū ablatione magis quā precibus magorum eorum.

d. Secunda verō plaga in qua inducuntur ranae, iudicari ſignaliſſime arbitror carmina poeatarum qui inani quadam & inflata modulatione velut ranarum ſonis & cantibus ſimiles huic mundo deceptioſis fabulis intulerunt. Aug. Serm. 87. de Tempo.

6. Propter ipſas ranas quas poſuit propter Pharaonem.

7. Acriis.

8. Aceruos, & ſeruit.

9. Pediculi, & infra.

c. Tertia plaga cyniphium.

10. Et conati ſunt facere.

f. Digitus dei eſt iſte, quo tabula lapideae ſcriptae ſunt in monte Sina. Si igitur manus & brachium dei, filius eſt, & digitus eius ſpiritus ſanctus patris & filij & ſpiritus ſancti vna ſubſtantia eſt, nō te ſcantillatet membrorum inaequalitas, cum ſignificet unitas corporis. Hierony. ſuper 12. cap. Matth.

11. Seruiant.

12. g. ſeruarum, ſcilicet tam venoſo ſanctū, quā rapacium, vt ſerpentiū, draconum, leonum, luporū, pardorum, ſcorpionum, & huiusmodi, ſecūdam Rabinos Hebraeos.

h. Ipſe ſolus non per Aaron, vel Moyſen mediante virga, ne virtus malefica in eſſe virgae putetur.

i. Quarta plaga muſcarum vel ſeruarum.

13. Commixtio omnigena, ſcilicet tam animalium quā muſcarum hominibus & iumentis noxiarum.

14. Non eſt reſuma.

15. Abominationes Aegypti

ſicut praeceperat dominus: ^g & eleuans virgam percūſit aquam fluminis cum Pharaone & ſeruis eius: quae verſa eſt in ſanguinem, & piſces qui erant in flumine, mortui ſunt. Cōputruitq; fluius, & non poterant Aegyptij bibere aquam fluminis: [†] & fuit ſanguis in tota terra Aegypti. [†] Feceruntq; ſimiliter malefici Aegyptiorū incantationibus ſuis. Et induratum eſt cor Pharaonis, nec audiuit eos, ſicut praeceperat dominus. Auertitq; ſe, & ingreſſus eſt domum ſuam, nec appoſuit cor etiā ¹⁰ hac vice.] Foderunt autem omnes Aegyptij per circuitum fluminis aquam, vt biberent. Non enim poterant bibere aquam fluminis. Impletiq; ſunt ſeptem dies, poſtquam percūſit dominus fluium.

Pharaonis pertinacia Aegyptum ranis, pediculis, & muſcis vexare coegit. VIII.

Dixit quoque dominus ad Moyſen: ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum: ^A Hæc dicit dominus: Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi. Si autem nolueris dimittere: ecce ego percūſiam omnes terminos tuos ranis, & ebulliet fluius ranas, quæ aſcendent & ingredientur domum tuam, & cubiculū lectuli tui, & ſuper ſtratam tuam, & in domos ſeruarū tuorum, & in populum tuum, & in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum, & ad te & ad populum tuū, & ad omnes ſeruos tuos, intrabunt ranæ. Dixitq; dominus ad Moyſen: Dic ad Aaron: [†] Extende manum tuā ſuper fluios, & ſuper riuos, & paludes, & educ ranas ſuper terram Aegypti. [†] Et extendit Aaron manum ſuper aquas Aegypti, & aſcenderunt ranæ: operueruntq; terrā Aegypti. [†] Fecerunt autem & malefici per incantationes ſuas, ſimiliter: [†] eduxeruntq; ranas ſuper terram Aegypti. Vocauit autem Pharaon Moyſen & Aaron, & dixit eis: Orate dominum vt auferat ranas à me & à populo meo, & dimittam populū, vt ſacrificet domino. Dixitq; Moyſes ad Pharaonem: [†] Conſtitue mihi] quando deprecet pro te, & pro ſeruis tuis, & pro populo tuo, vt abigatur ranæ à te, & à domo tua, & à ſeruis tuis, & à populo tuo: & tantum in flumine remaneant. Qui reſpōdit: Cras. At ille iuxta, inquit, verbum tuum faciam, vt ſcias quoniam nō eſt ſicut dominus deus noſter, & recedēt ranæ à te, & à domo tua, & à ſeruis tuis, & à populo tuo: & tantū in flumine remanebūt. [†] Egreſſiq; ſunt Moyſes & Aarō à Pharaone, & clamauit Moyſes ad dominum [†] pro ſpōſione ranarum, quam cōdixerat Pharaoni. Fecitq; dominus iuxta verbū Moyſi, & mortuæ ſunt ranæ de domibus, & de villis, & de agris. Congregaueruntq; eas in immēſos [†] aggeres, & computruit terra. Vidēs autem Pharaon quòd data eſſet requies, ingrauauit cor ſuū, & non audiuit eos, ſicut praeceperat dominus. Dixitq; dominus ad Moyſen: Loquere ad Aarō: Extende virgam tuam, & percute puluerem terræ, & ſint cyniphes in vniuerſa terra Aegypti. Feceruntq; ita. [†] Et extendit Aarō manum virgam tenens, percūſitq; puluerem terræ, & facti ſunt cyniphes in hominibus & in iumentis. [†] Omnis puluis terræ verſus eſt in cyniphes per totam terram Aegypti. [†] Feceruntq; ſimiliter malefici incantationibus ſuis, vt educerent cyniphes, & nō potuerunt. Erantq; cyniphes tā in hominibus quā in iumentis. Et dixerunt malefici ad Pharaonem: [†] Digitus dei eſt hic.

Induratumq; eſt cor Pharaonis, & nō audiuit eos, ſicut praeceperat dominus. Dixit quoque dominus ad Moyſen: Cōſurge diluculo, & ſta coram Pharaone, Egredietur enim ad aquas. Et dices ad eum: Hæc dicit dominus: Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi. Quòd ſi nō dimiſeris eum, [†] ecce ego mittam in te, & in ſeruos tuos, & in populū tuum, & in domos tuas, omne genus ¹² muſcarum:] & implebuntur omnes domus Aegyptiorum muſcis diuerſi generis, & vniuerſa terra in qua fuerint. [†] Faciamq; mirabile in die illa terram Geſſen, in qua populus meus eſt, vt nō ſint ibi muſcæ: & ſcias quoniam ego dominus in medio terræ: ponamq; diuiſionem inter populum meum & populū tuū. Cras erit ſignum iſtud. Fecitq; dominus ita. [†] Et venit ¹³ muſca grauiffima in domos Pharaonis, & ſeruarum ei⁹, & in omnem terram Aegypti: corruptaq; eſt terra ab huiusmodi muſcis. Vocauitq; Pharaon Moyſen & Aarō, & ait eis: Ite, & ſacrificate deo veſtro in terra hac. Et ait Moyſes: [†] Non poteſt iſta fieri. Abominationes enim Aegyptiorū immolabimus domino deo noſtro: Quòd ſi mactauerimus ¹⁵ ea quæ colunt Aegyptij,] coram eis, lapidibus

[†] Pſal. 77. c. [†] Sap. 17. b. [†] 10. ca. 13. [†] r. q. t. c. Te- [†] neamus. [†] Sap. 17. b. [†] 17. diſt. c. [†] Legimus. [†] 9. Hinc etiā. [†] 17. diſt. c. [†] Legimus. [†] 9. Hinc etiā. [†] Infra. 9. c. [†] Sap. 16. b.

16. Non eſt reſuma.

17. Abominationes Aegypti

† Sup. 5. i. f. eis, lapidibus nos obruet. † Viam trium dierum pergemus in ſolitudine, & ſacrificabimus domino deo noſtro ſicut præcepit nobis. Dixitq; Pharaon: Ego dimittam vos, vt ſacrificetis domino deo veſtro in deſerto, veruntamen longius nẽ abeat: Rogate pro me: Et ait Moyſes: k Egreſſus à te orabo dominũ, & recedet musca] à Pharaone, & à ſeruis ſuis, & à populo eius cras. Veruntamen noli ultra fallere, vt nõ dimittas populuſ ſacrificare domino. Egreſſuſq; Moyſes à Pharaone, orauit dominũ. 17 Qui] fecit iuxta verbum illius, & abſtulit muſcas à Pharaone, & à ſeruis ſuis, & à populo ei: Nõ ſuperfuit nec vna quidem. Et ingrauatũ eſt cor Pharaonis, ita vt nec hæc quidẽ vice dimitteret populuſ:

Animalium peſte, vlcerebus, tonitru, & grandine vexata Aegypto annuit Pharaon liberationi: poſt Moyſi verò orationem induratus renuit.

16. Commixtio, vel mixtura, & iuſta.

17. Et dominus.

K. In illo prædicandũ quod à fraudis caſtorio temperare fit, in hoc mirabile, quod in diſtinctis intentis ſupplicia virtute propria etiam ab hoſte detoſtris. Ambro. lib. 3. oſtiorum cap. 14.

† 106. 1. 1. A. Ixit autem dominus ad Moyſen, Ingredere ad Pharaonem, & loquere ad eum: Hæc dicit dominus deus Hebræorum: Dimitte populum meum, vt ſacrificet] mihi. Quod ſi adhuc renuis, & retines eos, ecce manũ mea erit ſuper agros tuos] & ſuper equos, & aſinos, & camelos, & oues, & boues, peſtis valde grauis. Et faciet dominus] mirabile inter poſſeſſiones] Iſrael & poſſeſſiones] Aegyptiorum, vt nil omnino pereat ex iis, quæ pertinent ad filios Iſrael. Conſtituitq; dominus tẽpus, dicens: Cras faciet dominus verbũ iſtud in terra: Fecit ergo dominus verbum hoc altera die, & mortua ſunt] omnia animalia] Aegyptiorum. De animalibus verò filiorũ Iſrael nihil omnino periit. Et miſit Pharaon ad vidẽdum, nec erat quicquam mortuum de iis quæ poſſidebat Iſrael. Ingrauatumq; eſt cor Pharaonis, & nõ dimiſit populum. Et dixit dominus] ad Moyſen, & Aaron: Tollite plenas manus] cineris de camino,] & ſpargat illum Moyſes in cœlum coram Pharaone, ſitq; puluis ſuper omnem terram] Aegypti: Erunt enĩ in hominibus, & iumentis, vlcera & velicæ turgẽtes, in vniuerſa terra] Aegypti: Tuleruntq; cinerem de camino, & ſteterunt coram Pharaone, & ſparſit illum Moyſes in cœlũ. Fataq; ſunt] vlcera] veſicarum] turgentiũ in hominibus, & iumentis, nec poterant malefici ſtare coram Moyſe propter] vulnera,] quæ in illis erant: & in] omni terra] Aegypti.] Indurauitq; dominus cor Pharaonis, & nõ audiuit eos ſicut locutus eſt dominus ad Moyſen. Dixitq; dominus ad Moyſen: Mane conſurge, & ſta coram Pharaone, & dices ad eum: Hæc dicit dominus deus Hebræorum: Dimitte populum meũ, vt ſacrificet] mihi: quia in hac vice mittã omnes plagas meas ſuper cor tuũ, & ſuper ſeruos tuos, & ſuper populum tuum, vt ſcias quod non ſit ſimilis mei in omni terra. Nũc enim extẽndens manum, percutiam te, & populum tuum peſte: peribisq; de terra. Idcirco autẽ poſui te, vt oſtendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meũ in omni terra. Adhuc] retines] populum meum, & non vis eũ dimittere? En pluam cras hac ipſa hora] grandine] multam nimis, qualis nõ fuit in Aegypto, à die qua fundata eſt, vſque in præſens tẽpus: Mitte ergo] iã nunc, & cõgrega] iumenta tua, & omnia quæ habes in agro, Homines enĩ & iumẽta, & vniuerſa quæ inuenta fuerint foris, nec congregata] de agris,] cecideritq; ſuper ea grando, morientur. Qui timuit verbum domini de ſeruis Pharaonis, fecit conſurgere ſeruos ſuos, & iumenta in domos: qui autem] neglexit] ſermonem domini, dimiſit ſeruos ſuos, & iumenta in agris. Et dixit dominus ad Moyſen: Extende manũ tuã in cœlum, vt fiat grando in vniuerſa terra] Aegypti, ſuper homines, & ſuper iumenta, & ſuper omnem herbam] agri, in terra] Aegypti. Extẽditq; Moyſes virgam in cœlum, & dominus dedit tonitrua, & grandinem, ac] diſcurrentia] fulgura] ſuper terram. Pluitq; dominus grandinem ſuper terram] Aegypti, &] grando & ignis] mixta] pariter] ferebantur.] Tantãq; fuit magnitudinis, quanta antẽ nunquã apparuit in vniuerſa terra] Aegypti, ex quo gẽs illa] cõdita eſt. Et] percufſit] grãdo in omni terra] Aegypti, cuncta quæ fuerunt in agris, ab homine vſq; ad iumentum: Curẽtamq; herbam] agri] percufſit grando, & omne lignum] regionis] confregit. Tantum in terra] Geſſen, vbi erãt filij Iſrael, grando non cecidit. Miſitq; Pharaon, & vocauit Moyſen & Aaron, dicens ad eos: peccauĩ etiam nunc. Dominus iuſtus, & ego & populus meus impij. Orate dominũ, vt deſinant tonitrua dei, & grando: vt dimittã vos, & nequaquam hic] ultra] maneatis. Ait Moyſes: Cũ egreſſus

1. Scruiant.

2. Gregẽ tuũ, per agros tuos.

3. Pecora.

a. Quinta plaga peſtis.

b. Vel ſola quæ in agris erant, vel animalia mixta quæ vniuerſa erant Aegyptiorũ. Aliud nullũ relinqueretur ſequentibus plagis afflicendum, vel eum dicitur omnia animalia, intelligitur de omni genere vel ſpecie animalium aliqua fuiſſe mortua: vt dicitur Acto. 16. de beato Petro, quod viderit vas deſcendere de cœlo velut lintẽ magnũ, in quo erant omnia quadrupedia & ſerpentia terra, & volatilia cœli.

c. Quid ergo erit graue vel durum? Ipſum eſt quod nec cõpunctũ ſcindiſtur, nec picthre] ſollicitur: nec mouetur precibus: minis non cedit] illa] gelli] duratur. Ingratum ad beneficia eſt, ad conſilia] iuſtitia] ad iudicia] ſeuum, inueterundum] ad turpia, impudum] ad pericula, inhumanum] ad humana, temerariũ ad diuina. Bernar. De conſideratione.

d. De Paulla fornacis.

d. Sexta plaga vlcera:

1. Aſtoſmata, vel vlcera.

2. Omnibus Aegyptiis.

7. Scruiant.

e. Nouit ergo deus bene vniuerſalis, in quibus tantum] humanam] naturam] non] ad] malum] creat, ſed] eos] per] ſer] patitur] quousque] ſcit] oportet.

Aug. queſt. 2. ſuper Exod.

8. Tu te eleuas ipſe.

f. Illud eſt quod merito mouet, quibus] niſi] peccatoribus] conſulatur, ſi] omnia] mortua] fuerant] plaga] ſuperiore: ſed] plaga] ſuperior] intelligi] poſſet] de] his] peccatoribus] que] remanſerant] in] campo, iſta] verò] etiam] de] his] que] in] domibus] collecta] fuerant. Aug. queſt. 2. ſuper Exod.

9. Intro domum.

10. Non poſuit cor ſuum ad.

g. Septima plaga grandinis:

11. Diſcurrit ignis.

12. Fuit grando, atque ignis in terra grandine] receptus, grauiſſima] quidem.

h. Cũ] Aegyptus] in] ipſa] hyẽ] me] ver] agit, neque] penitus] niuem] ſentiat, ſubito] tamen] aer] ille] tenuis] &] temperatus] naturam] noſtram] pro] amodũ] induit, vt] quousque] iam] vt] reſtere] inciperant, iudicium] erit. Philo] iudeus.

† Sup. 8. c.

† Roma. 9. d.

† Sap. 16. c. & 19. d.

Aggei. 2. c. d. 1. q. 4. Ecceſta. 6. Item peccato Aegyptiorum.

i. Qualem timorem quærebat
cui? non iſte nondum erat
ei timor dei? Facile eſt enim
peccari timere, ſed non eſt
hoc deum timere: ille ſcilicet
domini timore pietatis. Au-
gulſ. quæſt. 35. ſuper Exodus.
13. Faciſ domini dei veſtri.
14. Adiecit peccare.

15. Loquutus fuerat.

egreſſus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad dominum, & ceſſabunt tonitrua, & grando non erit: vt ſcias quia domini eſt terra. Noui autem quòd & tu & ſerui tui necdum timeatis dominum deum.] Linum ergo & hordeū læſum eſt: eo quòd hordeum eſſet virens, & linum iam folliculos germinaret. Triticum autē & far non ſunt læſa: quia ſerotina erant. Egreſſuſque Moyſes à Pharaone ex vrbe, tetendit manus ad dominum; & ceſſauerunt tonitrua & grando, nec vltra ſtillauit pluuiæ ſuper terram. Vidēs autem Pharao quòd ceſſaſſet pluuiæ & grando, & tonitrua, ¹⁴auxit peccatum,] & ingrauatum eſt cor eius & ſeruorum illius. Et induratum eſt nimis, nec dimiſit filios Iſrael: ſicut ¹⁵præceperat] dominus per manum Moyſi.

Pharaone obdurato mittuntur locuſtæ, quibus per Moyſen ablatis, renitente Pharaone, tenebræ ſunt palpabiles.

X.

1. Agrauauit.
2. In medio eius.

3. Quæ feci in Aegypto.

4. Reuſis humiliari coram me.

5. Recuſas dimittere populū meum.

a. Si quid in eadē grando reliquit, nubes abſumpſerunt, vt fructum colligendorum ſpes Aegyptiis omnibus omnino ſit adſepta. Quòd ſi rex ſtultus tantum & non etiam malus fuiſſet, poterat vel iam diſtis eladiſ admonitur reſpicere vt tandem de aliquo tot malorum remedio cogitare inceperet. Ioseph. antiq. lib. 2. cap. 12.

6. Depaſcet reſiduum quod ſaluatum, quòdque relictum eſt vobis à grandine.

7. Nobis.

8. Cum emiſero vos & paruulos veſtros, videte quia malum eſt coram vobis.

*Aegypti.

b. Octaua plaga locuſtarum.

9. Orientalem.

10. Ille orientalis, vel curus.

11. Grauiſſima quidem, non fuit ante illam talis locuſta, nec poſt illā talis ventura eſt.

12. Vt tenebreſceret terra.

c. Hoc ergo & illud velut de diticijs dixit: Sed vbi data eſt requies, velut refuga indurauit cor ſuum, nec dimiſit filios Iſrael. Non ergo ſatis eſt cuiquam dixiſſe peccauit, nec prodelle potest conſeſſio ſc̄ta vel coacta. Attamē à locuſta vicius eſt forſis Rex. Rupertus. ibid.

*Tantum.

d. Nona plaga tenebrarum.

13. Denſiſſima, vel obſcuriſſima.

14. Non videbat alter alteriſ.

*Tribus diebus.

15. Secuti.

T dixit dominus ad Moyſen: Ingredere ad Pharaonem. Ego enim indurauit cor eius, & ſeruorum illius, vt faciam ſigna mea hæc in eo.] & narres in auribus filij tui, & nepotum tuorum, quotiens contriuerim Aegyptios,] & ſigna fecerim in eis: & ſciatis quia ego dominus. Introierunt ergo Moyſes & Aaron ad Pharaonem, & dixerunt ei: Hæc dicit dominus deus Hebræorum: Vſquequo non vis ſubiici mihi?] Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi. Sin autem reſiſtis, & nõ vis dimittere eum:] ecce ego inducam cras locuſtam in fines tuos, quæ operiet ſuperficiē terræ, ne quicquā eius appareat, ſed comedatur quod reſiduum fuerit grandini. * Corrodet enim omnia ligna quæ germinant in agris, & implebunt domos tuas, & ſeruorum tuorum, & omnium Aegyptiorum: quantum nõ viderunt patres tui, & aui, ex quo orti ſunt ſuper terram, vſque in præſentem diem. Auertitque ſe, & egreſſus eſt à Pharaone. Dixerunt autē ſerui Pharaonis ad eum: Vſquequo patiemur hoc ſcandalum? Dimitte homines, vt ſacrificet domino deo ſuo. Nonne vides quòd perierit Aegyptus: Reuocaueruntque Moyſen, & Aarõ ad Pharaonem, Qui dixit eis: Ite, ſacrificate domino deo veſtro. Quinam ſunt qui ituri ſunt? Ait Moyſes: Cum paruulis noſtris & ſenioribus pergemus, cum filiis & filiabus, cum ouibus & armentis. * Eſt enim ſolennitas domini dei noſtri.] Et reſpondit Pharao: Sic dominus ſit vobis cum: * Quo modo ego dimittā vos & paruulos veſtros, cui dubiū eſt quòd peſſimè cogitatis?] Nõ fiat ita: ſed ite tantū viri & ſacrificate domino. Hoc enim & ipſi petiſtis. Statimque eiecti ſunt de cõſpectu Pharaonis. Dixit autē dominus ad Moyſen: Extende manum tuam ſuper terram Aegypti, ad locuſtā, vt descendat ſuper terrā, & deuoret omnem herbā quæ reſidua fuerit grandini. ^b Et extendit Moyſes virgam ſuper terram Aegypti, & dominus induxit ventum ⁹vrentē] tota illa die & nocte. ¹⁰ Et mane factō, ventus ¹⁰vrens] leuauit locuſtas, quæ aſcenderunt ſuper vniuerſam terrā Aegypti, & ſederunt in cunctis finibus Aegyptiorum ¹¹innumerabiles, quales ante illud tēpus non fuerant, nec poſtea futuræ ſunt.] Operueruntque vniuerſam ſuperficiē terræ, ¹²vastantes omnia.] Deuorata eſt igitur herba terræ, & quicquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando dimiſerat. Nihil quoque omnino virens relictū eſt in lignis, & in herbis terræ, in cuncta Aegypto. Quamobrē feſtinus Pharao vocauit Moyſen & Aarõ, & dixit eis: Peccauit in dominū deum veſtrum, & in vos. * Sed nunc dimittite peccatum mihi etiā hac vice, & ſeruate dominū deum veſtrum, vt auferat à me mortem iſtam. Egreſſuſque eſt Moyſes de cõſpectu Pharaonis, & orauit dominum: Qui flare fecit ventum ab occidente vehementiſſimum, & arreptam locuſtam proiecit in mare Rubrū: Non remanſit ne vna quidem in cunctis finibus Aegypti. Et indurauit dominus cor Pharaonis, nec dimiſit filios Iſrael. Dixit autem dominus ad Moyſen: Extende manum tuā in cælum, & ſint tenebræ ſuper terram Aegypti, tam denſæ, vt palpari queant. ^d Extenditque Moyſes manum in cælum, & factæ ſunt tenebræ ¹³horribiles in vniuerſa terra Aegypti. Tribus diebus ¹⁴nemo vidit fratrem ſuū,] nec mouit ſe de loco in quo erat. ¹⁵ Vbiunque autē habitabant filij Iſrael, lux erat. Vocauitque Pharao Moyſen & Aaron, & dixit eis: Ite, ſacrificate] domino. Oues tantū veſtræ, & armēta remaneant: paruuli veſtri erant vobis. Ait Moyſes: Hoſtias quoque & holocauſta dabis nobis, quæ offeramus domino deo noſtro.

† Sap. 16. h.]
Sup. 7. c. 8a.
& 9. a. d.

† Sap. 17. a.
† & 18. a.

deo nostro. Cuncti greges pergunt nobiscum. Non remanebit ex eis vngula, quæ necessaria sunt in cultum domini dei nostri:] præsertim cum ignoremus quid debeat immolari, donec ad ipsum locum perueniamus. Induravit autem dominus cor Pharaonis, & noluit dimittere eos. Dixitque Pharaon ad Moyſen: Recede à me, & caue ne ultra videas faciem meam. Quocumque die apparueris mihi, moriêris. Respondit Moyſes: Ita fiat, vt locutus es. Non videbo ultra faciem tuam.

Minatur dominus Aegypti spoliationem, primogenitorum eadem, tam hominum quam animalium, præ nimia cecitate Pharaonis.

X I.

Dixit dominus ad Moyſen: Adhuc vna plaga tangam Pharaonem & Aegyptum, & post hæc dimittet vos, & exire compellet. Dices ergo omni plebi, vt postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua, vasa argentea & aurea, & vestem. Dabit autem dominus gratiam populo suo coram Aegyptiis. Fuitque Moyſes vir magnus valde in terra Aegypti coram seruis Pharaonis, & omni populo. Et ait: Hæc dicit dominus: Media nocte ingrediar in Aegyptum, & morietur omne primogenitum in terra Aegyptiorum à primogenito Pharaonis, qui sedet in folio eius, vique ad primogenitum ancillæ, quæ est ad molam, & omnia primogenita iumentorum. Eritque clamor magnus in vniuersa terra Aegypti, qualis nec ante fuit, nec postea futurus est. Apud omnes autem filios Israel non mutiet] canis ab homine vique ad pecus: vt sciatis quanto miraculo diuidat dominus Aegyptios, & Israel. Descendentque omnes serui tui isti ad me, & adorabunt me, dicentes: Egredere tu, & omnis populus qui subiectus est tibi. Post hæc egrediemur. Et exiit à Pharaone iratus nimis. Dixit autem dominus ad Moyſen: Non audiet vos Pharaon, vt multa signa fiant in terra Aegypti. Moyſes autem & Aaron fecerunt omnia signa, & ostenta quæ scripta sunt, coram Pharaone: & induravit dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel de terra sua.

Paschali agni ritu celebrato, cæsis Aegypti primogenitis, Israelitæ cum dimittis Aegypti liberè egrediuntur.

X II.

Dixit quoque dominus ad Moyſen & Aaron, in terra Aegypti: Mensis iste, vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cœtum filiorum Israel, & dicite eis: Decima die mensis huius, tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas. Sin autem minor est numerus,] vt sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum qui coniunctus est domui eius, iuxta numerum animarum quæ sufficere possint ad esum agni. Erit autem agnus absque macula, masculus anniculus. Iuxta quem ritum tolletis & hædum,] & seruabitis eum vsque ad quartamdecimam diem mensis huius. Immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vespèram,] & sument de sanguine eius, ac ponent super vtrūque postem, & in superliminaribus domortu in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua: sed assum tantum igni. Caput cum pedibus eius, & intestinis vorabitis: nec remanebit quicquam ex eo vsque mane. Si quid residuum fuerit, igne comburetis. Sic autem comedetis illum: Renes vestros accingetis, & calciamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinanter. Est enim Phasce id est, transitus domini. Et transibo per terram Aegypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum in terra Aegypti, ab homine vsque ad pecus, & in cunctis diis Aegypti faciam iudicia, ego dominus. Erit autem sanguis vobis in signum, in arduis in quibus eritis: & videbo sanguinem, ac transibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero terram Aegypti. Habebitis autem hunc diem in monumentum: & celebrabitis eam solennem domino in generationibus vestris, cultu sempiterno. Septem diebus azyma comedetis. In die primo non erit fermentum in domibus vestris. Quicumque comederit fermentatum, peribit anima illa de Israel, à primo die vsque

16. Ex illis epim accipiemus vt ministris domino deo nostro.

* Er custodi tempus.

d. Subiacti, nisi me accerserit prius: quia vidit postea coaccensente. Hugo de S. Victore.

* Hinc pfecta demissione. a. Longum Hebræi tempus in Aegypto in lateribus, muris, vrbibus faciendis consumpsit: dominus igitur deus mercedem aliquam laboris sui illos percipere voluit. Ideoque hæc illos calliditate vt voluit: Nam & Aegyptij regi suo in vexandis Hebræis opera suam & studium addiderunt. Theo doretus ibidem.

b. In Aegypto nocte media Aegyptius deus plagam decimam minabatur, vt eorū primogenita deperiret, quia primogenitum eius populū dei nebant.

1. Latrabit.
2. Quod distinctionem fecerit dominus inter Aegyptios & inter Israel.

3. Est sub pedibus suis.

4. Multiplicentur prodigia mea.

c. In sacra scriptura consuevit dici quod deus aliquando indurat, vel exacerat, ex eo quod gratiam non elargitur: per quam quis emolliatur & videat. S. Thomas in Job. cap. 7. lect. 4.

a. Mensis lunaris, scilicet Nisan, cuius prima lunatio cœnit principum arietis, & nostro responderi Martio.
* Patrum.
1. Fuerit familia domus.

2. Singuli pro esu suo, numerabitis pro agno.
3. Quem ex quibus, aut ex capris tolletis.
4. Omnis cœtus Israel inter vesperas.

5. Cum azymis panibus, & cum amaris, sup. herbis, vel cum amaritudinibus, comedent eum.
6. Cruribus.

b. Præter fel & illa feces continentia, quæ sunt abicienda.
* Ex eo vsque mane.

c. Hæc est ad solennitatem patriæ celestis anhælat. Nemo in huius vite itinere torpeat, ne in patriâ locū perdat. Grego. Homil. 22.

d. Cæterum transitus ille Hebræorū altum nobis transitū figurauit, de quo dicit euangeliſta sanctus. Ante diem festum pasche sciens Iesus quia venit eius hora vt transiret ex hoc mundo ad patrem. Ille enim verè transitus domini in omnium postremum transitus est. Rupertus ibidem.

d. Fecerunt omnia deorum Aegypti simulachra illa nocte comminuta.

7. Statuto.
* Celebrabitis illum.

Inf. 2. 13.
7. Sup. 3. 8.
Infra 12. c.

† Eccles. 4. 5. a

† Inf. 12. d. c.
Psal. 77. d. &
23. f.
1. q. 4. c. Eccl.
5. l. c. peccato
Aegyptiorū.

† De cœfec.
21. 2. c. Quid
sic sanguis.

8. Die prima erit conuocatio ſancta, & die ſeptima erit vobis conuoctio ſancta.

Scuto.

c. Aut ergo ſe appellauit perperum, quod non ſua ſponte audeant deſinare celebrare aut non vt ipſi ſigna recu, ſed res que his ſignificantur, grecæ & perpetuæ intelligantur. Auguſt. ibidem.

10. Exerabite, & accipite oculam.

11. Maſtare in Phaſe.

12. Fucite in peſti.

13. Vt plaga immittat.

14. Vt ſit tam tibi quam filiis tuis in ſtatutū ſeculi, vel ſem piternum.

15. Quis eſt hic cultus veſter?

f. Decima plaga primogenitoru.

20. Captiu, qui.

g. Primogenitus appellatur qui uuluum aperit, ante que nullus ſi non is quem frater poſt genitus ſequitur. Hiero.

h. Iuxta uerbum ueſtrum.

i. Sacrificare etiam pro benedictione mei.

17. Paſſam ſuam.

18. Cibos ligatos in ueſtibus.

k. Philoſophi ſi que ſont uera, vel fidei noſtre accommoda diuerunt, maxime Platonici, non ſolum ſeruidanda non ſunt, ſed ab eis etiam tanquam iniuſtis poſſeſſoribus in uſum noſtrum uendenda. Aug. de doct. Chriſti. lib. 3. cap. 40.

l. Quod ſi & Chriſtus dignos pronuntiat mercede operarios, excuſauit præceptum illud creatoris de uſis aureis & argenteis Aegyptiorum auferendis. Qui enim urbes & uillas operari ſuerunt Aegyptii, diſci utique operari intercede, non ad fraude ſunt inſtincti, ſed ad mercedis compenſationem, quam alibi à dominis roſibus exigere non poterat. Terullia aduer. Marcio. li. 4. Item. Sicut Aegyptii non ſolum idola habebant, & onera grauia que populus Iſrael deſtaretur, & fugeret: ſed etiam uafa a que ornamenta de auro & argento, & ueſtes, que illo populus exiit de Aegypto ſibi potius tanquam ad uſum meliorem clauculo uindictauit, non auctoritate propria, ſed præcepto dei, ipſis Aegyptiis neſcienter commodanti bus ea quibus non bene uentantur. Auguſt. de doct. Chriſti. lib. 2. cap. 40.

Prima manſio in Rameſſe.

Secunda maſio in Soccoth.

m. In hac manſione coquitur azymos panes, & primum redunt tabernaculi: unde & ex ro locus nomen accepit Hier. de 22. manſionibus.

19. Pinſerunt uero paſſam qui protulerit de Aegypto, placenas azymas facientes.

20. Vt uaticum ſibi pararent. n. Imo ſola maſerit in Aegypto ab ingreſſu Iacob ad huc exitu 217. an. Verum illi 430. an. computandi ſunt à primo anno re promiſſionis Abrahamæ in ualle illuſtri ſecundo anno poſt egreſſum de Haran, cum cepit peregrinari in Aegypto.

21. Factumque eſt à ſine illorum quadringentorum triginta annorum, ipſa.

23. Lex.

24. Accedat & faciat ipſum.

ad diem ſeptimum. ⁸ Dies prima erit ſancta aſolénis, & dies ſeptima eadem feſtiuitate uenerabilis.] Nihil operis facietis in eis, exceptis iis quæ ad uſendum pertinent, & obſeruabitis azyma. In eadem enim ipſa die educam exercitum ueſtrum de terra Aegypti, & cuſtodietis diem iſtum in generationes ueſtras ⁹ ritu] ^e perpetuo. [†] Primo menſe quartadecima die menſis ad ueſperum, comedetis azyma, uſque ad diem ueſtimam primam eiufdem menſis ad ueſperam. Septem diebus fermentatum non inuenitur in domibus ueſtris. Qui comederit frumentatum, peribit anima eius de cœtu Iſrael, tam de aduenis, quam de indigenis terræ. Omne fermentatum non comedetis. In cunctis habitaculis ueſtris edetis azyma. Vocauit autem Moyſes omnes ſeniores filiorum Iſrael, & dixit ad eos. [†] ¹⁰ Ite, tollentes animal] per familias ueſtras, & ¹¹ immolate Phafe.] Fāſciculumque hyſſopi tingite in ſanguine qui ¹² eſt in limine,] & [†] aſpergite ex eo ſuperliminare, & utrumque poſtem. Nullus ueſtrum ingrediatur oſtium domus ſuæ uſque mane. [†] Tranſibit enim dominus percutiens Aegyptios. Cūque uiderit ſanguinem in ſuperliminari, & in utroque poſte, tranſcendet oſtium domus, & non ſinet percufforem ingredi domos ueſtras, ¹³ & lædere.] Cuſtodi uerbum iſtud, ¹⁴ legitimum tibi & filiis tuis uſque in æternū.] Cūque introieritis terram quā dominus deus daturus eſt uobis, ut pollicitus eſt: obſeruabitis ceremonias iſtas. Et cū dixerint uobis filij ueſtri, ¹⁵ Quæ eſt iſta religio?] dicetis eis. Victima tranſitus domini eſt, quando tranſiuit ſuper domos filiorum Iſrael in Aegypto, percutiens Aegyptios, & domos noſtras liberans. Incuruāt uſque populus, adorauit. Et egreſſi filij Iſrael, fecerunt ſicut præceperat dominus Moyſi, & Aaron. [†] ¹⁶ Factū eſt autē in noctis medio, percuffit dominus omne primogenitum in terra Aegypti, à primogenito Pharaonis qui in ſolio eius ſedebat, uſque ad primogenitum ¹⁷ captiuæ, quæ ierat in carcere: & omne ¹⁸ primogenitum iumentorum. Surrexitque Pharaō nocte, & omnes ſerui eius, cunctaque Aegyptus: & ortus eſt clamor magnus in Aegypto. Neque enim erat domus, in qua non iaceret mortuus. Vocatiſque Pharaō Moyle & Aaron nocte, ait: Surgite, egredimini à populo meo, uos & filij Iſrael. Ite & immolate domino, ¹⁹ ſicut dicitis. Oues ueſtras & armenta aſſumite, ut petieratis, & abeūtes benedicite mihi. Urgebantque Aegyptij populum de terra exire uelociter, dicētes: Omnes moriemur. Tulit igitur populus ²⁰ conſperſam farinam] antequam fermentaretur, & ²¹ ligans in palliis,] poſuit ſuper humeros ſuos. Feceruntque filij Iſrael, ſicut præceperat dominus Moyſi, & petierunt ab Aegyptiis ²² uafa argentea & aurea, ueſtēque plurimam. [†] ²³ Dominus autem dedit gratiam populo coram Aegyptiis, ut commodarent eis: & ²⁴ ſpoliauerūt Aegyptios. Profectique ſunt filij Iſrael de Rameſſe in ^m Soccoth ſexcenta ferē milia peditū uirorum, abſque paruulis & mulieribus.] Sed & uulgus promiſcuum innumerabile aſcendit cum eis, oues & armenta, & animantia diuerſi generis multa nimis. ²⁵ Coxeruntque farinā quam dudum de Aegypto conſperſam tulerant, & fecerunt ſubcinericios panes azymos: neque enim poterat fermentari, cogentibus exire Aegyptiis, & nullā facere ſinentibus moſā, ²⁶ nec pulmenti quicquam occurrerat præparare.] Habitatio autem filiorum Iſrael, qua manſerunt in Aegypto, fuit ⁿ quadringentorum triginta annorum. ²⁷ Quibus expletis,] eadē die egreſſus eſt omnis exercitus domini de terra Aegypti. Nox eſt iſta obſeruabilis domini, quando eduxit eos de terra Aegypti. Hanc obſeruare debent omnes filij Iſrael in generationibus ſuis. ²⁸ Dixitque dominus ad Moyſen & Aaron: Hæc eſt ²⁹ religio] Phafe. Omnis alienigena non comedet ex eo. Omnis autem ſeruus emptitiuſ circumcietur, & ſic comedet. Aduena & mercenarius non edent ex eo. [†] In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras, [†] nec os ³⁰ illius confringetis. Omnis cœtus filiorum Iſrael faciet illud. Quod ſi quis peregrinorum in ueſtram uoluerit tranſire coloniam, & facere Phafe domini, circumcietur prius omne maſculinum eius, & tunc ³¹ rite celebrabit,] eritque ſicut indigena terræ. Si quis autem circumciſus non fuerit, nō ueſcetur ex eo. Eadem lex erit indigenæ, & colono qui peregrinatur ad uos. Feceruntque omnes filij Iſrael, ſicut præceperat dominus Moyſi & Aaron, & eadem die eduxit dominus filios Iſrael de terra Aegypti per turmas ſuas.

† Ieui. 23.2. Nume. 28. c.

† Hebr. 11. c. Eccleſiaſtica. rum: † 1. Reg. 6. b.

† Sup. 18. b. Plal. 77. & 104. d.

† Sup. 11. a.

† Nume. 24. b. 24. q. 1. c. Quia ex ſola. c. Audiuitur † Ioh. 1. p. 6.

Liberationē ab Aegypto dominus primogenitorum sanctificatione meminisse iubet. Inde Israel egrediens ossa Ioseph secum defert, & a columna ignis illustratur. XIII.

De voto. c. Magna. Num. 38. c. 8. c. Luc. 2. d. Infr. 34. g. Eccl. 27. c.

OCUTUSQUE est dominus ad Moysen, dicens: ¹ Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vuluam in filiis Israel, tam de hominibus quam de iumentis: Mea sunt enim omnia.] Et ait Moyses ad populum: Memento diei huius, in qua egressi estis de Aegypto, & de domo seruitutis, quoniam in manu forti eduxit vos dominus de loco isto, vt non ² comedatis fermentatum panem.] Hodie egredimini mense nouarum frugum. ^b Cumque introduxerit te dominus in terram Chanaanai, & Heithai, & Amorraei, & Heuarei, & Iebuzai, quam iurauit patribus tuis, vt daret tibi terram fluentem lacte & melle, celebrabitis hunc morem & sacrorum] mense isto. Septem diebus vesceris azymis, & in die septimo erit solennitas domini. Azyma comedetis septem diebus: ³ Non apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cunctis finibus tuis. Narrabisque filio tuo in die illo, dicens: Hoc est quod fecit mihi dominus, quando egressus sum de Aegypto. Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monumētum ante oculos tuos, & vt lex domini ⁴ semper sit in ore tuo: In manu enim forti eduxit te dominus de Aegypto. Custodies huiuscemodi ⁵ cultum statuto tempore,] a diebus in dies. Cumque introduxerit te dominus in terram Chanaanai, sicut iurauit tibi & patribus tuis, & dederit tibi eam: ⁶ separabis omne, quod aperit vuluam, domino.] & quod primitiuum est in pecoribus tuis.] Quicquid habueris masculini sexus, consecrabis domino. Primogenitum asini ⁷ mutabis]oue: quod si non redemeris, interficies. ⁸ Omne autem primogenitum hominis de filiis tuis, pretio redimes. ⁹ Cumque interrogauerit te filius tuus cras, dicens: Quid est hoc? respondebis ei: In manu forti eduxit nos dominus de terra Aegypti; de domo seruitutis. Nam cum induratus esset Pharaos, & nollet nos dimittere, occidit dominus omne primogenitum in terra Aegypti, a primogenito hominis, vsque ad primogenitum iumentorum. Idcirco immolo domino omne quod aperit vuluam masculini sexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo. Erit igitur quasi signum in manu tua, & ¹⁰ quasi apprehensum quid, ob recordationem ante] oculos tuos, eo quod in manu forti eduxit nos dominus de Aegypto. Igitur cum emisisset Pharaos populum, non eos duxit dominus per viam terrae Philisthiim, quae vicina est, ¹¹ reputans ne forte poeniteret eum, si vidisset aduersum se bella consurgere, & reuerteretur in Aegyptum: sed circumduxit per viam deserti, quae est iuxta mare Rubrum. Et armati ascenderunt filij Israel de terra Aegypti. Tulitque Moyses ossa Ioseph secum, eo quod adiurasset filios Israel, dicens: ¹² Visitabit vos deus, efferte ossa mea hinc vobiscum. Profectique de Soccoth castrametati sunt in ¹³ Etham, in extremis finibus solitudinis. ¹⁴ Dominus autem praecedebat eos, ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: vt ¹⁵ dux esset itineris vtroque tempore.] Nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, coram populo.

16. q. 1. c. Porro. Deut. 5. a.

2. q. 4. c. Nabuchodonosor. In. p. tunc.

4. Gēto. 50. d. Num. 14. c. 1. Cor. 10. 2. Iosue. 24. g. 1. Nhe. 6. d. 33. q. 2. Vn. quaeque. Psal. 104. d.

Pharaos cum equitatu Israelern per siccam fugientem persequutus, cum suo equitatu submergitur. XIII.

Ios. 24. Anni ante Christu 1407 Anni mundi 2454

OCUTUS EST autem dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel: ¹ Reuertesi castrametentur e regione Phiairoth, quae est inter] Magdalum & mare contra Beelsephon. In conspectu eius castra ponetis super mare. Dicturusque est Pharaos super filiis Israel: Coartati sunt in terra, conclusit eos desertum. Et indurabor cor eius, ac persequetur vos, & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius: sciētque Aegyptij, quia ego sum dominus. Feceruntque ita. Et nuntiatum est Regi Aegyptiorum, quod ² fugisset populus. ³ Immutatumque est] cor Pharaonis, & seruatorum eius super populum, & dixerunt: ⁴ Quid volumus facere, vt dimitteremus Israel ne seruiret nobis? Iunxit ergo currum, & omnem populum suum assumpsit secum. Tulitque sexcentos currus electos, & quicquid in Aegypto curruum fuit, & du-

a. Commendat populo per Moysen dominus ceptionis suae memoriam habendam; & Aegyptiorum interfectionis, vt sciret debitor esse eius primogenita sua, & primogenita iumentorum suorum. c. immo offerre, qui in eorum liberatione omnia primogenita Aegyptiorum extinxit. Rabanus ibid.

1. Metum enim est. 2. Comedatur fermentatum. b. Et ita haec lex non obligat donec promissam possiderent terram.

c. Jurantem deus saepius scriptura describit. Primum in Genesi. 22. Vocatur angelus domini Abraham secundum de caelo dicens, per memetipsum iurauit, dicit dominus, &c. Ruse. Iuper Amos. cap. 8.

d. Non leuati in paschali die, sed quotidie lex dei memoranda erat.

3. Statutum tempore suo. 4. Et adduces omne quod aperit vuluam ad dominum.

5. Redimes.

e. Quod hic dicitur, de filiis tuis iudicium, vult non de alienigenis, siue mercenariis: pretio redimes, non tam iustitiam quam promissio est: nam qui pretio redimit, tunc fecit veritatem. Anna, quae Samuel non redimere voto proposuit, melius fecit. Ruse. Iuper.

6. In monumentum inter.

7. Sed ait deus, ne forte poeniteret populum cum videret.

Tertia mansio in Etham.

f. In qua primum dominus videtur nocte in columna ignis & per diem in columna nubis, vt praecedat populum, & dux itineris fiat Hieronymus. Etham tertia mansio Hebraeorum ante maris Rubri ingressum, dicitur magnum & arenosum ad mare Rubrum. Nam sicut terra castra in Etham cretensis finibus solitudinis habuisse populus Hebraeus fertur, ita tribus diebus in solitudine Etham post usitum mare vagabundus errauit. Vnde et duplex est Etham, vna extra mare in Aegypto, altera ultra mare in deserto: vel mare Rubrum conuenit in solitudine Etham. Est & alius Etham in Iudaea in quo Samson abscondebatur. Est viculus in tribu Iuda, quem Robos multis cinxerat feruor. De alio Etham mentio fit in 73. psal. Tu secisti finibus Etham. De quo tamen non frustra intelligas hanc tertiam mansionem: vt sit sensus: Tu secisti mare Rubrum, quod conuenit in deserto Etham. 8. Lumen illis praebere, quo ambularent die ac nocte.

1. Vt redeant, & maneant ante Phiairoth inter.

Quarta mansio in Phiairoth.

a. Non enim proclive iter est quo tenditur ad virtutes, sed ascenditur, & angustae ac difficulter ascenditur. Audi etiam dominum in euangelio dicentem: quia arcta & angusta via est, quae ducit ad vitam. Origenes ibid.

b. Vniuersa enim quae ex Aegypto profectio fiebat populi, haec deo typis & imago fiebat profectiois ecclesiae, quae erat futura ex gentibus. Iudaeus lib. 4. cap. 50.

2. Vt. i. u. est.

3. Super quenquam illorum.
c. Pharaon autem cetero ad persequendum proniorum habebat exercitum, quanto infan-
nus acceperat, auro v. l. argen-
to suo se esse spoliatos ab eis,
quos dudum liberare spoliaverant.
Rupertus ibid.
4. illos.

d. Parva nimis, nec digna pro
fecibus eorum, secundum que
viderant opera dei, illorum
fides hæc dicitur. Rupertus.

5. Dimitte nos.

6. Salutem domini, quam.

e. Vbi enim vitimus ex Hebraeo
populo ascendit, Aegyptiorum
quoque vitimus descendit in mare,
& continuo aquæ maris relaxata. Clemens
lib. 1. recognitionum.

f. Respondit dominus ad Moysen
quid clamis ad me cum panis
Moysi voce nulla accesserit.
Verum compun-
ctum cor, & pro populo lacrymabiliter
ingenitens, scriptura clamorem vocavit.
Hierony. in capi. 4. ad Galat. lib. 2.

7. Que erat ante faciem illorum,
cepit stare à tergo illorum,
& venit.

8. Illa atque tenebra, illuminans
noctem, nec accessit illi ad istum
tota nocte.

9. Orientali.

g. Elegit deus Moysen, qui
Pharaonem virtutibus imitaret,
signis & magnalibus ad-
moneret, vindictam tunc, qui
iun dei sententiam trahatur.
Aug. Ser. 89. de tempo.

10. Perterruit. Heb. contrubuit,
70. inter.

h. Hoc anno reprobationis
490. Moyses 80. an. agens po-
pulum Israel iubente deo si-
gnis ab Aegyptiaca eduxit ser-
titate, cui per 40. ann. in ere-
mo legem exposuit. Ab hoc
loco ad repli. iudificationem
anni 480. numeratur.

i. Mane cum lux naturina
iuxta vim suam lucret. Puge-
runtque Aegyptij in occu-
sum illius.

k. Anno Moysi 80. missus ad
liberandum populum, fecit
signa eorum Pharaone anno
mundi 2451. Anno vero eius
dñi & mundi 2452. in prin-
cipio anni, tertio primo, 11.
die mensis exiit.

ces³ totius exercitus.] Induravitque dominus cor Pharaonis Regis Ægypti, & persecutus est filios Israel. At illi egressi erant in manu excelsa. † Cùmque persequerentur Ægyptij † vestigia præcedentium,] repperunt eos in castris super mare. Omnis equitatus & currus Pharaonis, & vniuersus exercitus, erant in Phiairoth contra Beelsephon.

† Cùmque appropinquasset Pharaon, leuantes filij Israel oculos viderunt Ægyptios post se, & timuerunt valde. Clamaueruntque ad dominum, & dixerunt ad Moysen: Forsitan non erant sepulchra in Ægypto, ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine. Quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Ægypto? Nonne iste est sermo quem loquebamur ad te in Ægypto, dicentes: Recede à nobis,] vt seruiamus Ægyptiis? Multo enim melius est seruire eis, quam mori in solitudine. Et ait Moyses ad populum: Nolite timere: State, & videte magnalia domini, quæ] facturus est hodie. † Ægyptios

enim quos nunc videtis, nequaquam vltra videbitis, vsque in sempiternum. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Dixitque dominus ad Moysen: † Quid clamas ad me? Loquere filiis Israel, vt proficiantur. † Tu autem eleua virgam tuam, & extende manum tuam super mare, & diuide illud, vt gradiantur filij Israel in medio mari per siccum. Ego autem indurabo cor Aegyptiorum, vt persequantur vos, & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus, & in equitibus illius. Et scient Ægyptij, quia ego sum dominus, cum glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus, atque in equitibus eius. † Tollensque se angelus domini qui præcedebat castra Israel, abiit post eos: & cum eo pariter columna nubis † priora, dimittens, post tergum stetit,] inter castra Aegyptiorum, & castra Israel. Et erat nubes † tenebrosa, & illuminans noctem, ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent.] Cùmque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud dominus, stante vento vehementi, & † vrenti] tota nocte, & vertit in siccum. † Diuisaque est aqua & ingressi sunt filij Israel per medium siccis maris. Erat enim aqua quasi murus, à dextera eorum & læua. † Persequentisque Ægyptij, ingressi sunt post eos, † & omnis equitatus Pharaonis, currus eius, & equites per medium maris. † Iamque aduenerat vigilia matutina, & ecce respiciens dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis & nubis, † † interfecit] exercitum eorum, & subuertit rotas currum, ferebanturque in profundum. Dixeruntque Ægyptij: Fugiamus Israelem, quia dominus pugnat pro eis contra nos. † Et ait dominus ad Moysen: Extende manum tuam super mare, vt reuertantur aquæ ad Ægyptios, super currus & equites eorum. Cùmque extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est † primo diluculo ad priorem locum. † Fugientibusque Ægyptiis occurrerunt aquæ, & inuoluit eos dominus in mediis fluctibus. Reuersæque sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare: nec vnus quidem superfuit ex eis. † Filij autem Israel perrexerunt per medium siccis maris, & aquæ eis erant quasi pro muro à dextris & à sinistris. † Liberauitque dominus in die illo Israel de manu Aegyptiorum, & viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, & manum magnam quam exercuerat dominus contra eos. Timuitque populus dominum, & crediderunt domino, & Moysi seruo eius.

Israelis & gratiis deo cum cantu peractis venerunt in Marath, vbi amaritudine aquarum versa in dulcedinem, venerunt in Helim. XV.

1. Canabo.
2. Triumphando magnifice egit.
3. Eius.

1. Dominus Heb. Jehouah.
a. Hostes dei erit in sinistra eius proficiscens, in dextera franguntur: quia plerumque via profertur prauos eleuat, sed aduentus eternæ beatitudinis dicit. Gregor. in pastoral. 3. parte, ad mō. 27.
4. Confregit.

Tunc cecinit Moyses, & filij Israel carmen hoc domino, & dixerunt: † Cantemus] domino: † Gloriosè enim magnificatus est,] equitum & ascensorem * deicit in mare. † Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Iste deus meus, & glorificabo eum: deus patris mei, & exaltabo eum. Dominus † quasi vir pugnator, omnipotens] nomen eius, currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare. Electi principes eius submersi sunt in mari Rubro: abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis. † † Dextera tua domine magnificata est in fortitudine: dextera tua domine † percussit] inimicum, & in multitudine gloriae tuae.

† Mach. 4. a
Iosue 24. 2.

† Nesc. 9. b.
Sap. 19. d. 18.
2.
10. a. b. & 4. d.

† Iudith. 5. b.
Iosue 7. b. d.
10. 4. a.
Heb. 11. c.
De confre.
dia. 2. c. Reu-
ra.

De peni. di.
2. c. vt cogno-
uerunt.

Iudith. 9. b.
An. ante chri-
stum 1507.
Anni mundi
2454.

† Iosue 24. 2
† Sap. 18. b. 23
q. 7. c. Quid er-
go.

Sap. 10. d.
De conisc. d.
4. e. Nec quæ-
quam.
† Phil. 109.
Iosue. d.

1062. 24.

† Sap. 10. d.
Iosue. 12. a.
Iosue. 11. 2.

B.

tuæ⁵ deposuisti aduersarios meos.] Misisti iram tuam, quæ deuorauit eos sicut stipulam: & in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ. ⁶ Stetit vnda fluens, cōgregatæ sunt abyssi in medio mari. Dixit inimicus, Persequar & comprehendam, diuidam spolia, implebitur * anima mea. Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea. ⁷ Flauit spiritus tuus,] & operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbū in aquis vehemētibus. Quis ⁸ similis tui in fortibus] domine? Quis similis tui magnificus in sanctitate? terribilis⁹ atque laudabilis?] & faciens mirabilia? Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra. Dux fuisti in misericordia tua, populo* quem redemisti: & ¹⁰ portasti Ieum in fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum. ¹¹ Ascenderunt populi, & irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores Philistiim.] Tunc cōturbati sunt principes Ædom robustos Moab obtinuit tremor, ¹² obriguerunt] omnes habitatores Chanāan. ¹³ Irruat super eos formidō & pauor, in magnitudine brachij tui. ¹⁴ Fiant immobiles] quasi lapis: donec pertranseat populus tuus domine, donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti. Introduces eos, & plantabis in monte hereditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo quod operatus es domine: sanctuarium tuum domine, quod firmauerūt manus tuæ. Dominus regnabit¹⁵ in æternum & vltra.] Ingressus est enim ¹⁶ eques, Pharaon] cum curribus & equitibus eius in mare: & reduxit super eos dominus aquas maris. ¹⁷ Filij autem Israel ambulauerunt per siccum, in medio eius, ¹⁸ Stumpsit ergo Maria prophetissa, soror^d Aaron, tympanum in manu sua, egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris, ¹⁹ quibus præcinebat, dicens: Cantemus] domino: Gloriosè enim magnificatus est,] equum & ascensorem eius deiecit in mare. ²⁰ Tulit autem] Moyses Israel de mari rubro, & egressi sunt in desertum Sur, ambulaueruntque tribus diebus per solitudinē, & non inueniebant aquam. ²¹ Et venerunt in ²² Marath,] nec poterant bibere aquas de Marath, eo quòd essent amaræ. Vnde & congruum loco nomen imposuit, vocans illum Marath, — id est, amaritudinem.] Et murmurauit populus contra Moysen, dicens. ²³ Quid bibemus? At ille clamauit ad dominum. Qui ostendit ei lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. Ibi ²⁴ constituit ei præcepta, atque iudicia: & ibi tentauit eum, dicens, ²⁵ Si audieris vocem domini dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, custodierisque omnia præcepta illius, cunctum languorē, quē posui in Ægypto, non inducam super te. Ego enim sum dominus deus sanator tuus. ²⁶ Venerunt autem in Helim filij Israel: vbi erant duodecim fontes aquarū, & septuaginta palmæ, & castrametati sunt iuxta aquas.

*Murmurantibus in Sin pro cibo Israelitis, pluit dominus coturnices, & Man-
ad saturitatem.* XVI.

Rofectique sunt de Helim, & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum^a Sin, quod est inter Helim & Synai: quintadecima die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Ægypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron in solitudine. Dixeruntque filij Israel ad eos: Vtinam mortui essemus per manum domini in terra Ægypti, quando sedebamus^b super ollas carniū, & ^c comedebamus panem in saturitate! Cur induxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame? Dixit autem dominus ad Moysen: Ecce ego pluam vobis panes de cœlo. Egredietur populus, & ^d colligat quæ sufficiunt per singulos dies,] vt tentem eum, vtrum ambulet in lege mea, an non. ^e Die autem sexto parent quod inferant, & sit duplum quàm colligere solebant per singulos dies. Dixeruntque Moyses & Aaron ad omnes filios Israel: Vespere scietis quòd dominus eduxerit vos de terra Ægypti: & mane videbitis gloriam domini: Audiui enim murmur vestrum contra dominum. Nos verò quid sumus, quia misististis contra nos? Et ait Moyses: ^f Dabit vobis dominus vespere carnes edere, & mane panes in saturitate, eo quòd audierit^g murmurationes vestras, ^h quibus murmurati estis contra eum. Nos enim quid sumus? ⁱ Nec contra nos est murmur vestrū, sed contra dominum. Dixit quoque Moyses ad Aaron: Dic vniuersæ congregationi filiorū Israel:

5. Deturbasti insurgentes in te.
6. Secrerunt quasi cumulis fluida aquæ.

* Ab eis.
7. Flauisti per ventum tutum.

8. Vt tu in diis.
9. Laudibus.
x. Hinc.
10. Duxisti.
11. Audiunt populi, & ebrentauerunt, tre nor inuasit l'astinos.
12. Liquefacti sunt.
13. Obtruncant.
b. Fieri inquam lapidem nō est natura esse lapidem. Non enim fieret quod non erat. Hoc propter illos dicitur qui male nature Pharaonem vel Ægyptū dicunt fuisse, & non ex arbitrij libertate in hoc esse deductos Origenes.

14. In seculum & in æternū.
15. Equitatus Pharaonis.
c. In æternum & vltra, id est, per præteritū seculum totum, & etiam per futurum, vel per spaciū totum quod eū modo incipit, & cum mundo finiet, & vltra, non quantū ad spaciū, sed quantum ad dignitatem scilicet super omnes, & super omnia: Hugo, de sancto Victo.
d. Quia prius fuit soror Aarō quam Moysi, & vtroque senior.

16. Et in regione illorum in laudē protulit Maria, dicens: Cantate domino, quoniam triumphando magnificè egit.
17. Fecit autem egressi.

Quinta mansio in Marah.

18. Marah, & infra.
c. Marath quinta est mansio prima tantē, postquam mare rubrum egressi sunt: loci ab aquarum amaritudine dicitur quæ Moyses lignis à domino monstrato dulces fecit.
f. Si non inuenerit autē cogitatio agere incipit: ego qui Ægyptū contriui in ira mea ductor tuus ero in misericordia mea. Alia autem si Ægypti prius peccata rebellauerunt fecerit fueris, cunctum latrorem inducam super te, quem in Ægypto posui. Rurperus.

Sexta mansio in Helim.

Septima mansio in deserto.

a. Sin, quā tamen Hieto, dicit o cetaia in in ordine, quòd omnis eremus vsque. ¹ Synai dicitur Sin, in quo sunt quinque mansiones.

1. Iuxta.
b. Moyses vacuo velle legem accepit scriptam digito dei, populus manducet & bibent, confurgentque ludere aurum constat in vitulum. Hicory, aduersus Iouini. a. lib. 1.
c. Colligent rem dei in die suo.

c. Non vacat mysterio, quòd dicit ad vespere carnes, & mane panes se daturum: quia ad vespere Christus mortuus est, & mane resurrexit. Aug. ibid.
d. Dominus.
e. Qui enim contra superpositam sibi potestatem murmuratum redarguit, qui pariter deum homini potestatem dedit: vt Paulus Rom. 13. x.

† 1. q. 7. e. Plerumque.
† Item obiticius.

Iof. 2. 14. † De consec. dist. a. c. Reucra.

† Iudith. 5. e.

† Eccles. 35. a.

† Num. 33. b.

Iof. 31. 8. p. 11. a.

† Rom. 13. a.

Accedite corā domino: ^g Audiuit enim murmur vestrum. Cūque loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorū Israel, respexerunt ad solitudinē: Et ecce gloria domini apparuit in nube. Locutus est autē dominus ad Moysen, dicens: [†] ^c Audiui murmurationes filiorum Israel. Loquere ad eos: Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus: scietisquē quod ego sum dominus deus vester. Factū est ergo vespere, & ascendens ^f coturnix cooperuit castra, mane quoque ros iacuit per circuitū castrorū. Cūque operuisset superficiem terræ, [†] apparuit in solitudine minutū, & quasi pilo tufum in similitudinem pruinæ super terram. Quod cum vidissent filij Israel, dixerunt ad inuicē ^g ^g Manhu? Quod significat, Quid est hoc? Ignorabant enim quid esset. Quibus ait Moyses: [†] iste est panis quem dominus dedit vobis ad vescendum. Hic est sermo quē præcepit vobis dominus. Colligat vnusquisque ex eo quantum sufficit ad vescendum, ^g gomor per singula capita. Iuxta numerum Janimarum vestrarū que habitant in tabernaculo, sic tolletis.] Feceruntque ita filij Israel, & collegerūt, alius plus, alius minus: & mensi sunt ad mensurā gomor. [†] ^h Nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus parauerat, reperit minus: sed singuli iuxta id quod edere poterant, congregauerunt. Dixitque Moyses ad eos: Nullus relinquat ex eo in mane. ^g Qui nō audierūt eum, sed dimiserūt quidā ex eis vsque mane, & scatere cœpit vermibus, atque cōputruit. Et iratus est cōtra eos Moyses. [†] Colligebant autem mane singuli quantū sufficere poterat ad vescendum. Cūque incaluisset sol, liquefiebat: In die autem sexta collegerūt cibos duplices, id est, duo gomor, per singulos homines. Venerunt autem omnes principes multitudinis, & narrauerunt Moysi. Qui ait eis: hoc est quod locutus est dominus: Requies sabbati ^g sanctificata] est domino. Cras[†] quodcunque operandū est, facite:] & quæ coquenda sunt, coquite. Quicquid autem reliquū fuerit, reponite vsque in mane. ^g Feceruntque ita] vt præceperat Moyses, & nō computruit, neque vermibus inuentus est in eo. [†] Dixitque Moyses: Comedite illud hodie, ^g quia sabbatū est domino, non inuenietur hodie in agro. Sex diebus colligite, in die autem septimo sabbatum est domino, idcirco nō inuenietur. Venitque septima dies: & egressi de populo vt colligerēt, non inuenerūt. Dixit autem dominus ad Moysen: [†] Vsquequo non vultis custodire mandata mea, & legē meam? Videte quod dominus dederit vobis sabbatū, & propter hoc die sexta tribuit vobis cibos^g duplices.] Maneat vnusquisque apud semetipsum, & nullus egrediat[†] de loco suo die septimo, & sabbatizauit populus die septimo. Appellauitq; domus Israel, nomen eius man: [†] Quod erat quasi semen [†] coriā dri album, gustūsq; eius quasi similia cū melle. ^g Dixit autem Moyses: Iste est sermo quem præcepit dominus. Imple gomor ex eo, & custodiatur in [†] [†] futuras retrō generationes,] vt nouerint panē, quo alui eos in solitudine, quādo [†] [†] educti estis] de terra Aegypti. Dixitque Moyses ad Aaron: Sume vas vnum, & mitte ibi man, quantum potest capere gomor: & reponē coram domino ad seruandum in generationes vestras, sicut præcepit dominus Moysi. Posuitque illud Aaron [†] in tabernaculo ad seruandū. [†] Filij autem Israel comederūt man quadraginta annis, donec venirēt in terram habitabilē. Hoc cibo aliti sunt, vsquequo tangerent fines terræ Chanāan. Gomor autem decima pars est ephi.

e. Hoc autem dicit vt illi aduersus illum se fecerit mutum esse, qui istos miserat, & per istos operabatur. August. lib. i.

f. Vt non modo pane caelesti, sed etiam instructionibus eius lis fatigaretur. La. Gam. lib. 4. cap. 10.

g. Abscederet situs totis, ecce in superficie deserti erat tenuis quiddam & orbiculare exiguum quasi pruna.

h. Cur manna vocatum est? Quia cū mox illud cōspexissent, se mutuo interrogabant quid hoc esset. Itaque hūc ei appellationē indiderunt. Sic enim manna interpretatur, Theodorētus.

4. Omer, vel Gomet, pro summa numeri.

5. Et quippe oro his, qui sunt in tabernaculo suo accipite.

h. Mirabile quid in ipsa colligitione fiebat: Nullus enim minus quam egeret, aut propter avaritiam, aut propter invidiam sibi assumpsit. Nullus quia validior, sibi plusquam esset opus in eo die poruit. accipere. Itaque quicquid in vna die cōgregauerat, eius ipsius diei tantummodo cibis erat. Gregorius Nazianzenus.

i. Videtur autē quod per miraculum collegerint: quia & si deus hoc præcepit Moysi nondum tamen inuenit est Moysi præcepisse populo, sed quasi admittens responsum principibus. Hic est sermo quem præcepit Hugo de sancto Victore.

6. Sancti.

7. Quodcumque pinxere voluo ritis, pinxit.

8. Et repositurum illud vsque mane.

k. Si quis timore futurum quandam cibi periculum ad castitatem conseruauerit, totū quod repositum erat, per noctē corruptum in vermes transformabatur, præterquam in die sabbati. Idem.

9. Pro duobus diebus.

l. Alij etiam dicunt, quod sapiebat vnusquisque quod magis apperebat Hugo de S. Victore.

10. Generationes vestras.

11. Eduxi vos.

m. Hoc est, in arca, quæ testimonium vocatur Israelis propter tabulas fœderis, quæ licet ibidem nondum essent, mox tamen accepta lege formari iubeatur, cum sit tabernaculi testimonij. August. quæst. 84. super Exodus.

a. Raphidim vndecima est mansio, alias autē omisit repetiturus eas. Numeri 33. Sin autem tentatio, Raphidim sanitas iudicij interpretatur. Qui bene igitur exit de tentatione & quæ tentatio probabilem reddidit, in se venit ad sanitatem iudicij. August. Ser. 93. de tempore.

b. Vbi que murmuraciones ac iurgia, & beneicia dei sponte venientia, nulla proueniunt merita. Non ergo ille populus gloriatur quod pro suis meritis magnificauerit eū vel honorauerit dominos. Nam magnificentiam & honorem non solum nō promeruerūt, sed confusione & opprobrio dignos se fecerunt. Ilupertus ibidem.

Murmurantibus rursum in Raphidim pro aqua Iudæis, dat dominus aquā de petra, & inde orante Moysē vincunt ipsi Amalechitas. XVII.

Rapitur profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin, per mansiones suas, iuxta sermonē domini castrametati sunt in ^a Raphidim, vbi nō erat aqua ad bibedū populo. [†] Qui iurgatus cōtra Moysen, ait: Da nobis aquam vt bibamus. Quib^g respōdit Moyses: Quid iurgamini cōtra me? Cur tētatis dominū? Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria: & murmurauit cōtra Moysen, dicens. [†] ^b Cur fecisti nos exire de Aegypto, vt occideres nos, & liberos nostros, ac iumenta, siti: ^g Clamauit autem Moyses ad dominum, dicens: Quid faciā populo huic? Adhuc paululum, & lapidabit me, & ait dominus ad Moysen: Antecede populū, & sume tecum, de senioribus Israel, [†] & virgā, qua percussisti fluuiū, tolle in manu tua, & vade. [†] En ego stabo ibi corā te supra

† Eccl. 4. 14. Ios. 31.

† Num. 11. b. Psalm. 77. c. Sap. 16. c. Ioan. 6. d.

† 1. Cor. 10. a. De conf. di. 1. caput. Vbi pars.

† 2. Cor. 8. d.

† De conf. di. 4. c. Nec quoniam 2. c. Reueta.

† Exec. 20. b.

† Num. 11. b.

† Neco. 9. d. Iudith. 5. c.

† Ios. 3. b.

† Num. 20. a.

† Num. 20. b.

† Sap. 14. e. Psalm. 77. b. 1. Cor. 10. a. De conf. di. 1. c. Reueta. & c. In calice. Ios. 3. a.

pra petra¹ ° Horeb:]percutiesq; petra, & exibat ex ea aqua, vt bibat populus. Fecit Moyses ita coram senioribus Israel. Et vocauit nomen loci illius tetratio, * propter iurgium filiorum Israel, & quia tentauerunt dominum dicentes: * Est ne deus² in nobis,] an non? ^d † Venit autē Amalech, & pugnabat contra filios Israel in Raphidim. Dixitque Moyses ad Iosue: Elige viros, & egressus pugna contra Amalech cras. Ego stabo in vertice collis; habens virgam dei in manu mea. Fecit Iosue vt locutus erat Moyses, & pugnavit contra Amalech: Moyses autem, & Aaron, & Hur ascenderunt super verticem collis. ^d † Cūque leuaret Moyses manus, vincebat Israel: Sin autem paululum³ remisisset] ^d superabat Amalech. Manus autem Moysi erant graues, & sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum, in quo sedit: Aaron autem, & Hur sustentabāt manus eius ex vtraque parte. Et factum est, vt manus illius non lassarentur vsque ad occasum solis. ^d Fugauitque Iosue Amalech, & populum eius in ore gladij. Dixit autē dominus ad Moysen: Scribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Iosue. Delebo enim memoriam Amalech sub cælo. ° Edificauitque Moyses altare, & vocauit nomen eius, dominus exaltatio mea, dicens: Quia manus⁴ solius domini,] & bellum dei erit contra Amalech, à generatione in generationem.

1. c. In Horeb. Et ita mōs Horeb erat iuxta Raphidim, à quo vnde in Raphidim fuisse possent.
 * Et iurgium.
 2. In medio nostri.
 3. Amalechites regio in deserto ad meridien Iudæ, trans urbem Petram cunctibus Aiam, cuius & scriptura recordatur dicens. Amalech habitabat in terra ad austrum. Hic 10. de locis Hebraicis.
 4. Moyses cum tacere clamabat: cum otiosus faceret, prelibatur: nec solum prelibatur, sed etiam de hostibus, quos non cogitauerat, triumphabat. Apbro. Officio. li. 3. cap. 1. Item, sic Moyses orante occultata pugna, sed manifestata victoria. Sō^o orat, vt multi saluentur. Chry. Sermon de Moysen.
 5. Dimittebat.
 6. Orat Moyses & vincit, cessat, vincitur. Et si in Moysen corpus desiccebat, non voluntas aliquando cessabat.
 7. Atenuauitque.
 8. Israeliticus populus primū sacrificiū in Aegypto obtulit, secundū vero in eremo. Gue. super Ezechie. Homil. 2. o.
 9. Super solium domini.

Iethro Moysi focer vxorem cum filiis illi reduxit, factisque est illi à consiliis in constituendis iudiciorum magistratibus. X VIII.

^A Vmque audisset Iethro sacerdos¹ Madian, cognatus Moysi omnia quæ fecerat dominus Moysi, & Israel populo suo: & quod eduxisset dominus Israel de Aegypto, tulit * Sephoram vxorem Moysi, quam remiserat, & duos filios eius, quorum vnus vocabatur² Gersan,] dicente patre: † advena fui in terra aliena: alter vero Eliezer: deus enim ait, patris mei adiutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis: Venit ergo Iethro, cognatus Moysi, & filij eius, & vxor eius, ad Moysen in desertum, vbi erat castrametatus iuxta^b montem dei, & mandauit Moysi, dicens: Ego Iethro cognatus tuus venio ad te, & vxor tua, & duo filij tui cum ea. ^d Qui egressus in occursum cognati sui adorauit,] & osculatus est eum. Salutaueruntque se mutuo verbis pacificis. ^B * Cūque intrasset^c tabernaculum, narrauit Moyses cognato suo cuncta quæ fecerat dominus Pharaoni & Aegyptiis propter Israel, vniuersumque laborē qui accidisset eis in itinere, & quod liberauerat eos dominus. Lætatusq; est Iethro super omnibus bonis, quæ fecerat dominus Israeli, eo quod eruisset eum de manu Aegyptiorū. Et ait: ^d Benedictus dominus qui liberauit vos de manu Aegyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populum suum de manu Aegypti. Nunc cognoui quia magnus dominus super omnes deos, † eo quod superbè egerint contra eos. Obtulit ergo Iethro cognatus Moysi holocausta & hostias domino, † veneruntque Aaron, & omnes seniores filiorum Israel, vt comederent panem cum¹ eo coram domino. † Altera autem die sedit Moyses, vt iudicaret populū, qui assistebat Moysi à mane vsque ad vespem. * Quod cum vidisset cognatus eius, omnia scilicet quæ agebat in populo, ait: Quid est quod facis in plebe? Cur solus sedes, & omnis populus⁶ præstolatur] de mane vsque ad vespem? Cui respondit Moyses: Venit ad me populus, ⁷ quærens sententiam dei.] Cūque acciderit eis aliqua discrepatio, veniunt ad me, vt iudicē inter eos, & ostendā præcepta dei, & leges eius. At ille, non bonā, inquit, rem facis. ⁸ Stulto⁹ labore cōsumeris,] & tu & populus iste qui tecū est. Ultra vires tuas est negotiū. † Solus illud nō poteris sustinere. Sed audi verba mea⁹ atque cōsilia,] & erit dominus tecū. Esto tu populo¹⁰ in iis quæ ad deū pertinet, vt referas quæ dicuntur ad eū,] ostendāsque populo¹¹ ceteroniam, & ritū colendi, viamq; per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeāt. * Prouide autem de omni¹² plebe viros sapiētes, & timentes deū, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiā & cōstitue eis Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios, & Decanos, ⁵ qui iudicēt populū omni tēpore. Quicquid autē maius fuerit, referāt ad te, & ipsi minora tantumodo iudicēt: leuiusque sit tibi, ¹² partito in alios onere.] Si hoc feceris, implebis im-

1. Madiar civitas regia græcis Amalech, sita in valle ad finem Hauraticum. Huius fuit Sacerdos Iethro focer Moysi; qui vixit in deserto.
 2. Socer, qui Hebraicè dicitur hothen.
 3. Igitur Iethro focer Moysi.
 4. Gerton.
 5. Socer, & infra.
 6. Ad montem Sinai, legis datione domino dicitur.
 7. Et egressus Moyses in occursum foci sui inuenerunt se.
 8. Quis sunt, qui intelligunt hoc de tabernaculo domini, & dicunt hoc esse distum per anticipationem: sed nō oportet. Neque enim vnquam in tabernaculo domini immolauit, vel etiam illud intravit, quia gentilis erat. Hugo de S. Vidore.
 9. Proferretur & laudat sacerdos externus dominum, hoc est summum deum, contra se beneficium hęc populo istud. Caietanus ibi.
 10. Socero Moysi.
 11. Stat iuxta re.
 12. Vt consulat deum.
 13. Lassitudine fatigaris.
 14. Cur hoc deus famulus fuit, cum quo ipse rana & talia loquebatur, ab alienigena passus est admoneri? In quo scriptura nos admonet, per quælibet hominem detur consiliū veritatis non debere contemni. August. quest. 68. super Exo.
 15. Et ego cōsiliū tibi dabo.
 16. Respectu dei, vt referas causas ad deum.
 17. Statuta & leges, & ostēdes illis viam.
 18. Boni iudicis conditiones.
 19. Audiant principes populi, & presbyteri plebis, quia debent omni hora populū iudicare, semper & sine intermissione sedere in iudicio, diuimere lites, reconciliare dissidentes, in gratiā reuocare discordes. Discat vnusquisque ex scripturis sanctis officij sui. Origenes ibidem.
 20. Portabuntque illi ceterum.

† Iudith. 4. d.
 † Sap. 11. a.
 Deute. 25. d.

† 36. di. ca. f.

10. f. 3.

† Sup. 2. d.

† Sup. 1. b. c. d.
 † De panis.
 dist. 1. cap. Et venit.
 † 88. dist. ca.
 Decretis.

10. f. 14.
 † Deute 1. b.

h. Consiliarii enim omnes opus habent etiam si Moyse esse ferri possint. Multa enim sunt que magni & admirabiles viri ignorant que tamen parui abiecerunt seire solent. Quod Moyse consyderans omni cum mansuetudine audiuit sacerum consulentes, ac dicentem sibi: fac tibi tribunos, centenarios quinquagenarios, decanos, & si res aliqua gravior fuerit, referat ad te. Chrysostomus, de conuersione Pauli.

13. Moyse factum.

perium domini, & precepta eius poteris sustentare, & omnis hic populus reuertetur ad loca sua cum pace. Quibus auditis, Moyses fecit omnia que ille suggererat. Et electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi, Tribunos, & Ceteros, & Quinquagenarios, & Decanos, qui iudicarent plebem domini omni tempore. Quicquid autem grauius erat, referabant ad eum, faciliora tantummodo iudicantes. Dimisitque cognatum suum, qui reuersus abiit in terram suam.

Populus iuxta montem Sinai in peculiarem eligitur, sanctificarique iubetur domino in fulgure & tonitru Moysi in monte appacente. XIX.

a. In 17. die ab exitu Israel de Aegypto, hoc est, in principio tertii mensis, uenerunt in hanc mansionem, que est duodecima, ubi media pars Exodi, & totus Leuiticus libri, & numerorum precepti, & per singulas populi tribus distributio, & oblatio principum descripti sunt. Hierony, ad Fabiolam.

b. Duxi vos ad me, vel traxi.

c. Eritis mihi in peculium propterea quod omnes deus erant sumus, sed illi tantum peculium dei sunt qui per diuine maiestatis cognitionem spiritaliter facti sunt: quippe deo digna faciunt neque ab illa animi perurbatione aut falsa deo subiciuntur. Seruatus Antiochenus episcopus ibidem.

d. In gentem sanctam.

e. Et posuit ante faciem illorum.

f. Ei.

g. Densa nubes.

e. Non solum sanctificari, sed etiam uestimenta lauare. Hebraei à deo iubentur, cum leges sunt accepturi, quia per corporales res ad spirituales eos adducit, & timore iuuetur, & reuerentiores redditur. Theodoretus ibidem.

f. Non tangat eum manus, alioquin lapidando lapidabitur.

6. Prolixius insonuerit.

d. Tertius dies ingressus in Sinai, qui 14. die primi mensis agni immolati quinquagesimus erat, cum aduenisset in Sinai die 27. mensis. Hiero, ad Fabiolam.

7. Et valde tremuit vnuerfus mons, & factum est cum vox rube procederet, & fortissima fieret.

8. Iudai putauerunt Moysen quoniam eum in hoc loco montem ascendit & in tenebras ingressus fuit, ipsam ineffabilem dei naturam oculis suis uidisse. Cyillus super Ioannem lib. 4. cap. 8.

f. Sacerdotibus iam pridem mandatur uoce celesti, & dei lege prescribitur quos & quales oporteat destinare altari, & sacrificia diuina celebrare. Cyprianus Episto 4.

g. Non inuenitur locutiones dei ad Moysen. Vna que fuit prius in decem mansuetis eodem maniter ad totum populum facta prius ad Moysen in caumine montis. Hugo de S. Victore.

Mense tertio egressione Israel de terra Aegypti, in die hac uenerunt in solitudinem Sinai. Nam profecti de Raphidim, & peruenientes usque in desertum Sinai, castrametati sunt in eodem loco, ibique Israel fixit tentoria e regione montis. Moyses autem ascendit in montem ad deum. Vocauitque eum dominus de monte, & ait: Hæc dices domui Iacob, & annuntiabis filiis Israel. Vos ipsi uidistis quæ fecerim Aegyptiis, quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. Si ergo audieritis uocem meam & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis. Mea est enim omnis terra: & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Hæc sunt uerba quæ loqueris ad filios Israel. Venit Moyses, & conuocatis maioribus natu populi, exposuit omnes sermones quos mandauerat dominus. Responditque omnis populus simul: Cuncta quæ locutus est dominus, faciemus. Cumque retulisset Moyses uerba populi ad dominum, ait ei dominus: Iam nunc ueniam ad te in caligine nubis, ut audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. Nuntiauit ergo Moyses uerba populi ad dominum. Qui dixit ei: Vade ad populum, & sanctifica illos hodie & cras, lauentque uestimenta sua, & sint parati in diem tertium. In die enim tertio descendet dominus coram omni plebe, super montem Sinai. Constituensque terminos populo per circuitum, & dices ad eos: Cauete ne ascendatis in montem, nec tangetis fines illius. Omnis qui tetigerit montem morte morietur. Manus non tangent eum, sed lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis. Siue iumentum fuerit, siue homo, non uiuet. Cum coeperit clangere buccina, tunc ascendent in montem. Descenditque Moyses de monte ad populum, & sanctificauit eum. Cumque lauissent uestimenta sua, ait ad eos: Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis uxoribus uestris. Iamque aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat, & ecce coeperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem. Clangorque buccinæ uolentius perstrepebat, & timuit populus qui erat in castris. Cumque eduxisset eos Moyses in occursum dei de loco castrorum, steterunt ad radices montis. Totus autem mons Sinai fumigabat, eo quod descendisset dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace. Eratque omnis mons terribilis, & sonitus buccinæ paulatim crescebat in maius, & prolixius tendebatur. Moyses loquebatur, & dominus respondebat ei. Descenditque dominus super montem Sinai in ipso montis vertice: & uocauit Moysen in cacumen eius. Quod cum ascendisset, dixit ad eum: Descende, & contestare populum, ne forte uelit transcendere terminos ad uidendum dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes quoque qui accedunt ad dominum, sanctificentur ne percutiat eos. Dixitque Moyses ad dominum: Non poterit vulgus ascendere in montem Sinai. Tu enim testificatus es, & iussisti, dicens: Pone terminos circa montem, & sanctifica illum. Cui ait dominus: Vade, descende, ascendesque tu & Aaron tecum. Sacerdotes autem & populus non transeant terminos, nec ascendant ad dominum, ne forte interficiat illos. Descenditque Moyses ad populum, & omnia narrauit eis.

Moyse decan-

A. Ios. 16. Num. 33. 6.

† A. do. 7. 2.

† Deut. 29. 2. Psal. 23. 2.

B. † 1. Pet. 2. 5.

† Infra. 25. 2.

† Infra. 24. 2.

† Heb. 12. 2.

† De summa erinitate. c. 1. verb. incomprehensibilis. In gloss.

† Deut. 4. 5.

Moyſes decalogum à domino auditum territo populo narrat, ac terrenum altare iubet fieri, ad quod non fit per gradus ascendendum.

XX.

Iof. 16.
1. 4. 4. Ho-
mini. 9 con-
tra.
Deute. 5. a
Pfal. 80. c.
96. h.
Leuit. 19. a
26. a
Iudith. 6. b
Pfal. 56. b
115. a
Ela. 40. a
Deut. 5. b
Leuit. 19. e
Mat. 5. c
Ezech. 20. b
Deute. 5. b
Infra. 11. b
Genes. 2. a

Acutusque est dominus cunctos sermones hos: Ego sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis. Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quae est in caelo desuper, & quae in terra deorsum, nec eorum quae sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea, & neque coles. Ego sum dominus deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me: & faciens misericordiam in millia iis qui diligunt me, & custodiunt praecipua mea. Non assumes nomen domini Dei tui in vanum. Non enim habebit in fontem dominus eum, qui assumpserit nomen domini dei sui frustra. Memento ut diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua: Septimo autem die sabbatum domini dei tui est. Non facies omne opus in eo, tu & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena, qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit deus caelum & terram, & mare, & omnia quae in eis sunt, & requieuit in die septimo. Idcirco benedixit dominus diei sabbati, & sanctificauit eum. Honora patrem tuum & matrem tuam, ut sis longauus super terram, quam dominus deus tuus dabit tibi. Non occides. Non moechaberis. Non furtum facies. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces domum proximi tui. Nec desiderabis uxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quae illius sunt. Cunctus autem populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinae, montemque fumantem, & perterriti ac pauore concussi steterunt procul, dicentes Moyſi: Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur, & ait Moyſes ad populum: Nolite timere. Ut enim probaret vos, venit deus. Et ut terror illius esset in vobis, & non peccaretis. Stetitque populus de longe. Moyſes autem accessit ad caliginem, in qua erat deus. Dixitque praeterea dominus ad Moyſen: Haec dices filiis Israel. Vos vidistis quod de caelo locutus sum vobis. Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta, & pacifica vestra, oues vestras, & boues, in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei. Veniam ad te, & benedicam tibi. Quod si altare lapideum feceris mihi, non aedificabis illud de sactis lapidibus. Si enim leuaueris cultum tuum super eo, polluetur. Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudine tua.

85. dillie.
Ceterum.
Mar. 7. b.
6. di. Non
est peccati.
Deut. 5. b
Matth. 5. a
Marc. 7. b
Eph. 6. a
Roma. 13. b
Roma. 7. b
12. q. 4. ca.
Mercurio.
6. ca. Non
zelaboe-
ris. 23. q. 7. c.
Si de rebus.
Heb. 12. e
Deute. 18. c

Deut. 27. a
Iof. 8. f

Praecipua iudicialia quo ad emptitios seruos & ancillas, furta, homicidia, parricidia, parentum maledicta, rixas, & talionis poenas, atque corruptam bouem. XXI.

Dist. 7. in
summa.
Deut. 15. e
Ier. 1. c

Ac sunt iudicia quae propones eis: Si emeris seruum Hebraeum, sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber gratis. Cum quali veste intrauerit, cum tali exeat. Si habens uxorem, & uxor egredietur simul. Sin autem dominus dederit illi uxorem, & peperit filios & filias, mulier & liberi eius erunt domini sui, ipse vero exibat cum vestitu suo. Quod si dixerit seruus, diligo dominum meum, & uxorem ac liberos, non egrediar liber: offeret eum dominus diis, & applicabitur ad ostium & postes, perforabitque aurem eius subula, & erit ei seruus in seculum. Si quis vendiderit filiam suam in famulam, non egredietur sicut ancillae exire consueuerunt. Si displicuerit oculis domini sui, cui tradita fuerit, dimittet eam: populo autem alieno vendendi non habebit potestatem, si spreuerit eam. Si autem filio suo desponderit eam, iuxta morem filiarum faciet illi. Quod si alteram ei acceperit, prouidebit puellae nuptias, & vestimenta, & pretium pudicitiae non negabit. Si tria ista non fecerit, egredietur gratis absque pecunia. Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur. Qui autem non insidiatus, sed deus illum tradidit in manus eius, constituum tibi locum in quo fugere debeat. Si quis

Leui. 1. 4. e
De homic.
c. 1.
15. q. 1. c. 11.
De furtis. c. 1.
De ho. c. 1.

1. Super me, vel aduersum me.
2. Non enim dicitur: Non facies idolum, vel sculptile, aut similitudinem, in quo inhiere artem pingendi, dolandi, sculptendi, & iungendi imaginis, sed dicitur, non facies tibi, hoc est, ut eum deum vel tuum idolum. De his amplius Damasc. lib. 4. cap. 17. de orthodoxa fide.
3. Nim.
4. Rege addidit, qui oderunt me. Quia patet si fuerit contemptor diuinorum praecipitorum, & filius talis fuerit equus deo non obediens, & nepos sequutus fuerit vias aui, & patris sui, pronepos si na attendit, rependatur eis vitae in terram, & quartae generationem. Chrysostomus 23. ca. Marc.
5. Non in verborum sono, sed in victus necessarii ministratio. Hiero. ad Geruntianam viduam, de monogamia.

6. Dubium est apud nonnullos an sint 4. praecipua prima tabulae, & 6. tantum secunda, ut tantum 3. primae & 7. secunda: cui respondet Aug. Mihi quidem, inquit, congruentius videtur accipi tria illa, & illa septem. Tertia videtur illa tria, quae ad deum pertinent, insinuare diligenti inuictibus. Aug. ibid. quae 7. 2. Polos dicitur dies tui.
3. Respondet.
4. Multum & solidum significat ad verum testamentum timorem potius pertinere sicut ad nouum dilectionem: quodquam & in vetere noui lateat, & in nouo vetus pateat. Augustinus in questionibus super Exodum questione 23. 4. nobiscum.
5. Tentaret.
6. Meum.
7. In sequentibus tamdem fidem esse enunciat, sed & illud tantum terra in se habuit quomodo facienda fuerit. Et haec est sententia Iulianorum de aetate Hugo de S. Victore.

6. Politis.
iuxta illud:

1. Si cum corpore suo venisset, cum corpore suo exibat, hoc est, si solus sine uxore venisset, sine uxore exeat, Chalch.

2. Corpore, id est solus sine uxore & liberis.
3. b. Ad iudices. Nempe idolum, vel deos, iudices, vel sunt mos viros, seu etiam sacerdotes designat iudices in quibus quibus consilia est iudicium, quod dei sunt proprii est.
4. Serui.
5. Et non desponderit eam, redimet eam.
6. Cum.

7. Victim eius, & vestimentum eius, & coniugale debitum non minuet ab ea.

8. unde iuxta illud.

9. Machinetur in proximum, ut dolo occidat eum.
 6. Lex hæc in veteri testamento propolita est, cum nondum optime vite diligentia exigebatur. quid igitur nos dicemus nunc, qui sumus sub gratia quando non tantum patri, sed & ipsi omnium deo male dicitur. Chryl. de providentia. Ser. 2.
 10. Arque inuentus fuerit in manu eius.
 11. Vacationem eius, vel sessionem soluet, & sanando sanabit eum.
 12. Vitiosum vicio sumetur.

13. Egressi sunt pueri, sed non facit motus, vixit nec mater nec prolii sitescit motus, sed pariter sit acceleratus.
 14. Dabit iuxta arbitrori sententiam.
 d. Ex hoc loco Manichæi veteris a nostro testamento differre dicitur: quod illic permissetur vindicta, hic prohibetur. Verum ex hoc intelligitur, & missam vindicandi recte carnalibus constituitur: ~~et sic dicitur in libro 2. de iudicibus. c. 1. & c. 2. & c. 3. & c. 4. & c. 5. & c. 6. & c. 7. & c. 8. & c. 9. & c. 10. & c. 11. & c. 12. & c. 13. & c. 14. & c. 15. & c. 16. & c. 17. & c. 18. & c. 19. & c. 20. & c. 21. & c. 22. & c. 23. & c. 24. & c. 25. & c. 26. & c. 27. & c. 28. & c. 29. & c. 30. & c. 31. & c. 32. & c. 33. & c. 34. & c. 35. & c. 36. & c. 37. & c. 38. & c. 39. & c. 40. & c. 41. & c. 42. & c. 43. & c. 44. & c. 45. & c. 46. & c. 47. & c. 48. & c. 49. & c. 50. & c. 51. & c. 52. & c. 53. & c. 54. & c. 55. & c. 56. & c. 57. & c. 58. & c. 59. & c. 60. & c. 61. & c. 62. & c. 63. & c. 64. & c. 65. & c. 66. & c. 67. & c. 68. & c. 69. & c. 70. & c. 71. & c. 72. & c. 73. & c. 74. & c. 75. & c. 76. & c. 77. & c. 78. & c. 79. & c. 80. & c. 81. & c. 82. & c. 83. & c. 84. & c. 85. & c. 86. & c. 87. & c. 88. & c. 89. & c. 90. & c. 91. & c. 92. & c. 93. & c. 94. & c. 95. & c. 96. & c. 97. & c. 98. & c. 99. & c. 100.~~

15. Admonitioque est dominus. c. Animalia bauta mandabatur occidi non propter aliquam ipsorum culpam, sed in peccatis dominorum qui talia animalia non custodierant ab huiusmodi peccatis, & ideo magis puniebatur dominus si bos corrupta fuerat ab heri & nudius tertius (in quo casu peccat occurrere periculo) quam subdito corrupta efficeretur. Vel occidebantur animalia in de testationem peccati, & ne ex coram a spectia aliquis horret hominis peccaretur. S. Tho. 2. 2. q. 105. art. 2. ad V.
 * Foueam.
 f. Hoc est ante hesternam vel nudius tertius die: quod pro tempore preterita posuit, quantum illud fuisset, more scripturarum. Aug. super Exod. Locutio, 98.

per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euellat eum, ut moriatur. Qui percusserit patrem suum, aut matrem, morte moriatur. Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur. Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus noxæ, morte moriatur. Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suum lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lectulo: si surrexerit, & ambulauerit foris super baculum suum, innocens erit, qui percusserit: ita tamen ut operas eius, & impensas in medicos restituat. Qui percusserit seruum suum vel ancillam virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit. Sin autem vno die vel duobus superuixerit, non subiacebit poenæ, quia pecunia illius est. Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, sed ipsa vixerit: subiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, & 14 arbitri iudicauerint. Si autem mors eius fuerit subsequuta, reddet animam pro anima, Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, aduersionem pro aduersione, vulnus pro vulnere, liuiorem pro liuore. Si percusserit quisquam oculum serui sui aut ancillæ, & luscum eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. Dentem quoque si excusserit seruo vel ancillæ suæ, similiter dimittet eos liberos. Si bos cornu percusserit virum, aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, & non comedentur carnes eius: dominus quoque bouis innocens erit. Quod si bos corrupta fuerit ab heri & nudius tertius, & contestati sunt dominum] eius, nec recluserit dominus eum, occideritque virum aut mulierem, & bos lapidibus obruetur, & dominum eius occident. Quod si pretium fuerit ei impositum, dabit pro anima sua, quicquid fuerit postulatus. Filium quoque & filiam si cornu percusserit, simili sententiæ subiacebit. Si seruum ancillamque inuaserit, triginta siclos argenti domino dabit, bos verò lapidibus opprimeretur. Si quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos, aut asinus in eam: reddet dominus cisternæ pretium iumentorum: quod autem mortuum est, ipsius erit. Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit, vendent bouem viuum, & diuident pretium, cadauer autem mortui inter se dispartient. Si autem sciebat quod bos corrupta esset ab heri & nudius tertius, & non custodiuit eum dominus suus, reddet bouem pro boue, & cadauer integrum accipiet.

Furti, damni que illati poena: depositi, commodati, atque stupri lex: idolatriæ supplicium: aduenæ, viduæ, & pupillo nocentium poenæ: mutui & suræ, & pignoris lex, ac obedientiæ, & decimarum. X X I I.

1. Iuxta hoc decretum rex Dauid ad sermonem Nathan propheta, respondit. Viuit dominus, quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc: non reddet in quadruplum, & ipse digno punietur. Chrysol. in 10. Pal.
 2. Si fur in foramine inuentus fuerit, & percussus obierit, si gavinus poena non erit. Si vero ortus fuerit sol super eum, gavinus debitor erit, reddendo reddet, etsi non habet, vendetur pro suo suo.
 2. Spinas, & absumptus fuerit acertus, aut stipes segetes, aut ager ipse.
 3. Mederit proximo suo.
 4. Ad iudices, si non misit.
 5. Et super omni re iniqua.
 * Quod dixerit quispiam apud illum esse, scilicet quod probauerit illam rem esse apud accusatum.
 6. Quem iudices.
 7. Domini erit inter vtrique.

1. Quis furatus fuerit bouem aut ouem, & occiderit vel vendiderit, quinque boues pro vno boue restituat, & quatuor oues pro vna oue. Si efringens fur domum, siue suffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis. Quod si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipse morietur. Si non habuerit quod pro furto reddat, ipse venundabitur. Si inuentum fuerit apud eum quod furatus est, viuens, siue bos, siue asinus siue ouis: duplum restituet. Si læserit quispiam agrum vel vineam, & dimiserit iumentum suum ut depascatur aliena, quicquid optimum habuerit in agro suo, vel in vinea, pro damni aestimatione restituat. Si egressus ignis inuenerit spicas, & comprehenderit acervos frugum siue stantes segetes in agris, reddet damnum qui ignem succenderit. Si quis commendauerit amico pecuniam, aut vas in custodiam, & ab eo qui suscepit, furto ablata fuerint: si inuenitur fur, duplum reddet. Si latet fur, dominus applicabitur ad deos, & iurabit quod non extenderit manum in rem proximi sui ad perpetranda fraudem, tam in boue, quam in asino, & oue, ac vestimento, & quicquid damnum inferre potest. Ad deos vtriusque causa perueniet, & si illi iudicauerint, duplum restituet proximo suo. Si quis commendauerit proximo suo bouem, asinum, ouem, & omne iumentum ad custodiam, & mortuum fuerit ac debilitatum, vel captum ab hostibus, nullusque hoc viderit, iurandum erit in medio]

† Matth. 15. a. Matth. 5. b. Marc. 7. b. Leuit. 20. b. Prout. 20. c. † De fur. c. 1. † De iniur. c. 1.

† Deut. 19. d. Matth. 5. f. 23. q. 3. Sex differentia. † 2. q. 5. c. Cōsulisti.

† Matth. 4. f. Leui. 24. d. Deut. 19. d. 14. qu. 1. can. Quod debetur. 23. q. 3. c. Sex differentia. & c. Hac autem.

† De iniur. c. 1.

† De iniur. c. 1. † De iniur. c. 2. & 3.

† 2. Reg. 12. b. † De homicid. Si percussor.

† De iniur. c. Si læserit.

† De iniur. c. Si egressus.

† 11. q. 1. c. Sa. ceteris. c. Suscipitis.

dio] quòd non extèderit manum ad rem proximi sui, suscipiétque dominus iuramèntum, & ille reddere non cogetur. † Quòd si furto ablatum fuerit *, restituet damnum domino. † Si comestum à bestia, † deferat ad eum quòd occisum est,] & non restituet. Qui à proximo suo quicquam horum mutuo postulauerit, & debilitatū aut mortuum fuerit, domino non præsentè, reddere compelletur. Quòd si † in præsentiarum] dominus fuerit, non restituet: †o maximè si conductū venerat] pro mercede operis sui. †b Si seduxerit quis virginem, necdum desponsatam, dormieritq; cum ea, dotabit eam, & habebit eam vxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueuerunt. †11 Maleficos] non patieris viuere. Qui coierit cum iumento, morte moriatur. † Qui immolat †2 diis,] occidetur, præter domino soli. Aduenam non †3 contristabis, neque affliges eum.] Aduenæ enim & ipsi fuistis in terra Ægypti. † Viduæ & pupillo non nocebitis. †4 † Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum,] & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt vxores vestra viduæ, & filij vestri pupilli. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes. Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum, †5 ante solis occasum] redde ei. Ipsum enim est solum quo operitur indumentum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat. Si clamauerit ad me, exaudiam eum, quia misericors sum. †6 Diis non detrahes, † & principi populi tui non maledices. †6 Decimas & primitias tuas non tardabis offerre. Primogenitū filiorum tuorū dabis mihi. De bobus quoq; & ouibus, similiter facies. Septem diebus sit cū matre sua, die octaua reddes eū mihi. Viri sancti eritis mihi. † Carnem †7 quæ à bestiis fuerit prægustata,] non comedetis, sed proicietis canibus.

Ceremonialia quod ad iudicij fauorem, inimici auxilium, munerum acceptionem, anni septimi, & diei septimi quietem, ac tria præcipua festa, promissaque seruantium. XXXIII.

Non suscipies vocem mendacij, † nec iunges manum tuam, †a vt pro impio] dicas falsum testimonium. Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec †a in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deues. † Pauperis quoque non misereberis in iudicio. † Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduce ad eum. Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo. Non † declinabis in iudicium pauperis.] Mendacium fugies. † Infontem & iustum non occides: quia † auerfor impium.] †b Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertit verba iustorum. Peregrino molestus non eris. Scitis enim aduenarum animas: † quia & ipsi peregrini fuistis in terra Ægypti. Sex annis seminabis terram tuam, & congregabis fruges eius. Anno autem septimo dimittes eam, & requiescere facies, vt comedant pauperes populi tui: & quicquid reliquum fuerit, edant bestia agri. Ita facies in vinea, & in oliueto tuo. Sex diebus operaberis, septima die cessabis, vt requiescat bos & asinus tuus, & † refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduenæ. †8 Omnia quæ dixi vobis, custodite: & per nomen externorum deorum non † iurabitis,] neque audietur ex ore vestro. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. Solennitatem quoque azymorum custodies. Septem diebus † comedetis] azima, sicut præcepi tempore mensis nouorum, † quando] egressus es de Ægypto. † Non apparebis in conspectu meo vacuus. Et solennitatem messis primitiuorum operis tui, quæcunque seminaueris in agro, solennitatem quoque † in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. †9 Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram domino deo tuo. Non immolabis super fermento sanguinem vitæ tuæ, nec remanebit] adeps solennitatis meæ vsque mane. † Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum domini dei tui. † Non coques hœdum in lacte matris suæ. Ecce ego mittam angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem preparavi. Obserua eum, & audi vocem eius, nec †o contemnendum putes: quia non dimittet, cū peccaueris, & est nomen meum in illo. † Quòd si

† Gene. 31. f
† De adult. cap. 1. 36. q. 3. Tria. Deute. 22. d
† 23. q. 5. ca. Reos sanguinis. Leuit. 19. g. † Zach. 7. c. De vsu. cap. Consultuit. † 11. q. 1. Sacer. donibus. De heret. c. cum ex iniun. do. 23. q. 1. parat. Adlo. 23. a
† De dec. tua. 13. q. 1. Ecclesiast. † Leui. 22. a. Ezech. 44. a. De vocat. Magna.
† 2. q. 7. Ac. c. iudicio episcopi. scoporum. Deute. 22. a. † 23. q. 1. cap. Ne amisso. † Deut. 22. a
† Danic. 13. f
† Deut. 16. d. Eccle. 20. d. Gene. 46. a
† De conse. dist. 1. c. Ois Christianus. Infra. 35. d.
† Deut. 16. d. Eccle. 35. a
† Deut. 17. c. Infra. 34. c

* Ab eo.
8. Adducat illè testè, & iurè.
9. Præsentis.
10. Præsentem cū sit conductum, & venerit.
11. Adulterium mulieris viri nupte repræsentat copule qui iungitur deo destructione. Vt si quis capitalè irrogat supplicium. Procopius ibid.
11. Maledic. seu magam aut sorilegam.
12. Idolis
13. Depopulabis, & non optimes.
14. Si affligedo afflixeritis est & vociferatio vociferatus fuerit ad te; audiendo autiam clamorem eius.
15. In solis occasu.
16. Illi autem qui dicuntur dii, etiam si qui sunt, qui merito dicuntur prohibiti, sunt maledici, non iusti sunt facientes, vel vilius laus obsequii honorari. Aug. super Exo. ca. 8. 4. 16. Pleniudinem tuam & lachrymas tuas non differas, sed licet in alterum annum.
17. In agris lactratam.

1. Cum impio sit.
a. Falsum testimonij habet triplicè deformitatem. Vno modo ex peritio, quia testes nō admittunt nisi iurati. Et ex hoc est semper peccatum mortale. Alio modo ex violatione iustitiæ & hoc modo est peccatum mortale. Tertio ex ipsa falsitate secundū quod omne mendacium est peccatum. S. Thomas 2. 2. q. 70. Arti. 4. in M.
2. Respondebis in causa, vt declinet post multos ad peruerendum iudicij. Pauperem non omabis in causa sua.
3. Peruerit iudicium pauperi tui in causa sua.
4. Non iustifico impium; hoc est impij iuxta impietatem suam volo iudicari.
Præcepta ceremonialia deinceps.
b. Tres sunt acceptiones muneris ad quas ex fraude festinatur. Munus nāque à cordis, est captata gratia à cogitatione. Munus ab ore, est gloria per fauorē. Munus ex manu, est premium per gratiōē. Greg. 9. moralium. cap. 26.
5. Respice.
6. Memorabitis. Non solum iurando, sed nec iudicando, probando, aut obsecrando, quæ sunt plus, quam iurare.
7. Comedes.
8. In illo enim.
a. Vt non solum personarum; sed & rerum in his tribus solennitatibus dei oblatio fiat.
* Collectionis quæ est.
9. Mæ, nec peino dabit.
b. Idipsum significat Christum dominum nostrum, qui verus agnus dei est, non nisi maturo tempore patri oportere. Chrysol.
10. Exacerbes eum, quia nōn patet per quærationis vestras.

c. Hec sententia secundâ historiâ, Iosue ducem populi Israelitici denotat, qui ideo angelus denominatur, quia ad legationem domini peragendam destinatus est. Rab. ibi. lem.
 * Juxta.
 d. Seruorum dei promissa.
 e. Quamuis promissiones istæ possint spiritaliter intelligi, tamen eum secundum temporalem hominum felicitatem intelliguntur, ad veteris testamentum pertinent, ubi quamquam præcepta (exceptis his quæ in sacramento aliquid significant) eadê ad nos nos pertinentia repetantur, promissiones tamê carnales sunt atque terrena. August. quæst. 93. super Exodum.
 11. Abortiens.
 12. Ante te, & oblique facit.
 * Agri.
 * Euphratem.

f. Græc. Ἀποστόλος habet, ἄποστολος.

audieris vocem eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. † Præcedetque te angelus meus, & introducet te ad Ammorraum, & Hethaum, & Pherezaum, Chananaumque, & Heuæum, & Iebusæum, quos ego conteram. Non adorabis deos eorum, nec coles eos. Non facies* opera eorum, sed destrues eos, & confringes statuas eorum. † d Seruietisque domino deo vestro, vt benedicam panibus tuis, & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui. † Non erit infœcunda] nec sterilis in terra tua. Numerum dierum tuorum implebo. Terrorem meum mittam¹² in præcursum tuum, & occidam] omnem populum ad quem ingrediêris. Cunctorumq; inimicorum tuorum coram te terga vertam, emittens crabrones prius qui fugabunt Heuæum, & Chananaum, & Hethæum, antequam introeas. Non eiiciam eos à facie tua anno vno, ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestia*. † Paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis, & possideas terram. † Ponam autem terminos tuos à mari rubro, vsque ad mare Palæstinorum: & à deserto vsque ad fluuium*. Tradam in manibus vestris habitatores terræ: & eiiciam eos de conspectu vestro. † Non inibis cum eis fœdus, nec cum diis eorum. Non habitent in terra tua, ne fortè peccare te faciant in me, si f serueris diis eorum: quod tibi certè erit in scandalum.

† Infra. 33. a
 Iosue 23. e
 Deut. 7. e
 Psalmo. 80. e
 † Deut. 7. c
 † Deut. 7. a
 Infra. 34. b

Oblatis domino sacrificiis, fœderisque sanguine in populum resperfo, Moyses multa ad montis vsque radicem comit ante caterua, solus ascendit in montem, vbi cum domino quadraginta diebus permansit.
 X X I I I I.

a. Significatur autem in quaternario numero, in Moyse Aaron & Nadab & Abiu propter quætor euangelistas, & ceteros orbis qui in quatuor partes diuiditur, promissa, & septuaginta de senioribus Israel, numero scilicet septenario duplicato. Augu. in Exo. quæst. 93.
 * Septuaginta senes sunt, de quibus dicitur Num. 11. Assume tibi septuaginta viros, de quibus Hekel & Medad fuerunt. Strabus ibid.
 † Accedat.
 * Et dixerunt.
 b. Hoc est secundum altare, quod Moyses in deserto construxit.
 2. Sub monte.
 c. Quod neque Hebrei neque 70. posuerunt. Nam & plures quam 12. esse potuerunt, sicut & Salomon immolauit.
 d. Continet promissa dei populo, & promissa populi deo, scilicet Genesim, secundum Hebræos.
 3. Nec ad principes sive seniores filiorum Israel.
 e. Quod autem deus se ostendit specie corporali, vel signis corporaliter expressis, non substantia eius apparet, quæ est ipse quod est: sed assumptio formarum visibilium eius omni potentia subiacet. August. quæst. 99. super Exodum.
 4. Qui habuerit causas accedat.
 f. Gloriam dei habuisse super montem Sinai dicitur, quia expertus est magnâ & gloriosam multitudinè dulcedinis Domini, quæ abscondit quidê elementibus se, sed huic ostendit non parua ex parte, vt in illa epularetur, non vno die sed quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Rupertus ibidem.
 5. Visio.
 g. Moyses ingressus medium nebulae, vt diuina & occultæ sapientiæ facilius penetraret, fuitque ibi cum domino quadraginta diebus ac noctibus, vt hoc numero temporis distaret, quod illi solum modo decalogum legis, quem eum populo suo accepit, possent implere, quos euangelicæ gratia veritatis, quæ quatuor libris erat describenda, inueniret. Beda, ibid.

Moyfi quoque dixit: Ascende ad dominum, tu, & Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta senes ex Israel: & adorabitis procul. † Solusque Moyses ascendet ad dominum, & illi non appropinquabunt, nec populus ascendet cum eo. Venit ergo Moyses, & narrauit plebi omnia verba domini atque iudicia. Responditque omnis populus vna voce: * Omnia verba domini quæ locutus est, faciemus. Scripsit autem Moyses vniuersos sermones domini: & mane consurgens edificauit altare domino ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israel. † Misitque iuuenes de filiis Israel, & obtulerunt holocausta: immolaueruntque victimas pacificas domino, vitulos & duodecim. † Tulit itaque Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit in crateras, partem autem residuam fudit super altare. Assumensque volumen fœderis, legit audiente populo. Qui dixerunt: Omnia quæ locutus est dominus, faciemus, & erimus obedientes. Ille verò sumptum sanguinem resperfit in populum. Et ait: Hic est sanguis fœderis quod pepigit dominus vobiscum, super cunctis sermonibus his. † Ascenderuntque Moyses & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta de senioribus Israel, & viderunt deum Israel. Sub pedibus eius quasi opus lapidis saphyrini, & quasi cælum cum serenum est. † Nec super eos qui procul recesserant de filiis Israel, misit manum suam, † Videruntque deum, & comederunt, ac biberunt. Dixit autem dominus ad Moysen: Ascende ad me in montem, & esto ibi, dabóq; tibi duas] tabulas lapideas, & legem, ac mandata quæ scripsi, vt doceas filios Israel. Surrexerunt Moyses, & Iosue minister eius, ascendensque Moyses in montem dei, senioribus ait: † Expectate hîc, donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron & Hur vobiscum, † si quid natum fuerit questionis, referetis] ad eos. † Cumq; ascendisset Moyses, operuit nubes montem, & habitauit gloria domini super Synai, tegens illum nube sex diebus. Septimo autem die, vocauit eum dominus de medio caliginis. Erat autem species] gloriæ domini, quasi ignis ardens super verticem montis] in conspectu filiorum Israel. † Ingressusque Moyses medium nebulae, ascendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

† Sup. 29. b
 † Heb. 9. b
 † Heb. 9. c
 † De reuere. c. Nisi cum pridè. in fine infra. 34. d

Iubetur primitiarum oblatio ad dei tabernaculum formandum, arcam, mensam, ac candelabrum, atque cuncta illis pertinentia.
 X X V.

† Infta 35. a

† Heb. 9. a

† Diff. 3. e. Qui teletia. Ricia. 4. Ecce. Ilia. c. Req.

A Ocutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, ut tollant mihi primitias.] Ab omni homine qui offert ultroque,] accipietis eas. [†] Hæc sunt autem quæ accipere debetis. ^a Aurum, & argentum, & æs, & hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum,] & byssum, & pilos caprarum, & pelles arietum rubricatas: pellisque hyacinthinas,] & ligna sethim, oleum ad luminaria concinnanda, aromata in unguentum,] & thymiamata boni odoris, lapides onychinos, & gemmas ad oritandum Ephod, & rationale.] [†] Facientque mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum, iuxta omnem similitudinem tabernaculi quod ostendam tibi; & omnium vasorum in cultum eius.] Sicque facietis illud.] Arcam de lignis sethim compingite, cuius longitudo habeat duos & semis cubitos, latitudo cubitum & dimidium, altitudo cubitum similiter ac semissem, & deaurabis eam auro mundissimo intus & foris. ^c Faciesque supra coronam auream per circuitum, & quatuor circulos aureos,] quos pones per quatuor arcæ angulos. [†] Duo circuli sint in latere vno, & duo in altero. Facies quoque vestes de lignis sethim, & operies eos auro. Introducesque per circulos qui sunt in arcæ lateribus, ut portetur in eis. Qui semper erunt in circulis, nec unquam extrahentur ab eis. Ponesque in arcâ, ^d testificationem quam dabo tibi. Facies & propitiatorium de auro mundissimo. Duos cubitos & dimidium tenebit longitudo eius, & cubitum ac semissem, latitudo. Duos quoque Cherubin aureos & ⁸ productiles facies ex utraque parte ⁹ oraculis.] Cherub vnus sit in ¹⁰ latere vno, & alter in altero. ^{*} Vtrunque latus propitiatorij tegant ^{*} expandentes alas, & ^{*} operientes ¹¹ oraculum.] respiciantque se mutuo versis vultibus in propitiatorium, ¹² quo operienda est arcâ:] in qua pones testimonium quod dabo tibi. ¹³ Inde ¹³ præcipiam] & loquar ad te supra propitiatorio scilicet, ac medio duorum Cherubin qui erunt super arcam testimonij, cuncta quæ mandabo per te filiis Israel: Facies & mensam de lignis sethim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac semissem: & inaurabis eam auro purissimo. Faciesque illi ¹⁴ labium aureum per circuitum, & ipsi labio ¹⁵ coronam interrasilem altam quatuor digitis, & super illam alteram coronam aureolam.] Quatuor quoque circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis ¹⁶ eiusdem mensæ, per singulos pedes.] ^c Subter coronam erunt circuli aurei, ut mittantur vestes per eos, & possit mensa portari. Ipsos quoque vestes facies de lignis sethim, & circumdabis auro, ad subuchendam mensam. Parabis & ¹⁷ acetabula, ac phyalas, thuribula,] & cyathos, in quibus offerenda sunt libamina, ex auro purissimo: & pones supra mensam ¹⁸ panes ¹⁸ propositionis] in conspectu meo semper. Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius, & calamos ¹⁹ scyphos, & spherulas, ac lilia, ex ipso procedentia. ²⁰ Sex calami egredientur de lateribus, tres ex vno latere, & tres ex altero. Tres scyphi ¹⁹ quasi in nucis modum] per calamos singulos, spherulæque simul & lilia, & tres similiter scyphi in ²⁰ nucis] in calamo altero, spherulæque simul & lilia. Hoc erit opus sex calamorum, qui producendi sunt de hastili. In ipso autem candelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum, spherulæque per singulos, & lilia. Et spherulæ sub duobus calamis per tria loca: qui simul sex fiunt procedentes de hastili vno. Et spherulæ igitur, & calami ex ipso ²¹ erunt vniuersa ductilia] ex auro purissimo. Facies & lucernas septem, & pones eas super candelabrum, ut luceant ex aduerso. Emunctoria quoque, & vbi ea quæ emuncta sunt extinguantur, fient de auro purissimo. ²² Omne pondus candelabri cum vniuersis vasis suis, habebit talentum auri purissimi.] [†] Inspice, & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.

Tabernaculi Mosaii, veli arca, propitiatorij, mensæ, candelabri, & tentorij forma & constructio.

X X VI.

† Hev. 8. b. Abo. 7. b.

1063. G.

A Tabernaculum verò ita facies: Decem cortinas de bysso retorta, & hyacintho ac purpura, coccoque bis tincto [†] variatas opere plumario] facies. Longitudo cortinæ vnus habebit vigintiocto cubitos, latitudo, quatuor cubitorum erit. Vnius mensuræ fient [†] vniuersa tentoria.] Quinque cortinæ sibi

1. Oblationem.
2. Voluntarium exhibuerit cor suum.
3. Hi quatuor colores quibus tabernaculum edificatur, quatuor elementa quibus mundus constituitur, designabat, ut mirando tabernaculum assimilaretur.
4. Taxonum, & infra.
5. Pro oleo vinctiois.
6. Que in iudicio in Ephod, & in pectorali.
7. Omnia que ego ostendo tibi, tam iuxta exemplar tabernaculi, quam iuxta exemplar omnium vasorum eius.
8. De lignis sethim arca facta præcipitur, que sunt immixta billa & spinosa & à qualitate alba spinæ non inulsi distantia. Rursum ibidem.
9. Fundes ei quatuor circulos aureos.
10. Ita impositio dicitur corona; non enim est rotunda, sed ad formam & quantitatem arcæ quædam gyratione & limbus sicut per circuitum in superiori parte arce. Hugo de sancto Victore.
11. Tabulas decem præceptorum factas inter deum & hominem testificantes.
12. Integro opere facies eos.
13. Propitiatorij.
14. Extremo.
15. Ab ipso quidem propitiatorio facies Cherubin in duobus extremitatibus eius.
16. Cherubin.
17. Sursum.
18. Alii sicut propitiatorium.
19. Pones autem propitiatorium super arcam.
20. Testificabor tibi.

14. Limbum, vel coronam.

15. Clausuram palmarem per circuitum, & facies coronam auream illi clausuræ per circuitum.
16. Qui sunt in quatuor pedibus eius.
17. Mensæ duas illas coronas quasi vna coronam dixit. Et ostendit quod anulus qui erit in pedibus mensæ ad eandem portandam, statim iuxta mensam, & non versus terram in imo erant. Hugo de sancto Victore.
18. Scutellas eius, & cochlearia eius, & dimidiatos calamos eius.
19. Duodecim panes quolibet sabbato renouatos.
20. Facierum.
21. In modum amygdali.
22. Amygdali.
23. Ratione forte temporum sustinerunt ab huiusmodi calicibus, & ad deturandum auctoritati exempli diuini duos calices constituerunt, ut vel sic seruetur antiquæ structure memoria. Caietanus ibid.
24. Totumque ipsum erit opus vnum & integrum.

22. Ex talento auri puri facies illud, & omnia vasa ista.

25. Tabernaculum quod fecit domino Moyses in solitudine, sicut & templum quod fecit Salomon in Ierusalem. Sicut vniuersalis ecclesiæ de signat: que partim iam cum domino regnat in caelis, partim in præsentia adhuc peregrinat ad dominum. Beda. lib. 2. c. 1. de tabernaculo.
26. Picturæque Phrygæ opere polymitaris. Quæ diuina nunc factus aspectu Turcorum.
27. Omnes cortinæ.

1. Laqueos hyacinthinos in ora cortinae vnius, quæ est in extremitate coniunctionis, & similiter facies in ora cortinae extreme, quæ secundo loco coniungenda est.

4. Laqueolos.

5. Vincinos.

6. Cortinas de piliis caprarum ve sint in operimentum super tabernaculum: facies autem vnde vnde decem cortinas.

7. Vnde decem cortinis.

8. Laqueolos, & infra.

9. In extremo coniunctionis.

10. Quinquaginta vincinos ancos.

11. Dimidium cortinae superfluentis excedat in posteriori b^o tabernaculi, vt cubitus hic & cubitus illic excedat in longitudine cortinarum restitue que excedit in lateribus tabernaculi hinc & hinc, vt ipsam operiat.

12. Operimentum de pellibus taxonum superemin.

13. Duo pedes vni tabulae sunt, distinguuntque ab invicem.

14. Pro duobus pedibus.

15. Sub tabula vna, & duæ bafes sub tabula altera.

16. In angulis tabernaculi in concussu duorum laterum.

b. Quanta fuerit longitudo tabernaculi specialiter non exprimitur, sed ex eo intuentur quod si pariter eius ex tabulis viginti compacti essent, & hæ singulis cubitos ac semissem latitudinis habuisset perhiberetur, viginti namque cubiti, & vices semis cubiti triginta cubitorum summa, complebunt: quam fuisse tabernaculi longitudinem etiam Ioseph scribit. Beda. lib. 2. ca. 1. de tabernaculo.

17. Ordinem suum, vt

18. Polymitariorum vel phrygiorum.

19. Pones super

* Super quatuor.

20. Vincinos, vt intra ipsum velum ponas.

21. Distinctionemque vobis faciat velum inter sanctum & inter sanctum sanctorum.

22. Operimentum pro ostio.

23. Facies insuper pro illo operimento quinquæ coluntur de lignis.

24. Fundesque illis quinque bafes æneas.

a. Scilicet holocaustorum extra tabernaculum sub dio.

b. De altari quaeritur quomodo tribus cubitis altu esse, vnde fuerit: cum tanta ferè sit statura hominis altitudo. Quomodo ergo ministrabatur altari, cum gradus habere altare alio loco prohibeat. Sed illud dicebat de altari, quod terra vel lapidibus constructum esset, vbi gradus ipsi edificari ad corpus altaris vti que perinuenit.

1. Pallas eius, pelles eius, fuscini eius, pateras eius, atque omnia vasa eius.

2. Cibum quoque illi facies quasi opus reus auri, & super rete illi facies quatuor circulos æneis in quatuor extremitis eius.

iungentur mutuo, & alia quinque nexu simili coharebunt. ³ Ansulas hyacinthinas in lateribus ac summitatibus facies cortinarum, vt possint inuicem copulari.] Quinquagenas ⁴ ansulas] cortina habebit in vtraque parte, ita insertas, vt ansa contra ansam veniat, & altera alteri possit aptari. ⁵ Facies & quinquaginta ⁶ circulos] aureos, quibus cortinarum vela iungenda sunt, vt vnum tabernaculum fiat. Facies & ⁷ saga calicina vnde decim, ad operiendum tectum tabernaculi.] Longitudo sagi vnius habebit triginta cubitos, & latitudo quatuor. Æqua erit mensura ⁸ sagorum omnium.] E quibus quinque iunges seorsum, & sex sibi mutuo copulabis, ita vt sextum sagum in fronte tecti duplices. Facies & quinquaginta ⁹ ansas] in ora sagi vnius, ⁹ vt coniungi cum altero queat,] & quinquaginta ansas in ora sagi alterius, vt cum altero copuletur. Facies & ¹⁰ quinquaginta fibulas æneas,] quibus iungantur ansæ: vt vnum ex omnibus operimentum fiat. ¹¹ Quod autem super fuerit in sagis quæ parantur tecto, ¹¹ id est, vnum sagum, quod amplius est, ex medietate eius operies tabernaculi posteriora, & cubitus ex vna parte pendebit, & alter ex altera, qui plus est in sagorum longitudine, vtrunque latus tabernaculi protegens.] Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis, & ¹² super hoc rursum aliud operimentum de hyacinthinis pellibus.] Facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis sethim, quæ singulæ denos cubitos in longitudine habeant, & in latitudine singulos ac semissem. ¹³ In lateribus tabulæ, duæ incastraturæ fient; quibus tabula alteri tabulæ connectatur.] Atque in hunc modum cunctæ tabulæ parabuntur.

¹⁴ Quorum viginti erunt in latere meridiano, quod vergit ad austrum: quibus quadraginta bafes argenteas fundes, vt binæ bafes singulis tabulis ¹⁴ per duos angulos] subiiciantur. In latere quoque secundo tabernaculi, quod vergit ad aquilonem, viginti tabulæ erunt, quadraginta habentes bafes argenteas. Binæ bafes ¹⁵ singulis tabulis supponentur.] Ad occidentalem vero plagam tabernaculi facies sex tabulas, & rursum alias duas, ¹⁶ quæ in angulis eligantur post tergum tabernaculi.] Eruntque sibi coniunctæ à deorsum vsque ad sursum, & vna omnes compago retinebit. ¹⁷ Duabus quoque tabulis quæ in angulis ponendæ sunt, similis iunctura seruabitur. ¹⁸ Et erunt simul tabulæ octo, bafes earum argenteæ sedecim, duabus bafibus per vnam tabulam supputatis. ¹⁹ Facies & vectes de lignis sethim, quinque ad continendas tabulas in vno latere tabernaculi, & quinque alios in altero, & eiusdem numeri ad occidentalem plagam: qui mittentur per medias tabulas, à summo vsque ad summum. Ipsas quoque tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos, per quos vectes tabulata contineant: quos operies laminis aureis. ²⁰ Et eriges tabernaculum, iuxta ²¹ exemplar quod] tibi ²¹ in monte monstratum est. Facies & velum de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, opere ²² plumario,] & pulchra varietate contextum: quod ²³ appendes ante] quatuor columnas de lignis sethim, quæ ipsæ quidem deauratæ erunt, & habebunt capita aurea, & ²⁴ bafes argenteas. Inferetur autem velum per ²⁵ circulos, intra quod ponas] arcam testimonij, ²⁶ quo & sanctuarium, & sanctuarij sanctuaria diuidentur.] Pones & propitiatorium super arcam testimonij, in sancta sanctorum: mensamque extra velum, & contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano. Mensa enim stabit in parte aquilonis. Facies & ²⁷ tentorium in introitu] tabernaculi, de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, opere plumario, ²⁸ & quinque columnas deaurabis lignorum] sethim: ante quas ducetur tentorium,] quarum erunt capita aurea, ²⁹ & bafes æneæ.

Altare, & atrium tabernaculi, tentorium, columna, & oleum lucernarum formari iubentur.

XXVII.

Facies & ¹ altare de lignis sethim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, id est, quadrum, & ² tres cubitos in latitudine. Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt, & operies illud ære. Faciesque in vltus eius lebetes ad suscipiendos cineres, & ³ forcipes, atque fuscinulas, & ignium receptacula. Omnia vasa] ex ære fabricabis. ⁴ Craticulamque in modum

† 16. dist. cap. Qui Ecclesiasticus. 4. Ecce quidd. Infra. 37. 4.

† Sup. 24. 2.

† Inf. 38. a. b.

dum retis æneam, per cuius quatuor angulos erunt quatuor anuli ænei, quos pones subter arulam altaris. Eruntque craticula vsque ad altaris mediũ. ^c† Facies & vectes altaris de lignis sethim— duos, quos operies laminis æneis: ^d& induces per circulos, eruntque ex vtroque latere altaris ad portandum. Non solidum, sed inane & cauum intrinsecus facies illud, sicut tibi in monte monstratum est. ^d† Facies & atrium tabernaculi: in cuius australi plaga contra meridiem, erunt tentoria de bysso retorta. Centum cubitos vnum latus tenebit in longitudine, & columnas viginti cum basibus totidẽ æneis, quæ capita cum cælaturis suis habebunt argentea. Similiter & in latere æquilonis per longũ erunt tentoria centum cubitorum, columnæ viginti, & bases æneæ eiusdem numeri, & capita earum cum cælaturis suis argentea. ^e† In latitudine verò atrij quod respicit ad occidentem, erunt tentoria [†] per quinquaginta cubitos, & columnæ decem, basẽsq; totidem. In ea quoque atrij latitudine quæ respicit ad orientem, quinquaginta cubiti erunt, in quibus quindecim cubitorum tentoria lateri vno deputabuntur, columnæque tres, & bases totidem: & in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnæ tres, & bases totidem. In introitu verò atrij fiet tentorium cubitorum viginti ex hyacintho, & purpura, coccòque bis tincto, & bysso retorta, opere plumario. Columnas habebit quatuor, cum basibus totidem. Omnes columnæ atrij per circuitũ vestitæ erunt argenteis laminis, capitibus argenteis, & basibus æneis. ^f† In longitudine occupabit atrium cubitos centum, in latitudine quinquaginta. Altitudo quinque cubitorum erit, fietque de bysso retorta, & habebit bases æneas. Cuncta vasa tabernaculi in omnes vsus— & ceremonias, tam paxillos eius quam atrij ex ære facies. ^f† Præcipe filiis Israel, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, pilòque còtustum, vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij extra velum quod oppansum est testimonio, & collocabunt eam Aaron & filij eius, vt vsque mane luceat corã domino. Perpetuus erit cultus per successiones eorum coram filiis Israel.

Pontificalia indumenta Aaronis & filiorum eius.

XXVIII.

A† Pplica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israel, vt sacerdotio fungantur mihi Aaron, Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar, ^a faciesque vestem sanctam] Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. Et loqueris cunctis sapientibus corde quos] repleui spiritu prudentiæ: vt faciant vestes Aaron— fratri tuo in gloriam & decorem,] quibus sanctificatus ministret mihi.] Hæc autem erunt vestimenta quæ facient. ^a† Rationale, & superhumeralis, tunica, & lineam strictam, cidarim, & balteum. Facient fratri tuo Aaron, & filiis eius vestimenta sancta: vt sacerdotio fungantur mihi. Accipientque aurum, & hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, & byssum. Facient autem ^b superhumeralis de auro, & hyacintho, & purpura, coccòque bis tincto, & bysso tetorta, opere ^b [†] polymito. ^c† Duas oras iunctas habebit in vtroque latere summitatum, vt in vnum redeant. Ipsa quoque textura, & cuncta operis varietas, erit ex auro, & hyacintho, & purpura, coccòque bis tincto, & bysso retorta. ^c† Sumesque duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel, sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum. ^d† Opere sculptoris, & cælatura gemmatij, sculpes eos nominibus filiorum Israel, inclusos auro atque circumdatos, & pones in vtroque latere superhumeralis, memoriale filiis Israel. Portabitque Aaron nomina eorum coram domino super vtrumque humerum ob recordationem. Facies & ^e vncinios] ex auro, & duas catenulas auri purissimi sibi inuicem coherentes, quas inferes vncinis. ^d† Rationale quoque iudicij facies opere polymito, iuxta texturam superhumeralis, ex auro, hyacintho, & purpura, coccòque bis tincto, & bysso retorta. ^e† Quadrangulum erit, & duplex. Mensuram palmi habebit, tam in longitudine, quam in latitudine: ponesque in eo quatuor ordines lapidum. In primo versu erit lapis sardius, & topazius, & smaragdus. In secundo carbunculus & sapphyrus, & iaspis. In tertio ligurius, achates, & amethystus. In quarto chrysolithus, onychinus, & berrillus.] Inclusi auro erunt per

c. Si quem monet iuxta litteram quomodo ligna alteri tanto igne vicina incombusta permanere poterint, accipiat beati Hieronymi de hac questione responsum. Beda. ibid. d. Item cum dicitur: Et super atrium in circuitu tabernaculi & altaris manifestat altare holocaustorum ad ostium tabernaculi forniculus fuisse, vt atrio totum ambiretur, & altare esset infra atrium inter portam atrij & ostium tabernaculi.
3. Cinduris & infra.
e. Latitudo atrij quod respicit ad occidentem solis vbi terminato labore diurno noctu sopor à gratia succedit, tempus significat, quo cessante post mortem actuali vita quies sequitur electorum & merces æterna. In vinea quoque patristicis est serotinitas effectus, operarij percipere labore premium: quia singuli iustorum in fine huius vite sortantur ingressum vite æternæ. Vide Apo. 14. c. Beati mortui qui in Domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus vt requiescant à laboribus suis, opera enim illorum sequuntur illos. Glosa ordinaria post Bedam.
f. Disposito omni ornameto tabernaculi consequenter etiam lumen lucernæ præuidetur, vt decor eius admirabilis sicut interdiu lumine solari, ita etiam noctu lucernalibus flammis illustreretur, ne vnquam in domo dei aliquis tenebrarum locus aliqua vmbra possit hora subterpere. Beda de Taberna. lib. 3. ca. 1.
6. Pro luminari, quod iugiter in lucernam fundita.

† 36. dist. e. Qui ecclesiasticus.

† 7. b. Qui. 16. d.

† 21. di. 6. 71. di. c. 1. in ver. Moyss.

† 21. dist. c. 1. & 75. c. Ordinationes.

† 40. dist. c. 1. 36. dist. e. Qui ecclesiasticus. 6. Ecce.

† Sap. 18. d.

† 36. dist. e. Qui ecclesiasticus.

† Sep. 10. d.

* Filij Aaron.
1. Vestes sanctas.
2. Et quemcumque.
3. Ad iustificandum eum, vt sacerdotio mihi iungatur.
a. Indumenta sacerdotis abunde Hiero. exposuit, to. 2. ad Fabiolã.
b. Ephod primum sacerdotis indumentum.
4. Polymitico, & infra.
5. Atque copulata. Artificiũque cinctur eius, que est in similitudine eiusdem, nõ dissimile erit operti eius, sed ex ipso erit.
c. In vtroque humero habebit, inquit, singulos lapides cinctos & astrucos auro qui Hebraicè dicitur Soham. Ab aquila & Symmacho & Theodocione onychi: à septuaginta Smarageti transferuntur. Hieronymus ibid.
6. Fibulas.
d. Pectorale, secundum sacerdotis indumentum.
Pannus agitur est brevis ex auro, & quatuor textus coloribus hoc est iisdem & super humerale habens magnitudinem palmi per quadratum, & duplex, ne facile iungatur, & fortius gemmarum pondus sustineat. Hieronymus.
e. Id est, quadratum squiliterum.
7. Adamas.
8. Iaspis.

f. Per modum sigilli inculpta.
 9. Terminabiles opere intrinsecas.
 * Facies super ipsum rationale.

10. Pectoralis.
 11. Pons quæ in humeris Ephod ex aduerso faciei eius.
 12. In labio eius quod est regione Ephod interioris.

13. Et ex opposito comparis sui, supra cernit ingeniosum opus Ephod.
 14. Pulchre quidem rationale interpretatur Hebraei, sed ceteri terreni sui, celestem eorum non attingit interpretatio pontificum, imo celis excellentem factum: Ideo altioris sensus gradum nos ascendere conuenit. Ruperus. ibi.
 14. h. Vrin & Thummim, vix duos reperies in his duobus nominibus concordet.

1. Tertium sacerdotis indumentum.
 15. Sub Ephod.
 16. Erit foramen summitatis suæ hoc est, foramen erit superius, per quod caput inmittetur.

17. Labium loticæ.
 * Idque per circuitum simbrarium eius.

* In simbris tunicæ per circuitum.

18. Quartum sacerdotis indumentum.

18. Celatur in modum sigilli. **N**isi Ichouah non enim domini tetragrammaton.
 19. Sic autem in excretionibus eiusdem galeri facie. Et hæc erit in fronte Aaron, vt patet.

20. Eis.
 m. Quintum sacerdotis indumentum.
 n. Sextum sacerdotis indumentum.

o. Neque enim de baltheis eorum verum, & ipsi opere plurimum; in vniuersis coloribus debuerint aliquid decernit. Beda ibi.
 p. Balteus ab umbilico ad genua vsque portectus, quibus vena celantur. Hiero. de veste sacerdotis ad Fabiolam.
 21. Portent iniquitatem, &

22. Statutum.

ordines suos, habebuntque nomina filiorum Israel: Duodecim nominibus calabuntur, singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus. ⁶ Facies in rationali catenas sibi inuicem coherentes,]ex auro purissimo, & duos annulos aureos, * quos pones in vtraque rationalis summitate, catenasque aureas iunges annulis qui sunt in marginibus eius,] & ipsarum catenarum extrema, duobus copulabis vnicuique in vtroque latere superhumerali, quod rationale respicit,] Facies & duos annulos aureos, quos pones in summitatibus rationalis, ¹² & in oris quæ è regione sunt superhumeralis, & posteriora eius aspiciunt:] nec non & alios duos annulos aureos, qui ponendi sunt in vtroque latere superhumeralis deorsum, quod respicit contra faciem iuncturæ inferioris, ¹³ vt aptari possit cum superhumerali,] & stringatur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis vitta hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta, & à se inuicem rationale & superhumeralis nequeant separari. ¹⁴ Portabitque Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicij super pectus suam, quado ingredietur sanctuarium, memoriale coram domino in æternum. Pones autem in rationali iudicij ¹⁴ doctrinam & veritatem,] quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram domino: & gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo, in conspectu domini semper. Facies & tunicam ¹⁵ superhumeralis] totam hyacinthinam, in cuius medio ¹⁶ supra erit capitium,] & ora per gyrum eius textilis, sicut fieri solet, ¹⁷ in extremis vestium partibus,] ne facile rumpatur. ¹⁸ Deorsum verò ad pedes eiusdem tunicæ per circuitum quasi mala punica facies, ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, & bysso retorta,] mixtis in medio tintinnabulis, ita vt tintinnabulum sit aureum & malum punicum, rursumque tintinnabulum aliud aureum & malum punicum. * Et vestietur ea Aarò in officio ministerij, vt audiatur sonitus quando ingreditur, & egreditur sanctuarium in conspectu domini, & non moriatur. Facies & laminam de auro purissimo, in qua sculpsit ¹⁸ opere celatoris,] sancti domino. Ligabisque eam vitta hyacinthina, & erit super tiaram ¹⁹ imminens fronti pontificis. Portabitque Aaron] iniquitates eorum, quæ obtulerunt & sanctificauerunt filij Israel, in cunctis munerationibus & donariis suis. ²⁰ Erit autem lamina semper in fronte eius, vt placatus sit ²⁰ ei dominus. Stringesque tunicam bysso, & ²¹ tiam byssina facies, & balteum opere plumarij. ²² Porro filiis Aaron tunicas lineas parabis, & balteos, ac tias in gloriam & decorem: vestiesque his omnibus Aaron fratrem tuum, & filios eius cum eo, & cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque illos, vt sacerdotio fungantur mihi. Facies & feminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis suæ, à renibus vsque ad femora, & vtentur eis Aaron & filij eius, quando ingredientur tabernaculum testimonij, vel quando appropinquant ad altare, vt ministrent in sanctuario: ne ²¹ iniquitatis rei moriantur. ²² Legitimum] semper æternum erit Aaron, & semini eius post eum.

† 43. dist. c. Sic rector. Eccles. 4. 5. b.

† Ecclesiasticus 4. 5. b. 7. 43. dist. ca. Nerection.

Sacerdotum consecratio, ritusque oblationis pro illis.

XXIX.

1. Eis, cum sanctificaueris eos mihi in sacerdotes.
 2. Placentis.
 a. Hæc enim Aaron & filij eius habebunt, qualis esse debeat celesti designatus est oraculo. Sequitur autem hinc etiam modus consecrationis quo vel ipsos vel tabernaculum cum omni suppellectili sua dedicari oportet.
 Beda ibi.
 3. Eritam.
 b. Nihil hic de feminalibus præcipitur vnde liquido constat quod. In hoc genere vestimenti ipse prius Aaron & filij eius inducuntur.
 4. Vngues cum.
 c. Sic et Moyses deo iubente præcepit vt pontifices patribus suis: et legibus, & generationibus in sacerdotibus teries texeretur. Quod tempore passionis domini non obseruabatur. Hiero. super Matth. ca. 26
 5. Statuto perpetuo.

Ed & hoc facies, vt mihi sacerdotio consecrentur.] Tolle vitulum de armento, & arietes duos immaculatos, panesque azymos, & crustulam absque fermento, quæ conspersa sint oleo, lagana quoque azyma oleo litata. De simila triticea cuncta facies; & posita in canistro offeres: vitulum autem & duos arietes, & Aaron ac filios eius applicabis ad ostium tabernaculi testimonij. Cumque laueris patrem cum filiis suis aqua, indues Aaron vestimentis suis, id est, linea, & tunicam, & superhumerali, & rationali, quod constringes balteo, & pones tiaram in capite eius, & laminam sanctam super tiaram, & oleum vntionis fundes super caput eius, atque hoc ritu consecrabitur.] Filios quoque illius applicabis & indues tunicis lineis, cingesque balteo, Aaron scilicet & liberos eius, & impones eis mitras, eruntque sacerdotes mihi religione perpetua.] Postquam initiaueris manus eorum, applicabis & vitulum coram tabernaculo testimonij. Imponentque Aaron & filij eius manus super caput illius, & mactabis eum in conspectu domini, iuxta ostium tabernaculi testimonij: sumptumque de sanguine vituli pones super cornua altaris digito tuo, reliquum

† Levit. 9. a.

† Lev. 1. b. 3. b.

† Leui. 3. a.

quum autem sanguinem fundes iuxta basim eius.] Sumes & adipem totum qui operit intestina, & reticulū iecoris,] ac duos renes, & adipem qui super eos est : & offeres incensum] super altare : carnes verò vituli & corium & fimum combures, foris extra castra, eo quòd pro peccato sit.] Vnum quoque arietem sumes, super cuius caput ponent Aaron & filij eius manus : quem cum mactaueris, tolles de sanguine eius, & fundes circa altare :] ipsum autem arietem secabis in frustra, lotaque intestina eius, & pedes] pones super concisas carnes, & super caput illius, & offeres totum arietem incensum super altare. † Oblatio est domino odor suauissimus victimæ domini.] Tolles quoque arietem alterum, super cuius caput Aaron & filij eius ponent manus. Quem cum immolaueris, sumes de sanguine eius, & pones super extremum auriculæ dextræ Aaron & filiorum eius, & super pollices manus eorum, ac pedis dexteri : fundesque sanguinem super altare per circuitum. † Cumque tuleris de sanguine qui est super altare, & de oleo unctiois, asperges Aaron & vestes eius, filios & vestimenta eorum. † Consecratisque ipsis & vestibus,] tolles adipem de ariete, & caudam, & aruinam quæ operit vitalia, ac reticulum iecoris, & duos renes atque adipem qui super eos est, armumque dextrum, eo quòd sit aries consecrationis,] tortamque panis vnus crustulam] conspersam oleo, laganum de canistro azymorum, quod positum est in conspectu domini, ponensque omnia super manus Aaron & filiorum eius, & sanctificabis eos eleuans] coram domino. † Suscipiesque vniuersa de manibus eorum, & incendes super altare in holocaustum, odorem suauissimum] in conspectu domini : quia oblatio eius est. Sumes quoque pectusculum de ariete quo initiatum est Aaron, sanctificabisque illud eleuatum] coram domino, & cedit in partem suam.] Sanctificabisque & pectusculum consecratum,] & armum quem de ariete separasti, quo initiatum est Aaron & filij eius,] cedentque in partem Aaron & filiorum eius, iure perpetuo à filiis Israel : quia primitiua sunt, & initia de victimis eorum & pacificis quæ offerunt domino. Vestem autem sanctam qua vtetur Aaron, habebunt filij eius post eum, vt vngantur in ea,] & consecrentur manus eorum. Septem diebus vtetur illa qui pontifex pro eo fuerit constitutus de filiis eius, & qui ingredietur tabernaculum testimonij, vt ministret in sanctuario. Arietem autem consecrationis tolles, & coques carnes eius in loco sancto, quibus vescetur Aaron & filij eius. † Panes quoque qui sunt in canistro, in vestibulo tabernaculi testimonij comedent, vt sit placabile sacrificium, & sanctificentur offerentium manus.] Alienigena non vescetur ex eis, quia sancti] sunt. Quòd si remanserit de carnibus consecratis siue de panibus vsque mane, combures reliquias agni. Non comedentur, quia sanctificata sunt. † Omnia quæ præcipio tibi, facias super Aaron & filiis eius. Septem diebus consecrabis manus eorum, & vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum. Mundabisque altare cum immolaueris expiationis hostiam, & unges illud in sanctificationem. Septem diebus expiabis altare, & sanctificabis : & erit sanctum sanctorum. Omnis qui tetigerit illud, sanctificabitur. Hoc est quod facies in altari. † Agnos anniculos duos per singulos dies iugiter : vnum agnum mane, & alterum vespere : decimam partem similia conspersa oleo tuso, quod habeat mensuram quartam partem hin : & vinum ad libandum eiusdem mensuræ in agno vno. † Alterum verò agnum offeres ad vespem, iuxta ritum matutinæ oblationis, iuxta ea quæ diximus in odorem suauitatis. Sacrificium domino deo est, oblatione perpetua] in generationes vestras, ad ostium tabernaculi testimonij coram domino : vbi constituam, vt loquar ad te.] Ibi quoque præcipiam] filiis Israel : & sanctificabitur altare] in gloria mea. Sanctificabo & tabernaculum testimonij, cum altari, & Aaron cum filiis suis, vt sacerdotio fungantur mihi. Et habitabo in medio filiorum Israel, eroque eis deus, & scient quia ego dominus deus eorum, qui eduxi eos de terra Ægypti, vt manerem inter illos, ego dominus deus ipsorum.

† De obsecra. dist. 2. c. No oportet.

† 21. dist. c. 1.

† De obsecra. dist. 1. c. Non oportet.

† Leui. 9. g.

† Num. 28. a.

6. Altaris.
7. Fibram hepatis.
8. Incendes.

9. Sacrificium pro peccato est.

10. Super altare per circuitum.

11. Crura.

12. In holocaustum domino, in odorem suauitatis, & oblationem ignitam domino.

13. Quòd odor suauitatis super domino dicitur sacrificium de iecori victimis in scripturis sacris, nõ vtique deus odore fumi delectatur, sed ratum illud, quod hic significatur, spiritaliter deus delectatur, eum spiritaliter exhibetur. Aug. in Exod. q. 127.

14. Eleuationis. Et sanctificabitur ipse & vestimenta eius, & filij eius, & vestimenta filiorum eius cum eo. Et Eleuationis.

15. Placentam panis.

16. Eleuabis ea in oblationem eleuationis.

17. Suauitatis.

18. Consecrationis Aaron, & sanctificabis illud in eleuationem.

19. Tibi in partem.

20. Pectus eleuationis.

21. Qui in altum eleuatus est de arietis consecrationis, propter Aaron & filios eius.

22. Vestes sanctas quas habet.

23. In eis.

24. Quando.

25. Nunquid aliis diebus se nõ vestiet : sed illis septem continuis intelligi voluit quibus eius sacerdotum quocumque dedicatur : atque hebdomadis est in eius inchoatione festiuitas. Aug. q. 129. super Exo.

26. Eo quòd placet per ea facta in ad implendum manus illorum, & ad consecrandum eos.

27. Sancta, vel sanctificata.

f. Sicut in nouo testamento aliqua sunt de necessitate atque essentia sacramentorum alia quæ vero de solemnitate ipsorum : Ita sunt in vetustis testamento de sacramentis istius. Et quia omnia que scripta sunt de consecratione summi sacerdotis & inferiorum.

* Altare veluti.

† Iuge sacrificium.

An vero vespertinus agnus domini morientem præfiguraret Christum enim offerri oportebat circa vespem diem, vt horum ipsa sacrificij ostentaret occasum & vespem. nisi ad. Cyro. Epist. 1. ad Cæcilium fratrem.

27. Instat liberationis eius ager cũ ea, vt sit in odore suauitatis, atque in oblationem ignitam domino. Et fiat hoc holocaustum iugiter.

28. Testificabor vobis.

29. Testificabor.

30. Tabernaculum.

* Sanctificabo.

Altaris thymiamatis, & pecuniæ exigenda, labij enci construendi, unctiois thymiamatis, & quæ ad tabernaculum spectant, institutio.

X X X.

c

a. Scilicet thymiamatis, vel incensi.
1. Quadratum.

2. Testum.

3. Eius.

4. Limbum aureum.

4. Limbo, per duo latera in duobus angulis eius.

5. Aromatum quolibet mane, quando bene appuerit lucernas, tunc.

6. Holocaustum.

7. Explabit.

8. Vel qui oblatum.

b. Transit ad officium annu-
uerfium super idem altare
spectant ad Aaron (non sim-
plicem sacerdotem, sed pon-
tificem) in die expiationis qui
erat dies decimus septiesbris.
Caletanus.

9. Propitiationem anime sue,
id est, quisque pro vita sua
dabit redemptionem.

10. Quando recensueritis eos.

10. Numerum.

11. Sicli sanctuarij.

c. Siclus, teste Rub. 4. diach-
mis constat, quæ 9. libras Tu-
ronen. facit.

12. Transit in numerum.

13. Oblationem domino.

d. Dabit autem munus obla-
tionis domino, ut propitietur
animabus vestris.

14. Aeneæ.

14. Fundes in ipsum aquam,

quoniam.

15. Et lauabunt se aqua ne mo-
riantur.

16. Lauabunt manus suas, & pe-
des suos.

d. Erat Iudæis ante præcepti
ut sacri conficerent unguen-
tum, quo percussis possent ij,
qui vocabantur ad sacerdotiis
vel ad regnum. Et sicut nunc
Romanis indurienti purpu-
re insigne est dignitatis af-
sumptæ, sic illis unctio sacri
unguenti nomen ac potesta-
tem regis conferebat. Lactan.
lib. 4. cap. 7.

17. Præcipua.

18. Ex ipso oleo unguentum
sanctum.

19. Etique oleum unctio-
nis sanctæ.

20. Et labiis atque basi eius.

c. Quod duobus modis potest
intelligi, siue tangendo sancti-
ficabitur, siue sanctificabitur
ut licet illi tangere. Nō om-
nes sic quemadmodum sacer-
dotes, qui ut æterno sacerdo-
tio fungerentur, ungebantur
ex illo. August. super Exod.
quæst. 15.

21. Sanctæ, meum erit.

f. Sanctæ gurræ esse dicitur
myrthæ arboris. Onycha verò
ostrea fertur esse parua
suaue redolens magnitudine
humani unguis, quæ Græcè
Onyche dicitur. Galbanus au-
tè ferulæ succus esse dicitur:
& nascitur in Syria optimum
cartilaginofum est, & minus
lignosum, cuius odore fugan-
tur serpentes. Thus autè Græ-
cè libanum dicitur, à libano
monte Arabiæ. Glofa Ordi-
naria.

22. Purum & sanctum.

23. Tale incensum.

Acies quoque altare ad adolendum thymiam de lignis sethim, habens cubi-
tum longitudinis, & alterum latitudinis, id est, quadrangulum, & duos cu-
bitos in altitudine. Cornua ex ipso procedent, vestisque illud auro purissi-
mo, tam craticulam eius, quam parietes per circuitum, & cornua. Faciesque ei
coronam aureolam per gyrum, & duos annulos aureos sub corona per singu-
la latera, ut mittantur in eos vectes, & altare portetur. Ipsos quoque vectes facies de
lignis sethim, & inaurabis. Ponesque altare contra velum, quod ante arcam pendet
testimonij, coram propitiatorio quo tegitur testimonium, ubi loquar tibi: & adolebit
incensum super eo Aaron, suaue fragans. Mane quando componet lucernas, incen-
det illud: & quando collocat eas ad vesperum, ut thymiam sempiternum coram
domino in generationes vestras. Non offeretis super eo thymiam compositionis al-
terius, nec oblationem & victimam, nec liba libabitis. Et deprecabitur Aaron
super cornua eius semel per annum, in sanguine quod oblatum est pro peccato,
& placabit super eo in generationibus vestris. Sanctum sanctorum erit domino: Lo-
cutusque est dominus ad Moysen, dicens: Quando tuleris summam filiorum Israel,
iuxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis domino, & non erit
plaga in eis, cum fuerint recensiti. Hoc autem dabit omnis qui transit ad nomen,
dimidium sicli iuxta mensuram templi. Siclus viginti obolos habet. Media pars
sicli offeretur domino. Qui habetur in numero] à viginti annis & supra, dabit pre-
tium. Diues non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet. Susceptamque pecu-
niam quæ collata est à filiis Israel, trades in usus tabernaculi testimonij, ut sit monu-
mentum eorum coram domino, & propitietur animabus eorum. Locutusque est do-
minus ad Moysen, dicens: Facies & labium æneum cum basi sua ad lauandum, po-
nesque illud inter tabernaculum testimonij & altare. Et missa aqua lauabunt in
ea Aaron & filij eius manus suas ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testi-
nij, & quando accessuri sunt ad altare, ut offerant in eo thymiam domino, ne for-
tè moriantur. Legitimum sempiternum erit ipsi & semini eius, per successiones. Lo-
cutusque est dominus ad Moysen, dicens: Sume tibi aromata, primæ myrrhæ & e-
lectæ quingentos siclos, & cinamomi medium, id est, ducentos quinquaginta siclos,
calami similiter ducentos quinquaginta siclos, cassiæ autem quingentos siclos in pon-
dere sanctuarij, oleum de oliuetis mensuran hin. Faciesque unctio-
nis oleum sanctum, unguentum compositum opere unguentarij, & unges ex eo tabernaculum
testimonij, & arcam testamenti, mensamque cum vasis suis, candelabrum & vensi-
lia eius, altaria thymiamatis, & holocausti, & vniuersam supellectilem quæ ad cultum
eorum pertinet, sanctificabisque omnia, & erunt sancta sanctorum. Qui tetigerit ea,
sanctificabitur. Aaron & filios eius unges, sanctificabisque eos, ut sacerdotio fungan-
tur mihi. Filiis quoque Israel dices: Hoc oleum unctio-
nis sanctum erit mihi in generationes vestras. Caro hominis non ungetur ex eo, & iuxta compositionem eius
non facietis aliud, quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis. Homo quicumque tale
composuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo suo. Dixitque domi-
nus ad Moysen: Sume tibi aromata, stacten, & onychan, galbanum boni odoris, &
thus lucidissimum, æqualis ponderis erunt omnia. Faciesque thymiam compositum
opere unguentarij mixtum diligenter, & purum, & sanctificatione dignissimum.
Cumque in tenuissimum puluerem vniuersa contuderis, pones ex eo coram taber-
naculo testimonij, in quo loco apparebo tibi. Sanctum sanctorum erit vobis thy-
miam. Talem compositionem non facietis in usus vestros, quia sanctum est do-
mino. Homo quicumque fecerit simile, ut odore illius perfruatur, peribit de popu-
lis suis.

Tabernaculi & quæ ad ipsum spectant institutio, sabbati observatio, & tabula-
rum legis collatio.

XXXI.

Locu-

† Num. 1. 11.

† Leuit. 27. 6.
Num. 3. 15.
Ezech. 45. 6.

† Infr. 40. d.

† Infr. 40. b.

106.3.6.

A Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Ecce vocavi ex nomine ^a Beseleel, filium Huri filij Hur de tribu Iuda: & implevi eum spiritu dei, sapientia, & intelligentia, & scientia; in omni opere, ad excogitandum quicquid fabricari potest ex auro, & argento, & ære, ¹ marmore, & gemmis, & diversitate lignorum.] Deditque ei socium Ooliab, filium Achisamech, de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi posui sapientiam, ² ut faciant cuncta quæ præcepi tibi, tabernaculum fœderis, & arcam testimonij, & propitiatorium quod super eam est, & cuncta vasa tabernaculi, mensamque & vasa eius, candelabrum purissimum cum vasis suis, & altaria thymiomaticis, & holocausti, & omnia vasa eorum, labium cum basi sua, ² vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti, & filij eius,] ut fungantur officio suo in sacris, oleum unctio- nis, & thymiama aromatum in sanctuario. Omnia quæ præcepi tibi, facient. ³ Et locutus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: [†] Videte ut sabbatum meum custodiatis, quia ^b signum est inter me & vos in generationibus vestris: ut sciatis quia ego dominus, qui sanctifico vos. Custodite sabbatum meum. Sanctum enim est vobis. Qui polluerit illud, morte morietur. Qui fecerit opus in eo, peribit anima illius de medio populi sui. [†] Sex diebus facietis opus, in die septimo sabbatum est, requies sancta domino. ⁴ Omnis qui fecerit opus in hac die, morietur. Custodiant filij Israel sabbatum, ³ & celebrent illud] in generationibus suis. Pactum est sempiternum inter me & filios Israel, signumque perpetuum. Sex enim diebus dominus fecit cælum & terram, & in septimo ab omni opere cessavit. [†] Deditque dominus Moysi, completis huiuscemodi sermonibus in monte Sinai, duas tabulas testimonij lapideas, scriptas digito dei.

+ De cõfiter. dist. 1. c. 2.
De sacra. unctio. c. unico.
+ Sup. 20. b.
Ezech. 10. d.

+ Gen. 2. 2.

+ Sup. 24. c.
Intr. 32. d.
Deute. 9. b.

^a Nô abs te miratur hic Higo de S. Viatore, si Caleph. 38. annorum fuerit in exitu Israhel de Aegypto, ut patet Iosue 14. genuit Hur, & Hur genuit Huri patrem huius Beseleel, cuius ætatis potuit esse ipse Beseleel hoc anno exitus. Quod si ponas Caleph genuisse Hur, 12. ætatis suæ anno, & Hur, 12. etiam ætatis suæ anno genuisse Huri, & ipsum Huri genuisse Beseleel 12. ætatis suæ anno, tunc ad summum esset 4. annorum: quæ omnia videntur satis absurda.

¹ In artificio includendi lapides, & in fabricatione lignorum, & in omni arte.
² Vestimenta ministerij, & vestimenta sancta pro Aaron sacerdote, & vestimenta filiorum eius.

^b Signum est sanctificationis, quia deus sanctificator est suos sanctificans. Ergo sabbatum & circumcisio in signum dati sunt veri sabbati & vere circumcisio, ut sciamus nobis in perfecto & æterno sabbato requiescendum à seculi operibus, & non præputium, sed cor circumcidamus. Unde in sex diebus operantes, die septimo requiescamus, ut nihil aliud die ac nocte faciamus, nisi omne quod vivimus, debere domino noverimus, & redeunte hebdomade eos nos per sanctificationem dei recordemur Domini qui sanctificat nos. Hiero. in Ezechiel. cap. 20.
³ Ut faciant sabbatum.
⁴ Atque recreatus est.

Ob vitulum adoratum Moyses deum exorans tabulas frangit, Aaronem obiurgat, idololatras punit, & ceteris veniam precatur. XXXII.

+ Act. 7. c.
Psal. 105. b.

A Idens autem populus quod moram faceret Moyses descendendi de monte, congregatus aduersus Aaron, dixit: [†] Surge, fac nobis ^a deos qui nos præcedant. Moysi enim viro huic, qui nos eduxit de terra Aegypti, ignoramus quid acciderit. Dixitque ad eos Aaron: ^b Tollite in aures aureas de vxorum filiorumque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. Fecitque populus quæ iusserat, deferens in aures ^{*} ad Aaron. Quas cum ille ^{*} accepisset, formavit [†] operè fusorio,] & fecit ex eis vitulum conflatilem: dixeruntque: Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Quod cum vidisset Aaron, ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit, dicens: ^c Cras solennitas domini est. Surgentesque mane obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, [†] & fedit populus manducare & bibere, & ^d surrexerunt ludere. Locutus est autem dominus ad Moysen, dicens: [†] Vade, descende, ² peccauit] populus tuus quem eduxisti de terra Aegypti. Receperunt cito de via, quam ³ ostendisti] eis. [†] Feceruntque sibi vitulum conflatilem, & adorauerunt, atque immolantes ei hostias, dixerunt: [†] Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Rursumque ait dominus ad Moysen: [†] Cerno quod populus iste duræ cervicis sit. [†] Dimitte me ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciámque te in gentem magnam. ⁴ Moyses autem orabat dominum deum suum, dicens, [†] Cur domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Aegypti, in fortitudine magna, & in manu robusta? [†] Ne quæso dicant Aegyptij: [†] Callide] eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleret è terra. Quiescat [†] ira tua, & esto placabilis super nequitiam populi tui. Recordare Abraham, & Isaac, & Israel seruatorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum, dicens: [†] Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cæli, & vniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eam semper. ⁵ Placatusque est dominus, ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum. Et [†] reuersus est Moyses] de monte, portans duas tabulas testimonij in manu sua, ⁶ scriptas ex vtraque parte, & factas opere domini.] Scriptura quoque dei erat sculpta in tabulis. Audiens autem Iosue tumultum populi vociferantis, dixit ad

+ Deut. 9. b.
1. Cor. 10. b.
† Deut. 9. b.

+ 2. Reg. 12. g.

+ 3. Reg. 12. g.
† 4. disciplina.
† Infr. 33. a.

+ Psal. 105. b.

+ Num. 14. c.

+ Gen. 12. b.
15. 45. c.

^a Nomina plurimorum deorum non commemorabis, re cordatus sine dubio qualis pater dānatus sit serpēs, qui primus nominauerat deos. Clement. lib. 2. Recognitio.

^b Non absurde intelligitur difficulta præcipere voluisse, ut hoc modo eos ab illa intentione reuocaret. August. 14. 1. quæst. super Exod.

^c Aureas, quas habebant in auribus suis.

^d E manibus eorum.

^e Cum stylo.

^f Conatus igitur Aaron petit annulos eorum, & in aures mulierum, que tradita in ignem misit, & confusum est vituli caput. Ambro. Epist. lib. 7. epistola. 56.

^g Semper ebrietati iuncta est luxuria. Hier. Causa peccati gula, peccati autè ipsum ludus, quem secuta est prostratio in deserto. Chryso. super illud Pauli: Nolo vos ignorare, fratres.

^h Corruptis sub. viam suam.

ⁱ Præcepisti.

^k Quando dicit, Dimitte me, ostendit se teneri posse, ne faciat quod minatus est. Dei enim potentiam, serui preces impediabant. Hier. ad Gaudentium.

^l In astutia, vel in malicia.

^m Irasci dicitur deus, non animi motu vel quavis alia perturbatione, quæ illi omnino accedere non potest; sed impiis & peccatoribus iustæ inferre dicitur vitione: hoc est, reddere illis, quæ merentur: & hæc vicio diuina, iustæ vel faror eius dicitur. Hier. ibidem.

ⁿ Conuersens se Moyses descendit.

^o Et fuerunt illæ tabule scriptæ in duabus superficiebus suis, hæc & hæc erant scriptæ. Et anteque tabulæ illæ op? dicit.

7. Resonans fortitudinem.

8. Resonans debilitatem.

g. Frāgit audacter Moyses ta-
bulas: sciebat enim del sermo
n sui non posse audire veni-
lentos. Hierony. ibidem.
x. In igne.

9. Quomodo in malo sit.

h. Compendio loquens est,
non dicens quod ipse forma-
uerit vt exiret vitulus suffis.
An excusationis causa timen-
do mentis est, tanquam ip-
se in ignem periturum aurū
proiecerit, atque ipso nō id a-
gente forma vituli exierit?
Quod ideo non est credendū
hoc eo animo dixisse quia nec
lavare Moysen posset, quid ef-
set in vico cum quo deus lo-
quebatur, & fratrem de men-
dacio non redarguit. Aug. in
Exod. q. 145.
x0. In ignominiam inter ho-
stes, & stans Moyses.
x1. Et vit focium suum, & vit.
x2. Quasi tria.
x3. Consecrate.
x4. Non autem pro reatu tan-
tum huius vituli materialis
quem fecit hic Aaron, sed pro
reatu vituli, id est mendacij,
quod fecerūt principes sacer-
dotes in quod veritatem dei
commutauerunt blasphemā-
do & abnegando Christum
filium dei: ecce porcu sitit do-
minus populum Iudaicum.
Rupertus ibidem.
x4. Expiate peccatū vestrum.
K. Vult perire cum peccanti-
bus, nec propria salute eden-
tus est: pariter autem vult non
in persequum, sed in praesen-
tium. Hieron.
x5. Visitationis mez.

Moysem: Vlulatus pugnae auditur in castris. Qui respondit: Non est clamor⁷ adhor-
tantium ad pugnam,] neque vociferatio⁸ compellentium ad fugam,] sed vocem can-
tantium ego audio. Cūque appropinquasset ad castra, vidit vitulum, & choros, ira-
tusque valde proiecit de manu tabulas, & ⁹ confregit eas ad radicem montis. ¹⁰ Arri-
piensque vitulum quem fecerant, combussit, * & contriuit vsque ad puluerem; quem
sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Israel. Dixitque Moyses ad Aaron: Quid
tibi fecit hic populus, vt induceres super eum peccatum maximum? Cui ille respondit:
Ne indignetur dominus meus. Tu enim nosti populū istum⁹ quod pronus sit ad malū.]
Dixerunt mihi: Fac nobis deos, qui nos praecedant. Huic enim Moysi qui nos eduxit
de terra Aegypti, nescimus quid acciderit. ¹¹ Quibus ego dixi: Quis vestrum habet au-
rum? Tulerunt & dederunt mihi: & proieci illud in ignem, egressusque est hic vitulus.
Videns ergo Moyses populum, quod esset nudatus, ¹² (spoliauerat enim eum Aaron ¹⁰)
propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat) & stans] in porta ca-
strorum, ait: Si quis est domini, iungatur mihi. ¹³ Congregati que sunt ad eum omnes
filij Leui. Quibus ait: Hæc dicit dominus deus Israel: Ponat vir gladium super femur
suum. Ite, & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnus-
quisque fratrem suum, ¹⁴ & amicum, &] proximum suum. Feceruntque filij Leui iuxta
sermonem Moysi, cecideruntque in die illo ¹⁵ quasi vigintitria] milia hominum. Et ait
Moyses: ¹⁶ Consecratis manus vestras hodie domino, vnusquisque in filio, & in fra-
tre suo, vt detur vobis benedictio. Facto autem altero die locutus est Moyses ad po-
pulum: Peccastis peccatum maximum. ¹⁷ Ascendam ad dominum, si quo modo eum
qui uero ¹⁴ deprecari pro scelere vestro. Reuersusque ad dominum, ait: Obsecro do-
mine, peccauit populus iste peccatum maximum, feceruntque sibi deos aureos. ¹⁸ Aut
dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, ¹⁹ dele me de libro tuo quem scripsisti. Cui
respondit dominus: ²⁰ Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Tu autem vade,
& duc populum istum quod locutus sum tibi. ²¹ Angelus autem meus praecedet te. Ego
autem in die ²² ultionis] visitabo & hoc peccatum eorum. Percussit ergo dominus po-
pulum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.

† 176. distin-
c. Ieiunium
quarti.

† Num. 26.
45. dist. can.
Disciplina.
21. q. 4. can.
Guiliarius.
& can. Quid
crucele.

† 23. q. 4. cap.
Quid cruce-
le.

† Depren. di.
4. c. Peccati.
Eccle. 45. a.
† Sup. 23. c.

*Minas dei in populum Moysē sedante, luget populus delictum: vix tamen deum po-
pulo iratum Moyses placare potest.* X X X I I I.

a. Deus iratus dicere videtur:
tu & populus tuus quem edu-
xisti, &c. Alioquin dixisset, tu
& populus meus. Sed illi quō-
do posuerunt idola, ita locuti
sunt. Moyses hic homo qui
eduxit nos de terra Aegypti,
&c. liberationem suam in ho-
minem constituendo defecerat.
Aug. quæst. 149. super
Exod.
1. In medio tui.

b. Quod significat deum non
esse cum eis qui dura ceruice
sunt, quia non eū propitium,
sed salubrem nō nisi humili-
tas & pietas capiat. Idē, q. 150.
2. Vno momento.

3. Orabat dominum.

4. Singuli in ostio taberna-
culi.
c. Beatum Moysen per qua-
dragenarium continuat ab-
stinentia scilicet ieiunij coele-
stis colloquij legimus acqui-
sisse comertū. Et hoc iten,
vt intelligamus hominibus
purificatione ieiunij vicij
dei presentissime conferri.
Euseb. Emilianus, de insio
quadragesimæ.

Uocutusque est dominus ad Moysen, dicens: Vade & ascende de loco isto, ¹ tu & populus tuus, quem eduxisti de terra Aegypti, ² in terram quam iura-
ui Abraham, Isaac, & Iacob, dicens: Semini tuo dabo eam, & ³ mittam præ-
cursorum tuorum angelum, vt euiciam Chananaeum, & Amorraeum, & Hethaeum, & Phe-
rezeum, & Heueum, & Iebuzaeum, & intres in terram fluentem lacte & melle. Non
enim ascendam ⁴ tecum,] quia populus duræ ceruicis es: ne forte disperdam te in via.
Audiensque populus sermonem hunc pessimum luxit, & nullus ex more indutus est
cultu suo. Dixitque dominus ad Moysen: Loquere filijs Israel: Populus ⁵ duræ cer-
uicis es: ⁶ semel] ascendam in medio tui, & delebo te. Iam nunc depone ornatum
tuum, vt sciam quid faciam tibi. ⁷ Deposuerunt ergo filij Israel ornatum suum à mon-
te Horeb. Moyses quoque tollens tabernaculum tetendit extra castra procul, vo-
cauitque nomen eius tabernaculum foederis. Et omnis populus qui ⁸ habebat ali-
quam quæstionem,] egrediebatur ad tabernaculum foederis extra castra. ⁹ Cū-
que egrederetur Moyses ad tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnus-
quisque in ostio papilionis sui, aspiciebantque tergum Moysi donec ingrederetur
tentorium. Ingresso autem illo tabernaculum foederis, descendebat columna nu-
bis, & stabat ad ostium, loquebaturque dominus cum Moysē, cernentibus vniuersis
quod columna nubis staret ad ostium tabernaculi. Stabantque ipsi, & adorabant ¹⁰
per fores tabernaculorum suorum.] ¹¹ Loquebatur autem dominus ad Moysen fac-
cie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. ¹² Cūque ille reuerteretur

A

† Gene. 12. b.

† 106. 24. a.
Daut. 7. c.
Sup. 23. a.

† 88. dist. c. 1.
36. dist. c. 5.
11. q. 3. c. 56.
inopere.

† 8. q. 1. c.
Moyses.
Nume. 12. a.
24. q. 1. cap.
Quid ex 106.

in ca-

in castra, minister Iosue filius Nun, puer non recedebat de tabernaculo. Dixit autem Moyses ad dominum: ^d Præcipis vt educam populum istum, & nõ indicas mihi quem missurus sis mecum: præfertim cum dixeris: Noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me. Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi ^e faciem] tuam vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos. Respice ^f populum tuum, gentem hanc.] Dixitque dominus: Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi. Et ait Moyses: Si ^g non tu ipse præcedas,] ne educas nos de loco isto: in quo enim scire poterimus ego & populus tuus, inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum, ^h vt glorificemur ab omnibus populis,] qui habitant super terram: ⁱ Dixit autem dominus ad Moysen: Et verbum istud quod locutus es, faciam. Inuenisti enim gratiam coram me, & te ipsum noui ex nomine. Qui ait: Ostende mihi gloriam tuam. Respondit: Ego ostendam omne bonum tibi, & ^k vocabo] in nomine domini coram te, & misererebui cui ^l voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit.] Rursumque ait: ^m Non poteris videre faciem meam. ⁿ Non enim videbit me homo & viuet. Et iterum:] Ecce, inquit, est locus apud me, & stabis supra petram. Cùmque transibit gloria mea, ponam te in foramine petrae: & ^o protegam] dextera mea, donec transieris. Tollamque manum meam, & ^p videbis posteriora mea: faciem autem meam videre non poteris.

Moyse reparatis tabulis, prohibitaque gentium societate, & idololatria, præceptisque primogenitis, sabbato, azymis, & cæteris festis Moyses post ieiunium cornutus descendit.

X X X I I I I.

Rom. 9. c.

† 8. q. 1. ca. Moyses.
† 24. q. 1. ca. Quia ex sola.

† Deut. 10. a.

A C deinceps ^a [†] præcide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas verba quæ habuerunt tabulæ quas fregisti. Esto paratus mane, vt ascendas ^b statim] in montem Sinai: stabisque mecum super verticem montis. Nullus ascendat tecum, nec videatur quispiam per totum montem, boues quoque & oues non pascantur e contra. Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant, & ^c de nocte] consurgens ascendit in montem Sinai, sicut præceperat ei dominus, portans secum duas tabulas. Cùmque descendisset dominus per nubem, stetit Moyses cum eo, inuocans nomen domini. ^d Quo transente coram eo, ^e ait:] [†] ^b Dominator domine deus, misericors, & clemens, patiens, & multæ miserationis, & verax, qui custodis misericordiam in milia, qui auferis iniquitatem, & scelera, atque peccata: nullusque apud te per se innocens est, qui [†] [†] reddis] iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem. Festinusque Moyses curuatus est pronus in terram, & adorans ait: Si inueni gratiam in conspectu tuo domine, obsecro vt gradiaris nobiscum: populus enim duræ ceruicis est, [†] vt auferas iniquitates nostras atque peccata, nõsque possideas.] Respondit dominus: [†] Ego inibo pactum [†] videntibus cunctis,] signa faciam, quæ nunquam visã sunt super terram, nec in vllis gentibus: vt cernat populus iste in cuius es medio, opus domini terribile, quod facturus sum. Obserua cuncta quæ hodie mandauit tibi. Ego ipse ciuicium ante faciem tuam Amorraeum, & Chanaanæum, & Hethæum, Pherezaum quoque, & Heuæum & Iebusæum. Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, [†] quæ tibi sint in ruina: sed & aras eorum destrue, & confringe statuas, lucosque succide. Noli adorare deum alienum. Dominus [†] zelotes nomen eius: deus est æmulator. [†] Ne in eas pactum cum hominibus illarum regionum, ne cùm fornicati fuerint cum diis suis, & adorauerint simulachra eorum, vocet te quispiam, vt comedas de immolatis. [†] Nec uxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis, ne postquam ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant in deos suos filios tuos. [†] Deos conflatiles non facies tibi. Solennitatem azymorum custodies. Septem diebus vesceris azymis, sicut præcepi tibi in tempore mensis nouorum. Mense enim verni temporis egressus es de Ægypto. [†] Omne quod aperuit vuluam generis masculini, meum erit. [†] De cunctis animanti-

† Psal. 142. a.

† Iere. 12. c. Deute. 4. a. Nume. 14. c. De penit. dist. 4. ca. Quid est quod dicitur

† 3. Reg. 2. a.

d. Cum dici præcipis vt educam populum istum subaudi tur in terram istam mortuorum siue mortalium: & cum dicit: non indicas mihi quem missurus es mecum, subaudi tur qui introducat populum istum in terram viventium, præfertim cū dixeris noui te ex nomine. Rapertus. 5. Viam. 6. Quod populus tuus gens ista. 7. Facies tua non præcedat.

8. Et glorificemur ego & populus tuus præ omnibus populis.

9. Inuocabo.

10. Misererebui, & propitiabor cui propitiatus fuero. c. Homines ergo donec homines sunt, deum videre non possunt. Ex resurrectione autem mortuorum cū facti fuerint sicut angeli, videre poterunt deum. Clemens. lib. 3. Re. 11. Operiam te. f. Hoc est, incarnatione meã videbis in nouissimis dieb; diuinitatem autem meam videre non poteris. Hier. de his quæ deo in scripturis attribuantur.

a. Magna oritur questio, quomodo illæ tabulæ, quas erat Moyses deo vtique præscribere fracturas, nõ hominis opus essent sed dei, nec ab homine scripte, sed scripte digito dei. Posteriores verò tabulæ eadem manserunt in tabernaculo & in templo dei future, subente quidem deo tunc ab homine excise sunt, quàm ab homine scripte. An forte in illis prioribus gratia dei significabatur, nõ hominis opus, quia gratia indigni facti sunt reuocare res corde in Ægyptum, & facientes idolum: unde illo beneficio priuari sunt. August. quest. 66. super Exod.

1. Mane.

2. Mane.

3. Clamauit.

4. Duodecim vocibus deum Moyses prolestat, qui se metipsum diligenter inspicit & pro peccatis suis carere maerere, & desyderia mortifera, nõ despicit, non solum venia delictorum, sed & supernũ premium à vero saluatore & clementissimo iudice sperare debet, qui omnes homines vult saluos facere: misericors enim est tibi, dominus, patiens & multum misericors. Hiero. in lamenta. Iere. ca. 3.

4. Vistas.

5. Tu propitiaberis iniquitati nostræ, & peccato nostro, & in hereditatem nos accipies.

6. Coram populo tuo.

x. In quam tu venis. c. Id est, ipsum nomen quod dominus deus dicitur, zelans est, quia zelator deus est. Dicitur enim verbum à zelo maritali, quo castitatem custodit vxoris: quod nobis prodest, non deo. Aug. quest. 158. super Exodum.

d. Venerabiles imagines Christiani non deos appellant, neque seruum eis vt diis, neque spem salutis ponunt in eis, neque ab eis expectant futurum iudicium, sed ad memoriam & recordationem primitiuorum venerant eas & adorant, sed non seruiunt eis cultu diuino, nec alicui creaturæ. Ex sexta synodo.

f. Definuit sermo dei quid sit primogenitus. Omne, iij

quit. quod ager uerulof. Hic aduerfus Heluidium.
 f. Sanctificati fecundum legalem confuetudinem dicitur, quod ut facrum deo ab hominibus offerretur, quemadmodum & omne primogenitum uulnam aperiens in filiis Israel. Cysillus in Joane li. 11. ca. 25.
 7. Festum colleste sue collectionis in resolutione anni.
 g. Scriptum est quod ter per annum apparere debeat omne generis masculini eorum. De deo nostro. Prima festiuitas est azymori Phae quod apud nos Grego. Latineque sermone Pascha dicitur. Secunda Pentecostes post septem hebdomadas in qua panes propositionis de nouis primium frugibus offeruntur. Tertia in mense septimo turbarum propitiationis & tabernaculorum. Hieronymus in Zachariam cap. 1.
 8. Concupifcet terram tuam.
 9. Pernoctabit usque mane.
 10. Quoniam iuxta tenorem uerborum istorum.
 h. Moyses secundam quadragessimam ieiunat.

11. In modum cornu radiaret cutis faciei suae, dum ipse loqueretur cum domino.
 12. Radiantem.
 i. Lex enim contra peccatores data est. Moyses ergo quia non peccauerat, gloriosus apparuit, & intantum ut a peccatoribus uideri non posset. Ostentum enim in eo est, quia peccatores gloria dei non merentur aspicere. Aug. quest. 8. ueteris noui testamenti.
 13. Radiantem.
 14. Donec ingrederetur ad loquendum cum eo.

bus, tam de bobus quam de ouibus, meum erit. [†] [§] Primogenitura asini redimes oue. Sin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum filiorum tuorum redimes: nec apparebis in conspectu meo uacuum. Sex diebus operaberis, die septimo cessabis arare & metere. [†] [§] Solennitatem hebdomadarum facies tibi, in primitiis frugum messis tuae triticeae: & ⁷ solennitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur.] [§] Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis domini dei Israel. Cum enim tulero gentes a facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus ⁸ insidiabitur terrae tuae:] ascendente te, & apparente in conspectu domini dei tui ter in anno. [†] [§] Non immolabis super fermento sanguinem hostiae meae, neque ⁹ residet mane] de uictimis solennitatis Phae. [†] Primitias frugum terrae tuae offeres in domo domini dei tui. [†] Non coques haedum in lacte matris suae. Dixitque dominus ad Moysen: Scribe tibi uerba haec, ¹⁰ quibus] & tecum & cum Israel pepigi foedus. Fuit ergo ibi cum domino Moyses ^h quadraginta dies, & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit, & scripsit in tabulis uerba foederis decem. Cumque descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat quod ¹¹ cornuta esset facies sua, ex consortio sermonis domini.] [§] Videns autem Aaron & filij Israel ¹² ⁱ cornutam] Moysi faciem, timuerunt prope accedere. Vocati que ab eo reuersi sunt, tam Aaron, quam principes Synagoga. Et postquam locutus est ad eos, uenerunt ad eum etiam omnes filij Israel. Quibus praecipit cuncta quae audierat a domino in monte Sinai. Impletisque sermonibus, [†] posuit uelamen super faciem suam. Quod, ingressus ad dominum, & loquens cum eo, auferebat donec exiret: & tunc loquebatur ad filios Israel omnia quae sibi fuerant imperata. Qui uidebant faciem egredientis Moysi esse ¹³ cornutam,] sed operiebat rursus ille faciem suam, ¹⁴ siquando loquebatur ad eos.]

† Luc. 2. d. Sup. 13. a. † De voto. c. Magna. 2.
 † Sup. 25. b. Eccl. 35. a.
 † Sup. 23. b.
 † Sup. 25. c.
 † Dant. 14. c. Sup. 14. d. Deut. 4. b.
 1. Cor. 3. b.
 † 1. Cor. 13. c.

Præcepto sabbato, & primitiis, quaruntur artifices, & quae necessaria sunt pro tabernaculo.
 XXXV.

1. Ut faciatis ea.
 a. Ambiguit est an ea fieri a domino, an ab illis dominus iubear. Sed utique manifestum est quod ab illis iussit ea fieri. Sed ideo sic positum est, ut ex ueroque accipiatur quia & domino facit, cum faciendes adiurat. Aug. quest. 167. super Exodus.
 x. Ad eorum cibaria: aliis ad calefaciendum & illuminandum licebat.
 a. Tollite a uobis munus leuitationis.
 3. Peller taxonum.
 4. Quae includitur, in Ephod & in pectorali.
 b. Tabernaculum scilicet, & testum. Tabernaculum hic dicitur parietes tabernaculi qui erant de tabulis, testum hic dicitur operimentum de cortinis, quod erat immediate super tabulas quod erat de lignis & pellibus. De lyra ibi.
 5. Columnas eius.
 6. Facierum.
 e. In sanctis etiam candelabris luminis collocati, ut sint eis luceant semper ardentes, & lumbi sancti, & ipse tanquam seruus qui expectat dominum suum redire de nuptiis. Orig. in Exo. hom. 9.
 d. Non est perspicuum an significentur funiculi quorum nulla est facta mentio superius narrando ordinationem diuinam. Caieta.
 x. Et uenit unusquisque quem iurauerat cor suum, & omnis quem uoluntarium fecit spiritus eius, &
 x. Quique prompto erant animo.



Gitur congregata omni turba filiorum Israel, dixit ad eos: Haec sunt quae iussit dominus ^a fieri.] Sex diebus faciatis opus: septimus dies erit uobis sanctus, sabbatum & requies domini. Qui fecerit opus in eo, occidetur. * Non succenditis ignem in omnibus habitaculis uestris per diem sabbati. Et ait Moyses ad omnem cateruam filiorum Israel: Iste est sermo quem praecipit dominus, dicens: Separate apud uos primitias] domino. [†] Omnis uoluntarius & prono animo offerat eas domino. Aurum & argentum, & aes, hyacinthum, & purpuram, & coccumque bis tintum,] & byssum, pilos caprarum, pellesque arietum rubricatas, & ³ hyacinthinas,] ligna sethim, & oleum ad luminaria concinnanda, & ut conficiatur unguentum, & thymiama suauissimum, lapides onychynos, & gemmas, ⁴ ad ornatum superhumeralis & rationalis.] [§] ^b Quisquis uestrum sapiens est, ueniat, & faciat quod dominus imperauit, tabernaculum scilicet, & testum eius, atque operimentum, annulos, & tabulata cum uestibus, ⁵ paxillos] & bases, arcam & uectes, propitiatorium, & uelum quod ante illud oppanditur, mensam cum uectibus, & uasis, & ⁶ propositionis] panibus, candelabrum ad luminaria sustentanda, uasa illius & ^c lucernas, & oleum ad nutrimenta ignium, atrare thymiamatis, & uectes, & oleum unctionis, & thymiamata ex aromatibus, tentorium ad ostium tabernaculi, altare holocausti, & craticulam eius aeneam cum uectibus & uasis suis, labrum & bases eius, cortinas atrij cum columnis & basibus, tentorium in foribus vestibuli, ^d paxillos tabernaculi & atrij cum funiculis suis, uestimenta quorum usus est in ministerio sanctuarij, uestes Aaron Pontificis ac filiorum eius, ut sacerdotio fungantur mihi. [§] Egressaque omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi, * obtulerunt mente promptissima atque deuota primitias domino, ad faciendum opus tabernaculi testimonij. Quicquid ad cultum & ad uestes sanctas necessarium erat, uiri cum mulieribus praebuerunt, * armillas, & in aures, annulos, & dextralia.

† Sup. 25. a.

dextralia. ° Omne vas aureum in donaria domini separatim est. Si quis habebat aurū, hyacinthum, & purpuram, coccūque bis tinctum, byssum, & pilos caprarum, pelles arietum rubricatas, & 7 hyacinthinas,] argenti & auri, ærisque metalla obtulerunt domino, lignaque sethim in varios vsus. Sed & mulieres doctæ^b quæ neuerant, dederunt hyacinthum, purpuram, & vermiculum, ac byssum, & pilos caprarū, sponte propria cuncta tribuentes. Principes verò obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad superhumeralia & f rationale, aromataque, & oleum ad luminaria concinnanda, & præparandum vnguentum, ac thymiama odoris suavissimi componendum. †^g Omnes viri & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierent opera quæ iusserat dominus per manum Moyfi. Cuncti filij Israel voluntaria domino dedicauerunt. Dixitque Moyfes ad filios Israel: †^h Ecce vocauit dominus ex nomine Beseleel filium Hurij filij Hur, de tribu Iuda: impleuitque eum spiritu dei, sapientia, & intelligentia, & scientia, & omni doctrina: ad excogitandum, & faciendum opus in auro, & argento, & ære, & ferro, sculpendisque lapidibus, & opere carpentario. Quicquid fabrè adinueniri potest, dedit in corde eius.ⁱ Ooliab quoque filium Achisamech, de tribu Dan: Ambos erudiuit sapientia, vt faciant^j opera Abietarij, Polymitarij, ac Plumarij de hyacintho, & purpura, coccōque bis tincto, & bysso: & 10 texant omnia, ac noua queque reperiant.]

† Ios. 6.

Sup. 33. 4.

Oblatis plus æquo donariis paratur tabernaculum iuxta omnes partes suas, cortinas, saga, opertoria, tabulata, vectes, velum, & tentorium. XXXVI.

Ios. 3. 4.
† Sup. 13. c.

A † Egit ergo Beseleel, & Ooliab, & omnis vir sapiens, * quibus dedit dominus sapientiam & intellectum, vt scirent fabrè operari quæ in vsu sanctuarij necessaria sunt, & * quæ præcepit dominus. * Cūque vocasset eos Moyfes, & omnem eruditum virum cui dederat dominus sapientiam, * & qui sponte sua obtulerant se ad faciendum opus, tradidit eis omnia donaria filiorum Israel. Qui cum instarent operi, quotidie mane vota populis offerebat. † Vnde artifices venire compulsi, dixerunt Moyfi:] Plus offert populus quàm necessarium est. Iussit ergo Moyfes præconis voce cantari: Nec vir, nec mulier quicquam offerat vltra in opere sanctuarij. Sicque² cessatum est à muneribus offerendis,] eo quòd oblata sufficerent, & superabundarent. Feceruntque omnes corde sapientes³ ad explendum opus tabernaculi,] cortinas decem, de bysso retorta, & hyacintho, & purpura, cocco bis tincto, † opere vario,] & arte polymita.^b Quarum vna habebat in longitudine vigintiocto cubitos, & in latitudine quatuor. † Vna mensura erat omnium cortinarum. Coniunxitque cortinas quinque, alteram alteri, & alias quinque sibi inuicem copulauit. Fecit & † ansas hyacinthinas] in ora cortinæ vnus ex vtroque latere, & in ora cortinæ alterius similiter: vt † contra se inuicem venirent ansæ, & mutuo iungerentur,] * Vnde & quinquaginta fudit circulos aureos, qui morderent cortinarum ansas, & fieret vnum tabernaculum. Fecit & † saga vndecim de pilis caprarum, ad operendum tectum tabernaculi. Vnum sagum in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine cubitos quatuor. Vnius mensuræ erant omnia saga. Quorum quinque iunxit seorsum, & sex alia separatim. Fecitque † ansas] quinquaginta in ora sagi vnus, & quinquaginta in ora sagi alterius; vt sibi inuicem iungerentur: & fibulas æneas quinquaginta, † quibus necleretur tectum, vt vnum pallium ex omnibus sagis fieret.] Fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis, aliudque desuper velamen de pellibus⁷ hyacinthinis.] † Fecit & tabulas tabernaculi de lignis sethim, stantes. Decem cubitorum erat longitudo tabulæ vnus, & vnum ac semis cubitum latitudo retinebat.¹⁰ Bine incastraturæ erant per singulas tabulas, vt altera alteri iungeretur.] Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis. E quibus viginti ad plagam meridiana erant contra austrum; cum quadraginta basibus argenteis. Duce bases sub vna tabula ponebantur¹¹ ex vtraque parte angulorum, vbi incastraturæ laterum in

6. Innuat quod illa enumerata prius oblata fuerunt à mulieribus, nunc autè oblata à viris, Gaeta.
7. Pelles taxonum.

8. Manibus suis nebant, & arculerunt quod agendo operata fuerant, nempe.

f. Quod in pectore pontificis locatur, formam habet rationalis sentus qui in nobis est: in hoc cõpositi sunt lapides repletionis, qui coherent & connexi sunt, ad lapidum humeralis. Orige. lib. 11.

g. Narratæ Moyse commemoratum est quod ei dixit deus de Beseleel, eisdem verbis ac toridem, quod cum in plebentur spiritum diuino sapientia & intellectus & scientia ad tabernaculi opera facienda. Aug. quæst. 1. 69. In exco. h. Ooliab frater Solomith quæ non sponte oppressit Aegypti? quidam deico meritis eius factum fuisse dicitur, vt de filiabus eius talis nasceret qui operaretur in domo domini. Hier. super 3. lib. R. 9. Omne opus fabrile, & ingeniosum atque acupictoriū. 10. Faciant omne artificium, & ingeniosas adinventiones.

a. Postquam obulit populus, vocauit Moyfes omnem sapientem ad fabricandum, & archædum vt componeretur & fabricaretur singula queque que scripta sunt, sed & mulieres iniquas vocauit sapientes, vt facerent que conuenient in tabernaculo domini, &c. Omnia enim opera domini in sapientia sunt; Origenes ibid.

* Omnia.
* Fieri.
* Et scientiam.
1. Et venerunt omnes sapientes qui totum opus sanctuarij faciebant, vnusquisque opere suo, cum perficendo instabant, & locuti sunt ad Moysem, dicentes.

2. Prohibitus est populus ab oblatione.
3. Quicquid operi perficendo necessarium pro tabernaculo.
b. Quod autem viginti, & octo cubitorum in longum, & in latum quatuor cortinæ vnus mensuræ distenduntur, lex euangelij designatur. Isidorus ibidem.

4. Pila.
5. Laqueolos ex hyacintho.
6. Quæ erat coniungenda secunda.
* Quinquaginta ansulas fecit in cortina vna, & quinquaginta fecit ansulas in extremitate cortinæ que erat iungenda secunde, applicabantque ansule cortinam vnâ alteri. Heb. Greci, Chaldæi.
7. Laqueolos.

8. Ad coniungendum tentorium illud in vnum.

9. Taxonum.

10. Duos pedes habebat tabula vna.

11. Pro duobus pedibus eius, & due bases sub tabula altera pro duobus pedibus eius.

c. Tabernaculum hoc per allegoriam, ecclesia est in huius vite eremo cõstituta, de quo Psalmista ait: Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum. Variis igitur speciebus instruitur tabernaculum, partim preciosa, partim vilioribus, per quod demonstratur alios sanctos, alios esse peccatores in ecclesia, fideles autem omnes, intra corpus ecclesie constitutos. Isido. in Exo. cap. 50.

d. Tabule siue secundum alia exemplaria coluntur argento atque auro resurgentes, & veetes atque annuli, ceteraque omnia, que ad sustentandam conregendamque tabernaculum describuntur, si quis ad superius tabernaculum respicit, angelorum est multitudo in tabernaculo ipsa conspecta, qua corpora hæc secundum dei voluntatem sustentur atque reguntur. Grego. Nyssenus.

12. Meditum.

13. Ingenioso fecit illud cum picturis.

14. Operistque eas auro, capta vero earum fecit aurea, & fudit pro eis quatuor bases argenteas.

* Eius.

15. Operistque capita earum, & ambitus earum auro: bases autem earum æneæ erant.

angulis terminantur.]^o Ad plagam quoque tabernaculi quæ respicit ad aquilonem, fecit viginti tabulas cum quadraginta basibus argenteis, duas bases per singulas tabulas. Contra occidentem verò, & id est, ad eam partem tabernaculi quæ mare respicit, fecit sex tabulas, & duas alias per singulos angulos tabernaculi retro, quæ iunctæ erant à deorsum vsque sursum, & in vnam compaginem pariter ferebantur. Ita fecit ex vtraque parte per angulos, vt octo essent simul tabulæ, & haberent bases argenteas sedecim, binas scilicet bases sub singulis tabulis. ^d Fecit & veetes de lignis sethim quinque, ad continendas tabulas vnus lateris tabernaculi, & quinque alios ad alterius lateris coaptandas tabulas, & extra hos quinque, alios veetes ad occidentalem plagam tabernaculi — contra mare.] Fecit quoque veetem ¹² alium,] qui per medias tabulas ab angulo vsque ad angulum perueniret. Ipsa autem tabulata deaurauit, fuis basibus earum argenteis. Et circulos eorum fecit aureos, per quos veetes induci possent, quos & ipsos laminis aureis operuit. Fecit & velum de hyacintho, & purpura, vermiculo, ac bysso retorta, opere ¹³ polymitario, varium atque distinctum:] & quatuor columnas de lignis sethim: ¹⁴ quas cum capitibus deaurauit, fuis basibus earum argenteis.] Fecit & tentorium in introitu tabernaculi ex hyacintho, purpura, vermiculo, byssoque retorta, opere plumarij, & columnas ^{*} quinque cum capitibus suis, ¹⁵ quas operuit auro: basesque earum fudit æneas, quas & operuit auro.

Formantur arca, propitiatorium, mensa, candelabrum, lucerna, altare thymiamatis, ipsūque thymiamata.
XXXVII.



[†] Ecit autem Beseleel & ^a arcam de lignis sethim, habentem duos & semis cubitos in longitudine, & cubitum ac semissem in latitudine, altitudo quoque vnus cubiti fuit & dimidij. Vestiuitque eam auro purissimo intus & foris. Et fecit illi coronam auream per gyrum conflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos eius, duos annulos in latere vno, & duos in altero: ^{† b} Veetes quoque fecit de lignis sethim, quos vestiuit auro, & quos misit in annulos qui erant in lateribus arcæ ad portandum eam. Fecit & propitiatorium, & id est, oraculum,] de auro mundissimo, duorum cubitorum & dimidij in longitudine, & cubiti ac semis in latitudine. Duos etiam Cherubin ex auro ductili, quos posuit ¹ ex vtraque parte propitiatorij,] Cherub vnum in ² summitate vnus partis,] & Cherub alterum in ³ summitate partis alterius.] [†] Duos Cherubin in singulis ⁴ summitatibus] propitiatorij, extendentes alas, ^{*} & tegentes propitiatorium, seque mutuo & illud respicientes. Fecit & mensam de lignis sethim, in longitudine duorum cubitorum, & in latitudine vnus cubiti, quæ habebat in altitudine cubitum ac semissem. Circundeditque eam auro mundissimo, & fecit illi ⁵ labium aureum] per gyrum, ipsique labio ⁶ coronam auream interrasilem quatuor digitorum, & super eandem alteram coronam auream. Fudit & quatuor circulos aureos, quos posuit in quatuor angulos per singulos pedes mensæ ⁷ contra coronam, misitque in eos veetes,] vt possit mensa portari: ipsos quoque veetes fecit de lignis sethim, & circundedit eos auro. ^{*} Et ^{*} vasa ad diuersos vsus mensæ, ⁸ acetabula, phialas, & cyathos, & thuribula,] ex auro puro: in quibus offerenda sunt libamina. ^{† d} Fecit & candelabrum ductile de auro mundissimo. De cuius vete calami, scyphi, sphaerulæque, ac lilia procedebant, sex in vtroque latere. ^{*} Tres calami ex parte vna, & tres ex altera. ⁹ Tres scyphi in nucis modum] per calamos singulos, sphaerulæque simul & lilia, & tres scyphi instar nucis in calamo altero, sphaerulæque simul & ¹⁰ lilia.] Æquum erat opus sex calamorum, qui procedebant de stipite candelabri. In ipso autem vete erant quatuor scyphi in nucis modum, sphaerulæque per singulos, & lilia, & sphaerulæ sub duobus calamis per loca tria, qui simul sex fiunt calami, procedentes de vete vno. Et sphaerulæ igitur, & calami ex ipso erant vniuersalia ductilia ex auro purissimo. [†] Fecit & lucernas septem cum emunctorijs suis, & vasa, vbi ea quæ emuncta sunt, extinguantur, de auro mundissimo. [†] Talentum auri appendebat candelabrum cum omnibus vasis suis. Fecit & altare ¹¹ thymiamatis] de lignis

a. Per hanc itaque arcam quam de lignis impuitibilib⁹ Moyses fabricauit, ecclesia Christi significatur edificata ex omnibus membris & corpore incorruptis, habentibus intus etiam duas tabulas testamenti, id est, obseruantiam legis & euangelij. Isido. in Exo. cap. 44.

b. Veetes quoque de lignis sethim sunt, qui eisdem ad portandum circulis inseruntur: quia fortes perseverantesque doctores velut impuitibilia ligna querendi sunt, qui instructioni sacrorum voluminum semper inhærentes, sanctæ ecclesie vnitatem denunciant, quasi intrinsecis circulis arcam portant. Isido. vbi sup.

1. In duobus extremis propitiatorij.

2. Extremitate vna.

3. Extremitate altera.

4. Extremitatibus.

5. Sursum.

c. Postea vero mensa pacis & fidei ecclesie gestabat typum, in qua pacisum alimētis scripturarum ad cuius vnitatem ex toto orbe vocibus Apostolicis dei populus congregatur. Isidorus ibid.

6. Limbum aureum, vel coronam auream.

7. Clausuram.

8. E regione clausuræ erant illi circuli, in quos nitentur veetes.

* Ad portandum mensam.

* Fecit.

9. Scuellas eius, & cochlearia eius dimidias siltulas eius, & cyathos.

* Sex calami ex lateribus eius egrediebantur.

9. Tres calices in amygdali modum, & infra.

10. Flores.

d. Candelabrum autem illud septem ramorum, spiritu sancti gerebat imaginem qui septiformi gratia illustrat ecclesiam omnem, vnitatem fidei consistentem. Isido. in Exod. cap. 49.

c. Cum igitur de lychnis, id est, lucernis audisquod septem partitio ex vna basi ac radice candelabri sustentabatur, vt lux abundantem vndeque perlingeret, iure multiformes spiritus fulpores in hoc tabernaculo persurgere intelliger. Septem partitio enim spiritus sancti etiam istas partitus est. Grego. Nyssenus.

* Isidori.

A Ios. 3. 8. 1. Sup. 16. f.

† 36. dist. e. Qui ecclesiasticis 5. Ec. cc. Sup. 26. e.

Ios. 10.

lignis sethim, per quadrum singulos habens cubitos, & in latitudine duos, è cuius angulis procedebant cornua, vestiuitque illud auro purissimo, cum ¹² craticula] ac parietibus, * & cornibus. Fecitque ei coronam aureolam per gyrum, & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & possit altare portari. [†] Ipsos autem vectes fecit de lignis sethim, & operuit laminis aureis. [†] Composuit & oleum ¹³ ad sanctificationis vnguentum,] & thymiamata de aromatibus mundissimis opere pigmentarij.

Formatur altare holocausti, cum labio æneo, & atrio, oblatæque donariæ designantur.
XXXVIII.

Fecit & altare holocausti de lignis sethim quinque cubitorum ^{*} per quadrum, ³ trium in altitudine, cuius cornua de angulis procedebant: operuitque illud laminis æneis. Et in vsus eius parauit ex ære vasa diuersa, lebetes, forcipes, fuscinulas, vncinos, & ignium receptacula.] Craticulamque eius in modum retis fecit æneam, & subter ² in altaris medio arulam,] suis quatuor annulis per totidem [†] retiaculi summitates,] ad immittendos vectes ad portandum. Quos & ipsos fecit de lignis sethim, & operuit laminis æneis, induxitque in circulos qui in lateribus altaris eminebant. ^{*} Ipsum autem altare non erat solidum, sed cauum ex tabulatis, & intus vacuum. Fecit & ⁴ labrum æneum] eum basi sua de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi. Fecit & atrium, in cuius australi plaga erant tentoria] de bysso retorta, cubitorum centum, columnarum ænearum viginti, cum basibus suis, capita columnarum, & tota operis cælatura argentea. [†] Equè ad septentrionalem plagam ⁶ tentoria, columnarum, basésque, & capita columnarum eiusdem mensuræ & operis ac metalli erant.] In ea verò plaga quæ ad occidentem respicit, fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta, columnarum decem cum basibus suis ænearum, & capita columnarum, & tota operis cælatura argentea. Porro contra orientem quinquaginta cubitorum parauit tentoria, è quibus quindecim ⁷ cubitos columnarum trium] cum basibus suis vnum tenebat latus, & in parte altera (quia inter vtraque introitum ⁸ tabernaculi fecit) quindecim æquè cubitorum erant tentoria, columnarumque tres, & bases totidem. Cuncta atrij tentoria bysso retorta texerat. Bases columnarum fuere ænearum, capita autem earum cum cunctis ⁹ cælaturis] suis argentea, ^c sed & ipsas columnas atrij vestiuit argento. [†] Et in introitu eius opere plumario fecit ¹⁰ tætorium,] ex hyacintho, purpura, ¹¹ vermiculo,] ac bysso retorta: quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo verò quinque cubitorum erat, ¹² iuxta mensuram quam cuncta atrij tentoria habebat.] Columnarum autem in ingressu fuere quatuor cum basibus æneis, capitæque earum & cælatura argentea. ¹³ Paxillos] quoque tabernaculi & atrij per gyrum fecit æneos. ^{b¹⁴} Hæc sunt instrumenta] tabernaculi testimonij, quæ enumerata sunt iuxta præceptum Moyse ¹⁵ in ceremoniis] Leuitarum per manum Ithamar filij Aaron sacerdotis, quæ Beseleel filius Huri filij Hur de tribu Iuda, domino per Moysen iubente, compleuerat, iuncto sibi socio Ooliab filio Achisamech de tribu Dan, qui & ipse artifex lignorum egregius fuit, & ¹⁶ polymitarius,] atque plumarius, ex hyacintho, purpura, vermiculo, & bysso. [†] Omne aurum quod expensum est in opere sanctuarij, & quod oblatum est in donariis, vigintinovem talentorum fuit, & septingentorum triginta siclorum, ¹⁷ ad mensuram] sanctuarij. ^{*} ¹⁸ Oblatum est autem ab iis qui transferunt ad numerum,] a viginti annis & supra, de sexcentis tribus milibus & quingentis quinquaginta armatorum. Fuerunt præterea centum ^c talenta argenti, è quibus conflatae sunt bases sanctuarij, & introitus vbi velum pendet. Centum bases factæ sunt de talentis centum, singulis talentis per bases singulas supputatis. De mille autem septingentis, & septuagintaquinque siclis fecit capita columnarum, quas & ipsas vestiuit argento. Atris quoque oblata sunt talenta septuaginta ^{*} duo millia, & quadringenti supra sicli, ex quibus fuere sunt bases in introitu tabernaculi testimonij, & altare æneum cum craticula sua, omniæque vasa quæ ad vsus eius pertinent, & bases atrij tam in circuitu quam in ingressu eius, & paxilli tabernaculi atque atrij per gyrum.

12. Tecto.

* In circuitu.
f. Porro vnguentum quo perungitur tabernaculum, christina est quo perungitur fidelis populus, in quibus diuinitas tantam in tabernaculo inhabitat. Hieronymus ibid.
13. Vnguentum sanctum.

† 6. dist. ca.
Qui ecclesiasticus, 9. Ecce.

† 1. Para. i. d.

† 6. dist. ca.
Qui ecclesiasticus, 9. Ecce.

* Est latitudo eius, & quinque cubitorum latitudo eius.

1. Ollas, palas, pelues, fuscinulas, & parietes, omnia vasa eius fecit æneæ.

2. Ambrosius dicitur, vsque ad medium eius.
3. Craticula æneæ extrinsea.

* Vt ipsum per ipsos portaretur.
4. Concham æneam.

5. Angulo, qui est versus plagam australem, & cortinae atrij erant.

6. Cortinae ceterum cubitorum, columnarum autem viginti, basésque viginti ænearum, & capitella coronarum erant ex argento.
a. Atria que inter se copulata in circulum conueniunt, pacem, concordiam & charitatem credendum esse non absurde quisquam dixerit. Sic enim David hunc locum exposuisset videtur cum dicit: Qui ponis terminos tuos pacem. Gregorius Nyssenus.
7. Cubitorum columnarum tres.

8. Atrij.

9. Circulus.

10. Velamen.

11. Cocco.

12. E. regione cortinae atrij.

13. Clauis.

14. Hæc est summa rerum.

15. Ego ministerio.
b. Describitur autem quod supra paratio fuit facta iussu Moyse ministerio leuitarum præfide illis Ithamar filio Aaron, facientibus autem opera Beseleel & Ooliab: vt percipiatur quod ordinat & fideliter exequatur sunt res oblate pro tabernaculo diuino. Cetera, nus ibidem.
16. Acupiscor.
17. Iuxta siclum.

* 18. Argentum vero censuum synogæ centum talenta, & mille septingenti septuaginta quinque sicli, iuxta sicli sanctuarij. Dimidium pædus pro vnoquoque capite, hoc est, dimidium sicli, iuxta sicli sanctuarij, pro omni qui transibat in numerum.

c. Talentum habet 60. libras. In pondere libra seu mina habet 25. siclos. Siclus habet 4. denarios. Denarius habet 6. obolos. Obolus habet 16. grana hordæacca.
* Atque.

Pontificalia sacerdotaliaque conficiuntur ornamenta, totumque inuictum opus perficitur, ac Moyse benedicendum offertur.

XX XIX.

1. Sanctus.



DE hyacintho verò & purpura, vermiculo ac bysso fecit vestes, quibus indueretur Aaron quando ministrabat in sanctis, sicut præcepit dominus Moyse. Fecit igitur superhumeralis de auro, hyacintho, & purpura, coccòque bis tincto, & bysso retorta, & opere polymitario. Inciditque bracteas aureas, & extenuauit in fila, ut possent torqueri cum priorum colorum subtegmine, duâsque oras sibi inuicem copulatas in utroque latere summitatum, & balteum ex eisdem coloribus, sicut præceperat dominus Moyse. Parauit & duos lapides onychinos, astrictos & inclusos auro, & sculptos arte gemmaria nominibus filiorum Israël: Sex nominâ in lapide vno, & sex in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum. Posuitque eos in lateribus superhumeralis, in monumentum filiorum Israël, sicut præceperat dominus Moyse. Fecit & rationale opere polymito, iuxta opus superhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura coccòque bis tincto & bysso retorta, quadrangulum, duplex mensurâ palmi: & posuit in eo gemmarum ordines, quatuor. In primo versu erat sardius, topazius, smaragdus: in secundo carbunculus, sapphirus, iaspis: in tertio ligurius, achates, amethystus: in quarto chrysolitus, onychinus, & berillus, circumdati & inclusi auro per ordines suos. Ipsiq; lapides duodecim sculpti erant nominibus duodecim tribuum Israël, singuli per nomina singulorum. Fecerunt in rationali & catenulas sibi inuicem coherentes de auro purissimo: & duos vincinos, totidemque annulos aureos. Porro annulos posuerunt in utroque latere rationalis, sex quibus pendèrent duæ catenæ aureæ, quas inferuerunt vincinis, qui in superhumeralis angulis eminebant. Hæc & ante & retro ita conueniebant sibi, ut superhumeralis & rationale mutuo necerentur, stricta ad balteum & annulis fortius copulata, quos iungebat vitta hyacinthina, ne laxa flueret, & à se inuicem mouerentur, sicut præcepit dominus Moyse. Fecerunt quoque tunicam superhumeralis totam hyacinthinam, & capitium in superiori parte contra medium, oramque per gyrum capitij textilem: deorsum autem ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta, & tintinnabula de auro purissimo, quæ posuerunt inter malogranata in extrema parte tunice per gyrum: tintinnabulum autem aureum, & malum punicum, quibus ornatus incedebat Pontifex quando ministerioungebatur, sicut præcepit dominus Moyse. Fecerunt & tunicas byssinas opere textili Aaron & filiis eius, & mitras cum coronulis suis ex bysso. Feminalia quoque linea, byssina: Cingulum verò de bysso retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo, distinctum arte plumaria, sicut præceperat dominus Moyse. Fecerunt & laminam sacre venerationis de auro purissimo, scripseruntque in ea opere gemmario sanctum domini, & strinxerunt eam cum mitra vitta hyacinthina, sicut præceperat dominus Moyse. Perfectum est igitur omne opus tabernaculi & tecti testimonij. Feceruntque filij Israël cuncta quæ præceperat dominus Moyse: & obtulerunt tabernaculum & tectum, & vniuersam suppellectilem, annulos, tabulas, vectes, columnas, ac bases, opertorium de pellibus arietum rubricatis, & aliud operimentum de hyacinthinis pellibus, velum, arcam, vectes, propitiatorium, mensam cum vasis suis, & propositionis panibus, candelabrum, lucernas, & utensilia earum cum oleo, altare aureum, & vnguentum, & thymiamâ ex aromatibus: & tentorium in introitu tabernaculi, altare æneum, retiaculum, vectes, & vasa eius omnia: labrum cum basi sua, tentoria atrij, & columnas cum basibus suis, tentorium in introitu atrij, funiculòsque illius, & paxillos. Nihil ex vasis defuit, quæ in ministerium tabernaculi, & in tectum fœderis iussa sunt fieri. Vestes quoque, quibus sacerdotes vtuntur in sanctuario, Aaron scilicet, & filij eius, obtulerunt filij Israël: sicut præceperat dominus. Quæ postquam Moyse cuncta vidit completa, benedixit eis.

Taber-

- a. Quia in humeris onera portantur, superhumeralis potissimum laboribus bonorum operum que iugiter coram domino ferre debent, ostenditur: quod leu primò faciendum præcipitur. Qui enim ad sacerdotij magistratumque populi dei promouetur, primò coram opere cognoscatur, ut dicitur hoc quod fortis patet omnibus irreprehensibile patuerit, integritas cordis & sinceritas fidei probetur. Irido. in Exod. ca. 59.
2. Et extenduntur.
3. Texti intra hyacinthum, intra purpuram, intra coccum, & intra byssum opere ingenioso.
4. Quadratum fuit, æque duplicatum fecerunt illud.
- b. Lapidibus istis representant viros sanctos, qui ob suam excellentiam qua conspicui sunt apud dominum, in eius mente quasi in corde sciti sunt. Pendunt quoque ex rationali quorundam similitudine significantes bonorum operum fertilem exaniam. Proco. ibid.
5. Adamas.
6. Iaspis.
7. Terminatas opere stricte.
8. Duabus extremitatibus per thoracis.
9. E regione aspectus eius. Fecerunt & duos circulos aureos, quos posuerunt in duabus extremitatibus per thoracis, in ora illa que erant iuxta Ephod inuicem. Fecerunt & duos circulos aureos, quos posuerunt in duabus scapulis Ephod deorsum à regione aspectus eius, & ex aduerso comparis sui, sed super ingeniosum illud artificij. Ephod.
- * Opere textili.
10. Foramen.
11. Intra foraminis lorice, & riq; labium in ore eius per circuitum, ne rumpereur fecerunt & similitudine in tunica cum malis granatis.
- c. Quatuor inuictum erat in decem locis signum certis aliis sacerdotibus cum mitris etiam cepistis etiam byssinis & baltheis. Pellicanus.
2. Pro corona sancta.
- d. Nomen est omnipotentis dei, quod quatuor literis Hebraicis scribitur יהוה & apud eos vocatur ineffabile, dicitur nomen eius non potest dici. Cuius maiestatem etiam gentilitas non ignorat, ut Atheniense testatur ara. Ignoro deo. Hiero. super 16. c. Ezech.
- e. Quemadmodum enim post acceptam terram promissionis templum ab illis sibi constructum mandauit, æque in eo sibi ministram legem constituit ut ne demoni cultui operam darent, ita iter facientibus, & desertum pertransentibus, tabernaculum edificare præcepit, ut ibi precationes, ac reuerentiam faceret, idque in eorum vsum ac utilitatem.
- Theodoretus ibidem.
- f. Ista sunt varia vestimenta quibus induitur est Joseph, nec potuerunt eum fratres vendere nisi prius eum unice variate nudassent. Hieronymus in Ezechiel. cap. 16.
13. Taxonomi.
14. Facierum.
15. Oleum vntionis.
- * Indumenta ministerij ad ministrandum in sancto.

A. Ios. 11. 18. Sup. c. 28. a.

Tabernaculum erigitur, consecratur, ac dei maiestate repletur.

X L.

Jof. 3. 12. Ann. ante Christu 1509 Anni mundi 2453.

Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: ^a Mense primo prima die mensis eriges ^a tabernaculum testimonij, & pones in eo arcam, demittesque ante illam velum, & illata mensa ^b pones super eam quae rite praecipita sunt.] Candelabrum stabit cum lucernis suis, & ^b altare aureum in quo adoletur incensum coram arca testimonij. Tentorium in introitu tabernaculi testimonij pones, & ante illud altare holocausti. Labrum inter altare & tabernaculum, quod implebis aqua. ^c Circundabisque atrium tentorii, & ingressum eius. Et assumpto unctiois oleo, unges tabernaculum cum vasibus suis, ut sanctificetur.] ^c altare holocausti, & omnia vasa eius, ^c labrum cum basi sua.] Omnia unctiois oleo consecrabis, ut sint sancta sanctorum. ^d Applicabisque Aarō & filios eius ad fores tabernaculi testimonij, & lotos aqua indues sanctis vestibus, ^d ut ministrent mihi, & unctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat.] Fecitque Moyses omnia quae praecipit dominus. Igitur mense primo anni secundi, prima die mensis, collocatum est tabernaculum. ^e Erexitque Moyses illud, & posuit tabulas, ac bases, & vectes, statuitque columnas, & expandit tectum super tabernaculum, imposito desuper operimento, sicut dominus imperauerat. Posuit & ^e testimonium in arca, subditis infra vectibus, & oraculum desuper. Cumque intulisset arcam in tabernaculum testimonij, appendit ante eam velum, ut expleret domini iussione. ^f Posuit & mensam in tabernaculo testimonij ad plagam septentrionalem extra velum, ordinatis coram propositionis panibus, sicut praecipit dominus Moysi. Posuit & candelabrum in tabernaculo testimonij e regione mensae in parte australi, locatis per ordinem lucernis iuxta praecipitum domini. Posuit & altare aureum sub tecto testimonij contra velum, & adolevit super eo incensum aromaticum, sicut iusserat dominus Moysi. Posuit & tentorium in introitu tabernaculi testimonij, & altare holocausti in vestibulo testimonij, offerens in eo holocaustum & sacrificia, ut dominus imperauerat. ^f Labrum quoque statuit inter tabernaculum testimonij, & altare, implens illud aqua: laueruntque in eo Moyses & Aaron ac filij eius manus suas & pedes, cum ingrederentur tectum foederis, ac accederent ad altare, sicut praecipit dominus Moysi. Erexit & atrium per gyrum tabernaculi & altaris, ducto in introitu eius tentorio. Postquam omnia perfecta sunt, ^g operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria domini implevit illud. ^g Nec poterat Moyses ingredi tectum foederis, nube operiente omnia, & ^g maiestate domini coruscante:] quia cuncta nubes operuerat. Si quando nubes tabernaculum deferebat, proficiscebantur filij Israel per turmas suas. ^h Si pendebat desuper, manebant in eodem loco.] Nubes quippe domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cunctis populis Israel per cunctas ^h mansiones suas.

De consecr. distincti. in princ.

Num. 7. a

Sup. 30. c

Num. 9. e 3. Reg. 8. b 2. Par. 6. c 2. Mach. 2. c

^a Mense Nisan, secundo anno post exitum ex Aegypto. ^b Habitaculum, & ^c Suspendis. ^d Ornibusque eam iuxta dispositionem suam. ^e Hoc est altare thymiamatis quod erat intra tabernaculum, non autem altare holocausti. Altare hoc significat iustos eorum suam cum desiderijs suis identidem crucifigentes. ^f Ponitque atrium per circuitum, & expandit velamen ad portam atrij. ^g Et omnia quae in eo sunt sanctificabisque ipsum cum unguentis vasibus eius, ut sit sanctum. ^h Unges. ⁱ Et sanctificabis illud altare, ut sit altare sanctum, sanctorum. Et unges Aarō, & unges eum sanctificabisque eum, ut sacerdotio mihi fungatur. Sed & filios eius applicabis, & indues eos tunicis, ungesque eos sic ut vixit patrem eorum. ^j Erat in generatione eorum. ^k Dicitur igitur tabernaculum illud quod tunc erigebatur, sanctissimum Christi corpus, & ut ita dicam totius eius carnis soliditatem in qua plenitudo deitatis corporaliter habitavit, significat. ^l Cyrillus. ^m Tabulas decem praecipitorum. ⁿ Christus enim mensa est, in qua panes positi sunt, quibus omnes participatione corporis sui ad vitam aeternam alitur. ^o Cyrillus in Ioh. li. 4. ca. 28. ^p Notanda est res vultum in tabernaculo, quod nube descendente implente tabernaculum, quae tamen gloria domini dicitur, non poterat Moyses intrare tabernaculum, qui in monte Sina, quando legem primitus accepit, intulit in nubem ubi erat deus. Proculdubio ergo hanc personam tunc seculo habuit, aliam nunc. Et tunc eorum qui sunt participes intinxerunt veritatem Jesu, nunc autem ludaeorum, quibus gloria demini quae in tabernaculo est, quod est gratia Christi, itaque nubes opponitur non eam intelligebant, & ideo non intravit in tabernaculum testimonij. Augustus. qu. 173. super Exod. ult. ^q Gloria domini implevit tabernaculum. ^r Et quod nubes non leuabatur, non proficiscebantur, ut quae ad diem quo subleuabatur. ^s Tuentur.

Incipit tertius Moysi liber ויקרא Vaicra,

id est, Et vocavit: qui dicitur Leuiticus.

Holocaustorum armentorum, pecudum, & auium, offerendorum, varius ritus & modus.

I.



Vocavit autem Moysen, & locutus est ei dominus de tabernaculo testimonij, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos. ^a Homo qui obtulerit ex vobis hostiam domino, de pecoribus, id est, de bobus, & ouibus, offerens victimas: si ^a holocaustum fuerit eius oblatio, ac ^b de armento,] masculinum immaculatum offeret ad ostium tabernaculi testimonij, ^b ad placandum sibi dominum.] Ponetque super caput hostiae manus, & acceptabilis erit, ^c atque in expiationem eius proficiens. Immolabitque vitulum coram domino, & offerent filij Aaron sacerdotis sanguinem eius, ^d fundentes

a. Sacrificia quadrupedum. ¹ Offerentis scilicet vestri. ² In hostijs legalibus quaedam erant holocausta, quaedam vero hostiae dicebantur. Holocausta tota in altari cremabantur: in de die holocausta, quasi tota incensa. Hostiarum autem pacificatum solis crematis adhibebant, cetera in sacerdotum, seu ipsorum qui obtulerant, debebant usum. Radulphus super Leuit. ³ De bobus. ⁴ Ad nutum suum coram domino. ⁵ Fundentes super altare, per circuitum.

Jof. 3. 13.

Exod. 29. b Intr. 3. a. 4. a

8. Opus igitur habet hostia cuius interuentu peccati veniam impetratilli vero non opus est hostia qui consulto quid facit, sicut Paulus qui factus est iudeus ut iudeos lucrificaret. Procopius ibidem. 9. Ut sint i holocaustum ignitum, in odorem recogatur. d. Sicut autem tria genera holocaustorum. Primum bouis. Secundum ouis, aut capre. Tertium autem, scilicet turturis, aut columbarum. Radulphus super Leuit. e. Quæcunque ergo ad sacrificium offerantur, ex latere altaris ab aquilone stant, & sic coram Domino celebrantur sacrificia. Glo. ordinatio. f. Sacrificia autem

* Adducet sacrificium suum. 6. Rumpet caput eius, & incidet in altari. Hoc est Os turturis in lege ad ascellas eius retorqueri iubetur, ne separatur ab opere, & opus a ostio non distinetur ab ore. Hiero. in ca. Mar. 7. Distinet enim cili suis, sed non distinetur.

per altaris circuitum,] quod est ante ostium tabernaculi: Detractaque pelle hostiæ, artus in frustra concident, & subiicient in altari ignem, strue lignorum antè composita, & membra quæ sunt cæsa de super ordinantes, caput videlicet, & cuncta quæ adherent iecori, intestinis & pedibus lotis aqua adolebitque ea sacerdos super altare in holocaustum, & suauem odorem domino. Quod si de pecoribus oblatio est, de ouibus siue de capris holocaustum, agnum anniculum & absque macula offeret, immolabitque ad latus altaris quod respicit ad aquilonem, coram domino. Sanguinem verò illius fundent super altare filij Aaron per circuitum, diuidentque membra, caput, & omnia quæ adherent iecori, & imponent super ligna, quibus subiiciendus est ignis. Intestina verò & pedes lauabunt aqua, & oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum, & odorem suauissimum domino. Si autem de auibus, holocausti oblatio fuerit domino, de turturibus & pullis columbæ, offeret eam sacerdos ad altare, & retorto ad collum capite, ac rupto vulneris loco,] decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris: vesiculam verò gutturis, & plumas proiciet prope altare ad orientalem plagam, in loco in quo cineres effundi solent. Confringetque ascellas eius, & non secabit, neque ferro diuidet eam,] & adolebit super altare, lignis igne supposito. Holocaustum est, & oblatio suauissimi odoris domino.

112. q. 2. ca. Gloria episc.

Oblatio sacrificiorum similia oleo conspersa, thuris, panum, laganorum, atque primitiarum. II.

a. Redè post auis holocausti similia sequitur: quia quisquis per studium sapientiæ terræ mentis inhabitat, purgationi illius insistere debet: ut nequam exteriori sanctificatione contentus, sicut à corpore prauos recidit actus, sic & à mente eorundem extirpet affectus. Radulphus ibidem.

b. Sacrificia infensibilium.

1. Sacerdotes.
2. Accendet sacerdos in memoriam eius.
- * Ut sit sacrificium ignitum.
3. Mixtos.
4. Hic similia azyma conspersa.
- * Ut sit oblatio.
- c. Craticulis ignis non vndique inuoluit cibum more, sed inferius superposita torret. Radulphus ibidem.
- d. Hic interponuntur aliqua quæ i omni sacrificio & oblatione sunt obseruanda, hic præmittuntur duo quæ ab omni oblatione excluduntur, scilicet fermentum & mel, quia istis idololatæ in suis sacrificiis utebantur. Item quia fermentum corruptionem significat secundum illud Apôlt. 1. Cor. 5. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Dulcedo vero mellis, significat lasciuam carnis, quæ non debet esse in sacrificiis diuinis. Delyra ibidem.
5. Domino.
6. Spicem naturam igni torrebis, & frumentum cõrsum in modum farcis.
- * Et erit sacrificium ignitum domino.

Nima cum obtulerit oblationem sacrificij domino, similia erit eius oblatio. Fundetque super eam oleum, & ponet thus, ac deferet ad filios Aaron sacerdotis.] Quorum vnus tollet pugillum plenum similia & olei, ac totum thus, & ponet memoriale] super altare, in odorem suauissimum domino: Quod autem reliquum fuerit de sacrificio, erit Aaron & filiorum eius, sanctum sanctorum de oblationibus domini. Cum autem obtuleris sacrificium cõctum in clibano de similia, panes scilicet absque fermento cõspersos] oleo, & lagana azyma oleo lita, si oblatio tua fuerit de sartagine, similia conspersa] oleo & absque fermento, diuides eam minutatim, & fundes super eam oleum. Si autem de craticula fuerit sacrificium, æquè similia oleo conspergetur, quæ offerens domino trades manibus sacerdotis. Qui cum obtulerit eam, tollet memoriale de sacrificio, & adolebit super altare in odorem suauitatis domino. Quicquid autem reliquum est, erit Aaron & filiorum eius, sanctum sanctorum de oblationibus domini. Omnis oblatio quæ offertur domino, absque fermento fiet, nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio domini. Primitias tantum eorum offeretis ac muna,] super altare verò non imponentur in odorem suauitatis. Quicquid obtuleris sacrificij sale condies, nec auferes sal fœderis dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum domino de spicis adhuc virentibus, torrebis eas igni, & confringes in morem farcis,] & sic offeres primitias tuas domino, fundens super ea oleum, & thus imponens, quia oblatio domini est, de qua adolebit sacerdos in memoriam muneris, partem fratris fracti, & olei, ac totum thus.

107. 17.

107. 7. d.

117. dist. 21. Legimus. 5. In Leuitico.

De eod. d. 4. o. sal.

Hostia pacificorum pro beneficij impetratione, ex bobus, ouibus, agnis, & capris. III.

a. Sacrificium pacificorum solum de bobus, ouibus & capris tam masculis quam femininis fiebat.

1. Iugulabitur.
2. Sacerdotes.
3. Super altare per circuitum.
4. Super intestina.
- * Qui est super eos, &

Quod si hostia pacificorum fuerit eius oblatio, & de bobus voluerit offerre marem siue fœminam, immaculata offeret coram domino. Ponetque manum super caput victimæ suæ, quæ immolabitur] in introitu tabernaculi testimonij. Fundentque filij Aaron sacerdotis] sanguinem per altaris circuitum,] & offerent de hostia pacificorum in oblationem domino adipem qui operit vitalia, & quicquid pinguedinis est intrinsecus:] duos renes cum adipe quo teguntur ilia, & reticulum iecoris cum renunculis, adolebuntque ea super la-

107. 17. 107. 29. b.

6. dist. cap. Non est peccatum. 5. f. 113 ita. Exod. 29. b.

per altare in holocaustum lignis igne supposito. In oblationem suauissimi odoris domino. Si verò de ouibus fuerit eius oblatio, & pacificorum hostia: siue masculum obtulerit, siue fœminam, immaculata erunt omnia. Si agnum obtulerit coram domino, ponet manum suam super caput victimæ suæ: quæ immolabitur in vestibulo tabernaculi testimonij. Fundentque filij Aaron sanguinem eius per circuitum altaris, & offerent de pacificorum hostia sacrificium domino, & adipem & caudam totam cum renibus, & pinguedinem quæ operit ventrem, atque vniuersa vitalia, & vtrunque renunculum cum adipe qui est iuxta ilia, reticulumque iecoris cum renunculis: & adolebit ea sacerdos super altare in pabulum ignis & oblationis domini. Si capra fuerit eius oblatio, & obtulerit eam domino, ponet manum suam super caput eius, immolabitque eam in introitu tabernaculi testimonij. Et fundent filij Aaron sanguinem eius per altaris circuitum, tollentque ex ea in partem ignis dominici adipem qui operit ventrem, & qui tegit vniuersa vitalia, duos renunculos cum reticulo quod est super eos iuxta ilia, & aruinam iecoris cum renunculis: adolebitque ea super altare sacerdos in alimoniam ignis & suauissimi odoris. Omnis adeps domini erit iure perpetuo in generationibus, & cunctis habitaculis vestris: nec sanguinem nec adipem omnino comedetis.

5. Super holocaustum quod est super ligna, quæ sunt super ignem.
6. In sacrificium pacificorum domino.
* Adducet illum in conspectu domini, &
7. Super altare per circuitum.
8. E regione dorsii auferet ea.
* Super illos, &
9. Qui ergo, lex quædam agnos quædam capras dicit, agnos autem simplices sunt qui nihil peccauerunt, capre autem simplices, qui peccauerunt & ceteri sunt, recte quodammodo sacrificium & holocaustum vnum est. Glosa ordinaria.
9. Super altare per circuitum, & offeret de illo sacrificium suum oblationem iugiter domino. Nempè.
10. Et super.
* Toller.
11. Panem igitur sacrificij, ve sit in odorem suauitatis omnis adeps domini. Statum seculi sit.

Hostie sacerdotis, principis, & multitudinis per ignorantiam peccantis.
IIII.

10f. 13.
† De voto. c. Magnæ. 21. q. 3. c. Præcipue. Pals. 109. c.
† De voto. ca. Magna.

Uocutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel: Anima quæ peccauerit per ignorantiam, & de vniuersis mandatis domini quæ præcepit vt non fierent, quippiam fecerit: si sacerdos qui vnctus est, peccauerit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum domino, & adducet illum ad ostium tabernaculi testimonij coram domino, ponetque manum super caput eius, & immolabit eum domino. Hauret quoque de sanguine vituli, inferens illum in tabernaculum testimonij. Cùmque intinxerit digitum in sanguinem, asperget eum septies coram domino contra velum sanctuarij. Ponetque de eodem sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi domino, quod est in tabernaculo testimonij. Omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris holocausti in introitu tabernaculi. Et adipem vituli offeret pro peccato, tam eum qui vitalia operit, quam omnia quæ intrinsecus sunt: duos renunculos & reticulum quod est supra eos iuxta ilia, & adipem iecoris cum renunculis, sicut offertur de vitulo hostiæ pacificorum: & adolebit ea super altare holocausti. Pellem verò & omnes carnes cum capite & pedibus & intestinis & fimo & reliquo corpore efferet extra castra in locum mundum, vbi cineres effundi solent: incendetque ea super lignorum struem, quæ in loco effusorum cinerum cremabuntur. Quod si omnis turba filiorum Israel ignorauerit, & per imperitiam fecerit, quod contra mandatum domini est, & postea intellexerit peccatum suum: offeret pro peccato suo vitulum, adducetque eum ad ostium tabernaculi, & ponent seniores populi manus super caput eius coram domino. Immolatoque vitulo in conspectu domini, inferet sacerdos qui vnctus est de sanguine eius in tabernaculum testimonij, tincto digito aspergens septies contra velum. Ponetque de eodem sanguine in cornibus altaris, quod est coram domino in tabernaculo testimonij. Reliquum autem sanguinem fundet iuxta basim altaris holocaustorum, quod est in ostio tabernaculi testimonij. Omnemque eius adipem tollet, & adolebit super altare: sic faciens & de hoc vitulo quomodo fecit & prius: & rogante pro eis sacerdote propitius erit eis dominus. Ipsum autem vitulum efferet extra castra atque comburet sicut & priorem vitulum: quia est pro peccato multitudinis. Si peccauerit princeps, & fecerit vnum è pluribus per ignorantiam, quod domini lege prohibetur, & postea intellexerit peccatum suum: offeret hostiam coram domino, hircum de capris immaculatum, ponetque manum suam super caput eius: cùmque immolauerit eum in loco vbi

1. Iuxta delictum populi.
* Quod peccauit.
* In oblatione pro peccato.
2. Notandum existimo quod scriptura vocat peccata etiam illa quæ in conspectu & ignominie delinquitur. Peccatum & in conspectu commissum est quod quis putat non tale esse. Tale erat Saulis delictum cui ieiunium imperasset. 1. reg. 14. Procopius.
b. Hæc est illa sanguinis illatio in tabernaculum quæ fecit in anno fieri solebat. Hæc tamen non consuminatur in sequentibus, quippe non solum in tabernaculum primum, in quo altare thymiamatis erat, cuius cornibus sanguinem in hoc loco præcipit imponi. Radulphus ibid.
2. Jugulabit eum eam demando.
* Sacerdos vnctus.
3. Aromatici coram.
4. Quod est ad ostium tabernaculi testimonij.
5. Omnem adipem qui est circa interiora.
6. Vel reticulum.
* Toller.
7. Toller.
c. Per hoc designatur quod sacerdos debet esse elongatus de cetero, non solum à peccato, sed etiam ab occasione. Buis eius, Delyia ibid.
8. Et tunc peccauerit, & res ista abscondita fuerit ab oculis congregationis, feceritque vnum ex omnibus præceptis domini, quæ fieri non debent, & deliquerint.
d. Non enim coactam sed spontaneam agere penitentiam oportet, nec humano timore ad hoc compelli, sed amore diuino, & propria salutis intuitu provocari. Radulphus ibid.
c. De sanguine hoc exponitur, quod sequitur quod est ad istam partem, sicut exponitur est supra in sacrificio pro peccato sacerdotis. Delyia.
9. Expiabit eos sacerdos, & remittetur illis.
f. Principem quilibet ex doctoribus & sanctioribus hic appellat. Principis enim quod scientia maior, & eminentior sanctitas, tunc si peccauerit reus velle mentior erit. Radulphus ibidem.
* Masculum.

Sup. 3. d.
De pen. di. 3. cap. Inter hæc hircum.

10. Poner super.

11. Et expiabit eum sacerdos peccato suo.
 8. Hęc anima triplicem habet vim. Prima est, qua i corpore & per cõpõs vitur, via sensu-
 alis, qua corpus vegetat, & per corporis sensus exteriora ista sentit ac discernit. Secunda est, quam apud se exierit, per quam non solum ea quę corporis sensum attingunt, multo apertius perferatur ac discutit: sed & multa à sensibus aliena perquirat. Tercia animę vis in appetitu est, seu ad ea quę corpus sentit, seu ad scientię lumen, & sapiencię pulchritudinem voluptate quadam animam rapit. Radulphus. ibid.
 12. Poner super, & infra.
 23. Expiabitque eũ sacerdos.
 14. Hostie.

14. Ab oue quia.

16. Expiabitque illg sacerdos à peccato quod commisit.

folet mañari holocaustum coram domino, quia pro peccato est, tinget sacerdos digitum in sanguine hostiæ pro peccato, ¹⁰ tangens] cornua altaris holocausti, & reliquum fundens ad basim eius: adipem verò adolebit suprà, sicut in victimis pacificorum fieri solet. ¹¹ Rogabitque pro eo sacerdos, & pro peccato eius,] & dimittetur ei. ¹² Quod si peccauerit anima per ignorantiam de populo terrę, vt faciat quicquam de iis quę domini lege prohibentur, atque delinquat, & cognouerit peccatum suum: offeret capram immaculatam, ponetque manus super caput hostiæ quę pro peccato est, & immolabit eam in loco holocausti. Tolletque sacerdos de sanguine in digito suo, & ¹³ tangens] cornua altaris holocausti, reliquũ fundet ad basim eius. ¹⁴ Omnem autem adipem auferens sicut auferri solet de victimis pacificorum, adolebit super altare in odorem suauitatis domino: ¹⁵ rogabitq; pro eo,] & dimittetur ei. Sin autem de peccoribus obtulerit victimam pro peccato, ouem scilicet immaculatam: ponet manum super caput eius, & immolabit eam in loco vbi solent cædi holocaustorum hostiæ. Sumetque sacerdos de sanguine ¹⁶ eius] digito suo, & tangens cornua altaris holocausti, reliquum fundet ad basim eius. ¹⁷ Omnem quoque adipem auferens sicut auferri solet ad arietem qui immolatur pro pacificis, cremabit super altare incensum domini: ¹⁸ rogabitq; pro eo, & pro peccato eius,] & dimittetur ei.

†Sup. 3. d.

†Sup. 3. d. 11

Hostie pro peccatis ex passione, silentio veritatis, errore, iuramento, sacrorum abusu, atque ignorantia.

V.

2. Videtur dicere peccare hominem, qui audit aliquę falsum iurare, & scit eũ falsum iurare, & tacet. Glosa ordinaria post August.
 1. Cognouerit.
 2. Aut illud est immundũ ferę cadaver, aut iumentũ immundũ cadaver, aut immundũ reptilũ cadaver: & lauerit eam.
 3. Lauertque eam, & infra.

4. Juxta omnia quę profere solet homo est iuramento, & lauerit eum, sed.
 5. Constatbitur quod in ea re peccauerit.
 6. Expiabitque sacerdos peccatum, & infra.

b. Qui sunt qui ad pecus offerendũ non sufficiunt, iã prelibauim⁹ illi scilicet, iã mortis propinquitate seu infirmitatis pendere præpediti intũctam sibi penitentiam exple re seu iustis laboribus se subdere à modo nequeunt. Offerant igitur duos turtures aut duos pullos columbarum. Radulphus.

6. Contra ceruicem, sed non diuidet.
 c. Dignũ est enim ut qui peccatorum suorum confessione facit, confirmet ea omnia quę reuocare ad memoriã potest, domino pandens, nõ alia prodens, alia abscondens. Radulphus, ibidem.

* In oblatione peccati. Ephymentura est trium modorũ.
 8. Et expiabit eum sacerdos à peccato suo quod commisit, vno ex illis, & remittetur ei: eritque sacerdotis quasi manus placationis.

9. Præuentione præuentione fuerit per ignorantiam.
 * Argentis.

10. Siclum.
 11. Vt sit pro sacrificio delicti, & in eo quod peccauit de sacrificato.

d. Qui teus est iuberur vt ad sacerdotem accedat, & peccati sui æstimationem illi committens quod ille iudicauerit, hoc iste deuotus implere cõtendat. Radulphus. ibi.

12. Et nesciuit, deliqueritque porrabit.
 13. Expiabit eum ab ignorantia sua.

I peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, testisque fuerit quod aut ipse vidit, aut conscius est:] nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. Anima quę tetigerit aliquid immundum, ² siue quod occisum à bestia est, aut per se mortuum, aut quodlibet aliud reptile, & oblata fuerit immunditię suę,] rea est, & deliquit. Et si tetigerit quicquam de immunditia hominis iuxta omnem impuritatem qua polui solet, ³ oblitãque cognouerit postea, subiacebit delicto. Anima quę iurauerit, & protulerit labiis suis, vt vel malè quid faceret, vel bene, ⁴ & non fecerit, & idipsum iuramento & sermone firmauerit, ⁵ oblitãque] postea intellexerit delictum suum, ⁶ agat pœnitentiã pro peccato,] & offerat de gregibus agnam siue capram, ⁶ orabitque pro ea sacerdos & pro peccatis] eius. ⁷ Sin autem non potuerit offerre pecus, offerat duos turtures, vel duos pullos columbarum domino, vnum pro peccato, & alterum in holocaustum: dabitque eos sacerdoti. Qui primũ offerens pro peccato retorquet caput eius ⁷ ad pennulas, ita vt collo adhæreat, & non penitus abrumpatur:] & asperget de sanguine eius parietem altaris. Quicquid autem reliquum fuerit, faciet distillare ad fundamentũ eius: quia pro peccato est. ⁸ Alterum verò in holocaustum adolebit, vt fieri solet: rogabitque pro eo sacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. ⁹ Quod si non quierit manus eius ¹⁰ duos offerre turtures, aut duos pullos columbarum, offeret pro peccato suo simillã partem ephy decimam. ¹¹ Non mittet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato est: tradetque eam sacerdoti, qui plenum ex ea pugillum hauriens cremabit super altare in monumentum eius qui obtulerit, ¹² rogans pro illo & expians: reliquam verò partem ipse habebit in munere.] Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: ¹³ Anima si ¹⁴ præuaricans ceremonias per errorem] in iis quę domino sunt sanctificata peccauerit, offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus, qui emi potest duobus siclis ¹⁵ iuxta ¹⁶ pondus] sanctuarij, ¹⁷ ipsũque quod iutulit damni] restituet, & quintam partem ponet supra, tradens sacerdoti, qui rogabit pro eo, offeres arietem, & dimittetur ei. ¹⁸ Anima quę peccauerit per ignorantiam, feceritque vnum ex iis quę domini lege prohibentur, ¹⁹ & peccati rea intellexerit] iniquitatem suam, offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, iuxta mensuram æstimationemque peccati, qui ²⁰ orabit pro eo,] quia nesciens fecerit: & dimittetur ei, quia per errorem deliquit in domino.

†Luc. 2. d.

†Sup. 4. d.

Oblatio

Oblatio pro peccato ex certa scientia commisso, leges holocausti, ignis perpetui, singulorum sacrificiorum, & oblationum sacerdotis in die vnctionis sue. VI.

1063. 23.



Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: ¹ Anima quæ peccauerit, & ² contempto domino] negauerit proximo suo despositum, quod fidei eius creditum fuerat, vel vialiquid extorserit, aut calumniam fecerit, siue rem perditam inuenerit, & inficiens insuper peierauerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit in quibus solent peccare homines, ³ conuicta delicti reddet omnia quæ per fraudem voluit obtinere, integra, &] quintam insuper partem domino, cui damnum intulerat. Pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege; & dabit eum sacerdoti, iuxta æstimationem mensuramque delicti: qui ⁴ rogabit pro eo] coram domino, & dimittetur illi pro singulis quæ ⁵ faciendo peccauit.] Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Præcipe Aaron & filiis eius: Hæc est lex holocausti: Cremabitur in altari tota nocte vsque mane. ⁶ Ignis ex eodem altari erit. + Vestietur tunica sacerdos, & fœminalibus lineis *, tollétque cineres quos vorans ignis exuffit: & ponens iuxta altare, spoliabitur prioribus vestimentis, indutusque aliis efferet eos extra castra, & in loco mundissimo & vsque ad fauillam consumi faciet. + ⁷ Ignis autem in altari semper ardebit *: quem nutriet sacerdos, subiiciens ligna mane, per singulos dies: & imposito holocausto desuper, adipes ⁸ adolebit] pacificorum: Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. Hæc est lex ⁹ sacrificij & liberamentorum, quæ] offerent filij Aaron coram domino, & coram altari. Tollét sacerdos puggillum similæ quæ ¹⁰ conspersa est oleo,] & totum thus, quod super similam positum est: adolebitque illud in altari in monumentum odoris suauissimi domino. Reliquam autem partem similæ comedet Aaron cum filiis suis absque fermento, & comedet in loco ¹¹ sanctuarij tabernaculi.] ¹² Ideo autem non fermentabitur, quia ¹³ pars eius in domini offertur incensum.] Sanctum sanctorum erit, sicut pro peccato atque delicto. Mares tantum stirpis Aaron comedent illud. ¹⁴ Legitimum ac sempiternum] erit in generationibus vestris de sacrificijs domini. Omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Hæc est oblatio Aaron & filiorum eius, quam offerre debent domino in die vnctionis sue. Decimam partem ephy offeret similæ in sacrificio ¹⁵ sempiterno.] Medium eius mane, & medium eius vespere: quæ in sartagine oleo conspersa friget. ¹⁶ Offeret autem eam calidam in odorem suauissimi inuim domino, sacerdos qui iure parti successerit,] & tota cremabitur in altari. Omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur, nec quisquam comedet ex eo. Locutus est autem dominus ad Moysen, dicens: Loquere Aaron, & filiis eius: ista est lex hostiæ pro peccato. ¹⁷ In loco vbi offertur holocaustum, ¹⁸ immolabitur,] coram domino. Sanctum sanctorum est. Sacerdos qui offert, comedet eam in loco sancto in atrio tabernaculi. Quicquid tetigerit carnes eius, ¹⁹ sanctificabitur.] Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, * lauabitur in loco sancto. Vas autem fictile in quo cocta est, confringetur: quod si vas æneum fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua, omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus eius, quia sanctum sanctorum est. ²⁰ Hostia enim quæ cæditur pro peccato, ²¹ cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonij ad expiandum, in sanctuario, non comedetur, sed comburetur igni.

Oblatio hostiæ pro delicto, pacificorum, adipis, & sanguinis ritus.

VII.



Hæc est quoque lex hostiæ pro delicto. ¹ Sancta] sanctorum est. Idcirco vbi immolabitur holocaustum, mactabitur & victima pro delicto. Sanguis eius ² per gyrum altaris] fundetur. Offerent ex ea * caudam, & adipem qui operit vitalia, duos renunculos, & pinguedinem quæ * iuxta illa est, reticulumque iecoris cum renunculis, & adolebit ea sacerdos super altare. ³ Incensum est domini] pro delicto. Omnis masculus de sacerdotali genere in loco sancto vescetur iis carnibus, quia sanctum sanctorum est. Sicut pro ⁴ peccato offertur hostia,

1. Peruicacitate fuerit præuicacata in dominum.
 2. Per Christum tolluntur de ista quibus iniuri sumus fratribus: quia hic enim per seclæ & absolute nos omnia vitæ secundum tenorem sequere loquij eius: Christus ipse auctor est. Procopius ibidem.
 3. Si iniquus sic peccauerit, & deliquerit, restituet quod capiendū rapuit, & quod calumniando extorsit, siue depositū quod illi commisit fuit, siue rem perditam quam inuenit. Sed & totū illud, siue quod peierauit, reddet in capitali ius, superaddetque.
 4. Expiabit eum.
 5. Peccat & in quo deliquit.
 6. Hic de iugi sacrificio loquitur, quod in exodo quotidie sacerdos offerre præcipiuntur. Ait enim, hoc est sacrificium quod facies in altari. Agnos amiculos duos per singulos dies iugiter, & paulo post oblatione perpetua in generationes vestras. Glosa ordinaria ibid.
 7. Induit carnem suam.
 8. Id est, ab illo igne, in qua arte holocaustū vique in mane. Nos vult enim igne proferre extingui, sed eum vsque in mane alerit holocaustum, ablati inde reliquiis consumptiouis, nec sic extingui igne sed inde iterū renouari, quod ardeant alia quæ imponuntur. Aug. quæst. 12. in Leuitic.
 * Nec vnquam extinguetur.
 9. In hac choris incendit.
 10. Oblationis, quam.
 11. Et de oleo eius.

12. Sancto in atrio tabernaculi testimonij contedant illud.
 13. Hanc partem dedit illis ex sacrificijs mei inuim.
 14. Sanctum perpetuum.
 15. Notandū de quibus filiis agatur non enim de omnibus loqui in eandem, sed de his solum qui patri decedenti, & sibi singulatin in summo pontificatu succedebant. Simos quippe pontifices singulares esse debere, lex ipsa dicitur. Radulp.
 16. Iugiter.
 17. Fugiam adducere eam, de coctis huius oblationis hostias frustatim offeres in odorem suauitatis domino. Et sacerdos, qui pro eo vnctus fuerit de filiis eius faciet, illud legitimum erit domino.

18. Iugulabitur hostia pro peccato.
 19. Sanctum fit.
 * Vbi sparsus fuerit super illud. Quomodo ergo ad sacerdotem pertinet manducata quæ remanet de sacrificijs pro peccatis? Quod intelligendum est, hæc excepta esse, de quorundam sanguine tangitur illud altare in eodem in tabernaculo testimonij. Aug. quæst. 18. super Leuiticum.

+ De consec. di. 1. c. 1. post prin. ibi, domino cū vestib. c. 1.
 + De penit. di. 3. c. Inter hæc hircum. De celebrat. missæ. c. fin.

1 Heb. 13. b.

1. Sanctum.

2. Super altare per circuitum.
 * Omnes adipem eius, &.
 * Est super eos, & que.
 3. In sacrificio ignatum domino. Est enim hostia.
 4. Peccatum ergo est peccatio mali, delictum vero de sermo boni: ut aliquid sit declinare a malo, aliud fit facere bonum. Aug. quæst. 20. super Leuiticum.

ita & pro delicto. Vtriusque hostia lex vna erit. Ad sacerdotem qui eam obtulerit, pertinebit. Sacerdos qui offert holocausti victimam, habebit pellem eius. Et omne sacrificium ⁴ similae,] quod coquitur in clibano, & quicquid in craticula vel in sartagine preparatur, eius erit sacerdotis, a quo offertur, ⁵ siue oleo conspersa, siue arida fuerit. Cunctis filiis Aaron mensura aequa per singulos diuiditur.] ⁶ Hæc est lex hostia ^B pacificorum, quæ offertur domino. Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absque fermento conspersos oleo, & lagana azyma vncta oleo, ⁶ coctamque] similam, & ⁷ collyridas,] olei admixtione conspersas, ⁸ panes quoque fermentatos, cum hostia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis, ⁹] ex quibus vnus pro primitiis offertur domino,] & erit sacerdotis qui fundet hostia sanguinem : ¹⁰ Cuius carnes eadem comedentur die,] nec remanebit ex eis quicquam vsque mane. Si voto vel sponte quispiam obtulerit hostiam, eadem similiter edetur die. Sed & si quid in crastinum remanserit, vesci licitum est. Quicquid autem tertius inuenerit dies, ignis absumet. Si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet eius oblatio, nec proderit offerenti; quin potius quæcunque anima tali sedulio contaminauerit, præuaricationis rea erit. Caro quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, sed comburetur igni. ¹¹ Qui fuerit immundus, vescetur ex ea.] Anima polluta quæ ederet de carnibus hostia pacificorum, quæ oblata est domino, peribit de populis suis: & quæ tetigerit ¹² immunditiam hominis, vel iumenti, siue omnis rei quæ polluere potest, & comederit de huiusmodi carnibus,] interibit de populis suis. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel: Adipem ouis, & bouis, & capræ non comedetis. Adipem cadaveris morticini, & eius animalis quod a bestia captum est, habebitis in varios vsus *. Si quis adipem ¹³ qui] offerri debet in incensum domini, comederit, peribit de populo suo. Sanguinem quoque omnis animalis non sumetis in cibo *, tam de auibus, quam de pecoribus. Omnis anima quæ ederet sanguinem, peribit de populis suis. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: ¹ Loquere filiis Israel, dicens: Qui offert victimam pacificorum * domino, offerat simul ¹⁴ & sacrificium, id est, libamenta eius.] Tenebit in manibus adipem hostia, & pectusculum. ² Cùmque ambo oblata domino consecrauerit, tradet sacerdoti, qui adolebit adipem super altare: pectusculum autem erit Aaron & filiorum eius. Armus quoque dexter de pacificorum hostiis, cedit in primitias sacerdotis *. Qui obtulerit sanguinem * & adipem filiorum Aaron, ipse habebit & armum dextrum in portione sua. Pectusculum enim eleuationis, & armum separationis tuli à filiis Israel de hostiis eorum pacificis, & dedi Aaron sacerdoti, & filiis eius lege perpetua, ab omni populo Israel. ³ Hæc est vnctio Aaron & filiorum eius ¹⁵ in caeremoniis] domini, die quo obtulit eos Moyses vt sacerdotio fugerentur, & quæ præcepit eis dari dominus à filiis Israel religione perpetua in generationibus suis. Ista est lex holocausti & sacrificij pro peccato atque delicto, & pro consecratione & pacificorum victimis, quam constituit dominus Moysi in monte Sinai, quando mandauit filiis Israel, vt offerrent oblationes suas domino in deserto Sinai.

Aaronis & filiorum eius consecratio, ac tabernaculi, suppellectilisque eius vnctio. VIIII.



Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: ¹ Tolle Aaron cum filiis suis, vestes eorum & vnctionis oleum, ¹ vitulum pro peccato, duos arietes, canistrum cum azymis, & congregabis omnem cœtum ad ostium tabernaculi. Fecit Moyses vt dominus imperarat: congregatæque omni turba ante forès tabernaculi, ait: Iste est sermo quem iussit dominus fieri. ² Statimque obtulit] Aaron & filios eius. Cùmque lauisset eos ³, vestiuit Pontificem subucula linea, accingens] eum balteo, & induens eum tunica hyacinthina: & desuper humerale imposuit, quod astringens cingulo aptauit rationali, in quo erat ⁴ doctrina & veritas.] ⁵ Cydari quoque textit caput, & super eam contra frontem, posuit ¹ laminam auream] consecratam in san-

4. Monetis.

5. Que verb oleo mixta est, & ea quæ seca est, erit omnium filiorum Aaron, quisque vir vti iater erit.

6. Frictamque.

7. Placentas.

8. Super placentas panis fermentati offeret sacrificij sui in gratiarum actionem pro hostia pacificorum suorum.

9. Ex vnctio sacrificij pro leuitione domini offertur.

10. Er caro sacrificij laudis in pacificis suis comedetur i die oblationis suæ.

11. Omne sacrificium pacificorum vel salutare spontaneum est. Vnde inter dona superius positum est. Sed gratiarum actionis vel laudis sacrificium quæuis species eius sit, quia rationale est, voluntarium non dicitur: quia cum rationales sumus debitum quodammodo præcipium creatori debemus rationabile sacrificium. Glos. Ordinaria. ibid.

12. Qui fuerit mundus, vescetur carne.

13. Omne immundum, quod est de immunditia hominis, aut animal immundum, vel quod estque nauseabile quod est immundum, & comederint de carne sacrificij pacificorum, quod est domini.

* Sed comedendo non comedit ipsum.

14. De animali quod.

* Per cunctas habitationes vestras.

* Suorum.

15. Oblationem suam domino de sacrificio pacificorum suorum.

c. Sacrificium quoque non quamlibet hostia vocari dicitur, sed signanter similæ oblationem, & hostia pro peccato, & pro delicto: & vnde nunc agimus adipem pacificorum qui domine incenduntur, hoc nomine significati. Radulphus. ibidem.

* Pro oblatione de sacrificijs pacificorum vestrorum.

* Pacificorum.

d. Recordare quomodo tum Aaron factus sit sacerdos, quot hostias a illo immolavit Moyse, quot prædes offerentis, quomodo illum lauerit, quomodo illum vnxit. extremum craticula manu dextera in sancta sanctorum introduxerit. Post hæc iussit præcepto septem dierum numero manere intus. Chrysost. aduersus Iudæos, Oratione tertia.

15. De sacrificijs.

a. Legimus in Leuitico, iuxta præceptum dei, Moysen lauise Aaron & filios eius: iâ tunc purgationem mundi, & resti omnium sanctitatem, baptismi sacramenta signabant. Hieronymus ad Fabiolam, de veste sacerdotali.

1. Iuuentum, vel taurum.

2. Moyses applicauit.

3. Aqua, posuit super eum tunicam, & cinxit.

4. b. Vtm & Thummin: in quibus explicandis omnes fere didident inter preces.

5. Coronam sanctam.

† 30. dist. e. si quis carnem. Gene. 9. 2. Infr. r. 7. d.

† 21. dist. e. 1. 8. q. 1. cap. In scripturis. De conf. di. 1. c. Tabernaculum.

in sanctificatione,] sicut præceperat ei dominus. † Tulit & vntionis oleum, quo liniuit tabernaculum cum omni supellectili sua. Cùmque sanctificans aspersisset altare septem vicibus, vnxit illud,] & omnia vasa eius, labrumque cum basi sua sanctificauit oleo. Quod fundens super caput Aaron, vnxit eum, & consecrauit. † Filios quoque eius oblatos consecrauit, vestiuitque tunicis lineis, & cinxit balteis, imposuitque mitras, vt iusserat dominus. † Obtulit & vitulum pro peccato. Cùmque super caput eius posuisset Aaron & filij eius manus suas, immolauit eum hauriens * sanguinem, & tincto digito ⁷ tetigit] cornua altaris per gyrum. Quo expiato & sanctificato, fudit reliquum sanguinem ad fundamenta eius. Adipem verò qui erat super vitalia, & reticulum iecoris, duosque renunculos cum aruinulis suis adoleuit * super altare, vitulum cum pelle & carnibus & fimo cremas extra castra, sicut præceperat dominus. Obtulit & arietem in holocaustum. † Super cuius caput cum imposuissent Aaron & filij eius manus suas, immolauit eum, & fudit sanguinem eius per circuitum altaris. † Ipsumque arietem in frustra concidens, caput eius, & artus, & adipem adoleuit igni, lotis prius intestinis & pedibus. Totumque simul arietem incendit super altare, eo quòd esset holocaustum suauissimi odoris domino, sicut præceperat ei. Obtulit & arietem secundum, in consecrationem sacerdotum, posueruntque super caput eius Aaron & filij eius manus suas. Quem cum immolasset Moyses, sumens de sanguine eius, tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron, & pollicem manus eius dextræ, similiter & pedis. Obtulit & filios Aaron. Cùmque de sanguine arietis immolati tetigisset extremum auriculæ singulorum dextræ, & pollices manus ac dextri pedis, reliquum fudit super altare per circuitum. † Adipem verò & caudam omnemque pinguedinem quæ operit intestina, reticulumque iecoris, & duos renes cum adipibus suis, & armo dextro, separauit. Tollens autem de canistro azymorum quod erat coram domino panes absque fermento, & ¹⁰ collyridam conspersam oleo,] laganumque, * posuit super adipem, & armum dextrum, tradens simul omnia Aaron & filiis eius. Qui postquam leuauerunt ea coram domino, rursus suscepta de manibus eorum, adoleuit super altare holocausti, eo quòd consecrationis esset oblatio in odorem suauitatis sacrificij domini. † Tulitque pectusculum eleuans illud coram domino de ariete consecrationis in partem suam, sicut præceperat ei dominus. Assumensque ¹² vnguentum,] & sanguinem qui erat in altari, aspersit super Aaron & vestimenta eius, & super filios illius, ac vestes eorum. Cùmque sanctificasset eos ¹³ in vestitu suo,] præcepit eis, dicens: Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas. † Panes quoque consecrationis edite, qui positi sunt in canistro, sicut præcepit mihi dominus, dicens: Aaron & filij eius comedent eos. Quicquid autem reliquum fuerit de carne & panibus, ignis absumet. † De ostio quoque tabernaculi non exibitis septem diebus vsque ad diem quo implebitur tempus consecrationis vestræ. Septem enim diebus finitur consecratio, sicut impræsentiarum factum est, ¹⁴ vt ritus sacrificij compleretur. Die ac nocte manebitis ¹⁵ in tabernaculo,] obseruantes ¹⁶ custodias] domini, ne moriamini. Sic enim mihi præceptum est. Feceruntque Aaron & filij eius cuncta quæ locutus est dominus per manum Moysi.

Primitiis sacrificiorum pro sacerdote & populo deo redditis, Aaron populo benedixit, gloria domini apparuit, ignisque holocaustum deuorauit. IX.

Acto autem octauo die, vocauit Moyses Aaron & filios eius, ac maiores natu Israel, dixitque ad Aaron: † Tolle de armento vitulum pro peccato, & arietem in holocaustum, vtrumque immaculatum, & offer illos coram domino: & ad filios Israel loqueris: † Tollite hircum * pro peccato, & vitulum atque agnum ¹ anniculum,] & sine macula in holocaustum, bouem & arietem pro pacificis: & immolate eos coram domino, in sacrificio singulorum simillam conspersam oleo offerentes. Hodie enim dominus apparebit vobis. Tulerunt ergo cuncta quæ iusserat Moyses ad ostium tabernaculi, vbi cum omnis multitudo ² astaret,] ait Moyses: † Iste est sermo quem præcepit dominus: facite,] & apparebit vobis

6. Atque sanctificauit ea, spar-
sitque de eo super altare septem
vicibus, & vnxit altare.

c. Hic executioni demandan-
tur quæ cap. 29 Exodus præci-
piuntur.
* Moyses.

7. Posuit super, & infra.
d. Sacerdos aut Christi aut
propositi cuiuspiam typum re-
net. Sanguis vero hostie pro
peccato lachrymæ afflicti. Non
est autem negligenter tantum
quod sanguine isto prius
cornua altaris tinguntur, dein
de quod reliquum est, ad basin
eius funditur. Per altare presen-
tem ecclesiam, per cornua al-
taris prelatos, per basin ipsius
dicimus Christum figurari. Do-
cemur quippe per hanc sangui-
nis participationem luctu & asti-
tione nostra primùm satisfac-
ciendum doctoribus, deinceps
per eorum absolutionem ad di-
uinam indulgentiam pertingen-
dam. Radulphus super cap. 4,
Leuitici.

* Moyses.
8. Super altare per circuitum.
9. Et super pollicem pedis eius
dextri.

c. Verum hæc omnia in typo
quodam contigere. Crux pas-
sionis dominicæ, vt oleum vntionis
quæ in baptismo fit, symbolum
habetur. Notabis autem in lege
solos sacerdotes lustrari, & perici
sanguine & oleo: at tempore gratiæ
participes sunt perfectionis vniuersæ
multitudo, sacerdotum regium,
gens sancta. Procopius
ibidem.

10. Placent panis oleati vni.
* Vinum, &c.

11. Et sacrificium ignitum do-
mino.
12. De oleo vntionis.

13. Cum vestibus suis.
f. Nunquidnam credibile est
sicut corpus vno loco sedere
preceptos per dies septem die
& nocte, vnde se omnino non
commouerunt. Nec tantum hinc
tanquam allegorice aliquid fi-
gnificatum quod non fieret co-
gendi sumus accipere, sed po-
tius agnoscere locutionem scilicet
præsentium, vbi sessionem pro
habitatione & commemoratione
posuit. August. quest. 24. super
Leuiticum.

14. Sic præcepit dominus fieri
ad exhibendum vor.
15. Ostio tabernaculi septem die-
bus.
16. Custodiam.

2. Prima oblatio est sacrificij
pro peccato pontificis, & eius
holocaustum.

b. Secunda oblatio est pro po-
pulo. Quæ uero sunt genera
sacrificiorum de animalibus
quæ supra commendauit,
holocaustum & pro peccato sa-
lutaris & consummationis sa-
crificium ad sanctificationem
sacerdotis pertinet, reliqua tria
hic precipiuntur offerri. Aug.
ibidem.

* Ex captis,
1. Amniculos.
2. Accessisset, steterunt cotan-
t domino, &c.
3. Vt faciatis,

† De consec.
di. 1. c. 1.
Psal. 4. 4. b.
Isa. 61. a.

† Eccl. 4. 5. e.
Exod. 2. 9. a.

† Sup. 4. b.

† Exod. 29. f.

† 6. di. c. Non
est peccatum
De non. dist.
1. c. Que pa-
nitet.

† 21. q. 2. c.
si qua fuerit.

gloria eius. Et dixit ad Aaron: Accede ad altare, & immola pro peccato tuo. Offer holo-
 caustum, & ⁴ deprecare] pro te & pro populo. Cùmque maclaueris hostiam po-
 puli, ⁵ ora] pro eis, sicut præcepit dominus. Statimque Aaron accedens ad altare im-
 molauit vitulum pro peccato suo, cuius sanguinem obtulerunt ei filij sui. In quo tin-
 gens digitum, ⁶ tetigit] cornua altaris, & ⁷ fudit residuũ ad basim eius. Adipemque &
 renunculos, ac reticulum iecoris, ⁸ quæ sunt pro peccato,] adoleuit super altare, sicut
 præceperat dominus Moyfi. Carnes verò & pellem eius extra castra combussit igni.
 Immolauit & holocausti victimam. ⁹ Obtuleruntque ei filij sui sanguinẽ eius, quem
 fudit ⁸ per altaris circuitum. Ipsam etiam hostiam in frustra concisam cum capite &
 membris singulis obtulerunt.] quæ omnia super altare cremauit igni, lotis aqua prius
 intestinis & pedibus. * ¹ ⁹ Et pro peccato populi offerens maclauit hircum, expiatõ-
 que altari fecit holocaustum, addens in sacrificio libamenta, quæ pariter offeruntur:
 & adolens ea super altare, absque cæremoniis holocausti matutini.] Immolauit &
 bouem atque arietem, hostias pacificas ¹⁰ populi.] ⁴ Obtuleruntque ei filij sui sangui-
 nem, quem fudit super altare in circuitu: adipem autem bouis, & caudam arietis, re-
 nunculosque cum adipibus suis, & reticulum iecoris, posuerunt super pectora. ⁵ Cùm-
 que cremati essent adipes super altare, pectora eorum, & armos dextros separauit Aa-
 ron eleuans coram domino, sicut præceperat Moyfes. Et extendens manum ad po-
 pulum benedixit ei: sicq; completis hostiis pro peccato, & holocaustis, & pacificis,
 descendit. Ingressi autem Moyfes & Aaron in tabernaculum testimonij, & deinceps
 egressi, benedixerunt populo. ⁶ Aparuitque gloria domini omni multitudini, & ec-
 ce egressus ignis à ⁷ domino,] deuorauit holocaustum, & adipes, qui erant super altare.
 Quod cùm vidissent turba, laudauerunt dominum ruentes in facies suas.

*igne consumptis Nadab & Abiu planguntur, vino autem sacerdotibus interdicto refi-
 duum oblationis comedunt.*

X.

Rreptisque ^a Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis, imposuerunt ignem, ^a
 & incensum desuper, offerentes coram domino ignem ^b alienum, quod eis
 præceptum non erat. Egressusque ignis à ^c domino] deuorauit eos, & mor-
 tui sunt coram domino. Dixitque Moyfes ad Aaron: Hoc est quod locutus est do-
 minus: ^c Sanctificabor in iis qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis popu-
 li glorificabor. Quod audiens tacuit Aaron. Vocatis autem Moyfes Misæle, & Eli-
 saphan filiis Oziel patris Aaron, ait ad eos: ^d Ite,] & tollite fratres vestros de con-
 spectu sanctuarij, & asportate extra castra. Confestimque pergentes tulerunt eos,
 sicut iacebant, vestitos lineis tunicis, & eiecerunt foras, vt sibi fuerat imperatum. Lo-
 cutusque est Moyfes ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar filios eius: ^e ^d Capita ve-
 stra nolite nudare, & vestimenta nolite scindere, ne forte moriamini, & super om-
 nem cœtum ^e oriatur] indignatio. Fratres vestri & omnis domus Israel ^e plangent in-
 cendium, quod dominus suscitauit: vos autem non egrediemini fores tabernaculi, a-
 lioquin peribitis. ^f ¹ Oleum quippe sanctæ vnctionis est super vos. Qui fecerunt om-
 nia iuxta præceptum Moyfi. Dixitque dominus ad Aaron: ^f Vinum & ⁴ omne quod
 inebriare potest, non bibetis] tu & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum te-
 stimonij, ne moriamini, quia præceptum sempiternum est in generationes vestras, &
 vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & prophanum, inter pollutum &
 mundum, doceatisque filios Israel omnia legitima mea, quæ locutus sum ad eos per
 manum Moyfi. ^g Locutusque est Moyfes ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar fi-
 lios eius, qui erant residui: Tollite sacrificium quod remansit de oblatione domi-
 ni, & comedite illud absque fermento iuxta altare, quia sanctum sanctorum est. ^h
 Comeditis autem in loco sancto, quod datum est tibi & filiis tuis, de oblationibus
 domini, sicut præceptum est mihi. Pectusculum quoque quod oblatum est, & armũ
 qui separatus est, edetis in loco mundissimo tu & filij tui, & filia tuæ tecum. Ti-
 bi enim ac liberis tuis reposita sunt de hostiis ^h salutaribus] filiorum Israel, ⁶ eo quod
 arnum

4. Fac expiationem.

5. Fac expiationem.

6. Posuit super.

7. De illa hostia.

c. Non enim fundebatur san-
 guis ad basim altaris thymia-
 matis, sed tantum ad basim al-
 taris holocausti. De Lyra.

8. Super altare per circuitum.
 Sed & holocaustum ipsum obtu-
 lerunt ei, eam diuisionibus
 suis & capite.

9. Incendit super holocausto
 in altari, & applicuit sacrificiũ
 populi, acceptisque hircum pro
 peccato populi, & iugulauit
 eum, atque pro peccato obtu-
 lerunt ei, eam diuisionibus
 suis & capite. Et fecit
 holocaustum prout rationis e-
 rat. Atque offerens manus im-
 plent eis eo manum, adoleuit-
 que super altare propter holo-
 caustum matutini.

10. Quos populus pro se ha-
 buit.

d. Quæramus ergo huius facti
 mysterium. Satis enim apud no-
 ui testamenti sanctitas hic præ-
 signata est. Redemptor quippe
 nostrum veniens legis transgen-
 dit præcepta, & ab electis suis
 non solum luxuriam carnis, sed
 etiam cordis aboleuit dicens.
 Omnis qui viderit mulierẽ ad
 concupiscendũ eam iam mecha-
 nus est eam in corde suo. Radul-
 phus ibid. em.

e. Vnde autem descendit qui
 ad altare stabat: ad quod prohi-
 bebatur per gradus ascendere
 Sed nunc cum dicit scriptura
 facerem eos cum fecisset sacri-
 ficia descendisse, vique mani-
 festat eum alicubi stitisse vnde
 descendit: & quia ibi steterat,
 ideo trinum cubitorum alta-
 ri ministrando deseruire po-
 tuit. Aug. quæ. 28. super Leu.
 11. Facie domini.

a. Per hos enim hæretici desig-
 nantur, qui alienum ignem
 offerentes ad altare dei, id est,
 alienas doctrinas, acceperunt
 Nadab & Abiu. Irenæus lib. 4.
 ca. 42.

b. Ab igne altaris perpetuo, de
 quo lu. ca. 6.

1. Conspectu domini.

e. Hoc apud antiquos dominus,
 volens intelligi qui in taber-
 naculo sacerdotio fungebatur,
 sanctificari in eis etiam vindic-
 ando, sicut factum est. Verum
 vt hinc scirent, quã minus
 aliis parcat, si illis non parcat
 Aug. quæ. 28. super Leuiti.

2. Accedite.

d. Tria signa luctus exteriora
 prohibentur: capitis nudatio,
 vestium scissio, & ex tabernacu-
 li ostio egressus.

e. Hoc igne nos dominus Iesus
 semper incendit, vt illumine-
 mur in sensibus, ne contigere-
 mur in vitiis. Iherosol. ibidem.

f. Quidam Hebræi dicunt hæc
 de causa dominum prohibuisse
 se, quia filij Aaron eius erant,
 cum propter irremediã deus
 eos propter irremediã deus
 cedores molirentur. Quod Pe-
 trus Rauennas videtur sentire
 eum dicit: Hoc præceptum post
 mortem Nadab & Abiu datũ
 est, vt eisdem innotesceret quod
 ebrietas eorum mortis causa ex-
 itit & eorum. Petrus Rauennas.

4. Sicram non bibes.

g. Solius Christi est, & illorum
 quos filios vocat, segregare
 sancta à profanis. Procopius
 ibidem.

h. Tu & filij tui, sed non filia.

5. Pacificis.

6. Armum leuitonis & pectus
 ventilationis cum ignitis adi-
 pum sacrificiis inferet, vt ea
 ventilent.

† De peccat.
 di. r. c. Inter
 hæc hircum.

† Mar. a. c.

A
 † Num. 3. a.
 & 26. g.
 1. Para. 2. 4. 2.
 10 fra. 16. a.
 De peccat. di.
 3. cap. Inter
 hæc hircum.

† 8. di. c. Pro
 posuisti.
 † 35. dist. c. r.
 & c. Violent
 tum.

† 31. dist. ca.
 Tene & 3.
 dist. ca. Pro-
 posuisti.

† 2. Mach.
 2. c.

armum & pectus & adipēs, qui cremantur in altari, eleuauerunt] coram domino, & pertineant ad te, & ad filios tuos, lege perpetua, sicut præcepit dominus. ^{† h} Inter hæc hircum qui oblatuſ fuerat pro peccato, cum quæreret Moyses, exustum reperit, iratūſque contra Eleazar & Ithamar filios Aaron qui remanserant, ait: Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, quæ sancta sanctorum est? & data vobis vt portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea] in conspectu domini, præferim cum de sanguine illius non sit illatum intra sancta: & comedere debueratis eam in sanctuario, sicut præceptum est mihi: Respondit Aarō: Oblata est hodie victima pro peccato, & holocaustum corā domino, mihi autem accidit quod vides. ⁸ Quomodo potui comedere eā, aut placere domino in cæremoniis mente lugubri?] Quod cum audisset Moyses, ⁹ recepit satisfactionem.]

h. Mirum existimandum est quod hircus iste ab aliquo sceler in ignem missus sit vt combureretur, sed ignis ille qui egressus est à domino, deuorauit hoc locusta, etiam hunc inibi iacentem exussit ignorantibus forte sacerdotibus aut prætristitia quam de fratrum morte cõceperant minus curatis. R. dulphus ibidem.
7. Ad expiandam eam.

8. Et si comedissem hostiam hodie, nunquid placuisset in oculis domini?
9. Placuit in oculis eius.

Animalium mundorum ab immundis separatio, ac eorum vsus, & ventionum domino assimilatio. XI.

Alocutus est dominus ad Moysen & Aarō, dicens: Dicite filiis Israel: [†] Custodite omnia quæ scripsi vobis, vt sim deus vester.] [†] Hæc sunt ^a animalia quæ comedere debetis de cunctis animantibus terræ: Omne quod habet diuisam vngulam, * & ruminat in pecoribus, comedetis. Quicquid autem ruminat, & habet vngulam, sed non diuidit eam, sicut camelus, & cætera, non comedetis illud, & inter immunda reputabitis. ¹ Chirogrillus] qui ruminat vngulamque non diuidit, immundus est. Lepus quoque, nam & ipse ruminat, sed vngulam non diuidit: [†] * & sus quæ cum vngulam diuidat, * non ruminat: * horum carnibus non vescemini, nec cadauera cõtingetis, quia immunda sunt vobis. ² Hæc etiam sunt quæ gignuntur in aquis: & vesci licitum est: ^b omne quod habet pennulas, & squamas, tã in mari quàm in fluminibus, & stagnis, comedetis. Quicquid autem pennulas & squamas non habet, eorum quæ in aquis mouentur, & viuunt, abominabile vobis, execrandumque erit. Carnes eorū non comedetis, & morticina vitabitis. Cuncta quæ non habent pennulas & squamas in aquis, polluta erunt. ^c Hæc sunt quæ de aëribus comedere non debetis, & vitanda sunt vobis.] Aquilam, & gryphum, & halietum, & miluum, ac vulturem iuxta genus suum, & omne coruini generis in similitudinem suam, struthionem, & noctuam, & larum, & accipitrē iuxta genus suum, ^c & bubonem, & mergulum, & ibin, & cygnum, & ^d onocrotalum, & porphyriorem, herodionem, & caradryon iuxta genus suum, vpupam quoque, & vespertilionem. Omne de volucribus quod graditur super quatuor pedes, abominabile erit vobis. Quicquid autem ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet ^e longiora retro crura, per quæ salit super terram, comedere debetis, vt est brucus in genere suo, & ^f athacus, atque ^g ophiomachus, atque locusta: singula iuxta genus suum. Quicquid autem ex volucribus quatuor tantum habet pedes, execrabile erit vobis: & quicumque morticina eorum tetigerit, polluetur, & erit immundus vsque ad vespeream: ^h & si necesse fuerit vt portet quippiam horum mortuum, lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad occasum solis. Omne animal quod habet quidē vngulam, sed non diuidit eam, nec ruminat, immundū erit: & quicquid tetigerit illud, contaminabitur. Quod ambulat super ³ manus] ex cunctis animantibus quæ incedunt quadrupedia, immundum erit. Qui tetigerit morticina eorū, polluetur vsque ad vespeream: & qui portauerit huiusmodi cadauera, lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsq; ad vespeream: quia omnia hæc immunda sunt vobis. Hæc quoque inter polluta reputabuntur ^f de iis quæ mouentur in terra, ^h mustela, & mus, & crocodilus, ^g singula iuxta genus suū, ⁱ mygale, chamæleon, & ^k stellio, & lacerta, & talpa, ^l omnia hæc immunda sunt. * Qui tetigerit morticina eorum, immundus erit vsque ad vespeream: & super quod ceciderit quicquam de morticinis eorū, polluetur. Tam vas ligneū & vestimentū, quàm pelles, & ^m cilicia,] & in quocunq; sit opus, tingetur aqua, & polluta erit vsque ad vespeream: & sic postea mudabitur. [†] Vas autē fictile in quod horū quicquā intrò cecide-

a. Si omnia à deo creata dicuntur valde bona, quomodo quedam animalia dicuntur immunda? immunda dicta sunt vsu, nõ creationi: quorum interdicitur vsus sub quibusdam figuris cognoscitur. Lex enim cibos carnis cum discretione disposuit. Quedam enim ad vsum quasi munda cõtribuit, & concessit animalia, quedam interdixit quasi non munda, & ipsos edentes inquinatura. Et mundorum quidem hanc formam dedit, vt quæ ruminatio- ne ruminant, vngulas findant, munda: immunda verò, quæ neutrum. Tutullia. de cibus lu daicis.
x. Et findit silluram in vngulis.
1. Cuniculus.
2. Immundus est vobis.
x. Atque sillura findat vngule.
x. Immunda est vobis.
b. Dux solū conditiones sunt ad animalium in aquis degen- tium electionem.
2. Velut abominatio comedi non debent.
c. Quis accipitrem, aut miluum aut aquilam comedere possiet? Sed odit deus raptores violento fecere viuentes, Isidorus ib.

d. Aliis dicitur truo auis que- dam sic dicta, quod dum col- lum aqua mergit, velut ahnus sonum emittit, bitor, Gal.

e. Vt omne genus ignis sit;

f. Scarabeus.
g. Locusta genus cum serpen- tibus dimicant, vt nomen im- portat.

h. Pileas suas, vt sunt vsq; simia, lupicænes, & huiusmodi.
i. Quis autem mustela corpus cibum faciat? sed futura repre- hedit. Quis lacertum? sed odit incertam vitæ varietatē. Quis stellionē? sed maculas excecatur prædæ de aliena morte quæ rentes. Tert. de cibus Iudaicis.
k. Lacerta genus nigre croceis stellulis maculata.
l. Accesserunt multæ causæ quibus multa à Iudaicis ciborū genera tollerentur, quod vt ita sit, immunda multa sunt dicta, non vt illa damnatentur, sed vt isti coerecentur seruituti vni deo: quia ad hoc assumptos fra- gilitas docebat, & gula temp- tatio, quæ semper religioni de- præditur esse vicina, imò, vt ita dixerim, con sanguinea potius atque cognata. Sanctitati quini inimica est luxuria. Tertul. de cibus Iudaicis.
x. In omni reptili.
4. Saccus.

† De pen. di.
† c. Inter hæc
hi. cum.

† Ioseph. 3. 3.
† Deut. 14. 2.

† 2. Mac. 6. 4.

† Sup. 6. d.
† Infra. 1. b.

5. Quicquid intra ipsum fuerit, immundum erit.
 1. Cibum & potum opera bona intelligit quia malarum actionum, & cibis & potus prohibetur, ne quis particeps. Si ergo bonis actionibus quæ sunt in omni vase, id est, in omni homine quodlibet morticinum incidit, necessario actio immunda erit. Gloſa. Ordinaria. 6. Focci.

m. Mortuū dicit, non occisum. De illis quippe tantum agit, quæ aut ignitudine, aut quocummodo per se moriuntur. Quæ mors vitæ ad significandam peccati mortem dicitur apte assumitur. Nemo enim peccati inuitus. Radulphus ibidem.
 x. Reptilia.
 7. Incedit, & quicquid supra quatuor pedes.
 8. In omni reptili quod reptat super terram.
 9. In omni reptili, neque pollueris vos in eis.
 x. Et ideo sanctificate vos.

n. Sio vniuersa præcepta Iudæiæ legis ad exhibendam iustitiam præstant, quoniam per ambages data sunt: vt per carnalium figuram spiritualia noscerentur. Lactan. lib. 4. cap. 17.

rit, & polluetur,] & ideo frangendum est.¹ Omnis cibus quem comedetis, si fusa fuerit super eum aqua, immundus erit, & omne liquens quod bibitur de vniuerso vase, immundum erit. * Et quicquid de morticinis huiuscemodi ceciderit super illud, immundum erit, siue clybani siue citropodes,] destruentur, & immundi erunt. Fontes verò & cisternæ, & omnis aquarum congregatio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit, polluetur. Si ceciderit super sementem non polluet eam, sin autem quispiam aqua sementem perfuderit, & postea morticinis tacta fuerit, illico polluetur.^m Si mortuū fuerit animal, quod licet vobis comedere, qui cadauer eius tetigerit, immundus erit vsque ad vesperum. Et qui comederit ex eo quippiam, siue portauerit, lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperum. Omne * quod reptat super terram, abominabile erit, nec assumetur in cibum. * Quicquid supra pectus⁷ quadrupes] graditur, & multos habet pedes, siue per humum trahitur,] non comedetis, quia abominabile est. Nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quicquam eorum,] ne immundi sitis. Ego sum dominus deus vester. † * Sancti estote, quia ego sanctus sum, ne polluatis animas vestras in omni reptili, quod mouetur super terram. Ego enim sum dominus qui eduxi vos de terra Ægypti, vt essem vobis in deum. Sancti eritis, quia ego sanctus sum. †ⁿ Ista est lex animantium, ac volucrum, & omnis animæ viuientis quæ mouetur in aqua, & reptat in terra, vt differentias noueritis mundi & immundi, & vt sciatis quid comedere, & respicere debeatis.

† 1. Pet. 2. c.
 † Infra 19. 1.

Puerperij lex, & puerperæ purgatio.

XII.



Ocutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: †^a Mulier si¹ suscepto femine] peperit masculum, immunda erit septem diebus iuxta dies separationis² menstruæ,] † & die octauo circuncidetur³ infantulus,] ipsa verò^b triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. * Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in sanctuarium donec impleantur dies purgationis suæ. † Si autē fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus iuxta ritum fluxus menstrui, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ. * † Cùmque expleti fuerint dies purificationis suæ, pro filio siue pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ siue turturem pro peccato ad ostium tabernaculi testimonij, & tradet sacerdoti: qui offert⁴ illa] coram domino, & orabit pro ea,] & sic mundabitur à profluuiio sanguinis sui. * Ista est lex parientis masculum aut fœminam. †^c Quòd si non inuenit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures vel duos pullos columbarum, vnum in holocaustum, & alterum pro peccato. Orabitque pro ea sacerdos, & sic mundabitur.

† 5. dist. 4. 1. & cap. Cum enixa. De purifica. post partum. cap. vnic. Luc. 2. c. Ioan. 7. c. † Luc. 2. d. † 25. q. 1. cap. Ideo.

1. Suffecerat dixisse, mulier si peperit filium. Sed excipit sanctam virginem, quæ nullius seminis interuentu filium enixa est. Procopius, ibidem.
 1. Edito femine, vel si semen ediderit.
 2. Menstrui sui immunda erit.
 3. Caro puerperij eius, infantis, sub.
 b. Sed hoc intelligas supra illos septem dies immunditæ eius, ita vt 40. diebus durare debeat purgatio mulieris, quæ peperit masculum: quod in fœmina geminatur. Lactan. li. 4. cap. 17. de vera sapientia.

4. Illam.
 4. Expiabit eam.
 c. Hoc fecisse constat parentes domini, cum haud abundarēt diuitiis, vt agnum possent offerre. Vel fortassis id accidit quòd Christus, qui erat agnus dei in mundum uatus, semetipsum in holocaustum oblaturus erat pro mundivita. Procopius ibidem.

† Supra 1. b. Luc. 2. d.

Lex & cognitio lepræ in homine, domo & vestimento.

XIII.



Ocutusque est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: †^a Homo in cuius cute & carne ort⁹ fuerit diuersus color, siue pustula, aut quasi lucēs quippiam, id est plaga lepræ:] adducetur ad Aaron sacerdotem, vel ad vnumquemlibet filiorum eius. Qui cū viderit lepram in cute, & pilos in albū mutatos colorem, ipsamque speciem lepræ humiliorē cute, & carne reliqua, plaga lepræ est, & ad arbitrium eius separabitur.] Si autem lucens candor fuerit in cute, nec humilior carne reliqua, & pili coloris pristini, recludet eū sacerdos septē diebus, & considerabit die septimo. Et si quidē lepra vltra non creuerit, nec transferit in cute priores terminos, rursum recludet eum septē diebus aliis, & die septimo cōtemplabitur. * Si obscurior fuerit lepra, & non creuerit in cute, mundabit eum,] quia scabies est, lauabitque homo vestimenta sua, & mundus erit. * Quòd si postquam à sacerdote visus est, & redditus munditiæ, iterū lepra creuerit: † adducetur ad eum, & immunditiæ condemnabitur.] Plaga lepræ si fuerit in homine, adducetur ad sacerdotē, & videbit eum. Cùmque color albus in cute fuerit, & capillorū mutauerit aspectū,] ipsa quo-

† De pos. di. 1. cap. Voluit sent. 11. q. 3. 6. Quomodo.

a. Lepræ varia genera. Alia enixa lepra in parietibus demonstratur, alia humano notatur in corpore, alia in vasculis, alia in veste, alia in staminis. Hieron. de diuersis generibus lepræ.
 1. Tumor vel scabies, vel macula candida, fueritque in cute eius plaga lepræ.
 2. Contemplabiturque eum sacerdos, & immundum iudicabit eum, scilicet habito pericorum consilio medicorum.
 b. Lepra doctrina est falsa: proinde leprosi non absurde intel liguntur hæretici, qui vnitatis veræ dei non habentes varias doctrinas profiterentur erroris veræque falsis admiscerent: sicut & lepra veris falsisque locis humana corpora variando cōtaminant. Isidorus ibidem.
 x. Secunda vice.
 3. Mundum iudicabit eum sacerdos.
 4. Videbitur secundò à sacerdote. Videns igitur sacerdos crescere scabiosam plagam in cute, contaminabit eum sacerdos, quoniam lepra est.
 5. Capillū mutauerit in cædore.

† De pos. di. 1. cap. Voluit sent. 11. q. 3. 6. Quomodo.

quoque caro viua apparuerit, lepra vetustissima iudicabitur, atque inolita cuti. ⁶ Contaminabit itaque eum sacerdos, & non recludet, quia perspicua immunditia est. Sin autem effloruerit discurrens lepra in cute; & operuerit omnem carnem à capite vsque ad pedes, quicquid sub aspectu oculorum cadit, considerabit eum sacerdos, & teneri lepra mundissima iudicabit, eo quod omnis in candorem versa sit, & idcirco homo mundus erit. Quando verò caro ⁷ viuens in eo apparuerit, & tunc sacerdotis iudicio polluetur, & inter immundos reputabitur. ⁸ * Caro enim viua si lepra aspergitur, immunda est. Quod si rursus versa fuerit in alborem, & totum hominem operuerit, considerabit eum sacerdos, & mundum esse decernet. Caro autem & cutis, in qua vlcus natum est, & sanatum, & in loco vlcis cicatrix alba apparuerit, siue subrufa, adducetur homo ad sacerdotem. Qui cum viderit locum leprae humiliorem carne reliqua, & pilos versos in candorem, contaminabit eum. Plaga enim leprae orta est in vlcere. Quod si ⁹ pilus coloris est pristini, & cicatrix subobscura, & vicina carne non est humilior, recludet eum septem diebus. Et si quidem creuerit, adiudicabit eum leprae: sin autem steterit in loco suo, ¹⁰ vlcis est cicatrix, & homo mundus erit. ¹¹ Caro autem & cutis quam ignis exusserit, & sanata albam siue rufam habuerit cicatricem, considerabit eam sacerdos. ¹² Et ecce si versa est in alborem, & locus eius reliqua cute est humilior, cõtaminabit eum, quia plaga leprae in cicatrice orta est. Quod si pilorum color non fuerit ¹³ immutatus, nec humilior plaga carne reliqua, & ipsa leprae species fuerit subobscura, recludet eum septem diebus, & die septimo contemplantur. Si creuerit in cute lepra, contaminabit eum: ¹⁴ sin autem in loco suo candor steterit non satis clarus, plaga combustionis est, & idcirco ¹⁵ mundabitur: quia cicatrix est cõbustura. ¹⁶ Vir siue mulier in cuius capite vel barba germinauerit lepra, videbit eos sacerdos. Et si quidem humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus flauus, ¹⁷ solitòque subtilior, cõtaminabit eos, quia lepra capitis ac barbæ est. Sin autem viderit locum maculae aequalem vicinæ carni, ¹⁸ & capillum nigrum, recludet ¹⁹ eos septem diebus, & die septimo intuebitur. ²⁰ * Si nõ creuerit macula, & capillus ²¹ sui coloris est, & locus plagæ carni reliquæ aequalis, radetur homo absque loco maculae, & recludetur septem diebus aliis. Si die septimo visa fuerit steterit plaga in loco suo, nec humilior carne reliqua, ²² mundabit eum, lotisque vestibis suis mundus erit. Sin autem post emundationem rursus creuerit macula in cute, non quæret amplius vtrum capillus in flauum colorem sit commutatus, qui apertè immundus est. Porro si steterit macula, ²³ & capilli nigri fuerint, nouerit hominem sanatum esse, & confidenter eum pronuntiet mundum. Vir siue mulier in cuius cute candor apparuerit, intuebitur eos sacerdos. Si deprehenderit subobscurum alborem lucere in cute, sciat non esse lepram, sed maculam coloris candidi, & hominem mundum. ²⁴ Vir de cuius capite capilli fluunt, caluus & mundus est. ²⁵ Et si à fronte ceciderint pili, recaluastr & mundus est. Sin autem in caluitio, siue in recaluatione ²⁶ albus vel rufus color fuerit exortus, & hoc sacerdos viderit, condemnabit eum haud dubiè lepræ quæ orta est in caluitio. ²⁷ Quicumque ergo maculatus fuerit lepra, & separatus est ad arbitrium sacerdotis, habebit vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contactum, contaminatum ac sordidum se clamabit. Omni tempore quo leprosus est ²⁸ & immundus, ²⁹ solus habitabit extra castra. ³⁰ Vestis lanea siue linea, quæ lepram habuerit in stamine atque subtegmine, aut certè pellis, vel quicquid ex pelle confectum est, si ³¹ alba vel rufa macula fuerit infecta, lepra reputabitur, ostenderurque sacerdoti: Qui consideratam recludet septem diebus, & die septimo rursus aspiciens, si deprehenderit creuisse, lepra perseverans est, ³² pollutum iudicabit vestimentum, & omne in quo fuerit inuenta: & idcirco comburetur flammis. Quod si viderit eam nõ creuisse, præcipiet, & lauabunt id in quo lepra est, recludetque illud septem diebus aliis: & ³³ cum viderit faciem quidem pristinam non reuersam, nec tamen creuisse lepram, immundum iudicabit, & igne comburet, ³⁴ eo quod infusa sit in superficie vestimenti vel per totum lepra. Sin autem obscurior fuerit locus lepræ postquam vestis est lota,

6. Immundum itaque declarabit.
 7. Videtisque sacerdos carnem illam viuan, & immundum declarabit eum.
 8. Lepræ species sunt sex, prima in cute & in carne viua. 2. in tota carne viua à capite ad pedes discurrens. 3. in loco vlcis sanati. 4. in loco exustionis. 5. in capite vel in barba. 6. in caluitio vel recaluatione. De claudibidem.
 9. Videtis eam sacerdos, & non fuerit in ea pilus albicans, nec ea fuerit humilior ipsa cute; sed tamen est obscurior.
 10. Quidam ex prelois scriptoribus sub cute quam tota occupat lepra, intelligit viuan rationem, quæ si fuerit homo priuatus, quicquid egerit reprehendi, commode non potest. Nihil homo qui ratione caret, nihil differt à bellua. Procopius lib. 3. Albus.
 11. Cum plaga lepræ.
 12. Mundum iudicabit eam sacerdos.
 13. Tota ecclesia vnus corpus est, dicitur apostolo: Vos ista corpus Christi & membrum de membro. Quicumque igitur à comuni sine detecerit, & veritatem dogmatum que vniuersalis ecclesia prædicat, aberrauerit, in isto locus lepræ carne reliqua humilior apparet. Radulphus.
 14. Et tenuis, iudicabit illum sacerdos immundum, eum cõsoluto illa sit lepra iudicium.
 15. Nec pilum.
 16. Sacerdos plagam corrosio nis.
 17. Flauus.
 18. Hulus scilicet lepræ: inuenimus legisatorem sex species in homine posuisse. Primam capitis & barbæ. Secundam caluitij & recaluationis. Tertiam cutis & cutis. Quartam cutis corporis & cicatricis albæ cuti rubore. Quintam vlcis & cicatricis. Sextam vlcis in capite lepram portat, qui in diuinitas patris, vel in ipso capite quod Christus est peccat. Isidorus.
 19. Mundum iudicabit.
 20. In oculis eius.
 21. Capilli superfluunt corpori, unde & merito substantiam terrenam designant, que dum ad vitam necessitatis superfluunt, etiam ab essentia non sunt. Radulphus. ibidem.
 22. Alba vel subrufa plaga fuerit exorta, lepra germinans est in caluitio, aut in recaluatione eius.
 23. Hæretici ab ecclesia hinc iunguntur donec purgentur. Dissoluti tunicis, id est, manifestatis foecibus, sedere iubentur capite nudato, vt nuditas eorū à cunctis videatur: Ore eluso ne ueritas impia loquantur. Isidorus.
 24. Contaminabitur.
 25. Erit.
 26. Quid per vestem nisi carnes hæc enim induitur anima. Est autem hæc vestis in coniugatis laneis in virginibus linen, & continentibus in carteris autè omnibus pellicea est. Radulphus.
 27. Viridis.
 28. Considerabit sacerdos postquam illud locum fuerit, plagam ipsam, & si plaga nõ mutauerit colorem suum, nec tamen plaga ipsa creuit.
 29. Lepra corrodens est in caluitio suo, siue in recaluatione sua.

20. Scinder eam à veste, aut à pelle, aut à stamine, aut à subtregmine.
 1. Aliquòd nos mala egisse cognoscimus, & vitamus, sed ipsa culpa in aliis actibus subreptic, que nos in aliis tenuit. Gloriosa ordinaria.

20. abrumpet eum, & à solido diuidet.] Quòd si vltra apparuerit in iis locis quæ prius immaculata erant lepra volatilis & vaga, debet igne comburi. Si cessauerit, lauabit aqua ea quæ pura sunt secundò, & munda erunt. Ista est lex lepræ vestimenti lanei & linei, staminis atque subtregminis, omnisque suppellectilis pelliceæ, quomodo mundari debeat, vel contaminari.

Lepræ expiandæ sacrificia pro homine, domo, & vestimento.

XVIII.



Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Hic est ritus leprosi, quando mundandus est. † Adducetur ad sacerdotem: qui egressus de castris, cum inuenerit lepram esse mundatam, præcipiet ei qui purificatur, ^a vt offerat duos passeris viuos] pro se, & quos vesci licitum est:] & lignum cedrinum, vermiculūque, & hysōpum. Et vnum ex passeribus immolari iubebit in vase fictili super aquas viuentes, alium autem viuum cum ligno cedri no, & cocco, & hysōpo, tinget in sanguine passeris immolati, quo asperget illum qui mundandus est, septies, vt iure purgetur: & dimittet passerem viuum, vt in agrum auolet. ^b Cūque lauerit homo vestimenta sua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua: purificatusque ingredietur castra, ita duntaxat vt maneat extra tabernaculum suum septem diebus, & die septima radet capillos capitis, barbāque & supercilia, ac totius corporis pilos. ^c Et lotis rursus vestibus & corpore, ^d die octauo assumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculam absque macula, & tres decimas similes in sacrificium, quæ conspersa sit oleo, & seorsum olei sextarium. ^e Cūque sacerdos purificans hominem statuerit eum, & hæc omnia coram domino in ostio tabernaculi testimonij, tollet agnum & offeret eum pro delicto, oleique sextarium. Et oblati ante dominum omnibus, immolabit agnum vbi solet immolari hostia pro peccato, & holocaustum id est, in loco sancto. Sicut enim pro peccato, ita & pro delicto, ad sacerdotem pertinet hostia: Sancta sanctorum est. Assumensque sacerdos de sanguine hostiæ quæ immolata est pro delicto, ponet super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, ^f & super pollices manus dextræ & pedis, & de olei sextario mittet in manum suam sinistram, tingetque digitum dextrum in eo, & asperget coram domino septies. Quod autem reliquum est olei in læua manu, fundet super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pollices manus ac pedis dextri, & super sanguinem qui effusus est pro delicto, ^g & super caput eius. ^h Rogabitque sacerdos pro eo] coram domino, & faciet sacrificium pro peccato. Tunc immolabit holocaustum, & ponet illud in altari eum libamentis suis, & homo rite mundabitur. Quòd si pauper est, & non potest manus eius inuenire quæ dicta sunt, pro delicto sumet agnum ⁱ ad oblationem, vt roget pro eo sacerdos,] decimamque partem simile consperse oleo in sacrificium, & olei sextarium, ^j duosque turtures, siue duos pullos columbæ, quorum vnus sit pro peccato, & alter in holocaustum: ^k offeretque ea die octauo purificationis suæ sacerdoti ad ostium tabernaculi testimonij coram domino. ^l Qui suscipiens agnum pro delicto, & sextarium olei, lauabit simul, immolatoque agno, de sanguine eius ponet super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pollices manus eius ac pedis dextri. Olei verò partem mittet in manum suam sinistram, in quo tingens digitum dextræ manus, asperget septies coram domino, tangetque extremum dextræ auriculæ illius qui mundatur, & pollices manus ac pedis dextri, in loco sanguinis ^m qui effusus est] pro delicto: Reliquam autem partem olei quæ est in sinistra manu, mittet super caput purificati, vt ⁿ placet pro eo dominum:] & turturæ siue pullum columbæ offeret, vnum pro delicto, & alterum in holocaustum cum libamentis suis. ^o Hoc est sacrificium leprosi, qui habere non potest omnia in emundationem sui. Locutusque est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Cūque ingressi fueritis terram Chanāan, quam ego dabo vobis in possessionem: ^p si fuerit plaga] lepræ in ædibus, ibit cuius est domus, nuntians sacerdoti, & dicet: Quasi plaga lepræ videtur mihi esse in domo mea. At ille præcipiet vt efferan-

2. Duos passeris offerimus eū deo corpus & animam consecramus: corpus autem immolatur per abstinentiam, & anima ad superna volata permittitur. Radulph. ibid.

3. Duas auiculas viuas & mūdas.

4. A lepra.

5. Fili corporis riduntur, cum opem in utilia quædam possibilia est, amputatur. Sed & homo ipse post vestimentorum suorum abluitionem aqua lauaris, & operibus illicitis, à quibus se exterius obseruat, in conscientia secreta conscientiam non præbeat. Et tunc purificatus ingredietur castra, ita duntaxat vt maneat extra tabernaculū suū septem diebus. Ita homo iam purificatus castra ingredietur, cum in sanctorum societatem, à qua prius merito sua iniquitatis fuerat eiectus, recipitur. Radulphus ibidem.

6. Mundus est.

7. Sacerdos vbi in eisdem vitiis inuenerit, eas segregat spacio dilecti septis. Nam haud immerito mouet indignationem domino, si conspicitur deus lepram quam sua longanimitate tandiu tolerauit. Procopius ibidem.

8. Et residuum olei quod est in manu sacerdotis, ponet super caput mundandi, expiabitque eum sacerdos.

9. Quod sacerdos pro eo rogare præcipitur, frequens est in hoc volumine, quociens à commisit homines emendandus, in quo vtiliter docemur nullum rem, qui vnitum ad ipsi desiderat, sua iustificatione debere eis alios adhibere, aliorum interuentu diuinam misericordiam reconciliare. Radulphus ibidem.

10. Vnum pro hostia delicti venianda ad expiationem eius.

11. Hostia.

12. Expiat eum coram domino.

13. Expiabitque sacerdos emundandum coram domino.

14. Hic domus eo sensu accipienda est, quo partes domus singulos homines dicimus. Si fuerit inquit, plaga lepræ in ædibus,

15. si orta fuerit hæressis in quavis ecclesiæ persona, ibidemus est domus, & qui domui prælati est, nec eam per sensum sanare & corrigere potest, maioris vel superioris annuli querat. Ingressuro superiore domum, vt videtur an lepra sit an non, prius esset tenuerit qua que possunt offerri: quia in ecclesia cohabitatio orra distione de fide vel ecclesiæ dogmatibus, ante quam res examinatur, qui non consentiunt scandala faciunt, suum dearent studium oportet, quo ab aliis dissentient esse manifesta ratio conuincit, non solum autoribus sed autorum consentaneis sententia. pariter inuoluet iudicialis. Vniuersa verò esset iubeat superior, ne immunda sicut eundem que in domo sunt, quibus diuisa factus sententia, & ne eundem in se iantur, malos eradet à domo. Sanctus Pagninus, ilago. lib. 9. cap. 10.

16. Et poluero plagam.

† Marc. 8. a. Marc. 1. d. Luc. 9. c. & 17. d. De par. di. 1. c. Quem ponit.

† Su. 1. b. 12. d. Luc. 2. d.

† Su. 5. b. & Inf. 17. d.

efferantur vniuersa de domo, priusquam ingrediatur eam: & videat vtrum leprosa sit, ne immunda fiant omnia quae in domo sunt. ^c Intrabitque postea, vt consideret lepram domus, & cum viderit in parietibus illius quasi valliculas pallore siue rubore deformes, & humiliores superficie reliqua, egredietur* ostium domus, & statim claudet illam septem diebus, reuersusque die septimo considerabit eam. ^f Si inuenerit creuisse lepram, * iubebit erui lapides in quibus lepra est, & proiici eos extra ciuitatem in locum immundum, domum autem ipsam radi intrinsecus per circuitum, & spargi puluerem rasurae extra urbem in locum immundum, lapidesque alios reponi pro iis qui ablati fuerant, & luto alio liniri domum. Sin autem postquam eruti sunt lapides, & puluis elatus, & alia terra lita, ingressus sacerdos viderit reuersam lepram, & parietes resperfos maculis, lepra est perseverans, & immunda domus. Quam statim destruent, & lapides eius ac ligna atque vniuersum puluerem proicient extra oppidum in locum immundum. Qui intrauerit domum ⁷ quando clausa est,] immundus erit vsque ad vesperum, & ⁸ qui dormierit in ea & comederit quippiam, lauabit vestimenta sua. ⁹ Quod si intioiens sacerdos viderit lepram non creuisse in domo postquam demolita fuerit, ⁸ purificabit eam reddita sanitate.] Et in purificatione eius sumet ^h duos passeres, lignumque cedrinum, & vermiculum, atque hyssopum, & immolato vno passere in vase fictili super aquas viuas, tollet lignum cedrinum, & hyssopum, & coccum, & passerem viuum, & tinget omnia in sanguine passeris immolati, atque in aquis viuentibus, & asperget domum septies, purificabitque eam tam in sanguine passeris, quam in aquis viuentibus, & in passere viuo: lignoque cedrino, & hyssopo, atque vermiculo. Cumque dimiserit passerem auolare in agrum liberè, ⁹ orabit pro domo,] & iure mundabitur. Ista est lex omnis leprae, & percussura: leprae vestium & domorum, cicatricis, & erumpentium papularum, lucentis maculae, & in varias species coloribus immutatis: vt possit sciri quo tempore mundum quid vel immundum sit. *

^e Eadem in examinatione leprosa domus quae supra in hominum lepra respecta fuit. Nam & humana lepra eisdem signis demonstrata est albore siue pro quo hic pallor positus est, & rubore, & specie lepra ipsius superficie reliqua humiliores. Radulphus ibidem.
* Sacerdos ad.
* In parietibus.
^f Hinc patet lepram domorum & vestium non ex rei natura vt in homine nasci, sed ex dei immisione, idque solum in terra Chanaan. Munferus in annotationibus in leuiticum.
⁷ In diebus quibus sacerdos claudet eam.

^g Ille enim qui dormierit in tali domo vel conuerterit, nisi ⁸ possit in se quum ille cui solum ingreditur. Et ideo ingrediens non indiget vestis fortione, sed solum stat immundus vtique ad vesperum: & sic purgabitur solo transitu temporis. De lyra.
⁸ Mundam iudicabit eam sacerdos, eo quod sit sanata plaga illa.
⁹ Quod vero mundus vniuersus consistit duabus partibus, visibilibus inquam, & invisibilibus mundo, declaratur per duas illas auiculas, alterius eror comonitae eius qui passus est, et plum. Lignum cedrinum typus est corporis Christi quod nulli corruptioni obnoxium est. Hyssopus significat spiritum. Filium cocceum representat veram fidei confessionem, quae iniicitur sanguini Christi pro nobis fuso. Aqua vero Symbolum est baptismi. Procopius ibidem.
⁹ Expiabit domum.
* Hac est lex de lepra.

Seministri viri, & menstruosae mulieris expiatio.

XV.

A Vocatusque est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Loquimini filiis Israel, & dicite eis: ¹ Vir qui patitur fluxum feminis, immundus erit: & tunc iudicabitur huic vitio subiacere, cum ¹ per singula momenta adhaerit carni eius, atque concreuerit foedus humor.] Cumne ² stratum in quo dormierit, immundum erit, & ubicunque sederit. ¹ Si quis hominum tetigerit lectum eius, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua immundus erit vsque ad vesperum. Si sederit vbi ille sederat, & ipse lauabit vestimenta sua, & lotus aqua immundus erit vsque ad vesperum. ¹ Qui tetigerit carnem eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua immundus erit vsque ad vesperum. Si saluam huiuscemodi homo iecerit super eum qui mundus est, lauabit vestimenta sua: & lotus aqua immundus erit vsque ad vesperum. ² Sagma super quod sederit, immundum erit: & ³ omnis qui tetigerit] quicquid sub eo fuerit, qui fluxum feminis patitur, pollutus erit] vsque ad vesperum. ³ Qui portauerit horum aliquid, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua immundus erit vsque ad vesperum. Omnis quem tetigerit, qui talis est, non lotis ante manibus, lauabit vestimenta sua: & lotus aqua immundus erit vsque ad vesperum. Vas fictile quod tetigerit, confringetur: vas autem ligneum, lauabitur aqua. Si sanatus fuerit, qui huiusmodi sustinet passionem, numerabit septem dies ³ post emundationem sui,] & lotis vestibus, & toto corpore in aquis viuentibus, erit mundus. Die autem octauo sumet duos turtures aut duos pullos columbae, & veniet in conspectu domini ad ostium tabernaculi testimonij, dabitque eos sacerdoti: qui faciet vnum pro peccato, & alterum in holocaustum: ⁴ rogabitque pro eo coram domino, vt emundetur a fluxu feminis sui.] Vir de quo egreditur ⁵ semen coitus,] lauabit aqua omne corpus suum, & immundus erit vsque ad vesperum. ⁶ Vestem & pellem ⁶ quam habuerit,] lauabit aqua, & immunda erit vsque ad vesperum. Mulier ⁷ cum qua coierit, lauabitur aqua, & immunda erit] vsque ad vesperum. Mulier quae redeunte

^a Ad doctores pertinet quae dicuntur, qui aut virtutis praetendunt imaginem, aut virtutis exhibent veritatem. In coniunctione carnali vir & mulier vna caro efficiuntur: purgo in collatione spirituali doctor & auditor in vno spiritu copulatur. Vir ergo de quo procedit semen verbi diuini, ad laudandas audientia mentes agit dicit, lauat aqua omne corpus. Radulphus ibidem.
¹ Caro eius fluxerit fluxu sui, aut obturata fuerit caro eius a fluxu suo, immunditas eius est.
² Neque in somnis peccatum fuit, & tamē purificatio ibi praecipua est, sicut nec menstruum femininum. August. de bono coniugalit. ca. 2.
³ Omnis equitatura super quae a se derit fluxum patiens, immunda erit.
⁴ Quid ergo per vestem, nisi virtutum ornatus, quid per pellem, nisi vitiorum mortificatio designatur? Vtraque haec purganda sunt, vt nulla praua administratione contaminentur. Doctor itaque qui alios edificare studet, non tantum verbo, sed maxime exemplo, si habet vestem, si pellem lauet veramque vt sicut erubuit nudus incidere, sic erit caueat nuditate fordidis vestibus operite. Radulphus ibidem.
⁵ Pro sui emundatione.
⁶ Expiabitque eum sacerdos coram domino a fluxu suo.
⁷ Pollutio nocturna, vel somniale semen.
⁸ In qua fuerit somniale semen.
⁹ Si iacuerit in lecto cum viro patiente somniale semen, lauabitur aqua vterque, & immundus erit.

† 6. dist. c. 1.
43. dist. c. Sit.
rector.
De poen. dist.
1. cap. Inter
haec hircum.

† 43. dist. ca.
Sit rector.
1. q. 1. c. Ven.
tu est. & ca.
Arianos.
† 33. q. 4. c. Si
causa.

d. Per menstrua prauæ cogitationes designantur. Quæ enim menstrua patitur alienam carnem non tangit, sed propria se polluit, si iniquæ cogitationes & voluntates, quæ sunt, opere non compleantur, apud deum profectus habentur, & puniuntur. Glo. orationis ibidem.
 8. Omne super quod illa iacuerit, vel foletur.

e. Licet ista ex se non sint peccata, verum per hoc quod in-formiter sunt talis humor, purificatione indigent. Et hoc, quia per illam lex voluit animam suæ disciplinæ forma indecenter, fluidum ac dissolutum: quem fornicari oportere significat: cum talem fluxum corporis inbet purificari. Aug. de bono coniugali, ca. 20.
 f. Hæc omnia quæ proximam habent expiationem, eadem quippe super eo qui à fluxu se minit emundatur tractata, imo post superiorum locorum tractatum commemorata sunt, libetam nunc nobis transfandi facultatem concedunt. Radulphus ibidem.
 9. Expiabiturque eam sacerdos.
 10. Separabitur itaque filius Israel ab immunditia sua.

* Siue mas, siue femina fuerit.

mense^d patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur. Omnis qui tetigerit eam, immundus erit vsque ad vesperum, & locus in quo dormierit, vel federit] diebus separationis suæ, polluetur. Qui tetigerit lectum suum, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua immundus erit vsque ad vesperum. Omne vas super quod illa federit, quisquis attigerit lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua pollutus erit vsque ad vesperum. Si coierit cum ea vir tempore sanguinis menstrualis, immundus erit septem diebus, & omne stratum in quo dormierit, polluetur. [†] Mulier quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis non in tempore menstruali, vel quæ post menstruum sanguinem fluere non cessat, quandiu subiacet huic passioni immunda erit quasi sit in tempore menstruo: [§] Omne stratum in quo dormierit, & vas in quo federit, pollutum^d erit. Quicumque tetigerit eam, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua immundus erit vsque ad vesperum. [¶] Si steterit sanguis, & fluere cessauerit, numerabit septē dies purificationis suæ, & die octauo offeret pro se sacerdoti duos turtures, aut duos pullos columbarum ad ostium tabernaculi testimonij: qui vnum faciet pro peccato, & alterum in holocaustum: [¶] rogabitque pro ea] coram domino, & pro fluxu immunditiæ eius. ¹⁰ Docebitis ergo filios Israel vt caueant immunditias,] & non moriantur in fordibus suis cum polluerint tabernaculum meum, quod est inter eos. Ista est lex eius qui patitur fluxum seminis, & qui polluitur coitu, & quæ menstruis temporibus separatur, vel quæ iugi fluit sanguine, * & hominis qui dormierit cum ea.

† dicitur.

Quando & quomodo sacerdos sanctuarium ingredi, ipsum expiare, ac tabernaculū & altare, emissarium caprum abigere, & festum expiationum celebrare debeat. XLVI.

a. Sed semel in anno, decima die mensis septimi.
 a. Sanctum sanctorum.
 a. Sed venit cum hac. re Aarō ad sanctuarium.
 b. Qui de deo locutus est & ipsum secundū possibilitatem virtutis, quam amaret virtutibus, quam quatuor generales sunt: iustitia, castitas, fortitudo, sapientia. Glo. ordina.
 c. Duo hirci duorum populorum figuram perspicue ratione demonstrauerunt proprii originalis peccati prauitatem nem hircorum formam genetes quorum est similitudo in euggelio. Hæc enim, id est, peccatores, ad sinistram iurati sunt. Iulianus ibidem.
 2. Pro peccato, & expiationem fecerit.
 4. Emitendo: quem scilicet in dextera abire permittent.
 5. Per eum expiationem faciat.
 d. Thuribulum dicitur hic lingua siluaris igne spiritus sancti inflata. Thuribulum est infectus clausum, superius perforatum. Hoc exponit Paulus, dicēs. Omnis sermo malus de ore vestro non procedat. Primo autem sunt verba sacra & spiritualia, quibus lingua Christi fuit repleta. Radulph. ibid.
 * A conspectu domini.
 6. Contulim.
 * Facietque eū sanguine illo.
 e. Merito & in loco de huius viruli sanguine septies populi digito sacerdotis aspergi debent, vt redemptio nostra & purificatio in Christi sanguine collata, per gratiam septēmplicis spiritus demonstratur. Iulianus ibidem.
 7. Sordium.
 f. Aaron licet foret typus Christi, cum tamen interit esset homo, necesse erat vt sua peccata sacrificio expiaret. Nec tam æternam redemptionem inuenit per sanguinem hircorū & vitulorū. Verum Christus qui per suum sanguinem in sancta sanctorum se recepit, is iniqui peccatū nos redemit. Procopius ibidem.
 8. Expiationem faciet in sanctuario, donec egrediaris, & facias expiationem.



Decutūque est dominus ad Moysen [†] post mortem duorum filiorum ^A Aaron, quando offerentes ignem alienum interfecti sunt, & precepit ei, dicens: Loquere ad Aaron fratrem tuum, [†] ne ^a omni tempore ingrediaris sanctuarium,] quod est intra velum coram propitiatorio quo tegitur arca, vt non moriatur:] quia in nube apparebo super oraculū,) nisi hæc antè fecerit.] Vitulū pro peccato offeret, & arietem in holocaustū. ^b Tunica linea ^{*} vestietur, fœminalibus lineis verenda celabit. Accingetur zona linea, cydarim lineam imponet capiti. Hæc enim vestimenta sunt sancta, quibus cunctis cum lotus fuerit, induetur. [§] Suscipietque ab vniuersa multitudine filiorum Israel ^c duos hircos pro peccato, & vnum arietem in holocaustum. Cūque obtulerit vitulum, ³ & orauerit] pro se & pro domo sua, duos hircos stare faciet coram domino in ostio tabernaculi testimonij, mittensque super vtrumque sortem, vnam domino, & alteram capro ⁴ emissario:] cuius exierit fors domino, offeret illum pro peccato: cuius autem in caprum emissarium, statuet eum viuum coram domino, vt ¹ fundat preces super eum,] & emittat eum in solitudinem. His ritè celebratis, offeret vitulum: & rogans pro se & pro domo sua immolabit eum. ^d [†] [§] Assumptoque thuribulo quod de prunis altaris impleuerit, ^{*} & hauriens manu ^c compositum] thymiamam in incensum, ultra velum intrabit in sancta, vt positus super ignem aromatibus, nebula eorum, & vapor operiat oraculum, quod est supra testimonium, & non moriatur. [†] Tollet quoque de sanguine vituli, ^c & asperget digito septies cōtra propitiatorium ad orientem. Cūque mactauerit hircum pro peccato populi, inseret sanguinem eius intra velum, ^{*} sicut preceptum est de sanguine vituli, vt aspergat e regione oraculi: & expiet sanctuarium ab immunditiis filiorum Israel, & à præuaricationibus eorum, cunctisque peccatis. Iuxta hunc ritum faciet in tabernaculo testimonij, quod fixum est inter eos in medio ⁷ sortium habitationis] eorum. [§] Nullus hominum sit in tabernaculo, [†] quando [¶] Pontifex sanctuarium ingreditur, vt ⁸ roget] pro se & pro domo sua, & pro vniuerso cœtu Israel, donec egrediaris tabernaculum. Cum autem exierit ad altare quod coram domino est, oret pro se, & sumptum sanguinem vituli atque hirci fundat super cornua eius per gyrū, aspergensque digito septies, expiet & sanctificet illud

† Sup. 10. a.

† Exo. 30. b. Hebr. 9. b.

† Heb. 9. d. & 10. a.

† Heb. 9. d. & 10. a.

† Luc. 1. a.

illud ab immunditiis filiorum Israel. Postquam emundauerit sanctuarium, & tabernaculum, & altare, tunc offerat hircum viuentem, & posita vtraque manu super caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & vniuersa delicta atque peccata eorum, quæ imprecans capiti eius emittet illum per hominem paratum in desertum. ^E Cùmque portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in deserto, reuertetur Aaron in tabernaculum testimonij, & depositis vestibus quibus prius indutus erat, cum intraret sanctuarium, & relictisque ibi, lauabit carnem suam in loco sancto, indueturque vestibus suis. Et postquam egressus obtulerit holocaustum suum, ac plebis, rogabit Itam pro se quàm pro populo: & adipem qui oblatum est pro peccatis, adolebit super altare. Ille verò qui dimiserit caprum ¹⁰ emissarium, lauabit vestimenta sua, & corpus aqua, & sic ingredietur in castra. ^F Vitulum autem & hircum qui pro peccato fuerant immolati, & quorum sanguis illatus est in sanctuarium, vt expiatio compleretur, asportabunt foras castra, & comburent igni tam pelles quàm carnes eorum ac fimum: & quicumque combusserit ea, lauabit vestimenta sua, & carnem aqua: & sic ingredietur castra. Eritque vobis hoc ¹¹ legitimum sempiternum. [†] Mense autem septimo decima die mensis, affligetis animas vestras, nullumque opus facietis siue indigena, siue aduena qui peregrinatur inter vos. [†] In hac die expiatio erit vestri atque mundatio, ab omnibus peccatis vestris coram domino mundabimini. Sabbatum enim requietionis est, & affligetis animas vestras religione perpetua. Expiabit autem sacerdos qui vinctus fuerit, & cuius manus initiata sunt vt sacerdotio fungatur pro patre suo. Indueturque ¹² stola linea & vestibus sanctis, & expiabit sanctuarium, & tabernaculum testimonij, atque altare, sacerdotes quoque, & vniuersum populum. Eritque hoc vobis legitimum sempiternum, vt oretis pro filiis Israel, & pro cunctis peccatis eorum, semel in anno. Fecit igitur sicut præceperat dominus Moyse.

Soli deo sacrificandum, atque à sanguine abstinendum, & morticino.

XVII.

A Locutus est dominus ad Moysem, dicens: Loquere Aaron & filiis eius, & cunctis filiis Israel, dicens ad eos: Ille est sermo quem mandauit dominus, dicens: ^a Homo quilibet de domo Israel, si occiderit bouem, aut ouem, siue capram in castris vel extra castra, & non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem domino, sanguinis reus erit: Quasi si sanguinem fuderit, sic peribit de medio populi sui. Ideo sacerdoti offerre debent filij Israel hostias suas, quas occidunt in agro, vt sanctificentur domino ante ostium tabernaculi testimonij, & immolent eas ¹ hostias pacificas domino. ^F Fundetque sacerdos sanguinem super altare domini ad ostium tabernaculi testimonij, & adolebit adipem in odorem suauitatis domino, & nequaquam vltra immolabunt hostias suas daemoneibus, cum quibus fornicati sunt. [†] Legitimum sempiternum erit illis & posteris eorum. Et ad ipsos dices: Homo de filiis Israel, & de aduenis qui peregrinantur apud vos, qui obtulerit holocaustum siue victimam, & ad ostium tabernaculi testimonij non adduxerit eam, vt offeratur domino, interibit de populo suo. ^F Homo quilibet de domo Israel, & de aduenis qui peregrinantur inter vos, si comederit sanguinem, ^b obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam eam de populo suo, quia anima carnis in sanguine est: & ego dedi illum vobis, vt super altare in eo expietis pro animabus vestris, & sanguis pro animæ piculo sit. Idcirco dixi filiis Israel: Omnis anima ex vobis non comedet sanguinem, nec ex aduenis qui peregrinantur apud vos. ^F Homo quicumque de filiis Israel, & de aduenis qui peregrinantur apud vos, si venatione atque aucupio ceperit feram, vel auem, quibus vesci licitum est, fundat sanguinem eius, & operiat illum terra. [†] Anima enim omnis carnis in sanguine est. Vnde dixi filiis Israel: Sanguinem vniuersæ carnis non comedetis, quia anima carnis in sanguine est, & quicumque comederit illum, interibit. Anima quæ comederit morticinum, vel caprum à bestia, tam de indigenis, quàm de aduenis, lauabit vestimenta sua, & semet-

g. Hoc est, pro eis qui sancti sunt ab immunditiis filiorum Israel non consentientes immunditiis eorum. Aug. quest. 53. super Leuitic. Vel pro peccatis deum pro his que sanctificata sunt domino. i. tabernaculo, & quæcumque in eo erant ab immunditiis filiorum Israel, quia in medio eorum erat tabernaculum. Idem ibidem.
h. Christum qui est omnia sui faciens sacerdos, sacrificium & cultus, & altare parati fecit illud. Ego autem non eorum dico, retrorsum non ab, eo 19. moum dedi percussibus. & c. Glo. ordinaria.
i. Lineis.
9. Expiationem faciet.
10. e. In Azazel (qui quidem locus in deserto erat, ad quem hircus viuus mittebatur. i. Sic enim dicit abluendum, & eum qui alterius hirci, quo in loco accepit carnes extra castra combusserit qui ita de illo & de vitulo fieri iubet, de quorum immolatorum sanguine fit aspersio, & sunt pro peccatis Aug. Quest. super Leuit. lib. 3. 11. Statutum perpetuum.
k. Afflictione interioris contritionis, & exterioris abstinencie. Si enim non vult ieiunium deus, quomodo in Leuitico præcipit, vt septimo mense, decima mensis omnis populus ieiunet vique ad vesperam Hierony. aduersus Iouinianum. l. Quia ieiunia & vigiliae & factæ afflictiones humilia corpora macerant, sed maculara corda purificant: membris subtrahunt fortitudinem, sed conscientias addunt nitorem. Euseb. Emis. Homi. 10. ad monachos.
12. Vestibus lineis atque.
* Sanctificatis.
13. Expiet filios Israel.

† Heb. 13. b.

† Inf. 23. e.

† Inf. 29. c.

a. Cum ergo non faceret offerri sacrificia nisi in tabernaculo cui postea templum successit, vnde & Ieroboam vacas facere ausus est, quibus populus sacrificaret, ne pergeret in Ierusalem. Vnde à domino condempnatus est. August. quest. 56. super Leuitic.

1. Pro sacrificiis pacificorum.

b. Ecce quam grauis sit comedere sanguinem, & dei præcipere mandata. Sanguis carnalis significat appetitum: Deus autem non solum quid agam, sed etiam quid appetam discit. Antequam ego quicquam mali exterius operemur, si sanguinem forbuimus, si iniquitatem corde concepimus, merte à deo alienati, inimicitias eius incurrimus, quod est sanguinem comedere. Radulphus ibidem.

c. Sic enim dictum est: Anima omnis carnis sanguis est, quomodo dictum est: Petrus erat Christus. Non quia hoc erat, sed quia hinc significabatur. Non autem voluit fructus lex animæ significare per sanguinem, rem scilicet inuisibilem per rem visibilem, nisi quia sanguis per venas omnes ab ipso corde diffusus in nostro corpore plus ceteris humoribus precipitatur, ita vt vniuersum fuerit vultus inflatum, non humor alius, sed ipse pcedat: ita quoque anima, quia omnibus quibus consistamus visibilibus preualet. Aug. lib. 2. contra aduersarium legis & prophete.

† De conf. dist. 2. c. Non oportet.

† Gene. 9. a. Sup. 7. c. Infra. 9. c. 3. q. 2. c. Mich. 1. c.

ipsum aqua, & cōtaminatus erit vsque ad vesperum, & hoc ordine mūdus fiet. Quòd si non lauerit vestimenta sua, vel corpus, portabit iniquitatem suam.

Gradus coniugij liciti & illiciti, & gentium opera fugienda.

XVIII.

- a. Nam malicia siue peccatum est iter quoddam tritum, quod exorbitat à recta & regia via. Illud iter excogitarunt & inueniunt sibi homines relicta diuina & naturali via. Proco. ibi.
- 1. Statutus.
- b. Iudicia ad peccatum pertinent vindictam siue sua vnusquisque puniat, siue coerceat aliena, si hæc illi potestas concessa est. Radul.
- c. Primus cōsanguinitatis gradus.
- d. Primus affinitatis gradus.
- e. Secundus gradus cōsanguinitatis.
- f. Secundus gradus affinitatis.

Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Ego sum dominus deus vester. Iuxta consuetudinem terræ Ægypti, in qua habitastis, non facietis, & iuxta morem regionis Chanáan, ad quam ego introducturus sum vos, non ageris: nec in legitimis eorum ambulabitis. Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis, & ambulabitis in eis. Ego dominus deus vester. Custodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo viuere in eis. Ego dominus deus vester. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius. Ego dominus. Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non discooperies. Mater tua est, nõ reuelabis turpitudinem eius. Turpitudinem vxoris patris tui non discooperies: Turpitudinem enim patris tui est. Turpitudinem sororis tuæ, ex patre siue ex matre, quæ domi vel foris genita est, non reuelabis. Turpitudinem filie filij tui, vel neptis ex filia, non reuelabis: quia turpitudinem tuam est. Turpitudinem filie vxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & est soror tua, non reuelabis. Turpitudinem sororis patris tui non discooperies: quia caro est patris tui. Turpitudinem sororis matris tuæ non reuelabis: eo quòd caro sit matris tuæ, Turpitudinem patris tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius, quæ tibi affinitate coniungitur. Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis: quia vxor filij tui est: nec discooperies ignominiam eius. Et vxorem fratris sui nullus accipiat. Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis: quia turpitudinem fratris tui est. Turpitudinem vxoris tuæ & filie eius non reuelabis. Filiam filij eius, & filiam filie illius non sumes, vt reueles ignominiam eius: quia caro illius sunt, & talis coitus incestus est. Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente. Ad mulierem quæ patitur menstrua, non accedes, nec reuelabis fœditatem eius. Cum vxore proximi tui non coibis, nec seminis commixtione maculaberis. De femine tuo non dabis, vt cōsecretur idolo Moloch, nec pollues nomen dei tui. Ego dominus. Cum masculo non commiscearis coitu fœmineo, quia abominatio est. Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. Mulier non succumbet iumento, nec miscebitur ei: quia scelus est. Nec polluamini in omnibus iis quibus contaminatæ sunt vniuersæ gentes, quas ego eiiciam ante conspectum vestrum, & quibus polluta est terra, cuius ego scelera visitabo, vt euomat habitatores suos. Custodite legitima mea atque iudicia, vt non faciatis ex omnibus abominationibus istis, tã indigena, quàm colonus qui peregrinantur apud vos. Omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terræ, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam. Cauete ergo ne & vos similiter euomat, cum paria feceritis, sicut euomuit gentem, quæ fuit ante vos. Omnis anima quæ fecerit de abominationibus his quippiam, peribit de medio populi sui. Custodite mandata mea. Nolite facere quæ fecerunt ij qui fuerunt ante vos, & ne polluamini in eis. Ego dominus deus vester.

*Turpitudinem carum.

2. Propinqua, & infra.

3. Vt non accedas.

4. g. Affines sunt, & nephas est. Vxorem cum sorore eius non accipies ad amulatiõnem, vel ad læcessendũ, (sicut dicitur vxore facis sororem.)

h. Ecce vbi rursus prohibet adulescenti quod cum aliena vxore committitur quod etiam in decalogo prohibetur. Vnde apparet illa ita prohibita, vt etiam mortuus viris suis, non ducant vxores, quatum prohibet turpitudinẽ reuelare. Aug. Super Leuit. lib. 3.

i. Hoc est, non profanabis nomen sanctum siue dei, cui populo datur illo modo, seruare principi, siue nomen sanctum ipsius populi Israel, propter quod dicitur: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Operumissimè etiam adligit: Ego dominus. Hæc vtiq; admonitio, quia illi soli debetur laus, id est, seruatus qua deo seruitur. Aug. q. 3. super Leuitic. k. Contra naturam.

l. Terram pollutam esse dicit ideo quia suscipit omnia que in ipsa sunt. Sic etiam mūdus inquinatur, proinde quoque inquinabitur, verum deus non pollutur. Non enim in ipso sunt, quæ impediunt & male gerantur, sed extra ipsum sunt. Procopius ibid.

Præcepta moralia, & ceremonialia.

XIX.

- 2. Quid est, Sancti estote, nisi præcepta mea implete, voluntatem meam facite, in visis meis ambulat. Chrysost. de oratione domi. Hom. 3.
- h. Volens nos deus de intelligi bili requit decere, & de mudi cōsumatione, quando impossibile est cibum parare, vel operari nec circa aliquid corpore occupari, ait per Moysen ait. Sabbata, &c. Glo. ordi.
- 1. Pro vestri acceptatione ipsam offeretis.
- 2. In die tertio.
- 3. Ex eo, execrabile est, & non acceptabile. Qui comederit ipsum.

Locutus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad omnem cœtum filiorum Israel, & dices ad eos. Sancti estote, quia ego sanctus sum dominus deus vester. Vnusquisque patrem suum & matrem suam timeat. Sabbata mea custodite. Ego dominus deus vester. Nolite conuerti ad idola, nec deos conflatiles facietis vobis. Ego dominus deus vester. Si immolaueritis hostiam pacificorum domino, vt sit placabilis, eo die quo fuerit immolata comedetis eam, & die altero: Quicquid autem residuum fuerit in diem tertium, igne comburetis. Si quis post biduum comederit ex ea, profanus erit, & impietatis reus, portabitque iniquitatem suam, quia sanctum domini polluit, & peribit anima illius de po-

106. 14.

† 12. q. 2. c. Moyses. Rom. 10. a. Exech. 20. b. 75. q. 8. c. Hæc saluberr. † 10. q. 1. c. Pitecium.

† 106. 20. a. 1. Reg. 18. c.

† 106. 20. c.

106. 11. 11. Pet. i. c. 81. distin. c. Oportet. Sup. 11. g. 31. distin. c. Tenere. Infr. 23. d. Matth. 5. c. Zacha. 8. c. 22. q. 4. can. Necessè. c. Aditione quart. ca.

Exo. 10. b
Deut. 5. b.
Eccli. 10. a

de populo suo. Cumque messueris segetes terrae tuae, non tondebis usque ad solum superficiem terrae, nec remanentes spicas colliges, neque in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes. Ego dominus deus vester. Non facietis furtum, nec mentiemini, nec decipiet vnusquisque proximum suum. Non peierabis in nomine meo, nec pollues nomen dei tui. Ego dominus. Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarij tui apud te usque mane. Non maledices surdo, nec coram caeco pones offendiculum, sed timebis dominum deum tuum, quia ego sum dominus. Non facies quod iniquum est, nec iniuste iudicabis. Non confideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. Nec eris criminator, nec susurro in populis. Non stabis contra sanguinem proximi tui. Ego dominus. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum: ne habeas super illo peccatum. Non quaeras vltionem, nec memor eris iniuriae ciuium tuorum. Dilige amicum tuum sicut teipsum. Ego dominus. Leges meas custodite. Iumentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus. Agrum tuum non seres diuerso semine. Vesteque ex duobus texta est, non indueris. Homo si dormierit eum muliere coitu seminis, quae sit ancilla etiam nobilis, & tamen pretio non redempta, nec libertate donata, vapulabunt ambo, & non morientur, quia non fuit libera. Pro delicto autem suo offeret domino ad ostium tabernaculi testimonij arietem, orabitque pro eo sacerdos & pro peccato eius coram domino, & repropitiabitur ei, dimitteturque peccatum eius. Quando ingressi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis praepudia eorum. Poma quae germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. Quarto autem anno ortus fructus eorum sanctificabitur laudabilis domino. Quinto autem anno comedetis fructus, congregantes poma quae proferunt. Ego dominus deus vester. Non comedetis carnem cum sanguine. Non augurabimini, nec obseruabitis somnia. Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam. Et super mortuo non incidetis carnes vestras, neque figuras aliquas, aut stigmata facietis vobis. Ego dominus. Ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo. Sabbata mea custodite, & sanctuarium meum metuite. Ego dominus. Non declinetis ad Magos, nec ab Ariolis aliquid scitemini, vt polluamini per eos. Ego dominus deus vester. Coram cano capite consurge, & honora personam senis, & time dominum deum tuum. Ego sum dominus. Si habitauerit advena in terra vestra, & moratus fuerit inter vos, non exprobetis ei, sed sit inter vos quasi indigena, & diligetis eum quasi vosmetipfos. Fuitis enim & vos advena in terra Aegypti. Ego dominus deus vester. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Statera iusta, & equa sint pondera, iustus modius, & quilibet sextarius. Ego dominus deus vester, qui eduxi vos de terra Aegypti. Custodite omnia praepcepta mea, & vniuersa iudicia, & facite ea. Ego dominus.

Deut. 18. c
Thob. 4. c

Deut. 1. c.
18. d.
Iaco. 2. a.
Pro. 24. b.
1. Io. 2. b. 3. b.
Eccli. 19. b.
Mach. 18. b.
Luc. 17. a.
Eccli. 4. 2. d.
Mar. 12. c.
22. q. 4. Cum
in lege.
Matth. 5. g.
22. d.
Roma. 13. c.
Galat. 5. c.
Iaco. 2. b.
Deut. 22. b.
23. q. 4. c.
Cum in lege
Deut. 22. b.

Sup. 17. d
Inf. 21. a

Exod. 22. g

4. Consummabis metendo angulum agri tui.
*Colliges, sub. qui post vindemiatorem remanserunt.
5. Negabis, sub. debitum vel depositum.
6. Quod igitur in nouo testamento dictum est, ne omnino iuramentum, propterea vt ait beatus Augustinus dictum videtur, non quia virtus iuramentum est, sed quia peierare immanis peccatum est, a quo nos longe esse voluit qui omnimodo ne iuramus admonuit. Radu. ibi.
6. Praedaberis.
7. In iudicio.
8. Non sub praetextu misericordiae quod iustum est iudicet. Hier. ad Saluam.
8. Incedes vt delator contra proximum tuum.
9. Obserues iniuriam filiorum populi tui.
10. Proximum vel socium.
11. Naturae ius hoc dicitur, & in hoc ius ceu fontem quendam adduxit omnia saluator quasi in compositum dicens. Quod admodum vultis vt vobis fiat hoc ius, & vos similiter illis facite. Huc enim lex & propheta respiciunt. Quae igitur velis fieri tibi, eadem fac proximo tuo, qui quoque dei est. Proco.
11. Coniuncta viro.
12. Loro taurino ipsa vapulabit.
13. Expiabitque ipsum sacerdos in ariete pro delicto coram domino super peccato suo quod commisit.
*Stum quod peccauit.
*Ite fructum eorum.
14. Fructus quos tribus annis producet, immundi erunt vobis.
*Et erit.
15. Eius, & licet vobis cogitare prouentum eius.
16. Super sanguine.
17. Tempora.
18. d. Neque intortos comae crinas habebitis, nec barbae ueg extremitates deturpabis, veluti faciebant gentes, & nunc perique iustitiae.
19. c. Incedens pro anima non ponetis in carne vestra. Hoc est, non lacerabis vaguitibus carnes vestras in funebribus, veluti faciebant sacerdotes Cybeles.
*Vt cum scetari facias.
20. Respicietis ad Pythones.
21. Nobis decipietis eum, vel non affligetis eum.
* Ex vobis, erit vobis peregrinus, qui peregrinatur apud vos.
22. Ephy iustum, & Hin iustum.
23. Statuta.

Præcepta iudicialia mortem comminantia.

XX.

Ios. 14.
Sup. 18. c
23. q. 4. ca.
Ite autem.
9. Ex his.

Notusque est dominus ad Moysen, dicens: Haec loqueris filiis Israel: Homo de filiis Israel, & de aduenis qui habitant in Israel, si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur. Populus terrae lapidabit eum, & ego ponam faciem meam contra illum, succidamque eum de medio populi sui, eo quod dederit de semine suo Moloch, & contaminauerit sanctuarium meum, ac polluerit nomen sanctum meum. Quod si negligens populus terrae, & quasi paruipendens imperium meum, dimiserit hominem qui dedit de semine suo Moloch, nec voluerit eum occidere, ponam faciem meam super hominem illum, & cognationem eius, succidamque & ipsum, & omnes qui consenserunt ei, vt fornicaretur cum Moloch, de medio populi sui. Anima quae declinauerit ad Magos, & Ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra

1. Qui.
a. Magnam habet utilitatem vt populus suis manibus fontes puniat. Nam ad eum modum deus Iudaeos instruit, vt discant recte & iuste exercere iurisdictionem. Proco. ibid.
2. Abscondendo abscondetini populi terrae oculos suos a viro illo, qui dederit de semine suo Moloch, & non interceperint eum.
b. Moloch, idolum erat Moabitarum, quod septuaginta translulerunt Principem: quod frequenter quam externa idola nominantur, quod sacrificia illi oblata humana erant, ideo horribilius est idolum, & Lyra.
3. Pythones.

e. Vbi aduertendum est graue esse parentum iniuriã, quã licet sub remissione noui testamenti non, statim vindicetur morte, sicut fieri in fide est sub auctoritate veteris, reatus tamen iuxta non est, & poena illius nisi dum viuus homo per poenitentiam se correxerit. Si differat non auferitur, sed grauius sub diuino iudicio punientur quicumque per patientiam illius peiores efficiuntur. Radul. d. Si non licet adulterare uxorem cuiuslibet viri quã magis proximi? vt ideo intelligat homo, quantum malum sit adulterare uxorem viri: quia si hoc fecerit, uxorem proximi adulterat. Proximus est enim omnis homo homini. August. ibid. quest. 73.

4. Duxerit in uxorem filiam & matrem eius.

¶ Sed quia omnis peccati cõtra pifertã matrem est, si qua nobis concupiscentia sit actio nã coniugamus. Qui enim hoc facit, igne incenditur & concupiscentia & actio eius. Glosa ordinaria.

f. Queritur quomodo sit reum iumentum, cum non sit legit capax: pecora iubetur interficere, quia tali flagitio conuicta indignam refectam tãti memoriam. August. ibid.

g. Iniquitatẽ poluit pro pena iniquitatis, August. in locutionibus super Leuiticum.

h. Nudauitque venã eius.

¶ Sororis matris iuxtaque sororis patris sui.

i. Videtur etiã quid sit quod de illis nunc dicitur, portabunt peccatum suum: absque liberis erunt. Niquid enim adulteris & incestus filij non nascuntur. Sed vt ait beatus Augustinus hoc intelligendum est lege dei constitutum, vt quicumque ex eis nati sunt, non deputentur filij. Id est, aullo patris iure succedunt. Radul.

5. Patris sui.

6. Immunditia est.

k. Quid est ambulare in præceptis dei, nisi probere, & ad virtutis augmentum incelluntur tendere? Sic cuiusdam ergo, sed sanato didum est tolle grabatum tuum & ambula. Radul.

7. Statuis.

¶ Vt possideatis eam.

l. Pythones dicuntur à Pythia muliere, ex cuius pudentis impudens demon. responsa deducit fertur.

eam, & interficiam illam de medio populi sui. Sanctificamini, & estote sancti, quia ego sanctus sum Dominus deus vester. Custodite præcepta mea, & facite ea. Ego Dominus, qui sanctifico vos. Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur. Patri matrique qui maledixerit, sanguis eius sit super eum. Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetraverit cum coniuge proximi sui, morte moriantur, & mœchus & adultera. Qui dormierit cum nouerca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo. Sanguis eorum sit super eos. Si quis dormierit cum nuru sua, vterque moriatur, quia scelus operati sunt. Sanguis eorum sit super eos. Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, vterque operatus est nefas, morte moriatur. Sit sanguis eorum super eos. Qui supra uxorem filiam, duxerit matrem eius, scelus operatus est: viuis ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio vestri. Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite. Mulier quæ succubuerit cuilibet iumento, simul interficietur cum eo. Sanguis eorum sit super eos. Qui acceperit sororem suam, filiam patris sui, vel filiam matris suæ, & viderit turpitudinẽ eius, illãque cõspexerit fratris ignominiam, nefariam reoperati sunt: Occidentur in conspectu populi, eo quod turpitudinem suã mutuo reuelauerint, & portabunt iniquitatem suam. Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & reuelauerit turpitudinem eius, ipsa quoque aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui. Turpitudinem materteræ tuæ & amitæ tuæ non discooperies. Qui hoc fecerit, ignominiam carnis suæ nudauit, portabunt ambo iniquitatem suam. Qui coierit cum vxore patris sui, vel auunculi sui, & reuelauerit ignominiam cognationis suæ, portabunt ambo peccatum suum. Absque liberis morientur. Qui duxerit uxorem fratris sui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris sui reuelauit: absque filiis erit. Custodite leges meas, atque iudicia, & facite ea: ne & vos cuomat terra quam intraturi estis, & habitaturi. Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulsurus sum ante vos. Omnia enim hæc fecerunt, & abominatus sum eas. Vobis autem loquor. Possidete terram eorum, quam dabo vobis in hereditatem, terram fluentem lacte & melle. Ego Dominus deus vester, qui separaui vos à cæteris populis. Separate ergo & vos iumentum mundum ab immundo, & auem mundam ab immunda. Ne polluatis animas vestras in pecore, & auibus, & cunctis que mouentur in terra, & quæ vobis ostendi esse polluta. Eritis sancti mihi, quia sanctus sum ego Dominus: & separaui vos à cæteris populis, vt essetis mei. Vir siue mulier, in quibus pythonicus vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur: lapidibus obruent eos. Sanguis eorum sit super illos.

† Num. 11. d. 101. 3. b.

† 1. Per. 1. a. 86. dist. c. Ceterum.

† Exod. 21. c. Pro. 20. c. Math. 15. a. Marc. 7. b. Ioan. 8. a. Deut. 22. d. 28. c. 2. cap. Qui desponsatam.

† Sup. 18. d. 15. q. 1. ean. Mulier.

Sup. 17. e.

† 1. Per. 1. c.

† Deut. 18. b. 3. Reg. 23. b.

Sacerdotes à quibus abstineant, & quæ sequantur.

X X I.

a. Id est, nihil omittet ex his quæ expedit sacerdotẽ docere, & nolunt obedire qui ex inobedientia moriuntur, nisi tantum in consanguineis & propinquis. Glos. ordinaria.

* Quæ sibi propinqua est.

* Super ea contaminabitur.

1. De caluitate caput, nec barbã in angulis deturbant.

2. Hoc est, Non lacrabunt faciem vnguibus, vt gantea in iudicium facere solebant.

* Sanctificabis itaque eam.

a. Cõpedit fornicati.

c. Pontifex magnus plur aliquid habebat à cæteris sacerdotibus: & nec pietas illum, nec affectus flectere poterat, vt immundus fieret in supradictis nominibus. Hier.

d. Hic verus manifestissimẽ demonstrat Christum. Nam Christus (vt docet scriptura) vnctus spiritu sancto gessit vnum sacerdotij habitum, quẽ nunquam abiecit. Nam tu es (inquit) sacerdos secundũ ordinem Melchisedech: hoc igitur illud est quod inquit, caput suũ non discooperiet, vestimenta non scindet, & c. Pro. 1. Sanctuario.



Loquere ad sacerdotes filios Aaron, & dices ad eos: Ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum, nisi tantum in consanguineis ac propinquis, id est, super patrem, & matrem, & filium, & filiam, fratrem quoque, & sororem virginem, quæ non est nupta viro: sed nec in principe populi contaminabitur. Nec radent caput, nec barbã, neque in carnibus suis facient incisuras. Sancti erunt deo suo & non polluent nomen eius. Incensum enim domini & panes dei sui offerunt, & ideo sancti erunt. Scortum & vile prostibulum non ducet uxorem, nec eam quæ repudiata est à marito: quia consecratus est deo suo, & panes propositionis offert. Sit ergo sanctus, quia & ego sanctus sum Dominus, qui sanctifico vos. Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, & violauerit nomen patris sui, flammis exuretur. Pontifex, id est, sacerdos maximus inter fratres suos, super cuius caput fufum est vnctionis oleum, & cuius manus in sacerdotio consecratæ sunt, vestitusque est sanctis vestibus, caput suũ non discooperiet, vestimenta non scindet, & ad omnem mortuum non ingreditur omnino. Super patre quoque suo, & matre non contaminabitur, nec egredietur de sanctis ne polluat sanctuarium domini: quia oleum sanctæ vnctionis dei sui super eum

A 106. 4.

† Sup. 16. f. Sup. 16. c.

B 23. quest. 1. e. Quod autem.

Exod. 10. d.

† Ezech. 44. f.

733. dist. c.
Vique adeo.
49. dist. c.
Hinc etenim.
1. q. 1. Sacerdo-
tes.
43. dist. c. h.
2. ali.

per eum est. Ego dominus. † Virginem ducet uxorem: Viduam autē, & repudiatam, & sordidam, atque † meretricem,] non accipiet: sed puellam] de populo suo, ne commisceat stirpem generis sui vulgo gentis suae: quia ego dominus qui sanctifico eum. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad Aaron: † Homo de femine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes de suo, nec accedet ad ministerium eius.] * Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo vel grandi & torto naso,] si fra. flo pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel heriosus,] omnis qui habuerit maculam de femine Aaron sacerdotis, non accedet offerre hostias domino, nec panes deo suo.] Vescetur tamen panibus qui offeruntur in sanctuario, ita duntaxat, vt intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare qui maculā habet: & contaminare non debet sanctuarium meum. Ego dominus qui sanctifico eos. Locutus est ergo Moyses ad Aaron, & ad filios eius, & ad omnem Israel, & cuncta quæ sibi fuerūt imperata.]

Ab usu sanctificatorum qui abstinere debeant, & quæ debeant offerri. XXII.

A Locutus quoque est dominus ad Moysen, dicens: † Loquere ad Aaron & ad filios eius, vt caueant ab iis quæ consecrata sunt] filiorum Israel, & nō contaminent nomen sanctificatorum mihi, quæ ipsi offerunt.] Ego dominus. Dic ad eos, & ad posteros eorum: Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filij Israel domino, in quo est immunditia, peribit coram domino. Ego sum dominus. † Homo de femine Aarō qui fuerit leprosus, aut patiens fluxum seminis, non vescetur de iis quæ sanctificata sunt mihi, donec sanetur.] Qui tetigerit immundum super mortuo, & ex quo egreditur semen quasi coitus, & qui tangit reptile, † & quodlibet immundum cuius tactus est sordidus,] immundus erit vsque ad vespertinum, & non vescetur iis quæ sanctificata sunt: sed cum lauerit carnem suam aqua, & occubuerit sol, tunc mundatus vescetur de sanctificatis, quia cibus illius est. † Morticinum & captū à bestia non comedent, nec polluentur in eis. Ego sum dominus. Custodient præcepta mea, vt non subiaceant peccato, & moriantur † in sanctuario,] cum polluerint illud. Ego dominus, qui sanctifico eos. † Omnis alienigena non comedet de sanctificatis. † Inquilinus sacerdotis, & mercenarius, non vescetur ex eis. Quem autem sacerdos emerit, & qui vernaculus domus eius fuerit, ij comedent ex eis. Si filia sacerdotis cui libet ex populo] nupta fuerit, de iis quæ sanctificata sunt, & de primitiis non vescetur. Si autem vidua, vel repudiata, & absque liberis reuersa fuerit ad domum patris sui, sicut † puella] consueuerat, aletur cibus patris sui. Omnis alienigena comedendi ex eis non habet potestatem. † Qui comederit de sanctificatis per ignorantiam, addet quintam partem cum eo quod comedit, & dabit sacerdoti † in sanctuarium:] nec contaminabunt sanctificata filiorum Israel quæ offeruntur domino, ne fortè sustineant iniquitatem delicti sui, cū sanctificata comederint. † Ego dominus, qui sanctifico eos. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad Aaron & filios eius, & ad omnes filios Israel, dicésque ad eos: Homo de domo Israel, & de aduenis qui habitant apud vos, qui obtulerit oblationem suam, vel vota soluens, vel sponte offerens, quicquid illud obtulerit in holocaustum domini † vt offeratur per vos.] masculus immaculatus erit ex bobus, ex ouibus, & ex capris. Si maculam habuerit, non offeretis: neque erit acceptabile. † Homo qui obtulerit victimam pacificorum domino, † vel vota soluens, vel sponte offerens, tam de bobus, quàm de ouibus, immaculatum offeret, vt acceptabile sit. Omnis macula non erit in eo. Si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulas, aut scabiem, aut impetiginem, non offeretis ea domino, nec adolebitis ex eis super altare domini. Bouem & ouem † aure & cauda amputatis,] voluntariè offerre potes, votum autem ex iis solui non potest. † Omne animal quod vel cotritis vel tunis vel scetis ablatisque † testiculis] est, non offeretis domino, & in terra

† Exod. 22. f. B
Ezech. 44. c.

† Deute. 15. d.
Eccij 35. b

a. Quod si ad mysteriū reuera-
mur, tumus punitex nobis
Dominus Christus virginem
duxit vxorē ecclesiam sicut: de
cui per Apostolum dicitur: de
spōdi vos vni virg. virginem
castā exhibere Christo. Radul-
f. Quia eum is, qui displicet,
ad intercedendum mittitur, i-
rari animus ad detēctiora pro-
uoatur. Grego. Pastoral. par.
1. cap. 11.
6. Non accedet vt panem offer-
ret deo suo,
* Quoniam quicquid habue-
rit maculam, non appropin-
quabit. Vt si cæcus, &c.
7. Nālo simus.
8. Aut si nulla habet superci-
lia, aut pellem, vel aliam macu-
lam in oculo suo, aut scabiem
sicam, vel scabiem fluentem,
aut testiculum contritum.
9. Nam cum macula in eo sit,
non accedat vt panem dei sui
offerat.

a. Erat ergo consequēt conti-
nētia sacerdotis, ne propter
filiorū profectionē aliqui-
bus diebus non imponeretur
continuationis in eis, quod
à solis summis sacerdotibus
bis in die solēbat imponi, mā-
ne & vespere: quandoquidem
post coitum coniugalem etiā
lotus corpore immundus erat
vsque ad vespertinū, à quo id
necessē erat imponi. August.
quæst. 85.
1. Separatur à sanctis.
2. Sanctum inuis in his quæ
sanctificant mihi.
b. Odo immunditæ impē-
dientas faciat participare.
3. Munderur.
4. Vnde immundus fieri pō-
test, aut hominem à quo im-
mundiciam cōrahēre potest;
iuxta omnem illius immundit-
tiam.
5. Vnde pollui possunt.

6. Ob ipsum.

c. Alienigenam vocat à fide
Christi exitanē. Radulphus
ibid.

d. Sed charitas dei & proximi
sanctificare hominem potest,
vbi vtrūque cupiditas regnat, san-
ctificatio nulli est. Idem, ibid.
* Sicut qui natus est in domo
eius.

7. Externeo, vel alienigena.

8. In puertia.

e. Cæcis victimis & oblati de
more quicquid superaret ce-
bat sacerdotibus vespere caput
& pedes. Aliquis autē igno-
rans edisser de his quæ offerēdū
profecto penas incogitantia
luebat. Procopius.

9. In sanctificationem.

f. Quomodo ergo & Moyses
sanctificat & domus? Sed
Moyses visibilibus factis ac-
cipit ministerium suū. Dominus
autem inuisibili gratia per spi-
ritū sanctum, vbi est totus
fructus etiam visibilium sacra-
mentorum. August. quæst. 84.
super Leuitic.

10. Pro voluntate vestra offer-
teris.

g. O quam lugenda est huma-
na ignorantia. Videmus enim
nonnullos qui cū in seculari
conuersatione sic offerant Do-
mino, si dē facultatibus suis
pauperibus tribuant, in hoc se
placituros existimant, cū sint
foras adulteris fœdi, erude-
les in rapinis, in periuriis dei
ipsius contemptores, nec at-
tendunt quod dicitur qui obtu-
lerit victimam pacificorum,
&c. Radulphus.

* Secundū quod destinaverit
11. Superflua in membris.
12. h. Membris quibus de testicu-
lis magis quā cæcis membris

vestra hoc omnino ne faciatis. De manu alienigenæ non offeretis panes deo vestro: & quicquid aliud dare voluerit, quia corrupta & maculata sunt omnia, nõ suscipietis ea. Locutusque est dominus ad Moysen dicens: Bos, ovis, & capra, cum genita fuerint, septem diebus erunt sub vberibus matris suæ: die autem octavo & deinceps, offerri poterunt domino. Siue illa bos, siue ovis, non immolabuntur vna die cum foetibus suis. Si immolaueritis hostiam pro gratiarum actione domino, vt possit esse placabilis, eodem die comedetis eam. Non remanebit quicquam in mane alterius diei. Ego dominus. Custodite mandata mea, & facite ea. Ego dominus. Ne polluat nomen meum sanctum, vt sanctificer in medio filiorum Israel. Ego dominus, qui sanctifico vos, & eduxi de terra Ægypti, vt essem vobis in deum. Ego dominus.

Sabbati, paschæ, primitiarum, pentecostes, mensis, tubarum, expiationum, & tabernaculorum solemnia. X XIII.

i. Cũ gemina sit homini colata natiuitas, prima, qua mundo huic nascitur, secunda, qua in dei nascitur: duplex hic pater intellectus, vt illum dicamus matrem, quæ prima nos abluir, carnalem scilicet conuersationem, cui se renuntialse gloriatur apóstolus, dicens: Cum autem placuit ei qui me segregauit, &c. Et matrem dicimus ecclesiam, quæ quos prima morti genuit, regenerando vitam restituit, Radulph ibid.

* Conuocaciones. a. In quo ostendit, quia primæ ferie sunt in operibus bonis, bona enim valde fecit deus in sex diebus. Secunda festiuitas septimi diei requies est, quoniam nemo celebrare poterit nisi operibus bonis, & deo digna facerit. Non enim frustra præmissum est, Sex diebus facietis opus. Glosa Ordinaria.

b. Sabbatum in memoriam creationis. * Quia quædam hic occurrit quæ pertinent ad secundum tempus, ea obiter exponenda erunt antecedentia breuiter perstrin-gemus. Procopius. 1. Inter vespertas.

c. Pascha, primũ festum, in memoriam redemptionis ab Ægyptiaca seruitute.

d. Ignitum. 1. Terram hanc ingredimur, cum ad contemplanda bona eius, illa scilicet, de quibus dicitur: Credo videre bona domini in terra viuam: auditata mentis & agitatione letamur. Radulph ibidem.

e. Dimittat quoque Moyses sanctum pentecostes festum à resurrectione sumpto initio. Nam resurrectionis tempus transiit sanctificatos in spiritu eo vt possint fructus terre Deo in noua vita. Proca. ibid. 3. Commixtio vini.

4. Neque costa aut cocta granis, neque spicam teneram comedetis.

f. Pentecostes secundum festum, in memoriam datæ legis in lapideis tabulis, & danda in cordibus carnis. Dies pentecostes quinquagesimus erat à primo die azy-morum excoctus. 8. Vitulus enim vnus offertur, quia licet ad primum gregem alie oues adductæ sint, ex veris que tamen factus est vnus grex, & vno grege pastor vnus omnes enim in summo pastore vnus sunt, quicunq; tradente ipso curam ouium susceperit. Quod dicitur vitulum de argento, teste beato Augustino, Hebraea locutio, sicut enim dicitur agnus de grege, hircus capracum, agni ouium. Radulph. 5. Consummabis angulum a-gri tui in messe tua.

h. Festũ tubarum, tertium festum, prima die Septembris. In memoriam liberationis Isaac ab imolatione.

i. Festum expiationis, 4. festum, 10. die Septembris.

6. Humiliabiturque. 7. Expiationis est, ad expiandũ vos corã domino deo vestro.

Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Hæ sunt ferie domini, quas vocabitis sanctas. Sex diebus facietis opus, dies septimus, quia sabbati requies est, vocabitur sanctus. Omne opus non facietis in eo. Sabbatum domini est in cunctis habitationibus vestris. Hæ sunt ergo ferie domini sanctæ, quas celebrare debetis temporibus suis. In mense primo quartadecima die mensis ad vesperum, Phase domini est: & quintadecima die mensis huius, solennitas azymorum domini est. Septem diebus azyma comedetis. Dies primus erit vobis celeberrimus, sanctusque. Omne opus seruile non facietis in eo, sed offeretis sacrificium in igne domino, septem diebus. Dies autem septimus erit celebrior & sanctior, nullumque seruile opus facietis in eo. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Cum ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis, & messueritis segetem, feretis manipulos spicarum, primitias mensis vestre, ad sacerdotem. Qui eleuabit fasciculum coram domino, vt acceptabilis sit pro vobis altero die sabbati: & sanctificabit illud. Atque in eodem die quo manipulus consecratur, cadetur agnus immaculatus anniculus in holocaustum domini, & libamenta offerentur cum eo, duæ decimæ similæ conspersæ oleo in incensum domini, odorumque suauissimum, libra quoque vini quarta pars hin. Panem & polentam & pulres non comedetis ex segete, vsque ad diem qua offeratis ex ea deo vestro, Præceptum est sempiternum in generationibus, cunctisque habitaculis vestris. Numerabitis ergo ab altero die sabbati in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas vsque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ, id est, quinquaginta dies, & sic offeretis sacrificium nouum domino ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarum duos de duabus decimis similæ fermentatæ, quos coquetis in primitias domini. Offeretisque cum panibus septem agnos immaculatos anniculos, & vitulum de armeto vnum, & arietes duos, & erunt in holocaustum cum libamentis suis, in odorem suauissimum domino. Facietis & hircum pro peccato, duosque agnos anniculos hostias pacificorum. Cumque eleuauerit eos sacerdos cum panibus primitiarum coram domino, cedent in vsum eius. Et vocabitis hunc diem celeberrimum atque sanctissimum. Omne opus seruile non facietis in eo. Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis, & generationibus vestris. Postquam autem messueritis segetem terræ vestræ, non secabitis eam vsque ad solum, nec remanentes spicas colligetis: sed pauperibus & peregrinis dimittetis eas. Ego sum dominus deus vester. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel: In mense septimo prima die mensis erit vobis sabbatum memoriale clangentibus tubis, & vocabitur sanctum. Omne opus seruile non facietis in eo, & offeretis holocaustum domino. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Decimo die mensis huius septimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus, affigetisque animas vestras in eo: & offeretis holocaustum domino. Omne opus seruile non facietis in tempore diei huius, quia dies propitiationis

10f. 3. 11. † De feriu. c. a. Gene. 2. d

† Exod. 12. a. Nume. 18. c. 1. Efd. 6. d.

† De feriu. c. licet. 25. q. 1. f. ideo. 4. Hic ita. Sup. 2. d.

† Deut. 16. b

D

† Sup. 19. b

† Num. 29. a

E

† Sup. 19. g. Num. 29. b

tiationis est, vt propitietur vobis dominus deus vester.]^g Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis, & quæ operis quippiam fecerit, delebo eam de populo suo. Nihil ergo facietis operis in eo. Legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus, & habitationibus vestris. Sabbatum requietionis est: & affligetis animas vestras.^h Die nono mensis septimi, à vespere vsque ad vesperum celebrabitis sabbata vestra. Et locutus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel.ⁱ A quintodecimo die mensis huius septimi, erunt feriæ tabernaculorum septem diebus domino. Dies primus vocabitur celeberrimus atque sanctissimus: Omne opus seruile non facietis in eo, & septem diebus offeretis holocausta domino.^k Dies quoque octauus erit celeberrimus, atque sanctissimus, & offeretis holocaustum domino. Est enim cœtus] atque collecta. Omne opus seruile non facietis in eo.^l Hæ sunt feriæ domini, quas vocabitis celeberrimas atque sanctissimas:] offeretisque in eis oblationes domino, holocausta, & libamenta iuxta ritum vniuscuiusque diei: exceptis sabbatis domini, donisque vestris, & quæ offeretis ex voto, vel quæ sponte tribuetis domino.^m A quintodecimo ergo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias domini septem diebus. Die primo & die octauo erit sabbatum, id est, requies. Sumetisque vobis die primo, fructus arboris pulcherrimæ, spatulasque palmarum, & ramos ligni densarum fronditum, & salices de torrente: & latabimini coram domino deo vestro, celebrabitisque solennitatem eius septem diebus per annum. Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris.ⁿ Mense septimo festa celebrabitis, & habitabitis in vmbraculis septem diebus. Omnis qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis, vt discant posteri vestri quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Ægypti. Ego dominus deus vester. Locutusque est Moyses super solennitatis domini ad filios Israel.

g. Anima quæ non fuerit afflicta, subaudi, per disciplinam, per merum correctionem, per penitentiam satisfactionem, per cordis contritionem, per conscientie purificationem. Aug. de speculo peccatoris. cap. 6. Quod vobis illo die perfectum & absolutam quietem in qua desistemus ab omnibus operibus sinis consequuturi facti docuit dum illud tempus nominavit sabbata sabbatorum; Proco. ibidem.

h. Festu tabernaculorum, s. festum 15. die Septembris, in memoriam defecti per 40. annos in tabernaculis.

i. Festu collecta.

6. Festum, 22. die Septembris. 8. Collectio, Heb. ecclesiæ; Gra.

9. Contiocationes sanctas. K. Quod dicitur, hæ sunt ferie Domini quas vocabitis celeberrimas, ad illas tres respicit quas principales nominavit; pascha, pentecostem, & sennephegiam. Radulphus.

l. Inter festa igitur veteris legis erant iuge sacrificium quolibet die, mane & vespere, immolabantur agni. Sabbatum quilibet hebdomada. Neomenia; quilibet prima die mensis, prout iam dicta sunt. Primum in memoriam perpetuæ beatitudinis diuina. Secundum in memoriam creationis rerum. Tertium in memoriam operis diuina gubernationis. vt Num. 28 m. Videtur hoc loco prædicere consummationis tempus, quo quilibet remuneracionem accipiet eorum quæ hic operati sunt. Tunc recedit tempus, & iudicij tempestas accedit, in qua nihil amplius operari licet. Proco. ibid.

Lucernarum concinnandarum, panumque propositiois ordinandorum ritus, blasphemorum, talionisque pena exercenda.

X X I I I I

Locutus est dominus ad Moysen, dicens: Præcipe filiis Israel, vt afferant tibi oleum de oliuis purissimum ac lucidum, ad concinnandas lucernas iugiter, extra velum testimonij in tabernaculo fœderis. Ponetque eas Aaron, à vespere vsque in mane coram domino, 'cultu rituque perpetuo] in generationibus vestris. Super candelabrum mundissimum ponetur semper in conspectu domini. Accipies quoque similia, & eoques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas. Quorum senos alitrinsecus] super mensam purissimam coram domino statues, & ponēs super eos thus lucidissimum, vt sit panis in monumentum oblationis domini. Per singula sabbata mutabuntur coram domino, suscepti à filiis Israel fœdere sempiterno: eruntque Aaron & filiorum eius, vt comedant eos in loco sancto, quia sanctum sanctorum est de sacrificiis domini iure perpetuo. Ecce autem egressus filius mulieris Israelitidis, quæ pepererat de viro Ægyptio inter filios Israel, iurgatus est in castris cum viro Israelita: Cumque blasphemasset nomen domini, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen. (Vocabatur autem mater eius Salumith, filia Dabri, de tribu Dan.) Miseruntque eum in carcerem, donec nossent quid iuberet dominus. Qui locutus est ad Moysen, dicens: Educ blasphemum extra castra, & ponent omnes qui audierunt, manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus: & ad filios Israel loqueris: Homo qui maledixerit deo suo, portabit peccatum suum: & qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur. Lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi. Siue ille ciuis, seu peregrinus fuerit, qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur. Qui percussit & occiderit hominem, morte moriatur. Qui percussit animal, reddat vicarium, id est, animam pro anima. Qui irrogauerit maculam cuiuslibet ciuium suorum, sicut fecit, sic fiet ei. Fracturam pro fractura, oculum pro oculo, denteram pro dente, resti-

a. Principalis sum. Sola lectura non de vniuersitate, sed de specie dicitur futurorum. Spes autem ipsa vt non fallat expectantes per bonum operum exhibitionem solidanda est. Oleum igitur afferendum est ad legem, sed non qualecunque, sed oleum purissimum ac lucidum charitatis. Radulphus. 1. Semper statuerit sit perpetuum. 2. Ponetque eos duobus ordinibus sex panes. 3. Sex in vno ordine, & sex in altero regione super mensam propositionis, per singula sabbata vitand.

c. Hic significat hæreticos, qui de pane diabolo geniti, & ex vtero matris ecclesie tanquam abortiu eieci, per fallaciam doctrinam dominum blasphemant. Ipsi sunt de quibus Iohannes ait: Exierunt ex nobis, sed non erant ex nobis. Bèda ibidem. 3. Vt exponeretur illis sententia domini.

d. Quasi aliud sit maledicere deo suo, aliud sit blasphemare deum: quæque illud illi sit peccatum, hoc autem sit peccatum, nefas, vt eam morte sit dignum. Aug. quæst. 87. super Leuit.

e. Lex præcipiens oculum pro oculo, denteram pro dente, iuris habet propositum, vt vniuersus, qui dum timet de suo malis patat alterius, & memo malis inueniatur. Chrysostomus, 7. cap. Matric. Romi. 12.

De feriis. E. 2.

Iohann. 7. f.

March. 12. a

123. q. 4. cap. Quid ergo. De pan. dist. 4. c. Querat.

123. q. 4. c. Reos. Exod. 27. b. March. 5. f.

Exod. 21. c. Deut. 19. d

f. Hac secundum litteram Iudaeis erant necessaria, qui non poterant capere: si quis percussit se in dexteram, maxillam, pube ei & alteram. Sed cum essent maliuoli, mala inferre uolabant, & non pati. Ideo meru altera poena erant à seclere re uocanda. Glo. ordinaria.
4. Interticiatur.

tuet. Qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur. Qui percusserit iumentum, reddat aliud: Qui percusserit hominem, punietur.] Equum iudicium sit inter uos, siue peregrinus, siue ciuis peccauerit: quia ego sum dominus deus uester. Locutusque est Moyses ad filios Israel, & eduxerunt eum qui blasphemauerat, extra castra, a lapidibus opprefferunt. Feceruntque filij Israel, sicut praeceperat dominus Moysi.

Septimi ac quinquagesimi anni lex, ac usura uitanda.

X X V.

a. Sabbatum Domini uult intelligi quod scilicet terra, nec hostium incurfionibus deus. Rata, nec cultori fuerit. negligens derelicta, sed diuino iure cepto, & diuino etiam subditia sacramto, cultus solite seritas accipiat. Radulphus.

b. Requiem terrae septimo uelque anno uult intelligi, quo iussit nihil in ea quousque operari per agriculturam. Aug. q. 89. super Leuit.

c. A te derelictas non uindemiabis.

d. Satis aperuit, nec dominum agri prohibere uelci eis quousque adhibita cultura illo anno sponte nascuntur, sed fructus redigere prohibentur. Sic ergo permissus est aliquid sumere, quomodo transiens. Aug. q. 89. ibidem.

e. In die expiationis. Anno quoque anno Septembris mense incipit.

f. Neque uindemiabis separationes eius.

g. De agro comedetis prouentum eius.

h. Deicipias.

i. Quia plurimae in istones sunt apud deum, & unusquisque sua fortetur. Qui uero non fuerit iure restituta, tandem anno remissionis gratis eum munus Dei reddit pristinis possessoribus bona illa. Procopius ibid.

k. Iuxta multitudinem annorum augetur pretium eius, & iuxta paucitatem annorum minuetur pretium illud: quia numerus prouentuum ipse uendit tibi.

l. Socio.

m. Ne quis audita moderatione uendendi & emendi se gignere ret, & condensatione ipsa noceret, eum adiuuare, facite praecepta mea. Neminem siquid uult uacare, sed secundum uirtutem fructificet: uirtutem quoque conscientia cuiusque examina. Glo. ordi.

n. Hac est benedictio, qua benedicetur omnis qui timet dominum. In sexto quippe anno sumus nos praecipue, qui & sextam huius mundi statem agimus, & sub senario sancti operis exercitio laboramus.

o. Pasce igitur sextus annus seipsum prius sua fruge, postea duos annos sequentes. Quia etiam hic habent iusti fructum suum in sanctificatione in loco diuine pacis collocati de reseruantur panis ipsius, sine uero uirum aeterna. Radulph. ibid.

p. Id est, non uendetur.

q. Annus quia in se omnes horas habet, & dies, menses, & circuitus omnes, perfectione significat: peccati autem perfectio & diuinitas non nisi perfecta penitentia emendabitur, in qua ieiunium, oratio, cilicium, elemosyna, & lachryma peraguntur: per hanc enim plena remissio acquiritur. Glo. ordinaria.

r. Conseruet domus illa quae est in ciuitate murata, &c.

s. Ciuitates Leuitarum, & domus ciuitatum possessionis eorum.

t. A Leuitis.

Locutusque est dominus ad Moysen in monte Sinai, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Quando ingressi fueritis terram quam ego dabo uobis, sabbatizetis sabbatum domino. Sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, colligesque fructus eius. Septimo autem anno sabbatum erit terrae, requietionis domini. Agrum non seres, & vineam non putabis. Quae sponte gignet humus, non metes, & uas primitiarum tuarum non colliges quasi uindemiam:] Annus enim requietionis terrae est. Sed erunt uobis in cibum, tibi & seruo tuo, ancilla tuae & mercenario tuo, & aduenae qui peregrinatur apud te. Iumentis tuis & pecoribus, omnia quae nascuntur, praebentur apud te. Iumentis tuis & pecoribus, omnia quae nascuntur, praebentur cibum. Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est, septies septem, quae simul faciunt quadragintanovem, & clanges buccina mense septimo decima die mensis propitiationis tempore in uniuersa terra uestra. Sanctificabisque annum quinquagesimum, & uocabis remissionem cunctis habitatoribus terrae tuae.

Ipse est enim Iubileus. Reuertetur homo ad possessionem suam, & unusquisque rediet ad familiam pristinam, quia Iubileus, & quinquagesimus annus. Non seretis atque metetis sponte in agro nascentia: & primitias uindemiae non colligetis,] ob sanctificationem Iubilei: sed statim ablata comedetis.] Anno Iubilei redient omnes ad possessiones suas. Quando uendes quippiam ciui tuo, uel emes ab eo, ne contristes fratrem tuum, sed iuxta numerum annorum Iubilei emes ab eo, & iuxta supputationem frugum uendet tibi. Quanto plures anni remanserint post Iubileum, tanto crescet & pretium: quanto minus temporis numeraueris, tanto minoris & emptio constabit. Tempus enim frugum uendet tibi.] Nolite affligere contribules uestros, sed timeat unusquisque deum suum, quia ego dominus deus uester. Facite praecepta mea, & iudicia custodite & implete ea, ut habitare possitis in terra absque ullo pauore, & gignat uobis humus fructus suos, quibus uescamini usque ad saturitatem, nullius impetum formidantes. Quod si dixeritis: Quid comedemus anno septimo, si non seuerimus neque collegerimus fruges nostras? dabo benedictionem meam uobis anno sexto, & faciet fructus trium annorum, seretisque anno octauo, & comedetis ueteres fruges usque ad nonum annum, donec noua nascantur edetis uetera. Terra quoque non uendetur in perpetuum, quia mea est, & uos aduenae & coloni mei estis. Vnde cuncta regio possessionis uestrae sub redemptionis conditione uendetur. Si attenuatus frater tuus uendiderit possessionem suam, & uoluerit propinquus eius, potest redimere quod ille uendiderat. Sin autem non habuerit proximum, & ipse pretium ad redimendum potuerit inuenire, computabuntur fructus ex eo tempore quo uendit, & quod reliquum est reddet emptori, sicque recipiet possessionem suam. Quod si non inuenit manus eius ut reddat pretium, habebit emptor quod emerat usque ad annum Iubileum. In ipso enim omnis uenditio redibit ad dominum, & ad possessorem pristinum. Qui uendiderit domum intra urbis muros, habebit licentiam redimendi donec unus impleatur annus. Si non redemerit, & anni circulus fuerit euolutus, emptor possidebit eam, & posterius eius in perpetuum, & redimi non poterit etiam in Iubileo. Sin autem in uilla fuerit domus, quae muros non habet, agrorum iure uendetur. Si ante redempta non fuerit, in Iubileo reuertetur ad dominum. Aedes Leuitarum, quae in urbibus sunt,] semper possunt redimi. Si redemptae non fuerint, in Iubileo reuertentur ad dominos, quia domus urbium Leuitarum pro possessionibus sunt inter filios Israel. Suburbana autem eorum

NON

† Exod. 23. b.

† De pr. di. i. c. Qui s. ali. quado, circa finem.

non ueneant; quia possessio sempiterna est. Si attenuatus fuerit frater tuus; & infirmus manu, & susceperis eum quasi adueniam & peregrinum, & vixerit tecum,]^k ne accipias vsuras ab eo, nec amplius quam dedisti. Time deum tuum, vt viuere possit frater tuus apud te. [†] Pecuniam tuam non dabis ei ad vsuram, & frugum superabundantiam non exiges. Ego dominus deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti, vt darem vobis terram Chanáan, & essem vester deus. [†] Si paupertate compulsus, vendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes seruitute famulorum, sed quasi mercenarius & colonus erit. [§] Vsque ad annum Iubileum operabitur apud te, & postea egredietur cum liberis suis, & reuertetur ad cognationem & ad possessionem patrum suorum. Mei enim serui sunt, & ego eduxi eos de terra Ægypti. Non ueneant [†] conditione] seruorum. Ne affligas cum per potentiam, sed metuitò deum tuum. Seruus & ancilla sint vobis de [†] nationibus] quæ in circuitu vestro sunt, & de aduenis qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra. Hos habebitis famulos, & hæreditario iure transmittetis ad posteros, ac possidebitis in ^m æternum. * Fratres autem vestros filios Israel ne opprimatis per potentiam. Si inualuerit apud vos manus aduenæ, atque peregrini, & attenuatus frater tuus vendiderit se ei, aut cuiquam de stirpe eius, post venditionem potest redimi. ⁿ [§] Qui voluerit ex fratribus suis, redimet eum, & patruus, & patruelis, & consanguineus, & affinis. Sin autem & ipse potuerit, redimet se, supputatis duntaxat annis à tempore venditionis suæ vsque in annum Iubileum. & pecunia qua venditus fuerat, iuxta annorum numerum, & ratione mercenarij supputata. Si plures fuerint anni qui remanent vsque ad Iubileum secundum hos reddet & pretium: * si pauci, ponet rationem cum eo iuxta annorum numerum, & reddet emptori quod reliquum est annorum quibus antè seruiuit mercedibus imputatis. ^o Non affliget eum violentè in conspectu tuo. Quòd si per hæc redimi non potuerit, anno Iubileo egredietur cum liberis suis. Mei enim sunt serui filij Israel, quos eduxi de terra Ægypti. Ego dominus deus vester.

*Dei mandata obseruantes bonis donantur, transgredientes male-
dicuntur.* X X V I.

† Exod. 20. a.
Deut. 5. a.
Psal. 96. b.



[†] Non facietis vobis ^a idolum, & sculptile, nec [†] titulos] erigetis, nec [†] insignem] lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum. Ego enim dominus deus vester. Custodite sabbata mea, & pauete ad sanctuarium meum. Ego dominus. [†] Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus suis: & terragignet germen suum, & pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium tritum vindemiam, & vindemia occupabit sementem, & comedetis panem vestrum in saturitate, & [†] absque pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis, & non erit qui exterreat. Auferam malas bestias, * & gladius non transibit terminos vestros. Persequimini inimicos vestros, & corruent coram vobis. [§] Persequentur quinque de vestris centum alienos, & centum de vobis decem milia. Cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro. Respiciam vos, & crescere faciam, [§] multiplicabimini,] & firmabo pactum meum vobiscum. Comeditis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proicietis. Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non [†] abiiciet] vos anima mea. [†] ^b Ambulabo inter vos, & ero deus vester, vósque eritis populus meus. Ego dominus deus vester, qui eduxi vos de terra Ægyptiorum, ne seruiretis eis: & qui confregi catenas [†] ceruicium vestrarum,] vt incederetis erecti. [†] Quòd si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, sed spreueritis leges meas, & iudicia mea ^o contempseritis,] vt non faciatis [†] ea] quæ à me constituta sunt, [§] & ad irritum perducatis pactum meum: ego quoque hæc faciam vobis. [§] Visitabo vos velociter in egestate,

† Deut. 28. a.

† Iob. 11. b.

† 2. Cor. 6. d.

† Deut. 28. b.
Thren. 2. f.
Malach. 2. a.

io. Nudauerit manus eius iuxta te, sustentabis eum, tam adueniam quam peregrinum, vt uiuat.
k. Qui sunt qui vsuras à fratribus exigunt, & amplius quam dederunt, nisi qui ad ea ditiosos cogunt, quæ ipsi non faciunt, quorum scilicet exemplis non prerogauerunt. Quos ipse dominus arguens: Alligant, inquit, onera graua, & impotab. &c. Radulph. ibid.
l. Erant enim omnes Hebrei serui ipsius dei immediatè: eo quod redemerat eos de seruitute Ægypti, & ideo nolbat eos aliter vendi. Secus autem erat de seruis empis aliarum nationum. De Lyra ibidem.
Multa pietate licita plena est, sed spiritalis intellectus plenior. Gloriosa ordinaria.
11. Venditione.
12. Gentibus.

m. Aeternum ergo dixit vbi non est temporis præstitutus modus quousque seruiant, sicut constitutus est eis quos in remissione dimitti iubet liberati sine. Aug. ibid.
n. Iure redemptoris gaudent illi qui sua iniuria & familiaritate, que inuis est cum peccata, possunt illius dissoluere debita: quemadmodum illi qui afferebant ad Christum paralyticum, propter fidem suam impetrarunt infirmo sanitate. Procopius ibidem.
o. De pecunia qua emptus est.

o. Violenter non affliget eum, vt scilicet si ille se redimere voluerit, ille violenta eum seruitute opprimat. Nō igitur violentus erit illi in conspectu tuo. Radulphus.

2. Quia nonnulli nobis exprobrant quod adoramus & veneramus saluatoris nostri & regine nostre deipare imaginem, insuper & reliquorum sanctorum & famulorum Christi: Audiant quòd à principio deus hominem ad suam imaginem fecit. Cuius igitur gratia inuisce adoramus, nisi quatenus ad imaginem dei facti sumus? Nam, vt inquit deifer & magnus in diuinis Basilus! Imaginis honor ad exemplaris transfertur honor. Exemplar autem est quod imaginem efformat, & ex quo quod deducitur fit. Damascenus lib. 4. cap. 17. Orthodoxæ fidei.
1. Status.
2. Sculptum, vel pictum.
* De terra.

3. Vos, multiplicabo vos;

4. Execrabitur.
5. Ambulare dicitur deus non de loco ad locum transiendo, quia impium est ita credere: sed ambulatio eius est in cordibus sanctorum delectatio. Hiero. de his que deo in facris scripturis attribuntur.
6. Iugorum vestrorum, quibus scilicet opprimebant vos Ægyptij.
7. Abominetur anima vestra.
8. Omnia.
9. Percreta faciant vos tumosiflaga, & febres ardentes.

c. Hoc filios Israel historialiter passus in iudicum lib. sic legitur. Cum scilicet Israel, a seculum debat Madian & Amalech, & ceteri orientis nationum, & apud eos signantes tentoria, sicut erant in hierbis cuncta vastabant. Sed maxime in moribus nostris hoc considerandum est. Semen quippe verbi dei, postquam diuina custodia delicti fuerimus, hostibus nobis insidiantibus diuersis modis deperit apud nos. Radulphus ibidem.

9. Fructum suum.

10. Bestiam agri, quæ orbatit vos, & pecora vestra exterminabit.

11. Per hæc castigari.

d. Gladium spiritus, quod est verbum dei, quod per prædicationes Iudæos conuincit. Nec veteri testamentum habere cum euangelio contradicant. Glosa ordinaria.

e. Hoc est, sustentaculum ciborum & victus. Panem enim doctrinam non habent Iudæi exceptis decem præceptis, quia verum prophetarum expositionem Chelid in plebique prophetarum prædicantem faciunt: alia quæ sunt in lege nolunt spiritualiter accipere, nec possunt ad litteram stare. Glosa ordinaria.

12. Exterminabo solaria vestra, ponamque cadauera vestra super cadauera.

f. Animam suam deus volentem suam dicit. Non enim est animal habens corpus & animam, neque substantia eius in di est, cuiusmodi creatura eius que anima dicitur, quam fecit. Fecit enim sicut per se iam ipse restituit, dicens: Et omne factum ego feci. August. quæst. super Leuit. lib. 3.

13. Ego in desolationem redigam.

14. Fruetur terra sabbatis suis.

15. Tunc quiescet terra, & ad votum habebit sabbata sua.

Cuius diebus desolationis quiescet.

16. Impulsi, cum declinauerint fugam gladij.

g. Cadet. i. casuros se putabit, mortem semper suspectam habentes etiam nullo persequente. i. cum nullus forte de illorum cogit lesione: & corruent, inquit, singuli super fratres suos, id est, a fratribus suis petentes auxilium, non subleuabuntur, deo quippe desistente, vana est spes in homine posita, sed corruent super eos, omnibus periculis timore concessis, nec aduersus inimicos stare audentibus. Radulphus.

17. A facie gladij nomine persequente.

18. In peccatis patrum suorum cum eis tabescent.

19. Et fruetur sabbatis suis, cui desolata fuerit illis.

20. Execrata sit anima illorum.

h. Commemorat quod pactum in monte explanatum ore proprio præmanifestauerat factis inirabilibus eorum genibus dum educebat Israelitas de Aegypto exhibuit seipsum summum deum eorum. Hæc siquidem ratione educti sunt de Aegypto, & ad hoc tot facta sunt stupenda miracula in Aegypto, & in via vsque ad montem Sinai. Caietanus ibidem.

21. Pericolum.

& ardore,] qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras. Frustra seretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hostibus vestris, & subiiciemini iis qui oderunt vos. Fugietis nemine persequente. Sin autem nec sic obedieritis mihi, addam correptiones vestras septuplum propter peccata vestra, & conteram superbiam duritiæ vestræ. Dabóque vobis coelum desuper sicut ferrum, & terram æneam. Consumetur in cassum labor vester, non proferet terra germen,] nec arbores poma præbebunt. Si ambulaueritis ex aduerso mihi, nec volueritis audire me, addam plagas vestras vsque in septuplum propter peccata vestra. Emittamque in vos bestias agri, quæ consumant vos & pecora vestra,] & ad paucitatem cuncta redigant, desertæque fient viæ vestra. Quod si nec sic volueritis recipere disciplinam,] sed ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoque contra vos aduersus incedam, & percutiam vos septies propter peccata vestra, inducamque super vos gladium, vltorem fœderis mei. Cumque confugeritis in vrbes, mittam pestilentiam in medio vestri, & trademini in manibus hostium, postquam confregero baculum panis uestri, ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus, & comedetis, & non saturabimini. Sin autem nec per hæc audieritis me, sed ambulaueritis contra me, & ego incedam aduersus vos in furore contrario, & corripiam vos septem plagis propter peccata vestra, ita vt comedatis carnes filiorum vestrorum, & filiarum vestrarum. Destruam excelsa vestra, & simulachra confringam. Cadetis inter ruinas idolorum vestrorum, & abominabitur vos anima mea, intantum vt vrbes vestras redigam in solitudinem, & deserta faciam sanctuaria vestra, nec recipiam vltra odorem suauissimum,] disperdamque] terram vestram, & stupebunt super ea inimici vestri, cum habitatores illius fuerint. Vos autem dispergam in gentes, & euaginato post vos gladium, eritque terra vestra deserta, & ciuitates vestræ dirutæ. Tunc placebunt terræ sabbata sua] cunctis diebus solitudinis suæ, quando fueritis in terra hostili. Sabbatizabit, & requiescet in sabbatis solitudinis suæ,] eo quod non requieverit in sabbatis vestris, quando habitabitis in ea. Et qui de vobis remanserint, dabo pauorem in cordibus eorum, in regionibus hostium. Terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium. Cadent nullo persequente, & corruent singuli super fratres suos, quasi bella fugientes. Nemo vestrum inimicis audebit resistere. Peribitis inter gentes, & hostilis vos terra consumet. Quod si & de his aliqui remanserint, tabescent in iniquitatibus suis in terra inimicorum suorum, & propter peccata patrum suorum, & sua affligentur:] donec confiteantur iniquitates suas, & maiorum suorum recordentur, quibus præuaricati sunt in me, & ambulauerunt ex aduerso mihi. Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducam illos in terram hostilem: donec erubescat incircumcisa mens eorum. Tunc orabunt pro impietatibus suis, & recordabor fœderis mei quod pepigi cum Iacob, & Isaac, & Abraham. Terræ quoque memor ero, quæ cum relicta fuerit ab eis, complacabit sibi in sabbatis suis, patiens solitudinem propter illos. Ipsi verò rogabunt pro peccatis suis, eo quod abiecerint iudicia mea, & leges meas despexerint. Attamen etiam cum essent in terra hostili, non penitus abieci eos, neque sic despexi, vt consumerentur, & irritum facerem pactum meum cum eis. Ego enim sum dominus deus eorum, & recordabor fœderis mei pristini,] quando eduxi eos de terra Aegypti in conspectu gentium, vt essem deus eorum. Ego dominus deus. Hæc sunt iudicia, atque præcepta, & leges, quas dedit dominus inter se & inter filios Israel in monte Sinai, per manum Moyfi.

Variorum generum vota, illorumque ac decimarum
persolutio.

XXVII.

Locutusque

† Depon. di.
i. e. Quis ali-
quando s.
Item in Leui-
tico.

A Ocutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel & di-
ces ad eos: † Homo qui votum fecerit, & sponderit deo animam
suam,] sub æstimatione dabit pretium. * Si fuerit masculus à vicesimo an-
no vsque ad sexagesimum annum, dabit quinquaginta siclos agentis ad
mensuram sanctuarij: si mulier, triginta. A quinto autem anno vsque ad vi-
cesimum, masculus dabit viginti siclos: fœmina, decem. Ab vno mense vsque ad annū
quintum, pro masculo dabuntur quinque sicli: pro fœmina, tres. Sexagenarius & ultra
masculus, dabit quindecim siclos: fœmina, decem. Si pauper fuerit, & æstimationem
reddere non valebit, stabit coram sacerdote, & quantum ille æstimauerit & viderit
eum posse reddere, tantum dabit.] Animal autem quod immolari potest domino, si
quis vouerit, sanctum erit, * & mutari non poterit, † id est, nec melius malo, nec peius
bono.] Quod si mutauerit, * & ipsum quod mutatum est, & illud pro quo mutatum
est, consecratum erit domino, † Animal immundum quod immolari domino
non potest, si quis vouerit,] adducetur ante sacerdotem, qui diiudicās vtrum bonum
an malum sit, statuet pretium. * Quod si dare voluerit is qui offert, addet super æsti-
mationem, quintam partem. † Homo si vouerit domum suam, & sanctificauerit do-
mino,] considerabit eam sacerdos vtrum bona an mala sit, & iuxta pretium quod ab
eo fuerit constitutum, venundabitur. Sin autem ille qui vouerat, voluerit redimere
eam, dabit quintam partem æstimationis supra, * & habebit domum. Quod si a-
grum possessionis suæ vouerit, & consecrauerit domino: iuxta mensuram sementis
æstimabitur pretium. † Si triginta modis hordei seritur terra, quinquaginta sicli
venundetur argenti.] Si statim ab anno incipientis Iubilei vouerit agrum, * quanto
valere potest, tanto æstimabitur. Sin autem post aliquantum temporis, supputabit
sacerdos pecuniam iuxta annorum qui reliqui sunt, numerum, vsque ad Iubileum:
& detrahetur ex pretio. † Quod si voluerit redimere agrum ille qui vouerat, addet
quintam partem æstimatæ pecuniæ, & possidebit eum. Sin autem noluerit redimere,
sed alteri cui libet fuerit venundatus, ultra eum qui vouerat, redimere non poterit:
quia cum Iubilei venerit dies, sanctificatus erit domino, * & possessio consecrata ad
ius pertinet sacerdotum. Si ager emptus est & non de possessione maiorum sanctifi-
catus fuerit domino, supputabit sacerdos iuxta annorum numerum vsque ad Iubi-
leum pretium, & dabit ille qui vouerat eum * domino. In Iubileo autem reuertetur
ad priorem dominum qui vendiderat eum, & habuerat in sorte possessionis suæ.
Omnis æstimatio siclo sanctuarij ponderabitur. † Siclus viginti obolos habet. † Pri-
mogenita quæ ad deum † pertinent,] nemo sanctificare poterit, & vouere. Siue bos,
siue ovis fuerit, domini sunt. Quod si immundum est animal, redimet qui obtulit
iuxta æstimationem suam, & addet quintam partem pretij. † Si redimere noluerit,
vendetur alteri, quantumcunque fuerit ante æstimatum. Omne † quod domino con-
secratur,] siue homo fuerit, siue animal, siue ager, non veniet, nec redimi poterit
quicquid semel fuerit consecratum. Sanctum sanctorum erit domino. Et † omnis con-
secratio quæ] offertur ab homine, non redimetur, sed morte morietur. † Omnes
decimæ terræ, siue de pomis arborum, siue de frugibus, domini sunt, & illi
sanctificantur. Si quis autem voluerit redimere decimas suas, addet quin-
tam partem earum. Omnium decimarum bouis & ovis & capræ quæ
sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum venerit, sanctifi-
cabitur domino. Non † eligetur nec bonum, nec malum, nec
altero commutabitur. Si quis mutauerit, & quod mu-
tatum est, & pro quo mutatum est, sanctificabi-
tur domino,] & non redimetur. Hæc
sunt præcepta, quæ mandauit domi-
nus Moyli ad filios Israel,
in monte Sinai.

† Exo. 30. b.
Nume. 3. g.
Lezech. 45. d.
† 12. q. 2. ca.
Nulli licet.

† 16. q. 7. ca.
Omnes de-
cimæ
De decimis
c. 1. e. Tuae.
Lol. 6. c. d.

1. Cum quis distinxerit votum
in æstimatione tua animatum
domino.
a. Annus vicesimus initium est
æstatis ad res gerendas habitus,
& sexagesimus finis. Corpora
tum vigent prudens idque in-
nascitur senilibus annis. Si quis
verò consideret spiritus, (v. ha-
bet adagium) Inueniet mulie-
brem naturam minus quam vi-
rilem potestis habere respectu
etiam primæ creationis, illius
temporis quo primum creati
sunt. Procopius ibidem.
2. Æstima. se eum sacerdos
secundum id quod apprehendit
re poterit manus videntis, sic
æstimabit eum sacerdos.
3. Nec æstimabit eum
4. Nec bonum in malum, nec
malum in bonum.
5. Animal pro animali.
6. Et si verique fuerit animal
immundum, de quo non offer-
unt sacrificium domino.

* Et secundum æstimationem
sacerdotis, sic erit.

† Qui sanctificauerit domum
domum suam in sanctificatio-
nem.

b. Duo votorum genera fuisse a-
pucl Hebræos hoc capitulum
testatur: quorum alterum ap-
pellatur votum æstimationis,
alterum votum destructionis.
Formalis autem differentia inter
hec duovotorum genera est
sistit in hoc, quod votum æsti-
mationis formaliter est alienus
rei vtilis, votum autem de-
structionis formaliter non pro-
mittit vtile, quodvis extenditur
etiam ad vtile sed formaliter est
ad destruendum relativè ad dei
gloriam. Caietanus.

* Ipam æstimationem.

6. Satio eorū hordei quingua-
ginta sicli argenteis æstima-
bitur.

* Hæc consistit æstimatio.

c. Ille consecrat agrum & redi-
mit agrum qui consecratus est
suum alij gubernantem nemini
sunt sed eo iuvante pronove
intendunt proprium addit, ut
se regere possit. Qui vero alio
doctore nihil proficit, nec in-
tellectum addit, cui est semper
necesse doceri, & sepe præcis
doctoribus acquiescit, non po-
test querere mercedem virtutis
qua agrum redimere veniente
Iubileo. i. tempore remissionis
transiente, scilicet præsentis vi-
re tempore erit possessio fan-
sificata domino. Glossordina.

* Sicut ager qui penitus est
adiecatus.

* Æstimationem in die ipsa,
7. Diea sunt.

d. Possit aliquis credere pri-
mogenita animalium posse ca-
dere sub voto. Hoc remouet,
cum dicitur: Nemo sanctifica-
re poterit & vouere. De Iyca.

8. Anathema quod homo a se
abdicaerit, & domino conse-
craverit.

9. Omne anathema quod.

e. Numeri sui plenitudinem
denarius continet: & sicut nu-
merus idem ab vno incipit, sic
& in decimo consummatur.
Cum igitur dominus & pri-
mogenita & decimas suas esse
testatur, mysticè nos docet ab
ipso esse quod ad bonum fue-
rimus, ab ipso vsque in finem
perferamus. Radulph. in Leui.

10. Disquiret inter bonum &
malum, nec illud permutabit.
Quod si commutatio com-
mutauerit, tam hoc quæ illud
quod permutatum est, sancti-
ficatum erit domino.

Incipit liber quartus Moysi, qui וידבר

VAIEDABBER, ID EST,
liber Numeri.

Numeratis duodecim tribuum viris bellicis, filij Levi ad deferendum tabernaculum
inflituuntur. Cap. I.

a וידבר Sinai, rubus interpretatur, sic dicitur mons, quod spiritus maxime sit obitus: vel quod iuxta illum Moyses rubum ardentem, sed incombustum viderit. Et hic mons est in Arabia, secundum Paul. Gala. 4. iuxta quem Moyses sedit cum construxit tabernaculum.
x. Iuxta domum patrum suorum.
x. Iuxta capita sua.
2. Quicunque exire possunt ad pugnam.
3. Viri de singulis tribubus, quorum quilibet sit caput familie patrum suorum. Hec autem sunt nomina victorum, qui stabunt vobiscum.
b. Quid est quod singulos de singulis tribubus eligit iubeat principes, eosque appellat וידבר, quos quidam Latini interpretes tribunos appellauerunt, à mille cognominatos: Nomen ergo commune est cum illis, qui in Exodo appellantur וידבר, quod vniquisque illorum esset mille hominum princeps. Istorum autem vniquisque milium princeps: quoniam siue à mille siue à millibus eadem compositio nominis resonat ut appellantur וידבר. August. q. 2. super Num. 4. In congregatione magni nominis princeps, tribus patrum suorum, & capita milium. x. Qui nominibus suis designati sunt.
3. Patrum suorum.
x. Per capita sua.
c. Multum etiam interest in numeratione populi à Moysi ad David. Numeratione enim à Moysi & Aaron facta à domino imperata est, & non pro elevatione, sed pro obedientia facit, ut filij Israel tabernaculum portarent secundum ordinem. A David vero numeratio pro elevatione facta est, & non à domino imperata, & ideo iure vindictam meruit. Be-da, super Reg. Num. 4. à vicesimo anno numerantur qui ad bellum eliguntur: quia ab hac ætate contra vniuersumque victorum bella nascuntur. Ideoque ad pugnam eliguntur, ut pugnent contra libidinem ne luxuria superentur. Idem ibidem.



Ocutusque est dominus ad Moysen in deserto^a Sinai in tabernaculo foederis, prima die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Aegypto, dicens: [†] Tollite summam vniuersae congregationis filiorum Israel per cognationes & [†] domos suas, & nomina singulorum, quicquid sexus est masculini ^{*} à vicesimo anno & supra, ² omnium virorum fortium] ex Israel, & numerabitis eos per turmas suas, tu & Aaron. Eruntque vobiscum ³ principes tribuum ac domorum in cognationibus suis, quorum ista sunt nomina.] De tribu Ruben, Elysur filius Sedeur. De tribu Simeon, Salamihel filius Surifaddai. De tribu Iuda, Naafon filius Amminadad. [§] De tribu Isachar, Nathanael filius Suar. De tribu Zabulon, Eliab filius Helon. Filiorum autem Ioseph: de tribu Ephraim, Elisamma filius Ammiud. De tribu Manasse, Gamaliel filius Phadassur. De tribu Benjamin, Abidan filius Gedeonis. De tribu Dan, Aliezer filius Amisaddai. De tribu Affer, Phegiel filius Ochran. De tribu Gad, Eliasaph filius Duel. De tribu Neptalin, Ahira filius Enan. Hi [†] nobilissimi principes multitudinis per tribus & cognationes suas, & capita exercitus] Israel, quos tulerunt Moyses & Aaron ^{*} cum omni vulgi multitudine, & congregauerunt primo die mensis secundi, recensentes eos per cognationes, & domos, ³ ac familias: & capita] & nomina singulorum à vicesimo anno & supra, ^{*} sicut praeceperat dominus Moysi. [§] Numeratique sunt in deserto Sinai de Ruben primogenito Israelis per generationes, & familias, ac domos suas, & nomina capitum singulorum, omne quod sexus est masculini, ^d à vicesimo anno & supra, procedentium ad bellum, quadraginta sex milia quingenti. De filiis Simeon per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum, recensiti sunt per nomina & capita singulorum, omne quod sexus est masculini, à vicesimo anno & supra, procedentium ad bellum, quinquagintanovem milia trecenti. De filiis Gad per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum, recensiti sunt per nomina singulorum à viginti annis & supra, omnes qui ad bella procederent, quadragintaquinque milia sexcenti quinquaginta. [§] De filiis Iuda per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum, per nomina singulorum à vicesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, recensiti sunt, septuagintaquatuor milia sexcenti. De filiis Isachar per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum, per nomina singulorum à vicesimo anno & supra, omnes qui ad bella procederent, recensiti sunt quinquagintaquatuor milia quadringenti. [°] De filiis Zabulon per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum, recensiti sunt per nomina singulorum, à vicesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, quinquaginta septem milia quadringenti. De filiis Ioseph, filiorum Ephraim per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum, recensiti sunt per nomina singulorum, à vicesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, quadraginta milia quingenti. [§] Porro filiorum Manasse per generationes, & familias, ac domos cognationum

e. In genesi agitur de fidelis populi electione, in exodo de legislatione, in leuitico de sacrificiis & sacerdotio, in numero rum libro ordines distinguuntur. Ordo presbiteriorum requiritur suos duces & iudices. Lorichius ibidem.

A. An. ante christum 1303. Anni mundi 2444. Exod. 30. b. infra. 22. 2.

tionum suarum, recensiti sunt per nomina singulorum à viginti annis & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, trigintaduo milia ducenti. ^f De filiis Benjamin per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum, recensiti sunt nominibus singulorum, à vicesimo anno & supra, ^g omnes qui poterant ad bella procedere, trigintaquinque milia quadringenti. De filiis Dan per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum, recensiti sunt nominibus singulorum, à vicesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, sexaginta duo milia septingenti. De filiis Asser per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum, recensiti sunt per nomina singulorum, à vicesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, quadraginta milia & mille quingenti. ^f De filiis Neptalim per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum, recensiti sunt nominibus singulorum, à vicesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, quinquagintatria milia quadringenti. ^h Hi sunt quos numerauerunt Moyses & Aaron, duodecim Principes Israel, singulos per domos cognationum suarum, fueruntque omnis numerus filiorum Israel per domos & familias suas, à vicesimo anno & supra, qui poterant ad bella procedere, sexcentatria milia virorum quingenti quinquaginta. ⁱ Leuitae autem in tribubus familiarum suarum non sunt numerati cum eis. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: ^k Tribum Leui noli numerare, neque pones summam eorum cum filiis Israel: sed constitue eos super tabernaculum testimonij. ^{*} Cuncta vasa eius, & ^l quicquid ad caeremonias pertinet] ipsi portabunt, tabernaculum & omnia utensilia eius, & erunt in ministerio, ac per gyrum tabernaculi metabuntur. Cum proficiscendum fuerit, deponent Leuitae tabernaculum: cum ^m castra metanda,] erigent. Quisquis externorum accesserit, occidetur. Metabuntur autem castra filij Israel, vnusquisque per turmas, & ⁿ cuneos, atque exercitum suum.] Porro Leuitae per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel: & excubabunt ^{*} in custodiis tabernaculi testimonij. Fecerunt ergo filij Israel, iuxta omnia quae praeceperat dominus Moysi.

Quae tribus ad quamuis mundi plagam ordinetur, recensitis familiarum principibus. II.

Locutusque est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: ^a Singuli per turmas, signa atque vexilla, & domos cognationum suarum castrametabuntur filij Israel, per gyrum tabernaculi foederis. Ad orientem ^b Iudas figent tentoria per turmas exercitus sui: eritque princeps filiorum eius Naafon filius Aminadab, & omnis de stirpe eius summa pugnantiu[m],] septuaginta quatuor milia sexcentorum. Iuxta eum ^c castrametati sunt] de tribu Isachar, quorum princeps fuit Nathanael filius Suar: & omnis numerus pugnatorum eius, quinquaginta quatuor milia quadringenti. In tribu Zabulon princeps fuit Heliab filius Helon: ^d Omnisque de stirpe eius exercitus pugnatorum,] quinquaginta septem milia quadringenti. Vniuersi qui in castris Iudae adnumerati sunt, fuerunt centum octuaginta sex milia quadringenti: & per turmas suas, primi egredientur. ^e In castris filiorum Ruben] ad meridianam plagam erit princeps Elisur filius Sedeur, & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta sex milia quingenti. Iuxta eum castrametati sunt de tribu Simeon, quorum princeps fuit Salamibel filius Surisaddai, & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quinquaginta nouem milia trecenti. In tribu Gad princeps fuit Eliafaph filius Duel:] & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadragintaquinque milia sexcenti quinquaginta. Omnes qui recensiti sunt in castris Ruben, centum quinquaginta milia, & mille quadringenti quinquaginta, per turmas suas, in secundo loco proficiscetur. ^f Leuabitur] autem tabernaculum testimonij per officia Leuitarum, & turmas eorum. Quomodo erigetur, ita & deponetur: Singuli per loca & ordines suos

^f Duodecim principes à Moyses & Aaron electi, significant duodecim prophetas & totidem apostolos à lege & sacerdotio electos ad regendam dei patri ecclesiam. Beda, ibidem.
^g Boni coniugati, quia ad significandum vice-ritum iudex & pater blando officio coniunguntur unde allud tricesimum, aliud sexagesimum, & aliud centesimum. Glos. ordi.

^h Principio numeratur populus, sed non ad pompam vanae gloriae neque ad confidentiam aliquam carnis, sed ad deum synagoga de quo iam dictum est. Viderunt principes quo affectu toties miseram celesant plebeculam. Lorchius.
ⁱ Leuitae non sunt numerati cum aliis, eo quod domino dicenti sint, sed super tabernaculum constituti. Per quos significat sanctos, quos dominus constituit super ecclesiam de mundo ad caelum portandam. Beda, ibidem.
^k Super.
^l Super omnia quae in eo sunt.

^m Figendum fuerit in tabernaculo, Leuitae ipsum.

ⁿ Quisque sub vexillo suo per exercitus suos.

^{*} Leuitae.

^a Docuit quid exercitus dei de terra Aegypti exiens, & per desertum transiens visurus esset. Numeratus est per Moysen & Aaron, & per singulas tribus sequentibus, sub certo numero constituit. Glos. ordina.

^b Tribus Iuda ante Isachar pugnatur, eo quod Iudas fuerit pugnator: ve dicitur: Catulis Iudae, &c. Vel eo quod Christus dixerit ab illo sumeret: vel ne illi inuiderent postea, quando regnum assumeret: dum illum dei sententia prius ordinavit.

^c Exercitus vero eius, & numerus eorum.
^d Castrametantur qui sunt.
^e Exercitus vero eius, & numerus eorum.

^f Vexillum castrorum Ruben.
^g Manifeste describitur ordo proficiscendi, videlicet quod inter sex tribus antecedentes, & sex consequentes, medium proficiscatur tabernaculum, appositum castra Leuitarum. Et ratio redditur, quia quemadmodum leuitae cum tabernaculo medijs castrametantur inter tribus duodecim, ita medijs proficiscendi debent. Caietanus ibid.
^h Rehucl.

ⁱ Proficiscetur.
^j Cum turma Leuitarum in medio castrorum: & sicut in castris morantur, sic proficiscuntur vnusquisque in gradibus suis & sub vexillis suis.

d. Quatuor plagae mundi per quas castra filiorum Israel disponentur circa tabernaculum, conuocationem & dispositionem ecclesiae significant. Vide per amplius Rabanum hic, & in Glofa ordinaria.
8. Vexilla castrorum filiorum Ephraim.

e. Dan autem non incongrue postremum ponitur, eo quod Seson ex Dan fuit, qui figuram Christi tenuit. Sic & ecclesia à confessione incipit, & ab iudicio finit. Bèta ibidem.
9. Vexillum filiorum Dan.
f. Hae plagae significant multitudinem gentium usque ad Christum tripore infidelitatis torquentem: sed repulsis Iudeis iudicio dei ecclesia dilatata æternam beatitudinem expectat. Glofa ordinaria ibidem.

g. Cum enim ageretur de numero vniuersae multitudinis ad vnam tribum pertinentis, discernendus erat sexus: ideo positum est, omnia masculina. Et ne paruuli etiam computarentur, adiunctum est, à viginti annis & supra. Rursus ut imbellis aetate senectuti annumeraretur, adiectum est, Omnis qui procedit in virtute. Aug. quæst. 2. super Num.
10. Vexilla sua.

proficiscente. ⁸ J^d Ad occidentalem plagam erunt ⁸ castra filiorum Ephraim,] quorum princeps fuit Helisama filius Ammiud. Cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta milia quingenti. Et cum eis tribus filiorum Manasse, quorum princeps fuit Gamaliel filius Phadaassur. Cunctusque exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, trigintaduo milia ducenti. In tribu filiorum Benjamin, princeps fuit Abidam filius Gedeonis: & cunctus exercitus pugnatorum eius qui recensiti sunt, trigintaquinque milia quadringenti. Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim, centum octo milia centum per turmas suas, tertij proficiscentur. ^{c f} Ad aquilonis partem castrametati sunt ⁹ filij Dan,] quorum princeps fuit Abiezer filius Amisaddai. Cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, sexagintaduo milia septingenti. ⁸ Iuxta eum fixere tentoria de tribu Asser, quorum princeps fuit Phegiel filius Ochran. Cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta milia & mille quingenti. De tribu filiorum Neptalim, princeps fuit Ahira filius Enan. Cunctus exercitus pugnatorum eius, quinquagintaria milia quadringenti. Omnes qui numerati sunt in castris Dan, fuerunt centum quinquagintaseptem milia sexcenti, & nouissimi proficiscentur. ⁸ Hic numerus filiorum Israel per domos cognationum suarum, & turmas ditius exercitus, sexcentaria milia quingenti quinquaginta. Leuitæ autem non sunt numerati inter filios Israel. Sic enim preceperat dominus Moyse. Feceruntque filij Israel iuxta omnia quæ mandauerat dominus. Castrametati sunt per ¹⁰ turmas suas,] & profecti per familias ac domos patrum suorum.

Leuitæ in tabernaculi ministerium assumpti, ascribuntur loco primogenitorum Israel.
III.

a. Quia maior aetate erat Aarō ideo narrando generationes secundum carnem præponitur Aaron. Cæterum ibidem.



¹ A sunt generationes Aaron & Moyse, in die qua locutus est dominus ad Aarōn in monte Sinai, & hæc nomina filiorum Aaron, [†] primogenitus eius Nadab: deinde Abiu, & Eleazar, & Ithamar. Hæc nomina filiorum Aaron sacerdotum, qui vincti sunt: & quorum repleta & consecrata manus, vt sacerdotio fungerentur. ^{† b} Mortui sunt enim Nadab & Abiu, cum offerrent ignem alienum in conspectu domini, in deserto Sinai absque liberis, functique sunt sacerdotio Eleazar, & Ithamar coram Aaron patre suo. Locutusque est dominus ad Moyse, dicens: ^{† c} Applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis, vt ministrent ei, & excubent, & obseruent quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij, vt custodiant vasa tabernaculi, seruientes in ministerio eius. ⁸ Dabisque dono Leuitas Aaron & filiis eius, quibus traditi sunt à filiis Israel: Aaron autem & filios eius constitues [†] super cultum sacerdotij.] [†] Externus qui ad ministrandum accesserit, morietur. Locutusque est dominus ad Moyse dicens: ego tuli Leuitas à filiis Israel pro omni primogenito qui aperit vuluam in filiis Israel: eruntque Leuitæ mei. [†] Meum est enim omne primogenitum. ² Ex quo] percussi primogenitos in terra Aegypti, sanctificaui mihi quicquid primum nascitur in Israel. Ab homine vsque ad pecus, mei sunt. Ego dominus. Locutusque est dominus ad Moyse in deserto Sinai, dicens: Numera filios Leui per domos suarum suorum, & familias, omnem masculinū ab vno mense & supra. ⁸ Numerauit Moyse vt præceperat dominus, & inuenti sunt filij Leui per nomina sua: Gerson, & Caath, & Merari. ³ Filij Gerson:] Lebni, & Semei. Filij Caath: Amram, & Iessaar, Hebron, & Oziel. Filij Merari: Mooli, & Musi. ^{*} De Gerson fuere familie duæ: Lebnitica & Semeitica, quarum numeratus est populus sexus masculini ab vno mense & supra, septem milia quingentorum. ⁴ Hi] ^{*} post tabernaculum metabuntur ad occidentem, sub principe Eliasaph filio Lael: & habebunt excubias in tabernaculo fœderis. Ipsum tabernaculum, & operimentum eius, tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis, & cortinas atrij: tentorium quoque quod

b. Hebraei iustos quibus eueniunt mala, & impios quibus accidunt opera istorum, filios Aaron interpretantur & Manassen: quod illi sacrificantes perierunt, & ille post raris mala & captiuitate in imperium restitutus sit. Hiero. super 8. cap. Ecclesiast.

c. Indicit igitur censum tribuum excepta Leuitas, eiusque cura principibus demandata numerum eorum qui militari aetate essent, ad se referri iubet. Leuitæ enim sacri erant, & immunes à militia. Ideo factis destinati altari seruire debebat. Ioseph. lib. 7. ca. 11. Antiquit. Iudaic.

1. Vt custodiast sacerdotium suum.

2. A die qua egit.
3. Et hæc sunt nomina filiorum Gerson, in generationibus suis. ^x Hæc sunt cognationes Leuitarum iuxta domos patrum suorum. ² Porro cognationes Gersonicæ.

4. Iosaphus castrametationem qualis fuerit ita describit: Cæpaso igitur, inquit, tabernaculo, in medio castrorum illud castrum, tribus tribubus per latera singula tendentibus, inter quas vix intercedebant. Foris quoque eorum ventalis est propositum, & interces suo quaque loco disposita: adentranteque officios omnium atrium in suis officinis, vt planè euittat videretur huc atque illuc commeans: Ioca autè tabernaculo proxima sacerdotes occupabant, ad deinceps Leuitæ. Ioseph. lib. 7. cap. 15. Antiquit. Iudaicæ.

† Exod. 6. d. infra. 26. g.

† Leuit. 10. a. 16. a. 1. Para. 24. a. 1. infra. 26. g.

† 21. dist. c. 1.

† 21. dist. c. 7. a. 8. a. d. c. Propositi, & c. Plurimot. † 15. q. 1. ca. Nec is qui. infra. 8. c. Exod. 13. a.

quod appenditur in introitu atrij tabernaculi, & quicquid ad ritum altaris pertinet: **D** funes tabernaculi & omnia utensilia eius. Cognatio Caath habebit populos, Amramitas, & Iessaritas, & Hebronitas, & Ozielitas. Hæ sunt familiae Caathitarum, recensitæ per nomina sua: omne generis masculini ab vno mense & supra, octo milia sexcenti habebunt excubias sanctuarij, & castrametabuntur ad meridianam plagam. Princepsque eorum erit Elisaphan filius Oziel: & custodient arcam, mensamque, & candelabrum, altaria, & vasa sanctuarij, in quibus ministratur, & velum, cunctamque huiuscemodi supellestem. Principes autem principum Leuitarum, Eleazar filius Aarō sacerdotis, erit super excubiores custodiae sanctuarij. At verò de Merari erunt populi, Moolitæ & Mulitæ recensiti per nomina sua, omnes generis masculini ad vno mense & supra, sex milia ducenti: Princeps eorum Suriel filius Abiaiel, in plaga septentrionali castrametabuntur. Erunt sub custodia eorum tabulae tabernaculi, & vestes, & columnæ, ac bases earum, & omnia quæ ad cultum huiuscemodi pertinent, columnæque atrij per circuitum cum basibus suis, & paxilli cum funibus. Castrametabuntur ante tabernaculum fœderis, id est, ad orientalem plagam: * Moyses & Aaron cum filiis suis, habentes custodiam sanctuarij in medio filiorum Israel. Quisquis alienus accesserit, morietur. Omnes Leuitæ quos numerauerunt Moyses & Aaron, iuxta præceptum domini] per familias suas in genere masculino, à mense vno & supra, fuerunt vigintiduo milia. Et ait dominus ad Moysen: Numera primogenitos sexus masculini de filiis Israel, ab vno mense & supra, & habebis summam eorum. Tollisque Leuitas mihi, pro omni primogenito filiorum Israel. Ego sum dominus. Et pecora eorum, pro vniuersis primogenitis pecorum filiorum Israel. Recensuit Moyses, sicut præceperat dominus, primogenitos filiorum Israel: & fuerunt masculi per nomina sua à mense vno & supra, vigintiduo milia ducenti septuagintatres. Locutusque est dominus ad Moysen: [†] Tolle Leuitas pro primogenitis filiorum Israel, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum: eruntque Leuitæ mei. Ego sum dominus. In pretio autem ducentorum septuagintatium, qui excedunt numerum Leuitarum, de primogenitis filiorum Israel, accipies quinque siclos per singula capita, ad mensuram sanctuarij. Siclus habet viginti obolos. Dabisque pecuniam Aaron & filiis eius, pretium eorum qui supra sunt. Tulit igitur Moyses pecuniam eorum qui fuerant amplius, & quos redemerat à Leuitis pro primogenitis filiorum Israel, mille trecentorum sexaginta quinque siclorum iuxta pondus sanctuarij, & dedit eam Aaron & filiis eius, iuxta verbum quod præceperat sibi dominus.

† De voto. c. Magna.

† Exod. 30. b. Leuit. 27. c. Ezech. 43. d. Infra. 3. c.

Ritus & officia Leuitarum iuxta cuiusque familiam distribuuntur.

IIII.

† 92. dist. c. Diaconi sunt 4. Para. 5. b.



Locutusque est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: [†] Tolle summam filiorum Caath, de medio Leuitarum, per domos, & familias suas, à tricesimo anno & supra, vsque ad quinquagesimum annum, omnium qui ingrediuntur, vt stent & ministrent] in tabernaculo fœderis. [†] Hic est cultus filiorum Caath. Tabernaculum fœderis, & sanctum sanctorum ingrediuntur Aaron & filij eius, quando mouenda sunt castra, & deponent velum [†] quod pendet ante fores,] inuoluentque eo arcam testimonij, & operient rursus velamine hyacinthinarum] pellium, extendentque desuper pallium totum hyacinthinum, & inducent vestes. Mensam quoque propositionis inuoluent hyacinthino pallio, & ponent cum ea [†] thuribula, & mortariola, cyathos, & crateras, ad liba fundenda.] & [†] Panes semper in ea erunt. Extendentque desuper pallium] coccineum, quod rursus operient velamento hyacinthinarum] pellium & inducent vestes. Sument & pallium hyacinthinum, quo operient candelabrum, [†] cum lucernis, & forcipibus suis, & emunctorijs, & cunctis vasis olei quæ ad cocinnandas lucernas necessariae sunt: & super omnia ponent operimentum hyacinthinarum pellium, & inducent vestes. Necnon & altare aureum inuoluent hyacinthino vestimento, & extendent

d. Inter vasa tabernaculi erat candelabrum & mensa propositiois & vasa eorum. De quibus non potest dici quod essent sub cura Geronitarum. De Iyra.

e. Hæc significat post lucem scientie percepta prædicatorum verbum patientie & solarij debere cum discretione proximis impendere sub Eleazare id est dei adiutorio. Secudum illud: Nisi dominus edificauerit domum, in vanum laborauerunt qui edificauerunt eam. Glosa ordi.

f. Diversi sunt isti fines 3. sicut assignatis Geronitis. Nam illi sunt cortinarum, isti verò sunt columnarum. Caietanus. * A facie tabernaculi testimonij ad exitum solis, castra ponent. g. Querendum quomodo dixerit in Leuitico: Qui tetigerit tabernaculum sanctificabitur hic autem dicit: Quisquis alienus accesserit, morietur, volent intelligere eos qui non essent de tribu Levi. An forte hic accesserit, morietur, ad obsequium dixerit seruatus, quod à filiis Leuitis debet tabernaculo preceptum. August. quest. 5. super Nume.

h. Verbum quod præceperat ei dominus.

i. Tolle numerum nominum. h. Fortunatos efficiam promptos & industrios in facris solis domini numeris. Itã verò hæc familiaritate nõ caro ipsa ac humanum Leuitarum genus, circumscribitur sed ipsa electio unde est profecta. Omnis enim dei proprius est qui in rebus diuinis operam sedula collocat. Procopius ibidem.

† Et quinquaginta.

* Redemptio filij.

a. Filij Levi distinguuntur primo Caathitæ, dein Geronitæ, Tertio Meraritæ. Loricis ibidem.

1. Qui unquam egredi potest ad militiam, vt faciat opus.

2. Hoc autem est opus filiorum Caath in tabernaculo testimonij sanctum sanctorum. Venient itaque.

* Interficij, videlicet quod est inter sanctum & sanctum sanctorum.

3. Taxopium.

4. Patetas, cochlearia, dimidiatas fistulas, & cyathos libationis.

b. Non vtrique isti semper sunt per eam erunt, sed similes eorum: quia illi auferebantur, & recetes quotidie ponebantur, dum tamen sine panibus non relinquerent. Aug. q. 7. super Nume.

5. Super ista pannum.

6. Taxonum, & infusa.

* Luminaria.

g. iij

dēsuper operimentum hyacinthinarum pelliunt; inducētque v̄ctes. ⁶ Omnia vasa quibus ministratur in sanctuario, inuoluent hyacinthino pallio, & extendent dēsuper operimentum hyacinthinarū pellium, inducētque v̄ctes. Sed & ⁷ altare mundabunt cinere, & inuoluent illud purpureo ⁸ vestimento,] ponētque ⁹ cum eo] omnia vasa quibus in ministerio eius vtuntur, id est, ¹⁰ ignium receptacula, fuscinulas, ac tridentes, vncinos, & batilla.] Cuncta vasa altaris operient simul velamine hyacinthinarum pellium, & inducent v̄ctes. Cūmque inuoluerint simul velamine hyacinthinarum, & omnia vasa eius ¹¹ in commotione castrorū,] tunc intrabunt filij Caath vt portent inuoluta, & ¹² non tangent ¹³ vasa sanctuarij,] ne moriantur. Ista sunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis, ¹⁴ super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis,] ad cuius pertinet curam oleum ad concinnandas lucernas, & compositionis incensum, & sacrificium quod semper offertur, & oleum v̄ctionis, & quicquid ad cultū tabernaculi pertinet: omniumque vasorum quæ in sanctuario sunt. Locutusque est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Nolite perdere populū Caath de medio Leuitarum: sed hoc facite eis vt viuant, & non moriantur, ¹⁵ si tetigerint] sancta sanctorum. Aaron & filij eius intrabunt, ipsique disponent opera singulorum, & diuident quid portare quis debeat. ¹⁶ Alij nulla curiositate videant, quæ sunt in sanctuario priusquam inuoluantur, alioquin morientur. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens. ¹⁷ Tolle summam etiam filiorum Gerson per domos, ac familias, & cognationes suas, à triginta annis & suprā, vsque ad annos quinquaginta. ¹⁸ Numeram omnes qui ingrediuntur, & ministrant] in tabernaculo fœderis. Hoc est officium familiæ Gersonitarum, vt portēt cortinas tabernaculi & tectum fœderis, operimentū ¹⁹ aliud, & super omnia velamen hyacinthinum,] tentoriumque quod pendet in introitu tabernaculi fœderis, cortinas atrij, & velum ²⁰ in introitu, quod est ante tabernaculum. ²¹ Omnia quæ ad altare pertinent, funiculos,] & vasa ministerij, iubente Aaron & filiis eius, portabunt filij Gerson: & scient singuli cui debeant oneri m̄cipari. Hic est cultus familiæ Gersonitarum in tabernaculo fœderis. Erūntque sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. Filios quoque Merari per familias & domos patrum suorum recensēbis, ²² à triginta annis & suprā, vsque ad annos quinquaginta: ²³ omnes qui ingrediuntur ad officium ministerij sui, & cultum fœderis] testimonij. Hæc sunt onera eorum: ²⁴ Portabunt tabulas tabernaculi & v̄ctes eius, columnas & bases earum, columnas quoque atrij per circuitū cum basibus, & paxillis, & funibus suis. Omnia vasa, & supellectilem ad numerum accipient, sicque portabunt. Hoc est officium familiæ Meraritarum, & ministerium in tabernaculo fœderis: erūntque sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. Recensuerunt igitur Moyses & Aaron & principes Synagoga filios Caath per cognationes, & domos patrum suorum, à triginta annis & suprā, vsque ad annum quinquagesimum, ²⁵ omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi] fœderis, & inuenti sunt duo milia septingenti quinquaginta. ²⁶ Hic est numerus populi Caath, ²⁷ qui intrant tabernaculū] fœderis. ²⁸ Hos numerauit Moyses & Aaron iuxta sermonem domini per manum Moysi. Numerati sunt & filij Gerson per cognationes & domos patrum suorum, à triginta annis & suprā, vsque ad quinquagesimum annum, omnes qui ²⁹ ingrediuntur] vt ministrent in tabernaculo fœderis, & inuenti sunt duo milia sexcenti triginta. Hic est populus Gersonitarum, quos numerauerunt Moyses & Aaron, iuxta verbum domini. Numerati sunt & filij Merari per cognationes, & domos patrum suorum, à triginta annis & suprā, vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis, & inuenti sunt tria milia ducenti. Hic est numerus filiorū Merari, quos recensuerūt Moyses & Aaron, iuxta imperium domini per manum Moysi. ³⁰ Omnes qui recensiti sunt de Leuitis, & quos fecit ad nomen, Moyses & Aaron & principes Israel per cognationes, & domos patrum suorum, à triginta annis & suprā, vsque ad annum quinquagesimum, ingredientes ad ministerium tabernaculi, & onera portanda, fuerunt simul octo milia quingenti octuaginta. Iuxta verbum domini recens-

7. Super altare à cinere repurgatum expandent pannū purpureum.
8. Super ipsum.
9. Pateras carbonarias, fuscinulas, palas, & peluis.

10. Quando transferenda sunt c. Ex hoc foras loco semper est quod apud nos laici prohibentur calices, & patenas contingere vt alia penē infinita lege accepta sunt quia illa erant typus istorum quomobrem nō videtur esse continentendum: eoque magis reuerentia exhibenda est, quo hæc sunt illis longe meliora quamquā nō in hoc pietas pasta est. Eugubinus lib. 11. Villum sanctum.
11. Functio autem Eleazar filij Aaron sacerdotis erit oleum luminaris, incensum aromaticum.
12. Cum accesserint ad.

14. Ipsi autem non introeant, vt videant eum sancta inuoluitur, ne moriantur.

15. Quicumque ad pugna egredi potest, vt ministret.

16. Eius, & operimentum traxerunt, quod est super illud in primo loco.

17. Quod est in introitu portæ atrij, per circuitum tabernaculi, & altaris cum fuscinulis. Et accipitur hic vasa, id est, instrumenta, secundum modū loquendi Hebraicum. Vnde & 1. Reg. 10. vbi dicitur de Ionatha quod tradidit puero arma sua, in Hebraeo habetur vasa sua. De lyra ibidem.

18. Tricenarius qui denario ter multiplicato componitur, inter giratem fidei, & perfectionem operis significat sine quibus nemo accedere debet ad diuinam ministeria. Glossa ordi. ibidem.
19. Omnem qui ad pugnam egredi potest, vt exequantur ministerium in tabernaculo.
20. Pro vniuerso ministerio eorum in tabernaculo testimonij.

29. Omnes qui ad bellum procedere poterant, vt ministrarent in tabernaculo.

20. Quicumque ministrare poterant in tabernaculo.
f. Cum Caath mediam ætatem inuenerit Gerson, & Merari teneret, gloriam illam præ se est consequutus, vt ex sua stirpe sacerdotes, quorū singuli principem habent proprium, & militat. Supremus vero princeps inter principes Leuiticos Eleazar Aaronis filius est. Ad hunc sanē modū cuius Christiano angelus sic proprius licet: omnium tamen vnus dominus & rex est Christus. Dominus enim ille dominatium & rex regnantium. Procopius ibidem.

21. Ad militiam exire poterant, & infra.

g. Numerus filiorum Leui speciali recensetur celebritate, vt appareat quare cum aliis comtribulibus suis non sint munerati. Grandis honos, quia grande munus, & quia grande munus, grande ergo & onus. Loricatus ibidem.

recensuit eos²² Moyses; vnumquemque iuxta officium, & onera sua, sicut praeceperat dominus.

22. Aaron per manum Moysi.

Immundi extra castra arcendi, lex primitiarum & zelotypia.

V.

Locutusque est dominus ad Moysen dicens: Praecepit filiis Israel, ^a vt eiciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutusque est super mortuo. Tam masculum quam foeminam eicite de castris, ne contaminent ea, cum habitauerint vobiscum. Feceruntque ita filij Israel, & eiecerunt eos extra castra, sicut locutus erat dominus Moysi. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad filios Israel: Vir siue mulier, cum fecerint ex omnibus peccatis, quae solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum domini, atque deliquerint,] confitebuntur peccatum suum ¹; & reddent ipsum caput, quintamque partem ² desuper,]ei in quem peccauerint. Sin autem non fuerit qui recipiat, ³ dabunt domino,] & erit sacerdotis, excepto ariete qui offertur pro expiatione, vt sit placabilis hostia. Omnes quoque primitiae quas offerunt filij Israel, ad sacerdotem pertinent: & quicquid in sanctuarium offertur a singulis, & traditur manibus sacerdotis, ipse erit. ⁴ Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: Vir cuius vxor errauerit, ⁵ in matrimoniumque continens dormierit cum altero viro, & hoc maritus deprehendere non quierit, sed latet adulterium,] & testibus argui non potest, quia non est inuenta in stupro: si spiritus zelotypiae concitauerit virum contra vxorem suam, quae vel polluta est, vel falsa suspitione appetitur: adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa, decimam partem sari farinae ^b hordeaceae. Non fundet super eam oleum, nec imponet thus, quia sacrificium zelotypiae est, & oblatio ⁷ inuestigans adulterium.] Offeret igitur eam sacerdos, & statuet coram domino, assumetque aquam sanctam in vase fictili, & paulillu ⁸ terrae] de pavimento tabernaculi mittet in eam. Cumque steterit mulier in conspectu domini, discooperiet caput ⁹ eius,] & ponet super manus illius sacrificium recordationis, ¹⁰ & oblationem] zelotypiae, ¹¹ & ipse autem ¹² tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congesit,] adiurabitque eam, & dicet! Si non dormiuit vir alienus tecum, & si non polluta es deserto mariti thoro, ¹³ non te nocebunt aquae istae amarissimae in quas maledicta congesit.] Sin autem declinasti a viro tuo, atque polluta es, & ¹⁴ concubisti cum altero, his maledictionibus subiacebis.] Det te dominus in maledictionem, ¹⁵ exemplumque cunctorum in populo suo. Putrescere faciat] femur tuu, & ¹⁶ tumens vterus tuus dirupatur. Ingrediantur aquae maledictae in ventrem tuum, & vtero tumescente putrescat femur. Et respondebit mulier: Amen, amen. Scribetque sacerdos in libello ista maledicta, & ¹⁷ delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congesit:] & dabit ei bibere. ¹⁸ Quas cum exhauerit,] tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypiae, & eleuabit illud coram domino, ¹⁹ imponetque illud super altare,] ita duntaxat vt prius pugillum sacrificij tollat de eo quod offertur ²⁰, & incendat super altare, & sic potum det mulieri aquas amarissimas. Quas cum biberit, si polluta est, & contempto viro adulterij rea, pertransibunt eam aquae maledictionis, & inflato ventre computrescet femur, eritque mulier in maledictionem, ²¹ & in exemplum omni populo.] Quod si polluta non fuerit ²², erit innoxia, & faciet liberos. Ista est lex zelotypiae. Si declinauerit mulier a viro suo, & si polluta fuerit, maritusque zelotypiae spiritu concitatus adduxerit eam in conspectu domini, & fecerit ei sacerdos iuxta omnia quae scripta sunt, maritus absque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam.

Nazaraeorum consecratio & ritus, populi que a sacerdotibus benedictio.

VI.

Lex Nazaraeorum.

Locutus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: ^a Vir siue mulier cum fecerint votum, vt sanctificentur: & se voluerint domino consecrare,] a vino & ² omni quod inebriari potest, abstinebunt.] Acetum ex vino, & ex qualibet alia potione, & quicquid

^a Qui ex voto se consecrant, Nazarati dicuntur, capillum alentes, & vinum non gustantes, sed capillum consecrant, victimas eorum sacerdotibus cedere. Iosephus libro 4. Antiquit. Iudaeicae, cap. 4.
¹ Separauerint se vouendo votum Nazarati, & domino se deuouerint.
² Siccera separabunt se.

^a Leprosi haeretici sunt fluxu cogitatione vel nimis verbosi immundi super moruo in opere. Tales a castris ecclesiae separantur, ne contagione mortuum suorum vitam polluant in nocentium. Beda super 5. cap. Numerorum.
¹ In quoru medio ego habitabam.
² Præiuratici fuerint prauiurationem in dominum, & deliquerit anima ipsa.
³ Quod fecerunt.
⁴ Superaddent, & dabunt.
⁴ Reddatur delictu domino.
⁵ Omnis oblatio omnium sanctuarium filiorum Israel, quam offerent sacerdoti, ipsius erit viri quoque sanctitates ipsius erunt: & quicquid homo dedit sacerdoti, ipse erit.
Lex zelotypiae.
⁶ Et prauiuratio in eum prauiurata fuerit, dormieritque vit cum ea commixione feminis, & abconditum fuerit ab oculis matris eius, atque celatum quod illa inuanda facta sit.
^b Non siliqum nec triticum: quonia id quod gerebatur lucus erat, & inculatio suspicio, que forma sacrificij domesticae calamitate imitabatur. Chrysol. Iudeus, orat. 4.
⁷ Pro intentione, recordari faciens iniquitatem.
⁸ Pulueris.
⁹ Mulieris.
¹⁰ Quae est oblatio.
¹¹ Sacerdos.
¹² Et maledicta.
¹³ Liberaberis vt innocens ab aquis istis amarissimis & maledictis
¹⁴ Posuit vt concluditum suu in te, praeter matrem tuam. Adiurabitque sacerdos mulierem iudicando execrationis, & dicit sacerdos ad mulierem.
¹⁵ Et adiurationem in medio populi tui, cum fecerit dominus corruere.
¹⁶ Inflati vterum tuum.
¹⁷ Rati mites ea in aquas amarissimas maledictas.
¹⁸ Vt intene in eam aquae illae amarae & maledictae. Et.
¹⁹ Et offeret eam ad altare.
²⁰ Pro memoriali.
^c Adulterij vique adeo execratur, et vt eius suspitione cetero velit purgari sacrificio. Lex zelotypiae aqua execrationis, eius potatio, &c. horrenda sit omnia ne credamus nequitiae esse dictu. Non concupiscit vxorem proximi tui. Id fulcit quod Chrysaire. Qui videt mulierem ad concupiscendam eam, iam mechatus est eam iu corde suo. Loricatus.
¹⁸ In melio populi sui.
²¹ Sed munda.

Ios. 3. 14. 12. 4. 4. c. in libro.

Ios. dist. 1. & c. Violentum.

3. Acinis vsque ad verticem.
 b. Neque Nazareus hoc loco significat cum qui est ex oppido Nazareth. Num. & Hebraice verumque nomen maxime distinguitur tam in scriptura quam toto ipso nomine. Siqui dem qui sanctus est, & quasi religiosus ac monachus efficitur, appellatur nazir per. 2. exile, ac leue, & zeta Græcum, & Nazareus dicitur. At qui ex oppido Nazareth, Hebraice vocatur nozi. id est Nazareus. Eugebinus ibidem.
 *Voti.

4. Iuxta eum.
 c. Quia sicut præmittitur, sanctus erit crescente cæsarie capitis eius: & quia illud incrementum à tempore quo incipit votum vsque tunc pollutum est propter casum superuenientem, ideo præcipitur talis rasis. De Iyza ibidem.
 *Rader illud.

5. Ante ostium tabernaculi.
 d. Expiabit illum ab eo quod. Prima ratione coma crasse legis deposita, Christi que regno in se dilataro omne quod in se reliquam Deo in odore fragrantie immotabit. Ac agni quidem nomine Christo in Iyza, i. animi integritatem à domino concessam offeret. Procopius ibidem.

7. Nazareus in die illo quando impleuerit dies separationis sue.
 *Deuotè.
 8. Placentas ex simila conspersa oleo.
 *Munera eorum.
 *Et faciet sacerdos oblationem eius.
 *Capitis consecrationis.
 *Toller sacerdos.

*Consecrationis, vel Nazareus.

e. Quia si Nazareus veller facere maiora sacrificia & oblationes quam sine illa qua is lege determinata sunt, poterat addere secundum voluntatem suam, & facultatem. De Iyza.

9. Annus leuiticus.
 10. Pro consecratione sua.
 11. Illuminet dominus faciem suam super te.
 12. Elenet dominus faciem suam super te.
 f. Ego dominus benedicet eis, vt gratiam traditam per ministerium ordini rásfundat hominibus, nec voluntas sacerdotis obesse aut prodesse possit, sed meritum benedictionem potestis. Aug. in quæst. veter. & noui testam. r. q. i. c. Dixit est.

a. Tabernaculum & altare, omniaque illius vasa sacro vnguento Moyses delibuit, eo quo sacerdotes & reges solebant vt facta essent, factique inferuire possent vltibus. At ea quidem nisi hominum figuram gererent, rationis & animi expectia æqualem honorem eorum ratione præditis obtinerent. Imò maiorem etiam, siquidem per ea hominibus sit accessus. Nam, si boum nulla cura deum tægit, quætominus murorum & vasorum! Proco. ibidem.
 *Vnxitque ea, atque sanctificasset ea.

1. Ministerium eorum.
 b. Plaustra que filij Israel Leuitis ad subiectionem tabernaculi obtulerunt, temporalia solatia significat, que deuoti populi prædicatoribus cospètant, vt sine cura & impedimento diuino vacent obsequio: & qui euangelium annuntiant de euangelio viuunt. Si enim semine spissitalia, non est magnè si metant temporalia. Glo. ordinaria ibidem.
 2. Ministerium eorum.
 * In sanctarum rerum ministerium.
 3. Princeps vnus per diem, & princeps vnus per diem offerent sacrificia sua.

de vna exprimitur, non bibent: vvas recentes, siccasque non comedent cunctis diebus quibus ex voto domino consecrantur. Quicquid ex vinea esse potest ab vna passa vsque ad acinum, Non comedent. ^bOmni tempore ^{*}separationis suæ [†]nouacula non transibit per caput eius, vsque ad completum diem quo domino consecratur. Sanctus erit crescente cæsarie capitis eius. Omni tempore consecrationis suæ super mortuum non ingreditur, nec super patris quidem, & matris, & fratris, sororisque funere contaminabitur: quia consecratio dei sui super caput eius est. [§]Omnibus diebus separationis suæ sanctus erit domino. Sin autem mortuus fuerit subito quispiam ⁴ coram eo, [¶]polluetur caput consecrationis eius: quod radet ilico, & in eadem die purgationis suæ, & rursus septima. ^{*}In octaua autem die offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ sacerdotis in introitu fœderis []]testimonij, facietque sacerdos vnum pro peccato, & alterum in holocaustum, & ⁶deprecabitur pro eo, quia []]peccauit super mortuo, sanctificabitque caput eius in die illo, & consecrabit domino die separationis illius, offerens agnum anniculum pro peccato: ita tamè vt dies priores irriti fiant, quoniam polluta est sanctificatio eius. ^dIsta est lex ⁷ consecrationis. [§]Cùm dies quos ex voto ^{*}decreuerat, complebuntur: []]adducet eum ad ostium tabernaculi fœderis, vt offerat oblationem eius domino, agnum anniculum immaculatum in holocaustum, & ouem anniculam immaculatam pro peccato, & arietem immaculatum hostiam pacificam, canistrum quoque panum azymorum, ⁸ qui conspersi sint oleo, []] & lagana absque fermento vncta oleo ^{*}, ac libamina singulorum, quæ offeret sacerdos coram domino: & faciet tam pro peccato, quàm in holocaustum. Arietem verò immolabit, hostiam pacificam domino, offerens simul canistrum azymorum ^{*}, & libamenta quæ ex more debentur. [†]Tunc raderetur Nazareus ante ostium tabernaculi fœderis cæsarie consecrationis suæ, tolleretque capillos ^{*} eius, & ponet super ignem qui est suppositus sacrificio pacificorum, & ^{*}armum coctum arietis, totamque absque fermento vnâ de canistro, & laganum azymum vnum, [§] & tradet in manus Nazaræi postquam rasum fuerit caput ^{*} eius, susceptaque rursus ab eo eleuabit in conspectu domini, & sanctificata, sacerdotis erunt: sicut pectusculum quod separari iussum est, & ⁹femur. Post hæc potest bibere Nazareus vinum. Ista est lex Nazaræi cum vouerit oblationem suam domino ¹⁰ tempore consecrationis suæ: []] exceptis iis quæ inuenierit manus eius. Iuxta quod mente, deuouerat, ita faciet ad perfectionem sanctificationis suæ. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere Aaron & filiis eius. [†] Sic benedicetis filiis Israel, & dicetis eis: Benedicat tibi dominus, & custodiat te. ¹¹ Ostendat dominus faciem suam tibi, []] & misceatur tui. ^{†12} Conuertat dominus vultu suum ad te, []] & det tibi pacem. Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ^f ego benedicam eis.

Israhelitarum principum oblata in templi dedicatione per duodecim dies. VII.



[†] ^a Actum est autem in die qua compleuit Moyses tabernaculum, & erexit illud: vnxitque & sanctificauit cum omnibus vasis suis altare, similiter & omnia vasa eius: obtulerunt principes Israel, & capita familiarum qui erant per singulas tribus, præfecti eorum qui numerati fuerant, munera coram domino, sex plaustra tecta cum duodecim bobus. Vnum plaustrum obtulere duo duces, & vnum bouem singuli: obtuleruntque ea in conspectu tabernaculi. Ait autem dominus ad Moysen: Suscipe ab eis, vt seruiant in ministerio tabernaculi, & trades ea Leuitis, iuxta ordinem ministerij sui. Itaque cū suscepisset Moyses plaustra & boues, tradidit eos Leuitis. ^b Duo plaustra & quatuor boues dedit filiis Gerson, iuxta [†] id quod habebant necessarium: []] quatuor alia plaustra & octo boues dedit filiis Merari, secundum officia & cultum suum, []] sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. Filiis autem Caath non dedit plaustra & boues, quia ^{*} in sanctuario seruiunt, & onera propriis portant humeris. Igitur obtulerunt duces in dedicationem altaris, die qua vnctum est, oblationem suam ante altare. Dixitque dominus ad Moysen: Singuli du-

† Iudi. 13. a
Leuit. 21. a

† Act. 21. d. e

† 2. di. c. Plurimos.

† 1. q. 1. can. Didum est. Eccl. 1. 6. c

† Exo. 40. b
De conse. di. 1. c. Tabernaculum. 1. q. 1. can. Dixitum est.

li dices per singulos dies offerant munera] in dedicationem altaris. ⁸ Primo die obtulit oblationem suam Naafon filius Amminadab, de tribu Iuda: fueruntque in ea ⁴ acetabulum argenteum,] pondus centumtriginta siclorum, ⁵ phiala argentea] habens septuaginta siclos iuxta pondus sanctuarij, vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, ⁶ mortariolum] ex decem siclis aureis plenum incenso, ⁷ bouem] de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato: & in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc est oblatio Naafon filij Amminadab. Secundo die obtulit Nathanael filius Suar, dux de tribu Isachar, acetabulum argenteum appendens centumtriginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos iuxta pondus sanctuarij, vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum habens decem siclos plenum incenso, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato: & in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Nathanael filij Suar. Tertio die princeps filiorum Zabulon, Heliab filius Helon, obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, ⁸ vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato: & in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc est oblatio Heliab filij Helon. Die quarto princeps filiorum Ruben, Elisur filius Seduc, obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato: & in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Elisur filij Seduc. Die quinto princeps filiorum Simeon, Salamihel filius Surifaddai, obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato: & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. ⁸ Hæc fuit oblatio Salamihel filij Surifaddai. Die sexto princeps filiorum Gad, Heliasaph filius Duel, obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato: & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Heliasaph filij Duel. Die septimo princeps filiorum Ephraim, Elisama filius Ammiud, obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bouem de armento, & arietem & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato: & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Elisama filij Ammiud. ⁸ Die octavo princeps filiorum Manasse, Gamaliel filius Phadassur, obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum

⁴. Sentella vna argentea, & infra.

⁵. Peluis argenteus, & infra.

⁶. Quam vocem dicitur Hebraei significare fucellam & rectum liquidarum receptaculum.

⁷. Vitulum.

⁸. Ferunt Hebraei propriè sephum, aut concuum quid eo nomine significari. Septuaginta interpretati eo modo sunt, quod inferius scribitur oblata esse huiusmodi vasa plena thymiamatis. Sed ibi inuitur vase eiusmodi allatū esse thymiamata, non quod eo incensum super altari exhiberetur. Eugu binus ibidem.

e. Bouem offert qui vilem in ecclesia dei proximis labore impendit. Arietem qui se & alios in via iustitiae dirigit. Agnus anniculus, qui simplex est & innocens. Hæc omnia in holocaustum pro solius dei amore, & desiderio eternæ virginis. Hircus pro peccato offert, qui pro peccatis suis penitere, & orare non desistit. In sacrificio pacificorum offert duos boues, qui cum bonis operibus implet duo præcepta charitatis, dei scilicet dilectionem custodiendo mandata eius: & proximi consulendo necessitatibus, in quibus tota lex pendet & propheta. Offert autem arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque qui quinque sensus corporis in via veritatis fortiter ducit, & a peccatis compescit, & simplicitatis exempla proponit. Glof. ordi. s. Hostias.

in holocaustum, hircumque pro peccato: & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Gamaliel filij Phadaſſur. Die nono princeps filiorum Benjamin Abidan filius Gedeonis, obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato: & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Abidan filij Gedeonis. ⁸ Die decimo princeps filiorum Dan, Abiezer filius Amisaddai, obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium: mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato: & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Abiezer filij Amisaddai. Die vndecimo princeps filiorum Aſſer, Phegiel filius Ochran, obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bouem de armento & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato: & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Phegiel filij Ochran. Die duodecimo princeps filiorum Neptalim, Ahira filius Henan, obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato: & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Ahira filij Henan. Hæc in dedicatione altaris oblata sunt à principibus Israel, ⁹ in die qua consecratum est, ⁸ acetabula argentea duodecim, phialæ argenteæ duodecim, mortariola aurea duodecim, ita vt centumtriginta siclos haberet vnũ acetabulum, & septuaginta siclos argenti haberet vna phiala, id est, in commune vasorum omnium ex argento, sicli duo milia quadringenti pondere sanctuarij, ⁹ mortariola aurea duodecim plena incenso denos siclos appendentia pondere sanctuarij, id est simul, auri sicli centum viginti, boues de armento in holocaustum duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, & libamenta eorum, hirci duodecim pro peccato: in hostias pacificorum boues vigintiquatuor, arietes sexaginta, hirci sexaginta, agni anniculi sexaginta. Hæc oblata sunt in dedicatione altaris, quando vnctum est. Cùmque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis, vt ¹⁰ cõsuleret oraculum, ⁹ audiebat vocem ⁸ loquētis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam testimonij inter duos Cherubin, vnde & loquebatur ei.

Candelabri & lucernarum situs, atq; consecratio Leuitarum. VIII.

Nocutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere Aaron, & dices ad eum: Cùm posueris septem lucernas, & candelabrum in australi parte erigatur. Hoc igitur præcipe, vt lucernæ contra boream è regione respiciant ad mensam panum propositionis, ¹ contra eam partem quam candelabrum respicit, lucere debent. ² Fecitque Aaron, & imposuit lucernas super candelabrum, vt præceperat dominus Moysi. Hæc autem erat factura candelabri, ex auro ductili, tam ³ medius stipes, quam cuncta quæ ex vtroque calamorum latere nascebantur. Iuxta exemplum quod ⁴ ostendit dominus Moysi, ita operatus est candelabrum. Et locutus est dominus ad Moysen, dicens: Tolle Leuitas ex medio filiorum

⁸ In die qua consecratum est, non quod illi oblationes omnes factæ sint illa die, sed quia tunc incæperunt fieri. De Iyer. ⁸ Sautella, vel disci, seu paropides argentea.

⁹ Coclearia.

⁸ E tabernaculo vna vox audiebatur aliquando à solo Moysi, interdum à tota circumstante multitudine: vt facile hinc redargui eorum possit error, qui scribere ausi sunt, ita Moysen fixisse cum Deo locutum fuisse. Eugubinus ibidem.

¹⁰ Loqueretur cum eo.

¹ Rabbi Salomon septem dicit in candelabro fuisse lucernas, tres in ortu spectantes, tres in occisum, media vero vna erat, & de hac dicit contra factam candelabri per candelabri media lucerna intelligatur: cetera quam ceteræ spectant eadem.

² Ex aduerso candelabri fulgebunt septem lucernæ.

³ Basis eius quàm rami ex integro erant iuxta visionem quæ.

rum Israel, & purificabis eos iuxta hunc ritum. [†] Aspergantur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suae. [§] Cumque lauerint vestimenta sua, & mundati fuerint, tollent [†] bouem de armentis & libamentum eius, simillam oleo conspersam: bouem autem alterum de armento tu accipies pro peccato, & applicabis Leuitas coram tabernaculo foederis, conuocata omni multitudine filiorum Israel. Cumque Leuitas fuerint coram domino, ponent filij Israel manus suas super eos, & offeret Aaron Leuitas munus in conspectu domini a filiis Israel, ut seruiant in ministerio eius. Leuitas quoque ponet manus suas super capita bouum, e quibus vnum facies pro peccato & alterum in holocaustum domini, ut [§] depreceris pro eis.] Statuesque Leuitas in conspectu Aaron & filiorum eius, & consecrabis oblatos domino, ac separabis de medio filiorum Israel ut sint mei: & postea ingrediantur tabernaculum foederis, ut seruiant mihi. [§] Sicque purificabis & consecrabis eos in oblationem domini, quoniam dono donati sunt mihi a filiis Israel. [†] Pro ^c primogenitis quae aperiunt omnem vuluam in Israel, accepi eos. Mea sunt enim omnia primogenita filiorum Israel, tam ex hominibus quam ex iumentis. [†] Ex die quo percussi omne primogenitum in terra Aegypti, sanctificauit eos mihi, & tuli Leuitas pro cunctis primogenitis filiorum Israel, tradidique eos dono Aaron & filiis eius de medio populi, [†] ut seruiant mihi pro Israel in tabernaculo foederis, & orent pro eis,] ne sit in populo plaga, si ausi fuerint accedere ad sanctuarium. [†] Feceruntque Moyses & Aarō & omnis multitudo filiorum Israel super Leuitas, quae praeceperat dominus Moysi, purificati que sunt, & lauerunt vestimenta sua. [§] Eleuauitque eos Aaron in conspectu domini, & orauit pro eis, ut purificati ingrederentur ad officia sua in tabernaculum foederis coram Aaron & filiis eius. Sicut praeceperat dominus Moysi de Leuitis, ita factum est. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Haec est lex Leuitarum. [†] A viginti quinque annis & supra ingredientur, ut ministrent in tabernaculo foederis. Cumque quinquagesimum annum aetatis impleuerint, seruire cessabunt, [§] eruntque ministri fratrum suorum in tabernaculo foederis, ut custodiant quae sibi fuerint commendata,] opera autem ipsa non faciant. Sic dispones Leuitas in custodiis suis.

† De cons. dicit. 4. Nec quinquam p. in cap. Ezch. 13. a

† Supra. 1. a Ezch. 13. a

† 75. q. 1. can. Necis qui.

† Luc. 2. d. De vo. c. ma. gna. Sup. 3. b. Exo. 13. g.

† 77. dist. c. In veteri le. ge. De consec. dist. 1. cap. 1.

b. In Christo iterum leuitari purificatio est. Si enim sanguis taurorum & hircorum, inquit Paulus quanto magis. Christi sanguis in ipso communitatem a seculo sanctificat. Cereus aqua purificationis cinerem bucculae admixta habens, mortificationis cum Christo quam in baptismo obestati sumus commonefacit. Vnde enim cum illo sepulti sumus per baptismum in mortem. Et rursus inquit, semper sepulchrum Iesu Christi in corpore circumfereret. Praecipit ibidem.

3. Expiationis, et videlicet aqua sanctificata cinere vitulae rursus pro expiando peccato ebullit.

4. Vitulum.

5. Oblationem.

6. Expiet Leuitas.

c. Primogenitus est non tantum pestis quae, & alij, sed ante quae nullus. Omne, inquit dominus ad Aaron, quod aperit vuluam, ab omni carne quae offertur domino, ab homine vsque ad pecus, tibi erit. Hier. aduersus Heluidium.

7. Ad placandum pro filiis Israel.

d. Videtur minime Domini quia necessarium sit eis ostendit sui ita custodire nec terrore licet, vel voluptatibus inhare, quibus proprium est tabernaculo deseruire & pro populo orare, ne sit in eo plaga disperdens, alioquin & se & populum in perditionem precipitant, & dicitur eis: munus non suscipiam de manu vestra. Glo. ordi.

8. Ministrabunt cum fratribus suis.

9. Ad obseruandam custodiam.

Phase celebratio, tam a mundis quam immundis & peregrinis, nubes ducit exercitum tabernaculum operiens. I X.

Locutus est dominus ad Moysen in deserto Sinai, anno secundo postquam egressi sunt de terra Aegypti, in mense primo, dicens: [†] Faciant filij Israel Phase in tempore suo, quartadecima die mensis huius [†] ad vesperam,] iuxta omnes ceremonias & ² iustificationes eius.] Praecipitque Moyses filiis Israel, ut facerent Phase. Qui fecerunt tempore suo,] quartadecima die mensis ad vesperam in ⁴ monte Sinai, iuxta omnia quae mandauerat dominus Moysi, fecerunt filij Israel. Ecce autem quidam immundi super anima hominis, qui non poterant facere Phase in die illo, accedentes ad ³ Moysen & Aaron, dixerunt eis:] Immundi sumus super anima hominis, quare ⁶ fraudamus] ut non valeamus oblationem offerre domino, in tempore suo inter filios Israel? ⁵ Quibus respondit Moyses: State, ut consulam] quid praecipiat dominus de vobis. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel: Homo qui fuerit immundus super anima, siue in via procul ⁸ in gente vestra,] ⁷ faciat Phase domino in mense secundo, quartadecima die mensis ad vesperam, cum azymis & ⁹ lactucis agrestibus] comedent illud: Non relinquent ex eo quippiam vsque mane, [†] & os eius non confringent, omnem ritum Phase obseruabunt. Si quis autem & mundus est & in itinere non fuit, & tamen ¹⁰ non fecit] Phase, exterminabitur anima illa de populis suis, quia sacrificium domino non obtulit tempore suo. Peccatum suum ipse portabit. [†] Peregrinus quoque & aduenas si fuerint] apud vos, facient Phase domino iuxta ceremonias & iustificationes suas. [§] ¹² Praeceptum idem] erit apud vos, tam aduenae quam indigenae. [†] Igitur die qua erectum est tabernaculum, operuit illud nubes. ^{*} A vespere autem super ¹³ tentorium] erat quasi

Ann. ante Christum. 2706. Anni mundi 2455. † Exo. 12. a

† Exo. 12. g. Ioan. 19. f.

† Exo. 40. b

1. Non dicit sexagulis annis, sed de illo tantum anno loquitur. Nec legitur celebratum fuisse postea pascha vsque ad trasitum iordanis. Cisterius ibi.

1. Inter vesperas, & infra.

2. Iuxta omnes ritus eius faciat ipsum.

3. In primo, sub. mense.

4. In deserto.

5. Conspicuum Moysi & Aarō, in die illo. Dixeruntque vni illi ad eum.

6. Prohibemus.

7. Et adiam.

8. Siue in generationibus vestris.

* Et facere voluerit pascha domino.

9. Amari rudibus, vel herbis amaris.

10. Desiderat facere.

11. Quod si aduenas peregrinos tui.

12. Ritus vnus.

* Habitaculum.

13. Habitaculum.

b. Sepe fit vt non mediocriter ad cognoscendas rerum proprietates adiuuamur, si quomodo in variis linguis eadem res appelletur, nouerimus. Eugubius ibidem.
14. Iuxta verbum, & infra.

15. Obseruabant filij Israel custodiam.
16. Et fuit quando nubes numero dierum staret.
17. In castris resederunt.
18. Proficisciebantur.
19. Mansisset nubes, atque ex puluere.

c. Verbum Domini significatio nubis dicitur, quæ erat signum diuine voluntatis, sicut vox loquentis. Glof. ordin. 17. 20. Iuxta verbum domini in castris resederunt, & iuxta verbum illius castra mouebant.

species ignis vsque mane. Sic fiebat iugiter. Per diem operiebat illud nubes, & per noctem^b quasi species ignis. Cùmq; ablata fuisset nubes quæ tabernaculum protegebat, tunc proficisciebantur filij Israel, & in loco vbi stetit nubes, ibi castrametabantur.¹⁴ Ad imperium] domini proficisciebantur, & ad imperium illius figebant tabernaculū. Cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum, manebant in eodem loco: & si euenisset vt multo tempore maneret super illud,¹⁵ erant filij Israel in excubiis] domini, & non proficisciebantur¹⁶ quotquot diebus fuisset nubes] super tabernaculum.¹⁷ Ad imperium domini¹⁷ erigebant tentoria,] & ad imperium illius¹⁸ deponebant. Si fuisset nubes à vespere vsque mane, & statim diluculo tabernaculum reliquisset, proficisciebantur: & si post diem & noctem¹⁹ recessisset, dissipabant tentoria. Si verò biduo aut vno mense, vel longiore tempore fuisset super tabernaculum, manebant filij Israel in eodem loco, & non proficisciebantur: statim autē vt recessisset, mouebant castra.²⁰ Per verbum domini figebant tētoria, & per verbum illius proficisciebantur. Jerantque in excubiis domini, iuxta imperium eius per manum Moyfi.

12. Cor. 10. 2.

Vsus tubarum, castrorumque mouendorum ordo, Hobabque à filiis Israel discessus. X. 1

a. Inuenit autem & buccinæ speciem ex argento factæ talē. Cūta erat tibi paulo castror, longitudine paulominus cubi tali, cuius os tantum patebat, quantum ad inflandum sufficeret, desinebatque in extremi tatem campanulæ similē, quæ admodum tuba. Atōsa vocatur hoc genus apud Hebræos. Duas tales fecit, quarum vna plebs ad concionem vocabatur, altera principes ad consulendum de republica excubantur: vtriusque vedē clangētibz, vniuersiū populū conuocabatur. Ioseph. lib. 3. cap. 15. Antiq. 2. Solidæ, & malleis fabricatas.
2. Er mouere castra.
3. Cū vna clangerint.
4. Clangens iubilū quo dā.
5. Iubilū facient.
b. Sacerdotum autem erat inflare buccinā: partū ergo eorum erat discere musicā. Buccinæ significant sacra scripturam, iuxta cuius præscriptum viuendum cuiuslibet fidelis, & cuius docendæ munus præcipuè incumbit sacerdotibus. Lotichius ibidem.
6. In die lætitiæ vestre, & in solennitatibus vestris, & in capitibus mensium vestrorum.
c. Ab exitu Aegypti.
7. Vexillum filiorum Iuda proficisciam est primum.
d. Quærens verò tabernaculū moueretur, hic modus seruabatur. Primum signa canente qui in orientali parte castrorū tendebant, excubantur: secundo verò qui à tergo tabernaculi tentoria sua fixerant: inde tabernaculum dissolutū mediū portabatur inter sex tribus præcedentes, & alias sex ponē sequentes. Iuxta verò tabernaculum circuebant. Ad certum autem signū pars castrorū meridionalis mouebatur, & ad quartum septentrionalis. Ioseph. lib. 3. cap. 15. Antiq. Iudaica.
8. Proficisciamque est vexillum Ruben in exercitibus suis.
e. Et referunt ad Gersonitas & Illerarias qui præcedebat portantes tabernaculum, ita quod inter ipsas & Caathitas erat tribus Ruben cum sibi adiūctis: Et ideo quando veniebāt Caathitz portantes vasa sancta, intenebant tabernaculum erectum, & illuc introducebāt ea quæ portabant. De Iyra.



Notusque est dominus ad Moysem, dicens: * Fac tibi duas tubas argenteas¹ ductiles:] quibus conuocare possis multitudinem² quando mouenda sunt castra.] Cūque increpaueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi fœderis.³ Si semel clangeris,] venient ad te principes, & capita multitudinis Israel. Si⁴ autem prolixior atque concisus clangor increpauerit,] mouebunt castra primi, qui sunt ad orientalem plagam. In secundo autem fonitu & pari vlulatu tubæ, leuabunt tentoria qui habitant ad meridiem: & iuxta hunc modum reliqui facient vlulantibus tubis in profectioe. Quando autem congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit, & non concisè vlulabunt.]^b Filij autem Aaron sacerdotis clangēt tubis, eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris.⁵ Si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes qui dimicant aduersum vos, clangetis⁶ vlulantibus] tubis, & erit recordatio vestri coram domino deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum.⁶ Si quando habebitis epulum, & dies festos, & kalendas,] canetis tubis super holocaustis & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationem dei vestri. Ego dominus deus vester.⁷ Anno secundo, mense secundo, vicesima die mensis, eleuata est nubes de tabernaculo fœderis.⁷ Profectique sunt filij Israel] per turmas suas de deserto Sinai, & recubuit nubes in solitudine Pharan.⁸ Moueruntque castra primi iuxta imperium domini in manu Moyfi,] filij Iuda per turmas suas, quorum principes erat Naafon filius Amminadab. In tribu filiorum Isachar fuit princeps Nathanael filius Suar. In tribu Zabulon erat princeps Eliab filius Elon. Depositumque est tabernaculum, quod portantes egressi sunt filij Gerson & Merari.⁸ Profectique sunt & filij Ruben per turmas & ordinem suum,] quorum princeps erat Elisur filius Sedeur. In tribu Gad erat princeps Heliasaph filius Duel. Profectique sunt & Caathitz, portantes sanctuariū. Tam diu tabernaculum portabatur, donec venirent ad erectionis locum. Mouerunt castra & filij Ephraim per turmas suas, in quorum exercitu princeps erat Elisama filius Ammiud. In tribu autem filiorum Manasse princeps fuit Gamaliel filius Phadaffur. Et in tribu Benjamin erat dux Abidan filius Gedeonis. Nouissimi castrorū omnium profecti sunt filij Dan per turmas suas, in quorum exercitu princeps fuit Abiézer filius Amisaddai. In tribu autem filiorum Affer erat princeps Phegiel filius Ochran. Et in tribu filiorum Neptalim princeps fuit Ahira filius Henan.⁹ Hæc sunt castra & profectioes filiorum Israel per turmas suas quando egrediebantur. Dixitque Moyse⁹ Hobab filio Rahuel Madianitæ cognato suo: Proficiscimur ad locum quem dominus daturus est nobis: veni nobiscum, vt beneficiamus tibi, quia dominus bona promisit

A. 106. 3. 15.

Anniante Christi 1506
Anni mundi 2455
† Sup. 1. 1.

f. Fratni vxoris suæ, Iethro, affini ex parte vxoris suæ. Quidam hunc Hobab credunt esse Iethro socerum Moyfi.

misit Israeli. Cui ille respondit: Non vadam tecum, sed reuertar in terram meam... Et ille: Noli, inquit, nos relinquere. Tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster. Cumque nobiscum veneris, quicquid optimum fuerit ex opibus quas nobis traditurus est dominus, dabitur tibi. Profecti sunt ergo de monte domini viam trium dierum, arcæque fœderis domini præcedebat eos per dies tres, prouidens castrorum locum. Nubes quoque domini super eos erat per diem cum incederent. Cumque eleuaretur arca, dicebat Moyses: Surge domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te, à facie tua. Cum autem deponeretur, aiebat: Reuertere domine ad multitudinem exercitus Israel.

9. Atque ad cogitatione meâ.
10. Mansiones nostras in deserto, & fuisi nobis pro oculis, vel eris nobis oculus.
11. Magna utilitas ex professione hominibus eius temporis obuenit quod scilicet sententia Deum se habere ducet. Remoto autem typo Christus nobis spectandus proponitur: quoniam tribus diebus nos precedens, deducit ad quietem quæ quor est ex inferno ad celestem sedem contendere sequitur. Procopius ibidem.
12. Vt inuestigarent sibi locum quieti.
13. Proficisceretur.
14. Conuertere.

Murmuris pœna plexi Iudæi, coturnicum carnes in suum malum impetrant, partitio Moysi onere in septuaginta seniores. XI.

10. 1. 16.

Ntere a ortum est murmur populi, quasi dolentum pro labore contra dominum. Quod cum audisset, iratus est: & accensus in eos ignis domini deuorauit extremam castrorum partem. Cumque clamasset populus ad Moysen, orauit Moyses ad dominum, & absorptus est ignis. Vocauitque nomen loci illius Incentio, pro eo quod succensus fuisset contra eos ignis domini. Vulgus quippe promiscuum quod ascendat cum eis, flagrauit desiderio carniū sedens & flens, iunctis sibi pariter filiis Israel, & ait: Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis, in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cæpe, & allia. Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man. Erat autem Man, quasi semen coriandri coloris & bdellij. Circuibatque populus & colligens illud frangebatur mola, siue terebatur in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis, quasi panis oleati. Cumque descenderet nocte supra castra ros, descendebat pariter & Man. Audiuit ergo Moyses flentem populum per familias, singulos per ostia tentorij sui. Iratusque est furor domini valde, sed & Moysi intoleranda res visa est, & ait ad dominum: Cur afflixisti seruum tuum? Quare non inuenio gratiam coram te? Et cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? Nunquid ego concepì omnem hanc multitudinem, vel genui eam? & vt dicas mihi, Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum: & defer in terram pro qua iurasti patribus eorum? Vnde mihi carnes, vt dem tantæ multitudinæ? Flent contra me, dicentes: Da nobis carnes vt comedamus: nõ possum solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis mihi est. Sin aliter tibi videtur, Job secro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. Et dixit dominus ad Moysen: Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti quod senes populi sint, ac magistri, & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis: faciesque ibi stare tecum, vt descendam & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo, tradamque eis, vt sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris. Populo quoque dices: Sanctificamini: Cras comedetis carnes. Ego enim audiui vos dicere: Quis dabit nobis escas carniū? Bene nobis erat in Ægypto. Vt det vobis dominus carnes, & comedatis: non vno die, nec duobus, vel quinque, aut decem, nec viginti quidem, sed vsque ad mensem dierum, donec exeat per nares vestras, & vertatur in nauseam, eo quod repuleritis dominum qui in medio vestri est, & fleueritis coram eo, dicentes: Quare egressi sumus ex Ægypto, vt periremus in solitudine? Et ait Moyses: Sexcenta milia peditum huius populi sunt, & tu dicis dabo eis escam carniū mense integro? Nunquid ouium & bouum multitudo cædetur, vt possit sufficere ad cibum? vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos satient? Cui respondit dominus: Nunquid manus domini inualida est? Iam nunc videbis, vtrum meus sermo opere compleatur. Venit igitur Moyses, & narrauit populo verba domini, congregans septuaginta viros de senibus Israel, quos stare fecit circa tabernaculum. Descenditque dominus per nubem & locutus est ad eum, auferens de spiritu qui eras

1. Factus est cum populus murmuraret, displicuit in auribus domini.
2. Innuit eum pessimum eum murmur contra deum, excrasset impieque & iniuste de deo cõ quætos fuisse, Eugubinus ibi.
3. Vel incendium.
4. Inter illos erat, eo neupierit concupiscentiam, & conuersit fleuerit cum filiis Israel, dicentes.
5. Carnium concupiscentia infidelis populi pars flagris murmurauit, & manne celesti olas carniū Ægyptiorum preposuit. Sed & Moysi cum esset intolerantia res visa, deueniuit, Populum inquit, sanctificet exstimo. Ego enim illos piscam carniū mense integro. Aug. 1. 2. 7. super Numer.
6. Margariti, quam perlam vocant.
7. Placentis.
8. Moyses prouinciam duram sibi imposam conuertitur. Dominus illi collegas prophetas, atque adeo rerum spirituum confidens, tribuit septuaginta viros de spiritu Moysi inspectus. Loricatus.
9. Vides Moysi ostium suum minus fructiferum peti, a deo quorsum ipse deus non fecit et gratiam exortandi eum a curæ omnium populi iherus. Caietan.
10. Male visum fuit, vel displicuit.
11. Grauior est, vt scilicet sua me mole premit. Si sic tu mecum agis.
12. Non videam malum meum.
13. Primates.
14. Vel qui in te est, aut super te est, & non spiritum tuum, quia spiritus dei implegerat eum. Chrysol.
15. Ne tu solus ferre cogaris.
16. Sanctificamini in castitatem & comedetis carnes: quia fleuerit est in auribus domini.
17. Erat vobis in dispectu. In quorum medio ego sum.
18. Abbeuata.
19. Tibi alienat, an non?
20. Putati enim potest de spiritu ipsius hominis dictum, quo humana natura cõpletur corpore adiuncto, que constat ex corpore & spiritu, quem etiam animam dicunt. De quo & Apostolus dicit. Quis enim hominum scit que sunt hominis nisi spiritus hominis huius in ipso est? etc. Ostendit vique alium esse spiritum dei, cuius sit particeps spiritus hominis per gratiam dei: quibus postea etiam sicut alij interpretati sunt, intelligi spiritus dei se, quod dicitur de spiritu tuo qui in te est, vt dictum sit tuo, cuius sit etiam noster, qui dei est, cui accipimus eum. Aug. 1. 18. super Numer.

1. Cor. 10. a

1. Exo. 16. c
1. Psal. 77. c
1. Ioan. 8. d

1. Depo. di. 2. cap. Vt cognouerunt. & Opponitur. 1. Gen. 20. b
1. Iosue. 3. b
1. Reg. 16. b

1. Ioan. 6. b

1. Isa. 59. a

d. Prophetanteque omnes simul, vnus enim spiritus est, & vnus eius in omnibus virtus. Accipiunt verò spiritum quot quot erant recensiti, quamuis vnus loco inter se essent disticti non enim loco aut numero alligatus est numerus afflatus. P. Vico. ibid.
 15. Et respondens.
 16. Vnus ex iuuenibus eius.
 e. Expositores nostri dicit eum vniter quod Iosue non fuit, eo quod videbatur esse contra reuerentiam Moysi quod in absentia eius prophetarent, quasi Moysi nihil fecisset ad hoc quod recepisset spiritum prophetae, propter quod subdit Moyses, quis tribuat vt omnis populus prophetae, & c. De Iyri ibi.
 17. Quantum est iter diei huc, & quantum est iter diei illuc.
 8. Et quasi duobus cubitis erant super faciem terræ.
 * Collegit, collegit.
 19. Expandentur sibi expandentes.
 20. Adhuc digesta erant.

f. Mansio in Haferoth.

in Moyses, & dans septuaginta viris. Cumque requieuisset in eis spiritus, prophetauerunt, nec vltra cessauerunt. Remanserant autem in castris duo viri, quorum vnus vocabatur Aeldad, & alter Medad, super quos requieuit spiritus: nam & ipsi descripti fuerant, & non exierant ad tabernaculum. Cumque prophetarent in castris, curret puer & nuntiauit Moysi, dicens: Heldad & Medad prophetant in castris. Statim Iosue filius Nun minister Moysi, & electus e pluribus, ait: Domine mi Moyses, prohibe eos. At ille: Quid, inquit, amularis pro me? Quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det eis dominus spiritum suum? Reuersusque est Moyses, & maiores natu Israel in castra. Ventus autem egrediens a domino, arreptas trans mare coturnices detulit & demisit in castra, itinere quantum vno die confici potest, Iex omni parte castrorum per circuitum, volabantque in aere duobus cubitis altitudine super terram. Surgens ergo populus toto die illo & nocte, ac die altero, congregauerunt coturnicum multitudinem, qui parum decem coros, siccauerunt Ieas per gyrum castrorum. Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiusmodi eibus: & ecce furor domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis. Vocatusque est ille locus Sepulchra concupiscentiae: ibi enim sepelierunt populum qui desiderauerat carnes. Egressi autem de sepulchris concupiscentiae venerunt in Haferoth, & manserunt ibi.

† Psa. 77. e.

† Psa. 77. e.

Aaron & Maria in Moysen insurgentibus, Maria lepra percussa, & a populo septem diebus separata, sanitate donatur. XII.

2. Queri solet verum erat filia Iethro, in allam duxerit, vel si perduxerit? Sed ipsam fuisse creditibile est. De Madianitis quippe erat, qui reperitur 2. Paral. 17. Aethiopes dicit, quando contra eos pugnavit Iosaphat August. quæst. 20. super Numeros.
 * Nam duxit uxorem Aethiopiæ.
 3. Et audiuit dominus.
 b. Tantum est mansuetudinis robur, vt sola hæc virtus sufficit se colentem diligenter ineffabilibus laudibus dignum reddere, imò omni hominum generi præferre. Chryso. Hom. 13. In Gene.
 2. Cumque exiissent ambo.
 3. Cognoscat ab eo.
 4. Per visionem.



Occurtaque est Maria & Aaron contra Moysen, propter uxorem eius Aethiopiæ, & dixerunt: Num per solum Moysen locutus est dominus? Nonne & nobis similiter est locutus? Quod cum audisset dominus, iratus est. Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Statim locutus est ad eum, & ad Aaron, & Mariam: Egredimini vos tantum tres ad tabernaculum foederis. Cumque fuissent egressi descendit dominus in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron & Mariam. Qui cum iissent, dixit ad eos: Audite sermones meos. Si quis fuerit inter vos propheta domini, in visio ne apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquor ei. Palam, & non per ænigmata, & figuras dominum videt. Quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Moysi? Iratusque contra eos, abiit. Nubes quoque recessit, quæ erat super tabernaculum. Et ecce Maria apparuit candens lepra, quasi nix. Cumque respexisset eam Aaron, & vidisset perfusam lepra, ait ad Moysen: Obsecro domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum quod stultè commisimus, ne fiat hæc quasi mortua, & vt abortiuum quod proiicitur de vulua matris suæ. Ecce iam medium carnis eius deuoratum est a lepra. Clamauitque Moyses ad dominum, dicens: Deus, obsecro sana eam. Cui respondit dominus. Si pater eius spuisset in facie illius, nonne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi? Separetur septem diebus extra castra, & postea reuocabitur. Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus, & populus non est motus de loco illo, donec reuocata est Maria.

A 68. di. c. Si post. 9. e. cetera 2. q. 7. can. Plerunquæ 33. qu. 2. can. Hoc ipsum. Deut. 4. a.

† Hebr. 3. a. Exod. 33.

† 33. q. 2. cap. Hoc ipsum.

† 50. di. e. Si post ordinatorem.

Misi exploratores in terram Chanaan, quam in signum fertilitatis referunt. XIII.

1. Explorant.
 2. Mitteris, qui dicitur sint principes eorum.



Refectusque est populus de Haferoth, fixis tentoriis in deserto Pharan. Ibi locutus est dominus ad Moysen, dicens: Mitte viros qui considerent terram Chanana, quam daturus sum filiis Israel, singulos de singulis tribubus ex principibus. Fecit Moyses quod dominus imperarat, de deserto Pharan mittens principes viros, quorum ista sunt nomina: De tribu Ruben, Semmua filium Zechur. De tribu Symeon, Saphat filium Uri. De tribu Iuda, Caleph filium Iephone. De tribu Isachar, Igal filium Ioseph. De tribu Ephraim, Osee filium Nun. De tribu Benjamin, Phalti filium Raphu. De tribu Zabulon, Geddihel filium Sodi.

A Ann. ante Christum. 1506. Anni mundi 2455.

B

De

De tribu Ioseph³ sceptri] Manasse, Gaddi filium Sufi. De tribu Dan, Amihel filium Gemalli. De tribu Asser, Sthur filium Michael. De tribu Neptalim, Naabi filium Bapfi.
 C De tribu Gad, Guhel filium Machi. ³ Hæc sunt nomina virorum quos misit Moyses ad considerandam terram Chanaan, vocauitque Ofee filium Num, Iosue. Misit ergo eos Moyses ad considerandam terram Chanaan, & dixit ad eos: Ascendite per meridianam plagam. ⁴ Cumque veneritis ad montes, considerate terram qualis sit, & populum qui habitator est eius, vtrum fortis sit an infirmus, pauci numero an plures, ipsa terra bona an mala, vrbes quales, muratæ an absque muris, humus pinguis an sterilis, nemorosa an absque arboribus. ⁵ Confortamini] & afferte nobis de fructibus terræ. Eratautem ⁶ tempus quando iam præcoque vna vesci possunt.] Cumque ascendissent, explorauerunt terram à deserto Syn, vsque ad Roob intransibus Emath. Ascenderuntque ad meridiem, & venerunt in Hebrû, vbi erant Ahiman, & Sisai, & Tolmai, filij Enach: nam Hebron septem annis ante ⁷ Thanim urbem Ægypti condita est. ⁸ Pergentisque vsque ad torrentem ⁹ Botri,] ^d abscederunt palmitem cum vna sua, quam portauerunt in veste duo viri. ¹⁰ De malis quoque granatis, & de ficis loci illius tulerunt, qui appellatus est Nehelescol, id est, torrens Botri, eo quod botrum portassent inde filij Israel. ¹¹ Reuersique exploratores terræ post quadraginta dies omniregione circuita, venerunt ad Moysen & Aaron, & ad omnem cœtum filiorum Israel in deserto Pharan, quod est in Cades. ¹² Locuti que eis & omni multitudini ostenderunt] fructus terræ, & narrauerunt dicentes: Venimus in terram ad quam misistis nos, quæ reuera fluit lacte & melle, ¹³ vt ex his fructibus cognosci potest:] sed cultores fortissimos habet, & vrbes grandes atque muratas. Stirpem Enach vidimus ibi. ¹⁴ Amalech habitat in meridie: Hethæus, & Iebusæus, & Amorraeus in motanis. Chananaeus verò moratur iuxta mare, & circa fluuenta Iordanis. ¹⁵ Inter hæc Caleb compefcens murmur populi qui oriebat, ¹⁶ contra Moysen, ait: Ascendamus & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam. ¹⁷ Alij verò qui fuerant cum eo, dicebant: Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est. ¹⁸ Detraheruntque terræ quam inspexerant apud filios Israel, dicentes: Terra quam iustrauimus ¹⁹ deuorat habitatores suos. Populus quem aspeximus ²⁰ proceræ staturæ est. Ibi vidimus ²¹ monstra quædam] ²² filiorum] Enach, de genere giganteo, quibus comparati quasi locustæ videbamus.*

Israelitæ Ægyptum terræ Chanaan præferentes diuino iudicio morti in deserto præter Iosue & Caleb additi sunt. XIIII.

Nitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa, & murmurati sunt contra Moysen & Aaron cuncti filij Israel, dicentes: Vtinam mortui essemus in Ægypto, ¹ & non in hac vasta solitudine. Vtinam pereamus, & non inducat nos dominus in terram istam, ne cadamus gladio,] & vxores ac liberi nostri ducantur captiui. ² Nonne melius est reuerti in Ægyptum? Dixeruntque alter ad alterum: Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Ægyptum. ³ Quo audito] Moyses & Aaron ceciderunt proni in terram coram omni ⁴ multitudine filiorum Israel. ⁵ At verò Iosue filius Nun, & Caleb filius Iephone, qui & ipsi iustrauerant terram, sciderunt vestimenta sua, & ad omnem multitudinem filiorum Israel locuti sunt: Terra quam circuiuimus, valde bona est. ⁶ Si propitius fuerit dominus, inducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantem. Nolite rebelles esse contra dominum, ⁷ neque timeatis populum terræ huius, quia sicut panem, ita eos possumus deuorare. Recessit ab eis ⁸ omne præsidium:] dominus nobiscum est, nolite metuere. Cumque clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere, apparuit gloria domini super tectum fœderis, cunctis videntibus filiis Israel. Et dixit dominus ad Moysen: ⁹ Vsq; quo ¹⁰ detrahet mihi] ¹¹ populus iste? Quousque non credent mihi in omnibus signis quæ feci coram eis? Feriam igitur eos pestilentia; atque consumam: te autem faciam principem super gentem magnam, & fortio rem ¹² quàm hæc est. Et ait Moyses ad dominum: ¹³ Vt audiant Ægyptij, de quorū medio

1. Ex tribu.
 a. Popul⁹ iniebat Moysen ad mittendum exploratores, qui considerent terram ante ingressum eorum scidum quod habetur. Daute. r. d. Er accessissis ad me omnes atque dixissis. Mittamus viros, &c. De lya ibidem.
 4. Ve transeundatis montes considerabitis.
 b. Deis à Moysse exploratores mitti iubet, quo ignatum populi sibi competam in lucum produceret, vt inuorigeri agnosceretur. Quinertis si igna terre, in eam inualissens, equo cõspecta retro cessissens, maximam cõstemliam deo, animisque confidentiam Palestinis at tulisset. Procopius ibidem.
 5. Viriliter igitur agite.
 6. Dies maturitatis vuarum.

c. Vnde dicitur campus Thaneos, vbi plagas Pharaoni dominus ostendit quam Heb. Zohan vocabant metropolin Ægypti.
 7. Echol & infra.
 d. Botrum in ligno de terra promissionis duo aduehunt, quia Christus pendens in ligno crucis promissus gentibus de terra genitricis Mariæ secundum carnem natus. Duo baculi qui sub onere botri incedebant vt terque populus est. Cuius prior iudicis cœtus, & aduersus, ignarus pendens gratiæ, & pressus onere suspens, cui subiicitur iudicanti. Vnde Psal. 68. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Glofa ordin. post Iudicium.
 8. Et reuelauerat ei verbum, & viderunt testimonium ostendentes eius.
 9. Et hæc est fructus eius.
 c. Caleb verò se ducem exploratorum prestittit optimum, ne ad fidem cohortatus est, fiderique virtutem explicauit: quod omnia infra potentiam credentis ac imperterriti essent. Procop. ibidem.
 * Vt exploremus eam.
 * In medio eius.
 10. Filios.
 * Sic quoque sumus in oculis eorum.

a. Qui ex eorum narratione nisi possibile rati talem terram acquirere, soluta cõcionem domi reuersi cum vxoribus & liberis lamentabantur, dicentes deum verbis tantum multa polliceri, re autem omnino nihil auxilij prestare. Rursusque Moyses iniebat eos, in eum simul & fratrem eius Aaronem potissimum vociferabatur: atque ita totam noctem inquieti exegerunt, in vtranque conuitia iactando. Mane verò ad concionem concurrunt hoc animo, vt lapidatis Moysen ac fratre in Ægyptum retro, vnde venerant, reuerterentur. Ioseph. lib. 3. cap. 17. Antiq.
 1. Aut in hac solitudine perissemus. Vt quid dominus induxit nos in terram istam, vt eaderemus gladio?
 * Congregatione, &
 b. Caleb & Iosue Natus loquentes ad populum ne timeret ingressi terram promissionis, dixerunt. Vos autem ne timeatis populum terræ, quoniam cib⁹ nobis sunt: Abiecit enim tempus ab eis, dominus autem in nobis: ne timueritis eos. Ad gust.
 2. Vmbra eorum.
 3. Irritat me siue prouocat me.
 4. At audient Ægyptij quod eduxeris in virtute tua populum istum de medio eius, dicentque habitatori terræ huius: Audierunt quod tu domine sis. In medio populi huius, & quod tu domine oculo ad oculum visus sis.

† Deut. 1. a.

† 76. di. c. Ierunium.

† Baruc 3. c.

Ios. 3. 18. † 90. di. c. A. hennis.

† Eccl. 4. 6. b. † Mach. 2. f.

c. Habitatores terræ Chanango
rum ad quam ibant, & impu-
rent potestiam tuam dicentes: quòd
licet potueris educere populu-
m tuum de Ægypto, non tamen
introducet in terram promif-
sam quia fortior est in ciuita-
tibus, & habitatoribus quam
Ægyptus. De lya ibidem.

5. Abique potestiam est dominus
ut intropulcat.

d. Hoc est in opera mala, & in
delictorum perseverantiam: ut
cogitationes nostras, in eis que
decretem non statim puniat:
sua reddat in posteris filios.
Hierony.

6. Peperisti huic populo.

e. In quinto mense qui apud
nos appellatur Augustus, cum
per exploratores terræ sanctæ
feditio orta esset in populo,
iussit sunt montem non ascen-
dere, sed per 40. annos sagiu-
à terra sancta circumite dispen-
ditis, ut excepit duobus Caleph
& Iosue) omnes in solitudine
caerent. Hieron super Zacha.
cap. 8.

7. Irritasti me.

* Quibus in me murmurant.

f. Senior populus Iudæorum
qui propter incredulitatem in
deserto mortuus est, significat
priorum populū Iudæorū: par-
uuli verò eorū, id est, iunior po-
pulus, figuratū populū gen-
tium. Sicut enim seniore popu-
lo mortuo, iunior terrā repro-
missionis accepit, ita repro-
bato Iudæorū populo, iunior
populus Christianorū gratiam
diuinæ benedictionis obtinuit
Aug. Ser. 102.

8. Quam vos respulistis.

9. Pafcentur.

10. Irritationem meam.

g. Cum ingenti tremore confi-
derandum est, quia de sexcen-
tis milibus duo tantum terram
repromissionis ingressi sunt.
Hoc ergo audiunt qui ita do-
minum misericordem esse vo-
lunt, ut iustum esse non credat.
Et in primis qui dicunt quòd
Christus iudicabit nos pro sua
misericordia, & non pro sceler-
ibus nostris. Aug. Ser. 102.

h. O mira proteritas humane
mentis, & horrenda stulticia
creati cordis! Mandat deus
promissis suis credere, & de sua
potentia confidere, & sic terram
intrare. Humana stulticia dis-
fidit, & salutaria monita res-
puit, cōtrario suum negat au-
xilium: illi contra dei volun-
tatem terram inuadere volunt.
Quibus similes sunt qui pro-
missionibus dei non credunt
& prohibita faciunt. Rabanus
ibidem.

11. Post tergum domini abierit.

12. Præsumperunt pertinaciter ascendere.

a. Varij ac diuersi deum colen-
di modi sunt, alius est vel per
integrit, vel per diuinitatem sacri-
cium, alius sit vel exolutione voti
vel oblatione spontanea, alius
per votū vel per deprecationē.
Ceterū omnis cultus suauis olet
& acceptus est, & si parū hoc
sit quod ad conciliandū deum
adhibetur, siue agnus sit siue
m. ius quid, velut aries, aut ma-
ximū, velut bos. Procop. ibid.

1. Sacrifcium segregatum vo-
ti, vel spontaneæ oblationis.

eduxisti populum istum, & habitatores terræ huius, qui audierunt quòd tu dominus
in populo isto sis, & facie videris ad faciem,] † & nubes tua protegat illos, & in co-
lumna nubis præcedas eos per diem, & in columna ignis per noctem, quòd occideris
tantam multitudinem quasi vnum hominem, & dicant: Non poterat introducere]
populū in terram pro qua iurauerat, † idcirco occidit eos in solitudine: Magnificetur
ergo fortitudo domini sicut iurasti, dicēs: † Dominus patiens & multæ misericordiæ,
auferens iniquitatem & scelera, nullūmque innoxium derelinquens, qui visitas pec-
cata patrū in filios, in tertiā & quartam generationem. † Dimitte, obsecro, peccatum
populi tui huius, secundum magnitudinem misericordiæ tuæ, sicut † propitius fuisti
egredientibus] de Ægypto, vsque ad locum istum. Dixitque dominus: Dimisi iuxta
verbum tuum. Vivo ego, & implebitur gloria domini vniuersa terra. † At tamen om-
nes homines † qui viderunt maiestatem meam, & signa quæ feci in Ægypto, & in so-
litudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obedierunt voci meæ, non vi-
debunt terram pro qua iuravi patribus eorum, nec quisquā ex illis qui † detrahit mihi,
] intuebitur eam. † Seruum meum Caleb qui plenus alio spiritu secutus est me, in-
ducam in terram hanc quam circuiuit, & semen eius possidebit eam: quoniam Ama-
lechites & Chananeus habitant in vallibus. Cras mouete castra & reuertimini in so-
litudinem per viam maris rubri. † Locutusque est dominus ad Moysen, & Aaron, di-
cens: † Vsquequo multitudo hæc pessima murmurat contra me? Querelas filiorum
Israel * audiui. Dic ergo eis: Vivo ego, ait dominus: sicut locuti estis audiente me, sic
faciam vobis. † In solitudine hac iacebunt cadauera vestra. † Omnes qui numerati es-
tis à viginti annis & supra, & murmurastis contra me, non intrabitis terram super
quam leuaui manum meam, ut habitare vos facerem, præter Caleb filium Iephone,
& Iosue filium Nun. Paruos autem vestros de quibus dixistis quòd prædæ hostibus
forent, introducam, ut videant terram † quæ vobis displicuit.] Vestra cadauera iace-
bunt in solitudine. Filij vestri † erunt vagi] in deserto annis quadraginta, & portabūt
fornicationem vestram, donec consumantur cadauera patrum in deserto, iuxta nu-
merum quadraginta dierum quibus considerastis terram. † † Annus pro die impu-
tabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras: & scietis † ultionem me-
am.] Quoniam sicut locutus sum, ita faciam omni multitudini huic pessimæ, quæ
conspexit aduersum me. In solitudine hac deficiet & morietur. † † Igitur omnes vi-
ri quos miserat Moyses ad contemplantū terram, & qui reuersi murmurare fecerant
contra eum omnem multitudinem, detrahentes terræ quòd esset mala, mortui sunt
atque percussi in conspectu domini. Iosue autem filius Nun, & Caleb filius Iephone,
vixerunt ex omnibus qui perrexerant ad considerandam terrā. Locutusque est Moy-
ses vniuersa verba hæc ad omnes filios Israel, & luxit populus nimis. † Et ecce mane
primo surgentes ascenderunt verticem montis, atque dixerunt. † Parati sumus ascen-
dere ad locum de quo dominus locutus est, quia peccauimus. Quibus Moyses: † Cur,
inquit, transgredimini verbum domini, quod vobis non cedit in prosperum? Nolite
ascendere, non enim est dominus vobiscum, ne corruatis coram inimicis vestris. A-
malechites & Chananeus ante vos sunt, quorum gladio corruetis, eo quòd † nolue-
ritis acquiescere domino:] nec erit dominus vobiscum. At illi † contenebrati, ascen-
derunt] in verticem montis. Arca autem testamenti domini, & Moyses non recesserunt
de castris. Descenditque Amalechites & Chananeus qui habitabat in monte, &
percutiens eos atque concidens, persequutus est eos vsque Horma.

† Exod. 13. d.
10. 14. b.

† Exod. 32. c.

† Psal. 102. b.
Exod. 34. a.

† Deut. 1. f.

† Ios. 14. b.

† Psal. 105. c.
Deut. 1. f.

† 76. dist. c. 16
iunium quer
ti. 2. 3. q. 14. c.
Dupliciter. &
q. 5. c. Quid et
10. c. d.

† Psal. 94. d.
Ezech. 4. b.

† Iudith. 8. c.
1. Cor. 10. b.
Heb. 3. a.
Iudith. 1. b.

† Deut. 3. g.

*Libamenta terram ingressis cum hostiis & primitiis offerenda, arrogantis, ignorantis, &
ligna sabbato colligentis pœna, simbriae per quatuor angulos palliorum. X V.*



Locutus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad filios Israel, & dices
ad eos: Cum ingressi fueritis terram habitationis vestræ, quam ego dabo
vobis, & feceritis oblationē domino in holocaustū, aut victimam pacifi-
cam vota soluētes, vel spōte offerētes munera,] aut in solēnitatibus vestris
ado-

adolentes odorem suauitatis domino, ² de bobus siue de ouibus] offeret quicumque immolauerit victimam, sacrificium simile ^b decimam partem ³ ephy cōspersam oleo, quod mensuram habebit quartam partem hin : & vinum ad liba fundenda eiusdem mensuræ dabit in holocaustum, siue in victimam. Per agnos singulos, & arietes] erit sacrificium simile duarum decimarum, quæ conspersa sit oleo tertiæ partis hin : & vinum ad libamentum tertiæ partis eiusdem mensuræ offeret in odorem suauitatis domino. Quando verò de ⁴ bobus] feceris holocaustum aut hostiam, vt ⁵ impleas] votum vel pacificas victimas, ⁶ dabis per singulos boues simile tres decimas consper-
^c sæ oleo, quod habeat medium mensuræ hin : & vinum ad liba fundenda eiusdem mensuræ in oblationem suauissimi odoris domino. Sic facies per singulos boues, & arietes, & agnos, & hædos. * Tam indigenæ quàm peregrini eodem ritu offerent sacrificia. Vnum præceptum erit atque iudicium, tam vobis, quàm aduenis terræ. Locutus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Cum veneritis in terram quam dabo vobis, & comederitis de panibus regionis illius, ⁶ separabitis primitias] domino — de cibis vestris.] ⁷ Sicut de areis primitias separabitis, ita & de pulmentis dabit primitiua domino.] ^c Quòd si per ignorantiam præterieritis quicquam horum quæ locutus est dominus ad Moysen, & mandauit per eum ad vos, à die qua cœpit iubere, & vltra: oblitæque fuerit facere multitudo, offeret vitulum de armento holocaustum in odorem suauissimum domino, ⁸ & sacrificium eius ac liba vt cœremonia eius postulant, hircumque pro peccato: & ⁹ rogabit] sacerdos pro omni multitudine filiorum Israel, & dimittetur eis: quoniam ⁹ non sponte peccauerunt,] nihilominus offerentes incensum domino, pro se & pro peccato atque errore suo, & dimittetur vniuersæ plebi filiorum Israel, & aduenis qui peregrinantur inter vos, quoniam culpa est omnis populi per ignorantiam. Quòd si anima vna nesciens peccauerit, offeret capram anniculam pro peccato suo, & deprecabitur pro ea sacerdos, quòd inscia peccauerit coram domino, impetrabitque ei veniam, & dimittetur illi. Tam indigenis quàm aduenis vna lex erit omnium qui peccauerint ignorantes. ^d Anima verò quæ per ¹⁰ superbiam] aliquid commiserit, siue cuius sit ille, siue peregrinus, quoniam aduersus dominum rebellis fuit, peribit de populo suo. Verbum enim domini contempsit, & præceptum illius fecit irritum, idcirco delebitur, & portabit iniquitatem suam. ^e Factum est autem, cum essent filij Israel in solitudine, & inuenissent hominem colligentem ligna in die sabbati, obtulerunt eum Moyse & Aaron, & vniuersæ multitudi-
^d ni. Qui recluserunt eum in carcerem, nesciètes quid super eo facere deberent. Dixitque dominus ad Moysen: ^e Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra. Cùmque eduxissent eum foras, obruerunt eum lapidibus, & mortuus est, sicut præceperat dominus. Dixit quoque dominus ad Moysen: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: ^f vt faciant sibi ^f simbrias per angulos pallio-
^e rum, ^g ponentes in eis vittas hyacinthinas. Quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum domini, ^g nec sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes, sed magis memores præceptorum domini, faciant ea: sintque sancti deo suo. Ego dominus deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti, vt essem deus vester. *

Chore seditionem cum sociis mouens absorbetur à terra.

XVI.

Ecce autem Chore filius Isaar filij Caath, filij Leui: & Dathan, atque Abiron, filij Eliab, Hon quoque filius Pheleth, de filiis Ruben, surrexerunt contra Moysen: alique filiorum Israel ducenti quinquaginta viri proceres Synagogæ: & ¹ qui tempore concilij per nomina vocabantur. [†] Cùmque stettissent] aduersum Moysen & Aaron, dixerunt: ² Sufficiat vobis quia omnis multitudo sanctorum est,] & in ipsis est dominus. Cur eleuamini super populum domini? Quod cum audisset Moyses, cecidit pronus in faciem, ³ locutusque ad Chore & ad omnem multitudinem, Manè, inquit, notum faciet dominus, qui ad se pertineant, ³ & sanctos applicabit sibi, & quos elegerit, appropinquabunt ei.] Hoc igitur facite:

h ij

2. De alimentis aut pecudibus

3. Commixtam quarta parte Hin olei. Sed & vinum pro libamine quartam partem Hin faciant cum holocausto, aut alio sacrificio, pro agna vna, aut si fuerit aries.

b. Quid est ergo in agni oblatione decimam partem ephi of ferre simile cōspersæ oleo iuxta quartam partem hin, & vinum eiusdem mensuræ ad liba fundenda, nisi simplicitatem motum cum legis scientia & prudentia euangelica exhibere? Nisi placet enim, simplicitas sine prudentia, neque prudentia sine simplicitate. Vide, Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.

Hiero.

4. Vitulis.

5. Separas.

6. Qualem numerum in his feceris, talem quoque numerum facies in illis.

7. De prima pasta vestra leuabitur pro leuatione iuxta leuationem areæ, sic leuabitur eam. De primis partibus vestris dabitur domino leuatione in generationibus vestris.

c. Quod præcipit quomodo peccata expiantur quæ non sponte committuntur, merito queritur quæ sint ipsa peccata nolentium. Verum quæ à nescientibus committuntur, quæ facere cōpelluntur? Nam & hæc contra voluntatem dici solent. Sed vult quis propter quod facit, cui vult viuere. Si quis nisi fecerit mortem minetur: vult ergo facere, quia vult viuere. Ideo non per seipsum appetendo vt falsum iure, sed vt falsum iure viuatur. Si ita est, nescio vtrū possint dici ista peccata nolentium qualia hic dicuntur expianda. August.

8. Expiabit.

9. Ignorantia.

10. Quæ sine peccato quæ per superbiam committuntur, scriptura ipsa in consequentibus aperit vbi ait: verbum domini contempserunt. Aliud est ergo præcepta contempserunt aliud magis pendere quidem, sed aut ignarum contra facere aut victim. Augu. quæst. 25, in Numer.

11. Maam superbam.

e. Sicut enim tempore caritatis bonitas, sic tempore timoris severitas dei maxime commendatur. August. contra Adversarium, cap. 22.

f. In signum memorie quæ præcepta sibi recordentur, vt etiam casu hoc illi respicientibus oculis, mandatorum celestium memoria nascitur. Hiero. ad Celantiam.

g. In generationibus suis.

h. Et faciant ea.

i. Ego dominus deus vester.

12. Maam superbam.

13. Sicut enim tempore caritatis bonitas, sic tempore timoris severitas dei maxime commendatur. August. contra Adversarium, cap. 22.

14. In signum memorie quæ præcepta sibi recordentur, vt etiam casu hoc illi respicientibus oculis, mandatorum celestium memoria nascitur. Hiero. ad Celantiam.

15. In generationibus suis.

16. Et faciant ea.

17. Ego dominus deus vester.

18. Maam superbam.

19. Sicut enim tempore caritatis bonitas, sic tempore timoris severitas dei maxime commendatur. August. contra Adversarium, cap. 22.

20. In signum memorie quæ præcepta sibi recordentur, vt etiam casu hoc illi respicientibus oculis, mandatorum celestium memoria nascitur. Hiero. ad Celantiam.

21. In generationibus suis.

22. Et faciant ea.

23. Ego dominus deus vester.

24. Maam superbam.

25. Sicut enim tempore caritatis bonitas, sic tempore timoris severitas dei maxime commendatur. August. contra Adversarium, cap. 22.

26. In signum memorie quæ præcepta sibi recordentur, vt etiam casu hoc illi respicientibus oculis, mandatorum celestium memoria nascitur. Hiero. ad Celantiam.

27. In generationibus suis.

28. Et faciant ea.

29. Ego dominus deus vester.

30. Maam superbam.

31. Sicut enim tempore caritatis bonitas, sic tempore timoris severitas dei maxime commendatur. August. contra Adversarium, cap. 22.

32. In signum memorie quæ præcepta sibi recordentur, vt etiam casu hoc illi respicientibus oculis, mandatorum celestium memoria nascitur. Hiero. ad Celantiam.

33. In generationibus suis.

34. Et faciant ea.

35. Ego dominus deus vester.

36. Maam superbam.

† 23. q. 5. cap. Quid ergo. De pen. dist. 3. c. Quærat.

† Deut. 21. b. Matth. 23. a.

10. 4. 2.

† Eccl. 4. c. Iude 1. d. 1. Cor. 10. b.

b. Quia infernus subiungitur quod Moyſes miſit pro Dathā & Abiron ideo nomine totius ſynagoga: Chore ſignificatur, non tota congregatio que conuenerat aduerſus Moyſen & Aaron ſed propria cōgregatio Chore, que aſpirabat ad ſacerdotium, que rem inſerat cum Chore. Ceterus ibidem.
e. Ad illud ad ſacritia domi no offerenda.
4. Vobis eſt.
5. Reſpiciſtis? Ob hanc etiam rem tu & omnis ſynagoga tua.

d. Quid eſt quod Dathan & Abiron cum in ſeditionem cōſurrexiſſent, vocati à Moyſe ac ſuperbè & iniuſe reſpondentes: Nunquid parum eſt tibi, quod eduxiſti nos de terra Aegypti? Vtrum populi Iſrael tanquam dicentes: Si ita praſtiſſes oculos hominū illorum abſciſiſſes, id eſt, ita te diligere, vt oculos ſuos ererent & darent tibi? Aug. quaſt. 26. ſuper Numeros.

6. Virorum illorum.
* Moyſes.
e. Per totam noctem praecedentem & parcem diei Chore & ſibi adherentes diſcurrerant per caſtra dicentes populo quod mouebantur pro utilitate communi, & hoc modo coaceruauerunt ſibi multitudinem. De Iſra.

f. Notandum eſt tunc iubere dominum ſeparationem fieri corporalem, cum iam vindicta immineret malis. Sic Noe cum domo ſua ſeparatur à ceteris diluuiū perituris. Sic Loth cum ſuis ſeparatur à Sodomitis igne caeliſus conſumendis. Sic ipſe populus ab Aegyptiis marinis fluctibus obructis. Sic iſti nūc à ſynagoga Chore Abiron & Dathan, qui ſe primitus per ſeditionem abſumpſerunt. Aug. quaſt. 27. ſuper Nume.
7. Circuitu tabernaculorum.
g. Notandum eſt tunc iubere dominum ſeparationem fieri, cum iam vindicta immineret malis. Sic Noe cum domo ſua ſeparatur à ceteris diluuiū perituris. Sic Loth cum ſuis ſeparatur à Sodomitis igne caeliſus conſumendis. Sic ipſe populus ab Aegyptiis marinis fluctibus obructis. Aug. Quaſt. ſuper numeros, lib. 4. cap. 30. c.

* Quaeſo.
8. Iſtaum virorum.
9. Fortè conſumamini in peccato.
10. Atque periculis ſuis.
11. Vici iſti irruerunt.
12. Cū omnibus hominibus qui erant cum Chore.
h. Commouet enim ſe fabrica contra eos qui contra deum ipſum fabricum inſurgunt, morteque acerbiffima ac propemodum demoniaciui ad inferos deſcendent. Procopius ibid.

1. His ita abſumpſis, Moyſes volens perpetuam eius ſupplicij memoriam ad poſteros tradit, vt & illis non ignoſcerent, iuſſit Eleazarum Aaronis filium aceras coti affixas altari aereo conſecrare: vt hoc monumento omnes tererentur, qui caeleſte nomen humanis dolis purgare circumuenerit poſſe. Ioſeph. lib. 4. ca. 2. Antiq. Iudaic.
21. Theſebula peccatorum iſtorum ſunt pro animabus eorū.
22. Pro operimento altaris.
23. Sint in ſignum filiis Iſrael.
24. Extenuauerunt ea pro operimento altaris; in memoriale filiis Iſrael.

15. Congregaretur cœtus contra Moyſen & Aaron, conuerterunt ſe ad tabernaculū fœderis, & ecce operuit ipſum.

Tollat vnusquisque thuribulum ſuū, tu Chore, & omne conſilium tuum: & hauſto cras igne ponite deſuper thymiana coram domino, & quemcūque elegerit, ipſe erit ſanctus. Multum erigimini filij Leui. Dixitque rurfum ad Chore: Audite filij Leui: Num parum vobis eſt, quod ſeparauit vos deus Iſrael ab omni populo, & iunxit ſibi vt ſeruiretis ei in cultu tabernaculi, & ſtaretis coram frequentia populi, & miniſtrareris ei? Idcirco ad ſe fecit accedere te, & omnes fratres tuos filios Leui, vt vobis etiam ſacerdotium vendicaretis: & omnis globus tuus ſtet contra dominum: Quid eſt enim Aaron, vt murmuretis contra eum? Miſit ergo Moyſes, vt vocaret Dathan & Abiron, filios Eliab. Qui reſponderunt. Non venimus. Nunquid parum eſt tibi, quod eduxiſti nos de terra Aegypti quæ lacte & melle manabat, vt occideres in deſerto, niſi & dominatus fueris noſtri? Reuera induxiſti nos in terram quæ fluit riuis lactis & mellis, & dediſti nobis poſſeſſiones agrorum & vinearum? An & oculos noſtros vis eruere? Non venimus. Iratūſque Moyſes valde, ait ad dominum: Ne reſpicias ſacritia eorum. Tu ſcis quod nec aſellum quidem vnquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum. Dixitque ad Chore: Tu, & omnis congregatio tua ſtate ſeorſum coram domino, & Aaron die craſtino ſeparatim. Tollite ſinguli thuribula veſtra, & ponite ſuper ea incenſum, offerentes domino ducenta quinquaginta thuribula: Aaron quoque teneat thuribulum ſuum. Quod cum feciſſent ſtantibus Moyſe & Aaron, & coaceruaſſent aduerſum eos omnem multitudinem ad oſtium tabernaculi, apparuit cunctis gloria domini. Locutūſque dominus ad Moyſen, & Aaron, ait: Separamini de medio congregationis huius, vt eos repente diſperdam. Qui ceciſerunt proni in faciem, atque dixerunt: Fortiſſime deus ſpirituum vniuerſæ carnis, num vno peccante contra omnes ira tua deſæuiet? Et ait dominus ad Moyſen: Præcipe vniuerſo populo vt ſeparatur à tabernaculis Chore & Dathā & Abirō. Surrexitque Moyſes, & abiit ad Dathan & Abiron, & ſequentibus eum ſenioribus Iſrael dixit ad turbam: Recedite à tabernaculis impiorum, & nolite tægere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum. Cūque reſceſſiſſent à tentoriis eorum per circuitum, Dathan & Abiron egreſſi ſtabat in introitu papilionum ſuorum cum vxoribus & liberis, omnique frequentia. Et ait Moyſes: In hoc ſciētis quod dominus miſerit me, vt facerem vniuerſa quæ cernitis, & non ex proprio ea corde protulerim. Si conſueti hominum morte interierint, & viſitauerit eos plaga, qua & ceteri viſitari ſolent, non miſit me dominus. Sin autem nouā rem fecerit dominus, vt aperiens terra os ſuum deglutiat eos & omnia quæ ad illos pertinent, deſcendentque viuentes in infernum, ſciētis quod blaſphemauerint dominum. Confeſtim igitur vt ceſſauit loqui, dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum deuorauit illos cum tabernaculis ſuis, & vniuerſa ſubſtātia eorum. Deſcendentque viui in infernum aperti humo, & perierunt de medio multitudinis. At verò omnis Iſrael qui ſtabat per gyrum, fugit à clamore pereuntium, dicens: Ne fortè & nos terra deglutiat. Sed & ignis egreſſus à domino, interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerabant incenſum. Locutūſque eſt dominus ad Moyſen, dicens: Præcipe Eleazaro filio Aaron ſacerdoti, vt tollat thuribula quæ iacent in incendio, & ignem huc illucque diſpergat, quoniam ſanctificata ſunt in mortibus peccatorum: producatque ea in laminas, & affigat altari, eo quod oblatum ſit in eis incenſum domino, & ſanctificata ſunt: cernant ea pro ſigno & monumento filij Iſrael. Tulit ergo Eleazar ſacerdos thuribula ænea, in quibus obtulerant ij quos incēdium deuorauit, & produxit ea in laminas affigens altari, vt haberent poſtea filij Iſrael quibus commonerentur, ne quis accedat alienigena & qui non eſt de ſemine Aaron, ad offerendū incenſum domino, ne patiatuſ ſicut paſſus eſt Chore, & omnis congregatio eius, loquente domino ad Moyſen. Murmurauit autem omnis multitudo filiorum Iſrael, ſequenti die contra Moyſen & Aaron, dicens: Vos interfeciſtis populū domini. Cūque oriretur ſeditio & tumultus increſceret, Moyſes & Aaron fugerūt ad tabernaculum fœderis. Quod poſtquā ingreſſi ſunt, operuit nubes, & apparuit gloria domi-

† 7. q. 1. c. 6.
Denique. 24.
q. 1. c. Didicimus.
† 3. c. 3. c. 1.

† 7. q. 1. c. 5.
† quis inquit.
23. q. 4. ca. ca.
cedite, & c.
Numeri.

† Pſal. 105. b.
Deute. 11. a.

† 7. q. 1. c. 2.
Denique. 24.
q. ca. Didicimus.
mus, & qu. 3.
ca. 2.
Deute. 1. d.
Pſal. 105. c.

Ioſ. 42.
† De conſec.
diſt. 1. ca. Et
dixit. 82. diſt.
c. Propoſitiſſi
De elec. c.
Qualitè.

domini. * Dixitque dominus ad Moysen: Recedite de medio huius multitudinis, ¹⁶ etiam nunc]delebo eos. ¹⁷ Cúmque iacerent in terra,]dixit Moyses ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, mitte infensum desuper, pergens cito ad populum, vt ¹⁸ roges pro eis.]¹ Iam enim egressa est ira à domino, & plaga defauit. ^h Quod cum fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem ¹⁹ quam iam vastabat incendium,]obtulit thymiam: & stans inter mortuos ac viuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. Fuerunt autem qui percussi sunt, quatuordecim milia hominum & septingenti, absque iis qui perierant in seditione Chore. Reuersissique est Aaron ad Moysen ad ostium tabernaculi fœderis, postquam quieuit interitus.

Selectis à duodecim tribubus virgis, sola virga Aaronis floruit, fructumque produxit.

XVII.

A Locutus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad filios Israel: ^a & accipe ab eis virgas singulas ¹ per cognationes suas, à cunctis principibus tribu virgas duodecim: & vniuscuiusque nomen superscribes virgæ suæ. Nomen autem Aaron ² erit in tribu Leui: & vna virga cunctas eorum familias continebit,]ponesque eas in tabernaculo fœderis coram testimonio, vbi loquar ^b ad te. ³ Quem ex iis elegero, germinabit virga eius: & cohibebo à me querimonias filiorum Israel, quibus contra vos murmurant. Locutusque est Moyses ad filios Israel: & dederunt ei ³ omnes principes virgas per singulas tribus.]Fueruntque virgæ duodecim, ⁴ absque virga Aaron.]⁵ Quas cum potuisset Moyses coram domino in tabernaculo testimonij, sequenti die regressus inuenit germinasse virgam Aaron ¹ in domo Leui, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt. Protulit ergo Moyses omnes virgas de conspectu domini ad cunctos ^d filios Israel, videruntque & receperunt singuli virgas suas. ⁶ Dixitque dominus ad Moysen: ^b Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij, [†] vt seruetur ibi in signum rebellium filiorum Israel, & quiescant querelæ eorum à me, ne moriantur. Fecitque Moyses sicut præceperat dominus. Dixerunt autem filij Israel ad Moysen: Ecce consumpti sumus, omnes peribimus. * Quicumque accedit ad tabernaculum domini, moritur. Num vsque ad internecionem cuncti delendi sumus?

Sacerdotes & Leuitæ templi ministerio additi, decimas in hereditatem habeant. XVIII.

A Ixitque dominus ad Aaron: Tu & filij tui, & domus patris tui tecum, portabitis ^a iniquitatem sanctuarij: & tu & filij tui simul, sustinebitis ^b peccata sacerdotij vestri. Sed & fratres tuos de tribu Leui, & scepro patris tui, sume tecum: præstóque sint & ministrent tibi. ¹ Tu autem & filij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij. [†] Excubabuntque Leuitæ ad ² præcepta tua, & ad cuncta opera]tabernaculi: ita duntaxat vt ad vasa sanctuarij & altare non accedant, ne & illi moriantur, & vos pereatis simul. Sint autem tecum, & excubent in custodijs tabernaculi, & in omnibus cæremoniis eius. Alienigena non miscebitur vobis. ^c Excubate in custodia sanctuarij, & in ministerio altaris, ne oriatur indignatio super filios Israel. Ego dedi vobis fratres vestros Leuitas de medio filiorum Israel, & tradidi donum domino, vt seruiant in ministerijs tabernaculi eius. Tu autem & filij tui custodite sacerdotium vestrum, ³ & omnia quæ ad cultum altaris pertinent, & intra velum ^b sunt, per sacerdotes administrabuntur.] Si quis externus accesserit, occidetur. ⁴ Locutus est dominus ad Aaron: ^d Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum. Omnia quæ sanctificantur à filiis Israel, tibi tradidi & filiis tuis pro officio sacerdotali, legitima sempiterna. Hæc ergo accipies de iis quæ sanctificantur, & oblata sunt ⁴ domino.] Omnis oblatio, & sacrificium, & quicquid pro peccato atque delicto redditur mihi, & cedit in sancta sanctorum, tuum erit & filiorum tuorum. ⁵ In sanctuario]comedes illud. Mares tantum edent ex eo, quia consecratum est domino. Primitias autem quas vouerint, & obtulerint filij Israel, tibi dedi & filiis tuis

h iij

* Et venit Moyses & Aaron ante tabernaculum testimonij. ¹⁶ Repente. ¹⁷ Illi autem ceciderunt in faciem suam, &c.

¹⁸ Expies eum, & infra. ^h Aaron sanctus ruina mortis in populo transiecta thuribulum accipies eueurit obuiam quassationi, statique in medio superstitium ac peremptoruna, ierusalem plagam obiectu sui quasi quidam murus exclusit. Idolorum ibidem. ¹⁹ Et ecce iam coeperat plaga in populo.

^a Omnis princeps tribus populi habet virgam. Non enim potest quis regere populum nisi habeat virgam, vnde & Paulus Apostolus, quia princeps erat populi, idcirco dicebat: Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? August. Sermo. 99. de Tempore. ¹ Iuxta domos patrum, à cunctis principibus eorum secundum domos patrum suorum. ² Scriber super virgam Leui, quoniam vnaqueque virga est pro domo patrum suorum. ³ Singuli principes singulas virgas iuxta domos patrum suorum. ⁴ Fuitque virga Aar in medio virgarum illorum. ⁵ Pro domo Leui, proferent ramos, & erumpentem in flores, reddentque amygdalas.

^b Crastino autem mane Aar virga gemmulas amygdalini floris ostendit, quo parebat Aaron pro omnibus in sacerdotium dominum elegerit. Aug. de mirabilibus sacre scripturæ, cap. 31. * Omnes nos perditum sumus.

^a Periculum tam pœne quam culpe iniqui accessus ad sanctuarium. ^b Hæc sunt peccata que appellantur sacrificia pro peccatis, quæ ideo dicuntur peccata sacerdotij vestri, id est, eas ipsas que offeruntur pro peccatis. Aug. quasi. 31. super Numer. 1. Tibi autem & filiis tuis tecum coram. ² Custodiam tui, & custodia vniuersi. ^c Non est sensus qd pro culpa sacerdotum puniendus sit populus: sed vt sic sacerdos vacent officiis suis circa tabernaculum & altare, ne tantus sit, eorum lapsus vt etiam filij Israel peccent accedendo ad tabernaculum vel altare Domini. Catech. tantus ibid.

¹ Pro cunctis rebus altaris, & pro his que intra velum sunt, ministerium exequentes. Nam veluti munus dedit vobis officium sacerdotale, & ideo. ^d Ceterum primitiæ omnes, & redemptionis pretia ipsi & omnibus qui cum eis sunt, tam maribus quam feminis attribuantur. Sacra enim ad sacerdotio successores pertinent. Munerum vero oblationes familiaribus sacerdotibus communes sunt. Procopius ibid. ⁴ Ab igne, sub altaris. ⁵ In sancto sanctorum.

† Sap. 18. d

† Hebr. 9. b

† Ios. 4. 3.

† De penit. dist. 2. cap. Vt cognouerit. §. Opponitur.

e. Quomodo potest eternum esse quod visibile est? Quæ enim videtur temporalia sunt, primitiæ autem quæ offeruntur Aaron visibiles sunt: inuisibilis ergo circumcisio que in oculo est, æterna est, & æterna sinceritatis & veritatis. Orige. 6. Quam ipsi pro primitiis offerunt.

f. Primogenitus est, non tantum post quem & alij, sed ante quem nullus. Hieronymus. Hic primogenita p̄ factus primitiis pectus dicit: Nam ipsa Gregor. πρῶτος δὲ καὶ ὀνομασθῆναι.

Hæc autem πρῶτος ὄνομασθῆναι. Sed Latine duabus his rebus duo nomina reperta non sunt. Et ideo ista πρῶτος ὄνομασθῆναι quidam primitiis interpretati sunt. Sed primitiæ ἀπόγονος dicitur, & aliud sunt. Hæc igitur tria ita discernuntur, quia πρῶτος ὄνομασθῆναι sunt primitiis animalium factus, etiam hominum: πρῶτος ὄνομασθῆναι vero primi fructus de terra sunt p̄i, vel de arbore, vel de vite.

Primitiæ autem de fructibus quidem, sed iam redactis ab agro, sicut de massa, de lacte, de oleo, de cupa, quæ primitiis sumebantur. Augu. Quæst. super Num. lib. 4. ca. 11.

* Pro ignito sacrificio. * Tecum.

g. Hoc est, in omni sacrificio primum addetur sal, sicut preceptum est in legibus sacrificiorum, Leuit. 2. 7. Et moriantur.

* Et ideo dixit eis: In medio filiorum Israel non habebitis hereditatem.

* In hereditatem vestram.

8. Ac si fuerit de frumento area, aut de plenitudine torcularis. Sic igitur separabitis etiam vos leuatione dominio de eundem decimis vestris, quas accepistis à filiis Israel, & dabitur de eis leuatione domino, quæ erit Aaron sacerdotis.

h. Duo hic præcipiuntur: Alterum, ut qualibet decima dei sit, ex quolibet quod datur Leuitis, proculdubio in decimam: Ita quod cuiuslibet rei respondeat propria decima. Alterum ut sit ex pingui, hoc est ex meliori dato: & huius ratio est, quia quæ est sanctior, hoc est portio sancta, portio dicenda dei. Ceterum ibid.

9. Non moriemini.

r. Hoc est decretum legis, quod constituit dominus, dicens:

a. Evidentissimum signum in ea noui testamenti præfiguratur, nec satis dignè festinat dicere de tanto sacramento valere. Primo enim quod ita cepit de hac re loqui scriptura quem non moueat, & intentissimam mentem faciat in altitudine sacramenti? August. 1. 33.

1. Tolle & immittet in medium combustionis vacca.

* Sacculos.

3. Recentes.

b. Quid autem per vacca, nisi ad sacrificium à sinistra incarnationis dominicæ infirmitas designatur? Sicut enim per masculinum sexum solat fortitudo intelligi, sic & per femininum potest infirmitas designari. Sicut de eo scriptum est: Quia etsi mortuus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute dei. Hæc autem vacca rufa dicitur, ut in ea sanguinis Christi rubor cui denter demonstratur. Gregor. in 7. psal. ponit. Psal. 4.

4. Separationis, atque in expiationem peccati.

5. In futurum perpetuum.

ac filiabus tuis iure perpetuo. ^c Qui mundus est in domo tua, vescetur eis. Omnem medullam olei & vini ac frumenti, ^c quicquid offerunt primitiarum domino, tibi dedi. Vniuersa frugum initia quæ gignit humus, & domino deportantur, cedent in vltis tuos. Qui mundus est in domo tua, vescetur eis. [†] Omne quod ex voto reddiderint filij Israel, tuum erit. Quicquid ^f primum erumpit è vulua cunctæ carnis quam offerunt domino, siue ex hominibus, siue de pecoribus fuerit, tui iuris erit: [§] ita duntaxat vt pro hominis primogenito pretium accipias, & omne animal quod immundum, redimifacias: cuius redemptio erit post vnum mensem, siclis argenti quinque pondere sanctuarij. [†] Siclus viginti obolos habet. Primogenitum autem bouis, & ouis, & capræ, non facies redimi, quia sanctificata sunt domino. Sanguinem tantum eorum fundes super altare, & adipem adolebis ^{*} in suauissimum odorem domino. Carnes vero in vsum tuum cedent, sicut pectusculum consecratum, & armus dexter tua erunt. Omnes primitias sanctuarij quas offerunt filij Israel domino, tibi dedi & filiis ac filiabus tuis ^{*} iure perpetuo. [§] Pactum salis est sempiternum coram domino, tibi ac filiis tuis. Dixitque dominus ad Aaron. In terra eorum nihil possidebitis nec habebitis partem inter eos. Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel. [†] Filiis autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem, pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis, vt non accedant vltra filij Israel ad tabernaculum, nec committant peccatum ⁷ mortiferum,] solis filiis Leui mihi in tabernaculo seruientibus, & portantibus peccata populi. [§] Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. [†] Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in vltus eorum & necessaria separauit. ^{*} Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Præcipe Leuitis atque denuntia: [†] Cum acceperitis à filiis Israel decimas quas dedi vobis, ^{*} primitias earum offerite domino, id est, decimam partem decimæ: vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum, [§] tam de areis, quam de torcularibus, & vniuersis quorum accipitis primitias, offerite domino, & date ea Aaron sacerdoti.] Omnia quæ offeretis ex decimis, & in donaria domini separabitis, optima & electa erunt. Dicetque ad eos: ^h Si præclara & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quasi de area & torculari dederitis primitias: & comedetis eas in omnibus locis vestris, tam vos quam familia vestra, quia pretium est pro ministerio quo seruitis in tabernaculo testimonij: & non peccabitis super hoc, egregia vobis & pingua referuantes, ne polluat oblationem filiorum Israel, & ⁹ moriamini.

† De dec. cap. 1.

† Supra 8. g. Exod. 13. b. Leuit. 27. e. Ezec. 45. d.

† De dec. ca. & c. 2. & c. 1. Tu.

† Deut. 18. 4.

† De decimis ca. 2.

Cinis vaccæ rufæ mundat immundos, expiationis aqua permixtus. XIX.



Locutusque est dominus ad Moysen & Aaron, dicens, [†] Ista est religio [†] Heb. 9. d. victimæ quam constituit dominus.] Præcipe filiis Israel, vt adducant ad te ^a vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla sit macula, nec portauerit iugum: tradetisque eam Eleazaro sacerdoti: [†] Qui eductam extra castra immolabit in conspectu omnium, & tingens digitum in sanguine eius, asperget contra fores tabernaculi septem vicibus, comburetque eam cunctis videtibus, tam pelle & carnibus eius, quam sanguine & fimo flammæ traditis. Lignum quoque cedrinum, & hyssopum, coccumque bis tinctum, sacerdos ^b mittet in flammam, quæ vaccam vorat.] Et tunc ^{*} demum lotis vestibus & corpore suo, ingreditur in castra, commaculatque erit vsque ad vesperum. [§] Sed & ille qui combusserit eam, lauabit vestimenta sua & corpus, & immundus erit vsque ad vesperum. [†] Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, & ³ effundet] eos extra castra in loco purissimo, vt sint multitudini filiorum Israel in custodiam, ^b & in aquam ⁴ aspersionis: quia pro peccato vacca combusta est.] Cùmque lauerit qui vaccæ portauerat cineres, vestimenta sua, immundus erit vsque ad vesperum. Habebunt hoc filij Israel & aduenæ, qui habitant inter eos [†] sancti iure perpetuo.] [†] Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc septem diebus fuerit immundus, aspergetur ex hac aqua die tertio & septimo, & sic mundabitur. Si die tertio aspersus non fuerit, septimo non poterit emundari. [†] [§] Omnis qui tetigerit humane

† Heb. 9. d.

† Heb. 13. b.

† De consec. di. 3. c. Aquæ.

† De consec. dist. 4. c. Nec quemquam. † De p̄ni. di. 3. c. Baptizantur.

humanæ animæ morticinum, & aspersus hæc commixtione non fuerit, polluet tabernaculum domini, & peribit ex Israel. Quia aqua expiationis nõ est aspersus, immundus erit, & manebit spurcitia eius super eum. Ista est lex hominis qui moritur in tabernaculo. Omnes qui ingrediuntur tentorium illius, & vniuersa vasa quæ ibi sunt, polluta erunt septem diebus. Vas quod nõ habuerit operculum, nec ligaturâ desuper, immundum erit. Si quis in agro tetigerit cadaver occisi hominis, aut per se mortui, siue os illius, vel sepulchrum: immundus erit septem diebus. Tollent de cineribus combustionis, atque peccati, & mittent aquas viuas super eos in vas: in quibus cum homo mundus tinxerit hyssopum, asperget ex eo omne tentorium, & cunctam supellectilè, & homines huiuscemodi contagione pollutos: atque hoc modo mundus lustrabit immundum tertio & septimo die: expiatusque die septimo, lauabit & se & vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperum. Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio Ecclesiæ: quia sanctuariû domini polluit, & non est aqua lustrationis aspersus. Erit hoc præceptum legitimum sempiternum. Ipse quoque qui aspergit aquas, lauabit vestimeta sua. Omnis qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit vsque ad vesperum. Quicquid tetigerit immundus, immundum faciet: & anima quæ horum quippiam tetigerit, immunda erit vsque ad vesperum.

Mortua Maria murmuranti populo aqua contradictionis à petra fluit, negantèque transitum Aedom discedunt ad montem Hor, vbi mortuo Aaron sufficitur Eleazarus filius eius.
X X.



Eneruntque filij Israel & omnis multitudo in desertum Zin mense primo, & mansit populus in Cades. Mortuaque est ibi Maria, & sepulta in eodem loco. Cùmque indigeret aqua populus, conuenerunt aduersum Moysen & Aaron: & versi in seditionem, dixerunt: Vtinam perissemus inter fratres nostros coram domino. Cur eduxistis Ecclesiam domini in solitudinem, vt & nos & nostra iumenta inoriamur? Quare nos fecistis ascendere de Ægypto, & adduxistis ad locum istum pessimum, qui feri non potest, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec mala granata; insuper & aquam non habet ad bibendum? Ingressusque Moyses & Aaron dimissa multitudine, in tabernaculum scederis corruerunt proni in terram, & clamaueruntque ad dominum, atque dixerunt: Domine deus audire clamorem populi huius, & aperi eis thesaurum tuum, fontem aquam viuam, vt satiati cesset murmuratio eorum? Et apparuit gloria domini super eos. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Tolle virgam, & congrega populum, tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Cùmque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo & iumenta eius. Tulit igitur Moyses virgam quæ erat in conspectu domini, sicut præceperat ei, congregata multitudine ante petram, dixitque eis: Audite rebelles & increduli. Num de petra hac vobis aquam poterimus eiicere? Cùmque eleuasset Moyses manum, percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet, & iumenta. Dixitque dominus ad Moysen & Aaron: Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel contra dominum, & sanctificatus est in eis. Misit interea nuntios Moyses de Cades ad Regem Aedom, qui dicerent: Hæc mandat frater tuus Israel: Nosti omnem laborem qui apprehendit nos, quomodo descenderunt patres nostri in Ægyptum, & habitauerimus ibi multo tempore, affixerintque nos Ægyptij & patres nostros, & quomodo clamauerimus ad dominum, & exaudierit nos, miseritque angelum qui eduxerit nos de Ægypto. Ecce in vrbe Cades, quæ est in extremis finibus tuis, positi, obsecramus vt nobis transire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros, nec per vineas, non bibemus aquas de puteis tuis, sed gradiemur via publica, nec ad dextram, nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos. Cui respõdit Aedom: Non transibis per me. Alioquin armatus occurrâ tibi.

c. Aquam sale conserfam in populis benedicimus, vt ea cuncti asperiti sanctificentur & purificentur, quod omnibus sacerdotibus faciendum mandamus. Nam si cinis vitulæ aspersus populum sanctificabat, atque mundabat multo magis aqua sale aspersa, diuinitusque precibus facta populum sanctificat atque mundat. De consec. dist. 3. cano. Aquam.
6. Pro peccato.
d. Quærit potest quid sit dicit vulneratum aut mortuum si enim aliud voluit intelligi vulneratum aut mortuum, cauendum est ne putetur immundus esse etiam, qui tetigerit vulneratum vnum, quod vique absurdum est. Sed quia possent & mortui esse vulnerati, pro mortuos intelligitur discreti esse vt & vulnerati mortui esse intelligamus: id est, vulnera percipimus, & mortuum sine vulnera. August. Ibid.
7. Vir qui pollutus fuerit, & non expiauerit se.
* Vnde immundus manebit.

† 1. q. 2. c. Arrianos.

Anni ante Christum 1470. Anni mudi. 2492.

† Exo. 17. b.

† De simo. c. Licet Hell.

† Exo. 17. b. Sap. 11. a.

† Psal. 77. b. 1. Cor. 1. a. † Deute. 1. f.

† De celebratione. Missa c. In quadam.

a. Zin mansio est 11. iuxta Cades. non est ea Cades Barne à qua missi sunt exploratores, vt patuit supra 13. hæc autem missio longe distat ab illa, quod illa iuxta Beersebe, hæc autem in finibus Idumæ. Quæ etiam distat ab 8. mansione quæ dicitur Sin Sin per 23. Hæc autem per 2. & interpretatur mandata. Hiero. ad Fabiolæ, de 42. mansionibus.
b. Videtur mihi in Maria propheta mortua: in Moysen & Aaron legi & sacerdotio Iudæorum suis impostus: quod nec ipsi ad terram promissionis transire valeat nec credentem populum de solitudine huius mundi educere. Hiero. ibid.
1. Egressus itaque.
2. A facie multitudinis ad ostium tabernaculi restimonia.
c. In hæc 12. mansione propter aquas contradictionis Moyses ostendit Dominum & prohibetur transire Iordanem. Percutitur enim murmurare populi dubitanter petram virga percussis, quasi illud non posset Deus facere vt aqua de petra profunderet, quod antequam fecerat. Isidorus. Ibidem.
* Suas.

d. Quod de aqua illa quæ de petra profuit dictum est, hæc aqua contradictionis, quia male dixerant filij Israel ante dominum, & sanctificatus est in ipsis prius maledictus, quando locuti sunt contra beneficium domini quod educti erant de Ægypto: & postea sanctificatus est in ipsis, cum illo miraculo profuerit aqua eius sanctitas declarata est. August. q. 36. super Numer.
3. Contentionis, vbi contendunt.
e. Et nota quod post mortem prophetæ, & aquas contradictionis, Idumæam carnem atque terrenam transire nõ possunt, cum multis precibus & conatibus viam nõ impetrent, sed egreditur Aedom aduersus eos cum populo multo, & in manu forti. Interpretatio quoque hominis morti & offensa & negato transitu conuenit. Vbi enim mandatum, ibi & peccatum: vbi peccatum, ibi & offensa: vbi offensa, ibi mors. Hiero. Fabiolæ, de 42. mansionibus.
4. Regia.

f. Porro ipsi iterum dicunt. Per sentiam tritam ascendemus, nec per agros, inuidentes viam quam regiam vocant, publicanum seu militarem significantes. De aqua item tua non bibemus cum aqua, ea quæ in lacibus est propria sit laborantium. Impunitatem vero trinitas indicaturus, iuxta montem pertransibimus inquit. Procopius. ibid.
 5. Pretium earum.
 6. Pedibus meis transibo.
 7. Cum populo graui.
 * Et ad Aaron in monte Hor.
 8. Congregetur.
 9. Rebeldes fueritis.
 10. Contentionis.
 * Eleazarum.
 11. Aaron.
 9. Offendit ordinationes facit doctores nisi sub populi assensu conscientia fieri oportet: vt sit ordinatio iusta & legitima, quæ omnium iustitiam & iudicio fuerit examinata. Cypria. Episto. 4.
Mors Aaron.
 * Moyse.

Dixeruntque filij Israel: Per tritam gradiemur viam, & si biberimus aquas tuas nos & pecora nostra, dabimus quod iustum est. Nulla erit in pretio difficultas, tantum velociter transeamus. At ille respondit: Non transibitis. Statimque egressus est obuius cum infinita multitudine & manu forti, nec voluit acquiescere deprecanti, vt concederet transitum per fines suos. Quamobrem diuertit ab eo Israel. Cumque castra mouissent de Cades, venerunt in montem Hor, qui est in finibus terræ Ædom: vbi locutus est dominus ad Moysen, dicens: Pergat inquit, Aaron ad populos suos. Non enim intrabit terram quam dedi filiis Israel, eo quod incredulus fuerit ori meo ad aquas contradictionis. Tolle Aaron & filium eius cum eo, & duces eos in montem Hor. Cumque nudaueris patrem veste sua, indues ea Eleazarum filium eius, & Aaron colligetur, & morietur ibi. Fecit Moyses vt præceperat dominus, & ascenderunt in montem Hor coram omni multitudine. Cumque Aaron spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarum filium eius. Illo mortuo in montis supercilio, descendit cum Eleazarum. Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaron, fleuit super eo triginta diebus, per cunctas familias suas.

† Infra 33. et Deuter. 32. g
 † Deuter. 10. b Anhi ante Christi 476 Anhi mundi 2492.

Vitis Chananæis, & Amorræis, murmuranti populo aduersus manna serpentes immittuntur, quorum morsibus æneus serpens erectus medetur. Seon & Og Reges vincuntur. XXI.

a. Historie itaque ordo est, quod mortuis fere omnibus qui exierant de Aegypto, cum venissent filij Israel ad loca in quibus à principio fuerat propinqua Chananæis habitanti in meridie, Chananæus qui olim Israelitas contrinerat, pugnavit contra illos. Caietanus.
 1. Israeliam.
 b. Hinc dictum est anathema, quod detestabile aliquid & abominabile videatur: vt inde victor nihil in visis suis auferret, sed totum in penam luendam voueret, hoc erat anathematizare: quod vulgo dicitur deuotari. Origo autem huius verbi est in Græca lingua ab his rebus quæ vocantur periculosa, hoc est, promissa & reddita sursum ponebantur in templis. *ἀνά τὸν ἕνα τὸ ὑψιστόν*, hoc est, sursum ponere, vel figendo vel suspendendo. Aug. 9. 41. super Numer.
 2. Ardentes, siue vrentes.
 3. Qui mordebant populum, & mortuus est populus multus ex Israel.
 4. Super stipitem, siue periculis.
 c. Mortuo Aaron murmurant Israelitici populi contra deum & Moysen, manna frigidum à serpentibus vulnecantur. Sed quid significat quod morsus mortificat serpentium, exaltato & respectu ante serpente, stabantur, nisi quod nunc in typo saluatoris qui venit antiquumque serpentem in paribulo trisphati diaboli venena superstret, ita vt qui verè expresserunt imaginem filij dei passionemque eius contempserit, consecratur. Hoc enim significat verba ipsius Domini dicentis. Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, sic oportet exaltari filium hominis: vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Iudicium ibidem.
 5. Cumulis Abatim.
 6. Egressi à finibus Amorræi.
 7. Et fecit.
 8. Et fluxus torrentium qui declinat ad habitationem Ar, & porrigitur ad terminum Moab.
 9. In Beer, hic est Beer de quo dixit.
 10. Et de Bamoth in vallem quæ est in campo Moab, vsque ad summitatem collis qui respicit in superficie Iesimon.
 d. Hac incendendum, & nunquam declinandum nec in agrum nec in vineam, nec ad opera, nec ad sensus diabolicos, si volumus pacifice transire per mundum. Glosa ordina. ibid.
 11. Vniuerso populo suo.
 * Israele.

Vod cum audisset Chananæus Rex Arad, qui habitabat ad meridiem, venisse scilicet Israel per exploratorum viam, pugnavit contra illum, & victor existens duxit ex eo prædam. At Israel voto se domino obligans, ait: Si tradideris populum istum in manu mea, delebo vrbes eius. Exaudiuitque dominus preces Israel, & tradidit Chananæum, quem ille interfecit subuersis vrbibus eius, & vocauit nomen loci illius Horma, id est, anathema. Profecti sunt autem & de monte Hor, per viam quæ ducit ad mare rubrum, vt circuissent terram Ædom. Et taxdere cœpit populum itineris ac laboris, locutusque contra dominum & Moysen, ait: Cur eduxisti nos de Aegypto, vt moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ, anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. Quamobrem misit dominus in populum ignitos serpentes, ad quorum plagas, & mortes plurimorum venerunt ad Moysen, atque dixerunt: Peccauimus, quia locuti sumus contra dominum & te. Ora, vt tollat à nobis serpentes. Oravit Moyses pro populo. Et locutus est dominus ad eum: Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo. Qui percussus aspexerit eum, viuet. Fecit ergo Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo. Quem cum percussi aspicerent, sanabantur. Profectique filij Israel castrametati sunt in Oboth. Vnde egressi, fixere tentoria in Ieabarim in solitudine quæ respicit Moab contra orientalem plagam: & inde mouentes, venerunt ad torrentem Zareth. Quem relinquentes, castrametati sunt contra Arnon, quæ est in deserto, & prominet in finibus Amorræi. Siquidem Arnon terminus est Moab, diuidens Moabitas & Amorræos. Vnde dicitur in libro bellorum domini: Sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon. Scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Arnon, & recumberent in finibus Moabitarum. Ex eo loco apparuit puteus: super quo locutus est dominus ad Moysen: Congrega populum, & dabo ei aquam. Tunc cecinit Israel carmen istud. Ascendat puteus, concinebant, puteus quem foderunt principes, & parauerunt duces multitudinis, in datore legis, & in baculis suis. Profectique sunt de solitudine Mathana: de Mathana in Nahalhel: de Nahalhel in Bamoth. Bamoth vallis est in regione Moab, in vertice Phasga: & quod respicit contra desertum. Misit autem Israel nuntios ad Seon regem Amorræorum, dicens: Obsecro, vt transire mihi liceat per terram tuam. Non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis. Via regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos. Qui concedere noluit vt transiret Israel per fines suos: quin potius exercitu congregato, egressus est obuiam in desertum, & venit in Iasa, pugnavitque contra eum. A quo percussus est in ore gladij

† Ios. 4. g
 † Sap. 16. a 1. Cor. 10. b Iudith. 9. g
 † Ioan. 6. b 63. distm. c Quia sancti.
 † Iudi. 11. e
 † Deut. 1. f Iudith. d 1. Mach. 1. f
 † Amos 2. c Psal. 134. c

gladij, & ¹² possessa est terra] eius ab Arnon vsque Teboc, & filios Ammon: quia forti praesidio tenebatur termini Ammonitarum. ¹³ Tulit ergo Israel omnes ciuitates eius, & habitauit in urbibus Amorrhæi: in Hesebon & scilicet] & ¹³ viculis eius. ¹⁴ Urbs Hesebon fuit regis Seon Amorrhæi, qui pugnavit contra regem Moab, & tulit omnem terram quæ ditionis illius fuerat, vsque Arnon. ¹⁴ Idcirco dicitur in prouerbio:] Venite in Hesebon, ædificetur & construatur ciuitas Seon. ¹⁵ Ignis ¹⁵ egressus est de Hesebon, flamma de oppido Seon, & deuorauit Arnon Moabitarum, & habitatores excelsorum Arnon. ¹⁶ Veh tibi Moab, peristi popule Chamos: Dedit filios eius in fugam, & filias in captiuitate Regi Amorrhæorum Seon. ¹⁷ Iugum ipsorum] disperit ab Hesebon vsque Dibon, ¹⁸ lassu peruenit in Nophe] vsque Medaba. Habitauit itaque Israel in terra Amorrhæi. ¹⁹ Misitque Moyses qui explorarent Iazer, cuius ceperunt viculos, & ²⁰ possederunt habitatores. ²¹ Verteruntque se, & ascenderunt per viam Basan: & occurrit eis ²² Og Rex Basan cum omni populo suo, pugnaturus in Edrai. Dixitque dominus ad Moysen: Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum ac terram eius, faciesque illi sicut fecisti Seon Regi Amorrhæorum habitatori Hesebon. Percusserunt igitur & hunc cum filiis suis, vniuersumque populum eius ²³ vsque ad internecionem,] & possederunt terram illius. Profectique castrametati sunt in campestribus Moab, vbi trans Iordanem Iericho sita est.

Bis vocatur Balaam à Balac Israelitis maledicturus, quem angelus asina loquente corripit.

X X I I.

10f. 4. f.
10f. 2. f. b.



¹ Idens autem Balac filius Sephor, omnia quæ fecerat Israel Amorrhæi, & quod pertinuissent cum Moabitæ, & impetum eius ferre non possent,] dixit ad maiores natu Madian: ² Ita debet hic populus] omnes qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere. Ipse ³ erat eo tempore Rex in Moab. Misit ergo nuntios ⁴ ad Balaam filium Beor ⁵ Ariolum, qui habitabat super flumen terræ filiorum Ammon,] vt vocarent eum, & dicerent: Ecce egressus est populus ex Ægypto, qui operuit superficiem terræ sedens contra me. Veni igitur & maledic ⁶ populo huic, quia fortior me est: ⁷ si quo modo possim percutere, & eiicere eum de terra mea. ⁸ Noui enim, quod benedictus sit, cui benedixeris: & maledictus, in quem maledicta congeseris. Perrexeruntque seniores Moab & maiores natu Madian, habentes diuinationis pretium in manibus. Cùmque venissent ad Balaam, & narraissent ei omnia verba Balac, ille respondit. Manete hinc nocte, & respondebo quicquid mihi dixerit dominus. Manentibus illis apud Balaam, ⁹ venit deus, & ait ad eum: ¹⁰ Quid sibi volunt] homines isti apud te? Respondit: ¹¹ Balac filius Sephor Rex Moabitarum misit ad me, dicens: Ecce populus qui egressus est de Ægypto, operuit superficiem terræ: veni & maledic ei, ¹² si quo modo possim] pugnans] abigere eum. ¹³ Dixitque deus ad Balaam: Noli ire cum eis, neque maledicas populo, quia benedictus est. Qui mane consurgens, dixit ad principes: ¹⁴ Ite in terram vestram, quia prohibuit me deus venire vobiscum. Reuerfi principes dixerunt ad Balac: Noluistis Balaam venire vobiscum. Rursum ille multo plures, & nobiliores quam antè miserat, misit. Qui cum venissent ad Balaam, dixerunt: Sic dicit Balac filius Sephor: Ne cuncteris venire ad me. Paratus sum honorare te, ¹⁵ & quicquid ¹⁶ volueris, dare.] Veni & maledic populo isti. ¹⁷ Respondit Balaam: ¹⁸ Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri, non potero ¹⁹ immutare] verbum domini dei mei: vt ²⁰ vel plus vel minus loquar.] ²¹ Obsecro vt hic maneatis etiam hac nocte, & scire queam quid mihi rursus respondeat dominus. Venit ergo deus ad Balaam nocte, & ait ei: Si vocare te venerint homines isti, surge & ²² vade cum eis, ita duntaxat, vt quod præcepero tibi, facias. Surrexit Balaam] mane, & strata asina sua profectus est cum eis: & iratus est deus. ²³ Stetitque angelus domini in via ²⁴ contra Balaam] qui infidebat asinæ, & duos pueros habebat secum. ²⁵ Cernens asina angelum ²⁶ stantem in via euaginato gladio, ²⁷ auertit se de itinere, & ibat

h v

12. Hæreditauit terram.
13. Innoxius enim transitus negabatur, qui iure humane societatis æquissimo patere debebat. Sed iam vt deus sua promissa cõpleret adiuit hic israelitas, quibus Amorrhæorum terram dari oportebat. Nam Aedon cum eis transitum semeliter denegaret, non pugnauerunt cum ipsa gente israelita, nisi iacob cum filiis Esaus duorum germanorum atque geminorum, quia terram illi israelitis non promiserat, sed declinauerunt ab eis. Augusti ibidem.
14. Omnibus fidelibus.
15. Vnde dicunt qui prouerbis viuunt.
16. Enim.
17. Regnum ipsorum, vel imperium.
18. Depopulationem fecimus vsque in Nophah, quæ extraximus.
19. Expulerunt Amorrhæos, qui erant in eis.
20. Post Dibon Gad geritur bellum contra Seon Regem Amorrhæorum, & Og Regem Basan: Er discimus cum venimus ad summum, & de fonte principum regumque biberimus, ascendentes ad montem Phasga, non debeamus eleuari in superbiam, si proposita nobis è cõtrario solitudinem noverimus. Ante contritionem enim eleuatur cor viri, & ante gloriam humiliatur. Hic. Fabiole, de 42. mansio.
21. Vt nulla illius residua starent reliqua.

1. Timetque Moab à facie illius populi valde, quia multus erat, ceptique tædere à facie filiorum Israel.
2. Nunc lambet congregatio illa.
3. Autem Balac filius Sephor.
4. Hic Balaam famosissimus erat in arte magica, & in carminibus noxiis præpotens. Non enim habebat potestatem vel à se verba ad benedicendum, sed habebat ad maledicendum. Demones enim ad maledicendum inuitantur, non ad benedicendum. Augusti. Secundo.
5. de tempore.
6. In Sephor, que est iuxta flumen in terra filiorum populi sui.
7. Nemo gloriatur sibi de loquitur: nouit enim quomodo loquendum sit cum milibus, eum loquatur etiam cum reprobis. Qui & cum per angelos loquitur, ipse loquitur. Difficile est in explanatione historiarum, quomodo eum dicitur venisse deus ad Balaam nocte primo, & interrogasse qui essent homines qui venissent ad eum, & respondisse missos esse à Balaci, dicerent Veni & maledic mihi populum istum. Respondit dominus: Noli ire cum eis. Secundo dixisse vt iret cum eis. Et tertio eum occurrisse angelus dei. Origenes ibidem.
8. Qui sunt.
9. Balaam deo.
10. Propter me.
11. Debellare eum, atque.
12. Balac.
13. Valde.
14. Dixeris mihi, faciam.
15. Propter me.
16. Quis enim iam prius fuisset prohibitus ire, tamè cupiditate ductus adhuc querebat quomodo posset ire: vt si forte demon ei priuatus permitteret sibi dari responsum de contrario. De hys.
17. Transgredi, vel præterire.
18. Faciam quid exiguum vel grande.
19. Si vis tantum permissiue loquendo, aliis domino non displicuisset.
20. Quod ipse profectus erat, vt aduerfetur ei.
21. Domini.
22. In manu sua.

1 Infr. 24. c.
Gene. 41. b.

2. Pet. 2. c.
Iudæ. 1. d.

e. Sed ista angelum dei vidit, quem homo videre nō potuit: & vidit, & derulit & locuta est, vt agnoscere temporebus posterioribus sub aduentu magi angeli dei gentilem illam plebē mutata dicitur, soliditatisque natura solutis de ea linguis, locutura: ita vt que erat subiecta perfide in vocem fidei & confessionis erumpat. Iſidorus ibidem.

10. Coarctavit se ad parietem, of fenditque pedem Balaam ad parietem.

f. Hoc prodigioso asine sermone dum ille tenebatur, apparuit ei angelus oburgans verberatorem, quod fumentum non esset in culpa sed ipse obfaret iter contra dei voluntatem facienti. Ioseph li. 4. ca. 6. Antiq. Judaic.

g. Cum Balaam.

11. Modo te interficerem.

12. An nō ego sum asina tua?

13. In manu sua, vnde inclinato capite incuruauit se super faciem suam.

14. Eo quod peruerteret iter coram me. Et videns me asina tribus vicibus declinauit.

x. In itinere.

15. Locutus fuero.

x. Venisse Balaam.

16. Ad ciuitatem Moab, que est in termino Arnon in extremo sine.

17. Certē quia non possum te honorare?

18. Ceterū signis nihil motus Balac accessit Balaamū tanquam potentiorē, cui indicat deus, vt quamuis hostilem habeat animum, quatenus tamen familiaris sit, siquidem officium eius sit, etiam inuitus contraria dicat.

19. Placatum.

per agrum. Quem cum verberaret Balaam, & vellet ad semitam reducere, stetit angelus in angustiis duarum maceriarum, quibus vineæ cingebantur. Quem videns asina¹⁰ iunxit se parieti, & attriuit sedentis pedem.]^g At ille iterum verberabat eam, & nihilominus angelus ad locum angustum transiens, vbi nec ad dextram, nec ad sinistram poterat deuari, obuius stetit. Cūque vidisset asina stantem angelum, concidit sub pedibus sedentis: Qui iratus vehementius cadebat fuste latera eius. f[†] Aperuitque dominus os asinæ, & locuta est*: Quid feci tibi? Cur percutis me ecce iam tertio: Respondit Balaam: Quia commeruisti, & illulisti mihi. † Vtinam haberem gladium,¹¹ vt te percuterem.] Dixit asina: ¹² Nonne animal tuum sum,] cui semper sedere consuesti, vsque in presentem diem? Dic quid simile vnquam fecerim tibi. At ille ait: Nunquam. ^g Protinus aperuit dominus oculos Balaam, & vidit angelū stantem in via euaginato gladio, ¹³ adorauitque eum pronus in terram.] Cui angelus: Cur, inquit, tertio verberas asinam tuam? Ego veni vt aduersarer tibi,¹⁴ quia peruersa est via tua, mihi que contraria.] Et nisi asina declinasset de via dans locum resistenti, te occidissen, & illa viueret. Dixit Balaam: Peccauit, nesciens quod tu stares contra me. * Et nunc si displicet tibi vt vadam, reuertar. Ait angelus: Vade cum istis, & caue ne aliud quā¹⁵ præcepero] tibi, loquaris. Iuit igitur cum principibus. Quod cum audisset Balac, ¹⁶ egressus est in occursum eius¹⁶ in oppido] Moabitarum, quod situm est in extremis sinibus Arnon. ^g Dixitque ad Balaam: Misi nuntios, vt vocarent te. Cur non statim venisti ad me? An ¹⁷ quia mercedem aduentui tuo reddere nequeo?] Cui ille respondit: Ecce assum. ^g Nunquid loqui potero aliud, nisi quod deus posuerit in ore meo? Perrexerunt ergo simul, & venerunt in urbem¹⁸ quæ in extremis regni eius sinibus erat.] Cūque occidisset Balac boues & oues, misit ad Balaam & principes qui cum eo erant — munera.] Mane autem facto duxit eum ad excelsa Baal, & intuitus est extremam partem populi.

† 2. Pet. 2. 6. 1. q. 7. c. 36. quatu.

† De heret. Cum ex inu. 60.

Infr. 23. 4.

Balaam ad maledicendum Israel vocatus benedixit futura de illo multa prædicens.
X XIII.

a. In veneratione septem planetarum quos colebant idololatæ, & potissimè illi qui erant adlogia imbuti quantum ad hoc, quod omnia que aguntur in humanis actionibus aduertuntur à stellis de quibus erat iste Balaam. De lyra.

1. Mihi septem boues.

2. Obrultitque Balac & Balaam bouem.

3. Ostenderit.

4. Solus.

b. Sub specie iudicis videtur apparuisse non corporali occurſu sed interno: & proculdubio quia ad officium gubernatoris exercendū occurrit. Caietanus ibidem.

c. De Mesopotamia Syriz inuenies & à Balaam tale quid factum. Vocatus enim vt malediceret populum, non solum non maledixit, sed & prædixit multas misitque res tam de aduſu ſaluatoris noſtri, quā de populo. Chryſ. ſuper. 6. cap. Genes. Hom. 21.

1. Propter me ipſi.

2. Quartæ partis.

d. Illud autem quod à Balaam dicitur: Moriatur anima mea, &c. hunc habet ſenſum, vt cupiat mori ſeculo atque peccato, atque viuere cum iuſtorum animabus, quorum vita Chriſtus eſt. Hieron. ſuper Ezechiel. 1. ca. 18.

e. Nō poſſum are mea hoc effere quod ſolebā. Hic ſanè ſuſfragabimur, & obſignabit omnes eos corū qui iniquè loquuntur. Ceterum Balac arbitratuſ leonem mutatum aſſumum quonque diuinum. Procopius ibidem.

6. Poſuerit in ore meo.

7. Agrum ſpeculatorum.

x. Domino.



Dixitque Balaam ad Balac: ^a Edifica mihi hinc septem aras, & para[†] totidē vitulos,] eiusdemque numeri arietes. Cūque fecisset iuxta sermonem Balaam, ² imposuerunt simul vitulum] & arietem super aram. Dixitque Balaam ad Balac: Sta paulisper iuxta holocaustum tuum donec vadam, si forte occurrat mihi dominus: & quodcunque mihi³ imperauerit,] loquar tibi. Cūque abiisset[†] velociter,]^g occurrit illi deus. Locutusque ad eum Balaam: Septem, inquit, aras exeri, & imposui vitulum & arietem desuper. Dominus autē posuit verbum in ore eius, & ait. Reuertere ad Balac, & hæc loqueris. Reuersus inuenit statem Balac iuxta holocaustum suū, & omnes principes Moabitarum, assumptaque parabola sua dixit: ^c De Haran adduxit me Balac Rex Moabitarū, de montibus orientis. Veni, inquit, & maledic^{*} Iacob, propera & detestare Israel. ^g Quomodo maledicā, cui non maledixit deus? Qua ratione detester, quem dominus non detestatur? De summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo illum. Populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur. Quis dinumerare possit puluerem Iacob, & nosse numerum[†] stirpis] Israel? ^d Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Dixitque Balac ad Balaam: Quid est hoc quod agis? Vt malediceres inimicis meis vocaui te, & tu e contrario benedicis eis. Cui ille respondit: ^e † Num aliud possum loqui, nisi quod[†] iusserit] dominus? Dixit ergo Balac: [†] Veni mecum in alterum locum, vnde partem Israel videas, & totum videre non possis, inde maledicito ei. [†] Cūque duxisset eum in⁷ locum sublimem] super verticem montis Phasga, ædificauit Balaam septem aras, & impositis supra vitulis atque arietibus, dixit ad Balac: Sta hinc iuxta holocaustum tuum, donec ego obuius^{*} pergam. Cui cum dominus occurrisset, posuissetque verbum in ore eius, ait: Reuertere ad Balac, & hæc loqueris ei. Reuersus inuenit eum stantem iuxta holocaustum suum, & principes

A Ios. 4. 5.

† Sup. 22. 5. 2. q. 7. c. 36. quatu.

C † Deut. 23. 4.

principes Moabitarum cum eo. Ad quem Balac: Quid, inquit, locutus est dominus? At ille assumpta parabola sua, ait: Sta Balac, & ausculta, audi fili Sephor. ^f Nō est deus quasi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis vt ^g mutetur.] Dixit ergo & non faciet: locutus est, & non implebit? Ad benedicendum adductus sum, benedictionem prohibere nō valeo. * Non est idōlum in Iacob, nec videtur simulachrum] in Israel. ^{† Infr. 24. b} ^D Dominus deus eius cum eo est, & ¹⁰ clangor victoriæ Regis in illo.] ^g Deus eduxit illum de Ægypto: cuius fortitudo similis est rhinocerōtis: Non est augurium in Iacob, nec diuinitio in Israel. Temporibus suis dicitur Iacob & Israeli, quid operatus sit deus. Ecce populus vt leæna ¹¹ confurget, &] quasi leo erigetur. Nō accubabit donec deuoret prædam, & occisorum sanguinē bibat. Dixitque Balac ad Balaam: Nec maledicas ei, nec benedicas. ¹² Et ille:] Nōne, ait, dixi tibi, quod quicquid mihi deus ¹³ imperaret,] hoc facerem? Et ait Balac ad eum: Veni & ducam te ad alium locum, si fortè placeat deo vt inde maledicas eis. * Cūque duxisset eum super verticē montis Phogor, qui respicit ¹⁴ solitudinem,] dixit ei Balaam: Ædifica mihi hīc septem aras, & para totidem vitulos, eiusdemque numeri arietes: Fecit Balac vt Balaam dixerat, imposuitque vitulos & arietes per singulas aras.

Vaticinatur Balaam super Israel, Christi atque Romanorum regnum Amalechitis
& Cynæis casis futurum.

XXIII.

10f. 4. s.



^A Vm̄q̄ vidisset Balaam quod placeret domino, vt benediceret Israeli, nequaquam abiit vt antè perregerat, vt augurium quæreret: sed dirigens contra desertum vultum suum, & eleuans oculos, vidit Israel in tentoriis commorantem per tribus suas, & ¹ irruente in se spiritu dei,] assumpta parabola, ait: Dixit Balaam filius Beor, dixit homo ² cui obturatus est oculus,] dixit auditor sermonum dei, qui visionem omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius. Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, vt ³ valles nemorosa, vt horti iuxta fluuios irrigui,] vt tabernacula quæ fixit dominus, quasi cedri prope aquas. Fluet aqua de situla eius, & semen illius erit in aquas multas. ⁴ Tolle-
^B tur propter Agag Rex eius, & auferetur regnum illius.] Deus eduxit illum de Ægypto, ^{† Sup. 27. d} cuius fortitudo similis est rhinocerōtis. ⁵ Deuorabunt gentes hostes illius, os-
^C fāque eorum confringent, & perforabunt sagittis.] ⁶ Accubans dormiuit vt leo, & quasi leæna, quam suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit ipse benedictus: qui maledixerit, in maledictione reputabitur. Iratusque Balac contra Balaam, complo-
^{† Sup. 22. d} sis manibus ait: Ad maledicendum inimicis meis vocaui te, quibus ⁷ est contrario ter-
^D tiō benedixisti. ⁸ Reuerte te] ad locum tuum. Decreueram quidem magnificè hono-
^{† Mat. 2. 3} rare te, sed dominus ⁹ priuauit te honore disposito.] Respondit Balaam ad Balac: Nōne nuntiis tuis quos misisti ad me, dixi: [†] ¹⁰ Si dederit mihi Balac plenam domū suam argenti & auri, ¹¹ nō potero præterire sermonē domini dei mei, vt vel boni quid, vel mali proferam ex corde meo: sed quicquid dominus dixerit, hoc loquar? Veruntamen pergens ad populum meum, dabo tibi consiliū, ¹² quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore.] Sumpta igitur parabola, rursus ait: Dixit Balaam filius Beor: Dixit homo cuius ¹³ obturatus est oculus,] dixit auditor sermonum dei, qui nouit doctrinam altissimi, & visiones omnipotentis videt, qui cadēs apertos
^{† Mat. 2. 3} ^D habet oculos. Videbo eum, sed non modò: intuebor illum, sed non propè. ¹⁴ Orietur] stella ex Iacob, & confurget virga de Israel, & percutiet ¹⁵ duces] Moab, vastabitque omnes filios Seth, & erit Idumæa possessio eius. ¹⁶ Hæreditas Seir cedet inimicis suis, Israel verò fortiter aget. ¹⁷ De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. Cūque vidisset Amalech, assumens parabolam, ait: Principium gentium Amalech, ¹⁸ cuius extrema perdentur. * Vidit quoque Cynæum, & assumpta parabola, ait: Robustum quidem est habitaculum tuum, sed ¹⁹ si in petra posueris] nidum tuum, & fueris electus de stirpe Cin, quādiu poteris permanere? Assur enim capiet te. Assumptaque parabola iterum locutus est: Heu quis victurus est, quando ista fa-

f. Non sicut homo, frustratur deus, neque sicut filius hominis retrahitur. Quasi putas deum sicut hominem frustrari in his que loquitur. Homines enim multis vitis impediuntur ne verum sit quod loquuntur. Iam enim loquantur aut metu, aut cupiditate, aut inæquitate gratia: Deus autem in quo nullo in passio est, quicquid dixerit pro causam meritis dicit. Et ideo non potest frustrari: quia quicquid ratione profertur nō potest ratione carere. Origenes ibidem.
8. Peniteat.
* 9. Nec est in mea potestate mutare illud. Non aspexit vanitatem in Iacob, neque vidit laborem.
10. Societas Regis cum eo est.
11. Grandis.
12. Respondens Balaam ad Balac.
13. Loquetur.
* Propter me.
14. Faciem deserti Iesum.

a. Hic fuit Balaam permissus statim post mutationem loci & oblationem sacrificij, imò compulsus benedicere Israeli. De lyra ibidem.

1. Et factus est spiritus domini super eum.
b. Afficit enim spiritus domini omnes, non eodem modo, sed alios per informationem spiritus eorundem hominum, vbi rerum demonstratur imagines, alios per fructum mentis ad intelligendum, alios vtique inspiratione, alios cuius nesciunt. August. ad Simplicia. lib. 2. quest. prima.
2. Cuius apertus est oculus.
3. Conuales extenduntur, & surgunt horti iuxta fluuium.
4. Eleuabitur super Agag Rex eius, & sublimabitur regnum eius.
5. Deuorabit geres hostes suos, & ossa eorum corrodet, & sagittas eorum confringet.
6. Quomodo inquit i gurgur cum ait, Accubans dormiuit vt leo, quod in expugnabile ac terribile est, excepimus, non quod feritum, aut frigidum aliud leoni conuenit. Chrys. 16. in 9. cap. Roma. Homil. 6.
7. Nunc igitur fuge.
8. Prohibuito ab honore.
9. Sciens Balaam quod nō sibi per ministros solitas responsa deserentur, sed ab eo qui habet omnium potestatem rectè videtur protulatus se non posse præterire verbum domini, vel proferre aliquid boni vel mali ex ore suo. Glof. ord. ibidem.
10. Quid populo tuo facturus sit iste populus in nouissimis diebus. (videlicet, tempore Messie).
11. Apertus est oculus.
12. Proceffit.
13. Terminos.
e. Gens reproba hæreditas erit electorum: quoniam reprobi sunt propter electos.
f. Vt 2. Reg. 11. de Iobab sub Dauid.

g. Vt in primo libr. Reg. per Saulem.
* In seculum.
12. Ponis in petram, sed erit in depautionem Cynæus, donec Assur te captiuum duxerit.

* Tremibus.
h. Quia per nauigium venit exercitus Romanorum ad partes illas orientales, & superabunt Assyrios temporibus Iulij Cæsaris, & Augusti & vastabunt Hebreos temporibus Titi & Vespasiani. De Iyra.

ciet deus? † Venient in ^h trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntque Hebraeos, ad extremum etiam ipsi peribunt. Surrexitque Balaam, & reuersus est in locum suum: Balac quoque via qua venerat rediit.

† Danic. ii.

Fornicante cum Madianitis & Moabitibus Israele, Phinees Zambri & Cozbi pugione confodit.

X X V.

1. Deorum suorum.

2. Et iunctus.

3. Et furor domini in Israele, & iratus est Deus fornicationibus Israele, & carnalibus & spiritalibus. Nam & filii Moab se in pudicium miserant, & idoli fuerant consecrati. Hoc ad Moysem dixit ut ostentaret domino duceret populi contra solem. August. ibidem.

4. Dominum in conspectu solis.
5. Adduxit ad fratres suos Madianitidem in oculis Moysi, atque in oculis vniuersæ multitudinis.

6. Attripuit hastam in manu sua, veniensque post virum Israelitam in tabernaculum.

b. Hac camen seueritas illi temporis congrua, quantum malis sit fornicationis & idololatriæ, prudentium fidei saluti euidenter ostendit idem August. ut prius.

7. Per ventrem eius.

c. Si igitur homicidium & puericidium placuerunt, quia iuxta dei sententiam sebant, ne attendamus ad facta, sed ad scopum eorum que sebant, & ad voluntatem eorum qui fecerunt. Chylo. Homi. 53. in Genesin.

8. Prædus meum.

9. Princeps domus & cognationis.

10. Populorum de domo & familia.

11. Hostiliter agere eum Madianitis.

* Inidiis suis.



Orabatur autem eo tempore Israel in Sethim, & fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua.] At illi comederunt, & adorauerunt deos earum. ¹ ² Initiatusque] est Israel Beelphegor. Et iratus dominus,] ait ad Moysem: ³ † Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra ⁴ solem in patibulis,] vt auertatur furor meus ab Israel. Dixitque Moyse ad Iudices Israel: † Occidat vnusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor. & Et ecce vnus de filiis Israel ⁵ intrauit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem vidente Moyse & omni turba] filiorum Israel, qui flebāt aucte fores tabernaculi. † Quod cum vidisset Phinees, filius Eleazari, filij Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & ⁶ arrepto pugione ingressus est post virum Israelitem in lupanar, ^b & perfodit ambos simul, virum scilicet & mulierem ⁷ in locis genitalibus.] Cessauitque plaga à filiis Israel, & occisi sunt vigintiquatuor milia hominum. & Dixitque dominus ad Moysem: ⁸ Phinees, filius Eleazari, filij Aaron sacerdotis auertit iram meam à filiis Israel: quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo. Idcirco loquere ad eum: † Ecce do ei ⁹ pacem fœderis mei,] & erit tam ipsi quàm femini eius pactum sacerdotij sempiternum: quia zelatus est pro deo suo, & expiauit scelus filiorum Israel. Erat autem nomen viri Israelitæ qui occisus est cum Madianitide, Zabri filius Salu, ⁹ dux de cognatione & tribu] Simeonis. & Porro mulier Madianitis quæ pariter interfecta est, vocabatur Cozbi, filia Sur principis ¹⁰ nobilissimij Madianitarum. Locutusque est dominus ad Moysem, dicens: ¹¹ † Hostes vos sentiant Madianitæ,] & percutite eos, quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos, ^{*} & decipere insidiis per idolum Phogor, & Cozbi filiam ducis Madian sororem suam, quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phogor.

† Ios. 4. 5.

† Ios. 22. d. Deut. 4. 2.

† Exod. 22. f.

† 1. Mac. 2. c. Psal. 105. c. 1. Cor. 10. d. 2. q. 7. Nos. 5. in 2.

† Ecel. 4. 5. d. 1. Mach. 2. f.

† Infr. 31. a.

Numerantur Israelitæ per singulas tribus à viginti annis & supra, terram Chanaan ingressuri.

X X V I.

1. Et factum est post plagam, vt loqueretur.

2. Post hæc numeratur rursum populus, numeratur & Leuitæ & interfectis primis carnibus nouus populus dei censatur, vt eorum hereditatem percipiat. Porro quod sexcenta milia egressi de Aegypto numerantur, & exiisti duo tantum terra reptomissionis ingressi: sic & in Euangelio scriptum est: Multi sunt vocati, pauci vero electi. Hæc ibidem. 2. Sicut præcepit dominus Moyse & filiis Israel, cum egredieretur e terra Aegypti.

3. Qui cognominati erant in cognationem, & triam concitauerunt aduersum.

* Eos.

4. Facti sunt in signum.

b. Postquam iudicasset populum extra terminum a deo constitutum venisse, iterum nunc in militia idoneorum numerum inquirat. Cum enim patres ante recessu occubissent, filij ipsorum ad calculum vocantur. Atque hoc sanè illud est, quod David dominum dixit inquit: Si ingredientur in requiem meam: & quæ deinceps sequuntur. Quorum liberi vique formam ferebant fidelis populi, qui finem legis, Christi recepit. Procep. ibid.



Postquam noxiorum sanguis effusus est, dixit] dominus ad Moysem & Eleazarum filium Aaron sacerdotem: ¹ ² Numerate omnem summam filiorum Israel à viginti annis & supra, per domos, & cognationes suas, cunctos qui possunt ad bella procedere. Locuti sunt itaque Moyse & Eleazar sacerdos in campestribus Moab, super Iordanem contra Iericho, ad eos qui erant à viginti annis & supra, ² sicut dominus imperarat, quorum est iste numerus.] Ruben primogenitus Israel. † Huius filius Enoch, à quo familia Enochitarum: & Phallu, à quo familia Phallutarum: & Efron, à quo familia Efronitarum: & Charmi, à quo familia Charmitarum. Hæ sunt familiæ de stirpe Ruben, quarum numerus inuentus est quadraginta tria milia & septingenti triginta. Filius Phallu Eliab: huius filij Namuel & Dathan & Abiron. Isti sunt Dathan & Abiron, ³ principes populi † qui surrexerunt contra] Moysem & Aaron in seditione Chore, quando aduersus dominum rebellauerunt, & aperiens terra os suum deuorauit ^{*} Chore morientibus plurimis, quando combussit ignis ducentos quinquaginta viros. & Et ⁴ factum est grande miraculum,] vt Chore pereunte filij eius non perirent. ^b Filij Simeon per cognationes suas: Namuel, ab hoc familia Namuelitarum: Iamin, ab hoc familia Iaminitarum: Iachin, ab hoc familia Iachinitarum: Zare, ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc familia Saulitarum. Hæ sunt familiæ de stirpe Simeon, quarum omnis numerus fuit viginti duo milia ducenti. Filij Gad per cognationes suas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarum: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarum:

† Ios. 3. 11.

† Sup. 1. a.

† Gen. 46. b. Exod. 6. b. 1. Para. 5. a.

† Sup. 16. a. g.

Ozni,

Ozni, ab hoc familia Oznitarum: ¹ Her,] ab hoc familia Heritarum: Arod, ab hoc familia Aroditarum: ⁶ Arihel,] ab hoc familia ⁷ Arihelitarum.] Istæ sunt familia Gad quarum omnis numerus fuit quadraginta milia quingenti. ⁶ † Filij Iuda: Her & Onam, qui ambo mortui sunt in terra Chanáan. Fueruntque filij Iuda per cognationes suas: Sela, à quo familia Selaitarum: ⁸ Phares, à quo familia Pharesitarum: Zare, à quo familia Zareitarum. Porro filij Phares: Elron; à quo familia Elronitarum: & Amul, à quo familia Amulitarum. Istæ sunt familiae Iuda, quarum omnis numerus fuit septuaginta sex milia quingenti. Filij Isachar per cognationes suas: Thola, à quo familia Tholaitarum: Phua, à quo familia Phuaitarum: Iasub, à quo familia Iasubitarum: Semram, à quo familia Semranitarum. Hæ sunt cognationes Isachar, quorum numerus fuit sexaginta quatuor milia trecenti. Filij Zabulon per cognationes suas: Sared, à quo familia Sareditarum: Helon, à quo familia Helonitarum: Ialel, à quo familia Ialelitarum. Hæ sunt cognationes Zabulon, quarum numerus fuit sexaginta milia quingenti. ⁶ Filij Ioseph per cognationes suas: Manasse & Ephraim. De Manasse ortus est Machir, à quo familia Machiritarum. † Machir genuit Galaad, à quo familia Galaaditarum. ⁸ Galaad habuit filios: Iezer, à quo familia Iezeritarum: & Elech, à quo familia Elechitarum: & Afriel, à quo familia Afrielitarum: & Sechem, à quo familia Sechemitarum: & Semida, à quo familia Semidaitarum: † & Hepher, à quo familia Hepheritarum. Fuit autem Hepher pater Salphaad, qui filios non habebat, sed tantum filias: quarum ista sunt nomina: † Maala, & Noa, & Eglā, & Melcha, & Thersa. Hæ sunt familiae Manasse, & numerus earum quinquaginta duo milia septingenti. Filij autem Ephraim per cognationes suas fuerunt hi: Suthala, à quo familia Suthalaitarum: Becher, à quo familia Becheritarum: Tehen, à quo familia Tehenitarum. Porro filius Suthala fuit Heran, à quo familia Heranitarum. Hæ sunt cognationes filiorum Ephraim, quarum numerus fuit triginta duo milia quingenti. ⁸ Isti sunt filij Ioseph per familias suas. ⁸ Filij Benjamin in cognationibus suis: Bela, à quo familia Belaitarum: Azbel, à quo familia Azbelitarum: Achiram, à quo familia Achiramitarum: Supham, à quo familia Suphamitarum: Vpham, à quo familia Vphamitarum. Filij Bela: Hered & Noeman. De Hered, familia Hereditarum: De Noeman, familia Noemanitarum. Hi sunt filij Benjamin per cognationes suas, quorum numerus quadraginta quinque milia sexcenti. ⁸ Filij Dan per cognationes suas: Suham, à quo familia Suhamitarum. Hæ sunt cognationes Dan per familias suas. Omnes fuere Suhamitæ, quorum numerus erat sexaginta quatuor milia quadringenti. Filij Aser per cognationes suas: Iamna, à quo familia Iamnitaram: Iessui, à quo familia Iessuitarum: Brie, à quo familia Brieitarum. Filij Brie: Heber, à quo familia Heberitarum: & Melchiel, à quo familia Melchielitarum. Nomen autem filiae Aser, fuit Sara. ⁸ Hæ cognationes filiorum Aser, & numerus eorum quinquaginta tria milia quadringenti. Filij Neptalim per cognationes suas: Iessiel, à quo familia Iessielitarum: Guni, à quo familia Gunitarum: Ieser, à quo familia Ieseritarum: Sellem, à quo familia Sellemitarum. Hæ sunt cognationes filiorum Neptalim per familias suas, quorum numerus quadraginta quinque milia quadringenti. Ista est summa filiorum Israel, qui recensiti sunt, sexcenta milia & mille septingenti triginta. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens. ^h Istis diuidetur terra iuxta numerum vocabulorum in possessiones suas. Pluribus maiorem ⁸ partem] dabis, & paucioribus minorem, singulis sicut nunc recensiti sunt tradetur possessio: ita duntaxat, vt fors terram tribus diuidat & familia. Quicquid forte contigerit, hoc vel plures accipiant vel pauciores. † Hic quoque est numerus filiorum Leui, per familias suas: Gerson, à quo familia Gersonitarum: Caath, à quo familia Caathitarum: Merari, à quo familia Meraritarum. ⁸ Hæ sunt familiae Leui: Familia Lobni, familia Hebroni, familia Mooli, familia Mufi, familia Chore. At verò Caath genuit Amram, qui habuit vxorem ¹ Iochabeth filiam Leui, quæ nata est ei in Ægypto. Hæc genuit viro suo Amram filios, Aaron, & Moysen, & Mariam sororem eorum. De Aaron orti sunt Nadab, & Abiu, & Eleazar,

† Genes. 38.a

† Ios. 17.a

† Infra. 27.a

† Inf. 27.

Exod. 6.c

4. Heri.
6. Arihel.
7. Arihelitarum.
c. Secundo numeratur qui habitabant ad orientalem partem, scilicet, tribus Iuda tribus Isachar, & tribus Zabulon.
d. Her & Onam qui ambo mortui sunt in terra Chanáan, vt habetur Gene. 35. non reliquerunt semen. De Lyra.

e. Deinde Rachelis liberæ filios tres. Ex quibus primo recitatur filios Ioseph secundum ordinem generationis Manasse & Ephraim. Deinde vitrici Rachelis filium Benjamin. Procapite.
f. Et licet in istis tribus Ephraim esset principalior in positione castrorum & motione, tamen hic tribus Manasse preponitur in numeratione quia fuit primogenitus Ioseph. De Lyra.

g. Hæc numerantur illi qui habitabant ad partem Aquilonarem. tribus Dan, tribus Aser, & tribus Nephthalim. Nomen autem filie Aser fuit Sara. Ista descendit in Ægyptum cum Jacob. Vt habetur Gene. 46. Et ideo nomen eius hic recollitur. De Lyra ibidem.

h. Reprobatur prior populus qui est in circumsione, & introducit secundus de præputio, qui paternam hereditatem consequitur, nõ à Moysen sed à Iesu. Moyses enim si dat aliquibus hereditatem, non intra Iordanem, quem nec transiit omnino. Extra dat terram non fluentem lac & mel, sed pecoribus aptam, muta anima & irrationabilia melius quæ homines nutriunt. Orige.

8. Hereditatem.
i. Hic clare habetur quod mater Moysi fuit amita mariti sui. Nam fuit filia Leui, ac per hoc filia carnalis Caath aut Moysi: & ne putaretur vetula declaratur in Ægypto fuisse genita. Caietanus ibid.

& Ichamar, quorum Nadab & Abiu mortui sunt, cum obtulissent ignem alienum coram domino. Fueruntque omnes qui numerati sunt, viginti tria milia, generis masculini ab vno mense & supra, qui non sunt recensiti inter filios Israel, nec eis cum ceteris data possessio est. ^kHic est numerus filiorum Israel, qui descripti sunt a Moysse & Eleazaro sacerdote in Campestribus Moab supra Iordanem contra Iericho: inter quos nullus fuit eorum qui ante numerati sunt a Moysse & Aaron in deserto Sinai. [†]Prædixerat enim dominus quod omnes morerentur in solitudine. [†]Nullusque remansit ex eis, nisi Caleb filius Iephone, & Iosue filius Nun.

†Supra 3. d
Leui. 10. a
1. Para. 14. d

†1. Cor. 10. a

†Sup. 14. d

Filia Salphaad patri succedunt in hereditatem, ostensaque Moysi terra promissionis Iosue illi sufficitur.
X XVII.

k. Porro quod sexcenta milia amazarum, de Aegypto uenientes egressi, & ex ipsis non sunt amplius quam duo tantum terram repromissionis ingressi. Hæc signa demonstrant multos per baptismum ad fidem transire sed ad celestem patriam valde paucissimos peruenire iuxta illud euangelicum: Multi sunt uocati, pauci uero electi. Isidorus ibidem.
l. Quod autem duo tantum ingrediuntur, ostendit ex utroque populo celestem vitam adipisci, vel propter duas uitas, actionis & contemplationis. Buda ibidem.



[†]Accesserunt autem filia Salphaad, filij Hepheth filij Galaad, filij Machir, filij Manasse, qui fuit filius Ioseph: quarum sunt nomina, Maala, & Noa, & Eglia, & Melcha, & Thersa: steteruntque coram Moysse & Eleazaro sacerdote, & cunctis principibus populi ad ostium tabernaculi fœderis: atque dixerunt: Pater noster mortuus est in deserto, nec fuit in seditione quæ concitata est contra dominum sub Chore, sed in peccato suo mortuus est. Hic non habuit mares filios. Cur tollitur nomen illius de familia sua, qui non habet filium? Date nobis possessionem inter cognatos patris nostri. [†]Retulitque Moyses causam earum ad iudicium domini. Qui dicit ad eum: ^bIustam rem postulant filia Salphaad. Da eis possessionem inter cognatos patris sui, & ei in hereditatem succedant. Ad filios autem Israël loqueris hæc: Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hereditas: si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos. Quod si & fratres non fuerint, dabitur hereditas fratribus patris eius. Sin autem nec patruos habuerit, dabitur hereditas iis qui ei proximi sunt. Eritque hoc filiis Israël sanctum lege perpetua, sicut præcepit dominus Moysi. [†]Dixit quoque dominus ad Moysen: ^bAscende in montem istum Abarim, & contemplare inde terram, quæ daturus sum filiis Israel. Cùmque uideris eam, [†]ibis & tu ad populum tuum, sicut iuit frater tuus Aaron: quia [†]offendisti me in deserto Zin in contradictione multitudinis, nec sanctificare me uoluistis coram ea super aquas. Hæc sunt aquæ contradictionis in Cades deserti Zyn. Cui respondit Moyses: [†]Prouideat dominus deus spiritum omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc: & possit exire & intrare ante eos, & educere eos vel introducere, ne sit populus domini sicut oues absque pastore. [†]Dixitque dominus ad eum: [†]Tolle Iosue filium Nun, virum in quo est spiritus dei, & pone manum tuam super eum. [†]Qui stabit coram Eleazaro sacerdote, & omni multitudine: & dabis ei præcepta cunctis uidentibus, & partem gloriae tuæ: ut audiat eum omnis synagoga filiorum Israel. [†]Pro hoc si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulat dominum. Ad uerbum eius egredietur, & ingredietur, ipse & omnes filij Israel cum eo, & cætera multitudo. Fecit Moyses ut præceperat dominus. Cùmque tulisset Iosue, statuit eum coram Eleazaro sacerdote, & omni frequentia populi, & impositis capitibus eius manibus, cuncta replicauit quæ mandauerat dominus.

†Sup. 16. d
Infra 36. a
Ios. 17. a

†Sup. 16. d

a. Quinque filia Salphaad dei iudicio hereditatem accipiunt inter fratres suos: quia nec legis plebs ab euangelij possessione excluditur. Buda ibide.

*Atque uniuersa cætu.

1. In conuenticulo.

2. In medio statum, & infra.

3. Ut loquatur sunt.
4. In decretum iudicij.
b. Iustam causam sortem patrem, cum fratres eis non essent, petendo proponunt, et impietatis pater commississet nihil uerè peccati proprii iusta persoluisse, & ad longiorè uitam peruenire non potuisset. Ceterum præterdit hoc. Siquidem uirginitas legem obseruatis diuina promissione præsinira erat. Proco. ibid.

b. Eam causam mortis Moysi dicit dominus, quæ etiam fratris eius Aaron: quod scilicet ambo dubitauerunt ad aquam contradictionis, id est, quia dubitauerunt de dono eius quod posset aqua de petra profluere. August. quæst. 53. super Numeros.

5. Colligitis ad populos tuos etiam tu, sicut collectus est.
6. Rebelles fuisti ori meo.
7. Contentione.
8. Contentionis.
9. Constituat.

10. Constituitque eum.

11. Et stabit ante Eleazarum sacerdotem, qui postulat pro eo oraculum ueritatis coram domino.
12. Ingreddietur.

13. Mandauit ei.
* Per manum Moysi.

a. Legi enim succedit euangelij, ibique lex facienda præcepta admonet, & gratia cõplet. Primo quidam quid offerri de beat per singulos dies, dehinc quid in sabbato propter spem quioris eterna. Quid in calendis pro inuouatione uite, quid in pascha quando obsepeliunt eum. Christo per baptismum, quasi a mortuis exstantes ad uitæ nouitatem, & cetera in alijs festis pentecostes, rubarum, & stenophegie. Isidorus ibide.
1. Diesque ad eos: Hec est ignis hostia quam offeretis domino.

* Iuge sacrificium in memoriam diuinæ beatitudinis perpetuæ.
1. Inter uesperas.
2. Commixta.
4. Siquitatis, facti scium ignium domino.
* Iubebis libati uinum domino.

Oblationes quibus suis solennitatibus offerendæ.

X XVIII.



[†]Dixit quoque dominus ad Moysen: [†]Præcipe filiis Israel, & dices ad eos: Oblationem meam & panes, & incensum odoris suauissimi offerete per tempora sua. [†]Hæc sunt sacrificia quæ offerre debetis. Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternum, unum offeretis mane, & alterum ad uesperum: [†]decimam partem ephy similia, quæ conspersa sit oleo purissimo, & habeat quartam partem hin. Holocaustum iuge est quod obtulit in monte Sinai, in odorem suauissimum incensi domini. [†]Et libabitis uini quartam partem hin per agnos singulos in sanctuario domini: [†]Alterumque agnum similiter offeretis ad uesperam iuxta omnem ritum sacrificij matutini, & libamento-

†Math. 12. a

rum

† Math. 23. a B

rum eius, oblationem suauissimi odoris domino. ⁵ b † Die autem sabbati offeretis duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas similia oleo conspersa in sacrificio, & liba quae rite funduntur per singula sabbata in holocaustum sempiternum.] In Kalendis autem, & id est, in mensium exordiis, offeretis holocaustum domino: vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos septem immaculatos, & tres decimas similia oleo conspersa in sacrificio per singulos vitulos, & duas decimas similia oleo conspersa per singulos arietes, & decimam ⁶ decimae] similia ex oleo in sacrificio per agnos singulos. † Holocaustum suauissimi odoris atque incensi est domino. Libamenta autem vini quae per singulas fundenda sunt victimas, ista erunt.

c Media pars hin per singulos vitulos, tertia, per arietem, quarta per agnum. ⁷ Hoc erit holocaustum per omnes menses, qui sibi anno vertente succedunt.] Hircus quoque offeretur domino pro peccatis in holocaustum sempiternum cum libamentis suis. † d Mense autem primo, quartadecima die mensis. Phasè domini erit, & quintadecima die solennitas. Septem diebus vescentur azymis, quarum dies prima ⁸ venerabilis, &] sancta erit. Omne opus seruale non facietis in ea. Offeretisque ⁹ incensum] holocaustum domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem, & sacrificia singulorum ex similia quae conspersa sit oleo, tres decimas per singulos vitulos, & duas decimas per arietem, & decimam ¹⁰ decimae] per agnos singulos, id est, per septem agnos, & hircum pro peccato vnum, vt expietur pro vobis: praeter holocaustum matutinum, quod ¹¹ semper offeretis.] ¹² Ita facietis per singulos dies septem dierum, ¹³ in fomitem ignis, & in odorem suauissimum domino, qui surget de holocausto & de libationibus singulorum. Dies quoque septimus celeberrimus, & sanctus erit vobis. Omne opus seruale non facietis in eo. ¹⁴ Dies etiam primitiuorum quando offeretis nouas fruges domino expletis hebdomadibus, ¹⁵ venerabilis &] sancta erit. Omne opus seruale non facietis in ea. Offeretisque holocaustum in odorem suauissimum domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem, atque in sacrificiis eorum similia oleo conspersa tres decimas per singulos vitulos, per arietes duos, per agnos decimam ¹⁴ decimae] qui simul sunt agni septem, hircum quoque qui mactatur pro expiatione, praeter holocaustum sempiternum & liba eius. Immaculata offeretis omnia cum libationibus suis.

† De consec. d. 2. c. Non oportet.

† Exo. 12. d
Leui. 23. a
Ira. 64. b.

b. Sabbatum, in memoriam creationis.

5. Cum libamine suo, Holocaustum vero sabbati ipso sabbato fieri debet, vltra holocaustum continuum, & libamen eius.

c. Neomenia, in memoriam lunae deo creatae. 6. Vnam.

Neomenia autem noua luna dicitur. Noua autem dicitur solis proxima, vt sub claritate eius lateat. Sed est haec festiuitas vmbra futurorum sicut & alia. Sol iustitiae Christus est, huic si luna, id est ecclesia, quae lumine eius repletur, iusta fuerit, vt vnus spiritus esse suo flagit, & festiuitatem neomeniae agit. Tunc enim noua efficitur esse alii dicit veteri homini & induit nouum qui secundum deum creatus est. Tunc neque videri, neque comprehendi humanis potest aspectibus. Cui enim totum se sociauerit Domino & ad splendorem eius se totam concesserit, nihil omnino terrenum cogitat vel querit, nec hominibus placere studet sed totam se sapientiae, totam se luminis, totam se calori spiritus sancti mancipat, subtilis & spiritalis effecta. Glos. ordinaria.

7. In mense suo per menses anni.

d. Pascha, primum festum solenne.

8. Conuocatio.

9. Sacrificium ignitum in.

10. Vnam.

11. Quod est iuge holocaustum.

12. Panem ignitum in odorem suauitatis domino, vltra holocaustum iuge fiat cum libamine suo.

e. Pentecoste, secundum festum.

13. Conuocatio.

14. Vnam.

Dies etiam primitiuorum festum pentecostes dicebatur. In pascha enim bene offerebatur primitiua de panis: sed in pentecoste offerebatur primitiua de nouis frugibus, scilicet duo panes de nouo frumento. De Lyra ibid.

Mensis septimi solennitates, & earum oblationes.

XXIX.

A



† Mensis etiam septimi prima dies venerabilis & sancta erit vobis. Omne opus seruale non facietis in ea, quia dies clangoris est & ^b tubarum. Offeretisque holocaustum in odorem suauissimum domino, vitulum de armento vnum, & arietem vnum, & agnos anniculos immaculatos septem, & in sacrificiis eorum similia oleo conspersa tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem, vnam decimam per agnum, ¹ qui simul sunt agni septem,] & hircum pro peccato, qui offertur in expiationem populi, praeter holocaustum kalendarum cum sacrificiis suis, & holocaustum sempiternum cum libationibus solitis. ² Hisdem ceremoniis offeretis in odorem suauissimum incensum domino. † Decima quoque dies mensis huius septimi erit vobis sancta atque venerabilis, & ³ affligetis animas vestras. Omne opus seruale non facietis in ea. Offeretisque holocaustum domino in odorem suauissimum, vitulum de armento vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem: ⁴ & in sacrificiis eorum similia oleo conspersa tres decimas per singulos vitulos: duas decimas per arietem, decimam ² decimae per agnos singulos: qui sunt simul agni septem:] & hircum pro peccato, absque his quae offerri pro delicto solent in expiationem, & holocaustum sempiternum, in sacrificio & libaminibus eorum. ^d Quintadecima vero die mensis septimi quae vobis sancta erit ³ atque venerabilis, omne opus seruale non facietis in ea: sed celebrabitis solennitatem domino septem diebus. Offeretisque holocaustum in odorem suauissimum domino,

† Leui. 16. g
23. c.

a. Festum tubarum,

prima die Septembris, recitatum festum solenne.

b. Hic clangor fiebat cornu arietino, propter arietem haerentem cornibus ad vepres in libatione Isaac. Sicut enim dies septimus quisque obseruatur sabbatum & est festiuitas, ita inter menses septimus quisque mensis sabbatum est mensium. Agitur ergo festiuitas, quae dicitur sabbatum sabbatorum, & fit in die prima mensis memoria tubarum. Orige. in Glos. ordi.

1. Vnum de septem agnis.

2. Quae ritu suo sunt.

3. Per ieiunium & alias abstinentias quae corpori minime bladiunt. Haec die decima huius septimi mensis agitur de festo expiationis, quod fiebat in memoriam illius beneficij quo Dominus fuit placatus super fabricationem vituli, quod fuit decima die Septembris. De Lyra.

4. Vnam pro singulis agnis de septem agnis.

3. Conuocatio.

d. Festum tabernaculorum.

vitulos de armento tredecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: & in libamentis eorum similia oleo conspersa tres decimas per vitulos singulos: qui sunt simul vituli tredecim:] & duas decimas arietibus vno, id est, simul arietibus duobus: & decimam decimam agnis singulis: qui sunt simul agni quatuordecim:] & hircum pro peccato absque holocausto sempiterno, & sacrificio & libamine eius: **In die altero offeretis vitulos de armento duodecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim, sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos, & arietes, & agnos, rite celebrabitis: & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque & libamine eius. Die tertio offeretis vitulos undecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim, sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos, & arietes, & agnos, rite celebrabitis: & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno sacrificioque & libamine eius. Die quarto offeretis vitulos decem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim, sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos, & arietes & agnos, rite celebrabitis: & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. Die quinto offeretis vitulos nouem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim, sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos, & arietes, & agnos, rite celebrabitis: & hircum pro peccato: absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. Die sexto offeretis vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim, sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos, & arietes, & agnos, rite celebrabitis: & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. Die septimo offeretis vitulos septem, & arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim, sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos, & arietes, & agnos, rite celebrabitis: & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. Die octauo qui est celeberrimus, omne opus seruale non facietis, offerentes holocaustum in odorem suauissimum domino, vitulum vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem, sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos, & arietes, & agnos, rite celebrabitis: & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. Hæc offeretis domino in solennitatibus vestris, præter vota & oblationes spontaneas in holocausto, in sacrificio, in libamine, & in hostiis pacificis.**

Vota & iuramenta quando & quomodo reddenda.

XXX.



Narrauitque Moyses filiis Israel omnia quæ ei dominus imperarat, & locutus est ad principes tribuum filiorum Israel. Iste est sermo quem præcepit dominus. **Si quis virorum votum domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento, non faciet irritum] verbum suum: sed omne quod promisit, implebit. Mulier si quippiam vouerit, & se constrinxerit iuramento, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari, si cognouerit pater votum quod pollicita est, & iuramentum quo obligauit animam suam, & tacuerit, voti rea erit.] Quicquid pollicita est, & iurauit, opere complebit. Sin autem statim vt audierit, contradixerit pater, & vota & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni,] eo quod contradixerit pater. Si maritum habuerit, & vouerit aliquid, & semel de ore eius verbum egrediens animam eius obligauerit iuramento, quo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit, reddetque quodcunque promiserat. Sin autem audiens statim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius, verbaque quibus obstrinxerat animam suam, propitius erit ei dominus. Vidua & repudiata quicquid vouerint, reddent. Vxor in domo viri, cum se voto constrinxerit & iuramento, si audierit vir & tacuerit, nec contradixerit sponsioni, reddet quodcunque promiserat. Sin autem extemplo contradixerit, non tenebitur promissionis rea, quia maritus contradixit, & dominus ei propitius erit.] Si vouerit & iuramento se constrinxerit, vt per ieiunium, vel cæterarum rerum abstinentiam affligat animam suam, in arbitrio**

4. De tredecim vitulis.

5. Vnum pro singulis agni de quatuordecim agnis. Superiunt enim adhuc festi iudaorum reliquie. Sed quædam dicitur illarum tuba multo seueriores erant iis qui sonant in theatris, & ieiunia quauis ebrietas & comestione erant improbia, ita & tabernacula que nunc apud illos signantur nihil sunt honestiora diuersis in quibus scorta versantur & sibi inq. Chryso. oratione 4. aduersus Iudæos. e. Dicunt Hebræi quod offerantur pro populo israel qui in scriptura aliquando vocatur agnus: & erant in vniuerso 98. agni, vt à populo israel excluderetur 98. maledictiones postre in lege contra transgressores. De lya.

f. Vltima legis festiuitas que iuxta communem ritum collectio sui cætus vocatur, si secundum proprietatem vocabuli nominanda est, retentio appellatur, ea forte ratione qua retinebatur populus qui conuenerat ad festa tabernaculorum pro oblatione ad necessarios sumptus in sacrificio & tabernaculo dei. Vel potius quia pro renouandis per totum annum pro visu tabernaculi diuini instituta erat hæc dies octaua. Caieta. 6. Octauo die erit vobis reuentio. (Hunc diem vocant festi cætus, siue reuentio: quoniam in hac die adhuc retinebatur populus ad solennitatis complementum.)

a. **Votum virorum.**

Non hoc ad omnem iurationem, sed ad eam, vbi quisque de anima sua vouerit alicuius rei abstinentiam qua ei licebat vt per legem: sed per votum sibi ipse efficit non licere. Aug. q. super Num. lib. 4. cap. 56.

3. Violabit.

b. **Mulieris nubilus votum.**

2. Pater eius, rata erunt vota eius, & infra. 3. Vltim votum ab ea factum, at obligationem eius qua constrinxit animam suam, non tenebitur: sed dominus propitius erit ei.

c. **Mulieris nupte votum.**

*Vir eius.

d. **Vidua & repudiata votum.**

4. Et si mulier illa (scilicet vidua in domo viri cum adhuc viueret) vouerit, aut iuramento animam suam constrinxerit, & audiuit vir & tacuit nec contradixit, rata erunt omnia vota eius. Sin vero vir eius in die qua audierit, irrita fecerit ea, quæcunque labiis protulerit, infra erunt: quoniam vir eius dissoluit ea, & dominus propitius erit ei.

5. Omne votum & omne iuramentum ad affligendam animam institutum confirmabitur: nisi iuramentum vel iuramentum.

† 33. q. 4. cap. Manifestum, & c. Noluit.

D arbitrio viri erit, siue faciat, siue non faciat. ^c Quod si audiens vir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam, quicquid vouerat atque promiserat, reddet, quia statim ut audiuit, tacuit. Sin autem contradixerit postquam resciiuit, portabit ipse iniquitatem eius. Istæ sunt leges quas constituit dominus Moysi inter virum & uxorem, inter patrem & filiam, quæ in puellari adhuc ætate est, vel quæ manet in parentis domo.

Cæsis Madianitis virgines reseruantur, ac substantia ex æquo distribuitur, deoquæ gratia aguntur.
X X X I.

1of. 4. 5.
Sup. 25. d



Blocutusque est dominus ad Moysen, dicens: ^a Viscere prius filios Israel de Madianitis, & sic colligèris ad populum tuum. Statimque Moyses, ^{*} Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui ^{*} possint vltionem domini expetere de Madianitis. Mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israel,

qui mittantur ad bellum. ^b Dederuntque millenos de singulis tribubus, id est, duodecim milia expeditorum ad pugnam, quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis, vasaque sancta & tubas ad clangendum, tradidit ei. Cùmque pugnasent contra Madianitas atque vicissent, omnes mares occiderunt, [†] & Reges eorum ^{*} Eui, & Recem, & Sur, & Vr, & Ræbe, quinque [†] principes gentis. ^c Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio, ceperuntque mulieres eorum & paruulos, ^{*} omniâque pecora & cunctam supellectilem. ^{*} Quicquid habere potuerant, depopulati sunt: tam vrbes quàm viculos, & castella flamma consumpsit. Et tulerunt prædam, & vniuersa quæ ceperant, tam ex hominibus quàm ex iumentis: & adduxerunt ad Moysen & Eleazarum sacerdotem, & ad omnem multitudinem filiorum Israel. [†] Reliqua autem vtensilia] portauerunt ad castra in campestribus Moab, iuxta Iordanem contra Iericho. Egressi sunt autem Moyses & Eleazar sacerdos, & omnes principes Synagogæ in occursum eorum extra castra. Iratusque Moyses principibus exercitus, Tribunis, & Centurionibus qui venerant de bello, ait: Cur fœminas

1of. 13. e

B reseruastis? [†] ^d Nonne istæ sunt quæ deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam, & præuaricari fecerunt vos in dominum, super peccato Phogor, vnde & percussus est populus? [†] Ergo cunctas interficite. ^e Quicquid est generis masculini, etiam in paruulis, & mulieres quæ nouerunt viros in coitu, iugulate: puellas autem & omnes fœminas virgines reseruate vobis, & manete extra castra septem diebus. Qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit, lustrabitur die tertio & septimo. Et de omni præda siue vestimentum fuerit, siue vas, & aliquid in vtensilia præparatum, de caprarum pellibus, & pilis & ligno expiabitur. Eleazar quoque sacerdos ad viros exercitus qui pugnaverant, sic locutus est: Hoc est [†] præceptum legis,] quod [†] mandauit deus Moysi. Aurum, & argentum, & æs, & ferrum, & plumbum, & stagnum, & omne quod potest transire per flammam, [†] igne] purgabitur ^{*}: quicquid autem ignem non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur, & lauabitis vestimenta vestra die septimo, & purificati postea castra intrabitis. ^e Dixit quoque dominus ad Moysen: Tolle summam eorum quæ capta sunt ab homine vsque ad pecus, tu & Eleazar sacerdos, & principes vulgi [†]: diuidesque ex æquo prædam inter eos qui pugnaverunt, & egressi sunt ad bellum, & inter omnem reliquam multitudinem: & separabis partem domino ab iis qui pugnaverunt, & fuerunt in bello, vnâ animam de quingentis, tam ex hominibus quàm ex bobus & asinis & ouibus: & dabis eam Eleazaro sacerdoti, quia primitiæ domini sunt. Ex media quoque parte filiorum Israel accipies quinquagesimum caput hominum, & boum, & asinorum, & ouium, cunctorumque animantium, & dabis ea Leuitis qui excubant in custodiis tabernaculi domini. Feceruntque Moyses & Eleazar sicut præceperat dominus. ^e Fuit autem præda [†] quam exercitus ceperat,] ouium sexcenta septuaginta quinque milia, boum septuagintaduo milia, asinorum sexaginta milia & mille, animarum hominũ sexus fœminei, quæ non cognouerant viros, trigintaduo milia. Datæque

† 1of. 25. d

† 1udi. 21. d

C etiam in paruulis, & mulieres quæ nouerunt viros in coitu, iugulate: puellas autem & omnes fœminas virgines reseruate vobis, & manete extra castra septem diebus. Qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit, lustrabitur die tertio & septimo. Et de omni præda siue vestimentum fuerit, siue vas, & aliquid in vtensilia præparatum, de caprarum pellibus, & pilis & ligno expiabitur. Eleazar quoque sacerdos ad viros exercitus qui pugnaverant, sic locutus est: Hoc est [†] præceptum legis,] quod [†] mandauit deus Moysi. Aurum, & argentum, & æs, & ferrum, & plumbum, & stagnum, & omne quod potest transire per flammam, [†] igne] purgabitur ^{*}: quicquid autem ignem non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur, & lauabitis vestimenta vestra die septimo, & purificati postea castra intrabitis. ^e Dixit quoque dominus ad Moysen: Tolle summam eorum quæ capta sunt ab homine vsque ad pecus, tu & Eleazar sacerdos, & principes vulgi [†]: diuidesque ex æquo prædam inter eos qui pugnaverunt, & egressi sunt ad bellum, & inter omnem reliquam multitudinem: & separabis partem domino ab iis qui pugnaverunt, & fuerunt in bello, vnâ animam de quingentis, tam ex hominibus quàm ex bobus & asinis & ouibus: & dabis eam Eleazaro sacerdoti, quia primitiæ domini sunt. Ex media quoque parte filiorum Israel accipies quinquagesimum caput hominum, & boum, & asinorum, & ouium, cunctorumque animantium, & dabis ea Leuitis qui excubant in custodiis tabernaculi domini. Feceruntque Moyses & Eleazar sicut præceperat dominus. ^e Fuit autem præda [†] quam exercitus ceperat,] ouium sexcenta septuaginta quinque milia, boum septuagintaduo milia, asinorum sexaginta milia & mille, animarum hominũ sexus fœminei, quæ non cognouerant viros, trigintaduo milia. Datæque

† 1leui. 6. d
11. c

D etiam in paruulis, & mulieres quæ nouerunt viros in coitu, iugulate: puellas autem & omnes fœminas virgines reseruate vobis, & manete extra castra septem diebus. Qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit, lustrabitur die tertio & septimo. Et de omni præda siue vestimentum fuerit, siue vas, & aliquid in vtensilia præparatum, de caprarum pellibus, & pilis & ligno expiabitur. Eleazar quoque sacerdos ad viros exercitus qui pugnaverant, sic locutus est: Hoc est [†] præceptum legis,] quod [†] mandauit deus Moysi. Aurum, & argentum, & æs, & ferrum, & plumbum, & stagnum, & omne quod potest transire per flammam, [†] igne] purgabitur ^{*}: quicquid autem ignem non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur, & lauabitis vestimenta vestra die septimo, & purificati postea castra intrabitis. ^e Dixit quoque dominus ad Moysen: Tolle summam eorum quæ capta sunt ab homine vsque ad pecus, tu & Eleazar sacerdos, & principes vulgi [†]: diuidesque ex æquo prædam inter eos qui pugnaverunt, & egressi sunt ad bellum, & inter omnem reliquam multitudinem: & separabis partem domino ab iis qui pugnaverunt, & fuerunt in bello, vnâ animam de quingentis, tam ex hominibus quàm ex bobus & asinis & ouibus: & dabis eam Eleazaro sacerdoti, quia primitiæ domini sunt. Ex media quoque parte filiorum Israel accipies quinquagesimum caput hominum, & boum, & asinorum, & ouium, cunctorumque animantium, & dabis ea Leuitis qui excubant in custodiis tabernaculi domini. Feceruntque Moyses & Eleazar sicut præceperat dominus. ^e Fuit autem præda [†] quam exercitus ceperat,] ouium sexcenta septuaginta quinque milia, boum septuagintaduo milia, asinorum sexaginta milia & mille, animarum hominũ sexus fœminei, quæ non cognouerant viros, trigintaduo milia. Datæque

e. Mulierum votum extra curam patris, sed sub cura mariti non est obligatorium. sine consensu mariti tacite vel expresso. Quod si contradixerit postquam resciiuit nullus est. Sin autem contradixerit postquam resciiuit, id est non statim quando primo sciuit, sed postea, portabit iniquitatem eius hoc est penam pro voti transgressione debitam. De Lyca.

a. Scandala filii Israel Madianitarum tergiversatione acciderunt, qui subornauerunt mulieres, quæ eos deciperent ut peccaret: illi vero pro peccato suo puniti sunt, medioerius tamen & patius: hi vero qui fuerant causa peccandi, multo vehementius. Origenes ibid.

* Locutus est ad populum, dicens.

* Militent aduersus Madianitas, &

b. Partus numerus bellatorũ eligitur, & mittitur, ut pugna & victoria deo attribuantur. Caietanus ibidem.

* Occiderunt super interfecisti eorum.

i. Reges Madian.

c. Quomodo occisus est Balaam, cum ex cap. 24. dicitur reuersus in locum suum? Locutus autem eius erat Mesopotamia. Dicendum est vel quod redierat ad Balac, vel quod conduxerat aliquem locum in Moab itquam peregrinus, ad quem fertur rediisse, ubi fuerit occisus. Augu. quat. 61. super Numer.

* Omnia iumenta eorum.

* Illorum diripientur.

a. Prædam atque spolia.

* Vitæ.

d. Hoc enim fecerunt filii Israel secundum verbũ Balaam ut recedere facerent & despiceret verbum domini propter Phogor. Hoc consilium malignum, ut ad illecebram femine supponeretur, per quam nõ solum corporaliter, sed etiam spiritaliter in adorando idolo fornicarentur. Quando hoc consilium dedit Balaam scriptur nõ dicit, & tamen apparet factum esse, cum hic commemoratur. Augu. ibid.

j. Decretum.

4. Trãstie facietis per igne, & idque per aquas segregationis expiabitur.

e. Et quod hæc sit sententia patet ex litera Hebraica, quæ sic habet. Et mediabis prædã inter magistros belli & totã multitudinem: quia magistri belli medietatẽ eis assignatam diuidebat pugnatoribus. Itæm quilibet medietas diuidebatur in duas partes inæquales: quia de medietate pugnatõũ separabatur pars quinquagesima Domino, & dabatur Eleazro sacerdoti: vnde sequitur. Et separabis partem Domino &c. De Lyca.

5. Vitæ prædam quam diripient milites exercitus.

f. Cum iam dixisset mulieres, fapellētēleā & pecora, & omnia quæ possidebant, quid deinde addit, & virtutem eorum deprecatur. Nimirum enim hæc intelligenda est virtus, de qua & supra dictum est missio millenos ex singulis tui bubus cum virtute eorum. An forte cibus quo sustentantur virtus eorū appellata fuit quo subministrato vires suppetunt & quo substracto vires deficiūt: Vnde per prophetā Deus est minareur ait. Ezech. 4. d. Auferam virtutem eorum panis, & virtutem aquæ. Et Moyses ergo cum annona miserat eos millenos, quod dictū est, cum virtute eorum. Et isti Madianitis vidēs, etiam hoc eorū inter cetera fuerant deprecatur. Aug. ibid.

est media pars iis qui in prælio fuerant, ouium trecenta trigintaseptem milia quingentæ: è quibus in partem domini supputatæ sunt oues sexcentæ septuagintaquinque, & de bobus trigintafex milibus boues septuaginta & duo: de asinis triginta milibus quingentis, asini sexaginta vnus. De animabus hominum sedecim milibus, cesserunt in partem domini triginta duæ animæ. Tradiditque Moyses numerum primitiarum domini Eleazaro sacerdoti, sicuti fuerat ei imperatum ex media parte filiorum Israel, quam separauerat iis qui in prælio fuerant. De media verò parte quæ contigerat reliquæ multitudini, id est, de ouibus trecentis trigintaseptem milibus quingentis, & de bobus trigintafex milibus, & de asinis triginta milibus quingentis, & de hominibus sedecim milibus, tulit Moyses quinquagesimum caput, & dedit Leuitis qui excubabant in tabernaculo domini, sicut præceperat dominus. Cùmque accessissent principes exercitus ad Moysen, & Tribuni, Centurionesque, dixerunt: Nos serui tui recensuimus numerum pugnatorum quos habuimus sub manu nostra, & ne vnus quidem defuit. Ob hanc causam offerimus in donariis domini singuli quod in præda auri potuimus inuenire, periscelides, & armillas, annulos, & dextralia, ac murenulas, vt deprecetur pro nobis dominum. Susceperuntque Moyses & Eleazar sacerdos omne aurum in diuersis speciebus pondere sanctuarij sedecim milia septingentos quinquaginta siclos, à Tribunis, & Centurionibus. Vnusquisque enim quod in præda rapuerat, suum erat. Et susceptum intulerunt in tabernaculum testimonij, in monumentum filiorum Israel coram domino.

6. Expiemus animas nostras coram domino.
7. Ab eis, & vasa ex eo pondere facta.
8. Tollens itaque Moyses & Eleazar sacerdos aurum à Tribunis & Centurionibus.

Filii Ruben, Gad, & dimidia tribui Manasse portio datur trans Iordanem, modo fratres suos in terram promissionis conducant. XXXII.

a. Filij Ruben & Gad & dimidia tribui Manasse iumenta innumera habentes circa Iordanem possessionem volunt, & in terra repromissionis hereditatem habere nolunt: figurantes quod multos mundi implicamenta occupant, ac per hoc habitationem celestis patrie non requirunt, Beda, ibid.



Ilij autem Ruben & Gad habebant pecora multa, & erat illis in iumentis infinita substantia. Cùmque vidissent Iazer & Galaad aptas animalibus alendis terras, venerunt ad Moysen & Eleazarum sacerdotem, & principes multitudinis, atque dixerunt: Ataroth, & Dibon, & Iazer, & Nemra, Elebon, & Eleale, & Saban, & Nebo, & Beon, terra quam percussit dominus, in conspectu filiorum Israel regionis vberimæ est ad pastum animalium, & nos serui tui habemus iumenta plurima, precamurque si inuenimus gratiam coram te, vt des nobis famulis tuis eam in possessionem, ne facias nos transire Iordanem. Quibus respondit Moyses: Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebitis? Cur subuertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeant in locum quem eis daturus est dominus? Nonne ita egerunt patres vestri, quando misi de Cades Barne ad explorandum terram? Cùmque venissent ad vallem Botri lustrata omni regione subuerterunt cor filiorum Israel, vt non intrarent fines, quos eis dominus dedit: qui iratus iurauit, dicens: Si videbunt homines isti, qui ascenderunt ex Ægypto à viginti annis & supra, terram quam sub iuramento pollicitus sum Abraham Isaac & Iacob, & noluerunt sequi me, præter Caleph filium Iephone, Cenezæum, & Iosue filium Nun. Isti impleuerunt voluntatem meam. Iratusque dominus aduersum Israel circumduxit eum per desertum quadraginta annis, donec consumeretur vniuersa generatio, quæ fecerat malum in conspectu eius. Et ecce, inquit, vos surrexistis pro patribus vestris, incrementa & alumni hominum peccatorum, vt augetis furorem domini contra Israel: Quod si nolueritis sequi eum, in solitudine populum derelinquet, & vos causa eritis necis omnium. At illi propè accedentes dixerunt: Caules ouium fabricabimus, & stabula iumentorum, paruulis quoque nostris vrbes munitas: nos autem ipsi armati & accincti, pergemus ad prælium ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua. Paruuli nostri, & quicquid habere possumus, erunt in vrribus muratis propter habitatorum insidias. Non reuertemur in domos nostras, vsque dum possideant filij Israel hereditatem suam, nec

b. Sunt multi in ecclesia qui paruuli esse despiciunt, & in loco humilitatis positi, immanes apud se esse non desunt: hi horribus extolluntur, voluptatibus perfruuntur, & rerū multiplicare dilantur. præfesse appetit, & à multis timent, rebus viuere negligit, & famam bonæ vitæ habere cupiunt, adulationes querunt, fauoribus intumescunt, quia presentium copia delectantur, venturam gaudia non requirunt. Glof. Iordan. post Gregorium.
1. Prohibetur corda.
2. Prohibetur iuramentum.
3. In terram, iuramentum.
4. Iratus est dominus in die illo, &c.
5. Hoc est, non videbunt, sicut in plurimis aliis sacre scripturæ locis.
6. Et vagari fecit eos.

6. Quasi incrementum.
* Rursum.
7. Nocebitis vniuerso populo huic.
8. Atque pro paruulis nostris.
9. Festinantes accingemur.
d. Accepit ergo ille populus hereditatem per Moysen, terram scilicet duorum regum. Non enim amplius potuit interficere Moyses nisi duos reges, quorum terram diuideret populis multa animalia multaque pecora habebatibus. Oug.

† 10f. 4. c.
† Sup. 13. c. 24. c.

10 quic-

10 quicquam quæremus] trans Iordanem : quia iam habemus possessionem nostram in orientali eius plaga. Quibus Moyses ait : ¹⁰ Si facitis quod promittitis, ¹¹ expediti pergite] coram domino ad pugnam, & omnis vir bellator armatus Iordanem transeat, donec subuertat dominus inimicos suos, & subiiciatur ei omnis terra : tunc * eritis inculpabiles apud deum & apud Israel, & obtinebitis regiones quas vultis coram domino. Sin autem quod dicitis non feceritis, ¹² nulli dubium est quin peccetis in deum : & scitote quoniam peccatum vestrum apprehendet vos.] **E** ¹³ Edificate ergo vrbes paruulis vestris, & caulas, & stabula ouibus ac iumentis : & quod ¹³ polliciti estis, **I** ¹⁴ implete. ¹⁵ Dixeruntque filij Gad, & Ruben, ad Moysen : Serui tui sumus. Faciemus quod iubet dominus noster. Paruulos nostros & mulieres & pecora ac iumenta relinqueamus ¹⁶ in vrbibus Galaad : nos autem famuli tui omnes ¹⁷ expediti] pergemus ad bellum, sicut tu domine loqueris. Præcepit ergo Moyses Eleazaro sacerdoti, & Iosue filio Nun, & principibus familiarum per tribus Israel, & dixit ad eos : ¹⁸ Si transferint filij Gad, & filij Ruben vobiscum Iordanem omnes armati ad bellum coram domino, & vobis fuerit terra subiecta, date eis Galaad in possessionem. Sin autem noluerint transire armati vobiscum in terram Chanaan, inter vos habitandi accipiant loca. ¹⁹ Responderuntque filij Gad, & filij Ruben : Sicut locutus est dominus seruis suis, ita faciemus. Ipsi armati pergemus coram domino in terram Chanaan, ²⁰ & possessionem iam suscepisse nos confitemur trans Iordanem.] ²¹ Dedit itaque Moyses filiis Gad & Ruben & dimidiæ tribui Manassæ filij Ioseph, regnum Seon Regis Amorraï, & regnum Og regis Basan, & terram eorum cum vrbibus suis * per circuitum. Igitur extruxerunt filij Gad Dibon, & Ataroth, & Aroer, & Roth, & Sophon, & Iazer, ²² Iecbaa, & Bethnemra, & Betharan, vrbes munitas, & caulas pecoribus suis. ²³ Filij vero Ruben ædificauerunt Efebon, & Eleale, & Cariathaim, & Nabo, & Baalmeon, versis nominibus, Sabama quoque, imponentes vocabula vrbibus quas extruxerant. Porro filij Machir filij Manassæ perrexerunt in ²⁴ Galaad, & vastauerunt eam interfecto Amorraeo habitatore eius. Dedit ergo Moyses terram Galaad Machir filio Manassæ, qui habitauit in ea. Iair autem filius Manassæ abiit & occupauit vicos eius, quos appellauit ²⁵ Auothiair, id est, villas Iair. Nobe quoque perrexerit & apprehendit Canath cum viculis suis, vocauitque eam ex nomine suo Nobe.

† 10. f. a

† 10. f. e

† 10. f. b
22. a
Deut. 3. b

† Gen. 30. d
10. f. 22. a

10. Participabimus in hereditate cum eis.
e. Moyses concessit filiis Ruben & filiis Gad & dimidiæ tribui Manassæ suum partem, primo tamen sub conditione, & tandem simpliciter. Condicio autem est vt obseruet fideliter promissum prædictum. Sin autem non fecerit, nulli dubium est quin peccetis in deo: quia illa promissio non tantum se habet hominibus sed deo, de cuius mandato terra erat acquirenda. De Lyra ibid.
11. Et si armati iueritis, &c.
* Reuertimini, &c.
12. Ecce peccastis in domino, & cognoscetis peccatum vestrum.
13. Egredimini est de ore vestro.

f. In hac regione montes sunt trans Iordanem, qui à Libano sumentes initium per duo regna quondam Basan & Amorraï, in quibus Absalon patris pietatis immemor contra eum castrametatus est: sed non multo post fugiens, capillis ramo affixis vltionem diuinam sensit.
14. Accendi armis.

15. Vt in potestate nostra maneat hereditas, qui apprehendimus circa Iordanem.
g. Horum nunc meminit quæ ante non indicauit. Ceterum in agro Samaritano posita sunt. Vt in prædictis æstimare licet. Quidam verò perhibent verisimile esse quod Ruben & Gad de hac re ab initio differuerit. At vero in distributione fortis nunc dimidia tribus Manassæ accessit: vnde in distributione demum non autè adnumerata est dimidia tribus Manassæ.
Procop.
* In extremitatibus, & ciuitates terarum.
h. Galaad interpretatur collis testimonij, quod dicitur sit à federe quo iurauerunt Jacob & Laban, vt patet Gene. 31. vt est etiam tumulus testimonij inter eos iniri iuramenti.
16. Hauoth Iair. Est quædam syllabum, significatque villas Iair, ita vt pronuntietur Hauothiair.

Mansionibus Israelitis per varia loca recensitis Chanaanai à domino iubentur occidi.
XXXIII.

1. Mansionio.
† Exod. 12. f
2. Mansionio.
3. Mansionio.
Exod. 13. d
4. Mansionio.
5. Mansionio.
6. Mansionio.
† Exod. 15. d
7. Mansionio.
8. Mansionio.
9. 10. 11. 12.
† Exod. 17. a
13. 14. 15.
Exod. 19. a



A sunt mansiones] filiorum Israel, qui egressi sunt de Ægypto per terras suas in manu Moysi & Aaron, ¹ quas descripsit Moyses iuxta castrorum loca, quæ domini iussione mutabant.] ² Profecti igitur de Rameffe mense primo, quintadecima die mensis primi, ³ fecerunt altera die Phasse] filij Israel in manu excelsa, videntibus cunctis Ægyptiis ⁴ & sepelientibus primogenitos quos percusserat dominus. (Nam & in diis eorum exercuerat vltionem.) Castrametati sunt in ⁵ Soccoth: de Soccoth venerunt in ⁶ Etham, quæ est in extremis finibus solitudinis. ⁷ Inde egressi venerunt ⁸ contra] Phiairoth, quæ respicit Beelsepho: & castrametati sunt ante Magdalum. Profectique de Phiairoth transierunt per medium mare in solitudinem, & ambulantes tribus diebus per desertum Etham, castrametati sunt in ⁹ Marah. Profectique de Marah, ¹⁰ venerunt in ¹¹ Helim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & palmæ septuaginta: ibique castrametati sunt. Sed & inde egressi, fixerunt tentoria super ¹² mare Rubrum. Profectique de mari Rubro, castrametati sunt in deserto ¹³ Zin: vnde egressi venerunt in ¹⁴ Daphcha. Profectique de Daphcha castrametati sunt in ¹⁵ Alus: egressique de Alus, ¹⁶ in Raphidim fixere tentoria: ¹⁷ vbi populo defuit aqua ad bibendum. ¹⁸ Profectique de Raphidim castrametati sunt in deserto ¹⁹ Sinai. Sed & de solitudine Sinai egressi, ²⁰ venerunt ad ²¹ sepulchra concupiscentiæ: profectique de sepulchris concupiscentiæ, castrametati sunt in ²² Asseroth: & de Asseroth venerunt in ²³ Rethma. Profectique de Rethma, castrametati

1. Professiones.
a. Et scripsit Moyses egressionem eorum à professionibus eorum iuxta præceptum domini, & sunt istæ professiones eorum iuxta egressionem eorum.
b. In crastino pasche egressi sunt.
c. Plaga enim imminens eorum retinebat audaciam profecti que ad dimittendum eos fecit, ne funditus perirent omnes. Tam illustri sanctorum victoria est. Si enim satis exercitationis fuerit, Deus vltionum, inquit David, deus vltionum iuro suo ac libertate vsus est, Procop. ibid.
4. Ad.
b. Has mansiones cum suis interpretationibus per amplius describit B. Hiero. ad Fabiolam, de quadragintaduobus mansionibus, to. 3. Et venerabilis Beda in hoc, c. 11. b. In hac vndecima mansione aqua cõtradiçionis contigit.
c. Tredecima mansio sepulchra concupiscentiæ. ER autem sensus ille de euangelio quod Dominus Iesus baptizatus, statim à spiritu ductus est in desertum, & tentatur à diabolo. Hieron. in 42. mansio.
d. In hac 14. mansione contigit lepra Marie.

d. Lebna in laterem possimus vertere. Egiptus in Exodo lateres, quos faciens populus ingenuit. Vnde dilecti itinere huius mundi nos nunc crescere, nunc decretere & post ordinem ecclesiasticum saepe ad laterum opus transigere. Beda ibid.

e. Metcha, dulcedo, quasi a fecidisti in excelsum montem patris, & miratus es virtutis choros, timuisti ruinas, abiecasti in scilicet, ideo dulcis te fructus laboris insequitur, vt dicitur: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. Hiero.

f. In hac 33. mansione mortua est Maria.

g. In hac 34. mansione mortuus est Aaron, eo anno quo nouus populus terram promissionis intrare erat. Et quod in monte Eleazaro sacerdotium dereliquerit, & lex eorum qui eam impleuerint perducatur ad summum, ramentum ipsa sublimitas non est tris flucta totidem operum finibus. Et plangit eum populus triginta diebus. Aaron plangitur, Iesus non plangitur. In lege descensus ad inferos: in euangelio ad paradysum ascensus. Sidorus ibidem in Glos. ordina.

4. Abelsim in caestibus.

5. Omnia simulachra eorum.

6. Haereditantes terram habitabitis in ea. *Vt iure possideatis eam.

7. Expellere.

8. Spinae vos pungent. 9. Angustabunt vos, & vexabunt.

2. Terra inquam Chanaan cum finibus suis.

2. Vsque ad Zin.

3. Desinatque fines eius vsque ad mare: hoc est versus occidentem.

4. Ad montem Hor.

5. Ziphron, & finietur exitus eius ad villam Henan.

6. Ab oriente Ain.

2. Ad lacum Genezareth in euangelio toties frequentari, qui & mare Galilae, & pluribus aliis nominibus insignitur.

sunt in ¹⁶ Remomphares: vnde egressi venerunt in ¹⁷ Lebna. De Lebna, castrametati sunt in ¹⁸ Resfa: egressique de Resfa venerunt in ¹⁹ Ceelatha. Vnde profecti castrametati sunt in monte ²⁰ Sepher: egressi de monte Sepher venerunt in ²¹ Arada. & Inde proficiscentes, castrametati sunt in ²² Maceloth: profectique de Maceloth, venerunt in ²³ Taath. De Taath castrametati sunt in ²⁴ Thare: vnde egressi fixere tentoria in ²⁵ Metcha. Et de Metcha castrametati sunt in ²⁶ Esmona: profectique de Esmona, venerunt in ²⁷ Moseroth. Et de Moseroth, castrametati sunt in ²⁸ Banciachan: profectique de Banciachan venerunt in montem ²⁹ Gadgad. Vnde profecti castrametati sunt in ³⁰ Iethebatha: & de Iethebatha venerunt in ³¹ Ebrona: Egressique de Ebrona, castrametati sunt in ³² Afiongaber: inde profecti venerunt in desertum ³³ Zin. Hæc est Cades. & Egressique de Cades, castrametati sunt in monte ³⁴ Hor, in extremis finibus terræ Ædom. Ascenditque Aaron sacerdos in montem Hor, iubente domino, & ibi mortuus est anno quadragesimo egressionis filiorum Israel ex Ægypto, mense quinto, primo die mensis, cum esset annorum centum vigintitrium. Audiuitque Chanaan Rex Arad, qui habitabat ad meridiem, in terram Chanaan venisse filios Israel. Et profecti de monte Hor castrametati sunt in ³⁵ Salmona, vnde egressi venerunt in ³⁶ Phunon. & Profectique de Phunon castrametati sunt in ³⁷ Oboth: & de Oboth venerunt in ³⁸ Ieabarim, quæ est in finibus Moabitarum. Profectique de Ieabarim, fixere tentoria in ³⁹ Dibongad: vnde egressi, castrametati sunt in ⁴⁰ Elmondeblathaim: egressique de Elmondeblathaim, venerunt ad montes ⁴¹ Abarim contra Nabo: profectique de montibus Abarim, transferunt ad ⁴² campestria Moab super Iordanem contra Iericho. Ibi que castrametati sunt de Bethsimon vsque ad ⁴ Abelsathim, in planioribus locis] Moabitarum: vbi locutus est dominus ad Moysen: Præcipe filiis Israel, & dic ad eos: Quando transferitis Iordanem, intrantes terram Chanaan, & disperdite cunctos habitatores terræ illius, confringite vitulos & statuas comminuite, atque omnia excelsa vastate, mundantes terram, & habitantes in ea. Ego enim dedi vobis illam in possessionem, quam diuidetis vobis sorte. Pluribus dabit latior, & paucioribus angustior. Singulis vt fors ceciderit, ita tribuetur hæreditas. Per tribus & familias possessio diuidetur. Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ, qui remanserint, erunt vobis quasi clavi in oculis, & lanceæ in lateribus, & aduersabuntur vobis] in terra habitationis vestræ, & quicquid illis cogitaueram facere, vobis faciam.

Terra promissionis situs et limites iuxta varias orbis plagas. XXXIII.



Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Præcipe filiis Israel, & dices ad eos: Cum ingressi fueritis terram Chanaan, & in possessionem vobis sorte ceciderit, his finibus terminabitur:] Pars meridiana incipiet à solitudine Zin quæ est iuxta Ædom, & habebit terminos contra orientem mare salissimum: qui circuibunt australem plagam per ascensum scorpionis, ita vt transeant in Senna, & perueniant ad meridiem vsque ad Cades Barne: vnde egredientur confinia ad villam nomine Adar, & tendent vsque Afemona. Ibi que per gyrum terminus ab Afemona vsque ad torrentem Ægypti, & magni maris littore finietur.] Plaga autem occidentalis à mari magno incipiet, & ipso fine claudetur. Porro ad septentrionalem plagam, à mari magno termini incipient, peruenientes vsque ad montem altissimum, à quo venient in Emath, vsque ad terminos Sedada: ibuntque confinia vsque ad Zephrona, & villam Henan. Hi erunt termini in parte aquilonis. Inde metabuntur fines contra orientalem plagam de villa Henan vsque Sephama, & de Sephama descendunt termini in Reblata contra fontem Daphnim. Inde peruenient contra orientem ad mare Cenereth, & tendent vsque Iordanem, & ad vltimum salissimo claudentur mari. Hanc habebitis terram per fines suos in circuitu. Præcepitque Moyses filiis Israel, dicens: Hæc erit terra quam possidebitis sorte, & quam iussit dominus dari nouem tribubus, & dimidiæ tribui.

Tribus

26. 17. Sup. 21. a. d. 28. 19. Sup. 13. a. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. Deute. 10. b. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. Sup. 21. c. 38. 39. 40. 41. 42. Deut. 7. a. Iudic. 2. a. Sup. 26. f.

Tribus enim filiorum Ruben per familias suas, & tribus filiorum Gad iuxta cognationum numerum, media quoque tribus Manassa, id est, duæ & semis tribus] acceperunt^b partem suam trans Iordanem contra Iericho, ad orientalem plagam. Et ait dominus ad Moysen: [†] Hæc sunt nomina virorum qui terram diuident vobis: Eleazar sacerdos & Iosue filius Nun, & singuli principes de tribubus singulis, quorum ista sunt vocabula. [§] De tribu Iuda: Caleph filius Iephone. De tribu Simeon: Samuel filius Amiud. De tribu Benjamin: Helidad filius Chafelon. De tribu filiorum Dan: Bocci filius Iogli. Filiorum Ioseph: de tribu Manassa: Baniel filius Ephod. De tribu Ephraim: Camuhel filius Septhan. De tribu Zabulon: Helisaphan filius Pharnath. De tribu Issachar: Dux Phaltiel, filius Ozan. De tribu Asser: Abiud filius Salomi. De tribu Neptalim: Phedahel filius Amiud. Hi sunt quibus præceperat dominus vt diuiderent filii Israel terram Chánaan.

Assignantur vrbes & suburbana Leuitis, & asyia refugij homicidij, lege homicidij constituta.
X X X V.

A Æc quoque locutus est dominus ad Moysen in campestribus Moab, supra Iordanem contra Iericho: [†] Præcipe filiis Israel, vt dent Leuitis de possessionibus suis vrbes ad habitandum, & suburbana earum per circuitum, vt ipsi in oppidis maneant, & suburbana sint pecoribus¹ ac iumentis,] quæ a muris ciuitatum forinsecus per circuitum mille² passuum] spatio tendentur. Contra orientem duo milia erunt cubiti, & contra meridiem similiter erunt duo milia. Ad mare quoque quod respicit occidentem, eadem mensura erit: & septentrionalis plaga æquali termino finietur. ³ Eruntque vrbes in medio, & foris suburbana. [†] De ipsis autem oppidis quæ Leuitis dabitur, sex erunt⁴ in fugitiuorum auxilia separata,] vt fugiat ad ea qui fuderit sanguinem: & ⁵ exceptis his] alia quadragintaduo oppida, ⁶ id est, simul] quadraginta octo cum suburbanis suis. [§] Ipsæque vrbes quæ dabuntur de possessionibus filiorum Israel, ab iis qui plus habent, plures auferentur: & qui minus, pauciores. Singuli iuxta mensuram hæreditatis suæ dabunt oppida Leuitis. Ait dominus ad Moysen: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: [†] Quando transgressi fueritis Iordanem in terram Chánaan, ⁷ decernite quæ vrbes esse debeant in præsidia fugitiuorum, qui nolentes sanguinem fuderint:] in quibus cum fuerit profugus, cognatus occisi eum occidere non poterit, donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius iudicetur. ^b [†] De ipsis autem urbibus, quæ ad fugitiuorum subsidia separantur, tres erunt trans Iordanem, & tres in terra Chánaan tam filii Israel quàm aduenis atque peregrinis, vt confugiat ad eas qui ⁸ nolens] sanguinem fuderit. Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit qui percussus est, reus erit homicidij, & ipse morietur. [§] Si lapidem iecerit, & ictus occubuerit, ⁹ similiter punietur. [†] Si ligno percussus interierit, percussoris sanguine vindicabitur. Propinquus occisi homicidam interficiet, statim vt ¹⁰ apprehenderit eum, percutiet. [†] Si per odium quis hominem impulerit, vel iecerit quippiam in eum per insidias, ^{*} aut cum esset inimicus, manu percusserit, & ille mortuus fuerit, percussor ¹¹ homicidij reus erit. [†] Cognatus occisi statim vt inuenerit eum, iugulabit. ¹² Quod si fortuito & absque odio, & inimicitijs quicquam horum fecerit, & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atque] inter percussorem & propinquum sanguinis ¹³ quæstio ventilata,] liberabitur innocens de vltoris manu, & reducetur per sententiam in urbem ad quam confugerat, manebitque ibi donec sacerdos magnus qui oleo sancto vnctus est, moriatur. [§] Si interfecto extra ¹⁴ fines urbium quæ exulibus deputatæ sunt,] fuerit inuentus, & percussus ab eo qui vltor est sanguinis, absque noxa erit qui eum occiderit. Debuerat enim profugus vsque ad mortem Pôtificis in vrbe residere. Postquam autem ¹⁵ ille] obierit, homicida reuertetur in terram suam. Hæc ¹⁶ sempiterna erunt, & legitima] in cunctis habitationibus vestris. ¹⁷ Homicida sub testibus punietur. [†] Ad vnus testimonium nullus condemnabitur. Non accipietis ¹⁸ pretium ab eo qui reus

7. Tribus & semis.

b. Hæc dicta est Trachenitidis regio, in qua Philippus sceler Herodis erat tetrarcha, de quo Luc. 3. In hac est ciuitas Gerata, quæ & Gadara, vel Gergetain qua hominem à demonum legione Christus liberauit, precipitans porcos in lacu, vt Matr. 8, & Mar. 5, & Luc. 8. c. Hoc intelligendum est de principibus decem tribuum: quibus diuidenda erat terra. De Lysa ibidem.

a. Sanctis sufficientem possessionem & concessit, non sortitione verum dedicatione, ne inopia valde preueniret, neque copia emollescerent. Habentes inquit, victum & amictum, iis erimus contenti. Ad dei cultum non agrorum, eos consecrauit. Quare Paulus inquit, quæstum magnam esse pietatem cum frugalitate coniunctam. Dispergit autem eos per tribus, vt sanctitatis suæ excellentia omnes sanctos reddant. Procop. ibid.

1. Eorum, & pro substantia eorum, atque pro cunctis animalibus eorum.

2. Cubitorum.

3. Et ciuitas ipsa in medio erit, & hæc illis erit suburbana ciuitas.

4. Ciuitates pro euasione, quas constituetis, & infra.

5. Vltra hæc dabitur.

6. Vt scilicet omnes ciuitates, quas dabitur Leuitis, sint.

7. Decernite vobis ciuitates refugij vestri, quod contigit omnibus homicidam, qui per iram animam percussit.

b. Licet Moyses dum, adhuc viueret separauerit tres ciuitates pro fugitiuis vt patet Deuter.

4. tamen non fuerit ordinatae totaliter ad refugij, donec per Iosue alie tres fuerint ad hoc ordinatae in terra Chánaan: vt habetur Ios. 20. De Lysa.

8. Per errorem.

9. Homicida est, morte interficiatur homo ille, & infra.

10. Occurrerit ei, poterit eum interficere.

* Et ille mortuus fuerit.

11. Morte interficiatur, quia homicida est.

12. Et si subito absque odio impulerit eum, vel quodcumque instrumentum iecerit super eum sine insidijs, aut quæcumque lapide quo quis mori potest, & ipse non viderit, atque super eum iecerit: unde mortuus est, ipse autem non fuerit inimicus eius, nec querens malum eius, iudicabit synagoga.

13. Secundum iudicia ista.

14. Terminum urbium refugij sui, ad quam confugit, &

15. Sacerdos.

16. Itaque vobis iudicialia precepta erunt pro generationibus vestris.

17. Quicumque percussit animam per testes debet interfici homicida ille.

18. Redemptionem pro vita homicida, quia mortem committit, sed morte morietur. Neque pretium accipiet ab eo qui fugit ad ciuitatem refugij pro redimendo exilio ante mortem pontificis.

e. Quia similiter per precium nō poterant reuerti ad propria loca ante mortem summi pontificis: De Lyra.
 19. Sanguis enim contaminat terram.
 20. Nō igitur polluetis terram quā habitabitis, in cuius medio ego habitabo.

est sanguinis, statim & ipse morietur. Exules & profugi ante mortem Pontificis nullo modo in vrbes suas reuerti poterunt,] ne polluat terram habitationis vestrae, quæ infantium cruore maculatur:] nec aliter expiari potest, nisi per eius sanguinē qui alterius sanguinem fuderit: 20 ita emundabitur vestra possessio me commorante vobiscum.] Ego enim sum dominus, qui habito inter filios Israel.

Tribus per connubia non misceantur, ne possessiones confundantur. XXXVI.

a. Prouidere debent pie cogitationes ne possessio bonorum meritorum in alienorum tractat dominii, sed legitimo heredi perpetuo maneat. Et ob hoc Moyses id est, lex consultatur, vt respondeat qualiter sui iuris perpetui possessores fiat: quod ipsa exprimit nomina. Raba. in Glos. ordinaria.
 * Atque precipit filiorum.



A Ccesserunt autem & principes familiarum Galaad filij Machir filij Manassæ de stirpe filiorum Ioseph, locuti que sunt Moyse coram principibus Israel, atque dixerunt: Tibi domino nostro præcepit dominus, vt terram sorte diuideres filiis Israel, & vt filiabus Salphaad fratris nostri, dares possessionem debitam patri: quas si alterius tribus homines vxores acceperint, sequetur possessio sua, & translata ad aliam tribum de nostra hæreditate minuetur, atque ita fiet: vt cum ¹ b Iubileus,] id est, quinquagesimus annus remissionis aduenerit, ² confundatur sortium distributio, & aliorum possessio ad alios transeat.] Respondit Moyses filiis Israel, ³ & domino præcipiente, ait:] Recte tribus filiorum Ioseph locuta est, & hæc lex super filiabus Salphaad à domino promulgata est. ⁴ Nubant quibus volunt: ⁴ tantum vt suæ tribus hominibus,] ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. Omnes enim viri ducent vxores de tribu & cognatione sua, & cunctæ foeminae de eadem tribu maritos accipient: vt hæreditas permaneat in familiis, nec sibi misceantur tribus: sed ita maneant vt à domino separatæ sunt. ⁵ Feceruntque filia Salphaad vt sibi fuerat imperatum, & nupsit Maala, & Thersa, & Egla, & Melcha, & Noa, filiis patris sui, de familia Manassæ, qui fuit filius Ioseph, & possessio que illis fuerat attributa, mansit in tribu & familia patris earum. Hæc sunt mandata atque iudicia, quæ mandauit dominus per manum Moyse ad filios Israel, in campestribus Moab, supra Iordanem contra Iericho.

1. b. Tobeleus, qui dicitur à Iob, quod est clangor tubarum quas in singulis vrbibus Israel illo anno personabant.
 2. Apponeitur hæreditas earum hæreditati illius tribus ad quæ uerint, & sic ab hæreditate tribus patrum nostrorum diminetur possessio earum.
 3. Secundum uerbum domini, dicens.
 4. Titum vt in familia tribus patrum suorum iungantur in matrimonium.
 c. Iubet autem nunc puellas quorumcumque uelint vxores esse: coniunctio enim uolenta ad disunctionem iter præbet. Nubere uero cõtribulibus iubet, ne tribuum fiat confusio, quemadmodum supra etiã prohibet gentiles seu ethnicas ducere populo ne cum impiis commiscerentur propiciens. Procopius.

† Sup. 27. a

† Tob. 7. d. 2. Egl. 1. a

D

Incipit liber quintus Moyse, qui & **אלה הדברים**

ID EST, ELLE HADDEBARIM, QVI Deuteronomium prænotatur.

Breuis repetitio eorum quæ Israeli in itinere contigerunt, pænâque infideli populo inflata. Cap. I.

2. Quadragesimo anno egressionis filiorum Israel de Aegypto quadragesima secunda mensis in campestribus Moab super Iordanem populus sedet ubi Moyses *Ἐν τῇ ἐρημῷ*, hoc est, iterationem legis prædicauit. Augu. de mirabili. fac. scrip. lib. 1. cap. 35.
 1. In planicie.
 * Atque Dizahab.
 b. Ibi Moyses reprehendit Israel per auri copiam ad constandam vitulum.
 c. In eo quod commemorat Moyses dixisse populo timenti hostes inhabitantes terram quod introducētus fuit. Ne patietis neque timeatis ab eis. Dominus deus noster, qui præceder ante faciem uestram ipse simul debellabit eos uobiscum: Satis ostenditur ita esse adiutorem deū vt etiam homines agant aliquid. Augu. q. 4. super Deut.
 2. Vertite uos & proficiscimini.
 d. Hic locus constat cum eo de quo Num. 11. ubi dominus mandat Moyse vt eligat septuaginta seniores, qui possint illum hoc tanto fasce leuare.



MÆc ^a sunt uerba quæ locutus est Moyses ad omnem Israel trans Iordanem in solitudine ¹ campestri,] cõtra mare Rubrū, inter Pharan & Tophel & Laban & Aferoth: ² ubi ^b auri est plurimum:] vndecim diebus de Oreb, per viam montis Seir vsque ad Cades Barne. Quadragesimo anno, vndecimo mense, primo die mēsis locutus est Moyses ad filios Israel ^c omnia quæ præceperat illi dominus vt diceret eis: postquam percussit Seon Regem Amorrhæorum, qui habitauit in Hesebon, & Og Regē Basan, qui mansit in Astaroth, & in Edrai trans Iordanem in terra Moab. Cæpitque Moyses explanare legem, & dicere: Dominus deus noster locutus est ad nos in Oreb, dicens: Sufficit uobis quod in hoc monte mansistis. ³ Reuertimini,] ^b & venite ad montem Amorrhæorum, & ad cætera quæ ei proxima sunt campestris, atque montana & humiliora loca contra meridiem, & iuxta littus maris: terram Chananeorum, & Libani vsque ad flumen magnum Euphratem. En, inquit, tradidi uobis. ^d Ingredimini, & possidere eam, super qua iurauit dominus patribus uestris

An. ante Christum 1470. Anni mundi 2492.

Nome. 27.

vestris Abraham, Isaac, & Jacob, ut daret illam eis, & semini eorum post eos. Dixique vobis illo in tempore: ^{† c} Non possum solus sustinere vos, quia dominus deus vester multiplicauit vos, & estis hodie sicut stellæ cæli, plurimi. Dominus deus patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa milia, & benedicat vobis, sicut locutus est. Non valeo solus ³ negocia vestra] sustinere, & pondus & iurgia. Date ex vobis viros sapientes & gnaros, ⁴ quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris,] ut ponam eos vobis principes. ⁵ Tunc respondistis mihi: [†] Bona res est quam vis facere.] Tulique de tribubus vestris viros sapientes & ⁶ nobiles,] & constitui eos principes *, Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios, ac Decanos, ⁷ qui docerent vos singula,] præcepique eis dicens: [†] Audite ⁸ illos,] & quod iustum est, iudicate. Siue cuius sit ille, siue peregrinus, ⁹ nulla erit distãtia personarũ.] Ita paruum audietis ut magnum: ^{† 10} nec accipietis cuiusquam personam,] quia dei iudicium est. Quod si difficile vobis visum aliquid fuerit, referte ad me: & ego audiam. Præcepique * omnia quæ facere deberetis. Profectique de Oreb, transiuimus per eremum terribilem, & maximam solitudinem, quam vidistis, ^f per viam montis Amorrhæi, sicut præceperat dominus deus noster nobis. Cũque venissemus in Cades Barne, dixi vobis: [†] Venistis ad montẽ Amorrhæi, quem dominus deus vester daturus est vobis. Vide terram quam dominus deus tuus dabit tibi. Ascẽde & posside eam, sicut locutus est dominus deus noster patribus tuis. Noli timere: nec quicquam paueas. [†] Et accessistis ad me omnes, atque dixistis: Mittamus viros * qui considerent terram, & renuncient * per quoditer debeamus ascendere, & * ad quas pergere ciuitates. Cũque mihi sermo placuisset, misi ex vobis duodecim viros singulos de tribubus suis: Qui cum perrexissent, & ascendissent in montana, venerunt vsque ad ¹¹ vallem Botri:] & considerata terra fumentes * de fructibus eius, & vt ostenderent vbertatem,] attulerunt ad nos, atque dixerunt: Bona est terra quam dominus deus noster daturus est nobis. Et noluitis ascendere, sed ¹² increduli ad sermonem dei nostri murmuraistis in tabernaculis vestris, atque dixistis: [†] Odit nos dominus, & idcirco eduxit nos de terra Ægypti, vt traderet nos in manu Amorrhæi, atque deleret. Quò ascendemus? ¹³ Nuncij terrerunt] cor nostrum, dicẽtes: Maxima multitudo est, & nobis statura proccrior. Vrbes magnæ, & ad cœlũ vsque munitæ. Filios Enachim vidimus ibi. Et dixi vobis: [†] Nolite metuere, nec timeatis eos. Dominus deus qui ductor est noster, pro vobis ipse pugnabit, sicut fecit in Ægypto cunctis vidẽtibus, & in solitudine ipsi vidistis. Portauit te dominus deus tuus, vt solet homo gestare paruulũ filium suũ, in omni via per quã ambulastis, donec veniretis ad locum istum. Et * nec sic quidem credidistis domino deo vestro, [†] qui præcessit vos in via, & ¹⁴ metatus est locum] in quo tentoria figere deberetis, nocte ostendens vobis iter per ignem, & die per columnam nubis. ^{h†} Cũque audisset dominus vocem sermonum vestrorum, iratus iurauit, & ait: [†] Non videbit quispiam de hominibus ¹⁵ generationis huius pessimæ] terram bonam, quam sub iuramento pollicitus sum patribus vestris: præter Caleph filium Iephone. Ipse enim videbit eam, & ipsi dabo terram quam calcauit, & filiis eius: quia secutus est dominũ. & Nec mirãda indignatio in populũ,] ¹⁶ cum mihi quoq; iratus deus propter vos dixerit:] [†] Nec tu ingredieris illuc, ⁱ sed Iosue filius Nun ¹⁷ minister tuus,] ipse intrabit pro te. Hunc exhortare & roborare, & ipse sorte terram diuidet Israeli. Paruuli vestri de quibus dixistis quòd captiui ducerẽtur, & filij qui hodie boni ac mali ignorant distantiam, ipsi ingredientur, & ipsis dabo terram, & possidebunt eam: vos autẽ reuertimini, & abite in solitudinem per viã maris rubri. [†] Et respondistis mihi: [†] Peccauimus domino. Ascẽdemus & pugnabimus, sicut præcepit dominus deus noster. Cũque instructi armis ¹⁸ pergeretis] in montẽ, ait mihi dominus: Dic ad eos: [†] Nolite ascẽdere, neque pugnetis. Nõ enim sum vobiscũ, ne cadatis corã inimicis vestris. Locutus sum, & non audistis: sed aduersantes imperio domini, & tumentes superbia, ascendistis in montem. Itaque egressus Amorrhæus, qui habitabat in montibus, & obuiam veniẽs persecutus est vos, sicut solent apes persequi, & ¹⁹ cecidit de] ^k Seir vsque

Num. 11. c
† Exod. 10. c

† De preben. c. penult.
11. 9. Sum. moper. De pen. di. 1. 4. ca. Si ex bo no. De accusa c. Qualiter. De iudiciis c. Nouit. Ioan. 7. d. Intra 16. d. † Leui. 19. c. Prover. 24. c. Eccl. 4. 2. a. Jacob. 2. a. 2. Psa. 19. Eph. 6. & Coloss. 3. † Num. 13. a

† Exod. 13. d. Num. 14. d. † Psa. 94. d. Num. 14. d. De pen. di. 3. §. autoritas. De conf. d. 2. ca. Reuera.

† Num. 20. b

† Num. 24. f

† 76. di. c. Ie. iunij quart. Num. 14. c

c

d

e

g

6. Quisdo videlicet fœcer Moy. si ei consuluit vt plures principes reipublicæ constitueret. Et in summa quæ perhibetur quidem dicta esse non esse dicta manifestè in Samaritanis exemplaribus inuenitur. Procopius ibid.
3. Molitiam vestram.
4. Arque eruditos secundum tribus vestras.
5. Bonum est vt faciamus verbum quod locutus es.
6. Peritos.
* Super vos.
7. Et præfectos secundum tribus vestras.
8. Causam fratrum vestrorum.
9. Non agnosceris cuiusquam faciem in iudicio.
10. Nolite à facie cuiusquam timere.
* Vobis in tempore illo.

f. Hoc est, per stabilitatem legis, eo quod mutata esset littera ad sensum, vel quod euangelium cuius figuram hic liber tenet, vitam ascensionis per fidem ad cœlum denunciat. Lex enim à monte Sinai incipitur & in monte Seir finitur. Beda ibidem.

* Ante nos.
* Nobis verbum.
* Iudicent.

11. Torrentem Eschol.
* In manu sua.

12. Rebeldes fuistis ori domini dei vestri, &c.

13. Fratres nostri dissolue runc

g. Hoc est. Nolite metuere corde, neque pauca ore. Beda ibid. Satis ostenditur ita esse adiutorem deum, vt etiam homines agant aliquid. August. Quest. super Deuter. lib. 5. c. 1.

* In hac re.

14. Vt exploraret vobis locum ad castrametandum.
h. Auditio domini more hominis dicitur, quia non in vnitatem audiuit vos, vt dicitur rubra nõ vnus voluntatis. Beda ibidem.
15. Istit, & generatione ista peruersa.

16. Sed & contra me iratus est dominus propter vos, dicens. i. Bini vocantur ad terram promissam, id est, Caleph & Iosue. Bini etiam intrant in regnum cœlorum, id est, qui duas leges implent, scilicet innocentes & penitentes, siue corpus & anima. Beda ibid.
17. Qui stat coram te.

18. Effetis, ecce contendistis ascendere.

19. Percussit vos in. k. Seir nomen loci est, & Horma similiter: quæ ecclesiam significat, quam peccatores persequuntur. Beda ibid.

Horma. Cúmque reuerſi ploraretis coram domino, non audiuit vos, nec voci veſtræ voluit acquieſcere. Sed iſtiſ ergo in Cades Barne multo tempore*.

* Secundum dies quibus alibi manſiſtiſ.

Beneficiorum populo exhibitorum repetitio, pugnaq̄ contra Ammon & Moab prohibito, & Seon occiſio.

II.

a. Seir eſt mōſ in terra Aedom in quo habitauit Eſau in regione Gecolona ubi habitauit ante Corens, quem interfecit Chodorlamor, qui ab Eſau piloſo & hiſpido, Seir, i. piloſi nomen accepit. Gloſa ordina.

1. Diligentem igitur & vos adhibete cuſtodiam. Non prouocabitis eos.

b. Quia ex merito Abraham quo deſcenderant, & promiſſione ſibi facta, illa terra fuit conceſſa filiis Eſau: qui ex adiutorio dei expulerunt inde Horraeos, qui erant forſiſſimi. De Lyrā, ibid.

c. Quid autem ſignificauerunt 40. anni quibus laborioſe peractis filiis Iſrael ad reprimiſſionem terram transferunt Per hoc quippe 40. annos totū ſeculi tēpus ſignificatur, in quo fuit eccleſia ſub laboribus & periculofis tentationibus, ſperando quod non videret partem æternæ felicitatis perueniat patriam. Iſidorus ibid.

d. Moab tam vrbis quā provincie nomen eſt, in ſinibus Arabia ſitæ, à Moab primogenito Loth ſic diſtæ.

* Terribilis populi.

2. Quorum poſſeſſionem occupauerunt filij Eſau extremantes illos à facie ſua, habitantēque in loco eorum.

e. Cades Barne eſt locus in deſerto qui coniungitur ciuitati Petre in Arabia, ubi occubuit Maria, & Moyſes rupe percuffa aquam ſcicēi populo dedit. Monſtratur vſque hodie ibidē ſepulchrum Mariæ, ſed & principer Amalech ibi caſi ſunt à Chodorlamor. Hieronymus.

* Donec conſumeret eos.

3. Mouebis bellum contra eos.

4. Zanzommim.

5. Succederintque iis in hereditate, & habitauerunt in loco ipſorum.

6. A facie eorum, illi poſſeſſionem eorum acquiſerunt, habitaueruntque in loco eorum.

7. Prouoca eum ad bellum.

8. Inſumentur à facie tua.

F. Licet enim Moyſes ſeiret per reuelationē domini quod Seon tranſitum non concederet, ſed magis contra eum bellaret, tamen pacem obtulit, vt daret exemplum filiis Iſrael in futurum. De Lyrā, ibid.

9. Vt bibamus.

g. Hæc dicens Moyſes dum populū alloquitur, tale aliquid commemorat quale dicebatur in Exodo: Ego induravi cor Pharaonis, & quod in pſalmis legitur, Conuertit eor eorum vt odirent populū ſuum. Nec tacetur hic cauſa indurationis huius, cum dicitur: Vt traderetur in manus tuas, ſicut in hac die, id eſt, vt vinceretur à te, quod non fieret, niſi reſiſtetur, non autem reſiſtetur, niſi corde obdurato. Auguſt. 2. ſuper Deuteronom. 10. Vt eſt dies hæc. (id eſt) vt præſens reſtatur dies.



Roſectique inde venimus in ſolitudinem, quæ ducit ad mare rubrum, ſicut mihi dixerat dominus: † & circuiimus montem^a Seir longo tempore. Dixitque dominus ad me: Sufficit vobis circuire montem iſtum, ite contra aquilonem, & populo præcipe, dicens: Tranſibitis per terminos fratrum veſtrorum filiorum Eſau, qui habitant in Seir: & timebunt vos.¹ Videte ergo diligenter ne moueamini contra eos.]^b Neque enim dabo vobis de terra eorum quantum poteſt vnus pedis calcare veſtigium: quia in poſſeſſionem Eſau dedi montem Seir. Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis, aquam emptam haurietis, & bibetis. Dominus deus tuus benedixit tibi in omni opere manuū tuarum. & Nouit iter tuum, quomodo tranſieris ſolitudinem hanc magnam^c per quadraginta annos, habitans tecum dominus deus tuus, & nihil tibi deſuit. Cúmque tranſiſſemus fratres noſtros filios Eſau, qui habitabant in Seir, per viam campeſtrem de Helath & de Aſion Gaber, venimus ad iter, quod ducit in deſertum^d Moab. Dixitque dominus ad me: Non pugnes contra Moabitas, nec in eas aduerſus eos prælium. Non enim dabo tibi quicquam de terra eorum, quia filiis Loth tradidi Har in poſſeſſionem. * Emim primi fuerunt habitatores eius, populus magnus, & validus, & tam excelsus, vt de Enachim ſtirpe quaſi gigantes crederentur, & eſſent ſimiles filiorū Enachim. & Denique Moabitæ appellant eos Emim. In Seir autem prius habitauerunt Horraei: ² quibus expulſis atque deletis habitauerunt filij Eſau,] ſicut fecit Iſrael in terra poſſeſſionis ſuæ, quam dedit illi dominus. Surgentes ergo vt tranſiremus torrentem Zared, venimus ad eum. Tempus autem quo ambulauimus de Cades^e Barne vſque ad tranſitum Zared, triginta & octo annorum fuit: donec conſumeretur omnis congregatio hominum bellatorum de caſtris, ſicut iurauerat dominus: cuius manus fuit aduerſus eos, vt interirent de caſtrorum medio*. Poſtquam autem vniuerſi ceciderunt pugnatōres, locutus eſt dominus ad me, dicens: Tu tranſibis hodie terminos Moab vrbem nomine Har, & accedes in vicinia filiorū Ammon. & Caue ne pugnes contra eos, nec³ mouearis ad prælium.] Non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filiis Loth dedi eam in poſſeſſionē. Terra gigantum reputata eſt: & in ipſa olim habitauerunt gigantes, quos Ammonitæ vocant⁴ Zanzommim,] populus magnus, & multus, & proceræ longitudinis, ſicut Enachim, quos deleuit dominus à facie eorum,⁵ & fecit illos habitare pro eis,] ſicut fecerat filiis Eſau qui habitant in Seir, delens Horraeos, ⁶ & terram eorū illis tradens, quam poſſident] vſque in præſens. Heuæos quoque qui habitabant in Aſerim vſque Gazam, Cappadoces expulerunt, qui egreſſi de Cappadocia deleuerunt eos, & habitauerunt pro illis. Surgite, & tranſite torrentem Arnon. & Ecce tradidi in manu tua Seon Regem Eſebon Ammorraeum, & terram eius incipe poſſidere, & ⁷ committe aduerſus eum prælium.] Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos, qui habitant ſub omni cælo: vt audito nomine tuo paueant, & ⁸ in morem parturientium contremiſcant, & dolore teneantur.]^f † Miſi ergo nuntios de ſolitudine Cademoth ad Seon Regem Eſebon verbis pacificis, dicens: Tranſibimus per terram tuam: publica gradiemur via. Non declinabimus neque ad dextram neque ad ſiniſtram: alimenta pretio vendem vobis vt veſcamur, aquam pecunia tribue,⁹ & ſic bibemus.][†] Tantum eſt vt nobis concedas tranſitum, ſicut fecerunt filij Eſau, qui habitant in Seir, & Moabitæ qui habitant in Har, donec veniamus ad Iordanem, & tranſeamus ad terram quam dominus deus noſter daturus eſt nobis. ⁵ Noluit Seon Rex Eſebon dare nobis tranſitum: quia indurauerat dominus deus tuus ſpiritum eius, & obfirmauerat cor illius, ita vt traderetur in manus tuas, ¹⁰ ſicut nunc vides.] Dixitque dominus ad me: † Ecce cœpi tibi tradere

† 76. di. c. 16. iuniū quati.

† Num. 21 c.

† 23. q. 2. cap. finali.

† Amos 2 c.

tradere Seon, & terram eius, incipe possidere eam. Egressusque est Seon obviam nobis cum omni populo suo ad praelium in Iasa, & tradidit eum dominus deus noster nobis: percussimusque eum cum filiis suis, & omni populo suo: cunctasque vrbes in tempore illo cepimus interfectis habitatoribus earum, viris ac mulieribus & paruulis. Non reliquimus in eis quicquam, absque iumentis, quae in partem venire praedantium, & spoliis urbium, quas cepimus ab Aroer, quae est super ripam torrentis Arnon, oppido quod in valle situm est, vsque Galaad. Non fuit vicus & ciuitas quae nostras effugeret manus: Omnes tradidit dominus deus noster nobis, absque terra filiorum Ammon, ad quam non accessimus, & cunctis quae adiacent torrenti Ieboc, & vrbibus montanis, vniuersisque locis a quibus nos prohibuit dominus deus noster.

Pugna contra Og Regem Basan, & lectus eius: atque duarum tribuum & semis fors vltra Iordanem. III.

† De confec. dist. a. c. Re. uera.

h. Qui sunt veri Israelitae, non carne sed spiritu habitant in omnibus ciuitatibus Amorrhæorum: cum in omni orbe terrarum Christi ecclesie propagantur: & vniuersique nostrum ciuitas fuit Regis Seon: quia regnabat in nobis stultitia, suspensio, impietas, & omnia quae diabolus suggerit. Sed ubi victus est fortis, & vasa eius direpta, facti sumus ciuitates Israel, heredes sanctorum, excisa prius arbor instructuosa, & deiecto elato regede regnate in nobis mansueti, qui dicit: Discite à me quia mitis sum & humilis corde, &c. Glo. ord.

† Infra 29. b. Num. 21. g.

NTaque conuersi ascendimus per iter Basan. Egressusque est Og Rex Basan in occursum nobis cum populo suo ad bellandum in Edraï: dixitque dominus ad me: Ne timeas eum, quia in manu tua traditus est] cum omni populo ac terra sua: faciesque ei sicut fecisti Seon Regi Amorrhæorum, qui habitauit in Efebon. Tradidit ergo dominus deus noster in manibus nostris etiam Og Regem Basan, & vniuersum populum eius: percussimusque eos vsque ad interuentionem, vastantes cunctas ciuitates illius vno tempore. Non fuit oppidum quod nos effugeret. Sexaginta vrbes omnem regionem Argob regni Og in Basan. Cunctae vrbes erant munitae muris altissimis, portisque & vestibibus: absque oppidis innumeris, quae non habebant muros. Et deleuimus eos, sicut feceramus Seon Regi Efebon, disperdentes omnem ciuitatem, virosque ac mulieres & paruulos: iumenta autem & spolia urbium diripimus. Tulimusque illo in tempore terram de manu duorum Regum Amorrhæorum, qui erant trans Iordanem a torrente Arnon vsque ad montem Hermon, quem Sidonij Sarion vocant, & Amorrhæi Sanir: omnes ciuitates quae sitae sunt in planitie, & vniuersam terram Galaad & Basan vsque ad Selcha, & Edraï ciuitates regni Og in Basan. Solus quippe Og Rex Basan restiterat de stirpe gigantum. Monstratur lectus eius ferreus, qui est in Rabath filiorum Ammon, nouem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis, ad mensuram cubiti virilis manus. Terramque possedimus tempore illo ab Aroer, quae est super ripam torrentis Arnon, vsque ad mediam partem montis Galaad: Et ciuitates illius dedi Ruben & Gad: reliquam autem partem Galaad, & omnem Basan regni Og tradidi mediae tribui Manasse omnem regionem Argob. Cuncta Basan vocatur terra gigantum. Iair filius Manasse possedit omnem regionem Argob vsque ad terminos Gesuri, & Machati. Vocauitque ex nomine suo Basan, Auoth Iair, id est, villas Iair, vsque in praesentem diem. Machir quoque dedi Galaad & tribubus Ruben, & Gad dedi de terra Galaad vsque ad torrentem Arnon medium torrentis & confinium vsque ad torrentem Ieboc, qui est terminus filiorum Ammon: & planitiem solitudinis] atque Iordanem, & terminos Cenereth vsque ad mare deserti quod est falsissimum ad radices montis Phasga contra orientem. Praecipique vobis in tempore illo, dicens: Dominus deus vester dat vobis terram hanc hereditatem, expediti praecedite fratres vestros filios Israel omnes viri robusti: absque vxoribus, & paruulis, atque iumentis. Noui enim quod plura habeatis pecora, & in vrbibus remanere debent quas tradidi vobis, donec requiem tribuat dominus fratribus vestris sicut vobis tribuit: & possideant ipsi etiam terram quam daturus est eis trans Iordanem: tunc reuertetur vnusquisque in possessionem suam quam dedi vobis: Iosue quoque in tempore illo praecipi, dicens: Oculi tui viderunt quae fecit dominus deus noster duobus his regibus: sic faciet omnibus regnis ad quae transurus es. Ne timeas eos. Dominus enim deus vester pugnabit pro vobis. Precatusque sum dominum in tempore illo, dicens: Domine deus, tu coepisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam, manum-

† Num. 21. e.

† Num. 21. g.

† 23. q. 5. c. Re. mittitur. §. Per scientes.

† Num. 32. f.

† Num. 27. d.

a. Per scientes peccata puniuntur, sicut deus per filios Israel voluit peccata punire Amorrhæorum, & Chanaanorum, & aliarum gentium quarum terram Israelitis possideam dedit: quibus etiam praecipit, ut nemini eorum parcerent: sed omnes morti traderet. 23. q. 5. cano. Remittitur. §. Per scientes. Ex Ambrosio.
1. Tradam cum.
2. Vt non remanserit illi superflua.

b. Superiorem sensum confirmat. Sexagenarius quippe numerus sicut senarius perfectionem significat. Bene autem sexaginta vrbes memorat vastatas in regione Og regis Basan, i. diaboli, qui est rex turpitudinis, quia perfectio omnium virtutum delectationem destrudam esse significat. Glo. ord.

c. Veruntamen Og Rex Basan reliquus factus est a stirpe Raphaim. Hoc nomine quod est Raphaim, gigantes significat in Hebraea lingua dicunt, qui eam nouerunt. Vnde quod habent plerique codices, Derelictus est a Raphaim, planius vti que dicitur, Reliquus factus est, vt ipse ex his remansit intelligatur. Cuius etiam coeque ter legendo & latitudo ferri lecti commemoratur ad eius magnitudinem commendandam. Aug. q. 7. super Deut.
3. Cum tota Basan, quae etiam ipsa.

d. Genezareth, quod est mare Galilee vsque adeo in euangelio frequens.
e. Mare mortui dicitur, quod prius vallis putreorum bituminis dicebatur. Tunc enim putei fuerant in eo loco: mox vero Sodomis deletis, lacus ibi quem a scarenti bitumine Asphaltitem dixerunt, repente exstitit. Ioseph. l. i. ca. 17. Antiquit. Iudaic.

f. Moyses ex victoriis diuinitus coequis filios Israel de praecito, certiores facit de futuro, iuxta dicti beati Gregorij: Praeritarum rerum exhibitio futurarum est certitudo. De Lyra ibidem.
g. Hoc dicit quod multos in Aegypto viderunt deos qui non poterant saluare plebem. B. da ibid.

138 Præcepta, & Iudicia Deuteronomium.

que fortissimam. Neque enim est alius deus vel in cœlo, vel in terra, qui possit facere opera tua & comparari fortitudini tuæ. Transibo igitur & videbo terram hanc optimam trans Iordanem, & montem istum egregium, & Libanum. Iratusque est mihi dominus propter vos, nec exaudiuit me, sed dixit mihi: Sufficit tibi, nequaquam ultra loquaris de hac re ad me. Ascende cacumen Phasgæ, & oculos tuos circumfer ad occidentem, & ad aquilonem, austrumque, & orientem, & aspice. Nec enim transibis Iordanem istum. Præcipe Iosue, & corrobora eum, atque conforta: quia ipse præcedet populum istum, & diuidet eis terram quam visurus es. Mansimusque in valle contra Phanium Phogor.

*Dei præceptorum, & eorum transgressorum ac ciuitatum refugij
Iordanem repetitio.*

I I I I.

h. Libanus mons est altissimus omnium quos habet Syria: à Libano, quod est album, dicitur, quod ferè semper niuibus albescat.
i. Magna dispensatione facta est, ut Moyses qui est typus legis introduceret populum in terram promissionis quia lex neminem ad perfectum adduxit. Iosue autem qui est typus Christi, qui saluator interpretatur (Christus enim populum suum saluauit) euenienter dux & princeps in terram promissionis introduxit. Glos. ord.
4. Viden.

† Inf. 3. & 14

1. Statuta.



T nunc Israel audi [præcepta] & iudicia quæ ego doceo te, ut faciens ea viuas, & ingrediens possideas terram, quam dominus deus patrum vestrorum daturus est vobis. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. Custodite mandata domini dei vestri, quæ ego præcipio vobis. Oculi vestri viderunt omnia, quæ fecit dominus contra Beelphegor: quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio vestri. Vos autem qui adhæretis domino deo vestro, viuistis vniuersi vsque in præsentem diem. Scitis quod docuerim vos præcepta atque iustitias, sicut mandauit mihi dominus deus meus, sic facietis ea in terra quam possessuri estis, & obseruabitis, & implebitis opere. Hæc est enim vestra sapientia, & intellectus coram populis, ut audientes vniuersi præcepta hæc, dicant: En] populus sapiens, & intelligens, gens magna. Nec est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Quæ est enim alia gens sic incluta, ut habeat cæremônias iustæque iudicia, & vniuersam legem quam ego proponam] hodie ante oculos vestros? Custodi igitur temetipsum, & animam tuam sollicitè. Ne obliuiscaris verborum, quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. Docebis ea filios ac nepotes tuos, diem in quo stetit coram domino deo tuo in Horeb, quando dominus locutus est mihi, dicens: Congrega ad me populum ut audiant sermones meos, & discant timere] me omni tempore quo viuunt in terra, doceantque filios suos. Et accessistis ad radices montis, qui ardebat vsque ad cælum: Jerantque in eo tenebræ, & nubes, & caligo. Locutusque est dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborum eius audistis, & formam penitus non vidistis. Et ostendit] vobis pactum suum, quod præcepit ut faceretis, & decem verba quæ scripsit in duabus tabulis lapideis. Mihi] mandauit in illo tempore ut docerem vos cæremônias, & iudicia quæ facere deberetis in terra quam possessuri estis. Custodite igitur sollicitè animas vestras. Non vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis dominus in Horeb de medio ignis: ne forte] decepti faciatis] vobis sculptam similitudinem, aut imaginem masculi vel feminae, similitudinem omnium iumentorum quæ sunt super terram, vel auium sub cælo volantium, atque reptilium quæ mouentur in terra, siue piscium qui sub terra morantur in aquis: ne forte] oculis eleuatis ad cælum videas solem, & lunam, & omnia astra cæli,] & errore deceptus adores ea & colas quæ creauit] dominus deus tuus in ministerium cunctis gentibus quæ sub cælo sunt. Vos autem tulit dominus, & eduxit de fornace ferrea] Egypti, ut haberet populum hereditarium, sicut est in presenti die. Iratusque est dominus contra me propter sermones vestros, & iurauit ut non transirem Iordanem, nec ingrederer terram optimam quam daturus est vobis. Ecce morior in hac humo, non transibo Iordanem, vos transibitis & possidebitis terram egregiam. Caue nequando obliuiscaris pacti domini dei tui, quod pepigit tecum: & facias tibi sculptam similitudinem] eorum quæ fieri dominus prohibuit: Quia dominus deus tuus ignis consumens est, deus æmulator. Si genueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in terra, deceptique feceritis vobis aliquam

*non transibitis
Iordanem*

a. Diuini scripturis nil addendum est, quod sit superfluum, aut quod corrigat distorquat, ve, aut deprauet eam sensum. Possunt tamè illa adiungi quæ promouent, & adiumentum præstant, ad sacras literas aperius intelligendas. Vnde Aug. Ecclesiasticam institutionem, quæ in scriptis, quædam apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus, quædam verò consuetudine roboratas approbavit vsus: quibus par ritus, & id est vniuersæ pietatis debetur affectus. Aug. li. de dictis Basilij, & citatur in. dist. Ecclesiasticum.
2. Præcipio, nec minueris ex eo quicquam ut feruentis præcepta.
3. Ad quam properatis, ut illam possideatis.
4. Virgite.
5. Tè magna, cui sint statuta.
6. Pono.
7. Eorum.
h. Manifestè hinc patet quod comparatio sit gentis Israelitice ad gentes æquales in quantitate. Et per hæc textus locus monitionis à propinquitate dei ad populum singulari sumitur. Calestanus ibidem.

8. Quos discant, ut timeant.
9. Cor cæli, vel ad medium cælum.

* Præter vocem.
10. Annunciauit.

11. Statuta.
12. Ad quam transitis possidentiam.

13. Perditè agaris facientes.
c. Denique vbi prohibuit similitudinem & imaginem, homines inuelligi voluit: vbi & similitudo fieri potest, non huius aut illius, sed cuiuslibet hominis & imago proprie, id est, huius proprie, vel illius hominis. Aug. q. 4. super Deuter.
14. Reptant super terram.
15. Et stellas, cum vniuerso exercitu cælorum.
16. Distribuit.

* In hereditatem.
17. Sculptile, aut vllam similitudinem.
d. Quod consumit, hoc à principio inuenit. Chryso. vel ignis dens consumens est, quia quicquid in nobis victorum est, fenum, ligna, stipulamque consumat, & spinas, id est, sollicitudines seculi huius, quas pro bono semine terra attulit infœcunda. Hiero. in 1. a. cap. vii.

† Num. 25

† Exod. 19.

† Iere. 21. c.

† Sup. 1. f.

† Heb. 12. g.

quam similitudinem, patrantem malum coram domino deo vestro, vt eum ad iracundiam prouocetis: † testes inuoco hodie cælum & terram, cito perituros vos esse de terra, quam transito Iordane possessuri estis. Non habitabit in ea longo tempore, sed delebit vos dominus atque disperget in omnes gentes, & remanebitis pauci in nationibus, ad quas vos ducturus est dominus. & Ibi que seruietis diis, qui hominum manu fabricati sunt, ligno & lapidi, qui non vident, non audiunt, non comedunt, non odorantur: Cùmque quaesieris ibi dominum deum tuum, inuenies eum, si tamen toto corde quaesieris, & ¹⁸ tota tribulatione animæ tuæ] postquam te inuenierint omnia quæ prædicta sunt. ¹⁹ f Nouissimo autem tempore] reuertêris ad dominum deum tuum, & audies vocem eius, quia deus misericors dominus deus tuus est. Non dimittet te, nec omnino delebit, neque obliuiscetur pacti, in quo iurauit patribus tuis. Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te, ex die quo creauit deus hominem super terram ²⁰ à summo cælo vsque ad summum eius,] si facta est aliquando huiusmodi res, * ²¹ aut vnquam cognitum est, vt audiret] populus vocem domini loquentis de medio ignis, sicut tu audisti, & ²² vidisti, si fecit] deus vt ingrederetur, & tolleretur sibi gentem de medio nationum per tentationes signa atque portenta, per pugnam & robustam manum, extentumque brachium, & ²³ horribiles] visiones iuxta omnia quæ fecit pro nobis dominus deus noster in Ægypto, videntibus oculis tuis: vt scires quoniam ²⁴ dominus ipse est deus, & non est alius præter eum. De cælo te fecit audire vocem suam, vt doceret te, & in terra ostendit tibi ignem suum maximum, & audisti verba illius de medio ignis, quia dilexit patres tuos, & elegit semen eorum post eos. † Eduxitque te præcedens in virtute sua magna ex Ægypto, vt deleteret nationes maximas, & fortiores te ²⁴ in introitu tuo:] & introduceret te, darétque tibi terram earum in possessionem, sicut cernis in præsentis die. Scito ergo hodie, & ²⁵ cogitato in corde tuo,] quòd dominus ipse est deus in cælo sursum, & in terra deorsum, & non sit alius. Custodi præcepta eius, atque mandata, quæ ego præcipio tibi: vt bene sit tibi: & filiis tuis post te: & permaneas multo tempore super terram, quam dominus deus tuus daturus est tibi. * † & ^h Tunc separauit Moyses tres ciuitates trans Iordanem ad orientalem plagam, vt confugiat ad eas qui occiderit ²⁶ nolens] proximum suum, nec fuerit sibi inimicus ante vnum & alterum diem, & ad harum aliquam vrbiū possit euadere, * Bosor in solitudine, quæ sita est in terra campestri de tribu Ruben: & Ramoth in Galaad, quæ est in tribu Gad: & Golan in Basan, quæ est in tribu Manasse. Ista est lex quam proposuit Moyses coram filiis Israel, & hæc testimonia & ²⁷ cæremonia, atque iudicia, quæ locutus est ad filios Israel, quando egressi sunt de Ægypto trans Iordanem in valle ²⁸ contra Phantum] Phogor in terra Seon Regis Amorrhæi, qui habitauit in Efebon, quem percussit Moyses. Filij quoque Israel egressi ex Ægypto possederunt terram ²⁹ eius,] & terram Og Regis Balan duorum regum Amorrhæorum, qui erant trans Iordanem ad solis ortum, ab Aroer, quæ sita est super ripam torrentis Arnon vsque ad montem Seon, qui est & Hermon, omnem planitiem trans Iordanem ad orientalem plagam, vsque ad mare ³⁰ solitudinis, & vsque ad radices montis Phasga.]

Decalogi explanatio, ac cæremoniarum & iudiciorum informatio.

V.

A Ocauitque Moyses omnem Israel, & dixit ad eum: Audi Israel' cæremonias atque iudicia, quæ ego loquor in auribus vestris hodie. ² Discite ea,] & opere complete. † Dominus deus noster pepigit nobiscum fœdus in Horeb. Non cum patribus nostris inuit pactum, * sed nobiscum, qui in præsentiarum sumus & viuimus. Facie ad faciem locutus est ³ nobis in monte de medio ignis. Ego sequester & medius fui inter dominum & vos in tempore illo, vt annuntiarem vobis verba eius. Timuistis enim ignem, & non ascendistis in montem. Et ait: † Ego dominus deus tuus qui eduxi de terra Ægypti de domo seruitutis. Non habebis deos alienos in conspectu meo. † Non facies tibi ^b sculptile, nec similitudi-

e. Prædicat vero eis quæ mala ex transgressione sint euentura, & quomodo per poenitentiam reditus ad salutem sit futurus. Commonefacit item ap partitionis quam in Sina fecit. Denique quòd his atque huiusmodi non usus esset est cunctis gentibus: quòdque iudicia sua non parefecisset eis, iuxta Dauidem Psal. 147. Non fecit taliter omni nationi. Procopius ibidem.

18. In tota anima tua. Cum in tribulatione fueris, & 19. In nouissimis autem diebus. 20. Conuersionem Israelis ad fidem Christi pronuntiat, vt postquam plenitudo gentium intrauerit, omnis Israel saluetur. Glofa ordinaria.

20. Ab extremo cæli vsque ad extremum cæli. * Magna, & audita sit huic similitudo. 21. Numquid audiuit vnquam, 22. Vixisti, vel viuus remansisti. Aut si centauit.

23. Magnas.

g. Vides quomodo ineffabili quadam virtute scriptura occurrens futuris terroribus eorum qui alium deum præter eum qui est Iudæorum, vel in cælis esse, vel in terris affirmant, pronuntiat, dicens, Dominus deus tuus deus vnus est, &c. Clemens, recognit. lib. 2. 24. A facie tua.

25. Reducas ad cor tuum.

h. Videns Moyses imminere sibi mortem separauit tres ciuitates trans Iordanem vt possint ibi refugere & saluari qui ab inimicis & a casu proximi occiderent. De Iyra ibidem. * Censis diebus. 26. Ignorans.

Ciuitates refugij.

* Is viuet.

27. Statuta.

28. E regione phani.

29. Seon.

30. Planities sub effusionibus collis.

1. Statuta.

2. Vt discatis ea.

2. An quia illi qui non ingrediuntur in terram promissionis (mortui sunt enim omnes) non pertinent ad hoc testamentum, quorum tunc recognitio facta est, cum à viginti annis araris & supra numerentur, vsque ad quinquaginta annos habiles ad bellum. Aug. q. super Deut. lib. 5. ca. 25.

* Istud.

3. Vobiscum.

Primū præceptū.

b. Ex sexta synodo venerabiles imagines Christiani non deo, appellant, neque seruiunt eis vt diis, neque spem salutis ponunt in eis, neque ab eis expectant futurum iudicium, sed ad memoriam & recordationem peccatorum venerantur eas & adorant, sed non seruiunt eis cultu diuino, nec alicuius virtutis. Hæc ibid.

† Inf. 30. d

B

F

† Exod. 23. d

† Num. 35. a
Iof. 20. c

G

Iof. 4. 6.

A



† Exo. 19. b. c

† Psal. 80. b.
Exod. 20. a
Leui. 26. a
Psal. 96. b
Matt. 4. b
† Exod. 20. a

c. Sunt qui ita edisserant, ut ad animam humanam, sententiam verentur. Patrem in nobis laudant, punitum sententiam, & incensuram esse victorum dicentes, filii vero si cogitatione peccatum contempserit, nepotem si conceptionem opere perpetraverit. Pro nepotē si in peccatis gloriaris, iuxta illud. Proverb. 19. a. Impius cum in profundū malorū venerit, contemnit. Idolorum in glo.ordina.

Secundum.

4. Infotem habebit dominus eum.

Tertium.

d. Nos dominicam diem & Pascha solemniter celebamus, & quasi aliter Christianas diem festiuitates. Sed quia intellegimus quo pertineant, non tempora obseruamus, sed que illis significantur temporibus. Manichæi autem se ea reprehendunt, quasi nullas dies, & tempora obseruent. Aug. cōtra Adimantem Manichæi di. scipulum, c. 16.

Quartum.

Quintum, 6. 7. 8.

Nonum.

Decimum.

e. Duo testamenta significantur in duabus tabulis, vel dilectio dei & proximi, in quibus tota lex pendet & propheta. In vna enim tabula tria præcepta ad dilectionem dei pertinent, in altera, 7. ad proximi societate. Lapidæ tabule, lapideæ Iudeo rû corda significant. De quibus dicitur Ezech. 36. f. Auferet à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneli. Idolorum ibid. 5. Quæ enim vniquam fuit caro, que audierit. 6. Manse viuat

7. Egetunt in omnibus, quæ.

f. Hoc est mihi placitum quod timeant dominum, & eius mada & obseruent & humiliter recipiant, non solum audita à deo immediate, sicut sunt præcepta decalogi, sed etiam alia eis denuncata per nuncios ex parte dei, sicut per Moysen & alios prophetas. De lyra. 8. Satura.

* Omnem.

1. Quia in huiusmodi præceptis, aliqua sunt circa mores, & dicuntur præcepta, aliqua circa modum colendi deum, & dicuntur ceremonie, aliqua circa iustum hominis eductum, & dicuntur iudicia. de Lyra. 1. Multiplicemini valde. b. Non hoc totum est de præcepto: quia ante præceptum ad obedientiam animi preparatur. Audi Israel, hic nota obedientiam. Deus vnus est, hic doctrinam. Quasi diceretur: Obedientiam exhibe, gratiam intellige, veritatem agnosce. Audi Israel, hoc est, auferet, acquiesce. Omnis enim virtus ab obedientia incipit, quemadmodum omne vitium ab inobedientia procedit. Frustra nique vel inobedientia gratia, vel obedientia doctrina, vel non intelligenti præceptum dicitur. Hug. de S. Victore, ibidem. 2. Cum vadis domum, & ceterum surgis.

nem omniū quæ in cælo sunt desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ versantur in aquis sub terra. Non adorabis ea, & non coles. † Ego enim sum dominus deus tuus, deus æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam & quartam generationem, iis qui oderunt me, & faciens misericordiam in multa milia diligentibus me, & custodientibus præcepta mea. † Non usurpabis nomē dei tui frustra, quia non † erit impunitus] qui super re vana nomen eius assumpserit. † Obserua diem sabbati, vt sanctifices eum, sicut præcepit tibi dominus deus tuus. † Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimus dies sabbati est, id est, requies] domini dei tui. Nō facies in eo quicquam operis, tu & filius tuus, & filia, seruus & ancilla, bos & asinus, & omne iumentum tuum, & peregrinus qui est intra portas tuas: vt requiescat seruus & ancilla sua, sicut & tu. Memento quod ipse serueris in Ægypto, & eduxerit te inde dominus deus tuus in manu forti, & brachio extento. Idcirco præcepit tibi vt obseruares diem sabbati. † Honora patrem tuum & matrem, sicut præcepit tibi dominus deus tuus: vt longo viuas tempore, & bene sit tibi in terra quam dominus deus tuus daturus est tibi. † Non occides, neque mœchaberis, furtumque non facies, nec loquēris contra proximum tuum falsum testimonium. † Non concupisces vxorem proximi tui, non domum, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, & vniuersa quæ illius sunt. Hæc verba locutus est dominus ad omnem multitudinem vestram in monte de medio ignis, & nubis, & caliginis, voce magna, nihil addens amplius: & scripsit ea in duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi. Vos autem postquam audistis vocem de medio tenebrarum, & montem ardere vidistis, accessistis ad me omnes principes tribuum, & maiores natu, atque dixistis: Ecce ostendit nobis dominus deus noster maiestatem & magnitudinem suam. Vocem enim eius audiuius de medio ignis, & probauimus hodie quod loquente deo cum homine vixerit homo. Cur ergo moriemur, & deuorabit nos ignis hic maximus: Si enim audierimus vltra vocem domini dei nostri, moriemur. † Quid est omnis caro, vt audiat] vocem dei viuentis, qui de medio ignis loquitur sicut nos audiuius, & † possit viuere:] † Tu magis accede, & audi cuncta quæ dixerit dominus deus noster tibi: loqueris] que ad nos, & nos audientes faciemus ea. Quod cum audisset dominus, ait ad me: Audiui vocem verborum populi huius quæ locuti sunt tibi. Bene † omnia] sunt locuti. † Quis det talem eos habere mentem, vt timeant me, & custodiant vniuersa madata mea in omni tempore, vt bene sit eis, & filiis eorum in sempiternum? Vade & dic eis: Reuertimini in tentoria vestra. Tu verò hîc sta mecum, & loquar tibi omnia mandata mea, & † ceremonias atque iudicia, quæ docebis eos, vt faciant ea in terra quam dabo illis in possessionem. Custodite igitur, & facite quæ præcepit dominus deus vobis. Non declinabitis neque ad dexteram, neque ad sinistram: sed per † viam quam præcepit dominus deus vester ambulabitis, vt viuatis, & bene sit vobis, & protulerit dies vestri in terra possessionis vestræ.

Dominus ex toto corde diligendus; eiusque mandata sollicitè obseruanda, & posteris inculcanda.

VI.



Hæc sunt præcepta & ceremonie atque iudicia quæ mandauit dominus deus vester vt docerem vos: vt faciatis ea in terra ad quam transgredimini possidendam, vt timeas dominum deum tuum, & custodias omnia mandata & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi & filiis ac nepotibus tuis, cunctis diebus vitæ tuæ: vt prolongentur dies tui. Audi Israel & obserua, vt facias, quæ præcepit tibi dominus: & bene sit tibi, & † multipliceris amplius,] sicut pollicitus est dominus deus patrum tuorum tibi terram lacte & melle manantem. † Audi Israel: † Dominus deus noster, deus vnus est. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. † Eruntque verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo: & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, † dormiens atque confurgens:] & ligabis ea quasi

† Exod. 34. g. Num. 1. a. Iere. 32. c.

B † 22. q. 1. c. Habemus, et. Si peccatum. Exo. 20. b. Leui. 19. o. Ezech. 20. b. Matth. 5. e. † Exod. 20. b. Gene. 2. a. Heb. 4. b.

† Exod. 20. c. Eccl. 3. b. Mat. 15. a. Mar. 7. b. c. Eph. 6. a. † Mat. 5. c. d. Rom. 13. b. † Rom. 7. b. Diff. 6. c. His iraque 27 q. 5. c. Non licet.

Inf. 17. b.

A 106. 4.

† Mat. 23. d. Mar. 12. c. 3. diff. c. fin. Infra 17. c. Luc. 10. c.

quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur] inter oculos tuos : scribésque ea in limine & ostiis domus tuæ. Cumque introduxerit te dominus deus tuus in terram, pro qua iurauit patribus tuis Abraham, Isaac, & Iacob : & dederit tibi ciuitates magnas & optimas quas non ædificasti ; domos plenas cunctarum opum, quas non extruxisti :] cisternas quas non effodisti, vinea & oliueta quæ non plantasti, & comederis, & saturatus fueris : caue diligenter ne obliuiscaris domini dei tui, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo seruitutis. Dominum deum tuum timebis, & illi soli seruias,] ac per nomen illius iurabis. Non ibitis post deos alienos cunctarum gentium, quæ in circuitu vestro sunt : quoniam deus æmulator dominus deus tuus in medio tui : ne quando irascatur furor domini dei tui contra te, & auferat te de superficie terræ. Non tentabis dominum deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis. Custodi præcepta domini dei tui, ac testimonia & caeremonias quas] præcepit tibi : & fac quod placitum] est & bonum in conspectu domini, vt bene sit tibi : & ingressus possideas terram optimam, de qua iurauit dominus patribus tuis, vt deleter omnes inimicos tuos coram te, sicut locutus est. Cum interrogauerit te filius tuus cras, dicés : Quid sibi volunt testimonia hæc : & caeremoniæ ?] atque iudicia quæ præcepit dominus deus noster nobis : dicés ei : Serui eramus Pharaonis in Ægypto, & eduxit nos dominus de Ægypto in manu forti fecitque signa atque prodigia magna & pessima in Ægypto contra Pharaonem, & omnem domum illius in conspectu nostro, & eduxit nos inde, vt introductis daret terram super qua iurauit patribus nostris. Præcepitque nobis dominus vt faciamus omnia] legitima] hæc, & timeamus dominum deum nostrum, vt bene sit nobis cunctis diebus vitæ nostræ, sicut est hodie. Eritque nostri misericors,] si custodierimus & fecerimus omnia præcepta eius coram domino deo nostro, sicut mandauit nobis.

Nulla cum gentibus societas contrahenda, verum illa illarumque sunt delenda simulachra. VII.



Vm verò introduxerit te dominus deus tuus in terram quam possessurus ingrediéris, & deleuerit gentes multas coram te, Hethæum, & Gergesæum, & Amorrhæum, Chanaanæum, & Pherezæum, & Heuæum, & Iebusæum, septem gentes multo maioris numeri quàm tu es, & robustiores te, tradideritque eas dominus deus tuus tibi, percuties eas vsque ad internecionem. Non inibis cum eis scædus, nec misereberis earum, neque sociabis cum eis coniugia. Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo : quia seducet filium tuum ne sequatur me, & vt magis seruiat diis alienis. Irasceturque furor domini, & delebit te cito. Quin potius hæc facietis eis : Aras eorum subuertite, & confringite statuas, lucosque succidite, & sculptilia comburite : quia populus sanctus es domino deo tuo. Te elegit dominus deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de] cunctis populis qui sunt super terram. Non quia cunctas gentes numero vincebatis : vobis iunctus est dominus,] & elegit vos : cum omnibus sitis populis pauciores : sed quia dilexit vos dominus, & custodijit iuramentum, quod iurauit patribus vestris. Eduxitque vos in manu forti, & redemit de domo seruitutis, de manu Pharaonis Regis Ægypti : & scies quia dominus deus tuus ipse est deus fortis, & fidelis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus se : & iis qui custodiunt præcepta eius in mille generationes, & reddens odientibus se statim,] ita vt disperdat eos & ultra non differat : protinus eis restituens quod merentur. Custodi ergo præcepta & caeremonias] atque iudicia, quæ ego mandabo tibi hodie, vt facias. Si postquam audieris hæc iudicia, custodieris ea & feceris : custodiet & dominus deus tuus tibi pactum, & misericordiam quam iurauit patribus tuis : & diliget te, & multiplicabit, benedicetque fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumeto tuo atque vindemiæ, oleo & armentis,] gregibus ouium tuarum super terram,] pro qua iurauit patribus tuis, vt daret eam tibi. Benedictus eris inter omnes populos. Non erit apud te sterilis vtriusque sexus,

3. Monitoria.
c. Lex enim ab his qui extra terram habitant obseruari nõ poterat, nec vtrique omnibus lex scilicet congruebat populis. In his vero sententia est eius, vt semper legi studeat, iniquique liberos doceat. De quouis enim iusto David inquit. Lex dei sui in corde ipsius, non labetabuntur gressus eius : custodia enim cordis legis obseruatio est. Præcipitur ibidem.
4. Implauisti.
5. Illum coles.

d. Neque enim & apostolus Paulus desperauerit aditronium professionemque diuinam fidemque perdidit, quando permissus in sporta submissus est, vt inimicorum manus eum geret. Non ergo in deum non credendo sic fugit, sed deum tentaret si fugere non uideret, ut sic fugere potuisset. Augu. lib. 22. contra Faustum Manichæum.
6. Statuta.
7. Redim.
8. Statuta.
e. Incitamentum amoris diuini respectu filij, qui est quilibet cum patre, quia in ipso remanet pater post mortem utriusque. Ideo debet filium incitare ad dei dilectionem & mandatorum eius impletionem per beneficia patris facta.
De Iyza.
9. Statuta.
10. Hæc iustitia nostri.

† Infr. 10. d
Mat. 4. b
Luc. 4. b
Dist. 3. c. fin.

† Mat. 4. b
Luc. 4. b
Num. 21. b
22. q. 2. capit.
Quæritur

† 23. q. 5. Reuertuntur.
Ios. 4. 6.
† Infr. 37. a
23. q. 5. c. 6. §.
Per scientes.

† Exod. 23. d
34. b

† Infr. 12. a
14. a 16. d
† Exod. 14. a
& 34. b

† Infr. 14. a
26. d

† Exod. 23. d

a. Quia septem illæ gentes maioris esse numeri dicuntur hæc ratio est, quia plura uita sunt quàm uirtutes. Celsianus.
1. Sustulerit.

b. Dominus per Esdram iussit viros dimittere uxores alienigenas quoniam tunc habere poterant, ne & ipsi seducerentur per eas, vt colerent deos alienos. Augu. de adul. coniug. cap. 18.
* Contra vos.
* Horum igne.

2. Præ.
3. Dominus vos complexus est.
c. Quia dilexit vos dominus ex sua benignitate, & ex merito patrum, ne qui putent ipsos Israelitas ceteros numero & fortitudine excellere. De Iyza.

4. In faciem odientium eum,

5. Quin illi qui odit eum in facie sua retributionem faciat.
6. Statuta.
d. Propositis bonis ad quæ diligit deus & elegit deus populum Israel declarat modum assequendi illa, manifestando medium ad illa assequendum esse obseruationem istorum præceptorum diuinorum. Caietanus ibidem.
7. Generationi hominum tuorum, &.
8. Præ omnibus populis. Non erit in te infecundus, nec infœcunda, neque in iumentis tuis,

e. Non solum multiplicabit te in bonis, sed etiam præferuabit te à malis. De Lyra.

9. Tibi in offendiculum.

10. Exiripare.
* Ab eis.
11. Tentationis.

12. Per quæ eduxit.
f. Hebræi dicunt aliud quoddam esse pestiferis animalis genus. Verum ipsi sunt supra ceteros homines harum rerum imperiti. Septuaginta etiã interpretes crabrones reddiderunt: quibus magis credendum est quàm omnibus Iudæis. August. Stenches ibidem.
13. Disperdat residuos & abscondos à facie tua.
14. Subito.
15. Impetu magno terribit.

g. Satis apparet aut ipsos priuatos vsus in talibus esse prohibitos: aut ne sic aliquid inde inferatur in domum vt honoretur. Tunc enim est abominatio & execratio, nam cum talibus sacrilegus homo apertissima destructione subuertitur. August. epi. 154.
16. Ne impingas in ipsum.
17. Abominationem.
18. Sed execrando execraberis illud, & detestando detestaberis illud.

1. Cuiusmodi ut faciat.

a. Si eius recordatus fueris in tentationibus reliquis non facile collaberis. Etenim Dauid, cui solidus in deo esset, inquit, Proba me domine, & cor meum explora. Procopius ibidem.
* His.
b. Intelligitur enim possit esse vt sciat, pro eo quod est, vt scire faciat, quomodo dilucidè dictum, vt tentaret te, & cogita faceret, quæ in corde tuo sunt. Aug. q. 11. super Deut.
2. Atque sciret.
3. Itaque te, & te esurire permittit.
c. Sive famem, sive quid aliud patiamur, nunquam tamen doctum relinquantur, qui potest esurientem etiam sermone pascere. Chrysost. in Matth. ho mil. 17.
* Vidit homo.
4. Denudatus in his quadraginta annis. Sed & hoc.
d. Hoc dicitur, vt scirent quiddam terram illam non obtinerent virtute propria, sed diuina. De Lyra.
* Abyssus.
5. Nec quopiam egebis in ea.

e. Facile est opulentiam parere eleuationem cordis, & obliuionem beneficiorū. Et propterea Moyses declarando viam, præmonet ne adueniente opulentiã obliuiscantur beneficiorū diuinorum, quæ receperunt in via. Cassianus ibid.
6. Et non custodias.
7. Statuta eius quæ.
f. Genus aspidis, quæ latine dicitur scila, quemcunque morderit sti perit: adeo parua vt eam conculcatur nō videatur. Cuius venenum ante extinguit quàm sentiat: nec trifidiam sentit moriturus. Gloss. ordinaria ibidem.
8. Sitis, absque vlla aqua.
9. Tibi aquam.
10. Vt affligeret te, & teneret, atque sic beneficeret tibi in nouissimo tuo.

tam in hominibus quàm in gregibus tuis.]^e Auferet dominus à te omnē languorem, & infirmitates Ægypti pessimas quas nouisti, non inferet tibi, sed cunctis hostibus tuis. Deorabis omnes populos quos dominus deus tuus daturus est tibi. Non parcat eis oculus tuus, nec serues diis eorum, ne sint in ruina tua.] Si dixeris in corde tuo: Plures sunt gentes istæ quàm ego, quomodo potero¹⁰ delere] eas? noli metuere, * sed recordare quæ fecerit dominus deus tuus Pharaoni & cunctis Ægyptiis¹¹ plagas] maximas quas viderunt oculi tui, & signa atque portenta manūque robustam, & extentum brachium,¹² vt educeret] te dominus deus tuus. Sic faciet cunctis populis quos metuis. f. * Insuper & crabrones mittet dominus deus tuus in eos, donec¹³ delectat omnes atque disperdat qui te fugerint, & latere non potuerint.] † Non timebis eos, quia dominus deus tuus in medio tui est, deus magnus & terribilis. Ipse confutmet nationes has in conspectu tuo paulatim — atque per partes.] Non poteris eas delere¹⁴ pariter:] ne fortè multiplicetur contra te bestiarum terræ. Dabitque eos dominus deus tuus in conspectu tuo: &¹⁵ interficiet] illos, donec penitus deleantur. Tradetque reges eorum in manus tuas, & disperdes nomina eorum sub cælo. Nullus poterit resistere tibi, donec conteras eos. † Sculptilia eorum igne combures. ⁸ Non concupisces argentum & aurum de quibus facta sunt, neque assumes ex eis tibi quicquam, ¹⁶ ne offendas] propter ea, quia abominatio est domini dei tui: nec inferes¹⁷ quippiã, ex idolo] in domum tuam, ne fias anáthema, sicut & illud est.¹⁸ Quasi spurcitiã detestaberis, & velut inquinamentum ac sordes abominationi habebis, quia anáthema est.

Dei beneficia, & afflictiones ad pietatem inducere debent, immemores verò eorum puniendi. VIII.



Mne mandatum quod ego præcipio tibi hodie,¹ caue diligenter vt facias:] A vt possitis viuere, & multiplicemini, ingressique possideatis terram pro qua iurauit dominus patribus vestris. ² Et recordaberis cuncti itineris per quod adduxit te dominus deus tuus * quadraginta annis per desertum, vt affligeret te, atque tentaret, ^b & nota fieret] quæ in tuo animo versabantur, vt rucustodires mandata illius, an non. Afflixit³ te penuria,] & dedit tibi cibum manã, quod ignorabas tu & patres tui: vt ostenderet tibi quòd † non^c in solo pane viuunt homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore domini. * Vestimentum tuum quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus nō est⁴ subtritus. ⁵ En quadagesimus annus est: † vt] recogites in corde tuo, quia sicut erudit filium suum homo, sic dominus deus tuus erudiuit te, vt custodias mandata domini dei tui, & ambules in viis eius, & timeas eum. Dominus enim deus tuus^d introducet te in terram bonam, terram riuorum, aquarumque, & fontium, in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyssi: terram frumenti, hordei, ac vinearum, in qua ficus, & mala granata, & oliueta nascuntur: terram olei ac mellis, vbi absque vlla penuria comedes panem tuum, &^e rerum omnium abundantia perfruëris:] cuius lapides ferrum sunt, & de montibus eius æris metalla fodiuntur: vt cum comederis, & satiatus fueris, benedicas domino deo tuo pro terra optima quam dedit tibi. ⁶ — ^e Obserua &] caue ne quando obliuiscaris domini dei tui, &^f negligas] mandata eius atque iudicia &⁷ caeremonias quas] ego præcipio tibi hodie: ne postquam comederis & satiatus fueris, domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis, habuerisque armenta bouum & ouium greges, argenti & auri cunctarumque rerum copiam, eleuetur cor tuum, & non reminiscaris domini dei tui, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo seruitutis: & ductor tuus fuit in solitudine magna atque terribili, † in qua erat serpens flatu adurens, & scorpio ac^f diplas, & nullæ omnino aquæ:] † qui eduxit⁹ riuos] de petra durissima, † & cibauit te manna in solitudine, quod nescierunt patres tui. ¹⁰ Et postquam afflixit ac probauit te, ad extremum misertus est tui,] ne diceres in corde tuo: Fortitudo mea, & robur manus meæ, hæc mihi omnia præstiterunt: sed recorderis domini dei

† Exo. 23. c
33. a
Iosue 24. c

† 1. Mac. 12. g

† Mat. 4. a
Luc. 4. a

† Infra 26. a

† Num. 21. b

† De cõfess. dist. 2. c. Reuera. Num. 20. b 21. b † Exo. 16. d 17. a

dei tui, quod ipse vires tibi præbuerit, vt ¹¹ impletet] pactum suum, super quo iurauit patribus tuis, sicut præsens indicat dies. Sin autem oblitus domini dei tui; secutus fueris deos alienos, coluerisque illos; & adoraueris: ecce nunc ¹² prædico tibi,] quod omnino disperas. Sicut gentes quas deleuit dominus in introitu tuo; ita & vos peribitis, si inobedientes fueritis voci domini dei vestri.

11. Acquit opes, & vt confiterer.

12. Proffector tibi hodie.

Non tribuant Indei suæ virtuti, quod terram promissam ingrediuntur ex tot aduersitatibus eripiantur. IX.

A Vdi Israel: Tu transgredieris hodie Iordanem, vt possideas nationes maximas & fortiores te; ciuitates ingentes, & ad cælum vsque muratas, populum magnum atque sublimem, filios Enachim, ¹ quos ipse vidisti, & audisti, quibus nullus potest ex aduerso resistere.] Scies ergo hodie quod dominus deus tuus ipse transibit ante te ignis & deuorans atque] consumens, qui conterat ² eos & deleat atque disperdat ante faciem tuam velociter,] sicut locutus est tibi. Ne dicas in corde tuo cum deleuerit eos dominus deus tuus in cõspectu tuo ³: ^a Propter iustitiam meam introduxit me dominus vt terram hanc possiderem; cum propter impietates suas istæ deletæ sint nationes. Neque enim propter iustitias tuas, & æquitatem cordis tui ingredieris vt possideas terras earum: Sed ³ quia illæ egerunt impiè, introeunte te deletæ sunt, & vt compleret verbum suum dominus, quod sub iuramento pollicitus est patribus tuis Abraham, Isaac, & Jacob. Scito ergo quod non propter ^b iustitias tuas dominus deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in possessionem, cum durissimæ ceruicis sis populus: ⁴ Memento, & ne obliuiscaris quomodo ad iracundiam prouocaueris dominum deum tuum in solitudine, [†] & ex eodie quo egressus es ex Ægypto vsque ad locum istum, semper [†] aduersum dominum contendisti.] Nam & ^c in Horeb prouocasti eum: & iratus delere te voluit, quando ascendi in montem, vt acciperem duas tabulas lapideas pacti, quod pepigit vobiscum deus. ^d Et perseueraui in monte quadraginta diebus ac noctibus, panem nõ comedis, & aquam non bibens. Deditque mihi dominus duas tabulas lapideas scriptas digito dei, & continentes omnia verba quæ vobis locutus est in monte de medio ignis, quando concio populi congregata est. Cùmque transissent quadraginta dies & totidem noctes, dedit mihi dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis, dixitque mihi: ^e Surge, & descende hinc citò, quia populus tuus quem eduxisti de Ægypto, deseruerunt velociter viam quam ^f demonstrasti eis, feceruntque sibi cõflatile. Rursumque ait dominus ad me: Cerno quod populus iste duræ ceruicis sit. ^g Dimitte me vt conteram eum, & deleam nomen eius sub cælo, & constituam te super gentem quæ hac maior & fortior sit. ^h Cùmque de monte ardente descenderem, & duas tabulas fœderis vtraque tenerem manu, vidissemque peccasse] vos domino deo vestro, & fecisse vobis vitulum conflatilem, ac deseruisse velociter viam eius, quam vobis ostenderat, [†] ⁱ proiecisti ⁷ tabulas] de manibus meis, ^f confregique eas in conspectu vestro. Et procidi ante dominum sicut prius, quadraginta diebus & noctibus, panem non comedens & aquam non bibens, propter omnia peccata vestra, quæ gestistis contra dominum, & eum ad iracundiam prouocastis. Timui enim indignationem & iram illius, quæ aduersum vos concitatus delere vos voluit. Et exaudiuit me dominus etiam hac vice. Aduersum Aaron quoque vehementer iratus, voluit eum conterere, & pro illo similiter deprecatus sum. Peccatum autem vestrum quod feceratis, id est, vitulum, arripiens, igne combusisti: ⁵ & in frustra comminuens, omninòque in puluerem redigens, proiecisti in torrentem qui de monte descendit. ⁶ In incendio quoque, & in tentatione, & in sepulchris concupiscentiæ prouocastis dominum: & [†] quado misit vos de Cades Barne, dicens: Ascendite, & possidete terram quam dedi vobis, & contempnistis imperium] domini dei vestri; & non credidistis ei, neque vocem eius audire voluistis, sed semper fuistis rebelles à die qua nosse vos cœpi. Et ⁷ iacui] coram domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus ¹⁰ eum suppliciter deprecabar, ne de-

1. De quibus ipse nouisti, & au disti, quis stabit contra faciem filiorum Enac.

2. Et humiliter eos ante faciem tuam, disperdat eos citò. * Dicens.

a. Si quando videris inter multa opera peccatorum facere quæpiam nonnulla quæ iusta sunt, non est tam iniustus deus vt propter multa mala peccatorum obliuiscatur honoris: sed faciet eum illa tantum merere quæ in bonam terram seminauerit, & in sua horrea congregata. Hier. super i. cap. Haggai.

b. Propter impietatem gentium istarum dominus deus tuus de turbat eas à conspectu tuo.

c. Certe isti sunt qui non metuerunt perire in deserto, quia nescierunt dexteram vel sinistram. Aug. ibid. q. 14. in Deut.

d. Rebelles domino fuistis. e. Vbi certe illi exacerbauerunt qui propter eadem mala merita sua non tunc in terram promissionis induciti. August. ibi.

f. Tempus rebellionis significatur, tempus quo Moyses fuit in monte ex præcepto dei ad accipiendum duas tabulas lapideas vtriptum est Exo. 24. Cateranus.

g. Iudæi semper ea fecerunt quæ dei placitis aduersata sunt. Et enim cum illos volebat ieiunare, tum ierassabantur dilatabantque. Rursus vbi non volebat eos ieiunare mordicus tenebant ieiuniu. Cõ veller illos vitimas sibi offerre, ad simu lachra properabant. Cum non volebat illos festum diem celebrare, studio diem festum agebant. Chrysost. Homilia prima aduersus Iudæos.

h. Præcipi. i. Cõuertis me igitur descendidi de monte, igne ardente, & due tabule fœderis in duabus manibus meis. Et vidi, & ecce peccastis.

* Apprehendens duas tabulas. 7. Eas.

f. Frangit audacter Moyses tabulas. Sciebat enim dei sermonem non posse audire temulentos. Ierassata est & pinguescens, & dilataus, & recalcitrauit dicitur, & dereliquit Dominum qui fecerat eum, & abscisit à Deo. sicut utari suo Hiero. contra Iouinianum lib. 2.

g. Idololatriæ indignitate percussus fregit tabulas Moyses, & comminuit vitulum caput, atque in puluerem redegit, vt omnia impietatis aboleret vestigia. Ambros. ad Romulam.

8. Exacerbastis os.

9. Prostrauit me.

10. Me prostrauit, quoniam dixerat dominus quod vos deleretur esset. Orati ad dominum, & dixi.

† Exod. 17. b. 19. a. 1. d. 32.

† Exod. 32. b.

† 77. dicit. Iob. 16. a. 21. a.

† Nume. 11. a. 16. a. 21. a.

b. Illic describitur oratio Moy-
si, & secundum quod dicunt
Hebraei illa est tertia quadra-
ge-na quæ fecit Moyses in monte.
Prima fuit quæ ascendit in
montem ut acciperet primas
tabulas, vt Exod. 24. Secunda
quando post fabricationem vi-
tuli ascendit ad dominum ac-
cipere tabulas, vt Exod. 32. Tertia
fuit quando dominus placatus
orationibus Moysi dixit ei. Pre-
cedenti duas tabulas lapideas
instar priorum, vt Exo. 34. De
lyra ibidem.
11. En ipsi populus tuus.

leret vos, vt fuerat comminatus: & orans dixi: ^h Domine deus, ne disperdas populum
tuum, & hereditatem tuam, quam redemisti in magnitudine tua, quos eduxisti de
Ægypto in manu forti. Recordare seruatorum tuorum Abraham, Isaac, & Iacob. Ne
aspicias duritiam populi huius, & impietatem atque peccatum, ne fortè dicant ha-
bitatores terræ, de qua eduxisti nos: Nō poterat dominus introducere eos in terram,
quam pollicitus est eis, & oderat illos, idcirco eduxit, vt interficeret illos in solitudi-
ne: ¹¹ qui sunt populus tuus] & hereditas tua, quos eduxisti in fortitudine tua magna,
& in brachio tuo extento.

*Tabularum secundarum instauratio, Leuitarum officia, timor dei, & dilectio
ad pietatem & obsequium mouere debent.* X.

a. Satis manifestat eundē Moy-
sen in tabulis hæc decem verba
scripsisse, non deum. Nisi for-
te violenter quidem, sed certa
necessitate compellimur, vbi
dictum est. Et scripsit in tabu-
lis verba testamenti, decem ver-
ba, non Moysen subaudire, sed
dominum. Augu. quæst. super
Deut. lib. 5. cap. 15.
b. Denique decem sermones illi
in tabulis nihil notum docet,
sed quos obliuiscit fuerat,
admovent, vt iustitia in illis
ignis more quasi adflatu quo-
dam legis sopita recalesceret:
profecerit autem poterant in-
tellecta plus hominibus vitia
fugienda, quæ lex damnasset
etiam in peccatoribus. Tertul. de
ciuit. iudaicæ.
c. Supra in Numeris cum sta-
tiones & migrationes filiorum
Israel recenseret, nullum loci hu-
ius mentionem fecit. Tantum
enim dixit Aaronem in mon-
te Or vita functum esse: illic
enim compendiosè ac summa-
tim attingens omnia loca & re-
pora ordinis suo commemo-
rare omisit. Procop. ibid.
1. Separauit dominus.
2. Iuxta dies priores.



[†] N tempore illo, dixit dominus ad me: ^a Dola tibi duas tabulas lapideas,
sicut priores fuerunt, & ascende ad me in mōtem: faciēsque arcæ ligneam,
& scribam in tabulis verba quæ fuerūt in iis, quas antè confregisti, ponēs-
que eas in arca. Feci igitur arcā de lignis sethim. Cūque dolassem duas
tabulas lapideas instar priorum, ascendi in montē habens eas in manibus. Scripsitque
in tabulis iuxta id quod prius scripserat, ^b verba decem quæ locutus est dominus ad
vos in monte de medio ignis, quando populus congregatus est, & dedit eas mihi. Re-
uerfusque de monte, descendi, & posui tabulas in arcam quam feceram, quæ hucus-
que ibi sunt: sicut mihi præcepit dominus. [†] [†] Filij autem Israel castra mouerunt ex
^c Beroth filiorum Iachan in Mosera, [†] vbi Aaron mortuus & sepultus est, pro quo sa-
cerdotio functus est filius eius Eleazar. Inde venerunt in Gadgad, de quo loco profe-
cti, castrametati sunt in Iethabatha, in terra aquarum atque torrentium. Eo tempore
¹ separaui] tribum Leui, vt portaret arcam foederis domini, & staret coram eo in mi-
nisterio, ac benediceret in nomine illius vsque in præsentem diem. Quamobrem non
habuit Leui partem, neque possessionem cum fratribus suis: quia ipse dominus pos-
sessio eius est, sicut promisit ei dominus deus tuus. Ego autem steti in monte, ² sicut
prius] quadraginta diebus ac ^{*} noctibus, exaudiuitque me dominus etiam hac vice,
& te perdere noluit. [†] Dixitque mihi: ^{*} Vade, & præcede populum, vt ingrediatur, &
possideat terram, quam iuravi patribus eorum vt traderem eis. Et nunc Israel ^d quid
dominus deus tuus petit à te, nisi vt timeas dominum deum tuum, & ambules in viis
eius, & diligas eū, ac seruias domino deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua,
custodiāsque mandata domini, & ³ caeremonias eius quæ] ego hodie præcipio tibi,
vt bene sit tibi: En domini dei tui cælum est, & ⁴ cælum cœli,] terra & omnia quæ in
ea sunt: [†] & tamen patribus tuis conglutinator est dominus, & amauit eos,] elegitque
semen eorum post eos, id est, vos de cunctis gentibus, sicut hodie comprobatur. ^e [†] Cir-
ca ^d cuncidite igitur præputium cordis vestri, & ceruicem vestram ne induretis amplius:
quia dominus deus vester ipse est deus deorum, & dominus dominantium, deus ma-
gnus & potens & terribilis, [†] qui personam non accipit, nec munera. Faciet iudicium
pupillo & viduæ, amat peregrinum, & dat ei victum atque vestitum. Et vos ergo a-
mate peregrinos, quia & ipsi fuistis aduenæ in terra Ægypti. Dominum deum tuum
timebis, & ei soli seruias. Ipsi adhærebis, ^f iurabisque in nomine illius. Ipse est laus tua
& deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia, & terribilia, quæ viderunt oculi tui. [†] In se-
ptuaginta animabus descenderunt patres tui in Ægyptum, & ecce nunc multiplicauit
te dominus deus tuus sicut ⁶ astra] cœli.

† Exo. 17. a
† Num. 33. d
† Num. 20. d
Sup. 4. b
† Act. 10. c
87. c. Defen-
sionis.
2. Para. 19. c
Job. 14. b
Sap. 4. b
Ecccl. 33. b
Roma. 2. b
Galat. 2. b
Sup. 6. c.
Matt. 4. b
Luc. 4. b
† Gen. 4. 6

* Quadraginta.
* Surgo.
d. Quando ille iubet se diligi,
tunc maximè offendit quod te
diligit. Nihil enim ita nostram
salutem cõseruat, atque illum
diligere. Chryso.
3. Secuta eius quæ.
4. Cœli cœlorum.
5. Veruntamen in patribus tuis
beneplacitum est domino, vt
amaret eos.
e. Spiritalem circuncisionem
significat id est, mentis custo-
diam & veram abstinentiam.
Quasi cum luxuriam carnis ex-
inueritis, etiam mentis super-
flua recedate. Circūcidēdi sunt
omnes sensus. Vnde Moyses se
in circuncisum labijs conque-
ritur. Glos. ordin.
f. Non ita præceptū accipien-
dū est quasi iurari iusserit, sed
in alterius alicuius dei nomi-
ne iurare prohibuit. Melius au-
tem fit, si secundum euangeliū
non iuraueris: quia mala est
vera iuratio, sed ne in periuurū
inciderent facilitate iurandi.
Augu. q. 12. super Deut.
6. Stellæ.

Dei beneficia, & terribilia in Pharaonem signa, ad dei amorem incitare debent. XI.

1. Custodiam.
2. Statura.
3. Quia non cum filiis vestris,
a. Adducit rationem supra tra-
quentes postam, ex beneficiis
iam præstitis, cum dicitur. Co-
gnoscite hodie quæ ignoratē fi-
lij vestri. Non quod ignoratē
simpliciter, saltem quantum ad
illos qui attulerat annos discre-
tionis. De lyra.



Ma itaque dominum deum tuum, & obserua ¹ præcepta] eius & ² caeremo-
nias,] iudicia atque mādata omni tempore. ³ Cognoscite hodie,] quæ igno-
rant filij vestri,] qui non viderunt disciplinam domini dei vestri, magna-
lia eius & robustam manum, extentūque brachium, signa & opera quæ
fecit

fecit in medio Ægypti Pharaoni Regi, & vniuersæ terræ eius, omnique exercitui Ægyptiorum, & equis ac curribus*, quomodo* operuerint eos aqua maris rubri,] cum vos persequerentur*, & deleuerit eos dominus vsque in præsentem diem: vobisque quæ fecerit in solitudine, donec veneritis ad hunc locum:† & * Dathan atque Abiron filii Eliab, qui fuit filius Ruben, quos aperto ore suo terra absorbit cum domibus & tabernaculis, & vniuersa substantia⁷ eorum, quam habebant in medio] Israël. Oculi vestri viderunt omnia opera domini magna quæ fecit, vt custodiatis vniuersa madata illius, quæ ego hodie præcipio vobis: & ⁶ possitis introire, & possidere] terram ad quam ingredimini, multo⁷que in ea viuatis tempore: quam sub iuramento pollicitus est dominus patribus vestris, & semini eorum, lacte & melle manantem.^b Terra enim ad quam ingredieris possidendam, non est sicut terra Ægypti de qua existi, vbi iacto semine⁷ in hortorum morem aqua ducuntur irrigua, sed⁷ montosa est, & campestris, de cælo expectans pluuias,] quam dominus deus tuus semper⁸ inuisit,] & oculi illius in ea sunt^d à principio anni vsque ad finem eius. † Si ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio vobis, vt diligatis dominum deum vestrum, & seruiatis ei in toto corde vestro, & in tota anima vestra, dabit pluuiam terræ vestræ* temporaneam & serotinam, vt colligatis frumentum, & vinum, & oleum, fœnumque ex agris ad pascenda iumenta, vt & ipsi comedatis ac saturemini. Cauete ne forte decipiatur cor vestrum: & recedatis à domino, seruiatisque^c diis alienis & adoretis eos: iratusque dominus claudat cælum, & pluuiæ non descendant: nec terra det germen suum, pereatisque velociter de terra optima quam dominus daturus est vobis.† & Ponite hæc verba mea in cordibus & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus,⁹ & inter oculos vestros collocare.] Docete filios vestros, vt illa meditentur. Quando sederis in domo tua, & ambulaueris in via, & ¹⁰ accubueris] atque surrexeris, ^f scribes ea super postes, & ianuas domus tuæ: vt multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum in terra quam iurauit dominus patribus tuis, vt daret eis quam diu imminet cælum terræ. Si enim custodieritis mandata, quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis dominum deum vestrum, & ambuletis in omnibus viis eius, adhærentes ei, disperdet dominus omnes gentes istas ante faciem vestram, & ¹¹ possidebitis eas,] quæ maiores & fortiores vobis sunt. † Omnis locus quem calcauerit pes vester, vester erit. A deserto, & Libano, & flumine magno Euphrate, vsque ad mare occidentale, erunt termini vestri. Nul-
^d vester super omnem terram, quam calcaturi estis, sicut locutus est vobis.^g En propono in conspectu vestro hodie benedictionem & maledictionem: benedictionem, si obedieritis mandatis domini dei vestri, quæ ego hodie præcipio vobis: maledictionem, si non obedieritis mandatis domini dei vestri, sed recesseritis de via, quam ego nunc ostendo vobis, & ambulaueritis post deos alienos, quos ignoratis. Cum vero introduxerit te domineus deus tuus in terram ad quam pergis habitandam,† pones benedictionem super montem Garizim, maledictionem super montem Hebal, qui sunt trans Iordanem post viam quæ vergit ad solis occubitum, in terra Chananei, qui habitat in campestribus contra Galgalam,^h quæ est iuxta vallem tendentem & intrantem procul.] Vos enim transibitis Iordanem, vt possideatis terram quam dominus deus vester daturus est vobis, vt habeatis & possideatis illam. Videte ergo vt impleatisⁱ ceremonias] atque iudicia quæ ego hodie ponam in conspectu vestro.

Exterminetur idololatria, decimæ & primitiæ reddantur, ac sacrificia certo loco sanguinem vitando soluantur. X II.

Hæc sunt præcepta atque iudicia quæ¹ facere debetis] in terra quam dominus deus patrum tuorum daturus est tibi, vt possideas eam cunctis diebus quibus super humum gradiëris.^a Subuertite omnia loca in quibus coluerunt gentes quas possessuri estis, deos suos: super montes excelsos,

* Eius.
 4. Inundate fecit aquæ maris rubri super facies eorum,
 * A tergo.

* Quæ fecit.

5. Quæ erat sub pedibus eorum in medio vniuersi.

6. Vt confortati intretis, & possideatis.

b. Adducit rationem ex beneficiis futuris, sub conditione tamen si timeret deum, & diligerent ac seruirent ei. Sub prima conditione promittitur fertilitas terræ: sub secunda cælestis aduersarij. De Lyra.

c. Agri enim Ægyptij necesse semper habent irrigari in istis hortorum, quia nūquam pluit ibidem.

7. Terra ista ad quam transitis possidendam, terra est habens montes & vales depluvia cœli aquam bibens.

8. Aduertit.

d. Ab initio scilicet bonæ voluntatis vsque ad perfectionem boni operis, cursum vitæ dirigit. Deus enim est qui operatur in nobis velle & perficere, pro bonâ voluntate. Phillip. 2. b. Glos. ordinaria.

* In tempore suo, pluuiam.

e. Quod si multos deos vis introducere, vide ne exitum serpentis similis fortis. Terram comedere condemnatur, quod primum omnium appellatione deorsum introduxit in mūdum. Clemens, lib. 2. Recognouit.

9. Vt sint veluti monitorij inter oculos vestros.

10. Quando ieris dormitum.

f. Quid est quod Moyses præcepit commendans verbum domini, & ait: Scribes ea super postes, &c. cum hoc secundum proprietatem nemo fecisset israelitarum commemorare vel legatur: nisi forte hyperbolica commendatio sit. Aug. ibi. q. 17.

11. Vos eritis heredes magnarum gentium.

g. Profde si in lege maledictio est, in fide vero benedictio, vtrunque habes propositum apud creatorem. En inquit propono, &c. Tertio aduertit Marcion. lib. 5. At deus non reliquit intrinsecus hominem inermem, ratione scilicet & prudentia, vt perintellectus vigeret inque metis, quo ceteris præstaret animalibus, factorem omnium solus agnosceret: & inde seruiret deo, vnde aliis dominabatur. Quæ tamen iustitiæ dominus voluntatis esse voluit, non coactum. Et ideo reliquit eum in manu consilij sui. Posuitque ante eum vitam & mortem, bonum & malum, & quod placuerit ei, dabitur illi. Hier. ad Demetriadem.

12. h. iuxta quercus More, quæ dicitur Gen 12. vallis illustis, 13. Statuta.

1. Custodietis & facietis.

2. Nunc illud videamus in quo crudelitatis vitium Manichæi solene obicere Moysi, vel inimici harum literarum, vel experes omnium literarum. Nunc autem quid eius propheticæ significationis habuerit requirendum est, quod ex eis multo, qui sibi absente ipso idola fabricauerunt, sine vlla cuiusvis necessitudinis distinctione iussit interiri. Facile est vt intelligatur hominū illorum interemptionem, significare vitijs illorum insecutio. ne, qualibus illi ad eadē idololatriæ deflexerunt. Aug. contra Faustū. Manichæi li. 2. c. 92.

146 Præcepta, & Iudicia Deuteronomium.

& colles, & subter omne lignum fradofum. [†] Dissipate aras earum, & confringite flatus, lucos igne comburite, & stola comminuite, disperdite nomina earum de locis illis. Non facietis ita domino deo vestro: ^b sed ad locum quem elegerit dominus deus vester de cunctis tribubus vestris vt ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, ^{*} venietis, & offeretis in loco illo holocausta, & victimas vestras, decimas, & ² primitias] manuum vestrarum, & vota atque ³ donaria,] primogenita bouum & ouium, & comedetis ibi in conspectu domini dei vestri, ac lætabimini in cunctis ad quæ miseritis manum, vos & domus vestræ, in quibus benedixit vobis dominus deus vester. ^c Non facietis ibi quæ nos hic facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur. ^d Ne- que enim vsque in presens tempus venistis ad requiem, & possessionem quam dominus deus vester daturus est vobis. Transibitis Iordanem & habitabitis in terra quam dominus deus vester daturus est vobis, vt ^e requiescatis] à cunctis hostibus per circuitum, & absque vilo timore habitetis in loco quem elegerit dominus deus vester, vt sit nomen eius in eo. Illuc omnia quæ præcipio conferetis, holocausta, & hostias, ac decimas, & primitias manuum vestrarum: & ^f quicquid præcipuum est in muntribus] quæ vouistis domino. ^g Ibi epulabimini] coram domino deo vestro vos & filij & filia vestræ, famuli & famulæ: atque ^h Leuites qui in vestris vrbibus commorantur.] ⁱ Neque enim habet & aliam] partem & possessionem inter vos. ^k Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris: sed in eo quem elegerit dominus, in vna tribuum tuarum offeres ^l hostias,] & facies ^m quæcunque præcipio tibi. ⁿ Si autem comedere volueris, & te esus carniū delectauerit, occide & comede] iuxta benedictionem domini dei tui, quam dedit tibi in vrbibus tuis: ^o siue immundum fuerit, ^p hoc est maculatum & debile: siue mundum, hoc est integrum & sine macula, quod offerri licet, sicut capream, & ceruum, comedes,] absque esu duntaxat sanguinis, quem super terram quasi aquam effundes. [†] Non poteris comedere in ^q oppidis tuis] decimam frumenti, & vini, & olei tui, primogenita armentorum & pecorum, & omnia quæ voueris, & sponte offerre volueris, & primitias manuum tuarum: sed coram domino deo tuo ^r comedes ea in loco quem elegerit dominus deus tuus, tu & filius tuus, & filia, & seruus, & famula, atque Leuites qui manet in vrbibus tuis: & lætaberis & reficietis coram domino deo tuo in cunctis ad quæ extenderis manum tuam. Caue ne derelinquas Leuitem in omni tempore, quo versaris in terra. Quando dilatauerit dominus deus tuus terminos tuos, [†] sicut locutus est tibi, & ^s volueris vesci carnibus quas desiderat anima tua.] Locus autem quem elegerit dominus deus tuus, vt sit nomen eius ibi, si procul fuerit, occides de armentis & pecoribus quæ habueris, sicut præcepit tibi, & comedes in oppidis tuis, ^t vt tibi placet.] [†] Sicut comeditur caprea, & ceruus, ita vesceris eis, & mundus & immundus in commune vescentur: hoc solum caue ne sanguinem comedas. [†] Sanguis enim eorum pro anima est: & idcirco non debes animam comedere cum carnibus: sed super terram fundes quasi aquam, vt bene sit tibi, & filiis tuis post te, cum fecerit ^u quod placet] in conspectu domini. Quæ autem sanctificaueris & voueris domino, tolles, & venies ad locum quem elegerit dominus, & offeres oblationes tuas, carnem & sanguinem super altare domini dei tui. Sanguinem hostiarum fundes in altari, carnibus autem ipse vesceris. ^v Obserua & audi omnia quæ ego præcipio tibi, vt bene sit tibi, & filiis tuis post te in sempiternum, cum feceris quod bonum est & ^w placitum] in conspectu domini dei tui. [†] Quando disperdiderit dominus deus tuus ante faciem tuam gentes, ad quas ingrediæris possidendas, & possederis eas, atque habitaueris in terra earum: caue ne ^x imiteris eas,] postquam te fuerint introeunte subuersæ, & requiras ^y ceremonias] earum, dicens: Sicut coluerunt gentes istæ deos suos, ita & ego colam. Non facies similiter domino deo tuo. Omnes enim abominationes, quas auersatur dominus, fecerunt diis suis, offerentes filios & filias, & comburentes eos igni. [†] Quod præcipio tibi, hoc ^z tantum facito domino, nec addas quicquam, [†] nec minuas.

b. Quo loco deinceps adepto, simul quoque ab oblatione victimarum quas ab initio con- celerat propter cõsuetudinem quæ apud Aegyptios inole- rat, quamque præcipiri muta- rione abolerens poterant, ces- sarent aliquando. Cum cõsilio enim, & bona venia non violen- tia saluè cõferr. Procop. ibid.

* Inquireris, & illuc.

2. Leuationem, & infra.

3. Spontaneas oblationes vestras.

c. Quando enim filij Isaac fue- runt in deserto, etiam post cõ- struotionem tabernaculi, pote- rant offerre sacrificia, & obla- tiones voluntarias, allibi quin in tabernaculo, vt dicit Rab. Sal. Non autè sacrificia & obla- tiones ad quæ tenebantur ex debito. De Leya.

4. Det vobis requiem.

5. Cuncta electa vota vestra.

6. Et lætabimini.

7. Laeta qui est intra portas vestras.

d. In ipsis festis Iudaicis non tempus solum, verù & locum obsecrare iussit ipsa lex. Chry- sost. aduer. Iude. O rat. 1.

8. Holocausta tua.

* Ibi.

9. Accamen in omni desiderio animæ tuæ offeres & comedes carnem.

10. Immundus inter te & mun- dus simul idem comedens, siue caprea fuerit, siue ceruus.

11. Portis tuis, & infra.

12. Dixeris: comedam carnes, quia desiderat anima tua comedere carnes, iuxta omne desi- derium animæ tuæ comedes carnes.

13. Cum omni desiderio animæ tuæ.

f. Huic sententiæ Manichæi op- ponunt illud euangelicū: Non esse immēdos eos qui corpus oc- cidunt, animam autē non possunt occidere: sic disputant, Si sanguis anima est, quomodo homines in ea potestatem non habent, cum de sanguine multa faciāt? Cui calumniæ ita re- spondendum est, vt ipsi cogantur ostendere vbi scriptum sit in libris veteris legis, quod ani- ma humana sanguis sit. Augu- contra Adimantū Manichæi discip. cap. 12.

14. Quod rectum est.

g. Hic concluditur principale inuentum huius capituli: Ad hoc enī prædicta sunt omnia, vt diligenter cõtinent ab ido- latria. De Leya. ibid.

15. Rectum.

16. Illaquetis post eas.

17. Deos.

* Coram diis suis.

18. Obseruabitis vt faciatis.

* Super ipsū.

† Sup. 7. d. Exod. 34. b

† De conf. di. i. c. sicut.

† 17. q. 1. c. 2. de cleffis. De decet. 1.

† Gene. 28. 9. Infra. 19. d.

† Iasa. 15. b.

† Iasa. 19. a.

† 26. q. 5. c.
Nec mirum.
in h. 26. q. a
c. intelligi.

Surruerit in medio tui Prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum atque portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi: eamus & sequamur deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis: non audies verba prophetæ illius aut somniatoris, quia tentat vos dominus deus uester, ut palam fiat, Jvtrum diligatis eum an non, in toto corde, & in tota anima uestra. Dominum deum uestrum sequimini, & ipsum timete, & mandata illius custodite, & audite vocem eius. Ipsi seruietis, & ipsi adherēbitis. Propheta autem ille aut fictor somniorum interficietur: quia locutus est ut vos auerteret à domino deo uestro, qui eduxit vos de terra Ægypti, & redemit vos de domo seruitutis, ut errare te faceret de via quam tibi præcepit dominus deus tuus: & auferes malum de medio tui. Si tibi voluerit persuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus vel filia siue vxor quæ est in sinu tuo, aut amicus quem diligis ut animam tuam, clam dicens: eamus & seruiamus diis alienis, quos ignoras tu & patres tui, cunctarum in circuitu gentium quæ iuxta vel procul sunt, ab initio vsque ad finem terre: non acquiescas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus, ut miserearis & occultes eum, sed statim interficies. Sit primum manus tua super eum, & post te omnis populus mittat manum. Lapidibus obrutus necabitur, quia voluit te abstrahere à domino deo tuo, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo seruitutis: ut & omnis Israel audiens timeat, & nequaquam ultra faciat quippiam huius rei simile. Si audieris in vna urbium tuarum, quas dominus deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos: egressi sunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores urbis tuæ, atque dixerunt: eamus, & seruiamus diis alienis, quos ignoratis: quere sollicitè, & diligenter rei veritate perspecta, si inueneris certum esse quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam, statim percuties habitatores urbis illius in ore gladij, & delebis eam, omniaque quæ in illa sunt, vsque ad pecora. Quicquid etiam supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendes, ita ut vniuersa consumas domino deo tuo, & sit tumulus sempiternus. Non ædificabitur amplius, & non adhærebit de illo anathemate quicquam in manu tua, ut auertatur dominus ab ira furoris sui, & misereatur tui, multiplicetque te sicut iurauit patribus tuis, quando audieris vocem domini dei tui, custodiens omnia præcepta eius, quæ ego præcipio tibi hodie, ut scias quod placitum est in conspectu domini dei tui.

† 23. q. 8. cap. 1. q. 1.

† infra 17. b

† 23. q. 5. cap. 8. si audieris.

a. Vbi sanè intelligi voluit etiã illa quæ à dominantibus non secundum deum dicuntur. si acciderint quæ dicitur, nõ accipienda, sic vt fiant quæ præcipiuntur ab eis, aut colantur, quæ ab eis coluntur. Aug. q. 19. super Deut.

b. Non enim vt sciat, quem nihil lateat, sed vt scire nos faciat quantum in eius dilectione profectumur, tentari nos permittit. Aug. de Genesi contra Manichæos. lib. 1. cap. 22.

c. Sine misericordia, dum conuictus fuerit per testes idoneos, vel confessus fuerit. De Lyra.

1. Auerfionem.
* Vt in ea ambulet.
3. Te incitauerit.

4. Fueritque ex diis populorum qui per circuitum uestri sunt: siue vicini tibi fuerint, siue procul.

5. Neque propitijs eris, sed nec occultabis.

* Vt illum interficias.

6. Adiciat facere tẽ huiusmodi malum in medio tui.

d. Diabolus Græcum verbum est, quod Latine dicitur criminatior: lingua verò Hebræa fatan appellatur, id est, aduersarius siue contrarius, & ab Apollolo, Belial, hoc est, absque iugo, quod de collo suo dei abiecerit seruitutem, quæ Aquila apostatam tranfultit. Et sciendum vbiunque in veteri lege filij pestilentie scribantur, in Hebræis voluminibus Belial, hoc est, diabolus pro pestilentia nominatur. Hiero. super 4. ad Ephesios.

* In medio tui.
e. Aliis scribitur Hebræicè destructionem, quod Græcè dicimus anathema. Vniuersa enim illa ciuitas sub anathemate constituitur ad exemplum aliorum, Caeteranus ibid.

7. Rectum.

Gentium ritus super mortuo fugiendus, animalium mundorum & immundorum discretio faciendæ, & decimæ soluendæ.

† Sup. 7. a. Inf. 26. d.

† Leui. 11. a.

† Leui. 11. a. b. c. d.

Non incidetis, nec facietis caluitium super mortuo: quoniam populus sanctus es domino deo tuo: & te elegit, ut sis ei in populum peculiarem de cunctis gentibus quæ sunt super terram. Ne comedatis quæ immunda sunt. Hoc est animal quod comedere debetis, bouem, & ouem & capram, ceruum, & capream, bubalum, tragelaphum, pygargum, orygem, camelopardalum. Omne animal quod in duas partes findit vngulam, & ruminat, comedetis: de iis autem quæ ruminant, & vngulam non findunt, hæc comedere non debetis: camelum, leporem, chærogyllum. Quia ruminant & non diuidunt vngulam, immunda erunt vobis. Sus quoque quoniam diuidit vngulam, & non ruminat, immunda erit. Carnibus eorum non vescemini, & cadauera non tangetis. Hæc comedetis ex omnibus quæ morantur in aquis. Quæ habent pennulas, & squammas, comedite: quæ absque pennulis, & squammis sunt, ne comedatis, quia immunda sunt. Omnes aues mundas comedite. Immundas ne comedatis: aquilam scilicet, & gryphem, & halieton, ixon, & vulturem, ac miluum iuxta genus suum, & omne coruini generis, &

1. Estis.

2. Dilanabitur (siue disceptis) vos, neque ponetis caluitium inter oculos vestros propter mortuum, vel super defuncto.

3. Præ.

4. Omne abominabile.

5. Capricornium, vnicornem, bouem syluestrem, orygem, & capram rupicolam.

6. Diuidit vngulam, & findit fissuram vtriusque vngule.

7. Diuidit, atque fissuram findunt.

8. Cuniculum.

9. Interdixit ergo ne porcina carne vesceretur, id est, ne vitam porcorum imitaretur, qui ad solam mortem nutriuntur in ventri ac voluptati seruientes, ad faciendam iustitiam inutiles essent, ac morte afficeretur. Lactan. lib. 4. cap. 17. Item cum cibo suis prohibet adsumi: reprehendit vti que canosam, & luteam, & gaudentem vitijs sordibus vitam: bonum suum non in animi generositate, sed in sola carne ponentem. Tert. de cibis Iudaicis.

b. Duæ sunt requisitæ conditiones ad mundorum piscium tam fluuioꝝ, quàm maris electio-nem: & quod pennulas natatorias habent, & quod squammas, vt habes Leu. 11. Laq. li. 4. 9. Et hæc non comedatis.

c. Quando noctua interdicat, o-
 dii tui fugas veritatis: quidam
 cygnum, ceruicis alba super-
 bas: quando caradrium, garru-
 lum nimis linguæ intemperan-
 tiam: quando vespertilionem,
 quæ tenebras noctis si-
 mul & erroris. Tertul. de cibis
 Iudaicis.
 10. Omne verò aenum mädam.
 11. Dabis illud.
 12. Ipsum alieno.

d. Sanctus Moyses quod Chris-
 tius Do. infans, adhuc lactens
 minimè possit occidi, his ver-
 bis testatus est. Id ipsum signi-
 ficans Christus Dominum ho-
 stium qui verè D. i. agnus est,
 non nili maturo tempore pati
 oportere. Chryso. in homilia
 innocenti.
 21. Atque ubi nomè suum po-
 fuerit.
 * Quam possis ferre.
 * Ut ponat tibi nomen suum.
 24. Dabis pro pecunia, ligabit
 que pecuniam in manu tua.
 e. Spiritualiter precipit vt fen-
 per bonis operibus instamur,
 quatenus post hanc vitam ad
 domum nostram, id est, ad ces-
 lestem patriam reuertamur.
 Glo. ordinaria.

15. A principio tertij anni pro-
 feres omnem decimam frugum
 tuarum pro illo anno.
 f. Intelligitur enim vno anno
 interposito. In 70. autè interp.
 quoniam post tres annos dixit,
 incertum est vtrū eos medios
 esse voluerit, vt quito quoque
 anno fieret. Augu. q. 10. super
 Deuter.

struthionem, ac noctua, ac cygnum, & ibin, ac mergulum, porphyriõnem, & nycticoracem, onocrotalum, & caradrium, singula in genere suo: vpupam quoque, & vespertilionem: & omne quod reptat, & pennulas habet, immundum erit, & non comedetur.¹⁰ Omne quod mundum est, comedite.¹¹ Quicquid autem morticinum est, ne vescamini ex eo. Peregrino qui intra portas tuas est, dabis ei, vt comedat, aut vende ei, quia tu populus sanctus domini dei tui es.¹² Non coques hæc in lacte matris suæ. Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra per annos singulos, & comedes in conspectu domini dei tui in loco quem elegerit, vt in eo nomen illius inuocetur, vt decimam frumenti tui, & vini, & olei, & primogenita de armentis & ouibus tuis: vt discas timere dominum deum tuum in omni tempore. Cum autem longior fuerit via, & locus quem elegerit dominus deus tuus, tibi que benedixerit, nec poteris ad eum hæc cuncta portare, vendes omnia, & in pretium rediges, portabisque eadem pecunia quicquid tibi placuerit, siue ex armentis, siue ex ouibus. Vinum quoque & siceram, & omne quod desiderat anima tua, & comedes coram domino deo tuo, & epulaberis tu & domus tua, & Leuita qui intra portas tuas est. Caue ne derelinquas eum, quia non habet aliam partem in possessione tua.¹⁵ Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus quæ nascuntur tibi eo tempore, & repones intra ianuas tuas: venietque Leuita qui aliam non habet partem nec possessionem tecum, & peregrinus ac pupillus & vidua, qui intra portas tuas sunt, & comedent, & saturabuntur: vt benedicat tibi dominus deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum quæ feceris.

Lex septimi anni remissionis in quos exercentur.

XV.

a. A sine septem annorum.

2. Et hæc est ratio remissionis.
 a. Remissio hic non condona-
 tionem significat, sed tuerent
 ab actione: quoniam non de-
 cernitur hæc lege donatio, sed
 quies ab exigendo. Caietanus.
 ibid.

3. Fratrem tuum manus tua li-
 berum dimitte.
 b. Hic quidam calumniantur,
 & mendicos, & medicitatem.
 Contra quos Chryso. Mendici
 ipsi, inquit, vsum ecclesie tem-
 plorum foribus admori pulcher-
 rimum quendam, & ornamen-
 tum maximum prestant, vt his
 sine plautudo ecclesie perfer-
 da esse non possit. Chryso. 1.
 Cor. 12. Hom. 70.

4. Quoniam benedicendo be-
 nedicat.

5. Hereditatem, vt possideas
 illam, si modo.
 * Dominus enim deus tuus.

6. Ac sub pignore mutuabis (v-
 bi nulla est mentio de vltura.
 * Tuam à fratre tuo paupere.
 7. Et malus sit oculus tuus ad-
 uersus fratrem tuum pauperem.

8. Quoniam propter hanc rem
 benedicet tibi.

b. Hos emptor non anno re-
 missionis remitti voluit, quæ
 septimum quæque obseruari
 oportebat ab omnibus: sed an-
 no septimo emptiois, quo
 eunque anno illorū septimus
 ille annus occurreret. Augu. q.
 21. super Deut.
 21. Oneret onerabis eum.
 10. Horreo tuo.
 * Vt illi tribuas.

21. Et pones ad aurem eius, ac-
 que ad osium.
 22. Non graue sit in oculis tuis
 quod dimiseris eum abs re li-
 berum: quoniam duplex est mer-
 ces mercenarij sex illis annis
 quibus.



Septimo anno] facies remissionem, quæ hoc ordine celebrabitur: Cui debetur aliquid ab amico vel proximo, ac fratre suo, repetere non poterit: quia annus remissionis est domini. A peregrino & aduena] exiges, ciuem & propinquum repetendi non habebis potestatem.] Et omnino indigens & medicus] non erit inter vos: vt benedicat tibi dominus deus tuus in terra quam traditurus est tibi in possessionem: si tamen audieris vocem domini dei tui, & custodieris vniuersa quæ iussit, & quæ ego hodie præcipio tibi, benedicet tibi, vt pollicitus est. Fœnerabis] gentibus multis, & ipse à nullo accipies mutuam. Dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur. Si vnus de fratribus tuis qui moratur intra portas ciuitatis tuæ, in terra quam dominus deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem deuenerit: non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, sed aperies eam pauperi, & dabis mutuam quo eum indigere perspexeris. Caue ne subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo: appropinquat septimus annus remissionis, & auertas oculos à paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat mutuam commodare: ne clamet contra te ad dominum, & fiat tibi in peccatum, sed dabis ei. Nec ages quippiam callidè in eius necessitatibus subleuandis: vt benedicat tibi dominus deus tuus in omni tempore, & in cunctis ad quæ manum miseris. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in terra. Cum tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus aut Hebræa, & sex annis seruerit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum. Et quem libertate donaueris, nequaquam vacuum abire patieris, sed dabis viaticum] de gregibus, & de area] & torculari tuo, quibus dominus deus tuus benedixerit tibi. Memento quod & ipse serueris in terra Ægypti, & liberauerit te dominus deus tuus, & idcirco ego nunc præcipio tibi. Sin autem dixerit: nolo egredi, eo quod diligit te, & domum tuam, & bene sibi apud te esse sentiat, assumes subulam, & perforabis aurem eius in ianua] domus tuæ, & seruiet tibi vsque in æternum. Ancillæ quoque similiter facies. Non auertes ab eis oculos tuos, quando dimiseris eos liberos: quoniam iuxta mercedem mercenarij per sex annos] seruiuit tibi,

† Exod. 23. c.
 34. d.
 13. q. 1. c. Ec-
 clesiast. 9.
 His ita. 16. q. 1.
 Decimas, c.
 In sacris, c.
 De decimis,
 c. decime &
 q. 7. c. Om-
 nes decime.
 † De decim.
 1. c. Tu.

† Decl. ca.
 & c. Tu.

† In fra. 21. b.

† Marc. 5. g.
 Luc. 6. c.

† Exo. 21. a.

† Iere. 34. c.

tibi, vt benedicat tibi dominus deus tuus in cunctis operibus quæ agis. De primogenitis, quæ nascuntur in armentis & ouibus tuis, quicquid est sexus masculini, sanctificabis domino deo tuo. ^d Non operaberis in primogenito bouis, & non tondebis primogenita ouium. ^f In conspectu domini dei tui comedes ea per annos singulos in loco quem elegerit dominus, tu & domus tua. Sin autem habuerit maculam, & vel claudum fuerit, vel cæcum, aut ¹³ in aliqua parte deformem vel debile, non immolabitur domino deo tuo: sed intra portas vrbs tuæ comedes illud. Tam mûdus quàm immundus similiter vescentur eis quasi caprea, & ceruo. [†] Hoc solum obseruabis vt sanguinem eorum non comedas, sed effundes in terram quasi aquam.

Tres præcipue anni solemnitates, iudicum officia, & idololatriam inducentia non erigenda. X VI.



A Bserua ^a mensem nouarum frugû, & verni primum temporis,] vt facias Phasē domino deo tuo: quoniam in isto mense ^{*} eduxit te dominus deus tuus de Ægypto nocte. Immolabisque Phasē domino deo tuo de ouibus, ^b & de bobus in loco quē elegerit dominus deus tuus, vt habitet nomen eius ibi. Non comedes in eo panem fermentatum. Septem diebus comedes absque fermento, afflictionis panem, quoniam in [†] pauore Jēgressus es de Ægypto: vt memineris diei egressionis tuæ de Ægypto omnibus diebus vitæ tuæ. Non apparebit fermentatum in omnibus terminis tuis septem diebus, & non remanebit de carnibus eius quod immolatum est ² vespere, in die primo vsque mane. Non poteris immolare Phasē in qualibet vrbiū tuarum, quas dominus deus tuus daturus est tibi: ^B sed in loco quem elegerit dominus deus tuus, vt habitet nomen eius ibi. ³ Immolabis Phasē vespere ³ ad solis occasum, quando Jēgressus es de Ægypto: & coques & comedes in loco quem elegerit dominus deus tuus, manēque ⁴ confurgens] vades in tabernacula tua. Sex diebus comedes azyma, & in die septima, quia collecta est domini dei tui, non facies opus. ^{*d} Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in segetem miseris, & celebrabis ^e diem festum hebdomadarum domino deo tuo, oblationem spontaneam mantis tuæ, quam offeres iuxta benedictionem domini dei tui, & ⁵ epulaberis coram domino deo tuo, tu & filius tuus, & filia tua, & seruus tuus, & ancilla tua, & Leuites qui est intra portas tuas, & aduena, ac pupillus, & vidua, qui morantur vobiscum, in loco quem elegerit dominus deus tuus, vt habitet nomen eius ibi: ⁶ & recordaberis quoniam seruus fueris in Ægypto, custodiēque ac facies quæ præcepta sunt. ^f Solemnitatem quoque tabernaculorum celebrabis per septem dies, quando collegeris de area & torculari fruges tuas, & epulaberis in festiuitate tua, tu & filius tuus, & filia, & seruus tuus & ancilla: Leuites quoque & aduena, & pupillus, & vidua, qui intra portas tuas sunt. Septem diebus domino deo tuo festa celebrabis in loco quem elegerit dominus, benedicetque tibi dominus deus tuus in cunctis frugibus tuis, & in omni opere manuum tuarum, erisque in lætitia. ⁸ Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu domini dei tui, in loco quem elegerit, in solemnitate azymorum, & in solemnitate hebdomadarum, & in solemnitate tabernaculorum. [†] ^h Non apparebit ante dominum vacuus: sed offeret vnusquisque secundum quod habuerit iuxta benedictionem domini dei sui, quam dederit ei. [†] Iudices & ⁶ magistros] constitues in omnibus portis tuis, quas dominus deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas: vt iudicent populum iusto iudicio, ⁷ nec in alteram partem declinent. [†] Non accipies personam, nec] munera, quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum. ⁸ Iustè quod iustum est, persequeris,] vt viuas & possideas terram, quam dominus deus tuus dederit tibi. Non plantabis lucum, ⁹ & omnem arborem iuxta altare domini dei tui, nec facies tibi, atque constitues statuam:] quæ odit dominus deus tuus.

c. Offendit differentiam apud Græcos inter primogenitā & protoparta. Offendit etiam, q̄ vbi apud Latinos Christus primogenitus dicitur, apud Græcos prototofos dicitur. Glos. ordinat.
d. Offendit quidd si quid robustum incipimus exerceere, quod significatur in primogenito bouis vel cum vita nostra aliquid innocuū inchoat, dignum est vt humanis oculis quasi subduo velle non ostendatur. Beda. ibid.
13. Mala macula lasum.

a. Id est, Nisan qui partim No. dico Martio, partim Aprili respondet.
* In quo fruges maturescunt.

b. Quid sibi vult hoc quod addidit boues, cum immolationem paschæ de oue statim modo commendauerit, quam iustitæ accipi ouibus & hœdis, vel ex capris. Quod mystice accipitur propter Christum, vt ex iustis & peccatoribus est origo carnalis. Aug. q. 24. super Deuter.

1. Festinatione.
2. A vespera primæ diei vsque.

c. Pascha.
3. Cum occiderit sol, tempore quo.

4. Versa facie.

* In eo.
d. Si eniti ab vniuerso populo lex hæc pentecoste iusta est obseruata, ni quid omnes vno die credendum est falce iustos mittere in messem. Si enim quisque sibi obseruat istam quinquagesimam, dinumerans ab illo die quo falcem mittit, non vna est vniuerso populo: illa vero vna est que computatur ab immolatione paschæ vsque in diem datæ legis in Sina. Aug. q. 24. super Deuter.

e. Diem pentecosten.
5. Lætaberis, & infra.
f. Festum tabernaculorum. Qui vt tabernaculo presentem mundo vtiq̄, festiuitate agere & letari in eo potest propter futuri expectationem. Quia si terrena domus huius habitationis dissoluatur, habebit domum non manufactam in celo. Glos. ordinaria. ibid.

g. Scilicet tribus festiuitatibus præcipuis, paschæ, pentecosten, & tabernaculorum. Veritatem illis qui erant longè à Ierusalē parebatur de duobus festis, pentecosten & tabernaculorum. De Lyra.

h. Qui enim promerendæ vitæ mercedem bene agendo non prouidet, in conspectu domini vacuus apparet. Hinc de iustis per psalmistâ dicitur: Venientes autē veniet cum exultatione, portantes manipulos. (Ios. Grego. libr. 7. Moralium in 6. cap. Iob. c. 17.)

6. Præfatos tibi.

7. Non declinabis iudicium, nec agnosces personas, nec accipies.

8. Iustitiâ iustitiâ persequeris.

9. Tibi cuiusvis rebotis iuxta altare domini dei tui, quod facies tibi, neque eriges tibi statuam.

Leui. 22. c.
Ecc. 13. b.

Sup. 12. c.

Iosue. 3. 13.

Exo. 21. e.
Ecc. 16. d.
Exo. 23. b.
34. c.
De collee. di.
e. Omnis christianus.
Ecc. 35. a.
Sup. 1. c.
Exo. 23. a.
24. c.
Leui. 19. e.
1. Cor. 2. d.
Ecc. 20. d.
11. q. 3. capi.
Pauper.

Hostia eligenda, idololatria plectenda, difficultas à quibus petenda, & Regis eligendi conditiones. XVII.



On immolabis domino deo tuo bouem & ouem in quo est macula, aut a quippiam vitij: quia abominatio est domino deo tuo. Cùmque reperti fuerint apud te intra vnam^a portarum tuarum, quas dominus deus tuus dabit tibi, vir, aut mulier qui faciant malum in conspectu domini dei tui, & transgrediantur pactum illius, vt vadant & seruiant diis alienis, & adorent eos: solem & lunam, & omnem militiam cœli, quæ non præcepi: & hoc tibi fuerit nuntiatum, audiensque inquisieris diligenter, & verum esse reperiens, & abominatio facta est in Israel: educes virum ac mulierem qui rem sceleratissimam perpetrarunt ad portas ciuitatis tuæ: & lapidibus obruentur.^{*†b} In ore duorum aut trium testium peribit, qui interficietur.^b Nemo occidatur, vno contra se dicente testimonium. Manus^b testium prima interficiet eum, & manus reliqui populi extrema mittetur: vt auferas malum de medio tui:†^c Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam,† lepram & non lepram, & iudicium intra portas tuas videris verba variari: surge, & ascende ad locum quem elegerit dominus deus tuus,† veniensque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: quæresque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunque dixerint qui præsunt loco quem elegerit dominus, &† docuerint te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum, nec declinabis^{*} ad dextram neque ad sinistram.^b Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino deo tuo:† ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel: cunctisque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. Cum ingressus fueris terram quam dominus deus tuus dabit tibi, & possideris eam, habitauerisque in illa, & dixeris: constituam super me regem, sicut habent omnes per circuitum nationes:† eum constitues, quem dominus deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. Cùmque fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos, & nec reducet populum in Ægyptum, equitatus numero subleuatus, præsertim cum dominus præceperit vobis vt nequaquam amplius per eandem viam reuertamini.† Non⁴ habebit vxores plurimas quæ illiciant animum eius, neque argenti & aurii immensa pondera. Postquam autem sederit in solio regni sui, describet sibi† Deuteronomium] legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat time-re dominum deum suum, & custodire verba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta sunt*. Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque⁶ declinet in partem] dextram vel sinistram, vt longo tempore regnet ipse & filius eius super Israel.

a. Admonendi semper sunt portas his lucis pro vrbibus esse accipiendas, de cuius illius linguæ, idcirco septuaginta uo semper portas interpretati sunt seu vrbes. q. m. 7. 7. 7. 7. 7. 7. Id est, in vna vrbium turrim. Hæc annotauimus, ne in errore populi ferimus peregrini infestam laboremur. Aug. Sicutus.

* Donec moriantur.
b. Alioquin & vnus testis plerumque verum dicit, & plures plerumque mentiuntur, potiusque creditum est in exortio fidei vni Apostolo euangelizati, quam populis errantibus, à quibus periculis patiētiatur. Aug. cōtra Faust. Manich. lib. 16. cap. 13.
c. Vultus itaque iudicium nō habet probadi doctrinas, quis enim mediocriter frans nō facile intelligat seripentū ex positionem ab iis perēdam esse qui eam in doctores se esse proficere uisūque possit, imo id semper accidere, vt multa in doctis videri absurda, quæ cum à doctis exponuntur, ea laudanda videantur. Aug. de moribus ecclesie. cap. 1.
1. Plagam & plagam, & venerint verba in portis tuis in discordiam.
2. Obseruabis vt facias iuxta omnia quæ te docuerint, iuxta verbum legis quam te docuerint, & iuxta iudicium quod dixerint tibi, ages.
* A verbo quod annunciarine tibi.
3. Aut iudici.
4. Cur displicuerit populo deo quando regem desiderauit, cū hic inueniatur permittit? Sed magis hic intelligendū est merito non fuisse secundum voluntate dei: quia hoc fieri non præcepit, sed desiderantibus permisit. Veruntamen præcepit, ne ferret alienus, sed frater. Aug. q. 26. super Deut.
e. Quæritur vtrum Dauid contra hoc præceptum non fecerit. Non enim vni habuit vxores. Nam de Salomone manifestum, quod transgressus fuerit hoc præceptum, & in feminis & in auro & argento. Sed hinc potius intelligitur permittum fuisse regibus, vt plures haberent quam vnâ: multiplicari autem prohibiti sunt. Quæ prohibitio non haberet transgressionem, si pauca fuerint, sicut Dauid fuerunt: non autem multæ, sicut Salomoni. Aug. q. 27. super Deuter.
4. Multiplicabit sibi vxores, ne aueratur cor eius.
5. Exemplar.
* Vt faciat ea.
6. Recedat à præceptis ad.

Sacerdotum & Leuitarum victus, pseudopropheta verò certis signis agnitus eliminandus. XVIII.



On habebunt sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui de eadem tribu sunt, a partem & hæreditatē cum reliquo Israel: quia sacrificia domini, & oblationes eius comedent, & nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum. Dominus enim ipse est^a hæreditas eorum: sicut locutus est illis. Hoc erit¹ iudicium] sacerdotum à populo, & ab iis qui offerunt victimas: siue bouem siue ouem immolauerint, dabunt sacerdoti² armum ac ventriculum:]† primitias frumenti,³ vini,] & olei, & lanarū partē ex ouium tonsione. Ipsum enim elegit dominus tuus de cunctis tribubus tuis, vt stet, & ministret nomini domini dei tui, ipse & filij eius in sempiternum.^b Si exierit Leuites ex vna vrbium tuarum ex omni Israel in qua habitat, & voluerit venire, desiderans locum quem elegerit dominus, ministrabit in nomine domini

a. Hebraismus elegans, quo dominus pollicetur se illos in decimis & oblationibus cōpensaturū, & quæ dei sunt, illis daturum in hæreditatē perpetuā.
1. Lus.
2. Armum & vranque maxillam, atque stomachum.
3. Nisi.
b. Hoc est, si ad locum quem elegerit dominus, venerit ad diem festum ab alia ciuitate, & ciues illius auterint decimas & facticia, ille partē illarum habebit quæ illi in sua ciuitate debebantur. Aug. q. 28. super Deuter.

† Infra 19. d. Matt. 18. b. Joan. 8. c. 2. Cor. 13. a. Sup. 13. c. 2. q. 8. 5. 1. 3. q. 6. c. 9. 8. Hebr. 10. c. † Qui filij sunt legis, per venerabiles. Item. 11. q. 4. c. Abbit. 12. Part. 19. g. 10. 4. 6

† Hof. 4. 6. Sup. 10. b. Nume. 18. c. 1. Co. 3. 9. 9. 12. q. 1. cl. Clericus. 23. q. 8. Si in morte.

† Nume. 18. c.

domini dei sui, sicut omnes fratres eius Leuitæ, qui stabunt eo tempore coram domino. [†] Partem ciborum eandem accipiet, quam & cæteri: excepto eo quod in vrbe sua ex paterna ei successione debetur.] Quando ingressus fueris terram quam dominus deus tuus dabit tibi, caue ne imitari velis abominaciones illarum gentium: ^c [†] nec inueniatur in te qui lustret filium suum aut filiam, ducens per ignem, aut [†] qui ariolos sciscitetur, aut obseruet somnia] atque auguria, ne sit maleficus, ne incantator, ne qui Pythones cõsulat, nec diuinos, [†] ⁶ & quærat à mortuis veritatem.] [†] Omnia enim hæc abominabitur dominus, & propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo. Perfectus eris, & absque macula:] cum domino deo tuo. Gentes istæ quarum possidebis terram, augures & diuinos audiunt: tu autem à domino deo tuo aliter institutus es. [†] Prophetam de ⁷ gente tua] & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi dominus deus tuus: ipsum audies, vt petisti à domino deo tuo in Horeb, quando concio congregata est, atque dixisti: Vltrà non audiam vocem domini dei mei, & ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar. Et ait dominus mihi: Bene omnia sunt locuti. [†] ^d Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui autem verba ⁸ eius] quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ² ego ultor existam. [†] [†] Prophetam autem ¹⁰ qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego] non præcepi illi vt diceret, aut ex nomine alienorum deorum: interficietur. Quod si ¹¹ tacita cogitatione responderis:] quomodo possum intelligere verbum quod dominus non est locutus? hoc habebis signum. Quod in nomine domini Prophetam ille prædixerit, & non euenerit, hoc dominus non est locutus: sed per tumorem animi sui Prophetam confinxit, & idcirco non timebis eum.

4. AEqualiter de portionibus comedent præter venditiones eius, quas habet à patribus.

c. Omne genus demoniacæ diuinationis interdicit. Dei enim solius, quem admodum mundi opificium, quem admodum viuificationis, omniumque rerum potentia, retinque futurarum cogitatio propria est. Ac facere amplius est qui statim eum acerbis. De quo Christus inquit: Quando mendacium loquitur, ex suo peculio loquitur, quoniam mendax est, quem admodum pater eius. Præcept. 5. Sortilegij vacet, aut tempora obseruet.

6. Nec sciscitetur mortuos.

7. Medio tui.

d. Vides hoc in nullo impletum quam in Christo solo. Etenim multi prophete fuerunt, & tamē omnes patri audiri sunt: arramen Iudei nihil sunt passi. Hunc autem quia non audierunt, vagante erratici, fugitiui & exules: oberrantes vbi que exiliū à sua ciuitate, & à patris legis in ignominia, & vltionis pena. Chryl. de mysterio aduersus gentiles. Item Iustin lib. 4. cap. 7. Denunciatur, inquit, dominus per ipsum legitimum, quod filium suum, id est, yncarnatam præsentemque legem missurum esset, & illam veterem per Moysen datam soluturum, vt denique per eum qui esset æternus, legem sanciret æternam. Hæc Sæct. ibidem.

8. Mea.

9. Requiam ab eo.

10. Qui præsumpserit loqui verbum in nomine meo quod ego,

11. Dixeris in corde tuo.

Ad quas vrbes homicidæ fugiant, falsi item testis supplicium. XIX.

A Vm [†] disperdiderit dominus deus tuus gentes, quarum tibi traditurus est terram, & possederis eam, habitauerisque in vrbe eius, & in ædibus: ^a tres ciuitates separabis tibi in medio terræ, quam dominus deus tuus dabit tibi in possessionem, sternens diligenter viam: & in tres æqualiter partes totam terræ tuæ prouinciã diuides *, vt [†] habeat è vicino qui propter homicidium profugus est, quò possit euadere. Hæc erit lex homicidæ fugientis, cuius vita seruanda est: [†] Qui percusserit proximum suum nesciens, & qui heri, & nudius tertius nullum contra eum odium habuisse comprobatur: ² sed abisse cum eo simpliciter] in syluam ad ligna cædenda, & in succisione lignorum securis fugerit manu, ferrumque lapsum de manubrio ³ amicum] eius percusserit, & occiderit: [†] hic ad vnã supradictarum vrbiũ confugiet, & viuet: ne forsitan proximus eius, cuius effusus est sanguis, ⁴ dolore stimulat] persequatur, & apprehendat eum si longior via fuerit, & percutiat animam eius qui non est reus mortis: quia nullum contra eum qui occisus est, odium ⁵ prius] habuisse monstratur. Idcirco præcipio tibi, ^b vt tres ciuitates æqualis intra se spatij diuidas. [†] Cum autem dilatauerit dominus deus tuus terminos tuos sicut iurauit patribus tuis, & dederit tibi cunctam terram [†] quam eis pollicitus est: (si tamen custodieris mandata eius, & feceris quæ hodie præcipio tibi, vt diligas dominum deum tuum, & ambules in viis eius omni tempore) addes tibi [†] tres alias ciuitates, ⁶ & supradictarum trium vrbiũ numerum duplicabis:] vt non effundatur sanguis innoxius in medio terræ quam dominus deus tuus dabit tibi possidendam, ⁷ ne sis sanguinis reus.] [†] Si quis autem odio habens proximum, insidiatus fuerit vitæ eius, surgensque ⁸ percusserit illum,] & mortuus fuerit, fugeritque ad vnã de supradictis vrbiibus, mittent seniores ciuitatis illius, & arripiunt eum de loco effugij, tradentque in manu proximi, cuius sanguis effusus est, & morietur. [†] ⁹ Non misereberis eius,] & auferes noxium sanguinem de Israel, vt bene sit tibi. Non [†] assumes, &] transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in posses-

a. Tres ciuitates refugij vltra Iordanem constituit Moyses homicidis, qui non sponte homicidium commiserunt, alias tres circa Iordanem iuberet comparari, mysticè inuisis, quòd ante perceptionem baptismi, qui vult à peccato saluari, & ab hostibus spiritalibus liberari, sanctæ Trinitatis fidem debet sincera mente cõsiteri, & post baptismum in fide, spe, & charitate vtiliter operari. Gloss. Ordina.

* Quam dominus deus tuus tibi tradit in hereditatem.

1. Illuc confugere possit omnis homicidæ. Hæc verò de causa huc homicidæ fugere debet, vt viuatur qui percussit.

2. Vt eum quis vadit eum proximo suo.

3. Proximum.

4. Dum sequet eor eius.

5. Ab heri & nudius tertius.

b. Ideo lex vrbes fugitiuorum describitur in lege: qui homines interficere solentes, & ipse vrbes sacerdotales sunt. Hierony. aduersus Iouinianũ lib. 2.

6. Super res istas.

7. Et sit super te sanguis.

8. Aduersus illum percusserit animam eius.

9. Non patet oculus tuus illi, & infra.

† Leui. 20. d

† 1. Reg. 28. a

† Ioan. 7. g
Ad. 3. d. 7. c
Exod. 20. d

† Ioan. 7. g

† Ios. 4. 5.
Sup. 12. a
Nume. 35. b
Iosue. 20. a



† 15. q. 1. c. II.
h & c. fina.
Exod. 21. c

† Sup. 12. a

† Gene. 28. a

† Iosue. 20. c

† Nume. 35. e

† Num. 35. e
Ios. 4. 6
21. q. 4. c. Est
iustitia.
9. q. 2. c. r.
11. q. 2. c. In
legibus. 7. q. 1
Si quis episc.
Sup. 17. b

10. Pro quacunque iniquitate, & pro quocunque peccato, aut pro quacunque culpa, qua peccauerit.
 11. Homines illi inter quos est controuersia.
 12. Amplius iuxta hanc re malam intra te.
 b. Octo genera peccati in legibus esse scribit Tullius: dandi, nuda, uincula, uerba, calones, ignominiam, exilium, securitatem, mortem. Talio id enim agit ut hoc patiar quicquid quod fecit. Illud est legis: Oculi pro oculo, dente pro dente. Fieri enim potest ut tam breui tempore quisque amittat oculum seueritate vindictæ, quam tulit ipse alteri improbitate peccati. Augul. lib. 21. cap. 11. de ciuitate dei.

sione tua quam dominus deus tuus dabit tibi in terra, quam acceperis possidendam. [†] Non stabit testis vnus contra aliquem, ¹⁰ quicquid illud peccati & facinoris fuerit, sed in ore duorum aut trium testium stabit omne uerbum. Si steterit testis mendax contra hominem, accusans eum præuarcationis, stabunt ambo ¹¹ quorum causa est, iante dominum, in conspectu sacerdotum & iudicum, qui fuerint in diebus illis. [†] Cumque diligentissimè perscrutantes inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit, & auferes malum de medio tui: ut audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam ¹² talia audeant facere. [†] Non misereberis eius, [†] sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, exiges.

† Math. 19. b
 Ioc. 8. c
 2. Corin. 13. a
 Heb. 10. e
 † Dan. 12. g
 Math. 5. f
 Exod. 21. e
 † 33. q. 5. Hic
 Imago.
 † Exod. 21. c
 Leuit. 24. g
 Math. 5. f

Deligendi ad bellum & arcendi uiri, iura belli quomodo seruanda, quæ arbores cadenda, & quæ relinquenda. X X.

a. Dispositio populi relatiuè ad bellum scribitur, considerens precipuè in conscientia diuina. Quis enim aggredi bellum iustum contra iustiores sit absolute stultum & criminiosum (vixote referentis deum) aggredi tamen illud promittente Deo se pugnatum pro eis, seu cum eis, ut promissum est Israelitis, uirtutis est spei, immo fidei in deo: & propterea precipitur ut nō timeat. Caietanus.
 1. Mollescat.
 2. Non retrahamini.
 b. Ecce quemadmodum & in spiritalibus conflictibus sperandum, & perendum est dei adiutorium, non ut nos nihil faciamus, sed ut adiuui cooperemur. Sic enim ait: debellabis uobiscum: ut & ipsos aduersos quod agendum esset, ostenderet. Aug. q. 30. super Deut.
 3. Loquatur ad populum dicitur.
 c. Non est melior in bello qui iam ad iustitiam deliquit, vel de nouella bibi, aut sponfam duxit. Sed quia his rebus humanis tenetur affectus, ideo hæc dicuntur ad bellum procedentibus, ut qui affectu his, appareat cū reuertatur, ne propter hæc minus fortiter agat, timens ne ante moriatur, quam illa expleat. Glof. ordina. post Aug.
 4. Quispiam faciat eam communem.
 d. Non potest domino seruire militie seruis uxoribus. Hic.
 5. Et recessit principes exercitus totius populi summan.
 e. Et hæc iustitiam sapientis gentium certam promissam in hereditatem quam debellatis ut que ad interuentionem eisdem gentibus Israelitæ possederit, manifestum est. Cæteri enim quæ longinquius extra ipsas gentes inueniuntur, uoluit fieri tributarias eorum, si non resisterent: si autem resisterent, etiam ipsas interfici, & in perditionem dari, exceptis pecoribus, & quæ in prædam consentiunt. Aug. q. 21. super Io.
 6. Tibi pacem responderit.
 7. Diripies tibi.
 f. Quia ex iusto dei iudicio propter suas iniquitates erant omnes omnino delendi, & interficendi, & ad hoc filij Israel interueniunt, ut dicitur esse supra ea.
 7. Additur etiam alia ratio scilicet, ne si remaneret aliqui eorum cum filiis Israel, pertraheret eos ad idololatriam. De Syria.
 * Quod sperat.
 8. Pugnaueris contra eam, ut capias.
 9. Nūquid lignum agri homo est, ut ueniat contra te in illa obsidione? sed arborem quam nosti in fructuosam, perde.
 10. Propugnaculum contra ciuitatem illam, quæ contra te bellum gerit, donec subiciat illam.



S I exieris ad bellum contra hostes tuos, & uideris equitatus & currus, & maiorem quàm tu habeas, aduersarij exercitus multitudinem, non timebis eos: quia dominus deus tuus tecum est, qui eduxit te de terra Ægypti. Appropinquante autem iam prælio, stabit sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populum: Audi Israel. Vos hodie contra inimicos uestros pugnam committitis, non ¹ pertimescat cor uestrum. Nolite mettere, ² nolite cedere, nec formidetis eos: quia dominus deus uester in medio uestri est, ^b & pro uobis contra aduersarios dimicabit, ut eruat uos de periculo. Duces quoque ³ per singulas turmas audiente exercitu proclamabunt: [†] ^c Quis est homo qui ædificauit domum nouam, & nō dedicauit eam? Vadat, & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius dedicerit eam. [†] ^d Quis est homo qui plantauit vineam, necdum fecit eam esse communem, & de qua uesci omnibus liceat? Vadat, & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius ⁴ homo eius fungatur officio. [†] ^d Quis est homo qui despondit uxorem, & non accepit eam? Vadat, & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo accipiat eam. His dictis addent reliqua, & loquentur ad populū: [†] Quis est homo formidolosus, & corde pauido? Vadat, & reuertatur in domū suam, ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est. Cūque siluerint duces exercitus, & finem loquendi fecerint, ⁵ vnusquisque suos ad bellandum cuneos præparabit. [†] ^e Si quando accesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primū pacem: Si ⁶ receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea est, saluabitur, & seruiet tibi sub tributo. Sin autem foedus inire noluerit, & ceperit contra te bellum, oppugnabis eam. Cūque tradiderit dominus deus tuus illam in manu tua, percuties omne quod in ea generis masculini est, in ore gladij: absque mulieribus, & infantibus, iumentis, & cæteris quæ in ciuitate sunt. Omnem prædam ⁷ exercitus diuides, & comedes de spoliis hostium tuorum quæ dominus deus tuus dederit tibi. Sic facies cunctis ciuitatibus, quæ à te procul ualde sunt, & non sunt de iis urbibus, quas in possessionem accepturus es. ⁸ De iis autem ciuitatibus quæ dabuntur tibi, ^f nullum omnino permittes uiuere *, sed interficies in ore gladij, Hethæum uidelicet, & Amorrhæum, & Chananæum, Pheresæum, & Heuæum, & Iebusæum, sicut præcepit tibi dominus deus tuus: ne fortè doceant uos facere cunctas abominationes quas ipsi operati sunt diis suis, & peccetis in dominum deum uestrum. Quando obsederis ciuitatem multo tempore, & ⁹ munitionibus circumdederis, ut expugnes] eam, non succides arbores de quibus uesci potest, nec securibus per circuitum debes vastare regionem: ⁹ quoniam lignum est, & non homo: nec potest bellantium contra te augere numerum. Si qua autem ligna non sunt pomifera, sed agrestia, & in cæteros apta vsus, succide,] & extrue ¹⁰ machinas, donec capias ciuitatem, quæ contra te dimicat.]

† Ios. 4. 6
 † 1. Mac. 3. g
 † Infr. 24. a
 † 36. q. 1. 0
 Tria.
 Infr. 24. a
 † Iud. 7. a
 † 1. Mac. 3. g

Cautio

Cautio super homicidio occulto, super muliere in bello capta, & contumace filio, & suspensio in ligno. XXI.

101. 4. 6.

A



Vando inuentum fuerit in terra quam dominus deus tuus daturus est tibi, ^a hominis cadauer occisi, * & ignorabitur cædis reus, egredientur maiores natu, & iudices tui, & metientur à loco cadaueris singularum per circuitum spacia ciuitatum: & quam viciniorem cæteris esse perspexerint, seniores ciuitatis illius tollent vitulam de armento, quæ non traxit iugum, nec ¹ terram scidit vomere,] & ducent eam ad vallem asperam atque saxosam, quæ nūquam arata est, nec sementem recepit, & cædent in ea ceruices vitulæ. ^b Accedentque sacerdotes filij Leui, quos elegerit dominus deus tuus vt ministrant ei, & benedicant in nomine eius, ² & ad verbum eorum omne negotium pendet: & quicquid mundum vel immundum est, iudicetur:] & venient maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, la-uabuntque manus suas super vitulam, quæ in valle percussa est, & dicent: ³ Manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc, nec oculi viderunt. ⁴ Propicius esto populo tuo Israel, quem redemisti domine, & non reputes sanguinem innocentem in medio populi tui Israel. ⁵ Et auferetur ab eis reatus sanguinis, tu autem alienus eris ab innocentis cruore qui fusus est,] cum feceris quod præcepit dominus. Si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos dominus deus tuus in manu tua, captiuosque duxeris, & videris in numero captiuorum ^c mulierem pulchram, & ad-amaueris eam, ⁴ voluerisque habere] vxorem, introduces eam in domum tuam: Quæ ^d radet cæsariem, & circumcidet vngues, & deponet vestem in qua capta est: sed eni- que in domo tua, flebit patrem & matrem suam vno mense, & postea intrabis ad eam, ^e dormiesque cum illa, & erit vxor tuâ. ⁶ Si autem postea non sederit animo tuo, ⁷ di-mittes eam liberam,] nec vendere poteris pecunia, nec ⁸ opprimere per potentiam:] quia humiliasti eam. Si habuerit homo vxores duas, vnâ dilectâ & alteram odio-sam, ⁷ genueritque ex eis liberos,] & fuerit filius odiosæ primogenitus, volueritque substantiam inter filios suos diuidere, non poterit filium dilectæ facere primogeni-tum, & præferre filio odiosæ, sed filium odiosæ agnoscat primogenitum, ¹ dabitque ei de iis quæ habuerit cuncta duplicia. Iste est enim principium ⁸ liberorum] eius, & huic debentur primogenita. Si genuerit homo filium ⁹ contumacem] & proteruum, ^d qui non audierit patris ac matris imperium, & coercitus obedire contempserit: ⁹ ap-prehendent eum, & ducent eum ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, di-centque ad eos: Filius noster iste proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, ¹⁰ comessationibus vacat, & luxuriæ, atque conuiujs:] lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, ¹ vt auferatis malum de medio vestri, & vni- uersus Israel audiens pertimescat. Quando peccauerit homo, quod morte plecten- dum est, & ¹¹ adiudicatus morti appensus fuerit] in patibulo: non ¹² permanebit] ca- dauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur: quia ¹³ maledictus à deo est, qui pendet in ligno,] & nequaquam contaminabis terram tuam quam dominus deus tuus dederit tibi in possessionem.

101. 1. d

101. 1. d

101. 1. d

101. 1. d

Pietas in rem proximi exercenda, & quatenus fornicatio punienda. XXII.

101. 1. d

A



Non videbis bouem & ouem fratris tui errantem, & ¹ præteribis:] sed re- duces fratri tuo, etiam si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum. Duces in domum tuam, & erunt apud te, quàm diu quærat ea frater tuus, & ² recipiat.] Similiter facies de asino, & de vestimeto, & de omni re ³ fra- tris tui quæ perierit: si inueneris eam, ³ ne negligas quasi alienam.] Si videris asinum fratris tui, aut bouem cecidisse in via, ⁴ non despicias,] sed subleuabis cum eo. ⁴ Non ⁵ induetur mulier veste virili,] nec vir vtetur veste fœminea. Abominabilis enim apud deum est qui facit hoc. Si ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum auis inue- neris, & matrem pullis vel ouis desuper incubantem: non tenebis eam ⁶ cum filiis,]

101. 1. d

a. Vulneratus quidem propter nosra est Christus, à patre quidem traditus, à Iudeis vero afflicus, qui cum vniuersis interemissent nūquā, nisi deo ira scilicet visum. Procop. ibid.
* Tacens in agro.
1. Cam ea factum est feritum illum.

b. Tria seu quatuor sacerdotum officia sumuntur, videlicet ad ministrandum deo, ad benedicendum in nomine dei, & ad definiendum cum omnem litam, cum omni plagam. Legis enim decreto nullus institutus est vniuersalis iudex nisi sacerdos. Et propterea officij diffinitio ambigua tam in ciuilibus quàm criminalibus attribuitur sacerdotibus, eamque à deo ad hoc elegeris. Caietanus.
2. Et iuxta verbum illorum tra- gabitur omnis lit, atque om- nis plaga.
3. Sed expiabitur à sanguine: tu autem expiabis sanguinem innocentem de medio tui.

c. Id est, sapientiam secularem, & eius pulchritudine captus fueris, decalua es, & illicebas criminum atque ornamenta ver- borum fecit. Hieron.
4. Poteris eam sumere tibi in- d. Hæc, si fecerim literam in- telligimus, non ridicula sunt. Ita & nos hoc facere solemus, quando philosophos legimus, quando in manus nostras ve- niunt libri sapientie secularis. Hieron. magno oratori Ro- mano.
5. Voluntati sue relinquas.
6. Vti poteris ea.
7. Genueritque illi liberos & dilecta quàm odiosa.

8. Virtutis.
9. Rebellem, & infra.
* Pater eius & mater eius:
10. Lurco & potator est.
11. Interficietur, & suspendet eum.
12. Pernoabit.
13. e. Maledictio est domini sup- pensus in ligno. Primùm igitur intendum est: quod non quicumque in ligno pendet, maledictus sit apud deum: sed qui peccauerit, & propter scelus morti fuerit ad iudica- tus, sublaris in crucem: nõ ideo maledictus, quia crucifi- xus est, sed quia in talia inci- dit reatum, vt meruerit cruci figi. Hieron. libr. 2. in Epist. ad Gal. cap. 3.

a. Asinum autem vel bouem aut ouem reduci iubet odisti proximi sui, vt hac ratione odien- tis animum sibi conciliet. Nam si omnino implacabilis, atque inexorabilis nõ fuerit, fieri nõ potest, quin hac in illi huma- nitate animus illius non man- suescat. Isidorus.
1. Abscondes te ab eis,
2. Illi restitues.
* Perdica.
3. Nec eam occultare poteris.
4. Non abscondes te ab eis.
5. Erunt arma viri super mu- lierem.

6. A filiis.

b. Lōgo viuit tempore qui per spiritalem intelligentiam æternitatis annos apprehēdit. Glo. interlinearis ibidem.
7. Circa rectum tuum.

8. Diuersis speciebus, ne foret prophanes feminis plenitudinem, quod feminas, & vineæ fructum.

c. Non exiges paria onera siue subsidia ab imparibus hominibus: metaphora elegans.
* Ingressus ad eam.

9. Et impositur ei occasiones verborum.

d. Scilicet eam cōnuisse adulterium, non post eius acceptio- nem in vxorem, sed post affi- dationem: & sic est ibi fractio datæ fidei, & per consequens adulterii in quantum tale pec- catum accidit ei post matrimo- nium prædicto modo inchoa- tum. De Lira.

e. Satis hic apparet quemad- modum subdita feminas vir- ris, & pendē famulas lex esse voluerit, vxores quiddā dicens ad- uersus vxorem viri testimonio vnde lapidaretur illa, si hoc sal- sum esse confiteri, sed tamen modo castigetur, & damnifica- tur, eoque perpetuo iubetur ad- haerere qua carere voluerat. Au- gust. q. 33. super Deute.

f. Educunt puellam ad ostiū.

g. Cœctas mala est adulterium, oculorum est morbus, nō cor- poris solū, sed & animæ pius.

h. Arma puellæ solo clamore designantur, ita quod clamor, e- tiam si ei saluatum non fue- rit, quia restis est iudici cordis liberet eā à pena mortis. Cate- chismus ibidem.

i. Etiam si nō clamauerit, præ- sumitur clamasse.

* Et ipsa.

k. Condignas peccatis penas irrogat. Animam enim Christo per fidem nodum obligatam si quis vitauerit perdiditque quemadmodum hæretici qui homines ex gentibus aliquan- do & Iudæis rapiunt, solent fa- cere patri spirituum, hoc est deo, doliū intionem in peccatiū dimittunt reuerentatē red- det. Procop. ibi idem.

11. Inuenti fuerint.

sed abire patieris, captos tenens filios, vt bene sit tibi, & longo vitas tempore. ^b Cū ædificaueris domum nouam, facies murum ⁷ tecti per circuitū,] ne effundatur san- guis in domo tua, & sis reus labente alio, & in præcepto ruente.] Non feres vineam tuam ⁸ altero semine, ne & sementis quam seuisisti, & quæ nascuntur ex vinea pariter sanctificetur.] [†] Non arabis in boue simul & asino. Non indueris vestimento, quod ex lana linōque contextum est. [†] Funiculos in fimbriis facies per quatuor angulos pal- lij tui, quo operiris. Si duxerit vir vxorem, & postea ^{*} odio habuerit eam, ⁹ quæstie- ritque occasiones quibus dimittat eam,] obiciens ei ^d nomen pessimum, & dixerit vxorem hanc accepi, & ingressus ad eam, non inueni virginem: tollent eam pater & mater eius, & ferent secum signa virginittatis eius ad seniores vrbs qui in porta sunt: & dicit pater. [†] Filiam meam dedi huic vxorem, quam quia odit, imponit ei nomē pessimum, vt dicat non inueni filiam tuam virginem: & ecce, hæc sunt signa virgini- tatis filiae meae. [†] Expandent vestimentum coram senioribus ciuitatis, apprehen- dentque fenēs vrbs illius virum, & verberabunt illum, condemnentes insuper cen- tum siclis argēti, quos dabit patri puellæ, quoniam diffamauit nomen pessimum su- per virginem Israel, habebitque eam vxorem, & non poterit dimittere eam omni- bus diebus vitæ suæ. Quod si verum est quod obiicit, & non est in puella inuenta vir- ginitas: [†] eiicient eam extra fores] domus patris sui, & lapidibus obruent viri ciuita- tis illius, & morietur: quoniam ^f fecit nephas in Israel, vt fornicaretur in domo pa- tris sui: & auferes malum de medio tui. [†] Si dormierit vir cum vxore alterius, vter- que morietur, id est, adulter & adultera: & auferes malum de Israel. [†] Si puellam virginem despōderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea: educes vtrunque ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur: puella, ^h quia non clamauit cum esset in ciuitate: vir, quia humiliavit vxorem proximi sui: & auferes malum de medio tui. Sin autem in agro repererit vir puellam, quæ desponsata est, & apprehendens concubuerit cum ea, ipse morietur solus, puella nihil patietur, nec est rea mortis: quoniam sicut latro confurgit contra fratrem suum, & occidit animam eius, ita & puella perpeffa est. Sola erat in agro, ⁱ clamauit, & nullus affuit, qui libera- ret eam. ^k Si inuenerit vir puellam virginem: quæ non habet sponsum, & apprehēdens concubuerit cum illa, & ¹¹ res ad iudicium venerit,] [†] dabit qui dormiuit cum ea, pa- tri puellæ quinquaginta siclos argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliavit il- lam. Non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ suæ.

† 16. q. 7. c. In noua. De elect. c. Cū causam. De apost. c. Quidam. † Num. 15. d. Leui. 19. d.

† 33. q. 5. e. Hæc imago.

† 23. q. 5. e. Reos. Exod. 20. a. † 34. q. 2. Non satis. Leui. 20. b.

† Exod. 22. e.

Qui ab ecclesia Domini atque à pugna arcendi, vel admittendi, quæ ad proximum pietas & communicatio. X X I I I.

a. Vides quomodo crimen auget. Cū enim tales luxuriae mo- dos inuenisse appareant, quos nō solū non audent, sed neque norunt insidiales, inenarrabilis est peccati excessus, &c. Chry- so. de illo Corinthio, qui tale ausus fuerat admittere crimē, 1. Corint. 5. Hom. 15.

b. Quæritio est, quomodo in- trauerit Ruth, quæ Moabitica fuit: de qua etiam caro domi- ni originem duxit: nisi forte ista mysticè prophetauerit in- trantem, quod ait vsque ad decimam generationem. Com- putatur enim generationes ab Abrahā, & Lō, qui genuit Ammonitas & Moabites vsque ad Salmon qui genuit Booz: vitum Ruth, decem compleri generationes. August. q. 35. su- per Deuterono.

i. Pethor Mesopotamiz.

c. In somno enim nō est immū- ditia spiritalis, licet possit esse in vigilia præcedēri vel sub- sequenti, tamen ibi semper est immunditia corporalis autem commutatur deprelio nictis. De Lira.

2. Foras. Et elatum habebis a- pud instrumenta tua, vt cum foris te sedere oportuerit.



Non accipiet homo vxorem patris sui, nec reuelabit operimentum eius. [†] Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis, & abscisso vere- tro, Ecclesiam Domini. Non ingredietur Mamzer, hoc est, de scorto na- tus in Ecclesiam domini, vsque ad decimam generationem. ^b Ammoni- tes & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt ecclesiam domi- ni in æternū: quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via quando egres- si estis de Ægypto: & quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de ¹ Mesopo- tamia Syria,] vt malediceret tibi: [†] & noluit dominus deus tuus audire Balaam, ver- titque maledictionem eius in benedictionem tuam, eo quod diligeret te. [†] Non fa- cies cum eis pacem, nec quæres eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in sempiternum. Nō abomina beris Idumæum, quia frater tuus est: nec Ægyptium, quia advena fuisti in terra eius. Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt in Ecclesiam domini. Quādo egressus fueris aduersus hostes tuos in pugnam, custodies te ab omni re ma- la. [†] Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra ca- stra, & non reuertetur priusquam ad vesperam lauetur aqua, & post solis occasum regredietur in castra. Habebis locum extracastra, ad quem egrediaris ² ad requisita naturæ, gerens paxillum in balteo. Cūque federis] fodies per circuitum, & egesta humo


† De renun- cia. c. Nifi cum pridem. 1. q. 1. c. Cito.

† Nehe. 11. a. Num. 22. a.

† 6. d. c. 1. & 8.

^c humo ^d operies quoreleuatus es. ^e (Dominus enim deus tuus ambulat in medio castrorum *, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos:) vt sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te. ^e Non trades seruum domino suo, qui ad te confugerit. Habitabit tecum in loco qui ei placuerit, & in vna vrbiū tuarum requiescet: ne contristes eum. ^f Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel. [†] Non offeres mercedem ^g prostibuli, nec pretium carnis in domo domini dei tui, quicquid illud est quod vouerint: quia abominatio est vtrunque apud dominum deum tuum. ^h Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno: [†] Fratri autem tuo absque vsura id quod indiget, comodabis: vt benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere tuo in terra ad quam ingredieris possidendam. ^h [†] Cum votum voueris domino deo tuo, non tardabis reddere, quia requirit illud dominus deus tuus: * & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod autem semel egressum est de labiis tuis, obseruabis, & facies sicut promissisti domino deo tuo, & propria voluntate, & ore tuo locutus es. [†] Ingressus vineam proximi tui, comede vvas [†] quantum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum.] Si intraueris segetem amici tui, [†] franges spicas, & manu conteres, falce autem non metes.]

Libellus repudij permittitur, misericordia in debitores & pauperes precipitur.
X X I I I I.

A  [†] acceperit homo vxorem, & [†] habuerit eam,] & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem: ^a scribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Cūque egressa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudij, & dimiserit de domo sua, vel certè mortuus fuerit: ^b non poterit prior maritus [†] recipere eam] in vxorem, quia polluta est, & abominabilis facta coram domino: ne peccare facias terram tuam, quam dominus deus tuus tradiderit tibi possidendam. [†] Cum acceperit homo nuper vxorem, non procedet ad bellum, nec ei quippiam [†] necessitatis iniungetur publicæ:] sed vacabit absque culpa domi suæ,] vt vno anno latetur cum vxore sua. ^h Non accipies loco pignoris ^c inferiorem & superiorem molam: [†] quia animam suam apposuit tibi.] Si deprehensus fuerit homo [†] sollicitans fratrem suum de filiis Israel,] & vendito eo acceperit pretium, interficietur: [†] & auferes malum de medio tui. Obserua diligenter ne incurras ^d plagam lepræ, sed facies quæcunque docuerint te sacerdotes Leuitici generis, iuxta id quod præcepi eis, & imple sollicitè. [†] Memento te quæ fecerit dominus deus vester Mariæ in via, cum egredieremini de Ægypto. [†] Cum repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi,] non ingredieris domum eius vt pignus auferas, sed stabis foris, & ille tibi ^c proferet [†] quod habuerit.] [†] Si autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei [†] ante solis occasum:] vt dormiens in vestimento suo benedicat tibi, & habeas iustitiam corā domino deo tuo. [†] Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, siue aduenæ] qui tecū moratur in terra, & intra portas tuas est: sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam: ne clamet contra te ad dominum, & [†] reputetur] tibi in peccatum. [†] Non occidentur patres pro filiis, nec filij pro patribus: sed vnusquisque pro peccato suo morietur. [†] Non peruerteris iudicium aduenæ & pupilli, nec auferes pignoris loco viduæ vestimentum. [†] Memento quòd serueris in Ægypto, & [†] eruerit] te dominus deus tuus inde. Idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem. [†] Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non reuertèris vt tollas illum: sed aduenam & pupillum, & viduam auferre patièris, vt benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere manuum tuarum. [†] Si fruges collegeris oliuarum, quicquid remanserit in arboribus, non reuertèris vt colligas: sed relinques aduenæ, pupillo, ac viduæ. Si vindemiaueris vineam tuam, non colliges rema-

^d Terrena fragilitate confiderata fortes debent operire. Glo. ord.
^e Hoc est, Si quis alienigena seruus ex alia gente ad Iudaismum confugerit ritum, professus sit, nec vltra domino extenuo reddatur. Aug. ibid.
^f Manifestè prohibet viros & feminas fornicari, etiam cum non alienis coniugibus: peccatum esse demonstrans miserum non coniugibus suis: quia & meretrices esse, & ad eas prohibet accedere, quantum publicè venalis est turpitudine. Glo. ord. post August.
^g Meretricia.
^h Putant quidam vsuras tantum esse in pecunia, quod providens diuina scriptura, omnis rei auferit superabundantiam, vt plus nō recipias, quam dedisti. Hiero. super Ezech. lib. 6.
ⁱ Ad fidelitatem hominis ad deum requiritur, quòd adimpleat quod ei promittit: sed quia votū non est de bono, necessario ad salutē, sed de bono supererogationis. subditur: Si nolueris polliceri, absque peccato eris. De Lyra.
^k A te.
^l Vsq̄ ad saturitatem animæ tuæ, sed in vas tuum non repones.
^m Decerpes spicas manu tua, falcem autem non louabis in segete proximi tui.

¹ Dormierit cum ea.
² Quilibet ob causam vxoris abdicare precipit: quem vitio Iudæorum demētia ac insania non latuit, ac cauit ne ipsam occideret, sēque vnā iter perditum. Procopius ibidem.
³ Quoniam secunda nuptiæ, viuente priore marito, pollutio magis sunt, quàm coniugii, sed infirmitati illorum condescendit Chryst.
⁴ Qui illam à se dimisit, reuertit, & ducere eam sibi.
⁵ Omnia transiit super eum.
⁶ Officio publico pro domo sua.
⁷ Rem hominis vitæ necessariam.
⁸ Alioquin animam suam leder.
⁹ Furans animum è fratribus suis ex filiis Israel.
¹⁰ Fur spie.
¹¹ Nota propter peccatum hinc infirmitatem hominibus accedere: Sicut Ozia qui sacerdotium vsurpauit. 2. Para. 26. d. Glo. ord. maria ibidem.
¹² Cūque proximo tuo quippiam commo dato dederis, siue mutuo sub pignore.
¹³ Pignus foras.
¹⁴ Cum occuberit sol.
¹⁵ Non fraudabis mercenarium de fratribus tuis, siue de aduenis tuis.
¹⁶ Fiat.
¹⁷ Occisio potest dupliciter considerari. Vno modo vt pena tantum, & sic habet rationem iustitiae, & sic nullus occiditur pro peccato alterius iuste. Alio modo vt est medicina. De Lyra ibidem.
¹⁸ Cur non ait: Et non pignora vestimentis eorum? Quæ enim causa est, vt trium storum iudiciū peruicaciter vertuerit: pignus autem alteri vestimentum solius viduæ, & non illorum: nisi quia iudicia eminum faciendā, propterea commendauit, quia non habent à quibus defendantur. August. 4. 39. super Deute.
¹⁹ Redemit.
²⁰ Cūque oliuam tuam excusseris, ramos iterum post te non excuties.

† De deci. Ex tran. mil.

† Eceli. 7. a. Paruch. 6. d. 33. q. 3. c. 1. & multis sequētibus. 27. q. 1. ca. Si quis votum, 22. q. 1. c. Iuramentis. De elec. cap. Venerabilis. 4. q. 3. c. Scipitum. Math. 12. a. Marc. 2. d. Luc. 6. a.

† Math. 5. c. Matth. 19. c. 19. a. Marc. 10. a. 31. q. 1. c. Hac ratione. 35. dist. Ab exordio. 34. q. 2. Non satis.

† Sup. 20. b.

† Num. 22. a.

† Leui. 19. a. Tob. 4. c.

† 4. Reg. 4. b. 2. Parap. 23. b. Ezech. 19. c. Ios. 4. 9.

† Leui. 9. d. 23. d.

nentes racemos, sed cedent in vsus aduenæ, pupilli, ac viduæ. Memento quòd & tu seruieris in Ægypto, & idcirco præcipio tibi vt facias hanc re.

Quot plagis reus cadendus, merces reddenda, & semen fratri suscitandum, mulieris vendenda uttrectantis, falsæ mensuræ, & Amalechitarum pœna. X X V.

- a. Est itaque leuis impietas, quæ verbere digna est, & est gratior, quæ morte digna est: Ita etiam illa peccata quæ non in deum, sed in hominem videntur admitti, sunt morte digna, quædã sunt alia correptione, seu verberis, seu pœna facillior. Aug. quæst. 45. super Deut. 1. Dei iudicet eum iudex, & cedere faciet eum in conspectu suo iuxta impietatem suam secundum numerum. Quadraginta cadet eum verberis, nec addet nequando si addiderit verberare eum ultra illi eadem magnam frater tuus vilescat in oculis tuis.
2. In trinita sua. 3. b. Prioris fratris defuncti, ne domus scilicet illius defuncti omnino corrueret. Cum vero liberi erant defuncti, nullo modo hoc matrimonium procedebat.
- c. Quid aliud in figura demonstret, nisi quod vnusquisque euangelij prædicator ita debet in ecclesia laborare, vt defuncto fratri, id est, Christo suscipiat semen, & quod suscitatum fuerit, illius nomen accipiat. Hoc denique intelligens apostolus ait: Nihilquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Ideo à fratre vestro Christo Christiani, non Paulini vocamini. Beda. ibidem.
4. Percutientis eum.
5. Percet oculus tuus.
6. AB equum.
7. Integer & iustus.
8. Quicumque facit iniquitatem.
9. Debiles quosque.
10. Cum tu lassus & sellus es.
11. Extingues memoriam Amalech sub cœlis, nec id obliuioni trades.



I fuerit causa inter aliquos, & interpellauerint iudices: quem iustum esse perspexerint, illi iustitiæ palmam dabunt. quem impium condemnabunt impietatis. Sin autem eum, qui peccauit, dignum viderint plagis: prosterment, & coram se facient verberari. Pro mensura peccati, erit & plagarum modus: ita duntaxat vt quadragenarium numerum non excedant: ne scædè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. Non ligabis os bouis trituranis in area fruges tuas. Quando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri: sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen fratris sui: & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israel. Sin autem noluerit accipere vxorẽ fratris sui quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicetque: Non vult frater viri mei suscitare semen fratris sui in Israel, nec me in coniugium sumere. Statimque accersiri eum facient, & interrogabunt. Si responderit: nolo eam vxorem accipere: accedet mulier ad eum coram senioribus, & tollet calceamentum de pede eius, spuẽtque in faciem eius, & dicit: Sic fiet homini qui non ædificat domum fratris sui. Et vocabitur nomen illius in Israel, domus discalceati. Si habuerint inter se iurgium viri duo, & vnus contra alterum rixari cœperit, volensque vxor alterius eruere virum suum de manu fortioris, miseritque manum, & apprehenderit verenda eius: abscondes manum illius, nec flecteris super eam vlla misericordia. Non habebis in sacco diuersa pondera, maius & minus, nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondera habebis iustum & verum, & modius æqualis & verus: vt multo viuas tempore super terram, quam dominus deus tuus dederit tibi. Abominatur enim dominus eum qui facit hæc, & aduersatur omnem iniustitiam. Memento quæ fecerit tibi Amalech in via quando egrediebaris ex Ægypto: quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassii residebant, ceciderit: quando tu eras fame & labore confectus, & non timuerit deum. Cum ergo dominus deus tuus dederit tibi requiem, & subiecerit cunctas per circuitum nationes in terra, quam tibi pollicitus est: delebis nomen eius sub cœlo. Caue ne obliuiscaris.]

Primitiæ & decimæ quibus dandæ, & quid significant.

X X V I.



- a. Hæc tria, primitiæ, primitiui scelus, & primogenita differunt: quia expectorata sunt primitiui animalium scelus, etiam hominum. & vero primi fructus de terra sumpti vel de arbore, vel de vite. Primitiæ autẽ de fructibus quidem, sed iam redactis ab agro, sicut de massa, de lacu, de delio, de eupa: quæ primitiis sumebantur. Augult. quæst. 72. super Num.
1. Sportam, infra.
2. Collocet in eo nomen suum.
- b. Laban multis modis affligebat Iacob in Mesopotamia, sed & redemptum in Chanaan persecutus est vsque Galaad, vt patet Gene. 31.
- c. Quia cum exierunt de Ægypto, fuerunt sexcenta millia, abs paruulis & mulieribus vt patet Exod. 12. Nec paruiores in ingressu terre promissionis, cum tamẽ omnes priores præter duos, Iosue & Caleph, in deserto mortui sunt. De Lyra.
4. Afflictionem.
5. Tu domine dedisti.

Vnquẽ intraueris terram, quam dominus deus tibi daturus est possidendam, & obtinueris eam, atque habitaueris in illa, tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo, pergẽsque ad locum quem dominus deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomen eius: accedẽsque ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum: Profiteor hodie coram domino deo tuo, quòd ingressus sum in terram pro qua iurauit patribus nostris vt daret eam nobis. Suscipiensque sacerdos cartallum de manu tua, ponet ante altare domini dei tui, & loqueris in conspectu domini dei tui: Syrus persequeretur patrem meum, qui descendit in Ægyptum, & ibi peregrinatus est in paucissimo numero, creuitque in gẽtem magnam, ac robustam & infinitæ multitudinis. Afflixeruntque nos Ægyptij, & persecuti sunt, imponentes onera grauissima, & clamauimus, ad dominum deum patrum nostrorum qui exaudiuit nos, & respexit humilitatem nostram, & laborem atque angustiam & eduxit nos de Ægypto in manu forti, & brachio extento, in ingenti pauore, in signis atque portentis: & introduxit ad locum istum, & tradidit nobis terram lacte & melle manatẽ. Et idcirco offero primitias frugum terræ quam dominus dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu domini dei tui, & ado-

† 2. Cor. 11. f

† 8. q. 1. Olim
1. Cor. 9. a
10. f. 4. 6.
1. Tim. 5. c
Matt. 22. c
Marc. 12. b
Luc. 20. d
Ruth 4. b
23. q. 1. Eccle.
s. f. 1.
† De diuor.
c. f. De restit.
spolia. c. l. ite.
128.

† Exod. 17. e

† Gene. 11. d

10. f. 4. 6.

adorato domino deo tuo; epulaberis] in omnibus bonis quæ dominus deus tuus dederit tibi & domui tuæ, tu & Leuites, & aduenæ qui tecum est. Quando compleueris decimam cunctarum frugum tuarum, anno decimarum tertio dabis Leuitæ, & aduenæ, & pupillo, & viduæ, vt comedant intra portas tuas, & saturentur: loquerisq; in conspectu domini dei tui: Attuli quod sanctificatum] est de domo mea, & dedi illud Leuitæ, & aduenæ, & pupillo, ac viduæ, sicut] iussisti mihi. Non præterui mandata tua, nec sum oblitus imperij. Non comedi ex eis in luctu meo, nec separavi ea in qualibet immunditia, nec expendi ex iis quicquam in re funebri, Obediui voci domini dei mei, & feci omnia sicut præcepisti mihi, Respice de sanctuario tuo, & de excelsis cælorum habitaculo, & benedic populo tuo Israel, & terræ quam dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris, terræ lacte & melle mananti. Hodie dominus deus tuus præcepit tibi, vt facias madata hæc atque iudicia: vt custodias & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Dominum elegisti] hodie, vt sis tibi deus, & ambules in viis eius: vt custodias ceremonias illius, & madata atq; iudicia, & obedias eius imperio. En dominus elegit] te hodie: vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & custodias omnia præcepta illius, & faciet te excelsiorem cunctis gentibus quas creauit in laudem, & nomen, & gloriam suam. vt sis populus sanctus domini dei tui, sicut locutus est:

Altare lapideum erigendum, benedictiones piorum & maledictiones impiorum.
XXVII.



Præcepit autem Moyſes, & seniores populo Israel, dicentes: Custodite omne mandatum quod præcipio vobis hodie. Cùmque transferitis Iordanem in terram quam dominus deus tuus dabit tibi, eriges ingentes lapides, & calce læuigabis] eos, vt possis in eis scribere omnia verba legis huius Iordane transmissio: vt intro eas terram,] quam dominus deus tuus dabit tibi, terram lacte & melle manantem, sicut iurauit patribus tuis. Quando ergo transferitis Iordanem, exigite lapides quos ego hodie præcipio vobis, in monte Hebal, & læuigabis eos calce, & ædificabis ibi altare domino deo tuo de lapidibus quos ferrum non tetigit, & de saxis informibus & impolitis,] & offeres super eo holocausta domino deo tuo, & immolabis hostias pacificas, comedisque ibi, & epulaberis coram domino deo tuo. Et scribes super lapides omnia verba legis huius planè & lucidè. Dixeruntque Moyſes & sacerdotes Leuitici generis ad omnem Israel: Attende, & audi Israel: Hodie factus est populus domini dei tui. Audies vocẽ eius, & facies mandata atque iustitias quas ego præcipio tibi. Præcepitque Moyſes populo in die illo, dicens: Hi stabunt ad benedicendum domino super montem Garizim, Iordane transmissio: Simeon Leui, Iudas, Isachar, Ioseph, & Benjamin: Et è regione isti stabunt ad maledicendum in monte Hebal, Ruben, Gad, & Affer, Zabulon, Dan, & Neptalim. Et pronuntiabunt Leuitæ, dicentque ad omnes viros Israel excelsa voce: Maledictus homo qui facit sculptile & conflatile abominationem domini, opus manuum artificum, ponitque illud in abscondito. Et respondebit omnis populus, & dicet, amen. Maledictus qui non honorat patrem suum & matrem suam: Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui transfert terminos proximi sui: Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui errare facit cecum in itinere: Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli, & viduæ: Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui dormit cum vxore patris sui, & reuelat operimentum lectuli eius: Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui dormit cū omni iumento: Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui dormit cum sorore sua: filia patris sui, vel matris suæ: Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui dormit cum socru sua: & dicet omnis populus, amen. Maledictus qui clam percusserit proximum suum: Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui dormit cum vxore proximi sui: Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui accipit munera, vt per-

c. Adorantis officij omnibus constat. Adorare enim creaturæ est adorari, non creaturæ, sed domini est. Chryſo. super 4. ca. Ioh. Homil. 32.
6. Læuaberis.

7. Separavi quod sanctum.

8. Iuxta vniuersa præcepta tua, quæ.

9. Nec quicquam perdidit per immunditiam.

10. Pro mortuo.

d. Hoc est, de domo sancta tua. Nã sanctitas pro eo quod sanctus, vel sancta ponitur. Sicut Hebraica lingua vocatur, hoc est lingua sanctitatis, quod nos diceremus lingua sancta. Vt tunc enim denominationibus pro denominatis, vt sepius diximus. August. Steuchus. ibid.

11. Habitaculo sanctitatis tuæ de caelis.

12. Magnificasti.

13. Statuisti.

14. Exaltauit.

a. Adhibet Moyſes senes populi, ad maioris auctoritatis vim, vt dei mandata per eum, sint etiam madata principum populi. Cæteranus ibid.

1. Lines, & infra.

2. Eo quod veneris ad terram.

b. Dei iurare est inconcussa veritate firmare. Psal. 109. Iurauit dominus, & non penitebit eum, &c. Quid est iurauit dominus, nisi inconcussa veritate firmari August. aduersus Iudæos, cap. 6.

c. Hebal vel Ebal, est iugum montis Garizim monte tantum distans, vt legentis & respondentis voces inter se audiantur. Ista etiam ad Iugum est primas in terra Chanaan victimas offerent. Hanc Hier. cum Graecis Gabal vocauit.

3. Integris ædificabis altare.

d. Garizim, mons est totius Samarie altissimus.

e. Ex tribus quæ ab egressu Aegypti præciat se se gesserunt, benedictioni à Deo sunt præfecti: que autem lapsæ sunt, maledictioni. Procop. ibid.

f. Maledicta legis quæ in Leuitico & Deuteronomio scripta sunt, nõ deo auctore completur, sed prophætico spiritu his qui peccaturi erant, ea quæ eis ventura sunt nunciatur. Hiero. in cap. 3. epist. ad Galat. lib. 2.

4. Maledicit patri suo & matri suæ.

g. Hic est qui non contentus fide catholica & doctrina, superflitiones & sectas inducit, Glof. ord.

5. Fimbriam patris sui.

h. Maledictus est qui gentium stultitiam sequitur. Vir autem aut minus non per fragilitatem, sed perseveranter tali coniunctioni inhaerens, reus est mortis. Glof. ord. ibid.

6. Cubat cum quouis.

† 12. 63. d. Baruch 2. d.

† Sup. 7. a.

Jos. 4. a.

† Exod. 20. d. Josue 20. f.

† Dan. 9. c.

cutiat animam sanguinis innocentis: Et dicet omnis populus, amen. ^a Maledictus qui non⁷ permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit:] Et dicet omnis populus, amen.

Multiplex promittitur benedictio obseruantibus legem, & transgredientibus maledictio.
X XVIII.

e. Nam populus quidem Israel obnoxius erat: Nō enim perni inleat in leges, neque quilibetquam erat qui legem totā impleuerat. At Chreikus habet imaledictionē altera permutauit, quæ dicit: Maledictus qui pendet in ligno. Chryso. in cap. 3. Epist. ad Galat.
7. Implet verba legis huius vt ea faciat.



SI autem audieris vocem domini tui, vt faciās atque custodias omnia man- ^A data eius, quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te dominus deus tuus excel- ^{Iof. 46.} ssiorem cunctis gentibus, quæ versantur in terra. ^a Venientque super te vniuersæ benedictiones istæ, & apprehendent te: si tamen præcepta eius audieris. Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro. Benedictus fructus ventris tui & fructus terræ tuæ, fructusque iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caulæ ouium tuarum. Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ. Benedictus eris ingrediens & egrediens. Dabit dominus inimicos tuos qui confurgent aduersum te, corruentes in conspectu tuo. ^b Per viam vnā venient contra te, & per septem fugient à facie tua. ¹ Emittet dominus benedictionem super cellaria tua,] & super omnia opera manuum tuarum, benedicetque tibi in terra quam acceperis. ² Sufficitabit] te dominus sibi in populum sanctum, sicut iurauit tibi: si custodieris mandata domini dei tui, & ambulaueris in viis eius. Videbuntque omnes terrarū populi, quòd nomen domini inuocatum sit super te, & timebunt te. Abundare te faciet dominus omnibus bonis, fructu vteri tui, & fructu iumentorum tuorum, fructu terræ tuæ quam iurauit dominus patribus tuis vt daret tibi. ³ Aperiet dominus thesaurum suum optimum, cælum: vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore suo. ^c Benedicetque cunctis operibus manuum tuarum: & ³ fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo fœnus accipies.] Constituet te dominus deus tuus in caput, & non in caudam: & eris semper ⁴ supra & non subter:] si tamen audieris mādāta domini dei tui, quæ ego præcipio tibi hodie, & custodieris & feceris, ac non declinaueris ab eis, nec ad dextrā, nec ad sinistram, nec secutus fueris deos alienos, neque colueris eos. ^d Quòd si audire nolueris vocem domini dei tui, vt custodias & facias omnia mandata eius, & ⁵ ceremonias quas] ego præcipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro. Maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ: armenta bouum tuorum, & greges ouium tuarum. Maledictus eris ⁶ ingrediens, & maledictus egrediens.] Mittet dominus super te ⁷ famem & esuriem, & increpationem] in omnia opera tua quæ tu facies: donec conterat te & perdat velociter, propter ⁸ adinventiones tuas pessimas, in quibus] reliquisti me. ⁹ Adiungat tibi dominus pestilentiam, donec cōsumat te de terra ad quā ingredieris possidendam. Percutiat te dominus ⁹ egestate, & feбри, & frigore, ardore & estu, & aëre corrupto ac rubigine,] & persequatur donec pereas. Sit cælum quod supra te est, æneum: & terra quam calcas, ferrea. Det dominus imbrem terræ tuæ ^{*} puluerem, & de cælo descendat super te cinis, donec conteraris. Tradat te dominus corruentem ante hostes tuos, & per vnā viam egrediaris contra eos, & per septem ¹⁰ fugias, & dispergaris per omnia regna terræ. Sitque cadaver tuum in escam cunctis volatilibus cæli, & bestiis terræ, & non sit qui abigat. ^f Percutiat te dominus vlcere Ægypti, & ¹¹ partem corporis per quam stercorea egeruntur,] scabie quoque & pruriginē: ita vt curari nequeas. Percutiat te dominus amentia & cęcitate, ac ¹² furore mentis,] & palpes in meridie sicut palpare solet cęcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Omnique tempore calumniam sustineas, & opprimaris violentia, ^{*} nec habeas qui liberet te. Vxorem accipias, & alius dormiat cum ea. ⁵ Domum ædifices, & non habites in ea. Plantes vineam, & non vindemies eam. Bos tuus ¹³ immoletur] coram te, & non comedas ex eo. Asinus tuus rapiatur in conspectu tuo, & non reddatur tibi. ⁶ Oves tuæ dentur inimicis tuis, ^d & non sit qui ¹⁴ te adiuet.] Filij tui & filie tuæ tradantur alteri populo videntibus oculis

a. Quid mirum, si bona chroni sui dat spiritaliter sibi seruicibus, & bona scabelli pedum suorum dat carnaliter sibi seruicibus: cū spiricus superior sit, & caro inferior, sicut superiora sunt cœlestia, & inferiora terrena. Quamquā illa omnia, id est, ager, pratum, fructus ventris, & fructus terræ, & iumentorum, & annona bouum, & grex ouium, possint amari spiritaliter intelligi. August. contra Adimantum, Manich. discip. c. 18.
b. Sceleratam enim coniurationem pactiōis contra te scitis, dissipabit Dominus, iuxta illud Psal. Dissipa gentes quæ bella volunt. Procopius. ibidem.
1. Mandabit dominus super te benedictionem in promptuariis tuis.
2. Eriget.

c. Dicimus ita esse ista munera dei, vt tamen sint infima & in comparatione salutaris confessionis, non solum amittenda, sed vtro etiam proicienda: cum talibus tamen hæc amantibus, & nondum capientibus promissa cœlestia, ne ab idolis ista peterent, vtiliter à domino deo esse pollicita. Aug. ibid.
3. Mutuo dabis multis gentibus, tu verò mutuum non accipies.
4. In sublimi, & non in obscuro.
d. Sicut custodiētibz mandata promissæ benedictionem, sic negligētibz pronunciat maledictionem. Glo. ord.
5. Statuta quæ, & infra.
6. In ingressu tuo, & maledictus in ingressu tuo.
7. Maledictionem, perditionem perturbatorem.
8. Mālitiam operum tuorum, & quod.
e. Adinventiones nostræ sunt peccata à nobis inuēta, sed bona sunt à deo, secundum quod dicitur Hosee 11. Perditio tua ex te Israel, tamē modo ex me auxilium tuum. Consiitit etiā scēculo principatiter mala dispositio domus in languore & infirmitate corporis, quæ potest causari multis modis. Et quantum ad hoc dicitur: Adiungat tibi dominus, &c. De Lira.
9. tumore & febrī, ardore, estu, & gladio, vradine.
* Amentia, &c.
10. Inimica fugies à facie eord. f. Hæretici & schismatici clarescento euangelio in toto orbē erroris cęcitāte inuoluti amentiam suam exerecentes, catholicæ fidei contradicunt. Ideo ecclesie columniam sustinent, & à veritate opprimunt. Glo. ord. ibidem.
11. Infirmitate ani.
12. Stupore cordis.

* Cunctis diebus.

g. Afflictio magna est, non reportare fructū ab illis in quibus homo multum laborat: sicut est in ædificatione domus, & plātatione vineæ & similibus. Nicol. De Lira.
13. Occidatur.
14. Eripiat.

Sup. 15. d

f. Leni. 26. b
Thren. 2. f
Malach. 2. a
Danuch. 1. d
2. Cor. 2. f

oculis tuis, & deficientibus ad conspectum eorū tota die, & non sit fortitudo in manu tua. ^h Fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedat populus quem ignoras: & sis semper calumniam sustinens, & oppressus cunctis diebus, & stupens ad terrorem eorum quæ videbunt oculi tui. Percutiat te dominus vlcere pessimo in genibus & i in furis, sanarique non possis à planta pedis vsque ad verticem tuum. ^k Ducetque te dominus, & regem tuum quem constitues super te, in gentem quam ignoras tu & patres tui, & seruias ibi diis alienis, ligno & lapidi: & eris ^l perditus, in proverbium] ac fabulam omnibus populis, ad quos te ^m in introduxerit dominus. ^{† 1} Semetem multam iacies in terram, & modicum congregabis: quia locustæ deuorabunt omnia. Vineam plantabis & fodies, & vinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam: quoniam vastabitur vermibus. Oliuas habebis in omnibus terminis tuis, & non vngèris oleo: quia ¹⁶ defluent, & deperibunt.] Filios generabis & filias, & nō fruèris eis: quoniam ducentur in captiuitatem. Omnes arbores tuas & fruges terræ tuæ rubigo cōsumet. ^m Advena qui tecum versatur in terra, ascendet super te, ¹⁷ eritque sublimior:] tu autem descendes, & eris inferior. ¹⁸ Ipse scenerabit tibi, & tu non scenerabis ei.] Ipse erit in caput, & tu eris in caudam. Et venient super te omnes maledictiones istæ, & persequentes apprehendent te, donec intereas: ⁿ quia non audisti vocem domini dei tui, nec seruasti mandata eius, & ceremonias quas præcepit tibi. Et erunt in te signa atque prodigia, & in semine tuo vsque in sempiternum: eo quod non serueris domino deo tuo in gaudio, cordisque lætitia, propter rerum omnium abundantiam. ^o Seruias inimico tuo quem emitteret tibi dominus, in fame, & siti, & nuditate, & omni penuria: & ponet iugum ferreum super ceruicem tuam, donec te conterat. Adducet dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus ¹⁹ in similitudinem aquilæ volantis cum impetu,] cuius linguam intelligere non possis, gentem ²⁰ procacissimā,] quæ non deferat seni, nec misereatur paruuli, & deuoret fructum iumentorum tuorum, ac fruges terræ tuæ, donec intereas: & non relinquet tibi triticum, vinum, & oleum, armenta bouum, & greges ouium, donec te disperdat, & ²¹ conterat] in cunctis vrribus tuis, & destruantur muri tui firmi atque sublimes, ^{*} in quibus habebas fiduciam in omni terra tua. ^{† p} Obsideberis intra portas tuas in omni terra tua quam dabit tibi dominus deus tuus: & comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum & filiarum tuarum, quas dederit tibi dominus deus tuus, in angustia, & ²² vastitate] qua opprimet te hostis tuus. Homo delicatus in te, & ²³ luxuriosus, valde inuidebit fratri suo, & vxori quæ cubat in sinu suo, ^{*} ne det eis de carnibus filiorū suorum quas comedet: eo quod nihil aliud habeat in obsidione, & ²⁴ penuria] qua vastauerint te inimici tui intra omnes portas tuas. Tenera mulier & delicata, quæ supra terram ingredi non valebat, nec pedis vestigium figere propter mollitiem & teneritudinem nimiam, inuidebit viro suo, qui cubat in sinu eius super filij & filiæ carnis, ¹ & illuie secundinarum quæ egrediuntur de medio feminum eius, & super liberis qui eadem hora nati sunt. Comedent enim eos clam propter rerum omnium penuriam, in obsidione & vastitate qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas. Nisi custodieris, & feceris omnia verba legis huius, quæ scripta sunt in hoc volumine, & timueris nomen eius gloriosum & terribile, hoc est dominum deum tuum, augebit dominus plagas tuas, & plagas feminis tui, plagas magnas, & ²⁵ perseverantes] infirmitates, pessimas & perpetuas, & conuertet in te omnes afflictiones Ægypti, quas timuisti, & adhærebunt tibi: ^{† q} Insuper & vniuersos languores, & glagas quæ non sunt scriptæ in volumine legis huius, inducet dominus super te, donec te conterat. Et remanebitis pauci numero, qui prius eratis sicut astra cæli præ multitudine: quoniam non audisti vocem domini dei tui. Et sicut antè lætatus est dominus super vos, bene vobis faciens, vósque multiplicans: sic lætabitur disperdens vos atque subuertens, vt auferamini de terra ad quam ingredieris possidendam. [†] Disperget te dominus in omnes populos, à summitate terræ vsque ad terminos eius: & seruias ibi diis alienis quos & tu ignoras & patres tui, lignis, & lapidibus. In gentibus quoque illis non quiesces, neque

h. Tota ceremoniarum veritas ad ecclesiam translata est. Hæc abundantia fructuum, iudæi egessato pereunt. Vnde per Ixiam dicitur 65. b. Serui mei comedent, & vos esurietis. Glos. ordin. ibid.

i. In tibiis.
k. Hoc impleuit dominus in Osee rege Israel. 4. Reg. 17. Et in Manasse rege Iuda. 4. Reg. 21. In Ioachim. 4. Reg. 23. In Iochim. 4. Reg. 24. Et tandem in Sedechia. 4. Reg. 25. 19. In suporem, parabolam.

l. Vt per hoc appareat omnibus quod tu es homo maledictus à deo, & derelictus. De Lyra.

16. Tolle ut oliua tua.
m. Homines abhorreere solent subiectionem, & maxime ab inferioribus. inde dicitur, advena qui tecum versatur, & præcipue quantū ad diuitias. Ideo subditur, Ipse scenerabit tibi, & quantum ad honores, ideo subditur, Ipse erit in caput. De Lyra.

17. In potestatem sublimem.
18. Ipse tibi mutuum dabit, & tu illi mutuum non dabis.

n. Prout dicitur ergo quatenus cultoribus suis præstaret quietem, si mandata seruassent: & tamē enendaret eos, si præceptis nō obtemperassent. Lactan. de iustitia lib. 5. cap. 23.

o. Creator omnium per inear nationis suæ mysterium Iudææ visitare dignatus est, sed ipsa noua cognouit tempus visitationis suæ, ideo gentibus trequer in prædium data est. Nouissime Romanis tradita, & venerat super eam omnia mala maledictionum quæ in hoc libro legis scripta sunt. Grego. in gloss. ord.

19. Quæ vt aquila volabit, 20. Impudentem.

21. Coangustet te.

* Munitiones.

p. Quis autem dignè eloqui possit quā sit mentis excelsior iustitias, penas exhorrescere meritorum, & merita non cauere penarum? At, vt ait Apoll. Qui coluunt & seruiunt creaturæ potius quā creatori, propterea tradidit illos deus in passionem ignominie, &c. Aug. contra aduersariū legis & prophetarum. cap. 24.

22. Obsidione.

23. Tener.

* Et his qui ex filiis eius manserunt.

24. Angustia.

q. Hoc est, deuorabunt vrgete fame matres filios, quos vnus amplectuntur, quos & in deliciis habuissent, sed necessitas impellet ad crudelitatem. Augustinus Steuchus ibidem.

25. Infallibilis.

r. Hoc ereditur impletum in excidio Ierosolymitano, vt Iu dei qui creatori creaturæ prætulissent, in exilium mitterentur reddidit. Qui vero deum redemptorem occidissent, dispergerentur in gētes, nunquā reuersuri.

† Quod factum est per Titum & Vespasianū 42. anno à passione Christi, eo quod peccauerant occidendo eum. De Lyra ibidem.

† Mich. 6. d.
Aggei 1. b
Leui. 26. b

† 4. Reg. 6. f
Baruch 2. a
Thren. 4. b

26. Inequietum cor.

f. Significans quoniam qui ab initio condidit & fecit eos verbum, & in nouissimis temporibus eos & viuificans ostenditur pendens in ligno, & non credunt ei. Itenus lib. 4. cap. 23.
 g. Te vltra victurum.
 h. Cum enim reditio illa in Aegyptum vitij loco veretur, quomodo auctor ipse fuisset. Sui igitur Marte reuerti sunt, nunc quidem ab ipsis auxiliu contra Assyrios, petunt, nunc vero à Nechaone Picaone, & alijs Aegyptijs regibus captiui abduati. Procopius.

erit requies vestigio pedis tui. Dabit enim tibi dominus ibi ²⁶ cor pauidum,] & deficientes oculos, & animam consumptam in aere, & erit vita tua quasi pendens ante te. Timebis nocte & die, & non credes ²⁷ vitæ tuæ.] Mane dices: quis mihi det vestiperum: & vespere, quis mihi det mane: propter cordis tui formidinem qua terreberis, & propter ea quæ tuis videbis oculis. ¹ Reducet te dominus clausibus in Aegyptum, per viam de qua dixit tibi, vt eam amplius non videres. Ibi vendetis inimicis tuis in seruos & ancillas, & non erit qui emat.

Fœdus & iuramentum Israelitarum cum domino iuxta dei beneficia, & commiserationes in illos. X XIX.

a. Ostendit vnde appellatur sit liber Deuteronomij quasi secunda lex, vbi magis illius repetitio est, quam aliquid aliud. Pauca enim sunt ibi, quæ non sunt in eo quod primum dicitur. nec tamen appellantur duo testamenta, quia in his rebus fontis videntur, vt in quoque enim vnum est testamentum: quod in ecclesia dicitur verus. August. q. 89. super Deuter. 1. Plagas sine percutione. 2. Ad sciendum, oculos ad videndum, & aures ad audiendum. 3. Ego qui dem duxi vos. * Super vos. * In pedibus vestris. b. Hinc apparet Israelitas tantum vini portasse, cum de Aegypto exierint, quod cito consumere possent. Nam si nihil omnino tulissent, vnde dicerent? Sed ut populus manducare & bibere, & satarent ludere. Glo. ordin. 4. Fæderi estis. c. Professionis forma quæ fuit sub iuramento vt esset firma. Et primo cum presentibus, cū dicitur, Vos statis hodie &c. vt profiteamini legem eius obseruare sub pena maledictionis prædictarum, & premio benedictionum. De Lyra. 5. A casore lignorum vsque ad eum qui haurit aquas vestras. 6. Hodie erigat. 7. Cum omni eo qui est hodie apud nos coram domino deo nostro, & cum eo qui non est hic nobiscum. d. Nunc quis est inter vos vir vel mulier aut familia aut tribus, cuius anus declinet à domino Deo vestro ite seruire diis alienis gentium illarum? Non est aqua in eo radix fursum germinans, in felle & amaritudine, & erit cum audierit verba maledictionis huius, & opinabitur in corde suo, dicens: Sancta mihi fiant &c. Glo. ord. Ibid. 8. Sit. 9. Absinthium. 10. Etiam si ambulauero. 11. Addatur ebrietas sitientis, & dominus non acquiescet vt propitietur.



AEc sunt verba foederis, quod præcepit dominus Moyse, vt feriret cum filiis Israel in terra Moab: præter illud foedus quod cum eis pepigit in Horeb. Vocauitque Moyse omnem Israel, & dixit ad eos: Vos vidistis vniuersa quæ fecit dominus coram vobis in terra Aegypti Pharaoni & omnibus seruis eius, vniuersæque terræ illius, tentationes] magnas quas viderunt oculi tui, signa illa portentaque ingentia, & non dedit vobis dominus cor ² intelligens, & oculos videntes, & aures quæ possint audire] vsque in præsentem diem. ¹³ Adduxit vos] quadraginta annis per desertum, nõ sunt attrita vestimenta vestra, * nec calceamenta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt. * ^b Panem non comedistis, vinu & siceram nõ bibistis, vt sciretis quia ipse est dominus deus vester. Et venistis ad huc locum, [†] egressusque est Seon Rex Hefebon, & Og Rex Basan, occurrentes nobis ad pugnam, & percussimus eos, & tulimus terram eorum, ac tradidimus possidendam Ruben, & Gad, & dimidia tribui Manassæ. [§] Custodite ergo verba pacti huius, & implete ea: vt intelligatis vniuersa quæ [†] facitis.] ^c Vos statis hodie cuncti coram domino deo vestro, principes vestri, & tribus, ac maiores natu, atque doctores, omnis populus Israel, liberi, & vxores vestra, & aduenæ qui tecum morantur in castris, [†] exceptis lignorum casoribus, & iis qui comportant aquas, vt transeas in foedere domini dei tui, & in iureiurando quod hodie dominus deus tuus percussit tecum: vt [†] suscitet] te sibi in populum, & ipse sit dominus deus tuus sicut locutus est tibi, & sicut iurauit patribus tuis Abraham, Isaac, & Jacob. Nec vobis solis ego hoc foedus ferio, & hæc iuramento confirmo, ⁷ sed cunctis presentibus & absentibus.] Vos enim nostis quomodo habitauerimus in terra Aegypti, & quomodo transierimus per medium nostris nationum, quas transeuntes vidistis abominationes & sordes, id est, Idola eorum, lignum, & lapidem, argentu, & auru, quæ colebant. ⁴ Ne forte sit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus, cuius cor auersum ⁸ est] hodie à domino deo vestro, vt vadat & seruiat diis illarum gentium, & sit inter vox radix germinans fel, & amaritudinem] Cūque audierit verba iuramenti huius, benedicat sibi in corde suo, dicens: pax erit mihi: ¹⁰ & ambulabo] in prauitate cordis mei: & ¹¹ assumat ebria sitientem, & dominus non ignoscat] ei: sed tunc quàm maximè furor eius fumet, & zelus contra hominem illum, & sedeant super eum omnia maledicta quæ scripta sunt in hoc volumine: & deleat dominus nomen eius sub cælo, & consumat eum in perditione ex omnibus tribubus Israel, iuxta maledictiones quæ in libro legis huius ac foederis continentur. Dicetque sequens generatio & filij ^{*} qui nascentur ¹² deinceps,] & peregrini qui de longe venerint, videntes plagas terræ illius, & infirmitates quibus eam ¹³ afflixerit] dominus, sulphure, & ¹⁴ solis ardore comburens,] [§] ita vt vltra non seratur, nec ¹⁵ virens quippiam germinet in exemplum] [†] subuersionis Sodomæ, & Gomorræ, Adamæ, & Seboim, quas subuertit dominus in ira, & in furore suo: & dicent omnes gentes: [†] Quare sic fecit dominus terræ huic? Quæ est hæc ira furoris eius immensa? Et respondebunt: Quia dereliquerunt pactum domini ^{*} quod pepigit cum ¹⁶ patribus eorum,] quando eduxit eos de terra Aegypti, & seruerunt diis alienis, & adorauerunt eos quos nesciebant, & ¹⁷ quibus non fuerant attributi:] idcirco iratus est furor domini contra terram istam, vt induceret super eam omnia maledicta, quæ in hoc volumine scripta

* Vastri.
 12. Post vos.
 13. Aegrotare fecit.

14. Sole aduentibus vniuersam terram eius.
 15. Germinante, nec ascendente in ea herba vlla: sicut in loco.

* Dei patrum suorum.
 16. Eis.

17. Qui nihil impertierunt eis.

† Exod. 19. a

† Sup. 8. a

† Sup. 2. a
 Num. 21. g

† Gene. 19. c
 † 1. Reg. 9. b
 Iero. 22. c

scripta sunt, & eiecit eos de terra sua in ira & in furore, & in indignatione maxima, proiecitque in terram alienam, sicut hodie comprobatur.^b Abscondita à domino deo nostro quæ manifesta sunt nobis & filiis nostris vsque in sempiternum, vt faciamus vniuersa legis huius.

^b Quæ nunc respectu dei minime videntur, filiis nostris manifesta sicut propter sua scelera,

Vera penitentia deum placat, impenitentes autem quali pœna mulctat deus.

XXX.



^A [†] Vm^a ergo venerint super te omnes sermones isti, benedictio siue maledictio quam proposui in conspectu tuo: & [†] ductus penitudine cordis tui] in vniuersis gentibus, in quas disperferit te dominus deus tuus, & reuersus fueris ad eum, & obedieris eius imperiis, sicut ego hodie præcipio tibi cum filiis tuis, in toto corde tuo, & in tota anima tua:^b reducet te dominus deus tuus de captiuitate tua, ac miserebitur tui, & rursus congregabit te de cunctis populis in quos te antè disperfit. Si ad cardines cœli fueris dissipatus, inde te retrahet dominus deus tuus, [†] & ^c assumet, atque introducet in terram quam possederunt patres tui, & obtinebis eam: & benedicens tibi maioris numeri te esse faciet, quàm fuerunt patres tui.^d Circumcidet dominus deus tuus cor tuum, & cor seminis tui, vt diligas dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, vt possis viuere. Omnes autè maledictiones has cõuertet super inimicos tuos, & eos qui oderunt te, & persequuntur.^d Tu autem reuertèris, & audies vocem domini dei tui, facièsque vniuersa mandata, quæ ego præcipio tibi hodie: & abundare te faciet dominus deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum, in sobole vteri tui, & in fructu iumentorum tuorum, in vbertate terræ tuæ,^e & in rerum omnium largitate.] Reuertetur enim dominus, vt gaudeat super te in omnibus bonis, sicut gauisus est in patribus tuis: si tamen audieris vocè domini dei tui, & custodieris præcepta eius & [†] ceremonias] quæ in hac lege conscripta sunt, & reuertaris ad dominum deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua.^f ^g Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te ^{*} est, neque procul positum, nec in cœlo situm, vt possis dicere: [†] quis [†] nostrum] ualeat ad cœlum ascendere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus, atque opere compleamus: neque trans mare positum, vt causeris, & dicas: quis è nobis poterit mare transfretare, & illud ad nos vsque deferre, vt possimus audire & facere quod præceptum est: sed iuxta te est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. Considera quòd hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum, & e contrario mortem & malum: ^{*} vt diligas dominum deum tuum, vt ambules in viis eius, & custodias mandata illius, & ceremonias atque iudicia, & viuas, atque multiplicet te, benedicatque tibi in terra ad quam ingredieris possidendam.^h Si autem auersum fuerit cor tuum, & audire nolueris, [†] atque errore deceptus adoraueris] deos alienos, & seruieris eis: prædico tibi hodie, quòd pereas, & paruo tempore morèris in terra ad quam Iordane transmissio ingredieris possidendam.ⁱ [†] Testes inuoco hodie cœlum & terram, quòd proposuerim vobis vitam & ^e bonum,] benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & semen tuum, & diligas dominum deum tuum: atque obedias voci eius, & illi adhæreas. Ipse est enim vita tua, & longitudo dierum tuorum, vt habitet in terra pro qua iurauit dominus patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob, vt daret eam illis.

Moyse Iosue sibi sufficit in ducem, Deuteronomium legi iubet, & in arca seruari.

XXXI.



^A [†] Bit quoque Moyse, & locutus est omnia verba hæc ad vniuersum Israel, & dixit ad eos: ^a Centum viginti annorum sum hodie, non possum vltra egredi & ingredi, præsertim cum & dominus dixerit mihi, [†] non transibis Iordanem istum. Dominus ergo deus tuus transibit ante te. Ipse delebit omnes gentes has in conspectu tuo, & [†] possidebis eas: Et Iosue iste transibit ante te, sicut

^a Tradat enim de tempore futuro, quo verique experti fuerint benedictionem prius, deinde maledictionem. Tempus enim illud futura penitudinis intendit describere, vt clarè testatur subiuncta, Caietanus ibidem.

^b Reuertaris ad cor tuum.
^c Huius textus testimonio credunt se Iudæi à futuro Messia reuocandos, qui præ nimia pertinacia & cordis obduratione ad priorem conuerti noluerunt.

^d Si ex his verbis speretur futurus Messias, quis eum suscipiet Non Christiani, quibus Iosue sufficit Christus: nec Mahumetæ, suo contenti Mahumete: nec item Iudæi, qui priores abiecerunt, quo nullus maiora signa fecit, sed nec facere potest, nisi cui ipse dederit.

^e Verè dicitur Moyses gratiam cõuersionis peccatoris ad deum. Nã ubi actiones ex parte hominis penitentis describit, ascendit ad actiones ex parte Dei conuertentis ad veram hominis penitentiam. Huiusmodi enim diuina actio significatur dicendo, Circumcidet Dominus deus tuus cor tuum, Caietanus ibidem.

^f In bonum tuum.

^g Seruata, & infra.

^h Sed queri potest cur ea superius mandata dixerit, quæ scripta sunt in libro legis huius, nisi quia his omnibus spiritualia significantur ad noui testamenti pertinencia, si bene intelligantur. Itè queri potest, cur quod sic positum est: Neque trans mare positum, vt dicant: Quis transiret nobis trans mare, & accipit nobis illud? & Apostolus dixerit Roma. 20. Quis descendet in abyssum? que id exponens adiunxit hoc est, Christi à mortuis reducere, nisi quia mare appellauit, totam in hæc seculo vitam que morte transiunt, & quodam modo mare sinatur, & trans mare moti ipsa appellatur: vel ut transitam vitam, que maris vocabulo significatur, August. q. 53. super Deuter.

ⁱ Mirabiliter.

^{*} Vel pro nobis.

^{*} Nam cū ego hodie tibi præcipiam.

^{*} Expelleris, & adorabis.

^f Hoc est, angelos & homines accipiendos, continens pro contextu. De Lyra.

^g Mortem.

^a Moyse itaque via tripartita est: quadraginta enim annis oratus est in omni sapientia Aegyptiorum, vt ait Ambrosius Hexameri lib. 6. cap. 2. inde profugus effectus, alienigenæ viri hospitio fruitur: tradit autem sibi pascendi gregis custodia quadraginta annis ita persistit, vt ait Chrysostomus de providentia dei ad Stagirium monachum. lib. 3. Tandè post mille arduas laboribus, & quadraginta annorum cõmendatum sibi à domino principatum, prohibitus est à domino terram repromissionis intrare, quam toties ei diuinus fuerat sermo pollicitus. Chrysostomus in 1. ca. Math. homil. 5. 1. Succedes eis in possessione,

2. Quos exterminauit.

b. Licet instruat te mihi successorem & populi ducem, Dominus tamen est dux principalis. De Lira.
 c. Verba Moysi ad Iosue significant, quod Christus terram uiuentium singulis secundum propria distribuit merita, & omnia promissa dei impleat. Ipse enim introducit populum in terram promissam. Eo namque duce caelestis ingreditur patrii, qui ait: Nemo uenit ad patrem nisi per me: & nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo: qui enim uenit ei, per ipsum ascendit. Glo. Ordina.
 3. Vicilliter age.
 4. Diuides eis in hereditatem.

d. Ista enim obligatio se extendit ad futuros, sicut ad presentes. De Lira.
 5. Audiant & discant timere.

6. Viuetis super terram.

e. Hic consequenter describitur ducis instruat confirmatio, & haec per Dominum, qui est simpliciter superior, & primo describitur ipsa confirmatio, deinde legis obseruatio. De Lira.
 7. Super ostium.
 f. Inuenimus in locis plurimis prophetarum idololatriam fornicationem appellatam. Fornicabatur, inquit, Hose. 4. post idola sua, & spiritu fornicationis seducti sunt. Hieronymus in cap. 5. ad Ephesios, inde super 4. ca. Hose. idem Hiero. fornicatus fuerat, inquit, Israel à domino deo suo, & spiritu fornicationis seductus, & sequitur: Et quia cum idolis fuerat fornicatus, rati fuerunt sententia. Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum, & ad Re. 1. Hæc ille ibid.
 8. Atque pone ipsum in ore ipsum, ut sit mihi canticum istud in testimonium contra.

9. Et blasphemabunt me.

10. Iurauit & infra.
 g. Digno quasi hic monstratur, quod futurum erat, quemadmodum in euangelio, Quicquid soluerit unum ex mandatis his, canticum autem, est theologia qua ueris & rectis dogmatis est fundata. Procop. ibi.
 * Istud in die illa.
 h. Facta recapitulatione tradidit Moyses Deuteronomium Leuitis, ut reponerent illud in arca foederis domini: ut septimo quoque anno remissionis legeretur uniuersis uariisque sexus audientibus in diebus festis neophetis à summo sacerdote in edito, ut ait Iosue lib. 4. ca. 6. Antiquit. Iudæ.
 11. Rebellentem.
 12. Hodie.
 13. Rebellis domino fuitis.
 14. Seniores tribus uestram, atque praefatos uestram.
 * In testes.
 i. Hoc autem nouit Moyses per spiritum prophetam, & angelicam reuelatione. De Lira ibid.
 15. Corruptendo corrumpetis uiam domini.
 16. Cantici.

locutus est dominus. Facietque dominus eis [†] sicut fecit Seon & Og Regibus Amorrhæorum, & terræ eorum, ² delebitque eos.] Cum ergo & hos tradiderit uobis similiter, facietis eis sicut præcepi uobis. [†] Viriliter agite, & confortamini. Nolite timere, ne paueatis ad conspectum eorum: ^b quia dominus deus tuus ipse est ductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te. ^c Vocauitque Moyses Iosue, & dixit ei coram omni Israel: [†] Confortare, & ³ esto robustus.] Tu enim introduces populum istum in terram quam daturum se patribus eorum iurauit dominus, & tu ⁴ eam diuides sorte.] Et dominus qui ductor est uester, ipse erit tecum, non dimittet, nec derelinquet te. Noli timere, nec paueas. Scripsit itaque Moyses legem hanc, & tradidit eam sacerdotibus filiis Leui, qui portabant arcam foederis domini, & cunctis senioribus Israel. ⁵ Præcepitque eis dicens: Post septem annos remissionis, in solennitate tabernaculorum, ⁶ conuenientibus cunctis ex Israel, ut appareant in conspectu domini dei tui in loco quem elegerit dominus, leges uerba legis huius coram omni Israel, audientibus eis, & in unum omni populo congregato, tam uiris quam mulieribus, paruulis, & aduenis, qui sunt intra portas tuas: ut audientes discant, & timeant dominum deum uestrum, & custodiant, impleantque omnes sermones legis huius. ⁴ Filij quoque eorum qui nunc ignorant: ⁷ ut audire possint, & timeant] dominum deum suum cunctis diebus, quibus ⁶ uersantur in terra,] ad quam uos Iordane transmissio pergitis obtinendam. ⁸ Et ait dominus ad Moysen: Ecce propè sunt dies mortis tuæ. ^c Uoca Iosue, & stete in tabernaculo testimonij, ut præcipiam ei. Abierunt ergo Moyses & Iosue, & steterunt in tabernaculo testimonij: apparuitque dominus ibi in columna nubis, quæ stetit ⁷ in introitu] tabernaculi: dixitque dominus ad Moysen: Ecce tu dormies cum patribus tuis, & populus iste confurgens ^f fornicabitur post deos alienos in terra, ad quam ingredietur ut habitet in ea: ibi derelinquet me, & irritum faciet foedus quod pepigi cum eo. Et irascetur furor meus contra eum in die illo, & derelinquam eum, & abscondam faciem meam ab eo, & erit in deuotionem. Inuenient eum omnia mala & afflictiones, ita ut dicat in illa die: Verè, quia non est deus mecum, inueniunt me hæc mala. ⁸ Ego autem abscondam, & celabo faciem meam in die illo propter omnia mala quæ fecit, quia secutus est deos alienos. Nunc itaque scribite uobis canticum istud, & docete filios Israel, ⁸ ut memoriter teneant, & ore decantent, & sit mihi canticum istud pro testimonio inter] filios Israel. Introducam enim eum in terram pro qua iurauit patribus eius, lacte & melle manantem. Cùmque comederint, & saturati crassique fuerint, auertentur ad deos alienos, & seruiet eis, ⁹ detrahentque mihi,] & irritum facient pactum meum. Postquam inuenierint eum mala multa & afflictiones, respondebit ei canticum istud pro testimonio, quod nulla delebit obliuio ex ore seminis tui. ⁸ Scio enim cogitationes eius, quæ facturus sit hodie, antequam introducam eum in terram quam ¹⁰ ei pollicitus sum. ⁸ Scripsit quoque Moyses canticum, ⁸ & docuit filios Israel. Præcepitque dominus Iosue filio Nun, & ait: Confortare, & esto robustus. Tu enim introduces filios Israel in terram quam pollicitus sum, & ego ero tecum. ^h Postquam ergo scripsit Moyses uerba legis huius in volumine atque compleuit, præcepit Leuitis qui portabant arcam foederis domini, dicens: Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ foederis domini dei uestri, ut sit ibi contra te in testimonium. Ego enim scio ¹¹ contentionem] tuam, & ceruicem tuam durissimam. ⁸ Adhuc uiuente me, ¹² & ingrediente] uobiscum, semper ¹³ congregate ad me omnes ¹⁴ maiores natu per tribus uestras, atque doctores,] & loquar audientibus eis sermones istos, & ¹⁵ inuocabo contra eos caelum & terram. ¹⁵ Noui enim quod post mortem meam ¹⁵ iniquè agetis, & declinabitis citò de uia] quam præcepi uobis, & occurrent uobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conspectu domini, ut irritetis eum per opera manuum uestrarum. Locutus est ergo Moyses audiente uniuerso cœtu Israel uerba ¹⁶ carminis huius] & ad finem usque compleuit.

† Num. 21.6

† Sup. 7. a

† Ios. 1. b
 3. Rog. 2. a

Sup. eod. b

Cantico

Cantico Moyfi finito iubetur Moyfes Abarim conscendere montem, & terram contemplari. XXXII.

A Vidite ^a cœli ¹ quæ loquor,] audiat terra verba oris mei. ² Concresecat in pluuiam] doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum. Quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina, quia nomen domini inuocabo. Date magnificentiam deo nostro: dei ^{*} perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia. [†] Deus ³ fidelis, & absque vlla iniquitate,] iustus, & rectus. Peccauerunt ei non filij eius ⁴ in fordibus.] ^b Generatio praua atque peruersa, hæccine reddis domino popule stulte & inspiens? Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te? [†] Memento dierum antiquorum,] cogita generationes singulas. Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicet tibi. Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios ^c Adam,] constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel. [†] Pars autem domini populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius. [¶] Inuenit eum in terra deserta, in ⁷ loco horroris, & vastæ solitudinis.] Circumduxit eum & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui. Sicut aquila ⁸ prouocans ad volandum pullos suos, & super eos] volitans, expandit alas suas & ⁹ assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.] Dominus solus dux eius fuit, & non erat cum eo deus alienus. ¹⁰ Constituit eum super excelsam terram,] vt comederet fructus agrorum. ¹¹ Vt fugeret mel de petra, oleumque] de saxo durissimo. ¹² Butyrum de armento, & lac de ouibus,] cum adipe agnorum, & arietum ¹³ filiorum Basan. Et hircos] cum medulla tritici, & sanguinem vix biberent meracissimum. Incrassatus ¹⁴ est dilectus, & recalcitrauit,] incrassatus, impinguatus, ¹⁵ dilatatus.] [¶] Dereliquit deum factorem suum, ¹⁶ & recessit à deo salutari suo.] Prouocauerunt eum ^{*} in diis alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt. Immolauerunt demoniis & non deo, diis quos ignorabant. [¶] Noui, ¹⁷ recentisque] venerunt, quos non ¹⁸ coluerunt] patres eorum. Deum qui te genuit, ¹⁹ dereliquisti,] & oblitus es domini creatoris tui. Vidit dominus, & ad iracundiam concitatus est, quia prouocauerunt eum filij sui & filia. Et ait: abscondam faciem meam ab eis, & considerabo ²⁰ nouissima eorum.] Generatio enim peruersa est, & infideles filij. Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat deus, & irritauerunt in vanitatibus suis. [†] Et ego prouocabo eos in eo ^d qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad ²¹ inferni nouissima.] [¶] Deuorabitque terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet. Congregabo super eos mala, & ²² sagittas meas complebo in eis.] Consumentur fame, & ²³ deuorabunt eos aues mortuæ amarissimo.] Dentes bestiarum immittam in eos, cum furore ²⁴ trahentium super terram, atque serpentium.] Foris vastabit eos gladius, & ²⁵ intus pavor,] iuuenem simul ac virginem, lactentem cum homine senem. Et dixi: ²⁶ Vbi nam sunt? Cessare] faciam ex hominibus memoriam eorum. ²⁷ Sed propter iram inimicorum distuli, ne forte superbirent hostes eorum. Et dicerent: manus nostra excelsa, & non dominus fecit hæc omnia. Gens ²⁸ absque consilio est,] & sine prudentia: [†] vtinam saperent, & intelligerent, ²⁹ ac nouissima prouiderent.] [¶] Quomodo persequeretur vnus mille, & duo fugarent decem milia? Nonne ideo quia deus suus vendidit eos, & dominus conclusit illos? Non enim est deus noster vt dij eorum, ^{*} & inimici nostri sunt iudices. De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de ³⁰ suburbanis] Gomorræ. Vua eorum, vua ³¹ fellicis,] & botri amarissimi. ³² Fel] draconum vinum eorum, & venenum aspidum ³³ insanabile.] Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? [†] Mea est ultio, & ³⁴ ego retribuam — eis] in tempore, vt labatur] pes eorum. ³⁵ Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora.] Iudicabit ^{*} dominus populum suum, & in seruis suis miserebitur. ³⁶ Videbit quod infirmata sit manus, & clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt. Et dicent:] [†] Vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam? [¶] De quorum victimis comedebant adipem, & bibebant vinum

^a Quia elementa perpetua sunt, & ipse sic moriturus, elementa profectura futura in testimonium. Chryso.
¹ Et loquor.
² Effundetur sicut pluuia.
^{*} Fortissimi.
³ Est veritas absque vlla iniquitate.
⁴ Maculis suis.
^b O generatio obliqua & peruersa, tunc, inquit, pro tantis beneficiis à deo acceptis, ingratitude hanc & mandatorum contemptum Domino retribuis? Euthymius. ibid.
⁵ Præteriti seculi.
⁶ Hominum.
⁷ Vastitate, & deserto, vbi est vltimus sub. ferarum.
⁸ Excitauit nidum suum, & super pullos suos.
⁹ Tollit eos, & porcat eos in alis suis.
¹⁰ Equitare fecit eum super altitudinem montium.
¹¹ Cibauit eum melle de petra, atque oleo.
¹² Butyro bouum & lacte ouium.
¹³ Pinguem & hircorum.
¹⁴ Autem qui rectus esse debebat, recalcitrauit.
¹⁵ Obductus adipe.
¹⁶ Et contempsit deum salutis suæ.
^{*} Ad emulationem.
^c Impium autem propositum à deo est alienum. Quibus qui adherent, vitæque fontem deseruerunt, ad iustum sui supplicium deum commouerunt, vbi de humano more, de ira dei dictum est. Nam permutarunt ipsum eum diis heri aut pridie fabri factis, quos non agnouit Abraham, nec maiores ipsius, Procopius. ibid.
¹⁷ E vicini.
¹⁸ Timuerunt.
¹⁹ Oblitus es.
²⁰ Quis finis eorum.
^d Prioris populi vilitatem signat in hoc quod dicit, in eo qui non est populus. Nō enim populus putabatur esse ob vilitatem nimiam, & stultitiam. Sed mutatio hæc fide facta est, vt nostra gens multo dignior apparet, quam illa olim fuerit. Chryso.
²¹ Interiora inferni.
²² Sagittis meis perdam eos, hoc est, exhaustam pharetram meam sagittis in eos.
²³ Exurentur ardore, atque extenuentur amaro.
²⁴ Serpentium in puluere.
²⁵ In peneralibus terroz.
²⁶ Disperdam eos, & cessare.
²⁷ Nisi itam inimicorum vererentur, forte sibi attribuerent sub. victoriam.
²⁸ Cuius consilia perierunt.
²⁹ In hoc, vt intelligerent nouissimum suum.
^e Hebræorum hostes asserunt deos suos non esse patres dico Israel.
³⁰ Aruis.
³¹ Veneni.
³² Venenum.
³³ Crudelis.
³⁴ Retributio tempore opportuno labetur.
³⁵ Proxima est dies perditionis eorum, & festinant quæ ventura sunt eis.
^{*} Enim.
³⁶ Cum viderit potentiam eorum defecisse, & absconditos ad nihil redactus, & qui fuerant subleuati, consumptos, &c.

† De pen. di. i. c. Sunt plures. 4. Autho. ritat.

† Job. 8. b

† De consec. di. c. lli. diuo.

† Rom. 10. d. Hebr. 9. c

† Hebr. 9. o

† Hebr. 28. a. Rom. 12. d. Hebr. 10. c

† Hebr. 2. f

17. Sint vobis in latibulum.

* Nunc.
38. Sum deus.

39. Si acuro acie gladij mei. Ex hoc loco propheta rursus de extremis loquitur malis, quæ Iudæi à Romanis passi sunt, Acum inquit gladium meum, & lucebit ut fulgur, atque ex solo aspectu timorē incuriet. Gladium autem suū & sagittas suas Deus Romanorū gladios vocat, eo quod sua sententia in Iudeos infunderentur. Per iudiciū autem, vltionē intelligit: per namq̄ autē, Dei potentia illam quam Deus habet in puniendo. Euthymius. 40. Propter sanguinem occisorum, & captiuitatem à capite vltionis in hostes captiuos, vel à principio vltionum inimici.

41. Quoniam ipsum est vita vestra. E. Quid in causa est, cur Moyfes terram promissionis toties sibi pollicitan non intrauerit? Nequaquam velis in illa terram sancti Moyfi fuisse ingressus, & qui omnino plurimos Iudeorum in maximam erroris ruinā supplantare potuisset. Si enim, quia per illum iudex de sola Aegyptu liberati, vltio deo tantummodo Moysem requirebant, ipsius esse profus cuncta illa beneficia credentes: hunc si introductorem in terrā repromissionis habuissent, in quæ non illi impietatis prærupta occidissent? Chrysost. in 1. cap. Matth. ho. 5.
42. Contentionis.
43. Ex aduerso itaque.

libaminum. Surgant, & opulentur vobis, & ³⁷ in necessitate vos protegant,] † Videte * quod ego ³⁸ sim solus,] & non sit alius deus præter me. Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego sanabo, † & non est qui de manu mea possit eruere. Leuabo ad cælum manum meam, & dicam: viuo ego in æternum. ³⁹ Si acuro vt fulgur gladium meum,] & arripuerit iudicium manus mea: Reddam vltionem hostibus meis, & iis qui oderunt me, retribuam. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. ⁴⁰ De cruore occisorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis. † Laudate gentes populum eius, quia sanguinem seruatorum suorum vlciscetur. Et vindictam retribuet in hostes eorum, & propitius erit terræ populi sui. Venit ergo Moyfes, & locutus est omnia verba cantici huius in auribus populi, ipse & Iosue filius Nun. ⁵ Compleuitque omnes sermones istos, loquens ad vniuersum Israel, & dixit ad eos: Ponite corda vestra in omnia verba — mea,] quæ ego testificor vobis hodie: vt mandetis ea filiis vestris custodire, & facere, — & implere] vniuersa quæ scripta sunt in volumine legis huius: quia non incassum præcepta sunt vobis, ⁴¹ sed vt singuli in eis viuerent:] quæ facientes longo tempore perseueretis in terra ad quam Iordane transmissio ingredimini possidendam. Locutusque est dominus ad Moysem in eadem die, dicens: ^f Ascende in montem istum Abarim, — id est transitum,] in montem Nebo, qui est in terra Moab contra Iericho: & vide terram Chanaan, quam ego tradam filiis Israel obtinendam, & morere in monte. Quem conscendens iunges populis tuis, † sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & appositus populis suis, † quia præuaricati estis contra me in medio filiorum Israel ad aquas ⁴² contradictionis] in Cades deserti Zin: & non sanctificastis me inter filios Israel. ⁴³ Econtra] videbis terram, & non ingredieris in eam quam ego dabo filiis Israel.

Benedixit Moyfes moriturus duodecim tribubus Israel.

XXXIII.



Æc est benedictio qua benedixit Moyfes homo dei filios Israel ante mortem suam: Et ait: ¹ Dominus de Sina venit, & de Seir ortus est nobis. Apparuit de monte Pharan, & ² cum eo sanctorum milia.] In dextra eius ignea lex, * dilexit populos. Omnes sancti in manu illius sunt, † & ² qui appropinquant pedibus eius,] accipient de doctrina illius. Legem præcepit nobis Moyfes, hæreditatem multitudinis Iacob. Erit apud rectissimum rex, congregatis Principibus populi cum tribubus Israel. Viuat Ruben, & non moriatur, & ³ sit paruus] in numero. Hæc est Iudæ benedictio. Audi domine vocem Iudæ, & ad populum suum. introduc eum. Manus eius pugnabunt pro eo, ⁴ & adiutor illius contra aduersarios eius erit.] Leui quoque ait: Perfectio tua, & doctrina tua, ⁵ à viro sancto tuo] quem probasti in tentatione, & ⁶ iudicasti ad aquas contradictionis. † ⁷ Qui dixit ^B patri suo, & matri suæ: nescio vos: & fratribus suis, ignoro illos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, ⁷ iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Israel.] Ponent thymiam ⁸ in furore tuo,] & holocausta super altare tuum. Benedic domine fortitudini eius, & opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorum eius, & qui oderunt eum, non confugant. Et Benjamin ait: Amantissimus domini habitabit confidenter ⁹ in eo, quasi in thalamo tota die morabitur,] & inter humeros illius requiescet. Ioseph quoque ait: ¹⁰ De benedictione domini terra eius, de pomis cæli, & rore,] atque abyssu subiacente. ¹¹ De pomis fructuum solis ac lunæ, de vertice antiquorum montium, de pomis] collium æternorum, & de frugibus terræ & de plenitudine eius. ⁸ Benedictio illius † qui ap- ^C paruit in rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticem Nazaræi inter fratres suos. ¹² Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius,] cornua Rhinocerotis cornua illius. In ipsis ventilabit gentes vsque ad terminos terræ. Hæc sunt ¹³ multitudines] Ephraim, & hæc milia Manassæ. Et Zabulon ait: Latere Zabulon in exitu tuo, & Isachar in tabernaculis tuis, populos vocabunt ad montem, ibi immolabunt victimas

2. Non negligenter prætereunda est ista prophetia. Apparet quippe ista benedictio ad nomen populum pertinere, quæ Dominus Christus sanctificauit. Ex cuius persona ista dicitur à Moyse, non ex persona ipsius Moyfi, quod in consequentibus euidenter apparet. Aug. super Deuter. lib. 7, cap. 56.
3. Venit cum decem milibus sanctorum.
* Pro eis.
2. Ipsi percussus sunt post pedes tuos, &c.
3. Sit cæcus populus eius.
4. Si tu adiutor illi fueris contra hostes suos.
5. Apud te erunt, & apud quemcunque qui pius in te erit, &c.
6. Concedisti eum eo ad aquas contradictionis.
b. Debemus & reuerentiter his, cum quibus vicinus coniungimur, plus prodesse. Debemus copulam terræ cognationis agnoscere, sed si cuius mæris præpede ignorare, vt affectus mæris viscere repleat, sed à spiritali proposito non auertat: hoc bene vacet innuunt, quæ sub arca Domini, ad montana tendentes, affectu & rigido sensu gradiuntur, pro visulis pergentes mugiebant, sed accepto iungere gressus nō desidebant. Glos. Ordina. ibidem.
7. Docerunt ipsum Iacob iudicia tua, & Israel legē tuā.
8. In manibus suis.
9. Super eum, regerque eū dominus tota die.
10. Benedicta est à domino terra eius, propter fructus celestes ex rore.
11. De deliciis fructuum solis, atque de deliciis fructuum mensium lunæ, propter primitias montium præcipuorum, & propter fructus.
12. Primogenitus bouis eius decorem habet, &c.
13. Decem mille.

† Job. 10. 5
† Reg. 2. 2
† Tob. 13. 2
† Sap. 16. 5

† Job. 10. 5

† 2. Mac. 7. 5

† Num. 27. 6
† Num. 20. 4
† Num. 21. 2
27. 6.

† Sap. 3. 6

† Matth. 19. 4
91. d. c. Dist. con.

† Exod. 1. 8

viſitas iuſtitia. ¹⁴ Qui inundationem maris quaſi lac fugent,] & theſauros abſconditos ¹⁵ arenarum.] Et Gad ait: Benedictus ¹⁶ in latitudine] Gad. Quaſi leo requieſcit, cepitque brachiū & verticem, & vidit ¹⁷ principatum ſuum,] quōd in parte ſua doctor eſſet reſpoſitus: qui fuit cum principibus populi; & fecit iuſtitias domini, & iudicium ſuum cum Iſrael. Dan quoque ait: Dan catulus leonis; ¹⁸ fluet largiter] de Baſan. ^B Et Neptali dixit: Neptalim ¹⁹ abundantia perfruetur;] & plenus erit benedictionibus domini: Mare & meridiē poſſidebit. Aſſer quoque ait: Benedictus in filiis Aſſer: Sit placens fratribus ſuis: & intingat in oleo pedem ſuū. Ferrum & æs calceamentum eius. Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & ſenectus tua. Non eſt alius vt deus ²⁰ rectiſſimus. Aſcenſor cœli, auxiliator tuus.] Magnificentia eius ²¹ diſcurrunt nubes, habitaculum eius ſurſum,] & ſubter brachia eius ſempiterna. eiciet à facie tua inimicū, dicētque, contere. ^d Habitabit Iſrael confidenter, & ſolus. Oculuſ Iacob in terra frumenti, & vini, cœlique ²² caligabunt rore,] Beatus tu Iſrael. Quis ſimilis tui popule, qui ſaluaris in domino? Scutum auxiliij tui, & gladius gloriæ tuæ. ²³ Negabunt te] inimici tui, & tu eorum ²⁴ colla] calcabis.

14. Quoniam affluentiam ſu-
gent aquarum maritimarum.
15. In arena.
16. Qui dilatat.
17. Per brachiū intelligitur for-
tis aduerſarius per verticē tur-
nis vel aciei capitaneus & neu-
tri poterat imperum Gaddita-
rum ſuſtinere: & propter hoc
ſuerunt poſiti in fronte exerci-
tus filiorum Iſrael pugnando
cōtra Chananeos. De Lya ibi.
17. Principium pro ſe.
18. Salebit.
19. Diuina ſatur voluntate.
20. Iſrael equitās cœlos in au-
xilium tuum.
21. In excelsis, & habitaculum
eius æternum.
22. Similia Dauid quoque dicit
pſal. 77. Eiecit à facie eorū gē-
tes, & forte diſiſit eis terram
in funiculo diſtributionis. Et
habitare fecit in tabernaculis
eorum tribus Iſrael. Proco. ibi.
23. Stillabunt rorem.
24. Sublimia, vel excelsa.

Mortuus Moyſes ac ſepultus à deo occultè ſtetur à populo, illique Iofue ſub-
ſtituitur. XXXVIII

A Scendit ergo Moyſes de campeſtribus Moab ſuper montem Nebo, in
verticem ¹ Phaſga] contra Iericho, oſtēditque ei dominus omnem terram
Galaad vſque Dan, & vniuerſum Neptalim, terramque Ephraim, & Ma-
naſſæ, & omnem terram Iuda vſque ad mare nouiſſimū, & australem par-
tem, & latitudinem campi Iericho ciuitatis palmarum vſque Segor. ² Dixitque do-
minus ad eum: [†] Hæc eſt terra pro qua iuravi Abraham, Iſaac, & Iacob, dicens: Semini
tuo dabo eam. Vidifti eam oculis tuis, & non tranſibis ad illam. Mortuusque eſt ibi
Moyſes ſeruus domini in terra Moab ² iubente domino,] & ſepeliuit eum ^b in valle
terræ Moab contra ³ Phogor,] & non cognouit homo ſepulchrum eius vſque in
preſentem diem. ⁴ Moyſes centum & viginti annorum erat quahdo mortuus eſt.
Non caligauit oculus eius nec ⁴ dentes illius moti ſunt.] [†] Fleueruntque eum filij Iſ-
rael in campeſtribus Moab triginta diebus: & completi ſunt dies planctus lugen-
tium Moyſen: Iofue verò filius Nun repletus eſt ſpiritu ſapientiæ, quia Moyſes po-
ſuit ſuper eum manus ſuas. Et obedierunt ei filij Iſrael: feceruntque ſicut præcepit
dominus Moyſi. ⁵ Et non ſurrexit Propheta vltra in Iſrael ſicut Moyſes quem noſſet
dominus facie ad faciem in omnibus ſignis atque portentis, ⁵ quæ per eum miſit,]
vt faceret in terra Ægypti Pharaoni, & omnibus ſeruis eius, vniuerſaque terræ illius:
& cunctam manum robuſtam, magnaque mirabilia quæ fecit Moyſes coram vni-
uerſo Iſrael.

a. Moyſes poſt conſtituto pro-
ſe in ducatu populi Ieſu filio
Nun ex tribu Ephraim, impe-
rio diuino montem Abarim
tranſiit: in montem Nebo ſo-
lus atcendit, vbi cenſitum &
viciſſimo ætatis ſuæ anno nec
motis dentibus, nec caliganti-
bus oculis integro corpore to-
tius humani generis commu-
ne debitum ſoluit.
1. Collis.
* Iuda.
2. Iuxta verbum domini.
b. Manibus angelorum.
3. Beth Phogor, vel dormit
Phogor.
c. Duabus enim de cauſis (vt
ſapientes aiunt) mortis eius &
ſepulchri nemo conſcius erat
quatenus illam facie quæ con-
ſortio ſermonis domini ruti-
lauerat mortis inuicere reſeſ-
ſam, nullus videtur. Et ne ſepul-
chri eius populus Iſrael ſi co-
gnouiſſet vbi eſſet, adoraret.
Auguſt. de mirabilibus ſacra-
ſcrip. lib. i. cap. vltimo.
4. Fugit victor eius.
Pomò de Moyſi corpore hoc
eſt iudicium. Dicitur Michael
archangelus miniſterij præſti-
tū in ſepulchro Moyſi: id nō
ſerebat diabolus, ſed accuſa-
tionis adſerebat propter cadē
Ægyptij, quaſi Moyſes ipſius
eſſet: & propterea non permit-
tebat vt ille honorificæ conſe-
queretur ſepulchram. Inde ſcri-
bitur in Epiftola Iudæ: cō Mi-
chael archangelus cum diabolo
diſputas altorcaretur de Moyſi
corpore, nō eſt auſus iudicium
inferre blaſphemiz, ſed dixit:
imperet tibi dominus Occu-
menius ſuper illo loco Episto-
la Iudæ.
5. Propter quæ miſit eum do-
minus.
1. Mittamar.

INCIPIT PROLOGVS BEATI HIERONYMI
preſbyteri in librum Iofue, Iudicum, & Ruth.



Andem finito Pentateucho Moyſi, velut grandi ſanore libertati ad Ieſum filium Na-
ue manum ¹ mittimus,] quem Hebraei Iofue Ben Nun, id eſt Iofue filium Nun vo-
cant: & ad Iudicum librum, quem Sophim appellant: ad Ruth quoque & E-
ſter, quos iſdem nominibus efferunt. Monemusque lectorem, vt ſyluam Hebrai-
corum nominum, & diſtinctiones per membra diuiſas, diligens ſcriptor conſeruet: ne & noſter la-
bor, & illius ſtadium pereat. Et vt in primis (quod ſæpe teſtatus ſum) ſciat me non in reprehenſio-
nem veterum noua cudere, ſicut amici mei criminantur: ſed pro virili portione, offerre lingua meæ
hominibus, quos tamen noſtra delectant: vt pro Græcorum hexapli: quæ & ſumptus, & labore ma-
ximo indigent, editionem noſtram habeant. Et ſicubi in antiquorum voluminum lectione dubita-
rint, hæc illis conferentes, inueniant quod requirunt. Maxime cum apud Latinos tot ſint exempla-
ria, quot codices: & vnusquisque pro arbitrio ſuo vel addiderit vel ſubtraxerit, quod ei viſum eſt:
l iij

1of. 4. 6.
† 1. Macha.
2. a.
Sup. 3. d.
An. ant. Chri
ſum. 14. 70.
Anni mundi.
3492.

† Gen. 12. b.
15. d.

† 11. q. 2. c.
Quia alij.

An. ad. Chri-
ſum. 1468.
Anni mundi
2491.
Et tot annos
cōſpeditur.
Pentateuchus
ſecundū He-
braeos & La-
tinos: ſecundū
Euſeb. veid.
1729. ſecundū
an. 70. in-
terpre. 1690.
Diſticta qui
eſt inter He-
braeos & Euſe-
bi. 1727. quam
deinceps à
quolibet.
Euſebij nu-
mero ſubſtra-
here oportet
quod Hebraeo-
rum numerus
habere deſi-
derat.
Pal. 49. 4

Et utique non possit verum esse, quod disponat. Vnde cesset arcuato vulnere contra nos insurgere scorpium, & sancti opus venenata carpere lingua — desistat:] vel suscipiens, si placet, vel contemnens, si displicet: memineritque illorum versum, Os tuum abundavit malitia, & lingua tua concinabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris: & aduersus filium matris tue ponebas scandalum: hæc fecisti, & tacui. Existimasti inique quod ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam. Quæ enim audientis vel legentis utilitas est nos laborado sudare, & alios detrahendo laborare? dolere Iudæos quod calumniandi eis, & irridendi Christianos sit ablata occasio: & Ecclesie homines id despiciere, imò lacerare vnde aduersarij torqueantur? Quod si vetus eis tantum interpretatio placet, quæ & mihi non displicet, nihil extra recipiendum putant: cur ea quæ sub asteriscis & obelis vel addita sunt vel amputata legunt, & negligunt? Quare Danielē iuxta Theodotionis translationem] Ecclesie susceperunt? Cur Origenem mirantur, & Eusebium Pamphili: cunctas editiones similiter differentes? Aut quæ fuit stultitia, postquã vera dixerint, proferre quæ falsa sunt? Vnde autem in nouo testamento probare poterunt assumpta testimonia, quæ in libris veteribus non habentur? Hæc dicimus, ne omnino calumniantibus tacere videamur. Ceterum post sanctæ Paulæ dormitionem, cuius vita virtutis exemplum est & hos libros quos Eustochio virgini Christi negare non potui, decreuimus dum spiritus hos regit artus, Prophetarū explanationi incumbere, & ommissam diu opus, quasi quodam postliminio repetere: præsertim cum & admirabilis, sanctusque vir Parnachus hoc idem literis flagitet: & nos ad patriam festinantes, mortiferos Syrenarū cantus surda debeamus aure transire

1. Traditionem.

Incipit liber Iosue, Hebraice יְהוֹשֻׁעַ
Iehosua

Terram promissam iussus à domino Iehosua expugnare, tribus Ruben, Gaad, & dimidiam Manasse ad reducendos fratres hortatur. I.

a Mouet nonnullos dubiū cur dominus tot populos bonæ fidei pullos deluerit: vt Iudæos introduceret. Respondet Aug. serm. 104. de temper. Quādo filij Noe diuiserunt terram: Palestina forte contigit dem, cuius successores sunt Iudæi. Nec igitur immerito eos expellunt, sicut illi patres suos expulerant. Quinque dominus Sodomam & Gomorrhā subuerteret, dixisse fertur. Nondū impletæ sunt iniquitates Amor rharum. Ideo expectabat vt aut conuerterentur, & agerent penitentiam, aut eorū h conuerteri nollet, crimina criminibus cumulantes, & peccandi mensuram implentes iustificata. Quia ergo eos dupliciter inuenit eos diuina celsitudo, pro eo quod & terras alienas inuaserant, & postea scelera & crimina inaudita commiserat, iusto iudicio puniuntur, & Israelitico populo, antiquorum patrum peccatis reuocantur. Aug. ubi supra.
x Nunc itaque.
1. Nemo se constituet aduersarium tuum.
2. In hereditatem.
3. Quod potes.
4. Prudenter ages.
5. Proprietatem reddes.
6. Tunc prudenter ages.
7. Tecum sum ego.
b. Omnes cibos præter panem, quoniam manna adhuc illis pluebat, vsque dumeranturum Iordanem.
c. Vt illam possideratis.
d. Terra Iudææ terra tribuumque descriptio hinc, ecclesiæ in oculis typus est. Legimus Iessi Naue, legimus Ezechielis extremas partes & videmus quicquid in altero quasi per Iustitiam in terra distribuitur, in altero in oculis reprobis, & sequitur. Quare dux & semis tribus trans Iordanem habitabit vbi plurima sunt iumenta, & nouæ & semis reliquæ, vel expellat pristinos habitatores de sedibus suis, vel cum ipse habitant? Hieron. aduersus Iouini. anam lib. 2.



T factum est post mortem Moyfi serui domini, vt loqueretur dominus ad Iosue filium Nun ministrum Moyfi, & diceret ei: Moyfes seruus meus mortuus est. * Surge & transi Iordanem istum, tu & omnis populus tecum, in terram quam dabo filijs Israel. † Omnem locum quem calcauerit vestigiū pedis vestri, vobis tradam, sicut locutus sum Moyfi. A deserto & Libano vsque ad fluuium magnum Euphratem, omnis terra Hethæorum vsque ad mare magnum contra solis occasum erit terminus vester. † Nullus poterit vobis resistere] cunctis diebus vitæ tuæ. * Sicut fui cum

Moyse, ita ero & tecum: † non dimittam, nec derelinquam te. † Confortare, & esto robustus. Tu enim ² forte] diuides populo huic terram, pro qua iuravi patribus tuis vt traderem eam illis. Confortare igitur, & esto robustus ³ valde:] vt custodias, & facias omnem legem quam præcepit tibi Moyfes seruus meus. † Ne declines ab ea ad dextram vel ad sinistram, vt ⁴ intelligas] cuncta quæ agis. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias, & facias omnia, quæ scripta sunt in eo. Tunc ⁵ diriges] Viam tuam, & ⁶ intelliges eam.] Ecce præcipio tibi: confortare, & esto robustus. * Noli metuere, & noli timere: quoniam ⁷ tecum est] dominus deus tuus in omnibus, ad quæcunque perrexeris. Præcepitque Iosue principibus populi, dicens: Transite per medium castrorum, & imperate populo, & dicite: Præparate vobis ^b cibaria: quoniam post diem tertiam transibitis Iordanem, & intrabitis ad possidendam terram quam dominus deus noster daturus est vobis. * Rubenitis quoque, & Gadditis, & dimidiæ tribui Manasse, a: t: ^c † Mementote sermonis quem præcepit vobis Moyfes famulus domini, dicens:

An. de Chit. sum. 1477. Anni mundi 2494.

† Deut. 10.

† Infra, b. Heb. 13. a. † Deut. 31. b. † Reg. 1. a.

† Reg. 1. a.

† Num. 13. 1. Infra. 4. b.

dicens: Dominus deus vester dedit vobis requiem, & omnem terram. ^d Vxores vestrae, & filij, ac iumenta manebunt in terra quam tradidit vobis Moyses trans Iordanem. ^e Vos autem trāsitate armati ante fratres vestros omnes fortes manu, & ⁹ pugnate pro eis, donec det requiē dominus fratribus vestris, sicut & vobis dedit, & possideat ipsi quoque terram quam dominus deus vester daturus est eis: & sic reuertimini in terram possessionis vestrae, & habitabitis in ea quam vobis dedit Moyses famulus domini trans Iordanem contra solis ortum. Responderuntque ad Iosue, atque dixerunt: ^f Omnia quae praecipisti nobis, faciemus, & quocumque miseris, ibimus. Sicut obediuimus in cunctis Moyse, ita obediemus & tibi: tantum sit dominus deus tecum, sicut fuit cum Moyse. Qui cōtradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus quos praeeperis ei, moriatur. Tu tantum confortare, & viriliter age.

Missi exploratores in urbem Iericho à Raab meretrice, promissa illi misericordia saluantur.

II.

10f. 4. i.
4. Iaco. 2. d.
Heb. 11. f.
13. q. 1. c. Intra.
g. 12. d.

A Misit igitur Iosue filius Nun de ^a Sethim duos viros exploratores in abscondito, & dixit eis: Ite, & considerate terram, urbemque Iericho. ^f Qui pergentes ingressi sunt domum mulieris meretricis, nomine Raab, & ¹ quieverunt apud eam. ^g Nunciatumque est Regi Iericho, & dictum: Ecce viri ingressi sunt huc per noctem de filiis Israel, ut explorent terram. Misitque Rex Iericho ad Raab meretricem, dicens: Educ viros qui venerunt ad te, & ingressi sunt domum tuam. ^h Exploratores quippe sunt, & omnem terram ² considerare] venerunt. ⁱ Tollensque mulier ³ viros, abscondit, & ait: ^b Fateor venerunt ad me, sed nesciebam unde essent. Cumque porta clauderetur in tenebris: & illi pariter exierunt, nescio quò abierunt. Persequimini cito, ⁴ & ⁵ comprehendetis eos. Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domus suae: ⁶ operuitque eos stipula lini, quae ibi erat. ⁷ ⁸ Li autem qui missi fuerant, secuti sunt eos per viam quae ducit ad vadum Iordanis: illisque egressis statim porta clausa est. ⁹ Necdum obdormierant qui latebant, & ecce mulier ascendit ad eos, ¹⁰ & ait: Noui quòd dominus tradiderit vobis terram: Etenim irruit in eos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores terrae. ¹¹ ¹² Audiuimus quòd ¹³ siccauerit dominus aquas maris Rubri ¹⁴ ad vestrum introitum, ¹⁵ quando egressi estis ex Aegypto, ¹⁶ & quae feceritis duobus Amorrhæorum Regibus qui erant trans Iordanem, Seon & Og, quos interfecistis. Et hæc audientes, ¹⁷ ¹⁸ pertinuimus, & ¹⁹ clanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ²⁰ ad introitum vestrum. ²¹ ²² Dominus enim deus vester ipse est deus in caelo sursum, & in terra deorsum. ²³ ²⁴ Nunc ergo iurate mihi per dominum, ut quomodo ego misericordiam feci vobiscum, ita & vos faciatis cum domo patris mei: detisque mihi verum signum, ut saluetis patrem meum & matrem, fratres ac sorores meas, & omnia quae illorum sunt, & eruatis animas nostras à morte. ²⁵ ²⁶ Qui responderunt ei: ²⁷ ²⁸ Anima nostra sit pro vobis in mortem, si tamen non prodideris nos. Cumque tradiderit nobis dominus terram, faciemus in te misericordiam & veritatem. Dimisit ergo eos per feniē de fenestra: Domus enim eius hærebat muro. ²⁹ ³⁰ Dixitque ad eos: Ad montana conscendite, ne forte occurrant vobis ³¹ reuertentes: ibique latitate tribus diebus, donec redeant ³² & sic ibitis per viam vestram. ³³ ³⁴ Qui dixerunt ad eam: ³⁵ ³⁶ Innoxij erimus à iuramento hoc quo adiurasti nos, si ingredientibus nobis terram, signum fuerit funiculus iste coccineus: & ligaueris eum in fenestra per quam demisisti nos, & patrem tuum ac matrem, fratresque, & omnem cognationem tuam congregaueris in domum tuam. ³⁷ ³⁸ Qui ostium domus tuae egressus fuerit, ³⁹ ⁴⁰ reus sibi erit. ⁴¹ ⁴² Sanguis ipsius erit in caput eius, & nos erimus ⁴³ alieni. ⁴⁴ ⁴⁵ Cunctorum autem sanguis qui tecum in domo fuerint, redundabit in caput nostrum, si eos aliquis tetigerit. Quòd si nos prodere volueris, & sermonem istum proferre in medium, erimus mundi ab hoc iuramento, quo adiurasti nos. Et illa respōdit: ⁴⁶ ⁴⁷ Sicut locuti estis, ita fiat. Dimittensque eos ut pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra. Illi verò ambulantes peruenerunt ad montana,

⁸ Terram istam.
^d Mulieres & infantes accipite
quiere, ceteri non requiescent,
sed exeat ad auxilium fratru.
Nobis certantibus in hac vita
contra demones, veniunt in au-
xilium qui ante aduentu Christi
sunt in lege Iustificati sūt: vt in-
fans Ieremias & alij prophetae,
quorum lectione armamur, &
illumiamur. Hi sunt viri fortes
armati, & praecincti liberos,
in veritate exeat ad auxilium
nostrum, & pugnat nobiscum.
Infantes autem & mulieres nō
exiunt ad praelium nostrum,
Glof. Ordinar. Ibid.
9. Iuabitis eos.

^a Sethim est locus in quo Raab
Rex Moabitarum aduersus
Israel congregauit exercitum,
44. d. 2. q. 1. c. arboribus quae per-
erunt mētis Sinae hodie quo-
que gignunt. Nam vbi in 70.
vel aca testamētis, vel altare &
tabernaculum ceterisque quae
de lignis impurissimis facta
referuntur, in Hebraico ponit-
ur ligna Sethim, quae habet si-
militudinē arboris, quam nos
vulgo spinam albam dicimus.
Hierony. super 6. cap. Mich.
1. Pernoctauerunt ibi.
2. Exploratores.
3. Duos viros abscondit eos.
4. Prius veritatem adficeret, at-
que ita mendacium inducit.
Chryso. de ponit. homil. 5.
5. Eos, quoniam.
6. Absconditque eos cum stipu-
lis lini, quae super tectum of-
dinatae iacebant.

* Ut illos persequerentur.
* Super tectum.

* A facie vestra.

6. Ante faciem vestram.
* Velut anathema.

7. A facie vestra.
8. Aegyptus & Iudaeus dicitur: hi
dij tui qui educunt te de ter-
ra Aegypti & meretrix nō dicitur
sed deo salute ascribit. Digna
itaque Raab omni laude, eccle-
siae imago. Chryso. de patientia,
Homil. 5.

d. Itaque anima nunc sumitur
pro toto composito cuius ipsa
est pars principalis, vel pro vi-
ta animali quam diffundit in
corpore. Rationalis etenim ani-
ma immortalis est quātum ad
suam essentiam. Dionysius Car-
tusianus.
* Et habitabat iuxta murum.
* Persecutores.

e. Quod scriptum est deum bene-
fecisse Hebraeis obstrictis,
& Raab Iericoēna meretrix:
non ideo factum est, quia mer-
etrices sunt, sed quia in homines
dei misericordes fuerunt. Non
est itaque in eis remunerata
fallacia, sed benivolentia beni-
gnitas mētis nō iniquitas men-
tis. Aug. contra mendacis,
cap. 15.
8. Innocentes.

f. Quia igitur exploratores
quos Iesus direxit, hospicio re-
cepit, consilio instruxit, postu-
lantibus ciuium abiisse respō-
dit, abscondit in tecto, & vt sa-
suoque urbis excidio possit e-
ripere, coccum in fenestra liga-
uit. Ambr. super 10. cap. Luc.

† Intra. 6. c.

† Exod. 14. c.

† Num. 21. c.

† Intra. 6. d.

† Intra. 6. e.

9. Verum autem sit aliquando, vel pro cuiusquam salute mentium, cum questio sit. In qua dissoluenda etiam doctissimi fatigantur valde illarum muliercularum in illis populi constitutarum, & illis moribus astrictarum exercebat modum. August. contra mendacium. ca. 15.
* A facie nostra.

& manserunt ibi tres dies, donec reuertentur qui fuerant persecuti. ⁹ Quarentes enim per omnem viam, non reppererunt eos. Quibus urbem ingressis, reuersi sunt, & descenderunt exploratores de monte, & transmissio Iordane venerunt ad Iosue filium Nun, narraueruntque ei omnia quae acciderant sibi, atque dixerunt: Tradidit dominus omnem terram hanc in manus nostras, & timore prostrati sunt ^{*} cuncti habitatores eius.

Siccatur Iordanem Israel dei miraculo transit.

III.

1. Mane surgens:

2. Pernoctauerunt ibi priusquam transirent. Et factum est a fine trium dierum.

3. Praefecti.

4. Praecepit populo dicentes. Prosciscimini de locovestro ibitque post illam.

6. Nec appropinquabis ad eum ut scitis.
* Ab heri & nudius tertius.

a. Nemo sanctificatur nisi a deo, qui vero non sanctificat deum, non sanctificatur a deo. Sanctificamus autem deum in nobis, quando scientes etiam in sanctum, timemus & solent vigiliamus, ne forte violenter sanctitatem nominis eius in nobis per opera nostra mala. Chryf. super 6. cap. Matth. Homil. 14.

7. Ad extremitatem aquarum Iordanis, stabitis in ipso Iordane.

b. Iordanis reflexo amne in suum fontem reuertitur. Hare re aqua cum labitur, & ita sursum redire in superiora sine vi lo repagulo impossibile habetur. Sed quid impossibile ei qui dedit posse quibus voluit.

8. Quae uerit plantae.

9. Dominatoris.

10. Quasi moles vna.

* Portantibus arcam.

11. In extremitate.

12. Cunctis diebus.

* A superioribus.

13. Constituerunt in acervo vno, multumque discerelebant a ciuitate Adam quae est ad latum.

14. Transit a regione Iericho.

* Donec uideretur populus desuisset transire Iordanem.



gitur Iosue ¹ de nocte confurgens,] mouit castra: & egredientesque] de Sethim, uenerunt ad Iordanem, ipse, & omnes filij Israel, & ² morati sunt ibi per tres dies. Quibus euolutis] transferunt ³ praecones] per castrorum medium, & ⁴ clamare coeperunt.] Quando uideritis arcam foederis domini dei vestri, & sacerdotes stirpis Leuiticae portantes eam, ⁵ vos quoque cofurgite & sequimini praecedentes,] sitque inter vos & arcam spacium cubitorum duorum milium: ⁶ ut procul videre possitis, & nosse] per quam viam ingrediamini: quia prius non ambulastis per eam: ^{*} & caute ne appropinquetis ad arcam.] Dixitque Iosue ad populum: ⁷ Sanctificamini, cras enim faciet dominus inter vos mirabilia. Et ait ad sacerdotes: Tollite arcam foederis, & praecedite populum. Qui iussa complentes, tulerunt, & ambulauerunt ante eos. Dixitque dominus ad Iosue: Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel: ut sciant quod sicut cum Moyse fui, ita & tecum sim. Tu autem praecipe sacerdotibus qui portant arcam foederis, & dic eis: Cum ⁸ ingressi fuere ritis partem aquae ^b Iordanis, stete in ea.] Dixitque Iosue ad filios Israel: Accedite huc & audite uerbum domini dei vestri. Et rursus, in hoc, inquit, scietis, quod dominus deus uiuens in medio uestri est, & disperdet in conspectu uestro Chanaanum, & Hebraeam, Heuam, & Pherezam, Gergesam quoque & Iebusam, & Amorraum. ⁹ Ecce arca foederis domini omnis terrae antecedit uos per Iordanem. Parate duodecim viros de duodecim tribubus Israel, singulos per singulas tribus. Et cum ¹⁰ posuerint uestigia] pedum suorum sacerdotes qui portant arcam foederis domini ⁹ dei] uniuersae terrae in aqua Iordanis, aquae & quae inferiores sunt, decurrent, atque] deficient, quae autem desuper ueniunt, ¹⁰ in una mole] consistent. Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, ut transiret Iordanem: & sacerdotes qui portabant arcam foederis, pergebant ante eum. ¹¹ Ingressisque eis ^{*} Iordanem, & pedibus eorum ¹¹ in parte aquae tinctis, [†] (Iordanis autem ripas aluei sui ¹² tempore] messis impleuerat) [†] steterunt aquae ^{*} descendentes ¹³ in loco uno, & ad instar montis intumescerent apparebant procul ab urbe, quae uocatur Aedom, usque ad locum] Sarthan: quae autem inferiores erant in mare solitudinis (quod nunc uocatur mortuum,) descenderunt, usquequo omnino deficerent. Populus autem ¹⁴ incedebat contra Iordanem,] & sacerdotes qui portabant arcam foederis domini, stabant super siccum humum in medio Iordanis accincti, omnisque populus per arenam alueum transibat. ^{*}

Ios. 3. 1.

† Eccl. 2. 4. Num. 11. 4. Reg. 2. 6. b.

† Act. 7. f.

† Eccl. 2. 4. De cons. di. 2. c. Reuera. §. Iordanis

Duodecim lapides in Iordane in memoriam ipsius siccari colliguntur.

IIII.

a. Hoc est, iam electos accipe: qui de mandato Iosue quilibet tribus elegerat unum, & ille ista electio attribuitur Iosue, aliquando tribubus, quia facta est per Iosue auctoritatem, & ab illis exercebatur. De Lyra.

* A loco.

* Praeparatorum.

b. Illi lapides qui leuati sunt a Iordane, uidentur mihi signum habuisse apostolorum. Post mortem enim sepulchris patriarchis apostoli steterunt. Sic & in Psal. 4. 4. legimus: Pro patribus nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. August. Sermo. 10. 6. de tempore.

* Feceris uobiscum, &

* Tribuum.



Vibus transgressis, dixit dominus ad Iosue: ^a Elige duodecim viros singulos per singulas tribus, & praecipe eis ut tollant de medio Iordanis alueo, ^{*} ubi steterunt pedes sacerdotum, ^b duodecim & durissimos] lapides, quos ponetis in loco castrorum ubi fixeritis hac nocte tentoria. Vocauitque Iosue duodecim viros, quos elegerat de filiis Israel, singulos de singulis tribubus, & ait ad eos: ite ante arcam domini Dei uestri ad Iordanem medium, & portate inde singulos lapides in humeris uestris, iuxta numerum ^{*} filiorum Israel, ut sit signum inter uos. Et quando interrogauerint uos filij uestri cras, dicentes: quid sibi uolunt isti lapides? respondebitis eis: [†] Defecerunt aquae Iordanis ante arcam foederis domini, cum transirent eum: idcirco positi sunt lapides isti in monimentum filiorum Israel usque in aeternum. [†] Fecerunt ergo filij Israel sicut praecipit eis Iosue, portantes de medio

† Deut. 27. 4.

dio Iordanis alueo duodecim lapides, vt dominus ei] imperarat, iuxta numerum filiorum Israel, vsque in locum in quo castrametati sunt, ibique posuerunt eos. Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotes, qui portabant arcam foederis domini, & sunt ibi vsque in presentem diem. Sacerdotes autem qui portabant arcam, stabant in Iordanis medio, donec omnia complerentur quae Iosue, vt loqueretur ad populum, praeceperat dominus, vt dixerat ei] Moyses. Festinauitque populus, & transiuit. Cumque transissent omnes, transiuit & arca domini, sacerdotes quoque pergebant ante populum. Filij quoque Ruben, & Gaad, & dimidia tribus Manasse armati praecedebant fratres suos filios Israel, sicut eis praeceperat Moyses: & quadraginta pugnatorum milia per turmas, & cuneos incedebant per plana atque campestria vrbis Iericho. In illo die magnificauit dominus Iosue coram omni Israel, vt timerent] eum, sicut timuerant Moysen, dum adhuc viueret. Dixitque ad eum:] Praecepe sacerdotibus qui portant arcam foederis, vt ascendant de Iordane. Qui praecepit eis, dicens: Ascendite de Iordane. Cumque ascendissent portantes arcam foederis domini, & siccam humum calcare coepissent, reuerse sunt aquae in alueum suum, & fluebant sicut antea consueuerant. Populus autem ascendit de Iordane decimo die mensis primi, & castrametati sunt in Galgalis contra orientalem plagam vrbis Iericho. Duodecim quoque lapides quos de Iordanis alueo sumpserant, posuit Iosue in Galgalis, & dixit ad filios Israel. Quando interrogauerint filij vestri cras patres suos, & dixerint eis: quid sibi volunt lapides isti? docebitis eos atque dicetis: Per arentem alueum transiuit Israel Iordanem istum, siccante domino deo nostro aquas eius in conspectu nostro, donec transiremus, sicut fecerat prius in mari rubro, quod siccauit donec transiremus, vt discant omnium populorum fortissimam manum domini, vt & vos timeatis dominum deum vestrum omni tempore.

Circuncisione & pascha celebratis, terrentur Chanaan, deficit manna, & angelus domini Iosue alloquitur.

a. Figura in Iosue duodecim lapides posuit, qui tunc lapides duodecim sunt, & tunc super vnico angulari, exiit, ac precioso in fundamentis Sion collocato. Ipsum enim Christum vno qui predicantur omnes, sicut sicut humeris gestantur. Procopius Ibidem.
 1. Iosue.
 * Tribuum.
 d. Na & de lapidibus illis duodecim qui positi sunt vbi Iordanis ex vna parte defluerat, & ex parte superiore confluerat arca stante ante vel populo, ita dictum est quod esset ibi vsque in presentem diem, quod videtur ita sonare tanquam post plurimum temporis per hanc rem putari illa narratur: nec eo tempore hi libri conscripti fuerint quibus erant haec recentissima. Aug. in locutio. super Iosue. a. Iuxta omnia quae praeceperat Iosue.
 c. Secundum Hebraeos latitudo Iordanis tunc erat 12. miliaria, quia tunc exundabat.
 * Quasi.
 3. Transierunt ante dominum ad pugnam per.
 4. Et timuerunt.
 5. Iosue.
 6. Fieri & nudius tertius per eum erat ipse eius.
 e. Locuta est castra Galgalis, & accutum praepitium, & secunda circumcissionis mysterium & duodecim lapides qui de Iordanis illic transfati alueo. Hiero. in Epitaph. Pauli. Sed & ipsa praepitium in vnum tumulum coacervata, & sepulta, & tunc obruta, & ablati opprobrium Aegypti & nomen loci Galgalis, quod interpretatur reuolutio. Idem aduersus Iouin. lib. 1.
 7. Exiit.

Num. 32. f.

Deut. 27. a.

Exod. 14. e.

Postquam ergo audierunt omnes Reges Amorrhæorum, qui habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagam, & cuncti Reges Chanæan, qui propinqua possidebant magni maris loca, quod siccaisset dominus fluens Iordanis coram filiis Israel donec transirent, dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus timentium introitum filiorum Israel. Eo tempore ait dominus ad Iosue: Fac tibi cultros lapideos, & circuncide secundo filios Israel. Fecit quoque quod iusserat dominus, & circuncidit filios Israel in colle praepitiorum. Haec autem causa est secundae circuncisionis: Omnis populus qui aggressus est de Aegypto generis masculini, vniuersi bellatores viri mortui sunt in deserto, per longissimos vias circuitus, qui omnes circuncisi erant: populus autem qui natus est in deserto per quadraginta annos itineris latissimae solitudinis incircuncisus fuit, donec consumerentur qui non audierunt vocem domini, & quibus antea iurauerat vt ostenderet eis terram lacte & melle manantem. Horum filij in locum successerunt patrum, & circuncisi sunt a Iosue, qui sicut nati fuerant, in preputio erant, nec eos in via aliquis circunciderat. Postquam autem omnes circuncisi sunt, manserunt in eodem castrorum loco, donec sanarentur. Dixitque dominus ad Iosue: Hodie abstuli opprobrium Aegypti a vobis. Vocatumque est nomen loci illius Galgala, vsque in presentem diem. Manseruntque filij Israel in Galgalis, & fecerunt Pascha quartadecima die mensis ad vespertinum in campestribus Iericho: & comederunt de frugibus terrae die altero, jazymos panes, & polentam eiusdem anni. Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terrae, nec vsi sunt ultra cibo illo filij Israel, sed comederunt de frugibus praesentis anni terrae Chanæan. Cum autem esset Iosue in agro vrbis Iericho, leuauit oculos, & vidit virum stantem, contra se euaginatam tenentem gladium, perrexitque ad eum, & ait: Noster es, an aduersariorum? Qui respon-

26. q. 2. e. Sed & illud. Ios. 5.

a. Amorrhæi dicti sunt ab Amorrhæo filio Chanæ, quorum pars trans Iordanem terras tenuit: eorumque regem Seon Moyses deiecit, cum omni populo suo, terramque Ruben & Gad, & dimidia tribui Manasse, distribuit vt patet Num. 32. Reliqua vero pars eorum remansit in Chanæam cum scabibus suis, vt patet Gen. 15.
 1. A facie.
 2. Acutos.
 * Conuersus.
 b. A prima solchi circuncisione cum immineret exitus Aegypti, vel ab illa qua fecit Iosue Moyses secundo anno exitus, a qua nullus in deserto natus fuit circuncisus.
 3. In itinere cum egredierentur de Aegypto.
 * Omnes generationes virorum bellicosorum qui egressi fuerant de Aegypto.
 4. Iurauit dominus quod non ostenderet eis terram, super qua iurauerat dominus patribus eorum vt daret nobis.
 c. Locus est Galgala contra orientem, Iericho antiquae & ex aduerso ascensionis Adumiam vt infra. Post terga Bethananicis Iordanem. Itæ omne stirpe virilem in deserto natam Iosue circuncidit.
 5. Frumento terræ in crastino Pascha.
 6. Spicas tostas hac eadem die, in crastinum.
 7. In illo anno.
 d. Post fidem in Christum ceptam certam cum hostibus reliquum est. Quocirca amicus spiritualibus instructus esse diuinitusque promissionibus firmiter inuiti est necesse. Procopius lib. 1.

* Respondit dux militie domini Iosue...
c. Adhuc hostes obtinere civitates & nondum captam, & tamen circum ad Iosue Naue, Solutus inquit calcamentum tuum, Locus enim in quo stas, sanctus est. Quomodo Iericho terra sancta est, quæ ab hostibus detinetur? Sed forte quocunque venerit præcepit vicinis domini sanctificat locum. Iosue. ibid.
a. Iericho magna civitas fuit mirabilibus septa parietibus, quæ non ferro perita, nõ arcei possit esse penetrabilis. Vbi is tamen ipsius inexpugnabilissimos septem tubarum sacerdotum sono, & populi tubilantibus vitalæ consono corruisset. Ambrosio in 10. cap. Lucæ.
1. Gyranus ubi semel.
2. Septem vero sacerdotes portabant septem buccinas arietinarum ante arcam.
3. Proxiorum sonum fecerit cornu arietino.
b. Unde & illi civitatis muri, quæ Iericho appellatur, quod in Hebræo eloquio luna interpretari dicitur, septimo circuitu testamenti arce corruerunt. August. Epist. 119.
* Subter eam.
4. Buccinas arietinas ante arcam domini.
5. Et armatus quisque transeat ante.
6. Tulerunt septem buccinas arietinas, & tunc sonum arcam domini cum buccinis clangentibus, sequeretur autem eos arca.
c. Non est intelligendum quod mulieres & parvuli, & in præliis circumiecti civitate: quia in principio huius cap. dicitur: Circuite urbem cuncti bellatores, & ideo per reliquum vulgus hic intelliguntur viri bellatores tribus. Da cõ aliis duabus tribubus sibi adiunctis, quia erant vicini in motione castrorum, & faciebant vltim in castris, ut habet. Num. 10. De Lyra.
* Tunc.
7. Mors surgente.
8. Arietinas.
9. Quæ præcebat eam clangere tubarum.
d. Dicitur Hebræi quod erat sabbari, & rationabiliter: quia vocant dies septimus, & tamen non peccaverunt in iudicio & delinquendo civitate: quia hoc fecerunt de mandato dei, qui est domino sabbati. Idem.
10. Surrexerunt mane cum aurora ascenderet.
e. Inter peccatores Raab meretrix, sed nequaquam meretricis professione, quæ propter hospitalitatis amore laudata est & salvata Gre. Nasti Ora. 16. Itæ, Si vivere debet, quare meretrix & si meretrix, quare vivere debet? Dico priorem istud, quod sequitur dicitur mutatione. Raab enim in salutis argumens exploratores suscepit, neque ex ipsa solis dilectione sed ex fide præcipua. Chry. de peni. homi. 4.
11. Ab anathemate, ne forte anathema commisseritis, & tollatis de anathemate, ponatisque castra Israel in anathema, & turbetis ea.
f. Iam illud quis non plenum putet esse miraculum, quod ex tota urbe nemo servatus est, nisi quæ meretrix liberavit? Ambrosio super Lucæ. cap. 10.
12. Ferreis.
* Domus.
g. Videte quemadmodum unusquisque proprium servet officium, exploratores uxurias, mysterium meretricis, fidem videtur, religionem sacerdos, hic periculum pro laude non meruit, illi filios, pro nec in periculis prodire: ille sollicitus fidem magis servare quam vincere, meretricis prius mandat salutem, quam excidium civitatis. Ambrosio in 10. cap. Lucæ.
h. Mortuatur omnes filij eius a maiore ad minorem.

dit: Nequaquam, sed sum princeps exercitus domini, & nunc venio. Cecidit Iosue pronus in terram, & adorans ait: Quid dominus meus loquitur ad servum suum?
* Solutus, inquit, calcamentum tuum de pedibus tuis. Locus enim in quo stas, sanctus est. Fecitque Iosue, ut sibi fuerat imperatum.

Expugnata Iericho funditus, & Raab servata, maledicitur re edificatori eius. VI.



Iericho autem clausa erat atque munita timore filiorum Israel, & nullus egredi audebat aut ingredi. Dixitque dominus ad Iosue: Ecce dedi in manus tuas Iericho, & regem eius, omnesque fortes viros. Circuite urbem cuncti bellatores. 1 semel per diem: 2 Sic facietis sex diebus. 3 Septimo autem die sacerdotes tollent septem buccinas, quarum usus est in Iubilæo, & præcedent arcam fœderis. 4 Septiesque circuibitis civitatem, & sacerdotes clangent buccinis. Cùmque 5 in sonuerit vox tubæ longior atque concisior, 6 & in auribus vestris increpaverit, conclamabit omnis populus vociferatione maxima, 7 & muri funditus corruent civitatis, 8 ingredienturque singuli per locum contra quem steterint. Vocavit ergo Iosue filius Nun sacerdotes, & dixit ad eos. Tollite arcam fœderis: Et septem alij sacerdotes tollant septem 9 Iubilæorum buccinas, & incedant ante arcam domini. Ad populum quoque ait: Ite, & circuite civitatem 10 armati præcedentes 11 arcam domini. Cùmque Iosue verba finisset, & septem sacerdotes 12 septem buccinis clangent ante arcam 13 fœderis domini, omnisque præcederet armatus exercitus, reliquum vulgus arcam sequebatur, ac buccinis omnia concrepabant. Præceperat autem Iosue populo, dicens: Non clamabitis, nec audietur vox vestra, neque vllus sermo ex ore vestro egredietur, donec veniat dies in quo dicam vobis: Clamate, & vociferamini. Circuivit ergo arca domini civitatem semel per diem, & reuersa in castra mansit ibi. Igitur Iosue de nocte confurgente 14 tulerunt sacerdotes arcam domini, & septem ex eis septem buccinas 15 quarum in Iubilæo usus est, 16 præcedebantque arcam domini ambulantes atque clangentes: & armatus populus ibat ante eos, vulgus autem reliquum sequebatur arcam, 17 & buccinis personabat. 18 Circuieruntque civitatem secundo die semel, & reuersi sunt in castra. Sic fecerunt sex diebus. 19 Die autem septimo 20 diluculo confurgentes, 21 circuierunt urbem sicut dispositum erat, septies. 22 Cùmque septimo circuitu clangent buccinis sacerdotes, dixit Iosue ad omnem Israel: Vociferamini: Tradidit enim vobis dominus civitatem. Sitque civitas hæc anathema: & omnia quæ in ea sunt domino. 23 Sola Raab meretrix vivat cum vniuersis qui cum ea in domo sunt. 24 Abscondit enim nuncios quos direximus. Vos autem cauete 25 ne de iis quæ præcepta sunt vobis, quippiam contingatis, & sitis præuaricationis rei, & omnia castra Israel sub peccato sint atque turbentur. 26 Quicquid autem auri aut argenti fuerit & vasorum æneorum ac ferri, domino consecretur, repositum in thesauris eius. 27 Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, postquam in aures multitudinis vox sonitusque increpuit, muri ilico corruerunt, & ascendit vnusquisque per locum qui contra se erat. 28 Ceperuntque civitatem, & interfecerunt omnia quæ erant in ea, a viro vsque ad mulierem, ab infante vsque ad senem. Boues quoque, & oves, & asinos, in ore gladij percusserunt. 29 Duobus autem viris 30 qui exploratores missi fuerant, dixit Iosue: 31 Ingreimini domum mulieris meretricis, & producite eam, & omnia quæ illius sunt, sicut illi iuramento firmastis. 32 Ingressique iuvenes, eduxerunt Raab & parentes eius, fratres quoque & cunctam suppellectilem, ac cognationem illius: & extra castra Israel manere fecerunt. Urbem autem, & omnia quæ inuenta sunt in ea, succenderunt: absque auro & argento & vasis æneis ac 33 ferro: 34 quæ in ærarium domini consecrarent. 35 Raab verò meretricem, & domum patris eius, & omnia quæ habebat, fecit Iosue vivere, & habitauerunt in medio Israel vsque in præsentem diem, eo quod absconderit nuncios quos miserat, ut explorarent Iericho. In tempore illo imprecatus est Iosue, dicens: 36 Maledictus vir coram domino, qui suscitauerit & edificauerit civitatem Iericho. 37 In primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in novissi-

Exod. 17. A&o. 7. d.

Ios. 6. 1. 23. q. 5. c. fin.

Sup. a. b. Heb. 11. d.

Heb. 11. f.

1. Mac. 1. c.

Sup. a. e.

Heb. 11. f.

1. 2. q. 1. Intro. gita.

1. 3. Reg. 16. g.

uisimo liberorum ponat portas eius. Fuit ergo dominus cum Iosue, & nomen eius vulgatum est in omni terra.

Explorata Hay, Achan propter furtum anathematis Iericho habitus forte lapidatur. VII.

Iosue 5. 1. In fraz. d. d. d. d. 85 d. fin. Sec. d. illud. 2. Paral. 2. a. Intra 8. a. 1 q. 4. Eccles. 35. b. 16 peccato Achor.



^a H Iij autem Israel prauaricati sunt mandatum, & vsurpauerunt de anathemate. Nam Achan filius Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda tulit aliquid de anathemate. Iratusque est dominus contra filios Israel. Cumque mitteret Iosue de Iericho viros contra Hay, quæ est iuxta Bethauen, ad orientalem plagam oppidi Bethel, dixit eis: Ascendite, & explore terram. Qui præcepta complentes, explorauerunt Hay. Et reuersi, dixerunt ei: Non ascendat omnis populus, sed duo, vel tria milia virorum pergant, & deleant ciuitatem. Quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes paucissimos? Ascenderunt ergo tria milia pugnantium. Qui statim terga vertentes percussi sunt à viris vrbs Hay, & corruerunt ex eis triginta & sex homines. Persecuti que sunt eos aduersarij de porta vsque ad Sabarim, & ceciderunt per prona fugientes. Pertimuitque cor populi, & ad instar aquæ liquefactum est. Iosue verò scidit vestimenta sua, & pronus cecidit in terram coram arca domini vsque ad vesperam, tam ipse quam omnes senes Israel. Miseruntque puluerem super capita sua, & dixit Iosue: Heu domine deus: Quid voluisti traducere populum istum Iordanem fluuium, vt traderes nos in manus Amorræi, & perderes? Vtinam vt cœpimus, mansissemus trans Iordanem. Mi domine deus, quid dicam, videns Israelem hostibus suis terga vertentem? Audient Chananæi, & omnes habitatores terræ, & pariter conglobati circumdabunt nos, atque delebunt nomen nostrum de terra. Et quid facies magno nomini tuo? Dixitque dominus ad Iosue: Surge, cur iaces pronus in terra? Peccauit Israel, & prauaricatus est pactum meum, tuleruntque de anathemate, & furati sunt atque mentiti, & absconderunt inter vasa sua. Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosque fugiet: quia pollutus est anathemate. Non ero vltra vobiscum, donec conteratis eum qui huius sceleris reus est. Surge, sanctifica populum, & dic eis. Sanctificamini in crastinum. Hæc enim dicit dominus deus Israel: Anathema in medio tui est Israel. Non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te qui contaminatus est hoc scelere. Acceditisque mane singuli per tribus vestras, & quancunque tribum fors inuenerit, accedet per cognationes suas, & cognatio per domos, domusque per viros, & quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni cum omni substantia sua: quoniam prauaricatus est pactum domini, & fecit nephas in Israel. Surgens itaque Iosue mane applicauit Israel per tribus suas, & inuenta est tribus Iuda. Quæ cum iuxta familias suas esset oblata, inuenta est familia Zare. Illam quoque per domos offerens reperit Zabdi: cuius domum in singulos diuidens viros, inuenit Achan filium Charmi, filij Zabdi, filij Zare, de tribu Iuda. Et ait Iosue ad Achan: Fili mi, da gloriam domino deo Israel, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. Responditque Achan Iosue, & dixit ei: Verè ego peccaui domino deo Israel, & sic & sic feci. Vidi enim inter spolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos siclos argenti, regulamque auream quinquaginta siclorum, & concupiscens abstuli, & abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentumque fossa humo operui. Misit ergo Iosue ministros: qui currentes ad tabernaculum illius, repperunt cuncta abscondita in eodem loco, & argentum simul. Auferentisque de tentorio, tulerunt ea ad Iosue, & ad omnes filios Israel, proieceruntque ante dominum. Tollens itaque Iosue Achan filium Zare, argentumque & pallium, & auream regulam, filias quoque & filios eius, boues & asinos, & oues ipsumque tabernaculum, & cunctam supellectilem, & omnis Israel cum eo, duxerunt eos ad vallem Achor, vbi dixit Iosue. Quia turbasti nos, exturbet te dominus in die hac. Lapidauitque eum omnis Israel, & cuncta quæ illius erant, igne consumpta sunt. Congregaueruntque super eum acruum magnum lapidum, qui permanet vsque in

^a Nam dei Vitos, non diuitiarum non gloria non potentia sua sapientia secularis cupiditas esse deccet. Est autem aurum diuitiarum figura sui imago, argentum verò splendore suo gloriæ rēpim sentat. Procop. libidem.

^b Bethauen interpretatur domus idoli iuxta Hay & Bethel contra Machmas. Tamē lebepe putant esse eas. scilicet Bethel, inquit Hieronymus. Hoc nobis ita vult accipiendum quod domus consecrata Idolo sit in armeniam agro Bethel.

^c Non franges vsque illud vnice, som populum quia illi pauci sunt numero.

^d Quasi. 1. Hay vrbis olim insignis fuit, quam Iosephus Adam appellat iuxta Bethauen, ad orientalem plagam.

^e Quasi. 2. Percussitque eum in decliui loco. Tunc cor populi. d. Ignorabam enim causam iugam illius, scilicet quod propter peccatum Achis deus subtraxit fugientibus robur atque audaciam. Timebant quoque ocula dei iudicia, & videbant se naturalibus non posse resistere Chananæis, qui eis multo plures & fortiores fuerunt. Dionysius Carthusianus.

^f Puenisset nobis. 3. Consultabit aduersum nos. Sic cadis super faciem tuam. e. In eo quod factum est vi Achis de tribu Iuda furauerunt de anathemate vrbis Iericho contra præceptum domini, & peccate e peccata tria milia que mita fuerant Hay dederunt terga hostibus, & occisi sunt ex eis triginta sex viri, & populo grauitate tercio, Iosue cū senioribus se prostravit ad Dominum, eique r. spontum est idolo factum esse quia peccauerit populus. Aug. qu. 6 super Iosue.

^g Quid præcepisti illis. 4. Extrapaueris anathema de medio velli.

^h Ideo. 5. Absconderit dominus. 6. Misit quarecum dominus euentu mandauerit, qui ita eius admiserat, cur lapidari præcepit. Respondetur quod ignis nomine qualibet poena intelligi potest. Aug. q. 9. super Iosue.

ⁱ Sciedum autem est q. Iosue non peccauit hoc vnice forte. Tū quia fecit ex præcepto domini vt patet ex textu vnde Proverb. 16. Sortes mittuntur in snu sed à Domino temperatur. Tum quia hoc fecit ex debita reuerentia scilicet sanctificatione populi premissa. De Lyra.

^k Indumentum vnum babylonieum preciosum. 10. Et vigam, & infra.

^l Pondus eius. 11. Et pecunia est subter ea.

^m Ea. 12. Subter ea.

ⁿ Quæri solet quomodo iustæ pro alterius peccatis in aliis vindicetur, maxime quia in lege dominus dicit: Nec pates pro filiorum, nec filios pro parentum peccatis esse puniendos. Respondetur quod per vnice peccatum, morteque pauco rum admonitus est populus vniuersus tanquam in vniverso corpore querere quod amissū est. August. q. 8. super Iosue.

^o Responditque Achan Iosue, & dixit ei: Verè ego peccaui domino deo Israel, & sic & sic feci. Vidi enim inter spolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos siclos argenti, regulamque auream quinquaginta siclorum, & concupiscens abstuli, & abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentumque fossa humo operui. Misit ergo Iosue ministros: qui currentes ad tabernaculum illius, repperunt cuncta abscondita in eodem loco, & argentum simul.

^p Auferentisque de tentorio, tulerunt ea ad Iosue, & ad omnes filios Israel, proieceruntque ante dominum. Tollens itaque Iosue Achan filium Zare, argentumque & pallium, & auream regulam, filias quoque & filios eius, boues & asinos, & oues ipsumque tabernaculum, & cunctam supellectilem, & omnis Israel cum eo, duxerunt eos ad vallem Achor, vbi dixit Iosue. Quia turbasti nos, exturbet te dominus in die hac. Lapidauitque eum omnis Israel, & cuncta quæ illius erant, igne consumpta sunt. Congregaueruntque super eum acruum magnum lapidum, qui permanet vsque in

† 2. sed. cap. se illo 50. diff. cap. Si quis diacon.

† 50. diffin. Siquis diaconus in f. Sup. 3. b. Leui. 20. b. Num. 11. d. 1. Reg. 16. b.

† 26. q. 2. e. i.

† 1. q. 4. h. 6. peccato. 26. q. 2. 1. libice cili. foni.

† 1. q. 4. Eccl. 35. a. 1. Reg. 18. d. Iud. 2. a.

præsentem diem. Et auersus est furor domini ab eis. Vocatumque est nomen loci illius, vallis ° Achor, vsque hodie.

c. Achor interpretatur turbatio, quia illic Achæ occisus est, qui Iſraelem turbauerat.

Expugnata Hay, Rex eius suspenditur, erecto altari lapideo, Deuteronomium inscribitur, & populo benedicitur. VIII.

a. Hinc admonemur non inuisi fieri insidias ab his qui iustum bellum gerunt: ut nihil hominum iustus præcipue cogitare debeat in his rebus, nisi ut iustum bellum suscipiat, verum aperte pugna, verum insidiis vincat, nihil ad iustitiam interest.

Aug. q. 10.
b. Hay iuxta Bethauen ad orientalem plagam Bethel, sita in monte, huic est à sepe trione obiectus alius mons, in quo Iosue posuit castra intercedente valle.

r. In posteriori loco eius,
* Ab vrbe.

2. Fecerunt.

3. Nos à facie eorum. Egre ditur enim post nos, & nos educemus eos à ciuitate. Nam dicturi sunt, fugiunt à facie nostra.

* Juxta verbum domini.

c. Bethel, vrbs olim fuit foris Ephraim, quæ prius Luz, deinde Luz, inde ex visione Iacob fratrem fugientis est appellata Bethel, id est, domus dei: quod ibi visisset angelos dei per scalam ascendentes & descendentes. Tandem dicta est Bethauen, id est, domus inutilis, vel domus idoli, postquam Ieroboam posuit ibi vitulos, & eos adorauit, & adorari fecit. Hieron. super Osee, & epistaphus Paulus.
4. Bethel.
5. Et qui in insidiis erant.

* In occursum Iſrael, expugnaturus eum, tam ipse quam populus eius tempore conflictu.
6. In superficie plantitio.
7. Simulabant se eadē ante faciem illorum.
8. Conuocantes eos qui remanebant in ciuitate, ut eos persequerentur.

d. Hoc nempè genus belli sine dubitatione iustum est, quod deus imperat, apud quem non est iniquitas, & vult quid cuique fieri debeat. Aug. q. 10. super Iosue.

e. Ad hoc enim fiebat illa eleuatio, ut socij Iosue qui erant in insidiis viderent, & ciuitatem intraret, & alij se eis iungeret, quia hoc erat eis pro signo datum, quo viso statim exirent.

De Lira.

9. Vexillum, & infra.

* Ab insidiis.

10. Conuersus est in persequentes.

11. In occursum eorum, factique sunt hostes in medio Iſraelis.

* Aur residiuus superessit.

f. Iusta bella dicuntur quæ videntur iniurias, si qua vel genti vel ciuitati quæ bello petenda est, vel vindicare neglexerit, quod à suis improbatum est, vel reddere quod per iniuriam ablatum est. August. q. 10. super Iosue.

* Et solitudinem vsque in hunc diem.



Dixit autem dominus ad Iosue: ° Ne timeas, neque formides. Tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & conflurgens ascende in oppidum Hay. Ecce tradidi in manum tuam Regem eius, & populum, urbemque & terram. Faciesque vrbi Hay & Regi eius, † sicut fecisti Iericho & Regi illius. Prædā verò & omnia animantia diripietis vobis. Pone insidias vrbi † post eam. Surrexitque Iosue & omnis exercitus bellatorum cum eo, ut ascenderent in Hay: Et electa triginta milia virorum misit nocte, præcepitque eis, dicens: † Ponite insidias post ciuitatem. Nec longius recedatis *, & eritis omnes parati. † Ego autem, & reliqua multitudo quæ mecum est, ascendemus ex aduerso contra urbem. † Cùmque exierint contra nos, sicut antè * fecimus,] fugiemus, † & terga vertemus: donec persequentes ab vrbe protrahantur longius. Putabunt enim nos fugere,] sicut prius. Nobis ergo fugientibus, & illis persequentibus,] confurgetis de insidiis, & vastabitis ciuitatem, tradetque eam dominus deus vester in manus vestras. Cùmque ceperitis, succendite eam, & sic omnia * facietis, ut iussi. Dimisitque eos, & perrexerunt ad locum insidiarum, sederuntque inter ° Bethel, & Hay, ad occidentalem plagam vrbis Hay. Iosue autem nocte illa in medio mansit populi: Surgensque diluculo recensuit socios, & ascendit cum senioribus in fronte exercitus, vallatus auxilio pugnatorum. † Cùmque venissent, & ascendissent ex aduerso ciuitatis, steterunt ad septentrionalem vrbis plagam, inter quam & eos vallis erat media. Quinque autem milia viros elegerat, & posuerat in insidiis, inter † Bethauen] & Hay, ex occidentali parte eiusdem ciuitatis: omnis verò reliquus exercitus ad aquilonem aciem dirigebat: † ita ut nouissimi multitudinis] occidentalem plagam vrbis attingerent. Abiit ergo Iosue nocte illa, & stetit in vallis medio. Quod cum vidisset Rex Hay, festinauit mane, & egressus est cum omni exercitu ciuitatis *, direxitque aciem ° contra desertum, ignorans quod post tergum laterent insidie. Iosue verò, & omnis Iſrael † cesserunt loco simulantes metum, &] fugientes per solitudinis viam. † At illi † vociferantes pariter & se mutuo cohortantes, persecuti sunt eos.] Cùmque recessissent à ciuitate, & ne vnus quidem in vrbe Hay & Bethel remansisset, qui non persequeretur Iſrael, sicut eruperant aperta oppida relinquentes, † dixit dominus ad Iosue: † Leua ° clypeum] qui in manu tua est contra urbem Hay, quoniam tibi tradam eam. Cùmque eleuasset clypeum ex aduerso ciuitatis, insidie quæ latebant, surrexerunt * confestim, & pergentes ad ciuitatem ceperunt, & succenderunt eam. Viri autem ciuitatis qui persequerentur Iosue, respicientes & videntes fumum vrbis ad cælum vsque conscendere, non potuerunt vltra huc illucque diffugere, præsertim cum ij qui simulauerant fugam, & tendebant ad solitudinem, † contra persequentes fortissimè restitissent.] † Vidensque Iosue, & omnis Iſrael quod capta esset ciuitas, & fumus vrbis ascenderet, reuersus percussit viros Hay. Siquidem & illi qui ceperant, & succenderant ciuitatem, egressi ex vrbe † contra suos, medios hostium ferire cœperunt.] Cum ergo ex vtraque parte aduersarij caderentur, ita ut nullus de tanta multitudine saluaretur *, Regem quoque vrbis Hay apprehendere viuentem, & obtulerunt Iosue. Igitur omnibus interfectis qui Iſraelem ad deserta tendentem fuerant persecuti, & in eodem loco gladio corrudentibus reuersi filij Iſrael percusserunt ciuitatem. † Erant autem qui in eodem die conciderant à viro vsque ad mulierem, duodecim milia hominum, omnes vrbis Hay. Iosue verò non contraxit manum quam in sublime porrexerat, tenens clypeum, donec interficerentur omnes habitatores Hay. † Iumenta autem & prædā ciuitatis diuiserunt sibi filij Iſrael, sicut præceperat dominus Iosue. Qui succendit urbem, & fecit eam tumulum sempiternum. * Regem quoque eius suspendit in patibulo vsque ad vespe-

† Supra 6. d.

† 23. q. 2. do. minus.
† Supra 7. d.

c.

d.

e.

f.

vesperam & ¹² solis occasum : præcepitque Iosue, & deposuerunt] cadaver eius de cruce, proieceruntque in ipso introitu ciuitatis, congeffo super eum magno acervo lapidum, qui permanet vsque in præsentem diem. Tunc ædificauit Iosue altare domino deo Israel in monte ⁸ Ebal, [†] sicut præceperat Moyfes famulus domini filiis Israel, & scriptum est in volumine legis Moyfi, altare de lapidibus ¹³ impolitum,] quos ferrum non tetigit: & obtulit super eo holocausta domino, immolauitque pacificas victimas. [§] Et scripsit Iosue super lapides ¹⁴ deuteronomium] legis Moyfi, quod ille ¹⁵ digesserat] coram filiis Israel. Omnis autem populus, & omnes maiores natu, ducisque ac iudices, stabant ex vtraque parte arcæ in conspectu sacerdotum * qui portabant arcam fœderis domini, vt aduena ita & indigena. Media pars eorum iuxta ¹⁶ montem Garizim, & media iuxta montem Ebal, sicut præceperat Moyfes famulus domini. ¹⁶ Et primùm quidẽ benedixit] populo Israel: post hæc legit omnia verba ¹⁷ benedictionis & maledictionis, & cuncta] quæ scripta fuerant in legis volumine. Nihil ex iis quæ Moyfes iusserat, ¹⁸ reliquit intactum,] sed vniuersa replicauit coram omni multitudine Israel, mulieribus ac paruulis & aduenis qui inter eos morabantur.

Gabaonitæ imponentes Iehosue & filiis Israel medio iuramento saluantur, perpetuo famulatio astricti. IX.



A Vibus auditis, cuncti reges trans Iordanem qui versabantur in montanis, & campestribus, & maritimis, ac littore magni maris: ij quoque qui habitabant iuxta ^a Libanum, Hethæus, & Amorrhæus, Chanaanæus, Pherezæus, & Heuæus & Iebusæus congregati sunt pariter, vt pugnarēt contra Iosue & Israel ¹ vno animo eadẽque sententiã.] At ij qui habitāt in Gabaon, audiẽtes cuncta quæ fecerat Iosue Jericho & Hay, callidè cogitãtes *, tulerūt & sibi cibaria, faccos veteres ^b asinis imponentes, & vtres vinarios * scissos atque consutos, calceamenta que perantiqua, quæ ad iudicium vetustatis pitaciis cõsuta erant, induti veteribus vestimentis: panes quoque quos portabant ob viaticum ² duri erant, & in frustra comminuti:] Perrexeruntque ad Iosue qui tunc morabatur in castris Galgalæ, & dixerunt ei, atque simul omni Israeli: De terra longinqua venimus, pacem vobiscum facere cupientes. [§] Responderuntque filij Israel ³ ad eos, & atque dixerunt:] Ne fortè in terra quæ nobis forte debetur, habitetis: & non possimus] fœdus inire vobiscum. At illi ad Iosue: serui, inquit, tui sumus. Quibus Iosue ait: Quinam estis vos, aut vnde venistis? Responderunt: ⁴ De terra longinqua valde venerunt serui tui, in nomine domini dei tui. Audiuimus enim famam potentie eius, cuncta quæ fecit in Ægypto, [†] & duobus Regibus Amorrhæorum qui fuerunt trans Iordanem, Seon Regi Elebon, & Og Regi Basan, qui erant in Astaroth, dixeruntque nobis seniores, & omnes habitatores terræ nostræ: Tollite in manibus cibaria ob longissimam viam, & occurrite eis, & dicite: Serui vestri sumus, fœdus inire nobiscum. [†] En panes, quando egressi sumus de domibus nostris, vt veniremus ad vos, calidos sumpsimus, nunc siccif facti sunt, & vetustate nimia comminuti.] Vtres vini novos impleuimus, nunc rupti sunt & soluti. Vestes & calceamenta quibus induimur, & quæ habemus in pedibus, ob longitudinem longioris viæ trita sunt, & penè consumpta. [§] Susceperunt igitur de cibariis eorum, ^d & os domini non interrogauerunt. [†] Fecitque Iosue cum eis pacem, & inito fœdere pollicitus est vt non occiderentur. Principes quoque multitudinis iurauerunt eis. Post dies autem tres initi fœderis audierunt quòd in vicino habitarent, & inter eos ⁵ futuri essent.] Moueruntque castra filij Israel, & venerunt in ciuitates eorum die tertio, quarum hæc vocabula sunt: Gabaon, & Caphira, & Beroth, & Cariathiarim. Et non percusserunt eos *, eo quòd iurassent eis Principes multitudinis in nomine domini dei Israel. Murmurauit itaque omne vulgus contra Principes Israel. Qui responderunt eis. [†] Iurauimus eis in nomine domini dei Israel, & idcirco non possumus eos contingere. Sed hoc faciemus eis: Reseruentur quidem, & viuant, ne contra nos ira domini concitetur, si peierauerimus: sed sic viuant, vt in vsus vniuersæ multitudinis ligna cõ-

12. Et cum occideret sol, præcepit Iosue, vt deponerent.

8. Ebal, quæ Hieronymus, Græcos imitatus, Gabal vocat, mōs est non amplius distans à monte Garizim, quam vox humana ferri potest, vt loquentis & respōditis voces facile audiat.

13. Integris.

14. Repetitionem, & quoddam legis summarum loco & tempore accommodum.

15. Scipitarum.

16. Hi enim duo montes parum distabant abinuicem, inter quos fuit cæcus seu vallis in qua stabant sacerdotes cum arca. Dio nys. Cartusianus.

17. Vt benedicerent.

18. Non legit Iosue.

a. Libanus, mōs omnium quos habet Syria altissimus, perperuis abundans niuibus, à quibus vocatur Libanus. Libā enim apud Hebræos alium signat: qui & Libanon dicitur, terminus terræ promissæ versus aquilonem. Nihil enim Libano in terra reprimissionis excelsum est, nec memorosius atque condensius. Hiero. Zach. ii. cæ. i. Vno ore.

* Abierunt fungentes legatione, &c.

b. Nonnulli codices Græci & Latini habent super humeros, alij verò super asinos, vel asinis imponentes, & verius. Nam similitudo verbi in Græca lingua mendositatem faciem fecit, & ideo Latina exemplaria variata sunt. *ἄσιν* quippe & *ἄσιν* non multum ab iniuicè distant, quorum prius humerorum nomen est, posterius asinorum. Ideo est autem de asinis credidit, quoniam se à sua gente longinqua missos esse dixerunt. Aug. q. 12. super Iosue.

* Veteres.

a. Siccif erant & mucedif.

3. Hæc illi: Fortassis in medio nostri habitas, & quomodo possimus?

c. Successit ipsorum conatus, eo quòd Iosue ipsorum causam Deum non fuisse seiscitatus. Ipsorum verò seruitus, quæ circa rem sacram cõsistebat, Noe vaticinium ad finem adduxit, qui dixit, Maledictus Chanaan, famulus erit fratrum suorum. Procop.

4. Hic panis noster calidus fuit quo cibauimus nos ex domibus nostris à die quo egressi sumus vt veniremus ad vos, & ecce nunc aridus est & mucedus.

d. Deus autè hæc approbavit, nec patribus succedente: quibus est non interrogauerunt, quinam illi essent, & ideo eos illi fallere voluissent. Vnde nō importunè vtrique credendi sunt, & si fallere homines pro sua salute voluerunt, non tamen fallaciter deum timuisse in populo eius: propterea nec succedente dominus iuramentis aut parentibus, vt postea Gabaonitas ipsos tanquam populi sui homines de domo Saul vindicauerit. Aug. q. 13. super Iosue.

5. Habitarent.

* Filij Israel.

† Exod. 20. d. Deut. 27. a

Ios. 5.

† Num. 21. c.

† 1. Reg. 21. a

† De elec. e. Venerabilem circa finem. 22. q. 4. c. Inter cetera de innocens.

* Quemadmodum locuti sunt eis principes.
6. Decepistis, dicentes.

c. Licet eos mentitos esse didicissent, parcere maluerunt iurationis causa, cum possent utique dicere se eorum iurasse, quos eos esse crediderant, id est, de longinquo venientes. Au. ibidem.

* Seruus, ac.

7. A facie vestra.

f. Videntur Gabaonitæ isti, & eis associati, non fuisse tam inani, ex cæcari & obstinati, ut alij Chananei, ideo dominus misericors est, atque modo prætracto ad salutem perduxit eosdem. Dionys. Cartusia.

8. Et effudit eos Iosue in die illa caesores liquoris, & ut haurirent aquas pro congregatione, atque pro altari domini.

dant, aquasque comportent. * Quibus hæc loquentibus, vocauit Gabaonitas Iosue, & dixit eis: * Cur nos decipere fraude voluistis ut diceretis,] procul valde habitamus à vobis, cum in medio nostri sitis? Itaque sub maledictione eritis, & non deficiet de stirpe vestra * ligna cædens, aquasque comportans in domum dei mei. Qui responderunt: Nuntiatum est nobis seruis tuis, quod promississet dominus deus tuus Moysi seruo suo, ut traderet vobis omnem terram, & disperderet cunctos habitatores eius. Timuimus igitur valde, & prouidimus animabus nostris, vestro terrore cõpulsis:] & hoc consilium iniuimus. Nunc autem in manu tua sumus: quod tibi bonum & rectum videtur, fac nobis. Fecit ergo Iosue ut dixerat, & liberauit eos de manu filiorum Israel, ut non occiderentur. * Decreuitque in illo die eos esse in ministerio cuncti populi & altaris domini, cædentes ligna, & aquas comportantes,] vsque in præsens tempus in loco quem dominus elegerat.

Quinque Reges oppugnantes Gabaon immoto sole vincuntur ac suspenduntur, pluresque aliæ ciuitates capiuntur.
X.

a. Ierusalem, vrbis omnium ob Christi mortem & incolatum celebratima, & ideo pluribus nominibus designata, Verf. Solima, Iuzra, Bethel, Ierofolyma Iebus, Ilesia. Vrbis sacra Ierusalem, dicitur atque Salem.

1. Pacem fecerunt Gabaonitæ cum Israelitis, & essent in medio eorum.

b. Gabaon, ciuitas est vbi Iesus Naue contra quinque reges dimicauit. Soli imperauit & Luna: & Gabaonitas ob dolos & insidias fœderis imperati in aquarios lignariorumque damnauit. Hier. in Epitaphio Paulæ.

c. Est autem Gabaon, metropolis ac vrbis regni Heuoriti: que etiam de sorte Benjamin fuit. Nunc vero vicus est seruato nomine, prope Bethel ad occiduum, ad quartum lapidem. Vicina vero est Rama, que Leuitis quoque addita est, prope Remmon, vbi Salomon sacra operatus, vñtionis gratiam accepit. Procopius ibidem.

2. Quoniam fecit pacem cum Iosue, & cum filiis Israel.

d. Vbi neque consultus est dominus, vtrum audiret ad eos esset. Sed vtrò suis rectè subuenire volentibus, futuram viciniam prænuñciat. Sic ergo postea, quamvis non consultus, de ipsis Gabaonitis ad monere qui essent, cum se longinque esse mentirentur, nisi illi placuisset illa iuratio, quæ subleuatis parcere cogit. Aug. q. 14. Super Iosue.

3. Contra faciem tuam stabit.

* Dominus.

4. Sol quiesce super Gabaon, & Luna super Aialon.

e. Propter hoc nullo modo credenda est hæc crudelitas, quod nullum vitium in ciuitatibus sibi traditis dimiserat Iosue, quia deus hoc iusserat. Qui autem existimant hęc deum fuisse crudellem, & propter hoc veteris testamenti verum deum fuisse non credunt auctorem, tam peruersè de operibus dei quam de peccatis hominum iudicant, nescientes quo quisque dignus sit, & magnum purantes malum cum casta delictorum, mortalisque mortuorum. Aug. q. 17. super Iosue.

5. Iusti Moysi.

* Iuxta illum.

6. Et factum est, eum cessare Iosue & filij Israel percutere eos egde magna valde vsque ad interuentionem illorum, reliquis ex illis.

* Cum pace in castra.



Væ cum audisset Adonisedech Rex ^a Ierusalem, quod scilicet cepisset Iosue Hay, & subuertisset eam, (sicut enim fecerat Iericho & Regi eius, sic fecit Hay, & Regi illius) & quod ¹ transfugissent Gabaonitæ ad Israel, & essent fœderati eorum,] timuit valde. Vrbis enim magna erat ^b Gabaon, & vna ciuitatum regalium, & maior oppido Hay, omnesque bellatores eius fortissimi. Misit ergo Adonisedech Rex Ierusalem ad Ochan Regem Ebron, & ad Pharan Regem Ierimoth, ad Iaphiæ quoque Regem Lachis, & ad Dabir Regem Eglon, dicens: Ad me ascendite, & ferte præsidium, ut expugnemus ^c Gabaon, quare transfugerit ad Iosue, & ad filios Israel.] Congregati igitur ascenderunt quinque Reges Amorrhæorum: Rex Ierusalem, Rex Hebron, Rex Ierimoth, Rex Lachis, Rex Eglon, simul cum exercitibus suis, & castrametati sunt circa Gabaon, oppugnantes eam. ^d Habitatores autem Gabaon vrbis obsessæ, miserunt ad Iosue, qui tunc morabatur in castris apud Galgalam, & dixerunt ei: Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruatorum tuorum: Ascende citò, & libera nos, serueque præsidium. Conuenerunt enim aduersum nos omnes Reges Amorrhæorum, qui habitant in montanis. Ascenditque Iosue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo, viri fortissimi. ^e Dixitque dominus ad Iosue: Ne timeas eos, in manus enim tuas tradidi illos. Nullus enim ex eis ³ tibi resistere poterit.] Irruit itaque Iosue super eos repente, tota nocte ascendens de Galgalis. Et conturbauit eos dominus à facie Israel, contriuitque plaga magna in Gabaon, ac persecutus est eos per viam ascensus Bethoron, & percussit vsque Azecha & Maceda. Cùmque fugerent filios Israel, & essent in descensu Bethoron, dominus misit super eos lapides magnos de cælo vsque ad Azecha. ^f Et mortui sunt multò plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percusserat filij Israel. Tunc locutus est Iosue domino, in die qua tradidit ^g Amorrhæum in conspectu filiorum Israel, dixitque coram eis: ⁴ Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra vallem Aialon. ⁵] Steteruntque sol & luna, donec vlcisceretur se gens de inimicis suis. Nōne scriptum est hoc in libro ⁶ iustorum? Stetit itaque sol in medio cæli, & non festinauit occumbere, spatio vnus diei. Non fuit ante & postea tam longa dies obediente domino voci hominis, & pugnante pro Israel. Reuersusque est Iosue cum omni Israel in castra Galgalæ. Fugerant enim quinque Reges, & se absconderant in spelunca vrbis Maceda. Nunciatumque est Iosue, quod inuēti essent quinque Reges latētes in spelunca vrbis Maceda. Qui præcepit sociis, & ait: Voluite saxa ingentia ad os speluncæ, & ponite ⁷ viros industrios] qui clausos custodiant: ⁸ Vos autem nolite stare, sed persequimini hostes, & extremos quosque fugietium cædite. Nec dimittatis eos vrbium suarum intrare præsidia, quos tradidit dominus deus in manus vestras. ⁹ Cæsis ergo aduersariis plaga magna, & vsque ad interuentionem penè consumptis, ij] qui Israel effugere potuerunt, ingressi sunt ciuitates munitas. Reuersusque est omnis exercitus ad

Iosue, 5a

† Isa. 38. 5.
Ecclesi. 46a

ad Iosue in^f Maceda, & ubi tunc erant castra, sani & integro numero.] Nullusque contra filios Israel mutire ausus est. Præcepitque Iosue, dicens: Aperite os speluncæ, & producite ad me quinque Reges qui in ea latitant. Eeceruntque ministri ut sibi fuerat imperatum, & adduxerunt ad eum quinque Reges de spelunca, Regem Ierusalem, Regem Hebron, Regem Ierimoth, Regem^g Lachis, Regem Eglon. Cùmque educti essent ad eum, vocavit omnes viros Israel, & ait ad⁷ principes exercitus] qui secum erant: Ite & ponite pedes super colla Regum istorum.^h Qui cum perrexissent, & subiectorum colla pedibus calcarent, rursùm ait ad eos: Nolite timere, nec paueatis, confortamini, & estote robusti. Sic enim faciet dominus cunctis hostibus vestris adversum quos dimicatis. Percussitque Iosue, & interfecit eos, atque suspendit super quinque stipites: fueruntque suspensi vsque ad vespertum. † Cùmque occumberet sol, præcepit⁸ sociis] ut deponerent eos de patibulis, qui depositos proiecerunt in speluncam, in qua latuerant, & posuerunt super os eius saxa ingentia, quæ permanet vsque in præsens. Eodem die Macedan quoque cepit Iosue, & percussit in ore gladij: Regemque illius interfecit, & omnes habitatores eius. Non dimisit in ea saltem parvas reliquias. Fecitque Regi Maceda, sicut fecerat Regi Iericho. Transiuit enim omnis Israel de Maceda inⁱ Lebna, & pugnabat contra eam: quam tradidit dominus cum Rege suo in manus Israel. † Percusseruntque urbem in ore gladij, & omnes habitatores eius. Non dimiserunt in ea vllas reliquias. Feceruntque Regi Lebna † sicut fecerant Regi Iericho. De Lebna transiuit in Lachis cum omni Israel, & exercitu per gyrum disposito oppugnabat eam, tradiditque dominus Lachis in manus filiorum Israel, & cepit eam die altero, atque percussit in ore gladij, omnemque animam quæ fuerat in ea, sicut fecerat Lebna. Eo tempore ascendit Horam Rex^k Gazer, ut auxiliaretur Lachis: quem percussit Iosue cum omni populo eius vsque ad internecionem. Transiuitque de Lachis in Eglon, & circumdedit atque expugnauit eam in eadem die, percussitque in ore gladij omnes animas quæ erant in ea, iuxta omnia quæ fecerat Lachis. Ascendit quoque cum omni Israel de Eglon in^l Ebron, & pugnauit contra eam, cepitque, & percussit in ore gladij. Regem quoque eius, & omnia oppida regionis illius, vniuersasque animas quæ in ea fuerant commorata. † Non reliquit in ea vllas reliquias. Sicut fecerat Eglon, sic fecit & Ebron: † cuncta quæ in ea reperit, consumens gladio.] Inde reuersus in Dabir, cepit eam, atque vastauit: Regem quoque eius atque omnia per circuitum oppida percussit in ore gladij. Non dimisit in ea vllas reliquias. Sicut fecerat Ebron & Lebna & Regibus earum, sic fecit Dabir & Regi illius. Percussit itaque Iosue omnem terram montanam & meridianam, atque campestem, & † Afedoth] cum Regibus suis. Non dimisit in ea vllas reliquias, sed omne quod spirare poterat interfecit, sicut præceperat ei dominus deus Israel, †^m à Cades Barne vsque ad Gazam. Omnem terram Gosen vsque Gabaon, vniuersosque Reges & regiones eorum vno impetu cepit atque vastauit. Dominus enim deus Israel pugnauit pro eo. Reuersusque est cum omni Israel ad locum castrorum in Galgala.

Expugnat Iehosua multos alios Reges & populos.

XI.



A Væ cum audisset Iabin Rex^a Assor, misit ad Iobab Regem Madon, & ad Regem Semerō, atque ad Regem Asaph, ad Reges quoque aquilonis, qui habitant in montanis, & in planitie contra meridiem Ceneroth, in campibus quoque & regionibus^b Dor iuxta mare: Chananaeum quoque ab oriente & occidente & Amorream, atque Hethæum, ac Pherezæum, & Iebuseum in montanis: Heueum quoque qui habitabat ad radices Hermon in terra Maspha. Egrediensque sunt omnes cum turmis suis, populus multus nimis, sicut harena quæ est in litore maris, equi quoque & currus immensæ multitudinis. Conueneruntque omnes Reges isti in vnum ad aquas^c Meron, ut pugnarent contra Israel. Dixitque dominus ad Iosue: Ne timeas eos: Cras enim hac eadem hora ego tradam omnes istos¹ vulnerandos] in conspectu Israel: equos eorum subneruabis, & currus igne combures.

f. Maceda procul ab Eleuthes, 8. miliaribus distat, contra Iosue otum via ad Gabaon, per Aialon, & Azecha. Vnde transtulit Iosue in Lebna, & de Lebna in Lachis.

g. Lachis autem ciuitas olim Amorræorum, in 7. miliario distans ab Eleuthes: quam Roboam cum plerisque aliis circumdedit muro, vt patet 2. Paralip. 11.

7. Præcipuus viros bellicosos. h. Vtinam dominus meus Iosue concedat mihi celerem spiritum fornicationis, & ceteris spiritibus iracundia, & furoris & auaritia, demonem & inconstantiam, & ceteris pedibus meis superbia spirituum: & cum Iosue, fecero, gesti operis summam non mihi, sed eruci eius appendere, secundum illud, Per quem mihi mundus crucifixus, & ego mundo. Glos. ordina. 8. Iosue.

i. Lebna, ciuitas erat Leuitarum in tribu Benjamin, de qua Iosue venit in Lachis. Est eiusdem nominis mæsis, 17. ab exitu de terra Aegypti, vt Nume. 33. patet.

k. Gazer, ciuitas in tribu Ioseph in 4. miliario à Nicopoli. A qua non expulerunt Chananaei inhabitantem.

l. Hebron, quæ & Chebron vel Ebron, ciuitas est capitalis fortis Iudæ. 22. miliaribus distans ab Hierosolymis, antiquissima vrbium Palestina, à Iosue Capseph sic dicta: quæ prius Carithar, hoc est, ciuitas quatuor. Quia ibi quatuor maximos patriarchas ferunt fuisse sepultos Adam, Abraham, Isaac, & Iacob.

9. Suppositusque eam anathemati, & eundem animam quæ erat in ea.

10. Conuallem.

* Percussit autem eos Iosue. m. Desertum est petra Arabiæ vbi vicinum, vbi Maria desinita est, ac Moyses seditione oborta petra percussit. Procopius ibidem.

a. Assor vel Hasor sita est in eodem sub Hermon monte ad occidentalem plagam Iordanis, veluti sequentes vrbes. b. Micaea Paula ruinas Dor vrbis quondam potentissimæ, & vetis vice Stratonis turrim ab Herode rege Iudææ in honorem Cæsaris Augusti, Cæsaris nuncupata, in qua Cornelij domum Christi vidit ecclesiæ, & Philippi adiculas & cubicula quatuor virginum prophetarum. Hier. in Epitaphio Paulæ.

c. Meron, lacus est Galilææ, ad quem prædicti reges castra metati sunt contra Iosue frustra pugnaturi. 1. Occisus.

† Deut. 21. d

† Sup. 61.

d. Porro Meron, vicus est Sabasta, ab ea ad duodecimum lapidem distans. Mandatur vero Iosue, ut eorum qui à sepe tritione vis infurereant equis nervos incidat. Nam lex, Non multiplicabis tibi equos, inquit. Cuius item comburatur quemadmodum Aegyptiorum sunt subuersi. Procopius ibid. 2. Vtique ad combustiones a quantum.

3. Caput fuerat omnium regnorum istorum.

* In ore gladij cuncta extenuantur.

4. Nullas autem vrbes que in munitione sua steterunt combussit Israel, præter solam Hazor, quæ Iosue igne cremavit.

* Donec extirparent eos, nec residuum fecerunt quicquam quod spirabat.

5. Campellia.

6. A monte diuisionis.

7. Ad planitiem Gad.

8. Quæ fecerit pacem cum filiis Israel.

e. Salua si potes propositionem reus, cum sola Gabaon se Israeli tradiderit, cæteras vero bellando cepit, ac etiam cum nec temporibus iudicium, nec temporibus Regum omnes omnino illarum septem gentium ciuitates capere potuerint Hebraei. Sed aut sic intelligendum est, quod ad nullam ciuitatem bello accessisset Iesus quam non cepissent certe nulla non capta est, scilicet earum que in regionibus supra commemoratis fuerit. Aug. q. 17. super Ios.

9. Exhiberent illis vitam misericordiam.

f. Accepit Iesus omnes in bello qui exierant ad bellum. Superior enim omnibus est Iesus quia per deum factum est ut confortaretur cor eorum & occurrerent contra Israel in prelium. Non dixit quod aliquos Iesus accepit & aliquos non, se cepit omnes species ciuitatis, quoniam de qualibet ciuitate quosdam accepit & percutit. Gloss. ordinaria ibidem.

10. Quæ respicit solitudinem.

11. Quæ respicit solitudinem.

12. Quæ respicit solitudinem.

13. Quæ respicit solitudinem.

14. Quæ respicit solitudinem.

15. Quæ respicit solitudinem.

¶ Venitque Iosue & omnis exercitus eius cum eo aduersus illos ad aquas Meron subito: & irruerunt super eos, tradiditque illos dominus in manus Israel. Qui percusserunt eos & persecuti sunt vsque ad Sidonem magnam, & aquas Masserephot, capumque Masphe, qui est ad orientalem illius partem. Itaque percussit omnes, ut nullas dimitteret ex eis reliquias. Fecitque sicut præceperat ei dominus: equos eorum subneruauit, currusque combussit igni. Reuersusque statim cepit Hasor, & Regem eius percussit gladio. Hasor enim antiquitas inter omnia regna hæc principatum tenebat. Percussitque omnes animas quæ ibidem morabantur. Non dimisit in ea villas reliquias, sed vsque ad internecionem vniuersa vastauit, ipsamque urbem peremit incendio, & omnes per circuitum ciuitates. Reges quoque earum cepit, percussit atque deleuit, sicut præceperat ei Moyses famulus domini. Absque urbibus quæ erant in collibus & in tumulis sitæ, cæteras succendit Israel, vnam tantum Hasor munitissimam flamma consumpsit. Omnemque prædam istarum urbium, ac iumenta diuiserunt sibi filij Israel, cunctis hominibus interfectis. Sicut præceperat dominus Moyse seruo suo, ita præcepit Moyses Iosue, & ille vniuersa compleuit. Non præterit de vniuersis mandatis, nec vnum quidem verbum quod iusserat dominus Moyse. Cepit itaque Iosue omnem terram montanam & meridianam, terramque Gosen, & planitiem, & occidentalem plagam, montemque Israel, & campellia eius, & partem montis quæ ascendit Seir vsque Baalgad per planitiem Libani subter montem Hermon: omnes Reges eorum cepit, percussit, & occidit. Multo tempore pugnavit Iosue contra Reges istos. Non fuit ciuitas quæ se non traderet filiis Israel, præter Heuæum qui habitabat in Gabaon. Omnes enim bellando cepit. Domini enim sententia fuerat, ut indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent, & non mererentur vllam clementiam, ac perirent, sicut præceperat dominus Moyse. In tempore illo venit Iosue, & interfecit Enachim de montanis Hebron, & Dabir, & Anab, & de omni monte Iuda & Israel, urbesque eorum deleuit. Non reliquit vllum de stirpe Enachim in terra filiorum Israel, absque ciuitatibus Gaza, & Geth, & Azoto, in quibus solis relictis sunt. Cepit ergo Iosue omnem terram, sicut locutus est dominus ad Moysen, & tradidit eam in possessionem filiis Israel secundum partes & tribus suas, quieuitque terra à præliis.

Reges à Iehosua percussi, & à filiis Israel in introitu suo.

XII.



I sunt Reges, quos percusserunt filij Israel, & possederunt terram eorum trans Iordanem ad solis ortum, à torrente Arnon vsque ad montem Hermon, & omnem orientalem plagam quæ respicit solitudinem. Seon Rex Amorrhæorum, qui habitauit in Efebon, dominatus est ab Aroer, quæ sita est super ripam torrentis Arnon, & mediæ partis in valle, dimidiæque Galaad vsque ad torrentem Ieboc, qui est terminus filiorum Ammon, & solitudine vsque ad mare Ceneroth contra orientem, & vsque ad mare deserti, quod est mare salissimum, ad orientalem plagam per viam quæ ducit Bethsimoth: & ab australi parte quæ subiacet Asedoth vsque Phasga, terminus Og Regis Basan, de reliquiis Raphaim, qui habitauit in Astaroth, & in Edrai, & dominatus est in monte Hermon, & in Salecha, atque in vniuersa Basan, vsque ad terminos Gessuri, & Machati, & dimidiæ partis Galaad, ad terminos Seon Regis Efebon. Moyses famulus domini, & filij Israel percusserunt eos, tradiditque terram eorum Moyses in possessionem Rubenitis, & Gadditis, & dimidiæ tribui Manassæ. Hi sunt Reges terre quos percussit Iosue & filij Israel trans Iordanem ad occidentalem plagam, Abalgad in campo Libani, vsque ad montem Libani: cuius pars ascendit in Seir. Tradiditque eam Iosue in possessionem tribubus Israel, singulis partes suas, tam in montanis, quam in planis atque campestribus. In Aseroth, & in solitudine ac in meridie Hethæus fuit & Amorrhæus, Chananæus, & Pherezæus, Heuæus, & Iebusæus, Rex Iericho vnus, Rex Hay quæ est ex latere Bethel, vnus, Rex Ierusalem, vnus, Rex Ebron, vnus,

a. Hermon mons est, alioqui Libanorum montium pars, limes septentrionalis terre Israeliticæ trans Iordanem. Hiero. ait Peneadi imminere, idque se ab Hebræis didicisse. Fuit quondam regionis Eugeorum, quorum terra Mascha dicebatur, quos eorum partem Manassæ tribui expulisset, dimidiam solum accepit. Ab interioribus torrentis.

2. Bethsimoth.

3. Subter scatebras collium.

b. Astaroth, ciuitas magna est in terra Hus domus ipsius Iob, qui genere Syrus, teste Hiero. non Idumæus fuit. Qui stirpem duxit à Nachor fratre Abraham, dum habitaret in Haram.

c. Hæc ponitur epilogus regum quos percussit Iosue, antequam Israelitis diuideret terram. De Lyra.

4. Citerà.

5. A planitie Gad.

6. Diuisionis, qui.

d. Seir, pronuncia in montibus sita, Iudæam ab Arabia Petraea diuisens. Hæc olim Horreæ habitauerunt, quibus pulsus Efan qui à Edom possedit, quam à nomine suo appellauit. De quo & huius genealogia & possessione habetur Genes. 36.

7. Declini loco.

† Deut. 7. a

† Exod. 14. b
Deut. 7. a

Pal. 13. a

vnus, ⁶Rex Ierimoth vnus, Rex Lachis vnus, Rex Eglon vnus, Rex Gazer vnus, Rex Dabir vnus, Rex Gader vnus, Rex Herma vnus, Rex Hereth vnus, Rex Lebna vnus, Rex Odollam vnus, Rex Maceda vnus, Rex Bethel vnus, Rex Taphua vnus, Rex Ofer vnus, Rex Affec vnus, Rex Saron vnus, Rex Madan vnus, Rex Assor vnus, Rex Semeron vnus, Rex Acfaph vnus, Rex Thanaac vnus, Rex Maggeddo vnus, Rex Ceddes vnus, Rex Iechanani Carmeli vnus, Rex Dor ⁸ & prouincia] Dor vnus, Rex gentium Galgal vnus, Rex Therfa vnus. Omnes Reges triginta vnus.

Iosue terram Chanāan iubet diuidere Israelitis, assignatis primo partibus Ruben, Gad, & dimidia tribui Manassæ trans Iordanem.

XIII.

Iosue verò senex proeclatæ que ætatis erat,] & dixit dominus ad eum: ¹ Senuisti & longæuius es ^{*}, terraque latissima derelicta est, quæ necdum forte diuisa est, ² & omnis videlicet Galilæa,] Philistiim, & vniuersa Gessuri, à fluuio ³ turbido] qui irrigat Ægyptum, vsque ad terminos Accaron contra aquilonem, ⁴ terra Chanāan] quæ in quinque regulos Philistiim diuiditur, Gazas, & Azotios, Acalonitas, Gethaos, & Accaronitas. ^{*} Ad meridiem verò sunt Heuehi,] omnis terra Chanāan, & Maara Sidoniorum, vsque Apheca, & terminos Amorraï, ⁶ cuiusque confinia:] Libani quoque regio contra orientem ⁷ Abaalgad] sub monte Hermon, donec ingrediaris Hemath: omnium qui habitabant in monte à Libano, vsque ad ⁸ aquas, Messerephot,] vniuersique Sidonij. Ego sum qui delebo eos à facie filiorum Israel. ⁹ Veniat ergo in partem hereditatis Israel,] sicut præcepi tibi. Et nunc diuide terram in possessionem nouem tribubus, & dimidiæ tribui Manassæ: ¹⁰ cum qua Ruben & Gad ¹⁰ possederunt terram] [†] quam tradidit eis Moyses famulus domini trans fluuenta Iordanis ad orientalem plagam, ab Aroer quæ sita est in ripa torrentis Arnon, & ¹¹ in vallis medio,] vniuersaque campestria Medaba, vsque Dibon: & cunctas ciuitates Seon Regis Amorraï, qui regnauit in ^b Efebon vsque ad terminos filiorum Ammon: & Galaad, ad terminum Gessuri & Machati, & omnem montem Hermon, & vniuersam Basan vsque Salecha, omne regnum Og in Basan, qui regnauit in Astaroth, & Edrai, ipse fuit de reliquijs Raphaim: percussitque eos Moyses, atque deletuit. Nolueruntque disperdere filij Israel Gessuri & Machati: & habitauerunt in medio Israel vsque in præsentem diem ^c. [†] Tribui autem Leui non dedit possessionem: sed sacrificia, & victimæ domini dei Israel, ipsa est eius hereditas, sicut locutus est illi. Dedit ergo Moyses possessionem tribui ^d Ruben iuxta cognationes suas. [†] Fuitque terminus eorum ab Aroer, quæ sita est in ripa torrentis Arnon, & ¹² in valle eiusdem torrentis media:] vniuersam planitiem, quæ ducit Medaba, & Efebon, cunctosque viculos earum, qui sunt in campestribus. Dibon quoque, & ¹³ Bamothbaal,] & oppidum Baalmaon, & Gessa, & Cedi-moth, & Mephath & Cariathaim, & Sabama, & Sarathafar, in monte conuallis Bethpogor, & ¹⁴ Asebothphasga,] & Bethiesimoth, omnes vrbes campestris, vniuersaque regna Seon Regis Amorraï, qui regnauit in Esobon, [†] quem percussit Moyses cum principibus Madian: Heuæum, & Recen, & Sur, & Vr, & Rebee duces Seon, habitatores terræ: & ^d Balaam filium Beor ariolum occiderunt filij Israel gladio, cum cæteris interfectis: factusque est terminus filiorum Ruben Iordanis fluuius. Hæc est possessio Rubentinarum per cognationes suas vrbium & viculorum. Deditque Moyses tribui Gad & filiis eius per cognationes suas possessionem, cuius hæc diuisio est: Terminus Gazer, & omnes ciuitates Galaad, & dimidiam partem terræ ^d filiorum Ammon: vsque ad Aroer, quæ est contra Rabba: [†] & ab Efebon vsque Ramoth, Masphe & Bethonim: & à ¹⁵ Manain] vsque ad terminos Dabir. In valle quoque Betharan, & Bethnemra, & Soccoth, & Saphon, reliquam partem regni Seon Regis Efebon. Huius quoque finis Iordanis est, vsque ad extremam partem maris ^e Cenereth trans Iordanem ad orientalem plagam. Hæc est possessio filiorum Gad per

e. Cognominantur ane hie offa reges, vniuersique à ciuitate regni sui principali: & ciuitatibus illis principalibus erat adiunctæ aliqua vrbes & villæ regi principalis vrbs subiectæ: & vt videtur ex textu alia postea nominantur hie, non secundum ordinem dignitatis, sed potius secundum ordinem peractio-nis à filiis Israel. Dionii. Canus. 8. De regione.

2. Senuit, & venit in dies.
3. In scriptura non simpliciter legunt seniores nuncupantur: verum qui ob prudentiam honore digni sunt, vti que celesti. Quia propter nec Adam, nec Mathusala, nec Noe quidem seniores dixit, quos maxime conueniebat. Verum longævum Abrahamaum primam appellavit seniore. Ad Moysen etiam potest inquit Dominus: Delige tibi ex cuncto populo seniores quos tu ipse vocas, seniores esse compertum habes. Procopius libidem.

4. Hæc autem rescripta est terra.

5. Omnes prouincie.

6. Nil.

7. Hæc ad Chanāan cõputatur.

8. Hæc Anas.

9. Spelunca quæ est iuxta Sidonios.

10. Sed & terra Gibleorum.

11. A planitie Gad.

12. Combustiones aquarum.

13. Tantum fortassis cum Itra litis in hereditatem.

14. Accepit hereditate sua.

15. A ciuitate quæ est in medio torrentis.

16. Iosue vel Efebon ciuitas est trans Iordanem ab eodem 20. miliaribus distans secundum Biam. in montibus quos respicit Iericho. nunc tribus Rubenitice, & separata Leuitis, limitum septentrionale eius finit, vnde Gaditis quandoque connumeratur: sed Rubeni caput dicitur, quæ restituitur cellatur Moyses. Nume. 32.

17. Leuitis autem neque Moyses dedit hereditatem, nec Iosue: quia ipse deus est hereditas eorum. Hi sunt forte qui in ecclesia virtute animi & meritorum gratia alios precedunt. Hi sunt forte qui in populo saluandorum sapientia & scientia operam tribuunt, & mentem suam puram custodiunt, & omnibus præclaris virtutibus excolunt, & simplices docent quemodo veniant ad salutem. Horum hereditas ipse Dominus est qui est sapientia quam præceperit omnibus dilexerit. Glof. ordinaria.

18. A ciuitate quæ est in medio torrentis.

19. Excella Baal.

20. Scatebras collium.

21. Balaam de quo nume. 22. & sequen. licet de alia regione esset, tamen pro assequendo sibi promisso non desitit sequi Balaam filium Sephor, & dare consilium illi quibus infidus & astutia deciperet filios Israel. Vnde Nume. 31. inuentus est occisus inter Madianitas.

22. Mahendim.

23. Cenereth vel Cenereth aut Cenezareth & mare Galilææ, lacus est ad Carmeli radices, quæ Iordanis præterfluit: habens in longitudine 128. stadia in latitudine vero 28. auctore Plinio. In sacra scriptura & præcipue in nouo testamento plurimum celebratus: & multis vrbibus præclaris circumseptus, Capharnaos, Tyberiadæ, Bethsaida, Bethan, Gadara, & plerisque alijs.

f. Ex quo videtur quod ultra principale regnum Og regis, ipse adhuc vi prælij obtinuerat aliqua regna minoræ, vel regna dicuntur partes diuersæ regni. Interdum etiam ponitur plurale pro singulari, sicut & eorum in descriptione quoque hereditatis collatae tribui Gad inter alia dicitur, quod Moyſes dedit eis dimidiam partem terræ illius Ammon Dionif. Carriſia. Ibid.

familias ſuas, & ciuitates & villæ earum. ^f Deditque dimidiæ tribui Manaffæ filiisque eius iuxta cognationes ſuas poſſeſſionem, cuius hoc principium eſt: A Mahenáim vniuerſam Baſan, & cuncta regna Og Regis Baſan, omneſque vicus Iair, qui ſunt in Baſan, ſexaginta oppida: & dimidiam partem Galaad, & Aſtaroth, & Edrai vrbes regni Og in Baſan: filiis Machir, filij Manaffæ dimidiæ parti filiorum Machir, iuxta cognationes ſuas. [†] Hanc poſſeſſionem diuiſit Moyſes in caſteſtribus Moab trans Iordanem contra Iericho ad orientalem plagam. Tribui autem Leui non dedit poſſeſſionem, quoniam dominus deus Iſrael ipſe eſt poſſeſſio eius, vt locutus eſt illi.

† Num. 18.

Caleb accipit Hebron ſibi promiſſam in hereditatem.

XIIII.



Hoc eſt quod poſſederunt filij Iſrael in terra Chanáan, quam dederunt eis Eleazar ſacerdos, & Ioſue filius Nun, & Principes familiarum per tribus Iſrael: ^a ſorte omnia diuidentes, [†] ſicut præceperat dominus in manu Moyſi, nouem tribubus, & dimidiæ tribui. Duabus enim tribubus, & dimidiæ dederat Moyſes trans Iordanem poſſeſſionem abſque Leuitis, qui nihil terræ acceperunt inter fratres ſuos: ſed in eorum ſucceſſerant locum filij Ioſeph, in duas diuiſi tribus, Manaffe & Ephráim. Nec acceperunt Leuitæ aliam in terra partem, niſi vrbes ad habitandum, & ſuburbana earum ad alenda iumenta & pecora ſua. ^b Sicut præceperat dominus Moyſi, ita fecerunt filij Iſrael, & diuiſerunt terram. ^b Acceſſerunt itaque filij Iuda ad Ioſue in Galgala, locutusque eſt ad eum Caleph filius Iephone Ceuzæus. [†] Noſti quid locutus ſit dominus ad Moyſen hominẽ dei de me & te in Cades Barne. ^c Quadraginta annorum eram: quando miſit me Moyſes famulus domini de Cades Barne, vt conſiderarem terram: nunciauique ei quod mihi verum videbatur. ^d Fratres autem mei qui aſcenderant mecum, diſſoluerunt cor populi, & nihilominus ego ſecutus ſum dominum deum meum. ^e [†] Iurauitque Moyſes in die illo, dicens: Terra quam calcavit pes tuus erit poſſeſſio tua, & filiorum tuorum in æternum, quia ſecutus eſ dominum deum tuum. Conceſſit ergo dominus vitam mihi, ſicut pollicitus eſt, vſque in præſentem diem. Quadraginta & quinque anni ſunt ex quo locutus eſt dominus verbum iſtud ad Moyſen quando ambulabat Iſrael per ſolitudinem: hodie octogintaquinque annorũ ſum ſic valens, vt eo valebã tempore, quando ad explorandum miſſus ſum: ^f illius in me temporis fortitudo vſque hodie perſeuerat, tam ad bellandum quàm ad gradiendum. ^g [†] Da ergo mihi monte iſtum, quem pollicitus eſt dominus te quoque audiente, in quo Enachim ſunt, & vrbes magnæ atque munitæ: ^h ſorte ſit dominus mecum, & potuero delere eos: ſicut promiſit mihi. Benedixitque ei Ioſue, & tradidit ei Hebron in poſſeſſionem, atque ex eo fuit Hebron Caleph filio Iephone Genezæo vſque in præſentem diem: quia ſecutus eſt dominum deum Iſrael. Nomen Hebron, antea vocabatur Cariatharbe. ⁱ Adam maximus ibi inter Enachim ſitus eſt, & terra ceſſauit à præliis.

Ioseph. 4.

† Num. 34. d. Num. 32. d. Recurrit.

† Num. 14. d.

† Sup. 4. b. Eccle. 4. 6. b.

Anni ante Christum. 2464. Anni mundi. 2498. † Hebr. 4. 6. b.

† 1. q. 2. c. Hebron. † 1. Mach. 1. f.

a. Cleros Græcè ſors dicitur, & ſortes ex prouisione dei partes hereditatis vocantur, quæ populo ſunt diſtribute, vnde tribus Leui præcepta eſt non habere ſortem inter fratres ſuos, quod ex eorum decimis ſufficere ſentur. Aug. p. ſal. 67. Nam & Moyſes Leuitis non diuiſit terram, quoniam non erat terrenus ſed ſuperior incolatus: ſed iis ſine labore terreno ſacri ſtipendia miniſteriſ deputauit. Amb. Ad virgines exhortatio. b. Hæc eſt pars incidentalis in qua interponitur petitiõ Caleph, cui Moyſes ſpeciali promiſerat Ebron. Et idcirco videtur quod agebatur de terræ diuiſione ſecit inuentiõ de promiſſione ſibi facta, ne terra ſibi promiſſa alteri concederetur. De Lyra. c. Ex his colligitur Iosue 7. annis terram Chanáan ſubiugaſſe. Ni Caleph cum cæteris exploratoribus miſſus eſt. 2. anno deſerta peruagati ſunt. Cũ vero miſi ſunt explorantes, Caleph erat. 40. annorum inuenero in diſtributione eſt 85. annorum. Et in hoc anno ſepimo, qui eſt ab ortu Iſaac 450. annis, in qua diuus Paulus terram Iudæis dicit fuiſſe diuiſã. Acto. 13. c. d. Rem iſtam ſicut fuit in corde meo. e. Et qualis eſt ſuit fortitudo mea, talis nunc eſt robur meum, ſine eum egredior ad bellum, ſine eum regredior. f. Nihil humile, nihil deiectum ſanctus iſte requirit, ſed montẽ excelſum in quo ſunt ciuitates magnæ & munitæ, quia ciuitates munitæ occupat ſapiens, & deſtruit munitiones in quibus conſidunt impij. Gloſ. ordin. g. e. Siquidem Arba fuit homo magnus. (Adam enim commune eſt hic, & non proprium.

Sors tribus Iudæ, ciuitates & villa earum.

XV.



Igitur ſors filiorum Iudæ per cognationes ſuas iſta fuit: ¹ à termino Ædom vſque ad deſertum Zin contra meridiem, & vſque ad extremam partem australis plagæ. ² Inſtitium eius à ſummitate maris ſaliſſimi, & à lingua eius ³ quæ reſpicit meridiem, egrediturque contra aſcenſum ſcorpionis, & pertranſit in ⁴ Syna: ⁵ aſcenditque ⁶ in Cades Barne, & peruenit in Eſrom, aſcendens ad Addar, ⁷ & circuiens ⁸ Cariathaa, ⁹ atque inde pertranſiens in Aſemona, & perueniens ad torrentem Ægypti: eruntque termini eius mare magnum. Hic erit finis meridianæ plagæ. Ab oriente vero erit inſtitium mare ſaliſſimum vſque ad extrema Iordanis: & ea quæ reſpiciunt ad aquilonem à lingua maris vſque ad eundem Iordanis fluuium: ¹⁰ aſcenditque terminus in ¹¹ Bethagla, & tranſit ab aquilone in Betharaba, aſcendens ad lapidem Boem filij Ruben: & tendens vſque ad terminos

Ioseph. 5. † Num. 34. d.

1. Verſus terminum Ædon deſerti Zin ad meridiem, ab extremitate australi. 2. Petra, & infra. 3. Zin. 4. A meridie. 5. Carca. 6. Bethagla ciuitas eſt inter lacum Alphatidem & Iericho procul ab ea tribus milibꝫ paſſ. Sic dicta quod filij Iacob reducentes ab Ægypto corpus eius, ibidem eum deplorauerunt, quæ prius Arca & Aræ dicebatur.

minos ¹ Debera] de valle Achor, contra aquilonem respiciens Galgala, quæ est ex aduerso ascensionis Adommim, ab australi parte torrentis, transitque aquas quæ vocantur fons solis, & erunt exitus eius ad fontem Rogel, ascenditque per conuallem filij ^b Ennon ex latere Iebusæi ad meridiem, hæc est Ierusalem, & inde se erigens ad verticem montis qui est contra Iehennon ad occidentem in summitate vallis Raphaim contra aquilonem: pertransitque ad vertice montis vsque ad fontem aquæ Nephthoath, & peruenit vsque ad vicos montis Ephron inclinaturque in Bala, quæ est ^c Cariathiarim, & id est vrbs syluarum:] & circuit de Bala contra occidentem vsque ad montem Seir, transitque iuxta latus montis Iarim ad aquilonem in Cheslon, & descendit in Bethlames, transitque in Thamna, & peruenit contra aquilonem partibus Accaron ex latere, inclinaturque Secrona & transit montem Bala: peruenitque in Gebneel, & magni maris contra occidentem sine concluditur*. Hi sunt termini filiorum Iuda per circuitum in cognationibus suis. Caleph verò filio Iephone dedit partem in medio filiorum Iuda, sicut præceperat ei dominus, Cariatharbe patris Enach, ipsa est Hebron: ^d deleuitque ex ea Caleph tres filios Enach, Sefai, & Hayman, & Tholmai, de stirpe Enach: atque inde descendens venit ad habitatores ^d Dabir, quæ prius vocabatur Cariathsepher, & id est ciuitas literarum.] Dixitque Caleph. Qui percusserit Cariathsepher, & ceperit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem. ^e Cepitque eam Othoniel filius Cenez ^f frater] Caleph & iunior,] deditque ei Axam filiam vxorem. Qui cum pergerent simul, suavit ei vir eius vt peteret à patre suo agrum, suspirauitque vt ^g sedebat in asino.] Cui Caleph: quid habes, inquit? At illa respondit: Da mihi benedictionem. Terram australem & arentem] dedisti mihi, ^h iunge & irriguam.] Dedit itaque ei Caleph irriguam superius & inferius. Hæc est possessio tribus filiorum Iuda per cognationes suas: erantque ⁱ ciuitates ab extremis partibus filiorum Iuda iuxta terminos Aedom à meridie: Cabseel, & Eder, & Iagur, & Cina, & Dimona, & Adada, & Cedes, & Afor, & Iethnan, Ziph, & Telem, & Baloth, ¹⁰ Afor noba,] & Carioth, Iefrom, hæc est Affor, Amam, Sama, & Molada, & Afergadda, & Affemoth, ¹¹ & Bethseleth, & Aferfual, & Bersabece, & Baziothia, & Abala, & Humezem, & Heltholad, & Exul, & Zarna, & Sicelech, & Medemena, & Senfenna, Iebaath, & Selim, & Ahemremmon: ¹² omnes ciuitates viginti nouem, & villæ earum. In campestribus verò, ¹³ Estaol, & Sarea, & Afena, & Azone, & Engannin, & Taphua, & Enaym, & Ierimoth, & Adulan, Socho, & Azecha, & Sarim, & Adithaym & Geder, & Giderothaym, vrbes quatuordecim & villæ earum. Sanah, & Adasa, & Magdalgad, Delean, & Mafepha, & Iestel, Lachis, & Baschad, & Eglon, Tebbon, & Leemas, & Cethis, & Gideroth, & Bethdagon, & Neama, & Maceda: ciuitates sedecim & villæ earum. ¹⁴ Labana, & Ether, & Asan, Iepta, & Efna, & Nesib, & Ceyla, & Ahezib, & Marefa: ciuitates nouem & villæ earum. ¹⁵ Accaron cum vicis & villulis suis Ab Accaron vsque ad mare omnia quæ vergunt ad Azotum & viculos eius. Azotus cum vicis & villulis suis. Gaza cum vicis & villulis suis vsque ad torrentem Ægypti, & mare magnū terminus eius, & in monte Samir, & Iether, & Socchoth, & Edenna, Cariathfenna, hæc est ¹⁶ Dabir, Anab, & Hithemo, & Anym, Gosen, & Olon, & Gylo: ciuitates vndecim & villæ earum. Arab, & Roma, & Esaan, & Ianum, & Bethafua, & Afeca, Athmata, & Cariatharbe, hæc est Ebron, & Sior: ciuitates nouem & villæ earum. ¹⁷ Maon, & Charmel, & Ziph, & Loche, Iezrael, & Iucadam, & Zanoë, & Accaym, Gabaa, & Thamna: ciuitates decem & villæ earum. Alul, & Bethfor, & Iedor, Mareth, & Betanoth, & Helthecen: ciuitates sex & villæ earum. ¹⁸ Cariathbaal, hæc est Cariath Iarim vrbs Syluarum, & Arebba, ciuitates duæ & villæ earum. In deserto, Betharaba, Meddyn, & Sachaca, & Nebsam, ciuitates salis & Engaddi: ciuitates sex & villæ earum. Fiunt simul ceterum quindecim. Iebusæum autem habitatorem Ierusalem non potuerunt filij Iuda delere, habitauitque Iebusæus cum filiis Iuda in Ierusalem vsque in præsentem diem.

5. Dabit.

b. Ennon vallis est ad radices montis Morie in suburbio Ierosolymitano, olim consecrata idolo Moloch aëro. Cuius facies vituli, ceteræ partes hominis, porrectis manibus ad pueros recipiendos paratis. Quod etiam dicitur est Tophech postlandion Gehennon, & Gehenna, inde ortum ferunt nomen Gehennæ pro inferni summo supplicio impostum.

c. Cariathia ista est in termino boreali tribus Iuda, confinio Benjamin & Dan tribuum, passibus mille ab Ierosolyma sitibus Liddan, vt habet Ieronymus. Huius ciuis cum Gabonitis sub quatuordecim annis imperio, vitam quadam arte dolosa imminente periculo exemerunt. Mancipia tamen facti Ierusalem perpetua temporis Iosue.

* Terminus verò occidentalis fuit mare magnū.

d. Dabir, quæ & Debir, Cariathfenna, & Cariathsepher, olim vniuersitas Palastina, vniuersitas sonat, ciuitas sacerdotalis, in termino septentrionali fortis Iuda post vallem Achor, Hebron ad ortum in boream declinat. Est & alia eiusdem nominis quoddam Amoraeorum nunc autem fortis Gad trans Iordanem, non procul ab eo distans, vt ait Hier. in Epist. phio Paula.

7. Fratris.

8. Delapsa ab asino.

9. Dabit mihi fontes aquarū.

e. Numeravit itaque Iosue ciuitates quæ limites erant & termini hereditatis Iuda, & non multas quæ multo plures erant.

10. Hazor, Helathia.

f. Quia secundum rei veritatem remanserunt & non plures filii Iuda. Aliæ autem quæ sunt ultra istum numerum assignauerunt tribui Simeon post ea, propter quod aliquæ hic enumerata, postea enumerantur in forte Simeon.

g. Ithaol duplex, altera in tribu Dan, in 10. militia ab Eleqzeropolis, in 4. militia Ierimoth, inter Azotum & Asealonem patria Samsonis, de qua iudic. 13. d. & 16. d. & infra 19. c. Hieronymo villula nunc. Afer dicta. Altera est in tribu Iuda, de qua Hieronymus inter cetera.

h. Accaron ex principibus Philistinorum oppidorum vltimū, inter Gath, & Azotū non procul à mari. Caesarem autē Stratonis Hier. vocat Accaron, nec puratur tamē eadem esse eūm ista.

i. Ciuitas est sacerdotalis in termino septentrionali fortis Iuda, post vallem Achor, Hebron, ad ortum in boream declinat. Est & eiusdem nominis alia quondam Amoraeorum, nunc in funiculo Gad, non procul vt ait Hieronymus, à Iordane in limite eius septentrionali. Superior quæ Iuda est Cariathsepher, hæc est ciuitas literarū.

k. Cariathbaal, quæ & Cariath Iarim, Baalpharaim, Baal, & Bala, & Pharam, iuxta Hebron dicitur ciuitas syluarū: ista est in monte boreali tribus Iuda mille passibus Ierosolyma constituit Liddan, vt habet Hier. vbi supra.

Sors Ephraim, vrbes & viculi earum.

XVI.

1. Vsq̄e ad aquas Iericho ad orientem & ad desertum quod



Ecidit quoque sors filiorum Ioseph ab Iordane contra Iericho, ¹ & ad aquas eius, ab oriente: solitudo quæ] ascendit de Iericho ad montem Bethel: & egreditur de Bethel Luzam: transitque terminum Archiatharoth,] & descendit ad occidentem iuxta terminum Iesleti, vsque ad terminos Berthorron inferioris & ² Gazer: ³ finiunturque regiones eius mari magno: possederuntque filij Ioseph Manasses & Ephraim. Et factus est terminus filiorum Ephraim per cognationes suas: & possessio eorum contra orientem Atharoth, Addar, vsque Bethorron superiorem: egrediunturque confinia in mare, Machmetath verò aquilonem respicit, & circuit terminos contra orientem in Thanatselo, & ³ pertransit ab oriente Ianoe. ⁴ Descenditque de Ianoe in Atharoth & Noaratha: & peruenit in Iericho: egrediturque ad Iordanem de Taphúa, pertransitque contra mare in vallem harundineti,] suntque egressus eius in mare salissimum. ⁵ Hæc est possessio tribus filiorum Ephraim per familias suas, vrbesque separatæ sunt filiis Ephraim in medio possessionis filiorum Manassæ & villæ earum, & non interfecerunt filij Ephraim Chananæum qui habitabat in Gazer: habitauitque Chananæus in medio Ephraim vsque in diem hanc tributarius.

2. Sciendū quod Bethel & Luz prius duæ erant ciuitates, postea autem vnica, quia propinqua & parua erat ita quod in particulari reuocabant sibi nomina propria, & ita egressus erat de vna parietem aliam De Lyra.

2. Archi in Atharoth.

* Vique ad.

b. Gazer quam Hier. Gazaram, alij Gazaram dicunt. 4. milia. à Nitopoli distans: inter quam & Iordanem sors Ephraim sita est, ex qua non expulserit Chananæum, ipsim tamen tributarium constituerunt.

3. Hinc transit ad orientem in Ianoe.

c. Taphus, quæ & Tapua, ciuitas est sors Ephraim cuius torra includuntur in medio sortis Manassæ.

4. Ad torrentem Cana.

d. Quis enim quælibet tribus habuit propriam partem & torrentem, tamen interdū vrbes quædam vnus tribus quantum ad aliquem situm interlocata erant infra terminos alterius sortis quæ & linea per quam fiebat terra sortiumque diuisio, non potest semper prorsus in dirigidum, sed interdū hinc inde fluctebatur propter interposita loca impertransibilia. Dionis. Carthusianus. Ibid.

1. Basan Regnum Og Regis, quem occidit Moyser: de quo Deut. 1. b. 60. continet vrbes, exstulitque vsque ad terminum Gesiri, & Machati, per Hermon montem, terminus à Refiduo Raphim, qui habitabat in Atharoth, & Edrehi, & in monte Hermon & Salhad. Et sors in sortem filiorum Manassæ.

b. Ex quo patet quod istæ filie habuerunt hereditatem in terra promissionis: quia terram noliā quæ fuit acquisita ante transitum Iordanis dedit eis Moyser in vita sua, vt habetur Num. 32. De Lyra. Ibid.

c. Affer, quæ & Afer, ciuitas est sortis Manassæ & terminus eius in 14. lapide à Neapoli euntes in Seytopolis: eiusdem nominis est quedam vallis in Galilea.

1. Ad torrentem Cana versus meridiem ad torrentem.

d. Quod est in aquilonari parte torrentis pertinet ad possessionem Manassæ: quia possessio Ephraim fuit propinquior possessioni Iudæ: & fors Iudæ fuit in parte australi terre promissionis. De Lyra.

2. Ad hunc torrentem.

e. Bethsan ciuitas est Palæstina iuxta mare Galilee, in eā quoque vocant magnum, diuisio Ephraim à Manasse. Inde dicta est Seytopolis, quia à Seythis instaurata est & habitata. Ibidem Philistæi capta Saulis & filiorum suorum suspenderunt. Reg. vltimo.

3. Tres regiones.

f. Hæc iam contra præceptum fiebant, & adhuc vivebat Ielus Nauei sed dux illorum in illis preliis iam presens non erat. Aug. ibid. q. 10.

* Hactenus.

4. Si. Sufficit nobis mons iste, sed & cæuis ferri sunt apud eos Chananæos habitantes in terra conuallium, & apud incolas Bethsan.

Medie tribui Manassæ, & filiabus Sulphad, sortes assignantur.

XVII.



Ecidit autem sors tribui Manassæ, (ipse enim est primogenitus Ioseph) Machir primogenito Manassæ patri Galaad, qui fuit vir pugnator, habuitque possessionem Galaad & ¹ Basan: ² & reliquis filiorum Manassæ iuxta familias suas, filiis Abiézer, & filiis Helech, & filiis Hefrihel, & filiis Sichen, & filiis Ephher, & filiis Semida. Isti sunt filij Manassæ filij Ioseph, mares per cognationes suas. ³ Salphaat verò filio Ephher, filij Galaad, filij Machir, filij Manassæ non erant filij, sed solæ filiae: quarum ista sunt nomina Mahala, & Noha, & Egla, & Melcha, & Thersa. ⁴ Veneruntque in conspectu Eleazari sacerdotis, & Iosue filij Nun, & principum, dicentes: dominus præcepit per manum Moyse, vt daretur nobis possessio in medio fratrum nostrorum. ⁵ Deditque eis iuxta imperium domini possessionem in medio fratrum patris earum: & ceciderunt funiculi Manassæ decem, absque terra Galaad, & Basan trans Iordanem. Filiae enim Manassæ possederunt hereditatem in medio filiorum eius. Terra autem Galaad cecidit in sortem filiorum Manassæ, qui reliqui erant. Fuitque terminus Manassæ ab ⁶ Affer Machmata, quæ respicit Sichen, & egreditur ad dexteram iuxta habitatores fontis Thaphúa. Etenim in sorte Manassæ ceciderat terra Thaphúa, quæ est iuxta terminos Manassæ filiorum Ephraim. Descenditque terminus ⁷ vallis harundineti] in meridiem torrentis] ciuitatum Ephraim, quæ in medio sunt vrbiū Manassæ: ⁸ Terminus Manassæ ab aquilone ⁹ torrentis,] & exitus eius pergit ad mare: ¹⁰ ita vt possessio Ephraim sit ab austro, & ab aquilone Manassæ & vtrunque claudat mare, & coniungantur sibi in tribu Affer ab aquilone, & in tribu Isachar ab oriente. Fuitque hereditas Manassæ in Isachar & in Affer, ¹¹ Bethsan & viculi eius, & Iebblaam cum viculis suis, & habitatores Dor cum oppidis suis, habitatores quoque Endor cum viculis suis: similiterque habitatores Thennac cum viculis suis, & habitatores Mageddo cum viculis suis, ¹² & tertia pars vrbis Nophec. Nec potuerunt filij Manassæ has ciuitates subuertere, sed cœpit Chananæus, habitare in terra sua. Postquam autem conualuerunt filij Israel, subiecerunt Chananæos, ¹³ & fecerunt sibi tributarios, nec interfecerunt eos. Locuti que sunt filij Ioseph ad Iosue, & dixerunt: Quare dedisti mihi terram in possessionem sortis & funiculi vnus, cum sim tantæ multitudinis, & ¹⁴ benedixerit mihi dominus? Ad quos Iosue ait: ¹⁵ Si populus multus es, ascende in sylvam, & succide tibi spatia in terra Pherazai, & Raphaim: ¹⁶ quia] angusta est tibi possessio montis Ephraim. Cui responderunt filij Ioseph. Non poterimus ad montana conscendere, cum ferreis curribus vtantur Chananæi qui habitant in terra campestri, in qua sitæ sunt Bethsan] cum viculis

A Ios. 17.

A Ios. 17.

† Num. 26.

† Num. 27.

16. a.

Num. 27.

16. a.

B

c

D

culis suis, & Iezrael mediam possidens vallem. Dixitque Iosue ad domum Ioseph & Ephraim & Manassæ: Populus multus es, & magnæ fortitudinis, nō habebis fortem vnā, sed transibis ad montem, & succides tibi, atque purgabis ad habitandum spacia: & poteris vltra procedere cum subuerteris Chananæum, quem dicis ferreos habere currus, & esse fortissimum:

g. Angustia fortis tibi contenta non est contentus, sed dilata & amplia eam per modum prædium. Quidam tamen exponit sic, quod Iosue dedit eis licentiam dilatandi terminos suos extra fines terre promissæ. Dionis. Carthusia.

Sors Benjamin cum vicibus & viculis earum.

XVIII.

Jos. 57.
An. ante Chel-
sum. 1460.
Anni mundi
3302.

Congregatique sunt omnes filij Israel in ^a Sylo, ibique fixerunt tabernaculum testimonij, & fuit ^b eis terra subiecta.] Remanserant autem filiorum Israel septem tribus, quæ necdum acceperant possessiones suas: Ad quos Iosue ait: Vsq̄uequo ^c marcetis ignauia,] & non intratis ad possidendam terram, quam dominus deus patrum vestrorum dedit vobis? ^d Eligite] de singulis tribubus ternos viros, vt mittam eos & pergant, atque circumeant terram, & describant eam iuxta ^e numerum vniuscuiusque multitudinis.] referantque ad me quod descriperint. Diuidite vobis terram] in septem partes: Iudas sit in terminis suis ab australi plaga, & domus Ioseph ab aquilone. ^f mediam inter hos terram in septem partes describite: & huc venietis] ad me, vt coram domino deo vestro mittam vobis hic sortem: quia non est inter vos pars ^g Leuitarum, sed sacerdotium domini est eorum hæreditas. ^h Gad autem & Ruben, & dimidia tribus Manassæ iam acceperant possessiones suas trans Iordanem ad orientalem plagam, quas dedit eis Moyses famulus domini. Cùmque surrexissent viri vt pergerent ad describendam terram, præcepit eis Iosue, dicens: Circuite terram & describite eam, ac reuertimini ad me, vt hic coram domino deo vestro in Sylo mittam vobis fortem. Itaque perrexerunt, & lustrantes ⁱ eam in septem partes diuiserunt, scribentes in volumine, reuersique sunt ad Iosue in castra Sylo. Qui misit sortes coram domino in Sylo, diuisitque terram filiis Israel in septem partes. Et ascendit fors prima filiorum Benjamin per familias suas, vt possiderent terram inter filios Iuda & filios Ioseph. Fuitque terminus eorum contra aquilonem à Iordane, pergens iuxta latus Iericho septentrionalis plagæ, & inde contra occidentem ad montana conscendens, & perueniens ad solitudinem Bethauen, atque pertransiens iuxta Luzam ad meridiem, ipsa est ^k Bethel: descenditque in Atharoth Addar, in montem qui est ad meridiem, Bethoron inferioris: & inclinatur circumiens contra mare ad meridiem montis qui respicit Bethoron ^l contra Aphricum.] Suntque exitus eius in Cariathbaal, quæ vocatur & Cariath Iarim, vicem filiorum Iuda. Hæc est plaga contra mare ad occidentem. A meridie autem ^m ex parte] Cariath Iarim egreditur terminus contra mare, & p̄tuenit vsque ad fontem aquarum ⁿ Nephthoa. Descenditque in partem montis qui respicit vallem filiorum Ennon: & est contra septentrionalē plagam in extrema parte vallis Râphâim, descenditque in Iehennon, id est vallis Ennon, iuxta latus Iebusæi ad austrum: & peruenit ad fontem Rogel, transiens ad aquilonem, & egrediens ad ^o Ensemes, id est fontem solis: & pertransit vsque ad tumulos qui sunt è regione ascensus Adommin: Descenditque ^p ad Habenboen] id est lapidem Boen] filij Ruben: & pertransit ex latere aquilonis ad campestria: ^q descenditque in planitiem, & prætergreditur contra aquilonem Bethagla: suntque exitus eius contra linguam maris salissimi ab aquilone in fine Iordanis ad australem plagam: qui est terminus illius ^r ab oriente.] Hæc est possessio filiorum Benjamin per terminos suos in circuitu, & familias suas. Fueruntque ciuitates eius Iericho, & Bethagla, & vallis Casis, Betharaba, & Samarâim, & Bethel, & Auim, & Affara, & Offora, ^s villa Hemonas,] & Ofni, & Gâbee: ciuitates duo decim & villæ earum. Gabaon, & Rama, & Beroth, & Mesphe, Caphara, & Amosâ, & Recem, Iarephel, & Tharela, & Sela, Heleph, & Iebus, quæ est Ierusalem, Gabaad & ^t Cariath: ciuitates quatuordecim & villæ earum. Fiunt omnes ciuitates vigintis sex. Hæc est possessio filiorum Benjamin iuxta familias suas.

d. Sylo quæ Galgala vel pars eius occidentalis, prima ciuitas ubi conuenerunt filij Israel in terra Chandan, ad septentrionem Bethel sita, sed inclinata ad ortum vix quæ dicit Sichimam, & ad meridiem oppidum Lebona, vt iud. 21. In illa terra cum tabernaculo testimonij domus caperebatur à Philistis vt 1. Reg. 4.
1. Coram eis terra subacta.
2. Oris torpētis.
3. Date.
4. Possessionem suam.
5. Et ipsi diuidant eam sibi.
6. Vos itaque describetis terram in septem partes, & huc referetis.

b. Primitiæ ciborum & omnium frugum atque pomorum offeruntur anctissimi, vt habes victus atque vestitus, absque villo impedimento securus & liber factus viat domino. Primogenita matorum animalium accipiunt sacerdotes, immundorum præcia, & sequitur Aedicti & iani votes accipiunt decimas & rursum decimas decimarum offerunt sacerdotibus: ito illi minores, quanto ipsi maiores populo. Quadraginta octo ciuitates ad habitandum Leuitis & sacerdotibus separantur: sex vides fugitiuum trans Iordanem, & intra Iordanem eliguntur: & finis exilij mors pontificis est. Hier. ad Babiloniam de veste facer.
* Terram descriperunt ad iuxta ciuitates, &c.

e. Aduertendum est quod ista Bethel non est de sorte Benjamin, sed dicitur. I. extraneum iuxta Luzam non includens ipsam. De Lyra.
7. Ad meridiem.

8. Ab extremitate.

d. Nephthoa fons est breui hoc spacio inter Cariath Iarim & Ierusalem.

e. Ensemes quæ & Bethemes ciuitas solis interpretatur, vnde quæ Græci τὸ ἥλιον eiuitas est sortis Benjamin: duodecim eius nominis sunt, altera in sorte Iuda, altera in sorte Nephtali.
9. Ad lapidem Boen.

10. Meridianus.
* Iordanis vero terminat hunc limitem in angulo orientali.

11. Cephar & Ammonoth.

f. Cariath, quæ & Gatsich, vna ciuitatum Gabaonitarum de qua fuit Zacharias propheta filius Ioadæ, quem occiderunt inter templum & altare, vt Christus Iudeis in propheta ait, Matth. 23. d.

Tribubus Simeon, Zabulon, Issachar, Afer, Neptalim, Dan, & Iosue, fors assignatur honesta. X I X.

*Fueruntque in hereditate 30 rum.

2. Bersabee quæ & Beersabee, & Beersababa, Berzama, Gibellina, Iurisaba, duplici causa teste Hiero hoc sortita nomen, vel quod Abraham & Abimelech Rex Geraris iuramento factum intererunt, vel quod in confirmationem fœderis septem agnas Abraham dedit Abimelech. Gen. 21. d.

3. Prius fons, mox ciuitas, nunc vicus famosus fortis Simeonis, intra camé limites fortis Iuda. distans ab Hebron, 1020. pass. versus aultum, d. fœtero magno conuicta vltimus longitudinis limes terre promissæ, inde per penum fere est adagium, A Dan vsque Bersabee.

1. Bethul & Horma.

2. Beer Ramath meridionale

*Tribus.

3. De sorte filiorum Iuda fuit hereditas filiorum Simeon.

4. Terminus eorum ad occidentem.

5. In Githa Hephher & in Ita Gafin.

6. Methoar, & hinc in.

b. Ista non est illa in qua natus fuit Christus, quia illa est de sorte Iuda. Ista auté de sorte Zabulon. Sicut enim frequenter dictum est plures ciuitates vel villas similiter nominantur.

De Lyra

7. Terminus eorum.

6. Thabor mons est Galilee transfiguratione & oratione Christi præcelebris, terminus fortis Zabulæ versus aultum, non longe à Nazareth. Ibi offertur altare Melchisedech, ubi occurrit Abraham reuertenti à persecutione quatuor Regum. vt Gen. 14. Est item ciuitas in eadem tribu nomine Thabor, data Leuitas habitandum cum suburbanis suis.

8. Hebron.

9. Rama.

10. Zot.

d. In funiculo fortis Affer erant ciuitates viginti duæ cum viculis suis: & inter cetera fertur quod pertingebat vsque ad ciuitatem munitissimam Tiri, & vsque ad Sidonem magnam, quo constat quod ex antiquis temporibus fuerint vrbes illæ præcipue. Dionis. Cartusianus libitum.

e. Adami quæ & Neceb, in tribu Neptalim est, sed terminus eius ab Adama dicta, quæ urbem designat cuius terrâ putant plerique rubram.

f. Cedus ciuitas est refugij.

g. Galilæa, de Neptalia sorte data Leuitis. Eiusdè nominis altera est in sorte Iuda.

11. Baclach. Icluid.

12. Egressusque est terminus filiorum dan ab eis.

g. Hæc historia amplior est Iudæis. vbi Danica nouas que vltima terras septentrionem Laisiue Lesen, quam instaurauerunt & vocauerunt Lesen Dan, sed eadem vocata est Casarea Philippi. Et sic est ad radices Libani, de qua dicitur amplè. Iud. 18. b. & Marc 16. b.

h. Os gladij vocat scriptura aciem eius studendo acutam seilicet, à mordendo vltimam dicitur. Sic Græci ἄστυον gladium vocat, quod duo ora habeat, vtriusque fecerit. Vt gene. 1. lere. 21. b. Percutiet eos in ore gladij.

ET egressa est fors secunda filiorum Simeon per cognationes suas: fuitque hæreditas eorum in medio possessionis filiorum Iuda: *a Bersabee, & Sabee, & Molada, & Aferual, Baala, & Asem, & Heltholad, Bethul, & Arma,] & Siceleg, & Bethmarchaboth, & Aferua, & Bethlepaboth, & Sarohem: ciuitates tredecim & villæ earum. Aym, & Remmon, & Athar, & Asan: ciuitates quatuor & villæ earum. Omnes viculi per circuitum vrbium istarum vsque ad Balaath² Bercameth cõtra australem plagam.] = Fueruntque omnes ciuitates decem & septem.] Hæc est hæreditas filiorum Simeon iuxta cognationes suas in possessione & funiculo filiorum Iuda,] quia maior erat: & idcirco filij Simeon possederunt in medio hæreditatis eius. Ceciditque fors tertia filiorum Zabulon per cognationes suas: & factus est terminus possessionis filiorum Zabulon vsque Sarith. Ascenditque de mari] & Medalaa, & p̄uenit in Debbaseth, vsque ad torrentem qui est contra Ieconan, & reuertitur de Sarith contra orientem in finem Chezelech Thabor; & egreditur ad Daberet: ascenditque contra Iasie: & inde pertransit vsque ad orientalem plagam Gethefer & Tachasin:] & egreditur in Remmon⁶ Amphar &] Noa: & circuit ad aquilonem & Nathon. Suntque egressus eius vallis Iephtahel, & Cathethet, Naalol, & Semron, & Ie daba, & Bethlechem: ciuitates duodecim & villæ earum. Hæc est hæreditas tribus filiorum Zabulon per cognationes suas, vrbes, & viculi earum. Isachar egressa est fors quarta per cognationes suas: fuitque eius hæreditas] Iezrael, & Cafaloth, & Sunem & Afraim & Sehon & Naaroth & Rabboth & Cesion, Habes & Rameth & Enganni & Henadda & Bethfeses: & p̄uenit terminus eius vsque Thabor & Seefima & Bethfemes: erantque exitus eius Iordanis ciuitates sedecim & villæ earum. Hæc est possessio filiorum Isachar per cognationes suas, vrbes, & viculi earum. Ceciditque fors quinta tribui filiorum Affer per cognationes suas: fuitque terminus eorū Alchat & Cali & Bethen & Axab & Elmeleth & Amaad & Messal, & p̄uenit vsque Carmelum maris & Syor & Labanath: ac reuertitur contra orientem Bethdagon, & pertransit vsque Zabulon & vallem Iephtael contra aquilonem in Bethemeth & Neiel: & egrediturque ad læuam Cabul & Acram] & Roob & Amon & Chana vsque ad Sidonem magnam: reuertiturque in Horma] vsque ad ciuitatem munitissimam¹⁰ Tyrum] & vsque Ofam: eruntque exitus eius in mare de funiculo Acziba & Amma & Apheg & Roob: ciuitates vigintidux & villæ earum. Hæc est possessio filiorum Affer per cognationes suas, vrbesque, & viculi earum. Filiorum Neptalim sexta pars cecidit per familias suas, & cœpit terminus de Beleb & Helon Sannanim, & Adami, quæ est Neceb & Iebnahel, vsque Lecun: & egressus eorum vsque ad Iordanem: reuertiturque terminus contra occidentem in Azanoth Thabor: atque inde egreditur in Vcûca, & pertransit in Zabulon contra meridiem, & in Affer contra occidentem, & in Iuda ad Iordanem contra ortum solis ciuitates munitissimæ: Assedim, Ser, & Ammad, & Rechath, & Cenereh, & Edema, & Arama, Afor, & Cedus, & Edrai, Hasor, & Ieron, & Magdalel, Horez, & Bethanath, & Bethfemes: ciuitates decem & nouem & villæ earum. Hæc est possessio tribus filiorum Neptalim per cognationes suas, vrbes, & viculi earum. Tribui filiorum Dan per familias suas egressa est fors septima: & fuit terminus possessionis eius Saraa, & Hestaol, & Hair, Semés, id est, ciuitas solis: Selebin & Aialon & Iethela Helon & Themna & Achron Helcheten Iebton & Baaladiud] & Bane & Barach & Iethremmon, atque Hiercon & Arechon, cum termino qui respicit Ioppen, & ipso sine concluditur.] Ascenderuntque filij Dan, & pugnaverunt contra Lesen, ceperuntque eam, & percusserunt eam in ore gladij, & possederunt & habitauerunt in ea, vocantes nomen eius Lesen Dan, ex nomine Dan patris sui. Hæc est possessio tribus filiorum Dan per cognationes suas, vrbes, & viculi earum. Cùmque compleisset

Ios. 13.

†Iudi. 18. f.

pleffet forte terram diuidere singulis per tribus suas, h dederunt filiis Israel possessionem Iosue filio Nun in medio sui, iuxta præceptum domini, urbem quam postulatuit Tamnathsaraa in monte Ephraim. Et ædificauit ciuitatem, habitauitque in ea. Hæ sunt possessiones quas forte diuiserunt Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun, & Principes familiarum ac tribuum filiorum Israel, in Sylo coram domino ad ostium tabernaculi testimonij, 13 partiti que sunt] terram.

h. Fortan & populus dat illi quæ pars domino nostro Iosue, & velur habitatori eius locum distribuit. Qui enim bonus est, dat locum filio dei in se: quod locum acceptum in anima Iosue ædificat & ornat, & facit in eo muros inexpugnabiles, & turres excelsas, & edificat mansionem dignam sibi, ad ornatum quoque animam, & caputem iustitiae suæ facit. Glo. ordin. 13. Et cessauerunt diuidere.

Sex refugij ciuitates instituuntur pro homicidio ex ignorantia facta. XX.

¶ Num. 35. A Deut. 19. 15 q. a. illa.



Locutus est dominus ad Iosue, dicens: † Loquere filiis Israel & dic eis: † Separate vrbes fugitiuorum, de quibus locutus sum ad vos per manum Moyfi, vt confugiat ad eas quicumque animam percusserit * nescius: † & possit euadere iram proximi qui vltor est] sanguinis. Cum ad vnã harrum confugerit ciuitatum, stabitque ante portam ciuitatis, & loquetur seniotibus vrbis illius ea quæ se comprobent innocentem.] sicque suscipient eum *, & dabunt ei locum ad habitandum. Cùmque † vltor] sanguinis eum fuerit persecutus, non tradent in manus eius: quia ignorans percussit proximum eius, nec † ante biduum tri-duumve eius probatur inimicus.] Et habitabit in ciuitate illa donec stet † ante † iudicium causam reddens facti sui,] & moriatur sacerdos magnus qui fuerit in illo tempore. † Tunc reuertetur homicida, & ingredietur ciuitatem, & domum suam, de qua fugerat, † Decreueruntque] Cedas in Galilæa montis Neptalim, & Sichem in monte Ephraim, & Cariatharbe, ipsa est Hebron, in monte Iuda: & trans Iordanem contra orientalem plagam Iericho † statuerunt Bosor, quæ sita est in campestri solitudine de tribu Ruben, & Ramoth Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Basan de tribu Manassæ. † Hæ ciuitates constitutæ sunt cunctis filiis Israel, & aduenis qui habitabant inter eos: vt fugeret ad eas, qui animam † nescius] percussisset: & non moreretur in manu proximi effusum sanguinem vindicare cupientis, donec staret ante populum expositorum causam suam.

a. Adduntur vrbes Leuiticæ sex fugitiuorum ciuitates, tres intra Iordanem & tres trans Iordanem, vt sint simul quadraginta octo. Hier. in vltima 42 mansionum, ad Babylam. * Ignoranter atque. 1. Erunt vobis in saluationem ab vltore. 2. Causas suas. * Ad se intra ciuitatem. 3. Propinquus. 4. Odio habuerat eum ab hosti & iudiciis. 5. Coram cætu ad iudicium. (Hoc est. b. Donec vocetur ad iudicium, coram illis sui facti redditurus rationem. c. Executio prædicti statuetur, quia separauerunt sex ciuitates fugitiuorum, tres circa Iordanem, & tres ultra. scilicet quod fuerat præceptum à domino. Num. 35. Notandum tam è quod omnes ciuitates refugij sunt assignate Leuitis, prout habentur cap. sequenti ad designandum quod in clauis debet esse refugium totius populi De Lyra 6. Sanctificaueruntque 7 Per errorem.

Leuitis partes inter ceteros fratres assignantur. XXI.

¶ Num. 35. a.



Cesseruntque Principes familiarum Leui ad Eleazarum sacerdotem, & Iosue filium Nun, & ad duces cognationum per singulas tribus filiorum Israel: † locuti que sunt ad eos in Sylo terræ Chanæan, atque dixerunt: † Dominus præcepit per manum Moyfi, vt darentur nobis vrbes ad habitandum, & † suburbana earum † ad alenda iumenta.] Dederuntque filij Israel † de possessionibus suis iuxta imperium domini, ciuitates & suburbana earum. Egressaque est fors in familiam Caath filiorum Aaron sacerdotis de tribu Iuda, & Simeon, & Benjamin, ciuitates tredecim: † & reliquis filiorum Caath, id est, Leuitis qui superfuerant, de tribubus Ephraim, & Dan, & dimidiæ tribus Manassæ ciuitates decem. † Porro filiis Gerson egressa est fors, vt acciperent de tribubus Isachar, & Asser, & Neptalim, dimidiâque tribu Manassæ in Basan, ciuitates numero tredecim. Et filiis Merari per cognationes suas de tribubus Ruben, & Gad, & Zabulon, vrbes duodecim. Dederuntque filij Israel Leuitis ciuitates † & suburbana earum, sicut præcepit dominus per manum Moyfi, singulis forte tribuentes. † De tribubus filiorum Iuda & Simeon dedit Iosue ciuitates † quarum ista sunt nomina: filius Aaron per familias Caath Leuitici generis, (prima enim fors illis egressa est:) † Cariatharbe patris Enach, quæ vocatur Hebron, in monte Iuda, & suburbana eius per circuitum. † Agros verò, & villas eius dederat Caleph, filio Iephone ad possidendum. Dedit ergo filius Aaron sacerdotis Hebron confugij ciuitatem *, ac suburbana eius, & Lobnam cum suburbanis suis, & Iether, & Estemô, & Holon, & Dabit, & Ain, & Ietham, & Bethsames cum suburbanis suis: ciuitates nouem, de tribubus, vt dictum est, duabus. De tribu autem filiorum Benjamin, Gabaon, & Gabac & † Anatoth, & Almon, cū suburbanis suis, ciuitates quatuor:

a. Quadraginta diuisi vrbes sunt suburbanis suis, vt que ad mille passus per circuitum Leuitis accipiunt, vt numero quot & mansiones ab Aegypto ad terram promissam. Hiero. de. 42. mansio. ad Bab. b. Itaque suburbana vrbi Leuitis collatarum diei Hebraei mille passibus versus quatuor mundi partes protendi extra mœnia vrbi. 1. Pro iumentis nostris. * Leuitis. c. Isti dei hereditate sunt contenti decimâque parte, nec non alioquin peterint. Opportuit vero hereditatem sortibus collata diuidere ac equalitatem partem quidem eandem erga omnes in diuisione feruari, partem vero pro dignitate sortibus ad diuinum iudicium ab ipsis magistris relatis, primatibus principibus quoque partes exhibebantur autem atque aliis deinceps. Procop. libidem. * Istas. d. Cariatharbe, quæ ad Hebræ oppidum virorum quatuor, vt supra dictum est Abraham, Isaac & Jacob, & Adam magni, quæ ibi conditum itera librum Iesu Naue Hebraei autuntur, licet plei que Caleph quantum putet. Hic. in epitaphio Pauli. * Homicida. e. Anatoth, viculus præcipit ab Ierusalem tribus millibus. Patria Ieremix propheta & in propheta sua frequenter coloratus.

2. Data sunt vrbes pro sorte sua à tribu Ephraim. Dederunt enim illis ciuitatem refugij. 3. Quæ circa p[er]forandum est, quia ut legitur in Exodo, Levi patriarcha tres habuit filios Gerson, Chaar & Merari. Chaar genuit Amraam patrem Moyse & Aaron. Ex Aaron nati sunt pontifices, & ceteri sacerdotes, qui nunc vocantur Aaronites, seu familia Chaar filiorum Aaron Dionis. Carusia.

g. Nam si eorum orientes Caath accepisset, iniuria reliquis esset facta. Itaque diuisa iustitia for res gubernante orientales, tribus Iuda, Isachar, Zabulon, Caath, Gerson, Merari primi Levi filij sortiuntur. Procopius.

3. Refugius, & infra.

h. Bosra vel Bozra ciuitas est Moabitica in tribu Manasse, altera eiusdem nominis est in Idumæa.

* De tribu Ruben, Bosor, Isaf Cademoth, Mephaath ciuitates quatuor cum suburbanis suis

* Qui residui fuerant ex filiis Leuitarum, fuerunt iuxta sortem eorum ciuitates.

4. Fueruntque ciuitates iste ferrosam posita, habentes suburbana sua per circuitum suum: & sic erat de his singulis ciuitatibus.

i. Quomodo adhuc viuente Iesu omnem terram dedit, cum etiam reliquas illarum gentium nondum superuissent. Verum est quia ibi erant, ibique conseruauerunt. Quia uero adhuc Iesu, non eis quidem celebrant reliquias illarum gentium, sed nuda eorum eos in terris ubi conseruauerunt lacessere audebat.

Aug. q. 21. super Iosue.

* Iuxta omnia quæ iurauerat dominus patribus eorum.

* De omni uerbo bono.

5. Cecidit, sed totum uenit.

1. Sed obsequastis custodiam præcepti.

a. Quod autem requiem dederit illis dominus in circuitu suo iurauerat patribus eorum, secundum hoc intelligitur, quia est adhuc erant ex illis gentibus reliquias contraria, & exterminanda, uel ex aliis usque ad flumen Euphratem, aut sub iuganda si non resisterent: tamen in vltimo eorum reliquias sunt, in quibus exercerentur, nec carnalibus affectibus & cupiditatibus infirmi repetitam tenaciam temporalium rerum prosperitatem modestè ac salubriter sustinere non possent, sed elati citius interirent. Aug. q. 21. super Iosue.

b. Benedixit eis in præcedo eis bona. Benedictio enim sollemnis ad Iosue. Iosue non pertinebat, sed tantum ad officium sacerdotis. De Lyra.

2. Citra.

c. Cum innumera pecorum multitudine ex spoliis ciuitatum Chanaan.

d. Diuidite prædam est his vestris contributibus qui manserunt ad custodiam familias, & loca vestra trans Iordanem, quia illi qui remanebant ad facinas, debebant habere partes suas de præda. De Lyra.

3. Locum Gelliothi prope Iordanem.

4. Magnum ad videndum.

omnes simul ciuitates filiorum Aaron sacerdotis, tredecim, cum suburbanis suis. Reliquis uero per familias filiorum Caath Leuitici generis, hæc est data possessio. De tribu Ephraim vrbes confugij Sichem cum suburbanis suis, in monte Ephraim: & Gazer & Iebfam & Bethoron cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. De tribu quoque Dan Helteco & Gabathon & Haialon & Gethremmon cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. Porro de dimidia tribu Manasse, Tanach & Gethremmon cum suburbanis suis, ciuitates duæ. Omnes ciuitates decem, & suburbana earum data sunt filiis Caath inferioris gradus. Filiis quoque Gerson Leuitici generis dedit de dimidia tribu Manasse confugij ciuitates, Gaulon in Basan, & Bosfram cum suburbanis suis, ciuitates duas. Porro de tribu Isachar, Cefion, & Dabreth, & Iaramoth, & Engannim cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. De tribu autem Asser, Masan & Abdon & Elrath & Roob cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. De tribu quoque Neptalim ciuitates confugij, Cedec in Galilæa, & Amothdor, & Carthan cum suburbanis suis, ciuitates tres. Omnes vrbes familiarum Gerson tredecim cum suburbanis suis. Filiis autem Merari Leuitis inferioris gradus per familias suas, data est de tribu Zabulon, Iecnan & Cartha & Damna & Naalol, ciuitates quatuor cum suburbanis suis.

* De tribu Gaad ciuitates confugij, Ramoth in Galaad, & Manaim & Efebon & Iazer, ciuitates quatuor cum suburbanis suis. De tribu Ruben ultra Iordanem contra Iericho ciuitates refugij, Bosor in solitudine, Misor, & Iazer, & Iethson, & Maspha: ciuitates quatuor cum suburbanis suis. Omnes vrbes filiorum Merari per familias & cognationes suas duodecim. Itaque ciuitates uniuersæ Leuitarum in medio possessionis filiorum Israel: fuerunt quadraginta octo cum suburbanis suis, singulæ per familias distributæ. Deditque dominus deus Israel omnem terram quam traditum se patribus eorum iurauerat: & possederunt illam, atque habitauerunt in ea. Dataque est ab eo pax in omnes per circuitum nationes: nullusque eis hostium resistere ausus est, sed cuncti in eorum ditionem redacti sunt. Ne unum quidem uerbum, quod illis præstiturum se esse promiserat, irritum fuit, sed rebus expleta sunt omnia.

Exstructum altare à tribubus Ruben, Gaad, & dimidia Manasse, suspensionem mouit apud ceteros fratres.

X XII.



odem tempore uocauit Iosue Rubenitas, & Gaadditas, & dimidiam tribum Manasse, dixitque ad eos: Fecistis omnia quæ præcepit uobis Moyses famulus domini: mihi quoque in omnibus obedistis, nec reliquistis imperium, domini dei uestri. Quia igitur dedit dominus deus uester fratribus uestris quietem & pacem sicut pollicitus est: reuertimini, & ite in tabernacula uestra, in terram possessionis quam tradidit uobis Moyses famulus domini trans Iordanem, ita duntaxat ut custodiatis attentè, & opere completis mandatum, & legem quam præcepit uobis Moyses famulus domini, ut diligatis dominum deum uestrum, & ambuletis in omnibus uis eius, & obseruetis mandata illius, adheretisque ei, ac feruiatis in omni corde & in omni anima uestra. Benedixitque eis Iosue, & dimisit eos. Qui reuersi sunt in tabernacula sua. Dimidiæ autem tribui Manasse possessionem Moyses dederat in Basan: & idcirco mediæ quæ super fuit, dedit Iosue sortem inter ceteros fratres suos trans Iordanem ad occidentalem eius plagam. Cumque dimitteret eos in tabernacula sua, & benedixisset eis, dixit ad eos: In multa substantia atque diuitiis reuertimini ad sedes uestras, cum argento & auro, ære ac ferro, & veste multiplici. Diuidite prædam hostium cum fratribus uestris. Reuersique sunt, & abierunt filij Ruben, & filij Gaad, & dimidia tribus Manasse à filiis Israel de Sylo, quæ sita est in Chanaan, ut intrarent Galaad terram possessionis suæ, quam obtinuerant iuxta imperium domini in manu Moyse. Cumque uenissent ad tumulos Iordanis, in terra Chanaan, ædificauerunt iuxta Iordanem altare infinitæ magnitudinis. Quod cum audissent filij Israel, & ad eos certi nuntij detulissent ædificasse filios Ruben, &

A Iosue

† Num. 32. g

& Gaad, & dimidiâ tribus Manaffæ, altare in terra Chanâan, ſuper Iordanis tumulos] contra filios Iſrael: conuenerunt omnes in Sylo, vt aſcenderent, & dimicarent contra eos. Et interim miſerunt ad illos in terram Galaad Phinees filium Eleazari ſacerdotem, & decem principes cum eo, ſingulos de ſingulis tribubus. * Qui uenerunt ad filios Ruben, & Gaad, & dimidiâ tribus Manaffæ in terram Galaad: dixeruntque ad eos: Hæc mandat omnis populus domini: * Quæ eſt iſta transgreſſio? * Cur reliquiſtis dominum] Deum Iſrael, ædificantes altare ſacrilegum, & à cultu illius recedentes? An parum uobis eſt † quod peccaſtis in Beelphegor? & uſque in præſentem diem macula huius ſcleris in uobis permanet, multique de populo corruerunt? Et uos hodie reliquiſtis dominum, * & cras in uniuerſum Iſrael ira eius deſæuiet. Quod ſi putatis immundam eſſe terram poſſeſſionis ueſtræ, tranſite ad terram * in qua tabernaculum domini eſt, & habitate inter nos: tantum vt à domino, & à noſtro confortio non recedatis: ædificato altari præter altare domini dei noſtri. † Nonne Achan filius Zare præterit mandatum domini,] & ſuper omnem populum Iſrael ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo, * atque utinam ſolus priſſet in ſcelere ſuo.]

R * Reſponderuntque filij Ruben, & Gaad, & dimidia tribus Manaffæ¹⁰ principibus legationis Iſrael: Fortiſſimus deus dominus,] Ipſe nouit, & Iſrael ſimul intelliget, ſi præuaricationis animo hoc altare conſtruximus, non cuſtodiat nos, ſed puniat nos in præſenti:] Et ſi ea mente fecimus, * vt holocauſta & ſacrificium, & pacificas victimas ſuper eo imponeremus, ipſe quærat, & iudicet:] & ¹² non ea magis cogitatione atque tractatu, vt diceremus,] cras dicent filij ueſtri filiis noſtris. Quid uobis & domino Deo Iſrael? † Terminum poſuit dominus inter nos & uos o filij Ruben, & filij Gaad Iordanem fluuium: & idcirco partem non habetis in domino: & per hanc occaſionem auertent filij ueſtri filios noſtros à timore domini. — Putauimus itaque melius,] & diximus: * Extruamus uobis altare, non in holocauſta, neque ad victimas offerendas, ſed in teſtimonium inter nos & uos, & ſobolem noſtram, ueſtramque progeniem, vt feruiamus domino, & iuris noſtri ſit offerre & holocauſta, & victimas, & pacificas hoſtias, & nequaquam dicant cras filij ueſtri filiis noſtris: non eſt uobis pars in domino. ¹³ Quod ſi uoluerint dicere, reſpondebunt eis: Ecce altare domini] quod fecerunt patres noſtri, non in holocauſta, neque in ſacrificium: ſed in teſtimonium noſtrum ac ueſtrum. Abſit à nobis hoc ſcelus, vt recedamus à domino, & eius ueſtigia relinquamus, extructo altari ad holocauſta, & ſacrificia, & victimas offerendas: præter altare domini dei noſtri, quod extructum eſt ante tabernaculum eius. * Quibus auditis Phinees ſacerdos, & principes ¹⁴ legationis] Iſrael, qui erant cum eo, placati ſunt, & uerba filiorum Ruben, & Gaad, & dimidiâ tribus Manaffæ libentiſſimè ſuſceperunt. Dixitque Phinees filius Eleazari ¹⁵ ſacerdos] ad eos: Nunc ſcimus, quod nobiſcum ſit dominus: quoniam alieni eſtis à præuaricatione hac: * & liberaſtis filios Iſrael de manu domini. Reuerſuſque eſt cum principibus à filiis Ruben, & Gaad, de terra Galaad finium Chanâan ad filios Iſrael, & retulit eis. * Placuitque ſermo cunctis audientibus. ¹⁶ Et laudauerunt deum] filij Iſrael, & nequaquam ultra dixerunt vt aſcenderent contra eos, atque pugnarent, & delerent terram poſſeſſionis eorum. Vocaueruntque filij Ruben, & filij Gaad altare quod extruxerant, ¹⁷ teſtimonium noſtrum] quod dominus ipſe ſit deus.

Iofue iam ſenex Iſraelitas ad legem dei obſeruandam moribundus hortatur.

X XIII.



A Voluto autem multo tempore, poſtquam pacem dederat dominus Iſraeli, a ſubiectis in gyro nationibus uniuerſis, & Iofue iam longæuo, & perſenilis ætatis, uocauit Iofue omnem Iſraelem, maioreſque natu, & Principes, ac¹ Duces, & Magiſtros,] dixitque ad eos: Ego ſenui, & progreſſioris ætatis ſum: uosque cernitis omnia quæ fecerit dominus deus ueſter cunctis per circuitum nationibus, quomodo pro uobis ipſe pugnauerit: Et nunc

5. In Geliſoth iuxta Iordane.

6. Sacerdotis.

* Juxta domos patrum, qui ſinguli capita erant ſecundum familias patrum ſuorum in milibus Iſrael.

6. Sic enim iſti putabant quod illud feciſſent altare ad offerendum ſuper illud ſacrificia, quæ nunc offerri non poterant niſi in Sylo in tabernaculo domini & ſuper altare eius ibidè, ideo altare ab illis iſtius ad faciſcendum fuiſſet faciſcigum ſeu abuſiuum rei ſacrae, puta ad tarte ſeu immolatio eius que faciendum ſe dicit ſacrum. Dionyſius Cart. libidem.

7. Quare præuaricati eſtis in. Licet erit, ut eum uos rebelles fueritis domino.

* Poſſeſſionis domini.

8. Præuaricatus eſt in anathemate.

9. Sed non ſolus periit in iniquitate ſua.

10. Ad capita milium Iſrael deus deorum dominus, deus deorum dominus.

11. Per rebellionem, aut præuaricationem contra dominum ſeruet uos in hac die. * Vt recederent à domino, &

12. Si non magis ex ſollicitudine & certa cauſa id fecimus dicentes.

f. Terminum poſuit dominus & qui eſt terminus terre promiſſionis, & idcirco ad uos non prius accedere ad locum cultus eius, quia non eſtis de terra promiſſionis, & per hanc occaſionem filij ueſtri auertent filios noſtros à timore dei, quia illi qui elongantur à cultu dei, auertuntur à timore & reuerentia ipſius. De Lyra.

13. Diximus igitur, quod ſi uoluerint ſic dicere ad nos, & ad generationes noſtras in poſterum, dicemus, uideri ſimilitudinem altaris domini.

g. Vbi aduertendum eſt quod modum dicit ſolet ſacrificii ſalutare, quia ſi Chriſtus acceperimus, qui dicitur eſſe ſalutare dei, non occidit quemadmodum pluraliter poſſit intelligi. Vn^o enim dñs noſter Ieſus Chriſtus, quantum multi dicantur Chriſti per eius gratiam poſt eum. Vnde, nolite tangere Chriſtos meos. Verum autè ſalutare poſſit dici vel ſalutaria non ſiſte audendum eſt. A ug. lib. 6. ſe per Iofue.

14. Multitudinis, atque capita militum.

15. Sacerdotis.

* Contra.

* Verbum hoc.

16. Et gratias deo egerunt.

17. Talem, & quod teſtis ſit inter nos.

a. Merito queritur cum Iſrael, non ſolum uſque ad diem mortis Ieſu, uerum etiam poſtea non eradicauerit gentes, que terram promiſſionis renebant, quam uis ex parte debellatis in eadè promiſſa hereditate conſiſteret, quomodo intelligendū ſit quod dicitur ſubſiſtis in gymnasium nationibus uniuerſis. Videndū eſt primò quor genitius ſit terra promiſſa Iſraelitis. Septem quidè gentes aſidue uidentur commemorari, ſicut Exo. 33. & Deuteron. 20. quibus debellatis terram earum poſſederunt. Auguſt. q. 21. ſuper Iofue.

1. Iudices atque præſeſtos eius.

2. Videre, ego ſorte diuiſi uobis gentes iſtas relictas in hereditatem pro tribubus Iſrael: & omnes gentes quas deleui uſque ad mare magnum & oceanum ſolis.

Num. 25. a
Deut. 4. a

Sup. 7. a

Iof. 5. a

b. Multæ adhuc super sunt nationes quas dominus disperdet si colatis eum fideliter & deuoret. Ideo subditur Tantum confortamini, &c. De Lyra.

c. Verunque vitiosum & vitandum tanquam vitium, vt in regna incedatis, nec per prospera neque aduersa frangimini, sed semper in medio perseveretis, nec ultra vires quippiam ardentis, nec per teporem aut negligentiam tabescatis. Dionysius Carth.

3. Relictæ sunt.

4. Sicut.

5. Sicut nullus vsque in hunc diem contra faciem vestram stare poterit.

6. Itaque custoditi eritis quantum valeatis pro animabus vestris.

* Auerit.

* Quæ relicta sunt apud vos.

7. Et ingressi fueritis ad eas, & ipsa ad vos.

8. Flagellum.

9. In ipinas.

10. Quod autem dicit Iosue, Ego reuero via sicut & omnes qui sunt super terram. In interpretatione quæ est ex Hebræo, inuenimus ingredi viam vniuersæ terræ. Ita ergo accipiendum est, quod 70. dixerit Resurrexero sicut dicitur est vniuersæ terræ, donec conuertatis in terram vnde sumptus est. Aug. q. 4. super Iosue.

* Arque tota anima vestra.

* Optimis.

10. Omnia stenerunt vobis, nō cecidit ex eo verbum vllum.

* Omne verbum bonum.

11. Quando.

quia vobis sorte diuisi omnem terram ab orientali parte Iordanis vsque ad mare magnum, & multæq; adhuc super sunt nationes, dominus deus vester disperdet eas, & auferet à facie vestra, & possidebitis terram earum, sicut vobis pollicitus est. Tatum confortamini, & estote solliciti, vt custodiatis cuncta quæ scripta sunt in volumine legis Moyfi: & non declinetis ab eis, neque ad dexteram neque ad sinistram: ne postquā intraueritis ad gentes, quæ inter vos futuræ sunt, iuretis in nomine deorum earum, & seruiatis eis, & adoretis illos: sed adhæreatis domino deo vestro, quod fecistis vsque in diem hanc. Et tunc auferet dominus deus in conspectu vestro gentes magnas, & robustissimas, & nullus vobis resistere poterit. Vnus è vobis persequetur hostium mille viros: quia dominus deus vester pro vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est, hoc tantum diligentissimè præcauete, vt diligatis dominum deum vestrum. Quod si volueritis gentium harum quæ inter vos habitant, erroribus adhærere, & cum eis miscere connubia, atque amicitias copulare: iam nunc scitote, quod dominus Deus vester non eas delectat ante faciem vestram: sed sint vobis in foueam, iac laqueum, & offendiculum ex latere vestro, & sudes in oculis vestris: donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima quam tradidit vobis. En ego hodie ingrediar viam vniuersæ terræ, & toto animo cognoscetis, quod de omnibus verbis quæ se dominus præstiturum vobis esse pollicitus est, vnum non præterierit in cassum. Sicut ergo impleuit opere quod promisit, & prospera cuncta venerunt, sic adducet super vos quicquid malorum cominatus est, donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima quam tradidit vobis, eo quod præterieritis pactum domini dei vestri quod pepigit vobiscum, & serueritis diis alienis, & adoraueritis eos. Cito atque velociter consurget in vos furor domini, & auferemini ab hac terra optima quam tradidit vobis.

† Deut. 32. d

C

D † Reg. 2. a

Beneficia Israelitis à deo exhibita, signaque ostensa commemorantur. XXIIII.



Ongregauitque Iosue omnes tribus Israel in Sychem, & vocauit maiores natu, ac Principes, & Iudices, & Magistros, steteruntque in conspectu domini: & ad populum sic locutus est: Hæc dicit dominus deus Israel. Trans fluuium habitauerunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham & Nachor: serueruntque diis alienis. Tuli ergo patrem vestrum Abraham de Mesopotamiæ finibus, & adduxi eum in terram Chanæan, multiplicauique semen eius, & dedi ei Isaac, illique rursum dedi Iacob & Esau. E quibus Esau dedit montem Seir ad possidendum: Iacob verò & filij eius descenderunt in Ægyptum. Misique Moysem & Aaron, & percussi Ægyptum multis signis atque portentis: Ieduxique vos & patres vestros de Ægypto, & venistis ad mare, persecuti que sunt Ægyptij patres vestros cum curribus & equitatu, vsque ad mare rubrum. Clamauerunt autem ad dominum filij Israel: qui posuit tenebras inter vos & Ægyptios, & adduxit super eos mare, & operuit eos. Viderunt oculi vestri cuncta quæ in Ægypto fecerim, & habitastis in solitudine multo tempore, & introduxi vos in terram Amorræi, qui habitabat trans Iordanem. Cùmque pugnarent contra vos, tradidi eos in manus vestras, & possedistis terram eorum, atque interfecistis eos. Surrexit autem Balac filius Saphor Rex Moab, & pugnavit contra Israel. Misitque & vocauit Balaam filium Beor, vt malediceret vobis, & ego nolui audire eum, sed econtrario per illum benedixi vobis, & liberaui vos de manu eius. Transistis que Iordanem, & venistis ad Iericho: pugnaveruntque contra vos viri ciuitatis eius, Amorræus, & Pherezæus, & Chanæus, & Hethæus, & Gergesæus, & Heugus, & Iebuseus: & tradidi illos in manus vestras. Misique ante vos crabrones, & eicci eos de locis suis, duos reges Amorræorū: nō in gladio & in arcu tuo: dedi que vobis terram in qua non laborastis, & vrbes quas nō edificastis, vt habitaretis in eis, vineas & oliuetas quæ non plantastis. Nunc ergo timete dominum, & seruite ei perfecto corde atque verissimo, & auferte deos quibus seruerunt patres vestri in Mesopotamia & in Ægypto, ac seruite domino.

† Gene. 11. d

† Gene. 21. a

† Exod. 3. e

† Exod. 14. a

† Exod. 14. a

† Num. 21. a

† Num. 22. e

C

† Sup. 3. d. 6. a

† Sup. 11. a

† Sup. 11. d

† Exod. 23. d

† Deut. 7. c

D

Sin autem

a. Sychem vrbs olim præclara Sarrarie ad montem Garizim & Ebalista. Hanc incoluerunt Abrahâ & Iacob patriarche, luxta quæ est fons Iacob, vbi Christus à Samaritana potu petiit: Primò à Simeone & Leui ob fororis stuprum delecta, Secundo à quodâ Amalechite. Nunc vero cetera est in eodem loco dicta Nicopolis. Prus dicta fuit Macha, inde Sychem à filio Emor. Interdū Salem, aliquando Ephron, aliquando Sichima, Rispolis, & Seiar tempore prædicationis Christi. Distat à Samaria. 2. millia à Iericho. 23. nō pene diruta.

1. Ab altera ripa fluminis.

2. Et postquam id feci in medio eius.

b. Hoc est, nubem tenebrosam ex parte Ægyptiorū, ita quod non poterat accedere ad filios Israel, vt habetur Exod. 14. De Lyra. Ibidem.

3. Balaam.

c. Quærit potest quomodo hec verū sit cū clausi portis se murorū ambitu circumdatorerunt. Sed rectè dictum est: quia claudere aduersus hostem potestas ad bellū pertinet. Nō enim miserunt legatos qui poscerent pacem. Aug. q. 24. super Iosue.

* De quibus vos comedistis.

4. In perditione & veritate.

d. Non enim credendum est adhuc habitasse apud se aliquos gentium simulachra, cū superius eorum obedientiam prædicauerit: aut verò si haberent post istas legis conuinciones illas, eos prospera sequeretur, cum sic in eos vindictam sit, quod vnus eorum de anathemate furtum fecerat. August. vbi supra.

1. Reg. 7. a
10. 14. c

Sin autem malum vobis videtur vt domino seruiatis, optio vobis datur. † Eligite hodie quod placet, cui seruire potissimum debeatis: vtrum diis quibus seruiertunt patres vestri in Mesopotamia, Jan diis Amorrhæorum in quorum terra habitatis. Ego autem & domus mea seruiemus domino. Responditque populus, & ait: Absit à nobis vt relinquamus dominum, & seruiamus diis alienis. Dominus deus noster ipse eduxit nos, & patres nostros de terra Ægypti & de domo seruitutis: fecitque videntibus nobis signa ingentia, & custodiuit nos in omni via per quam ambulauimus, & in cunctis populis per quos transiuimus: & eiecit vniuersas gentes: Amorrhæum habitatorem terræ quam nos intrauimus. Seruiemus igitur domino, quia ipse est deus noster. Dixitque Iosue ad populum: Non poteritis seruire domino: deus enim sanctus & fortis amulator est, nec ignoscet sceleribus vestris atque peccatis. Si dimiseritis dominum, & serueritis diis alienis, conuertet se, & affliget vos, atque subuertet postquam vobis præstiterit bona. Dixitque populus ad Iosue: Nequaquam — ita vt loqueris, erit: sed domino seruiemus. Et Iosue ad populum: testes, inquit, vos estis, quia ipsi elegeritis vobis dominum, vt seruiatis ei. † Responderuntque: testes. Nunc ergo, ait, auferte deos alienos de medio vestri, & inclinate corda vestra ad dominum deum Israel. Dixitque populus ad Iosue: Domino deo nostro seruiemus, & obediētes erimus præceptis eius. Percussit ergo Iosue in die illo fœdus * & proposuit populo præcepta atque iudicia in Sychem. Scripsit quoque omnia verba hæc in volumine legis domini, & tulit lapidem pergrandem, posuitque eum subter quercum quæ erat in sanctuario domini, & dixit ad omnem populum: En lapis iste erit vobis in testimonium, quod audieritis omnia verba domini, quæ locutus est vobis: * ne forte postea negare velitis, & mentiri domino deo vestro. Dimisitque populum, singulos in possessionem suam. † Et post hæc mortuus est Iosue filius Nun seruus domini, centumdecem annorum. sepelieruntque eum in filiibus possessionis suæ in Thamnath sare, quæ sita est in monte Ephraim, à septentrionali parte montis Gaas. Seruiuitque Israel domino cunctis diebus Iosue & seniorum, qui longo † vixerant tempore post Iosue, & qui nouerant omnia opera domini quæ fecerat in Israel. † Ossa quoque Ioseph quæ tulerant filij Israel de Ægypto, sepelierunt in Sychem, in parte agri quem emerat Iacob à filiis Hemor patris Sichem centum † nouellis ouibus,] & fuit in possessionem filiorum Ioseph. Eleazar quoque filius Aaron mortuus est, & sepelierunt eum in † Gaabaath] Phinees filij eius, quæ data est ei in monte Ephraim.

5. Trans flumen (scilicet Eufratem).
d. An quia illius sanctitati seruituræ perfectæ quodammodo contempnari humanæ fragilitati impossibile est. Quæ autem isti non solum eius exigentia seruituræ sed etiam de eius adiutorio, & misericordia presumere debuerunt. Quam ille intellegit qui dicit in Psal. Nō inires in iudicium cū seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Aug. Ibidem.
* Cum populo.
c. Per hunc lapidē profecto illud significauit qui fuit lapis offensionis nō credentibus Iudæis & petra scandali: qui cū reprobareretur ab adificantiibus, factus est in caput anguli: quæ prafigurauit & illa petra quæ post sitientem populo ligno percussa, perfudit, de qua dicit Apollonius. Bibebat autem de spiritali sequente eos petra: petra autem erat Christus. August. Ibidem.
* Atque ideo erit contraxos in testimonium.
f. Iosue inter admiranda opera, & reuerenda secreta sancto Moyti inuidiosus adhaerebat. Vnde factum est, vt qui fuerat socius cōuersationis, fieret successore potestatis. Merito vir huiusmodi euasit, vt scilicet fluminum cursus, diceret: Ser uol, & sciret sol, quæ eius spectator victorij, noctem differret, diem produceret. Quod quidē Moyti negatum est, Iosue elegerit vt populi introduceret in terram promissionis. Magnus vir fidei miraculis, magnus triumphis. Illius angustia opera, huius prospera. Verque igitur diuina subis: gratia victa humana præcedit conditione. Ille mari, hic celo impetavit. Ambr. lib. 2. Offici. cap. 20. Ex littera constat illi. 110. annis vixisse, quæto vero tempore populi rexit nō cōstat. Malteus aut. 7. annos tribuit. Io. Lucidus. 17. Hinc satis quadrat numerus ab exitu ad adificationem templi, nisi obliuaret Aug. 18. De ciuitate. c. 2. dicit: Eriphthosij regis Arabum: nouissemis annis Iosue naue mortuus reperitur. Hic aut secundus est, & 90. annis regnauit. Vnde cōstat iuxta Eusebium, & Aug. 27. vel Cōstantinum. 28. vel Euseb. 12. annis præstitit. At plures abundaret anni quàm patet ad numerum quæsitum inter exitum & templi capiti: quos Eusebius saluauit 10. annos Aialou omitendo, rectiores autē ab annis Saulis Abitrahunt vt periculis numerus 480. remaneat Propetæ Lucidus suppurationis sanior patet, vt saluentur 40. anni Saulis est. Samuele camen quos illi tribuit Paulus Act. 13. c.
6. Vixerunt (iudicauerunt enim) Israel. 17. annis iuxta Hebræorum suppurationem, quæ hoc loco imitabor præter Eusebium, 7. Minimis.
8. Monte.
* Et factum est,
a. Post mortē Iosue scripta sūt gesta iudicium, & principij in terra sancta: quorum historia sparsas secundum successiones feriem tunc pridem editas; Samuel collegisse creditur in vnum volumen, quod vocamus iudicium, cui & adiecit historiam Ruth Moabitidis. Ex Isidoro & comestore.
1. Quis prior pugnavit contra eum.
2. Vt pugnemus.
b. Bezech ciuitas est Philistinorum, in forte tamen Iuda, vbi Saul, vbi labes Galaad supplicias laturus congregauit exercitum, vt 1. Reg. 11. c. inde Adonibezech dicitur, q. dominus Bezech, vrbis.
3. Pollicibus.

Anni ante Christum 1452. Anni mundi 3510.

113. q. 2. c. V. anaque que. c. Helron, 1 Gen. 33. d

Incipit liber **שופטים** Sophthim, quem nos Iudicum appellamus.

Infideles Iuda duce cum eorum ciuitatibus expugnantur, & in tributum redduntur. Cap. 1.

348. 55. A



*^a Post mortem Iosue consuluerunt filij Israel dominum dicētes. Quis ascendet ante nos contra Chanaanem, & erit Dux belli?] Dixitque dominus: Iudas ascendet. Ecce tradidi terrā in manu eius. Et ait Iudas Simeoni fratri suo: Ascende mecum in fortē meam, & pugna contra Chanaanem, vt & ego pergā tecū in sortem tuā. Et abiit cum eo Simeon. Ascēditque Iudas & tradidit dominus Chanaanem, ac Pherezæum, in manus eorum: & percusserunt ^b in Bezech decē milia virorum. Inueneruntque Adonibezech, in Bezech, & pugnaverunt cōtra eum, ac percusserunt Chanaanem, & Pherezæum. † Fugit autem Adonibezech, quem persecuti comprehenderunt, cęsis ³

B

3. Pollicibus.

c. Viro, inquit, virtutibus claros, inenitibus diuinis actionibus, quae interceptos, ac falsa cogitatione inuitos viros circouent, ac vili sui victus alimonia impleuit. Quod vero septuaginta esse tradit, male à bonis actionibus feruatis esse arguit, vt ex ipse vox dei per Isaiam sonet. Sabbata vestra odit anima mea. Porro ipse quoque deinceps Adonibezech pollicibus militibus Ierofolymis moritur. Procopius. Ibidem.
 d. Hæc oppugnatio viuere adhuc Iosue facta est cum historia Caleph sequente. vt supra. Ios. 14. & 15.
 e. Dabit expugnata est tẽpore Iosue, vt Ios. 15. c. d.

f. Othoniel iste est, qui infra ptimus iudex Israel de tribu Iuda deo iubente constitutus est. infra cap. 3.
 4. Fratris Caleph minoris.
 5. Delapsa ab asino.

6. Fontes superiores, & fontes inferiores.
 7. Soceri.
 8. Hæc est Ierico palmis abundans.
 h. Dicunt Hebraei quoddam illud iuerunt ad mandandum, vt addi scerent legem ab Othoniel qui etar edocuit in ea. Do Lyra.

i. Gaza duplex, vetus & noua. Vetus secundum Strabonẽ lib. 16. à mari. 7. stadiis distat, mediterranea fuit, & terminus austrinus Chanaan in forte Iuda: quam licet Caleph duce tribus Iuda ceperat, hæc tamen seruate non potuit quod haberet. Eusebium viros fortissimos: & hæc erat vna de quinque præcipuis vrbibus Philistinorum. Huius fore Samson abstulit in montis verticem: Gaza verò noua in portu qui Maioma dicitur, tẽpore Constantini imperatoris constructa, & in eius honorem Constantia dicta, sed à Iuliano Gaza vocata ab antiqua 20. stadiis distans quã Hieron. tempore aduo ampliatam ferunt, vt in duplo maiorem Ierusalem ambitu faciant. Quidam vocant eam Azah, alij Gazet alij Gazetam & Gazaram.
 8. Montes extremavit.
 9. Ferris.

k. Vtque ad Samuëlis tempora qui hunc ferrum composuisset librum, cuius tẽpore Iebusæ Ierusalem adhuc incolabant.
 10. Explorauerunt autem hi qui erant de domo Ioseph Bethel.
 * Exploratores.
 * Quis lo.
 11. Præsumpsitque.
 l. Iosue secescente vel etiam defuncto relinquuntur à filiis Israel expugnandi, qui eis cõtra dei præceptum præsumunt parceret, quod ille non fecisset. Aug. super Iosue cap. 17. q. 20.
 m. Bethsemitæ, vel Bethsemitæ, ciuitas solis interpretatur, que & Bethsan vel Bethseam aut Scythopolis dicitur, ciuitas est sacerdotalis in tribu Nephtalim distans ab Eleuteropoli decem miliaribus. Est alia in tribu Iuda, & rursum alia in tribu Issachar.
 * Ipse Amorrhæus.
 12. Aialon.
 13. Inualuit.
 14. A petra ipsa & supra.

a. Post mortem Iosue postquam prualuerunt vt aduersarios suos possent filij Israel exterminare, maluerunt eos habere tributarios secundum voluntatem suã quã eos exterminare, & petere secundum voluntatem dei. propter hoc ad eos contempitior angelus missus est. Aug. sup. q. 12. sup. lib. Iudic.
 2. Diximon dissoluam pactum meum.

summitatibus] manuum eius ac pedũ. Dixitq; Adonibezech: Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum summitatibus, colligebat sub mēsa mea ciborũ reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi deus. Adduxeruntq; eum in Ierusalem, & ibi mortuus est. Oppugnantes ergo filij Iuda Ierusalem, ceperunt eam, & percusserunt in ore gladij, tradentes cunctã incendio ciuitatẽ. Et postea descēdentes pugnauerunt cõtra Chananeũ qui habitabat in montanis, & ad meridiem in cãpestribus. † Pergensq; Iudas contra Chananeum qui habitabat in Hebron, (cuius nomen fuit antiquitus Cariatharbe,) percussit * Syfai, & Hayman, & Tholmai: atque inde profectus abiit ad habitatores Dabir, cuius nomẽ vetus erat Cariathespher, & id est ciuitas literarum.] Dixitque Caleph: † qui percusserit Cariathespher, & vastauerit eam, dabo ei Axam filiã meã vxorem. Cumq; cepisset eam Othoniel filius Cenez † frater Caleph minor,] dedit ei Axã filiam suã coniugem. Quã pergentem in itinere monuit vir suus vt peteret à patre suo agrũ. Quã cum suspirasset sedens in asino,] dixit ei Caleph: Quid habes? At illa respondit: Da mihi benedictionem, quia terram arentem dedisti mihi: da & irriguam aquis. † Dedit ergo ei Caleph irriguum superius & irriguum inferius.] Filij autem Cinej † cognati] Moyfi ascenderunt de ciuitate palmarum, cum filiis Iuda in desertum fortis eius, quod est ad meridiem Arath, & habitauerunt cum eo. Abiit autem Iudas cum Simeone fratre suo, & percusserunt simul Chananeũ qui habitabat in Sephat, & interfecerunt eum. Vocatum est nomen vrbis, Horma, & id est, anáthema:] cepitque Iudas † Gazam cum finibus suis, & Aschalõnem atque Accaron cum terminis suis. Fuitque dominus cum Iuda, & † montana possedit.] Nec potuit delere habitatores vallis, quia † falcatis] curribus abundabant. † Dederuntque Caleph Hebron, † sicut dixerat Moyfes: qui deleuit ex ea tres filios Enach. Iebusæum autem habitatorem Ierusalem non deleuerunt filij Benjamin: habitauitque Iebusæus cum filiis Benjamin in Ierusalem vsque in presentem diem. Domus quoque Ioseph ascendit in Bethel, fuitque dominus cum eis, † Nam cum obsiderent vrbem,] quã prius Luxa vocabatur, viderunt † hominem egredientem de ciuitate, dixeruntque ad eum: Ostende nobis introitum ciuitatis, & faciemus tecum misericordiam. Qui cum ostendisset eis, percusserunt vrbem in ore gladij: hominem autem illum, & omnem cognationem eius dimiserunt. † Qui dimissus abiit in terram Ethim, & ædificauit ibi ciuitatem. Vocauitque eam Luxam: quẽ ita appellatur vsque in presentem diem. Manasses quoque non deleuit Bethsan, & Thanach cum viculis suis, & habitatores Dor, & Ieblaam, & Maieddo cũ viculis suis † cœpitque] Chananeus habitare cum eis. Postquam autem confortatus est Israel, † fecit eos tributarios, & delere noluit. Ephraim etiam non interfecit Chananeum qui habitabat in Gazer, sed habitauit cum eo. Zabulon non deleuit habitatores Cethron, & Naalon: sed habitauit Chananeus in medio eius factusque est ei tributarius. † Asser quoque non deleuit habitatores Accho, & Sidonis, Alab, & Achasib, & Helba, & Aphech, & Roob, habitauitque in medio Chananeus habitatoris illius terræ, nec interfecit eum. Nephtalim quoque deleuit habitatores Bethsemitæ, & Bethanath, & habitauit inter Chananeum habitatorẽ terræ, fueruntque ei Bethsemitæ, & Bethanith tributarij. Arctauitque Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis locum vt ad planiora descenderent: habitauitque in monte Hares, & quod interpretatur testatio,] in Aialon,] & Salabim. Et † aggrauata est] manus domus Ioseph, factusque est ei tributarius. Fuit autem terminus Amorrej ab ascensu scorpionis, † petra, & superiora loca.]

Angelo domini dei beneficia Israeli improperante, Israel toties liberatus recidit, ideo in manus saepe traditur hostium. II.



Ascenditque † angelus domini de Galgalis ad locum flentium, & ait: Eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terram pro qua iuravi patribus vestris, & † pollicitus sum vt non facerem irritum pactum meum] vobiscum in sempiternum: ita duntaxat vt nõ feriretis foedus cum habitatoribus terræ huius,

† Ios. 15.

† Ios. 15.

D.

† Num. 14. d. Iosue. 15. g. 11. q. 3. c. No. lit.

F.

a.

† Ios. 15.

huius, & aras eorum subuerteretis: & noluitis audire vocem meam. Cur hoc fecistis? Quamobrem nolui delere eos a facie vestra: vt habeatis hostes,] & b di eorum sint vobis in ruinam. Cúmque loqueretur angelus domini hæc verba ad omnes filios Israel, eleuauerunt vocem suam, & fleuerunt. Et vocatum est nomen loci illius, Locus flentium siue lachrymarum: immolaueruntque ibi hostias domino. [†] Dimisit ergo Iosue populum, & abierunt filij Israel vnusquisque in possessionem suam, vt obtinerent eam: seruiertntque domino cunctis diebus eius & seniorum, qui longo post eum vixerunt tempore, & nouerant omnia opera domini * quæ fecerat cum Israel. ^c Mortuus est autem Iosue filius Nun famulus domini centum & decem annorum, & sepelierunt eum in finibus possessionis suæ in ^d Thamnathafare, in monte Ephraim a septentrionali plaga montis Gaas. Omnisque illa generatio congregata est ad patres suos, & surrexerunt alij qui non nouerunt dominum, & opera quæ fecerat cum Israel. [†] Feceruntque filij Israel malum in conspectu domini, & seruiertnt ^e Baalim: ac dimiserunt dominum deum patrum suorum, qui eduxerat eos de terra Egypti: & secuti sunt deos alienos, deos quoque populorum qui habitabant in circuitu eorum, & adorauerunt eos: & ad iracundiam concitauerunt dominum, dimittentes ^c cum & seruiertes Baal & Astaroth. [†] Iratusque dominus contra Israel, ^f tradidit eos in manus diripientium: qui cæperunt eos, & vendiderunt hostibus qui habitabant per gyrum, nec potuerunt resistere aduersariis suis: sed quocunq; pergere voluissent, manus domini super eos erat * sicut locutus est & iurauit eis, * & vehementer afflicti sunt. Suscitauitque dominus Iudices qui liberarent eos de vastantium manibus: sed nec eos audire voluerunt, fornicantes cum diis alienis, & adorantes eos. Cito deseruerunt viam per quam ingressi fuerant patres eorum: & audientes mandata domini, omnia fecere contraria. Cúmque dominus Iudices suscitaret, [†] in diebus eorum flectebatur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus,] & liberabat eos de ^d cæde vastantium. [†] Postquam autem mortuus esset iudex, reuertebantur, & multo faciebant maiora, quàm fecerant patres eorum: sequentes deos alienos, seruiertes eis, & adorantes illos. Non dimiserunt adinuationes suas, & viam durissimam per quam ambulare consueuerant. Iratusque est furor domini in Israel, & ait: [†] Quia irritum fecit gens ista pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorum, & vocem meam audire contempsit, & ego non delebo gentes quas dimisit Iosue, & mortuus est, vt in ipsis experiar Israel, vtrum custodiant viam domini, & ambulent in ea, sicut custodierunt patres eorum, an non. Dimisit ergo dominus omnes hæc nationes, & cito subuertere noluit, nec tradidit in manus Iosue.

Israelita sepius lapsi, per extraneos reges afflicti, per Othoniel & Aod liberantur.
111.



Hæ sunt gentes quas dominus dereliquit, vt [†] erudiret in eis] Israel, & omnes qui non nouerant bella Chananæorum: & postea [†] discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi:] quinque Satrapas Philistinorum, omnemque Chananæum, & Sidonium, atque Heuæum: qui habitabat in monte Libano, de monte Baalthermon vsque ad introitum Emath. Dimisitque eos vt in ipsis [†] experiretur] Israel, * vt rum audirent mandata domini, quæ præceperat patribus eorum per manum Moysi, an non. [†] Itaque filij Israel habitauerunt in medio Chananæi & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherefæi, & Heuæi, & Iebusæi, & duxerunt in vxores filias eorum, ipsi que filias suas filiis eorum tradiderunt, & seruiertnt diis eorum. Feceruntque malum in conspectu domini, & obliuati sunt dei sui, seruiertes Baalim, & [†] Astaroth. Iratusque dominus contra Israel, [†] tradidit] eos in manus Chusanrasathaim Regis Mesopotamiæ, seruiertntque ei octo annis. [†] Et clamauerunt ad dominum, qui suscitauit eis Saluatorem, & liberauit eos, ^b Othoniel videlicet filium Cenez, [†] fratrem Caleph minorem,] fuitque in eo spiritus domini, & iudicauit Israel. Egressusque est ad pugnam, & tradidit dominus

a. Dixit non eiciam.
3. Sed erunt vobis in spinas.
b. Vt enim dij gentium inter quas non à se exterminatas israelitarum habitare voluerunt, essent eis in scandalum, id est facerent eos scandalizari & peccare in dominum deum suum, & que offenso viuere, indigni hoc cõminatus est deus quod certum manifestum est magnud esse peccatum. Aug. q. 23. super Iudic.
* Magna.

c. Mortuo Iosue seniores populum, 17. annis dixerunt, quorum plerique 15. anno deseruerunt sequentes deos alienos, vt que ad Dios Othoniel.
d. Thamnathafares. i. figura solis, quia cù Iosue solè staret super eius sepulchrum solis figuram descripsit, quod nomen loco dedit que & Thamnathafara dicitur.
e. Hæc quidem fecerunt antiqui, sed quia propter nos hæc scripta sunt, videmus ne maior ex parte de nobis hæc quæ de illis dicta videatur. Clot. or.
f. Quæri solet quare dixerit tradidit, aut vendidit, tanquàm aliquid pretium intelligatur datum: sed in Psalmo legitur vendidisti populum tuum sine pretio. & apud prophetam, Gratias venudati estis, & abique argento redimimini. Quia illi quibus tradidit populum suum ipij erant non deum colentes tradidit illum populum meruerit, vt ipse cultus tanquam pretium videretur. Aug. q. 16. super Iud.
* In malum.
* Dominus.

4. Fuit dominus cum iudice. [†] Cunctis diebus filius iudicis. Nam motus est dominus misericordia propter eorum suspirium a facie afflictantium, & molestantium eos.

g. Satis ostenditur causa quare non Isus illis gentes belido deluerit. Quia hoc si fieret, non essent in quibus isti probaretur. Poterat autem esse ad visitarem ipsorum, si tectati in eis, non reprobi inuenirentur. Aug. q. 16. super Iud.

1. Tentaret per eas.
2. Scirent generationes filij Israel, & doceret eos bellum. Hi enim qui ante eos iuerant, nihil horum scierunt.
3. Tentaret.
4. Tentationis ergo hæc probationem voluit intelligi, quia omnis probatio tectatio est, non tamen omnis tectatio probatio. Si enim deus tentare dicitur, probatio est, si autem diabolus tentare dicitur, tectatio est, quia euertere nititur. Et homo aliquid tentat vt probet, aliquid do vt capiat. Amb. in 2. Cor. 13.
* Vt sciret.
4. Aferochi, id est, lucis.
5. Vendidit.
b. Othoniel. 40. fertur populum Israel iudicasse annis, in quorū octo primis filij Israel seruiere Chusanrasathaim regi Mesopotamiæ. Beda de natura rerum. Quo tempore primordia Romani imperij sub Numa Pompilio tantummodo rege pacata habere poterunt. Aug. q. 13. super 3. Iudic.
6. Fratris Caleph minoris.

† Iosue. 24. § B
Anni ante Christum 1451.
Anni mundi 2510.

† Infra. 3. 4. a
6a

Iosue. 5. 7.

† 23. q. 5. Remittuntur.
Anni ante Christum 1451.
Anni mundi 2511.
Sup. a. b. Iosue 5. 7.
† De peni. d. 1. c. Vide.
Anni ante Christum, 1445.
Anni mundi 2519.

7. Prævaluit manus contra.
 c. In istis cæmen quadraginta
 annis includitur octo anni af-
 flictionis prædictæ, scilicet non
 haberetur certus numerus an-
 notum fundationis templi per
 Salomonem, prout describitur
 3. Reg. 6. quia tempus ibi deter-
 minatum eo computatur per tem-
 pora Iudicium & Regum qui
 fuerunt vsque ad tempus illud
 De Lira.
 d. Qui annumerantur annis
 Aod: quia primi fuerunt tem-
 poris eius.
 8. Qui sinistra sola.

9. Vtroque latere acutum, lon-
 gitudine cubitali.

10. Diuiffi socios qui cum eo
 portauerant munus, ipse vero
 teneretur à loco sepulchri, qui
 erat iuxta Galgal.
 e. Verum Aod hanc dicens me-
 ritus sic i sed potest non esse
 mendacium quandoquidem
 verbi nomine solent etiam fa-
 ctum appellare scriptura. Au-
 gust. ibid. Huius temporibus
 Cyrena fertur condita in Ly-
 bia. Beda de natura deorum.

11. Clausitque adeps laminam
 ipsam, vt nec valuerit extrahere
 ensim de ventre eius, sed
 sterens egressum est.

f. Quomodo pueri regis Eglo
 clausi aperuerint, quod Aod
 clausi non clausera, aut si ille
 clausi clausera, quomodo cum
 secum non auferretur isti nec
 clausi aperire possent proinde
 aut alia clausi allata est, aut ta-
 le clausura genus fuit quod
 sine clausi posset claudii, nec si-
 ne clausi aperiri. August. quæst.
 super iudic. lib. 7. cap. 17.

12. Morè facerent liberatus est.
 g. Seirath, vel Seirath locus est
 montis ephraim, in tribu Ma-
 nasse.

h. Jordanis chanaan à Moab
 diuisit: inde ubi Moabitum
 vir rediit erat, ab Aod sta-
 tim oclusa est, vnde Moabite
 inclusi perierunt.

13. Pinguis.

i. Samgar anno vico iudica-
 tit, qui connumeratur annis
 Aod.

14. Virga aculeata (qua scilicet
 boues anteas dirigitur).

in manus eius Chusanrafathaim Regem Syriæ, & 7 oppressit] eum. Qui euitque terra
 quadraginta annis, & mortuus est Othoniel filius Cenez. Addiderunt autem filij Is-
 rael facere malum in conspectu domini, qui confortauit aduersum eos Eglon Re-
 gem Moab: quia fecerunt malum in conspectu eius. Et copulauit ei filios Ammon, &
 Amalech: abiitque & percussit Israel, atque possedit urbem palmarum. Seruierunt
 que filij Israel, Eglon Regi Moab decem & octo annis, & postea clamauerunt ad
 dominum. Qui suscitauit eis Saluatorem vocabulo Aod filium Gera filij Iemini,
 qui vtraque manu] pro dextra utebatur. Miseruntque filij Israel per illum munera
 Eglon Regi Moab. Qui fecit sibi gladium ancipitem, habentem in medio capulum
 longitudinis palmæ manus,] & accinctus est eo subter sagum in dextro femore. &
 Obrulitque munera Eglon regi Moab. Erat autem Eglon crassus nimis. Cùmque ob-
 tulisset ei munera, 10 prosecutus est socios qui cum eo venerant: & reuersus de Gal-
 galis vbi erant Idola,] dixit ad Regem: e verbum secretum habeo ad te ô Rex. Et ille
 imperauit silentium. Egressisque omnibus qui circa eum erant, ingressus est Aod ad
 eum. Sedebat autem in æstiuo cœnaculo solus. Dixitque: Verbum dei habeo ad te.
 Qui statim surrexit de throno. Extenditque Aod sinistram manum, & tulit sicam
 de dextro femore suo, infixitque in ventrem eius tam validè, vt capulus sequeretur
 ferrum in vulnere, ac pinguisimo adipe stringeretur. Nec eduxit gladium, sed ita
 vt percusserat reliquit in corpore, statimque per secreta naturæ alui stercorea prorupe-
 runt.] Aod autem clausis diligentissimè ostiis cœnaculi & obfirmatis, per posticum
 egressus est. Seruique Regis ingressi viderunt clausas fores cœnaculi, atque dixerunt:
 Forsitan purgat aluum in æstiuo cœnaculo. Expectantesque diu donec erubescerent,
 & videntes quòd nullus aperiret, tulerunt clauem: & aperientes inuenerunt do-
 minum suum in terra iacentem mortuum. Aod autem dum illi turbarentur, ef-
 fugit,] & pertransiit locum Idolorum — vnde reuersus fuerat,] venitque in Seirath,
 & statim insonuit buccina in monte Ephraim: descenderuntque cum eo filij Israel,
 ipso in fronte gradiente. Qui dixit ad eos: Sequimini me. Tradidit enim dominus
 inimicos nostros Moabitas in manus nostras. Descenderuntque post eum, & occu-
 pauerunt vada Jordanis, quæ transmittunt in Moab, & non dimiserunt transire
 quenquam, sed percusserunt Moabitas in tempore illo circiter decem milia, omnes
 robustos] & fortes viros. Nullus eorum euadere potuit. Humiliatusque est Moab
 in die illo sub manu Israel, & quieuit terra octoginta annis — à præliis.] Post hunc
 fuit Samgar filius Anath: qui percussit de Philistiim sexcentos viros 14 vomere.] Et
 ipse quoque defendit Israel.

*Debora & Barach aduersus Sisaram principem Iabim dimicant, quem
 profugum Iabel occidit.* IIII.



Adideruntque filij Israel facere malum in conspectu domini post mor-
 tem Aod: & tradidit] illos dominus in manus Iabim Regis Chananaan
 qui regnauit in Hafor: habuitque Ducem exercitus sui nomine Sisa-
 ram. Ipse autem habitabat in Arozeth gentium. Clamaueruntque filij
 Israel ad dominum. Nongentos enim habebat falcatos] currus, & per viginti an-
 nos vehementer oppresserat eos. Erat autem Debora prophètes vxor Lapidoth,
 quæ iudicabat populum in illo tempore: & sedebat sub palma quæ nomine illius
 vocabatur, inter Rama & Bethel in monte Ephraim: ascendebantque ad eam filij
 Israel in omne iudicium. Quæ misit, & vocauit Barach filium Abinoem de Cedes
 Nephtalim, dixitque ad eum: Præcepit tibi dominus deus Israel, Vade, & due exer-
 citum in montem Thabor, tollésque] tecum decem milia pugnatorum de filiis Ne-
 phtalim, & de filiis Zabulon: Ego autem adducam ad te in loco torrentis Cison,
 Sisaram Principem exercitus Iabim, & currus eius, atque omnem multitudinem, &
 tradam eos in manu tua. Dixitque ad eam Barach: Si venis mecum, vadam: si nolue-
 ris venire mecum, non pergam. Quæ dixit ad eum: Ibo quidem tecum, sed in hac
 vice

1. Vendidit.

2. Hafor, vel Afor olim metro-
 polis totius terræ Philistiim in
 finibus Acalonis ad orientale
 plagam, via ad Axotum.

3. Nemore.
 4. Perreos, & infra.
 b. Qui connumerantur annis
 Debora.

e. Cedes vna ciuitatum refugij
 in forte Nephtalim.

4. Nōne præcepit tibi domi-
 nus deus Israel Vade in mon-
 tem Thabor, & accipe.
 d. Cison torrentis, quem mons
 Thabor fundit, mox aquis plu-
 uialibus auctus, in riuos duos
 diuiditur, quorum alterum ad
 orientem in Genezareth lacu
 ad oppidum Nian, alterum in
 mare magnum iuxta Carmeli
 radices transmittit.

Ios. 8.
 Anni Ante
 Christum
 1411.
 Anni mundi
 2551.

Ios. 9.
 1. Sup. 1. b. 3. 8
 Infra. 6. a

Ag. an. Chri-
 stum 1332.
 Anni mundi
 2671.
 1. 23. q. 5. c.
 fin. 5. d. 6.

vice victoria non reputabitur tibi,] quia in manu mulieris tradetur Sifara. Surrexit itaque Debora, & perrexit cum Barach in Cedes. Qui accitis Zabulon, & Nephtalim, ascendit cum decem milibus pugnatorum, habens Deboraham in comitatu suo. A-ber autem Cinæus recesserat quondam à Ceteris Cinæis fratribus suis filiis Obab, cognati Moysi: & tetenderat tabernacula usque ad vallem quæ vocatur Sennim, & erat iuxta Cedes. Nunciatumque est Sifaræ, quod ascendisset Barach filius Abinõem in montem Tabor. Er congregavit nongentos falcatos] currus, & omnem exercitum de Aroseth gentium, ad torrentem Cison. Dixitque Debora ad Barach: Surge, hæc est enim dies in qua tradidit dominus Sifarâ in manus tuas. En ipse ductor est tuus. Descendit itaque Barach de monte Tabor, & decem milia pugnatorum cum eo. Perterruitque dominus Sifaram, & omnes currus eius, vniuersamque multitudinem in ore gladij ad conspectum Barach: intantum vt Sifara de curru desiliens, pedibus fugeret, & Barach persequeretur fugientes currus, & exercitum usque ad Aroseth gentium, & omni hostium multitudo usque ad internecionem caderet. Sifara autem fugiens peruenit ad tentorium Iahel vxoris Aber Cinæi. Erat autem pax inter Iabin Regem Hafor, & domum Aber Cinæi. Egressa igitur Iahel in occursum Sifaræ, dixit ad eum: Intra ad me domine mihi, intra ne timeas. Qui ingressus tabernaculum eius, & opertus ab ea pallio, dixit ad eam: Da mihi obsecro paululum aquæ, quia sitio valde. Quæ aperuit utrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum. Dixitque Sifara ad eam. Sta ante hostium tabernaculi, & cum venerit aliquis interrogans te, & dicens: nunquid hic est aliquis? respondebis: Nullus est. Tulit itaque Iahel vxor Aber, clauum tabernaculi, assumens pariter & malleum: & ingressa absconditè, & cum silentio posuit super tempus capitis eius clauum, percussumque malleo defixit in cerebrum usque ad terram: qui soporem morti socians defecit, & mortuus est. Et ecce Barach sequens Sifaram veniebat: egressaque Iahel in occursum eius, dixit ei: Veni, & ostendam tibi virum quem quæris. Qui cum intrasset ad eam, vidit Sifaram iacentem mortuum, & clauum infixum in tempore eius. Humiliauit ergo deus in die illo Iabin Regem Chanáan coram filiis Israel: qui crescebant quotidie, & forti manu opprimebant Iabin Regem Chanáan, donec delerent eum.

5 Non erit tibi gloria iter quod subibis.

e. Alis Heber filius Cin filij Iethro, qui Moysen secutus est in deserto.
f. Iethro soceri Moysi.

6. Omnes currus suos, nempe nongentos ferreos.
7. Namore & infra.

8. Nunquid dominus non est egressus ante faciem tuam? Prior Cison rivulus profusus Sifaræ per Barach clarus est. Cadum in nomine proprio dicitur, quod iam antea Irahelis salutem hic operati decreverit.

h. Aroseth vel Horofet civitas erat Sifara in tribu Nephtalim in Galilea gentium super lacum Samaronitæ.

9. Cecidit vniuersus exercitus Sifaræ in ore gladij, nec remansit etiam vnus.

i. Cinæus nomen gentile à Cin filio Iethro soceri Moysi, qui remansit inter filios Israel cum fore sua vxore Moysi: de cuius posteritate erat Iahel Aber. Et licet cum Iabim fedus haberet, maluit tamen illud dissolvere, quam Iudæorum hostem fouere.

k. Nepon Iethronis soceri Moysi hic est. Qui cum paulo ante hic belli euentum spectaturus ageret, procul à pugna extitit. Fixit autem tentorium suum ad quædam requiescentium prope Cedes. Porro vxor eius Iahel Sifaræ aquam petenti lac præbuit. Procop. libid.

10. Nam sopore plenus fuit & lassus.

l. A fidus sic loquitur serpens, iuravit ad eam, vt polli intelligi nisi quod ei mixtus sit. Hic ergo proprie dictum est: intrauit ad eam, id est domum eius intrauit, nõ vt per hæc verba intelligatur concubitus. Aug. h. q. 28. super Iudic.

Gratiarum actionis canticum Debora & Barach post victoriam. V.



Ecineruntque Debora & Barach filius Abinõem in die illo, dicentes: Qui sponte obtulistis de Israel animas vestras ad periculum,] benedicite domino. Audite Reges, auribus percipite Principes. Ego sum, ego sum quæ domino Canam, psallam domino deo Israel. Domine cum exires de Seir, & transires per regiones] Ædom, terra mota est, cælique ac nubes distillauerunt] aquis. Montes fluxerunt à facie domini, & Sinai à facie domini dei Israel. In diebus Samgar filij Anath in diebus Iahel quieuerunt semitæ, & qui ingrediebantur per eas ambulauerunt per calles deuios. Cessauerunt fortes] in Israel, & quieuerunt, donec surgeret Debora, surgeret] mater in Israel. Noua bella elegit dominus, & portas hostium ipse subuertit. Clypeus & hasta si apparuerunt in quadraginta milibus] Israel. Cor meum diligit Principes] Israel. Qui propria voluntate obtulistis vos] discrimini,] benedicite domino: qui ascenditis super nitentes] asinas, & sedetis super iudicium, & ambulatis in via, loquimini. Vbi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est exercitus,] ibi narrantur iustitiæ domini: clementiæ in fortes Israel. Tunc descendit populus domini ad portas, & obtinuit principatum. Surge, surge Debora, surge, loquere canticum. Surge Barach, & apprehende captiuos tuos, fili Abinõem. Saluatæ sunt reliquiæ populi. Dominus in fortibus dimicauit, ex Ephaim deleuit eos in Amalech, & post eum ex Benjamin in populos tuos ô Amalech. De Machir Principes descenderunt, & de Zabulon qui exercitum ducerent ad bellandum. Duces Isachar fuere cum Debora, Barach vestigia sunt secuti: qui quasi in præceps ac barathrum se discrimini dedit. Diuiso contra se Ruben magnanimo sum,

1. Propter vindictas sumptas in Israel, & propter populum reditum voluntarium.
2. Secundum humani iudicij: quia pauci & inermes, vt postea videbitur, voluntariè & promptè iuerunt ad pugnandum contra multos & bene armatos, tamen secundum veritatem ibi non erat periculum, quia assistebat eis diuinum subsidium.
De Lyra.

2. Cum procederes de agro.
3. Stillauerunt.
4. Vt ipse.
5. Habitatores oppidorum.

6. Surrexi Debora surrexi.
7. Eligebat deos novos, & nunq in potius habuit hostem.
8. Ad rectores.
9. Populo.

10. Candidas,

11. A voce iaculatorum inter haerentes aquam.
12. Iustitias in locis Israel non manuitis.

13. Tunc dominabuntur reliquiæ magnificis populi Iabin,

14. Gubernant calamo scribæ.

15. Sed & Isachar neque Barach in vallem nullus est pedibus suis.

- 16. Inter caulas.
- 17. Et segetes te vna cum magnaribus & sapientibus corde.
- 18. Habitans in locis suis ramosis.
- 19. Excelsis campi.
- 20. Non acceperunt lucrum pecuniaz.
- 21. Antiquorum.
- 22. Calcabie.
- 23. Conculca sunt propter saltus & magnificis eorum excitatione.
- 24. Domini cum fortibus.
- 25. Supra.
- * Præ mulieribus.

b. Est vas in quo potest offerri butyrum, proprie dictum, & secundum hoc dicunt aliqui quod non solum obtulit illi potum, sed etiam cibum. Butyrum enim species est cibi. De Lira. Ibidem.

26. Abtulit caput eius, vulneravit & perfodit tempora eius.

27. Sapientes quæque domine respondebant illi, quin & ipsa sibi ipsi verba reddiderat. Certe inueniunt diuidunt spolia, est puella vel duæ puelle cui libet viro: habet Sifara prædam veterum coloratarum.

reperita contentio est. Quare habitas inter duos terminos,] vt audias fibilos gregum: Diuiso contra se Ruben, magnanimatorum reperita contentio est.] Galaad trans Iordanem quiescebat, & Dan vacabat nauibus. Asser habitabat in littore maris, & in portibus morabatur.] Zabulon verò & Nephtalim obtulerunt animas suas morti in regione Morome.] Venerunt Reges, & pugnauerunt, pugnauerunt Reges Chananaan in Thanach iuxta aquas Mageddo, & tamen nihil tulere prædantes.] De cælo dimicatum est contra eos, stelle manentes in ordine, & cursu suo aduersus Sifaram pugnauerunt. Torrens Cifon traxit cadavera eorum, torrens Cadumim,] torrens Cifon. Conculca] anima mea robustos. Vngula equorum ceciderunt fugientibus impetu, & per præceps ruentibus fortissimis hostium.] Maledicite terræ Meroz, dixit angelus domini: maledicite habitatoribus eius: quia non venerunt ad auxilium domini, & adiutorium fortissimorum eius.] Benedicta inter] mulieres Iahel vxor Haber Cinari, & benedicatur in tabernaculo suo. Aquam petentiac dedit, & in phiala principum obtulit butyrum. Sinistrâ manum misit ad clauum, & dextram ad fabricum malleos, percussitque Sifaram, quærens in capite vulnere locum, & tempus validè perforans.] Inter pedes eius ruit, defecit & mortuus est. Voluebatur ante pedes eius, & iacebat exanimis, & miserabilis. Per fenestram respiciens ululabat mater eius, & de cœnaculo loquebatur: Cur moratur regredi currus eius? quare taruerunt pedes quadrigarum illius? Vna sapientior cæteris vxoribus eius hæc socru verba respondit: Forsitan nunc diuidit spolia, & pulcherrima foeminarum eligitur ei. Vestes diuersorum colorum Sifaræ traduntur in prædam,] & suppellex varia ad ornanda colla congeritur. Sic pereant omnes inimici tui domine: qui autem diligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent, quicquidque terra per quadraginta annos.

Israelitis à Madian oppressis, Gedeon multis signis auxilio de signatur, qui post sacrificium aram Baal destruxit.

Vl.

- a. Qui connumerantur annis Gedeonis.
- 1. Filij Israel propter Madianitas speluncas in montibus, antrisque & præfugia.
- 2. Pueri ut ascenderit aduersus eum. Et castromentantes aduersus eos prouentus terræ.
- 3. Qui veniebant in terram vt perderent eam. Arrenuatisque est.
- * Factumque est cum filij Israel clamarent ad dominum in causa Madian, misit dominus ad eos, &c.
- b. Nomine enim virorum sole re appellari angelos notum est: quauis eum qui esset angelus appellari esse prophetam nõ facile seu euidenter occurrat. Eum sane qui propheta esset, dictum angelum legitimus. Sed si angelus dicitur propheta notus sunt illi est quibus futura præ nunciauerit, eum nõ possit angelus propheta nomine nuncu pari August. q. 1. super Iudic. Iudei tamen credunt hunc fuisse Phinæ filium Eleazari summum sacerdotem, ad Iudæos missum vt eorum peccata & præcipue idololatram argueret.
- 4. Patrem Ezri.
- c. Hierobaal qui & Gedeo sub arbore, vt legitur, quercus, irriteri inuenit cum virga cæderet, accepit oraculum vt à potestate alienigenarum in libertatem dei populum vindicaret. Et sequitur: Quo inuenit oraculo Gedeo est audisset quod deficientibus licet populorum milibus in vno viro dicitur pichè suam ab hostibus liberaret, obtulit hæc caprarum, cuius carnem secundum præceptum angeli & azyma supra petra posuit: & ea iure perfudit, quæ simul vt virge cæcuminis, quæ gerebat angelus dei, cœripit, de petra ignis erupit: atque sacrificium quod offerebatur absumptum est. Quo iudicio declaratum videtur, quod petra illa typum habuerit corporis Christi. Quia semper eum esse. Bibebat de cœsequenti eos petra, petra ad erat Christus. Ambros. lib. 1. de spiritu sancto in prologo.

Fecerunt autem filij Israel malum in conspectu domini, qui tradidit illos in manu Madian septem annis, & oppressi sunt valde ab eis. Feceruntque sibi antra & speluncas in montibus, & munitissima ad repugnandum loca.] Cùmque sciuisset Israel, ascendebat Madian & Amalech, & cæteri orientalium nationum, & apud eos figentes tentoria, sicut erant in herbis, cuncta] iastabant vsque ad introitum Gazæ, nihilque omnino ad vitam pertinens relinquebant in Israel: non oues, non boues, non asinos. Ipsi enim & vniuersi greges eorum veniebant cum tabernaculis suis, & instar locustarum vniuersa cõplebant, innumera multitudo hominum & camelorum, quicquid tetigerant deuastrantes. Humiliatũque est] Israel valde in conspectu Madian. Et clamauit ad dominum postulans auxilium contra Madianitas. Qui misit ad eos] virum prophetam, & locutus est: Hæc dicit dominus deus Israel: Ego feci vos conscendere de Ægypto, & eduxi vos de domo seruitutis, & liberaui de manu Ægyptiorum, & omnium inimicorum qui affligebant vos. Eiecique eos ad introitum vestrum, & tradidi vobis terram eorum, & dixi: Ego dominus deus vester: Netimeatis deos Amorraeorum, in quorum terra habitatis. Et nolulistis audire vocem meam. Venit autem angelus domini, & sedit sub quercu quæ erat in Effra, & pertinebat ad Ioas patrem familiae Ezdri.] Cùmque Gedeon filius eius excuteret, atque purgaret frumenta in torculari, vt fugeret Madian,] apparuit ei angelus domini, & ait: Dominus tecum, virorum fortissime. Dixitque ei Gedeon: Obsecro domine mi, si dominus nobiscum est, cur ergo apprehenderunt nos hæc omnia? Vbi sunt mirabilia eius quæ enarrauerunt patres nostri, atque dixerunt: de Ægypto eduxit nos dominus: Nunc autem dereliquit nos dominus, & tradidit in manu Madian. Respexitque ad eum dominus, & ait: Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de manu Madian. Scito quod miserim te. Qui respondens, ait: obsecro domine mi, in quo liberabo Israel? Ecce familia mea infima est in Manasse,

A. Ios. 1. 10.

Anni ante Christum 2291. Anni mundi 2671.

1. Reg. 12. 6.

nasse, & ego minimus in domo patris mei. Dixitque ei dominus: Ego ero tecum, & percuties Madian quasi vnum virum. Et ille: si inueni, inquit, gratiam coram te, da mihi signum quod tu sis qui loqueris ad me: nec recedas hinc, donec reuertar ad te portans sacrificium, & offerens tibi.] Qui respondit: Ego prestolabor aduentum tuum. Ingressus est itaque Gedeon, & coxit hœdum, & de farinae modio azyraos panes: 7 carnesque ponens in canistro, & ius carniũm mittens in ollam, tulit omnia sub quercu, & obtulit ei. Cui dixit angelus domini: Tolle carnes & azyros panes, & pone super petram illam, & ius desuper funde. Cũmque fecisset ita, extendit angelus domini summitatem virgæ quam tenebat in manu, & retigit carnes & azyros panes: 7 ascenditque ignis de petra, & carnes azyrosque panes consumpsit, angelus autem domini euauit ex oculis eius. Vidensque Gedeon quod esset angelus domini, ait: Heu mi domine deus, quia vidi angelum domini facie ad faciem. Dixitque ei dominus: Pax tecum. Ne timeas, non morieris: Edificauit ergo ibi Gedeon altare domino, vocauitque illud domini pax, vsque in presentem diem. Cũmque adhuc esset in Effra, quæ est familie Ezdri,] nocte illa dixit dominus ad eum: Tolle taurum patris tui, & alterum taurum annorum septem, destruesque aram Bâal quæ est patris tui: & nemus, quod circa aram Bâal est, succide: & edificabis altare domino deo tuo in summitate petræ huius, super quam antè sacrificium posuisti:] tollesque taurum secundum, & offeres holocaustum super struem lignorum, quæ de nemore succideris. Assumptis ergo Gedeon decem viris de seruis suis, fecit sicut præceperat ei dominus. Timeus autem domum patris sui, & homines illius ciuitatis, per diem noluit facere: sed omnia nocte compleuit. Cũmque surrexissent viri oppidi eius mane, viderunt destructam aram Bâal, lucũmque succisum, & taurum alterum impositum super altare, quod tunc edificatum erat, dixeruntque adinuicem: Quis hoc fecit? Cũmque perquirerent autorem facti, dictum est: Gedeon filius Ioas fecit hæc omnia: & dixerunt ad Ioas: Produc filium tuum huc, vt moriatur: quia destruxit aram Bâal, & succidit nemus. Quibus ille respondit: Nunquid vltiores estis Bâal, vt pugnetis pro eo? Qui aduersarius est eius, moriatur antequam lux crastina veniat. Si deus est, vindicet se de eo qui suffodit aram eius. Ex illo die vocatus est Gedeon Ierobaal, eo quod dixisset Ioas: vltiscatur se de eo Bâal, qui suffodit altare eius. Ergo omnis Madian, & Amalech, & orientes populi congregati sunt simul, & transeuntes Iordanem castrametati sunt in valle Iezrahel. Spiritus autem domini induit Gedeon: qui clangens buccina conuocauit domum Abiezzer, vt sequeretur se. Misitque nuncios in vniuersum Manassen, qui & ipse secutus est eum. Et alios nuncios in Asser, & Zabulon, & Neptalim, qui occurrerunt ei. Dixitque Gedeon ad Dominum: Si saluum facis per manum meam populum Israel, sicut locutus es, ponam hoc vellus lanæ in area: Si ros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas, scia quod per manũ meam, sicut locutus es, liberabis Israel. Factũmque est ita. Et de nocte confurgens, expresso vellere concham rore impleuit. Dixitque rursus ad dominum: ne irascatur furor tuus contra me, si adhuc semel tentauero, signum quaerens in vellere. Oro vt solum vellus siccum sit, & omnis terra rore madens. Fecitque dominus nocte illa vt postulauerat: & fuit siccitas in solo vellere, & ros in omni terra.

5. Abscondere à facie Madianitarum.
 6. Vt exultus, & habens Iosif prædecessoris exemplũ cautiũ agit. Sciebat enim postea angelus tenebrarum, transfigurare se in angelos lucis, ideo examinare spiritum si à deo sit. Spirituales enim omnia examinat. Glosfordin. post Origene & Adamantium.
 6. Ponam ante te.
 7. Ex hoc dicunt Hebræi quod erat solennitas paschalis in qua Iudei septem diebus veniunt azyris, sed hoc argumentum non valet, quia panes Domino oblati debebant esse azyri etiam aliis temporibus. De Lyra.
 7. Postquam vna cum carne.
 8. Pius ergo tanquam cum homine loquebatur, quem tamẽ hominem dei crederet vt coram eo sacrificium vellet offerre, vt lut adiuuandus presentia eius sanctitatis Augu. quest. super Iud. lib. 7. cap. 30.
 8. Dominus pax, & est adhuc vsque in presentem diem in Ophrah patris Ezri. Factũmque est, &.
 9. Ex armentis.
 9. Hoc est, impinguatũ septem annis, vt idolo Bâal sacrificetur, destruesque aram Bâal tanquam abominabilem idolatrarũ, & nemus quod circa aram est succide, vbi homines exercebant Luxuriam. De Lyra.
 9. In loco conuocante.

h. Bâal solent apud gentes nomen dici Iouis: quod lingua Punica putatur ostendere: Nã Bâal Punice videtur dicere dominum. Vnde Bâalamẽ quass dominum celi intelliguntur dicere. Samẽ quippe apud eos celi appellantur. Augu. q. 16. super Iudic.
 * Viri ciuitatis illius.
 * Io. Quod erat iuxta ipsum respondit Ioas omnibus his qui stabant circa se: Nõne causa Bâal agitis, aut vultis liberare eum?
 i. Non enim videtur aduersarij illuc ire vbi sunt iam nati spiritus fructus. Sed vbi adhuc semen dei iacet, & nondum fructus ascendit. Aliud enim cœci dicit secus viam, & volucres cœli discipiunt illud. Hi sunt scilicet qui audiunt verbum dei, & cuncta terrena suscipiunt. Veqũ autem diaboli & tollit verbum de corde eorum. Glosfordin. Post Adamantium.
 k. Vellus illud fœrisset Iudeorum, in quibus iussit sibi pecora offerri: in hoc ergo solo vellere descendit pluuia, quia sola fuit Iudea legis cultum: Aliam vero petiuit postulationem, vt vellus siccum esset, & area pluuia infunderetur, in qua pluuia, demonstratur nobis transferri sacrificia à synagoga, & totam aream mundi impleri predicatione Christi. Chryso. super illud Psal. 71. Descender sicut pluuia in vellus. Homil. To. i.

Populo ad aquas probato, in Madianitas Gedeon irruit, quos cum Oreb, & Zeb principibus eorum deuicit. VII.

105. 16.
 † Deut. 20. b. 1. Mach. 3. g.

Nigitur Ierobaal qui & Gedeon, de nocte] confurgens, & omnis populus cum eo, venit ad] fontem qui vocatur Arad. Erant autem castra Madian in valle ad septentrionalem plagam collis excelsi. Dixitque dominus ad Gedeon: Multus tecũ est populus, nec tradetur Madiã in manus eius, ne gloriatur contra me Israel, & dicat, meis viribus liberatus sum. Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica. Qui formidolosus, & timidus est, reuertatur.

1. Manes.
 2. Castrametari sunt iuxta.
 a. Dominus voluit eligere bel-lacotes in paucis numero vt victoria illa sibi totaliter attribueretur. De Lyra. lib. 2.
 * Forte.
 * Igitur nunc.

*Et mane confurgentes.

*Recefferuntque de monte Galaad, & reuersi sunt ex populo vigintiduo milia viro-
rum, & tantum decem milia remanserunt. Dixitque dominus ad Gedeon: Adhuc
populus multus est. ⁹Duc eos ad aquas, & ibi probabo illos, & de quo dixerō tibi vt
tecum vadat, ipse pergat: quem ire prohibuero, reuertatur. Cūque descendisset po-
pulus ad aquas, dixit dominus ad Gedeon: ¹⁰Qui lingua lambuerint aquas, sicut sol-
ent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autem curuatis genibus biberint, in
altera parte erunt. Fuit itaque numerus eorum qui manu ad os proiciente, lambue-
runt aquas trecenti viri: omnis autem reliqua multitudo ¹¹flexo poplite biberat. Et ait
dominus ad Gedeon: ¹²In trecentis viris qui lambuerunt aquas liberabo vos, & tra-
dam in manu tua Madian. Omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locū suum.
¹³Sumptis itaque pro numero cibariis, & tubis, omnem reliquam multitudinem ab-
ire præcepit ad tabernacula sua, & ipse ¹⁴cum trecentis viris se certamini dedit.] Castra
autem Madian erant subter ¹⁵in valle. Eadem nocte dixit dominus ad eum: Surge, &
descende in castra: quia tradidi eos in manu tua. Sin autem solus ire formidas, descen-
dat tecum Phara puer tuus. ¹⁶Et cum audieris quid loquantur, tunc confortabuntur
manus tuæ, ¹⁷& securior ad hostium castra descendes.] Descendit ergo ipse & Phara
puer eius ¹⁸in partem castrorum, vbi erant armatorum vigiliæ.] Madian autem & A-
malech, & omnes orientales populi fusi iacebant in valle, vt locustarum multitudo:
cameli autem innumerabiles erant: sicut arena quæ iacet in litore maris. ¹⁹Cūque
venisset Gedeon, narrabat aliquis somnium proximo suo: & in hunc modum refe-
rebat quod viderat: Vidi somnium, ²⁰& videbatur mihi quasi subcinericius panis ex
hordeo, volui & in castra Madian descendere. Cūque peruenisset ad tabernacu-
lum ²¹h, percussit illud, atque subuertit, & terræ funditus coæquauit. Respondit is cui lo-
quebatur: Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis filij Ioas viri Israelitæ. Tradidit e-
nim dominus in manus eius Madian, & omnia castra eius. Cūque audisset Gedeon
somnia & interpretationem eius, adorauit: & reuersus est ad castra Israel, & ait:
Surgite, tradidit enim dominus in manus nostras castra Madian. ²²Diuisitque trecen-
tos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenasque vacuas ac lam-
pades in medio lagenarum. Et dixit ad eos: ²³Quod me facere videritis, hoc facite.
Ingrediar ²⁴partem castrorum, & quod fecero, sectamini. Quando perfonuerit tu-
ba in manu mea, vos quoque per castrorum circuitum clangite, & ²⁵& cōclamate do-
mino, & Gedeoni.] Ingressusque est Gedeon, & ²⁶trecenti] viri qui erant cum eo, in
partem castrorum, incipientibus vigiliis noctis mediæ: & ²⁷custodibus suscitatis cœ-
perunt buccinis clangere & complaudere inter se lagenas.] ²⁸Cūque per gyrum
castrorum in tribus personarent locis, ²⁹& hydrias confregissent, tenuerunt sinistris
manibus lampades, & dextris sonantes tubas, clamaueruntque, gladius domini & Ge-
deonis, stantes singuli in loco suo per circuitum castrorum hostilium. Omnia itaque
castra turbata sunt, & vociferantes, vlulantesque fugerunt. Et nihilominus insitebāt
trecenti viri buccinis personantes, ³⁰Immisitque dominus gladium in omnibus ca-
stris,] & mutua se cæde truncabant, fugientes vsque ad Bethseca, ³¹& crepidinem A-
bel mehula in Thebbath. ³²Conclamantes] autem viri Israel de Neptalim, & Asser,
& omni Manassæ persequiebantur Madian. Et dedit dominus victoriam populo Is-
rael in die illa. Misitque Gedeon nuntios in omnem montem Ephraim, dicens: De-
scendite in occursum Madian, & occupate aquas vsque Bethbera, atque Iordanem.
³³Clamauitque] omnis Ephraim, & præoccupauit aquas, ³⁴atque Iordanem vsque
Bethbera. ³⁵Apprehensosque duos ³⁶viros Madian,] Oreb & Zeh, interfecit Oreb in
petra Oreb: Zeb verò in torculari Zeb. Et persecuti sunt Madian, capita Oreb & Zeb
portantes ad Gedeon trans fluentia Iordanis.

b. Vt video qui primum repro-
bati sunt, nec in aqua descen-
derant, sed adhuc se carhec-
minos desigabant, & in tantū
formidinis vitio deterriti sunt
vt nec ad laachrum salutate
descenderent. Glosa ordina.
c. Plerique Latini codices non
habent manu sua, sed tantū mo-
do lingua sua, quoniam sic in-
tellexerunt quod supradictum
est, sicut canes. Grecus habet
manu sua, hebræus non habet.
Aug. c. 37. super Iudic.
d. Curatio generis ignaorum
hominum iudiciū est.
e. Quod autem trecenti illi qui
cū Gedeone deprehensi fuerit
nonne milibus multis qui re-
uersi sunt, præteredi erūt Gre-
Nazianze. oratio. 27. Manipu-
li pauci lambentes, & victoriā
se consequi posse credentes, par-
uūque numerus spei innitens
plures superauit chiliades. Idē
in Iulianū imper. Oratio. 1.
f. Confortauit trecentos viros.
*Eum.
*In castra.
f. Quod intelligitur de somnio
audito, & interpretatione eius
quæ postea ponuntur cum di-
citur: Narrabat aliquis somni-
um. Cuius forma subditur. Vi-
debat mihi quasi subcinericius
panis ex hordeo: per quē
significabatur Gedeon, qui nul-
lus reputationis erat, in con-
spectu regū Madiā, sicut panis
subcinericius & hordeaceus vi-
lis est ex materia & forma. De
Lya.
4. Vt ad castra descendas.
5. Ad extremitatem amatoꝝ
qui erant in castris.
g. Hoc intelligendum arbitror
quod de canibus, quia per con-
tempnibilia mundi, quæ signi-
ficat menā panis hordeacei,
saluator fuerat superbos cōsta-
furus. Aug. quæst. 39. super lib.
Iudicum.
h. De hoc bello per prophetā
dicitur: iugum oneris eius, &
virgam humeri eius, & sceptrū
excedens eius superari sicut in
die Madian. Isa. 9. a. Eripiens
enim genitricem Dominus
superauit iugum oneris eius
cum eam aduentu suo a diabo-
li seruitute liberauit. Grego.
In Glosa ordinaria.
* Cum venero ad extremitatē
castrorum.
6. Extremitatem, & infra.
7. Dixerit: Domini est & Ge-
deonis, sub. hic gladius.
8. Centrum.
9. Excitando excitauerunt eu.
fides clangentes tubis, & con-
fringentes lagenas, quæ erant
in manibus eorum.
i. Hydrias portant & lampades
buccinam comitant in manibus,
sic veniunt ad illam innumerā
bilem hostium multitudinem.
In quibus erant cameli sicut
arena maris. Et cum venissent
ad bellum buccinis cornicin-
sonauerunt, & dimiserunt hy-
drias de manibus, & contrite
sunt. Tunc arreptis lampadibus
prorunt in aduersarios, & si-
mul buccinis cōcrepant. Vide
quomodo electi milites dei, cū
lampadibus pugnant. Glosa or-
dinaria ibidem.
10. Postulatoque dominus gladiū
vniuersisque contra proximi-
um suū per vniuersa castra.
*In Zetecath.
11. Congregati.
12. Congregati que est.
13. Vsque ad Iordanem, & vs-
que ad.
14. Principes Madianitas.

Gedeon viris Socoth & Phanael victis, Zebec & Salmana deuicit: postquam verò
à populo electus est, septuaginta genuit filios, & vnum ex concubina, & mor-
tuus est.

VIII.
dixerunt-

† 1. 1. 1. 1. 1.
† 2. 1. 1. 1. 1.
† 3. 1. 1. 1. 1.
† 4. 1. 1. 1. 1.
† 5. 1. 1. 1. 1.

106. 4. 10.

Dixeruntque ad eum viri Ephraim: Quid est hoc quod facere voluisti] vt non nos vocares cum ad pugnam pergeres contra Madian? Iurgantes fortiter, & propè vim inferentes:] Quibus ille respondit: Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis? Nonne melior est racemus Ephraim, vindemiis Abiezer? In manus vestras dominus tradidit Principes Madian, Oreb, & Zeb. Quid tale facere potui, quale vos fecistis? Quod cū locutus esset, requieuit spiritus eorū quo tumbant contra eū. Cūque venisset Gedeon ad Iordanē, transiuit eū cum trecētis viris qui secum erāt, & præ lassitudine fugientes persequi non poterāt.

Dixitque ad viros Soccoth: Date obsecro panes populo qui mecum est: quia valde defecerūt, vt possimus persequi Zébee, & Salmana Reges Madiā. Responderūt Principes Soccoth: Forsitan palmæ manuū] Zébee, & Salmana, in manu tua sunt: & idcirco postulas vt demus exercitui tuo panes. Quibus ille ait: Cū ergo tradiderit dominus Zébee, & Salmana in manus meas, & cum reuersus fuero victor in pace, conterā carnes vestras cum spinis, tribulisque deserti. Et inde conscendens venit in Phanuel, locutusque est ad viros loci illius similia. Cui & illi responderunt, sicut respōderant viri Soccoth. Dixit itaque eis. Cū reuersus fuero victor in pace, destruā turrim hāc. Zébee autem & Salmana requiescebant cum omni exercitu suo. Quindecim enim milia viri remanserant ex omnibus turmis orientalium populorū, cæsis centumviginti milibus bellatorum, & educentium gladiū. Ascēdētiq; Gedeon per viam eorum qui in tabernaculis morabantur ad orientalem partē Nobē, & Iecbaa, percussit castra hostium, qui securi erant, & nihil aduersi suspicabantur] fugerūtque Zébee & Salmana, quos persequens Gedeon comprehendit, turbato omni exercitu eorum. Reuertētiq; de bello ante solis ortum, apprehendit puerum de viris Soccoth, interrogauitq; eum nomina Principum, & seniorum Soccoth, & descripsit septuaginta septem viros. Venitque ad Soccoth, & dixit eis: En Zébee & Salmana, super quibus exprobraſtis mihi, dicentes: forsitan manus Zébee & Salmana in manibus tuis sunt: & idcirco postulas] vt demus viris, qui lassī sunt, & defecerunt, panes. Tulit ergo seniores ciuitatis & spinas deserti ac tribulos, & contriuit cum eis, atque comminuit viros Soccoth. Turrim quoque Phanuel subuertit, occisis habitatoribus ciuitatis. Dixitque ad Zébee & Salmana: Quales fuerunt viri quos occidisti in Thabor? Qui responderunt: Similes tui, & vnus ex eis quasi filius Regis.] Quibus ille respondit: Fratres mei fuerunt, filij matris meæ. Viuit dominus, quia si seruassetis eos, non vos occiderem. Dixitque Iether primogenito suo, surge, & interfice eos. Qui non eduxit gladium: timebat enim,] quia adhuc puer erat. Dixeruntque Zébee & Salmana: Tu surge, & irruē in nos, quia iuxta rertatem robur est hominis. Surrexit Gedeon, & interfecit Zébee & Salmana, & tulit ornamenta ac bullas quibus colla regalium camelorum decorari solent. Dixeruntque omnes viri Israel ad Gedeon: Dominare nostri tu & filius tuus, & filius filij tui: quia liberaſti nos de manu Madian. Quibus ille ait: Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur dominus. Dixitque ad eos: Vnam petitionem postulo à vobis. Date mihi in aures ex præda vestra. In aures enim aureas Ismaelitæ habere consueuerant. Qui responderunt: Libentissimè dabimus. Expanderuntque super terram pallium, proiecerunt in eo in aures de præda: & fuit pondus postularum inaurium, mille septingenti auri sicli, absque ornamentis & monilibus, & veste purpurea,] quibus Reges Madian vti soliti erant, & præter torques aureas camelorum. Fecitque ex eo Gedeon Ephod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra. Fornicatusque est omnis Israel in eo,] & factum est Gedeoni, & omni domui eius in ruinam. Humiliatus est autem Madian coram filiis Israel, nec potuerunt vltra ceruices eleuare: sed quieuit terra per quadraginta annos, quibus Gedeon præfuit. Abiit itaque Ieroboal filius Ioas, & habitauit in domo sua, habuitque septuaginta filios, qui egressi sunt de scemore eius, eo quod plures haberet vxores. Cōcubina autem illius quam habebat in Sichem, genuit ei filiū nomine Abimélech,

1. Fecisti nobis.

* Cum eo.

a. Quid est, nōne meliores sunt debiliores qui inter vos sunt, quā fortiores qui apud nos sunt?

b. Quod cū locutus esset requieuit spiritus eorum, i. spiritus superbie, quia non querebant nisi gloriam victorię. De Lira.

c. Soccoth locus est trans Iordanem ad torrentem Iaboc, vbi Iacob à Mesopotamia rediens fratri Esau reconciliatus fuit tentoria. Hic postea ciuitas nominis oppidum conditum est, & tribu Gad datum à Moyse: cuius cives Gedeo occidit quia panem illi negassent dum Madia & Amalech persequeretur.

2. Nunquid manus.

d. Phanuel videtur esse prope Soccoth, ab euentu sic appellatum, quod Iacob hic pernoctā vidit dominum facie ad facie, & cum angelo iuctā perlidie neruum femoris. Sitā autē esse dicitur in coniunctione Iacob & Iordanis, & est cōiuncta Tepoll, apud quos eam Liban desinit, iuxta Salim & Ennon vbi erat Iohannes baptizans: vt Ioh. 1. 3. c.

* In Charchar.

e. Cum Gedeon præter spem principū Soccoth & Phanuel victor rediret, ostensis regibus Madian, virosque palam occidit: turrimque Phanuel cum incolis subuertit.

3. Occasum.

* Annotauitque.

f. Ad hoc cui referuauerat eos viros, vt offenderet viros Soccoth, victoriam à deo sibi dātam De Lira.

g. Hoc est superiores ciuitatis quam potenter obtinuit, vel viro tanto triumpho non audebat ingratum negare. Dionis Catulsa.

4. Qualis tu, sic illi fuerunt, singuli formam habentes filiorū regū.

* In vita.

h. Quia magis volebant habere mortem breuem per manū hominis fortis, qui poterat hominē vno icu interficere, quā longam per manū pueri, qui hoc non posset De Lira.

i. Quis putat in illis verbis esse mysteria saluatoris? Legit hoc Philosophi & irridenti Legunt rheores, & putant esse deyramenta. Oreb interpretatur torramen, in quod colubet ingreditur. Zeb interpretatur lupus. Videre nomina aduersariū Christi. Zébee, hostia: hoc est quos lupus suscitauerit. Et Salmana perfecti in malitia, quos Gedeo prodeci populo pugnat vicij quia reliquerūt dei iudicium. Hiero. in 82. Plā.

5. Aurei, præter torques, olfactoriola, & vestes purpureas.

k. Ephod indumentum erat sacerdotale, quo utebatur sacerdos solum cum sacra perageret. Vetum quia non erat licitū facere alterum ab illo quod erat in tabernaculo domini, dicitur versus in scandalū Gedeonis. Aug. ibid.

6. Post ipsum in illo loco.

† Ofese. 10. d.

† 7. 6. 10. 8. c.

Mortuusque est Gedeo filius Ioas in senectute bona, & sepultus est in sepulchro Ioas patris sui—in¹ Ephra de familia]Ezdri.^m Postquam autem mortuus est Gedeon, auersi sunt filij Israel, & fornicati sunt in Baalim. Percusseruntque cum Baal fœdus, vt esset eis in deum, nec recordati sunt domini dei sui, qui eruit eos de manibus inimicorum suorum omnium per circuitum, nec fecerunt misericordiam cum domo Ierobaal Gedeon iuxta omnia bona quæ fecerat Israeli.

1. Ephra regio Manasse, nimirum Ephraim montium, de qua. 1. Reg. 13. d. sub nomine Ephraim.
2. Factum est cum mortuus esset Gedeon, & auersi sunt filij Israel, & fornicati sunt post Baalim & posuerunt ipsi sibi Baalberith testamētum, vt esset eis in Deum, Glo. Jordana. Post August.

Abimelech occisis septuaginta fratribus imperium sibi tyrannicè usurpat: qui post parabolam Ioathan Baal exercitum denicit, & turrim Sichem combussit, à muliere tandem occisus.
IX.



Abiit autem^a Abimelech filius Ierobaal in Sichem ad fratres matris suæ, & locutus est ad eos, & ad omnem cognationem domus & patris matris] suæ, dicens: Loquimini^{*} ad omnes viros Sichem: ^b Quid vobis est melius, vt dominantur vestri septuaginta viri omnes filij Ierobaal, an vt dominetur vobis vnus vir? Simulque considerate, quia os vestrum & caro vestra sum. Locutique sunt fratres matris eius de eo ad omnes viros Sichem vniuersos sermones istos, & inclinauerunt cor eorū post Abimelech, dicētes: Frater noster est. Dederuntque illi septuaginta pondera argenti de Phano^c Baalberith. Qui conduxit sibi ex ea viros inopes, & vagos, secutique sunt eum. Et venit in domum patris sui Ephra, & occidit fratres suos filios Ierobaal septuaginta viros^d super lapidē vnum. Remansitque^e Ioathā] filius Ierobaal, minimus, & absconditus est. Cōgregati sunt autē omnes viri Sichem, & vniuersæ familiæ^f vrbis] Mello: abieruntque, & constituerunt Regem Abimelech, iuxta^g quercum quæ stabat] in Sichem. Quod cum nunciatum esset Ioathan, iuit, & stetit in vertice montis Garizim: eleuataque voce clamauit, & dixit: ^h Audite me viri Sichem, ita vt audiat vos dominus. Iterum ligna vt vngerent super se Regem: Dixeruntque oliuæ: ⁱ Impera nobis.] Quæ respondit: Nunquid possum deserere pinguedinem meā, ^k qua & dij vtuntur] & homines, & venire vt inter ligna promouear? Dixeruntque ligna ad arborem ficum: Veni, & super nos regnum accipe. Quæ respondit eis: Nunquid possum deserere dulcedinem meam, ^l fructusque suauissimos, & ire vt inter] cætera ligna promouear? Locutaque sunt ligna ad vitem: Veni, & impera nobis. Quæ respondit eis: Nūquid possum deserere vinum meum, quod lætificat deum & homines, & inter ligna cætera promoueri? Dixeruntque omnia ligna ad rhamnum: Veni, & impera super nos. Quæ respondit eis: Si verē me ^m Regem vobis constituitis, venite, & sub vmbra meaⁿ requiescite:] sin autem non vultis, ^o egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani. Nunc igitur si rectē, & absque peccato ^p constituitis super vos Regem Abimelech, & bene egistis cum Ierobaal, & cum domo eius, & reddidistis vicem beneficiis eius qui pugnavit pro vobis, ^q & animam suam dedit periculis, vt erueret vos de manu Madian, qui nunc surrexistis contra domum patris mei, & interfecistis filios eius septuaginta viros^r super vnum lapidem,] & ^s constituitis Regem Abimelech filium ancillæ eius super habitatores Sichem, eo quod frater vester sit: si ergo rectē, & absque vitio egistis cum Ierobaal & domo eius, hodie lætemini in Abimelech, & ille lætetur in vobis. Sin autē peruersē, egrediatur ignis ex^t eo, & consumat habitatores Sichem, & ^u oppidum^v Mello: egrediaturque ignis de viris Sichem, & de oppido Mello, & deuoret Abimelech. Quæ cum dixisset, fugit, & abiit in Bera, habitauitque ibi ob metum Abimelech fratris sui. Regnavit itaque Abimelech super Israel tribus annis. ^w Misitque dominus spiritum pessimum inter Abimelech, & habitatores Sichem: ^x qui cœperunt eum detestari, & scelus interfectionis] septuaginta filiorum Ierobaal, & ^y effusionem sanguinis eorum conferre] in Abimelech fratrem suum, ^z & in cæteros Sichimorum Principes, qui eum adiuuerant. Posueruntque infidias aduersum eum in summitate montium, & ^{aa} dum illius præstolabantur aduentum, exercebant latrocinia, agentes prædas de prætereuntibus.] ^{ab} Nunciatumque est Abimelech. Venit autem Gaal filius Obed

Annus ante Christum. 1251. Anni mudi. 2711.

a. Abimelech ex concubina nomine Droma secundū Iosephū genitus, tyrannicè ingressus est, tyrannicè regnavit, & ideo tyrannicè & miserabiliter obiit cum electoribus suis.

* Quæro.
b. Per hoc innuebat quod esset alij filij Gedeonis vellet super populum dominari quod falsum erat, sed hoc fingebat ad habedum intentum. De Lira.

c. Olim apud Chananaeos multri dij erant communi nomine designati Baal, quod dominus ac magistrum sonat. Quilibet tamen proprium nomen habebat, vt Baalzebub, dominus mulcarū. Baal Peor, dominus voracitatis. Baal Berith, dominus fœderis vel coniurationis, in cuius cultum omnes Iudæi conuertuerunt, & sic de multis, vt in interpretationibus nominum Hebræorum sub verbo Baal.

1. Cum vno lapide.
2. Ioathan.
3. Domo.
4. In planitie vbi erat statua.
5. Vel regna super nos.
6. Quam in me dij honorant.

d. Recitante illa, quod contenta honore quem propter fructus suos percipiebat, non requiret alium: arbores nō desiderunt principis suæ reuerentiamque eius, sed hūc honorem desiderare verō totidem verbis quos suos recusant: & simili ratione modo olea &c. Ioseph. Antiq. Judæi lib. 5. cap. 15.

7. Super, & infra.
8. Vngitis vobis in regem.
9. Spectate.
d. Hoc enim genus est inter cætera ligna quod habet ignem proferendi naturam. Ioseph. Ibid.

* Agitis.
* Iudicate. Hic enim patet me pugnavit pro vobis.

10. Cum lapide vno.

e. Applicatur pericula parabola ad propositum, videlicet de imprecatione maledictionis super Abimelech regem, & super populum ipsum constitutam De Lira. Ibidem.

f. Abimelech.
11. Domum, & infra.
g. Mello vel Millo, vrbis Palastine in forte Ephraim, cuius ciuites cum Sichimitis elegerat Abimelech in iudicem. Huiusdem nominis erat circuitus Sion. 1. Reg. 9. e.

* Hoc est, porcellam dedit dominus maligno spiritui ad eorum pacem, quæ impijs erat perturbanda. Aug. Ibid.

12. Et spreuerunt viri Sichem Abimelechi vt veniret iniuria.
13. Sanguis eorum.
* Qui occidit eos.

14. Prædatis sunt omnem qui transibat iuxta eos per viam.

cum

cum fratribus suis, & transiit in Sichimam.¹⁵ Ad cuius aduentum erecti habitatores Sichem, egressi sunt in agros vastantes vineas, vinasque calcantes, & factis cantantiū choris, ingressi sunt phanum dei sui, & inter epulas & pocula maledicebant Abimelech, clamante Gaal filio Obed: *Quis est iste Abimelech, & quæ est Sichem, vt feruiamus ei? Nunquid non est filius Ierobaal?*¹⁶ Et constituit principem Zebul seruum suum super viros Hemor patris Sichem. Cur ergo seruiamus ei? Vtinam daret aliquis populum istū sub manu mea, vt auferrem de medio Abimelech.¹⁷ Dictūque est Abimelech: *Congrega exercitus multitudinē, & veni.* Zebul enim Princeps ciuitatis auditis sermonibus Gaal filij Obed, iratus est valde: & misit clam ad Abimelech nuncios, dicens: *Ecce Gaal filius Obed venit in Sichimam cum fratribus suis, & oppugnat Iaduersum te ciuitatem. Surge itaque nocte cum populo qui tecum est, & latita in agro, & primo mane oriente sole irruet super ciuitatem.* Illo autem egrediente aduersum te cum populo suo, fac ei¹⁹ quod potueris. Surrexit itaque Abimelech cum omni exercitu suo nocte, & tetendit insidias iuxta Sichimam in quatuor locis. Egressusque est Gaal filius Obed, & stetit in introitu portæ ciuitatis, surrexit autem Abimelech, & omnis exercitus cum eo de insidiarum loco. Cūque vidisset populum Gaal, dixit ad Zebul: *Ecce de montibus multitudo descendit. Cui ille respondit: Umbras montium vides quasi capita hominum, & hoc errore deciperis.* Rursūque Gaal ait: *Ecce populus de umbilico terræ descendit, & vnus cuneus venit per viam quæ respicit quercum.* Cui dixit Zebul: *Vbi est nunc os tuum, quoloquebaris: quis est Abimelech vt feruiamus ei? Nonne hic populus est, quem despiciebas?* Egredere, & pugna contra eum. Abiit ergo Gaal, expectante Sichimorum populo, & pugnavit contra Abimelech, qui persecutus est eum fugientem, & in urbem compulit. Cecideruntque ex parte eius plurimi, vsque ad portam ciuitatis, & Abimelech sedit in Ruma. Zebul autem Gaal, & socios eius expulit de urbe, nec in ea passus est commorari. Sequenti ergo die egressus est populus in campum: quod cum nunciatum esset Abimelech, tulit exercitū suum, & diuisit in tres turmas, tendens insidias in agris. Vidensque quod egredere turmas, surrexit, & irruit in eos cum cuneo suo oppugnans & obsidens ciuitatem: dux autem turmæ palantes per campum aduersarios persequebantur. Porro Abimelech omni die illo oppugnabat urbem, quam cepit interfecit habitatoribus eius, ipsa quoque destructa, ita vt sal in ea dispergeret. Quod cum audissent qui habitabant in turre Sichimorum, ingressi sunt phanum dei sui Berith, vbi scædus cum eo pepigerat, & ex eo, locus nomen acceperat, qui erat munitus valde. Abimelech quoque audiens viros turris Sichimorum pariter conglobatos, ascendit in montem Selmon cum omni populo suo, & arrepta securi præcidit arboris rami, impositumque ferens humero, dixit ad socios: *Quod me vidistis facere, citò facite. Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes sequebantur ducem.* Qui circundantes præsidium, succedunt: atque ita factum est, vt fumo & igne mille hominum necarentur, viri pariter & mulieres habitatorum turris Sichem. Abimelech autem inde proficiscens venit ad oppidum Thebes, quod circundans obsidebat exercitu. Erat autem turris excelsa in media ciuitate, ad quam confugerant simul viri ac mulieres, & omnes Principes ciuitatis, clausa firmissimè ianua, & super turris tectum stantes per propugnacula. Accedensque Abimelech iuxta turrim: pugnat fortiter, & appropinquans ostio, ignem supponere nitebatur. Et ecce vna mulier fragmen molæ desuper iaciens, illisit capiti Abimelech: & confregit cerebrum eius. Qui vocauit citò armigerum suum, & ait ad eum: *Euagina gladium tuum, & percutite me: ne forte dicatur quod à scæmina interfecit.* Qui iussa perficiens, interfecit eum. Illo quoque mortuo omnes qui cum eo erant de Israel, reuersi sunt in sedes suas, & reddidit deus malum quod fecerat Abimelech contra patrem suum interfecit septuaginta fratribus suis. Sichimitis quoque quod operati erant retributum est, & venit super eos maledictio Ioathan filij Ierobaal.

15. De quo viri Sichem fiducia conceperunt. Egressi in agros vineas suas vindemiauerunt & calcauerunt.

16. Et Zebul est prefecit vbi, Seruice igitur viris Hemor patris Sichem.

17. Et dixit contra Abimelech,

g. Ipsorum rebellantiū impugnatione ad instigatū ipsius Zebul præpositi sui: nunciaturus sibi in deserto verba que audierat ab ipso Gaal, & caudè distulauerat. De Lyra I bid.

18. Munit.

h. Sic itaque intelligendum est vt quod postum est mane ipsum diluculum intelligatur. Adidum est autem oriente sole, vt exprimeretur, non iam orto sole faciendum, sed vbi apparuerit fulgor solis orientis. Nō enim aliunde albescit diluculum, nisi cum cæperit partem cæli quæ videmus ab oriente, lux solis ad eam redeuntis attingere. Aug. q. 4. 6. super Iud. 19. Sicur inueniet manus tua. 20. Turris.

21. Ducit ad plantiem arborum.

i. Fuit autem in urbe illa interfecta dissensio, quibusdam fauentibus ipsi Abimelech, aliis vero fauentibus ipse Gaal. Idcirco nec fautores Abimelech exierunt in eius auxilium nec fautores Gaal habitantes in Sichem sequuti sunt eum, sed omnes præstolabantur exitum pugne. Dionis. Casus. Iud. 22. Ante viros Sichem.

23. Fugitque ad conspectu eius. *Vulnerati.

24. Prætes.

25. Contra eos & percutit eos: Abimelech autem & turmas que secum erant, excederit se, steteruntque in foribus ciuitatis.

K. Grassantes per campum cū: & que hostes percutientes.

l. Vnde sequitur viros omnesque punitio, scilicet Abimelech & eorum qui promouerit eum ad regnū, quia interfecit eos, & tandem interfecit est ab eis. Inde primo dicitur de destructio urbis Sichem. De Lyra.

26. Arborum Ramos.

27. Et posuerunt ad munitionem incenduntque per eos munitionem igni, & mortui sunt omnes viri turris Sichem quasi mille viri & mulieres.

m. Thebes oppidū tribus Manasse distans à Sichem. 13. milia viri ad Scythopolim. Sed pro differentia Thebis nota, quod à Thebis Aegyptiorum dicitur Thebai, Thebis Græcorum Thebani, à Thebis Iudeorum Thebitæ Comestori. ibidem.

28. Fortis.

29. Ascenderunt.

30. Cereicem (hoc est) granum eius vique ad cerebrum.

31. Interfecit. n. Quo facto fratribus debitas impietatis penas exsoluit, simul & crudelitatis, qua in Sichimam vsus est. Que quidem clades iuxta Ioathanis prædictum illis accidit. Ioseph. Ant. lib. 5. cap. 22.

1809. 7. 6.

17. Reg. 1. a.

1. Reg. 31. b.

2. Par. 10. a.

Thola victa functo, Iair succedit Israelitis in idololatriam lapsis, ingratitude dominum improperat, quorum tandem miseretur.

X.

1. Ad saluandum Israel.

2. Quæstio ostendit, quomodo Phua vir de Isachar potuerit esse paterus Abimelech, cuius pater Gedeo erat de tribu Manasse. Potuerunt Gedeo & Phua vnam habere matrem ex qua diuersis partibus naserentur, & fratres essent vnius maritis filij, non vnius patris, solum enim nubere foemine de aliis tribubus in aliis tribubus. Vnde & Saul cum esset de tribu Benjamin dedit filiam suam Dauid homini de tribu Iuda. August. q. 47. sup. e. Iudi.

2. Samir in monte.
3. Duobus.
4. Rurium.

5. Vendidit.

b. Qui annumerantur temporibus Iudicum sequentium.

6. Nominantur hie septem species Idololatriæ quibus ipsi Israelite tenebantur, scilicet Baalim & Astaroth, diis Syriae & Sidonis, Moab & filiorum Ammon & Philistiim. De Lyca. d. Sidon vrbs est Phœnicie maximam omnium maxima quondam: nunc autem angustata & breuis, sita iuxta mare in pulcherrimo continentis poru post Antilibanum montem & est terminus terræ. promissa ab angulo occiduo Antiliban. Hic, fori. Affer cõnumerata, sed non contenta. distat à Tyro sta diis ducentis, in noto restamento frequens.
6. Cuius anima affecta est à labore.
7. Conuocati.
c. Galaad mons est trans Iordanem, iuxta quem est Hermon & Maspha planities iuxta illos nunc fortis duarum tribuum, Ruben Gad & dimidiæ tribus Manasse separantes à reliqua Arabia.



Post Abimélech surrexit ¹Dux in Israel] Thola filius Phua ² patru Abimélech, vir de Isachar qui habitauit in ³ Samir montis] Ephraim: & iudicauit Israel viginti & ³tribus Jannis, mortuusque est ac sepultus in Samir.

Hic successit Iair Galaadites, qui iudicauit Israel per viginti & duos annos, habens triginta filios sedentes super triginta pullos asinarum, & Principes triginta ciuitatum, quæ ex nomine eius sunt appellatæ Auothe Iair, id est, oppida Iair, vique in præsentem diem in terra Galaad. Mortuusque est Iair, ac sepultus in loco cui est vocabulum Camon. ⁴ Filij autem Israel peccatis veteribus iungentes noua, fecerunt malum in conspectu domini, & seruiuerunt Idolis Baalim, & Astaroth, & diis Syriae, ac Sidonis, & Moab, & filiorum Ammon, & Philistiim: dimiseruntque dominum, & non coluerunt eum. Contra quos dominus iratus, tradidit eos in manus Philistiim, & filiorum Ammon: afflictique sunt, & vehementer oppressi per ^b annos decem & octo, omnes qui habitabant trans Iordanem in terra Amorrhæi, quæ est in Galaad, in tantum vt filij Ammon Iordane transmissio vastaret Iudæ, & Benjamin, & Ephraim. ⁵ Afflictusque est Israel nimis. Et clamantes ad dominum, dixerunt: Peccauimus tibi, quia dereliquimus dominum deum nostrum, & seruiuimus Baalim. Quibus locutus est dominus. Nunquid non Ægyptij, & Amorrhæi, filiique Ammon, & Philistiim, ⁶ Sidonij quoque, & Amalech, & Chanaan oppresserunt vos, & clamastis ad me, & erui vos de manu eorum? Et tamen reliquistis me, & coluistis deos alienos. Idcirco non addam vt ultra vos liberem. Ite, & inuocate deos quos elegistis. ⁷ Ipsi vos liberent in tempore angustiae. Dixeruntque filij Israel ad dominum: Peccauimus, redde tu nobis quicquid placet tibi: tantum nunc libera nos. Quæ dicentes, omnia de finibus suis alienorum deorum Idola proiecerunt & seruiuerunt domino deo, qui doluit super miseris eorum. Itaque filij Ammon ⁸ conclamantes, in Galaad fixere tentoria: contra quos congregati filij Israel, in Maspha castrametati sunt. Dixeruntque Principes Galaad singuli ad proximos suos: Qui primus ex nobis contra filios Ammon cepit dimicare, erit Dux populi Galaad.

A Ios. 5. 12. Anni ante Christum. 1248. Annimundi. 2714. Anni ante Christum. 1224. Anni mundi. 2717. Sup. 2. b. 3. a. 4. a. 6. a. & Infra. 13. a.

De peni. di. c. c. Voluisti

Iepthe Iudex factus dei spiritu accensus, vicit Ammonitas, voto autem subito coactus filiam suam sacrificauit.

XI.

1. Bellicosus.

a. Hebraei dicunt filium mulieris hospitaris, quia nomen Hebraicum hic positum est æquiuocum ad meretricem & hospitaricem, vt dictum fuit de Raab. Iosue 2. De Lyca. 2. Quem pepererat ipsi.
3. Extranea muliere.
b. Thob putatur esse in forte Gad, quoniam non est putandum quod voluerit iugere Iepthe ad alienigenas, Ammonitas, vel Gessuritas.
4. Ociofi, & egrediebantur cito. Factumque est post aliquot dies.
c. Quid tunc neque iuuenis esset neque senex, sed vir perfectus, significat in rebus secularibus iuuenem vtilem esse, senem inutilem non ita in diuinis. Chryl. Hom. 87. in Io. * Quare.
d. Tale quid figuratum est in Ioseph, quem fratres vendentes eiecerunt, & cum fame tribularentur, ad eius opem miseriam cordiumque eueresi sunt. Hoc vero amplius elucet significatio futurorum, quia non ipsi prorsus fratres qui eiecerunt Iepthe ad eum uenerunt, sed Galaad seniores pro toto populo supplicantes. August. in Glo. sa ordinaria.
5. Verbum domini testis sit inter nos, si non fecerimus iuxta sermone tuum.



Vit itaque illo in tempore Iepthe Galaadites vir fortissimus atque pugnator, filius mulieris ^ameretricis, ² qui natus est de] Galaad. ¹ Habuit autem Galaad vxorem, de qua suscepit filios: qui postquam creuerant, eiecerunt Iepthe dicentes: Hæres in domo patris nostri esse non poteris, quia de ³ adultera matre] natus es. Quos ille fugiens, atque deuitans, habitauit in terra ^b Thob. Congregatique sunt ad eum viri ⁴ inopes, & latrocinantes, & quasi Principem sequebantur.] In illis diebus pugnabant filij Ammon contra Israel: quibus acriter instantibus,] perrexerunt maiores natu de Galaad, vt tollerent ⁵ in auxilium sui] Iepthe de terra Thob. Dixeruntque ad eum: Veni, & esto ⁶ Princeps noster, & pugna contra filios Ammon. Quibus ille respondit. ⁷ Nonne vos estis qui odistis me, & eiecistis de domo patris mei, & nunc ⁸ venistis ad me necessitate compulsi? ⁹ Dixeruntque Principes Galaad ad Iepthe: Ob hanc igitur causam nunc ad te venimus, vt proficiscaris nobiscum, & pugnes contra filios Ammon: sisque Dux omnium qui habitant in Galaad. Iepthe quoque dixit eis: Si verè venistis ad me vt pugnem pro vobis contra filios Ammon, tradideritque eos dominus in manus meas, ego ero vester Princeps? Qui responderunt ei: ⁵ Dominus qui hæc audit, ipse mediator, ac testis est, quod nostra promissa faciemus.] Abiit itaque Iepthe cum Principibus Galaad, fecitque eum omnis populus Principem sui. Locutusque est Iepthe omnes sermones suos coram domino in Maspha. Et misit nuncios ad regem filiorum Ammon,

A Ios. 5. 12. Anni ante Christum. 1207. Anni mundi. 2759. 756. di. ca. Nasci.

7 Gen. 26. f.

Ammon, qui ex persona sua dicerent: Quid mihi & tibi est, quia venisti contra me, ⁶ vt vastares terram meam? ⁷ Quibus ille respondit: ⁸ Quia tulit Israel terram meam quando ascendit de Ægypto, à finibus Arnon vsque ⁹ ad Iaboc atque Iordanem: Nunc ergo cum pace redde mihi eam. Per quos rursus mandauit Iepthe, & imperauit eis vt dicerent Regi Ammon. Hæc dicit Iepthe, Non tulit Israel terram Moab, nec terram filiorum Ammon, sed quando de Ægypto conscenderunt, ambulauit per solitudinem vsque ad mare rubrum, & venit in Cades. ¹⁰ Misitque nuncios ad Regem Ædom, dicens: Dimitte me vt transeam terram tuam. Qui noluit acquiescere precibus eius, misit quoque ad Regem Moab, qui & ipse transitum præbere contempsit. Mansit itaque in Cades, & ¹¹ circuit ex latere terram Ædom, & terram Moab. Venitque ¹² ad orientalem plagam terræ Moab, & castrametatus est trans Arnon, nec voluit intrare terminos Moab. ¹³ Arnon quippe confinium est terræ Moab: ¹⁴ Misitque Israel nuncios ad Seon Regem Amorrhæorum, qui habitabat in Efebon, & dixerunt ei: Dimitte vt transeam per terram tuam vsque ad fluuium. ¹⁵ Qui & ipse Israel verba despiciens non dimisit eum transire per terminos suos, sed ¹⁶ infinita multitudine congregata] egressus est contra eum in Iasa, & ¹⁷ fortiter resistebat. ¹⁸ Tradiditque eum dominus in manu Israel cum omni exercitu suo, & percussit eum, & possedit omnem terram Amorrhæi habitatoris regionis illius, & vniuersos fines eius, de Arnon vsque ad Iaboc, & de solitudine vsque ad Iordanem. Dominus ergo deus Israel subuertit Amorrhæum, pugnante contra illum populo suo Israel. Et tu nunc vis possidere terram eius? Nonne ¹⁹ ea quæ possedit Chamos deus tuus, tibi iure debentur? Quæ autem] dominus deus noster victor obtinuit, in nostram cedent possessionem. ²⁰ Nisi forte melior es Balac filio Sefhor Rege Moab, ²¹ aut docere potes quod iurgatus sit contra Israel, & pugnaverit contra eum quando habitauit] in Efebon, & viculis eius, & in Aroer & villis illius, vel in cunctis ciuitatibus iuxta ²² Iordanem] ²³ per trecentos annos? Quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentastis? ²⁴ Igitur non ego pecco in te, sed tu contra me male agis, indicens mihi bella non iusta. Iudicet dominus arbiter huius diei inter Israel, & inter filios Ammon. Noluítque acquiescere Rex filiorum Ammon uerbis Iepthe, quæ per nuncios mandauerat. Factus est ergo super Iepthe spiritus domini, & circuiens Galaad, & Manassæ, Maspha quoque Galaad, & inde transiens ad filios Ammon ²⁵ votum vouit domino, dicens: ²⁶ Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicumque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihi que occurrerit reuertenti cum pace à filiis Ammon, ²⁷ eum holocaustum offeram domino. Transiitque Iepthe ad filios Ammon, vt pugnaret contra eos: quos tradidit dominus in manus eius, percussitque eab Aroer vsque dum venias in Mennith, viginti ciuitates, & vsque ad ²⁸ Abel, quæ est vineis consista,] plaga magna nimis: humiliatque sunt filij Ammon ²⁹ à filiis Israel.] Reuertenti autem Iepthe in Maspha domum suam, occurrit ei vni genita filia cum tympanis & choris. Non enim habebat alios liberos. ³⁰ Qua visa, scidit vestimenta sua, & ait: Heu me filia mi, ³¹ decepisti me, & ipsa ³² decepta es.] Aperui enim os meum ad dominum, & aliud facere non potero. ³³ Cui illa respondit: Pater mi aperuisti os tuum ad dominum, fac mihi quodcumque pollicitus es, concessa tibi vltione atque victoria de hostibus tuis. ³⁴ Dixitque ad patrem: ³⁵ Hoc solum mihi præsta quod deprecor:] Dimitte me vt duobus mensibus circum-eam montes, & plangam virginitatem meam cum sodalibus meis. Cui ille respondit: Vade. ³⁶ Et dimisit eam duobus mensibus. Cùmque abisset cum sociis & sodalibus suis, flebat virginitatem suam in montibus. Expletisque duobus mensibus reuersa est ad patrem suum, ³⁷ & fecit ei, ³⁸ sicut] vouerat. Quæ ignorabat virum. Exinde mos increuit in Israel, & consuetudo seruata est,] vt post anni ³⁹ circulum conueniant in vnum filia Israel, & plangent filiam Iepthe Galaaditæ diebus quatuor.

*Ephratæi ad vada Iordanis à Iepthe occiduntur: cui vita functo succedunt Abessan,
Elon & Abdon.*

XII.

n iij

6. Et pugnas in terra mesæ
d. Iaboc torrentis est regionis
Petree ad ortum Iolei Ior-
danis, procul à Gerasa. 4. mi-
liariibus, auctore. Hieron. ab
euentu sic dictus, locus ubi lu-
stratus est Iacob cum angelo,
de quo Gene. 32. e.

e. Hinc legitur in Nume. Ece
in vrbe Cades positi obsecra-
mus, vt nobis transire liceat per
terram tuam. Cui respondit Æ-
dom: Non transibis per me, a-
lioquin armatus occurrat tibi,
Dionis. Caruina,
* Israel.

* Purgens per desertum.
7. Ab ortu solis ad terram.

f. Arnon torrentis est descendens
à montibus Arabia, & per to-
rum desertum fluens, in stagnum
Asphaltidem irumpit.

8. Congregans omnem popu-
lum suum.

9. Pugnas contra Israel.
g. Ratio patet auctoritate di-
uina, quia est dominus cæli &
terre, & ideo potest terram ab
vno possessam alteri dare pro
sua voluntate, quod fecit de
terra possessa à Seon rege, tra-
dendo eam filiis Israel posside-
dam. De Lyra.

10. Populum illum quem expu-
lerat propter te Chamos deus
tuus, hunc in possessione acci-
pias, sic & eum quem.

11. An non ille contentione es-
tendit cum Israel, & pugnan-
do pugnavit contra eos? Cum
igitur Israel habitauerit.

12. Terminos Arnon.

h. A morte Moyse ad primum
annum Iepthe supputauimus
tantum, 266. Ideo ad completum
300. an. oportet addere, 34. an.
Moyse.

i. His prædictis rationibus Iep-
the concludit quod habeat ius
sua causam defensionis, & rex
Ammon iniustam inuasionis
De Lyra.

k. Neque vniquam adducit vt
credam us inuicem principem
promississe Iepthe vt immola-
ret deo quicquid sibi reuertem
si intra lineam domus sue oc-
curreret: eum & ipsum voti
peruenerit sui postquam filia
occurrit sibi: denique cõscidit
vestimenta sua & sequitur.
Qui licet pro metu ac formi-
dine acerbitatem duræ solu-
tionis impleuerit, tamen iustis
annum etiam polletis deplo-
randum statuit ac dereliquit.
Amb. lib. 3. offi. c. 12.

* Eric domini, atque.

13. Plantarum vinearum.

14. In conspectu filiorum.

15. Humiliatio humiliasti me,
& tu es in perturbationibus
meis.

* De filiis Ammon.

16. Fiat mihi hæc res.

l. Quod si Iepthe obtulit filij
sua virginem deo, non sacri-
ficium placet, sed animus offe-
rentis. Hierony. in 7. cap. Hie-
rem.

m. Hoc Iepthe sacrificij secu-
rius & magnificentius fuit. Ne-
quaquam enim necessitate est
perfolium, quemadmodum ubi
promissionis ferore ac victo-
rie factum est desperatione,
verum oblatio ista spontanea
fuit, & que solum mercedem ha-
beret speranda. Grego. Nazian.
oratio. 20.

n. Iuxta votum suum quod,
n. In Sebasta quondam Sama-
ria appellata, filiam Iepthe dei
ficarunt, & in eius honorem,
quotannis festiuitatem cele-
brant. Epipha. Hæzeli. 55.

56. dist. Na-
fei. 22. c. 4.
Vniquisq.
que. 23. q. 5. si
non licet.

F. Congregati autē in viri E. phraim.
 a. Ideo orta est seditio quia illi de hac tribu Ephraim erant superbi & glorie mundane cupidi. Propter causam superius in principio 5. cap. Ideo dolebant quod victoria ipsi Iepthe ascribatur qui non erat de cordi tribu, & ideo querebant occasionem contra eum dicentes. Quare vadens ad pugnam &c. De Lyta.
 *igni super te.
 2. Vir litis fui ego & populus meus.
 3. Et cum vos vocassem, non liberastis me de manu illorum.
 4. Igitur ascenditis hodie ad me, vt pugnetis aduersum me.
 5. Vos Galaadita fugitiui estis Ephraim, qui habitatis.
 b. Difficilis est quomodo Galaad habitaret in medio Ephraim, cum inter illas tribus medius esset Iordanis, nisi forsitan quod timore Ammonitarum quidam de populo Galaad fugerunt de sedibus suis, & transiisse Iordane inter filios Ephraim recepti sunt. Dionysius Carthusia. iudicauit ergo Israel sicut ceteri iudices non ibi regnauit vt princeps, sicut hi qui in regnorum voluminibus continentur. Aug. libro. Iudic. 7.
 6. Non enim apertus erat sic loqui, vel vt sic loqueretur.
 c. Quem Eusebius Hesebon vocat.
 d. Quem non annumerat Eusebius Hebrais iudicibus, nec eius annos numerat quos annuerat oportet cum sequentibus: pro quorum damno suspensio idem Eusebius Iosue filio Nun, Samueli & Sauli, quorum annos scriptura non dicit, plures annos quam in Iosepho legerat adnotauit: quare nus ab egressu Israel de Aegypto vsque ad edificacionem templi. 480. annorum summa quae scriptura praedicat habet. Be-da de natura rerum.

Ecce autem in Ephraim orta est seditio. Nam transeuntes contra aquilonem dixerunt in Iepthe: Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon vocare nos noluisti, vt pergeremus tecum? Igitur incendimus domum tuam. Quibus ille respondit: Disceptatio erat mihi & populo meo] contra filios Ammon vehemens: vosque vocaui vt praerberetis mihi auxilium, & facere nolulistis. Quod cernens posui animam meam in manibus meis, transiique ad filios Ammon, & tradidit eos dominus in manus meas. Quid commertui, vt aduersum me confurgatis in praeliu? Vocatis itaque ad se cunctis viris de Galaad pugnat contra Ephraim. Percusseruntque viri Galaad Ephraim, quia dixerat: fugitiuus est Galaad de Ephraim, & habitat in medio Ephraim & Manassae. Occupaueruntque Galaaditae vada Iordanis, perque Ephraim reuersus erat. Cumque venisset ad ea de Ephraim numero fugiens, atque dixisset: obsecro vt me transire permittas, dicebant ei Galaaditae: Nunquid Ephraetaus es? Quo dicente non sum, interrogabant eum, Dic ergo Sebbóleth, quod interpretatur spica. Qui respondebat Chebbóleth: eadem litera spicam exprimere non valens: statimque apprehensum iugulabant in ipso Iordanis transitu. Et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadraginta duo milia. Iudicauit itaque Iepthe Galaadites Israel sex annis, & mortuus est ac sepultus in ciuitate sua Galaad. Post hunc iudicauit Israel Abessan de Bethléhem: qui habuit triginta filios, & totidem filias. Quas emittens foras maritis dedit, & eiusdem numeri filiis suis accepit vxores: introducens in domum suam. Qui septem annis iudicauit Israel, mortuusque est, ac sepultus in Bethléhem. Cui successit Elon Zabulonites: & iudicauit Israel decem annis: mortuusque est, ac sepultus in Zabulon. Post hunc iudicauit Israel Abdon filius Hellel Pharonites: qui habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes, ascendentes super septuaginta pullos asinarum: & iudicauit Israel octo annis, mortuusque est, ac sepultus in Pharon terra Ephraim, in monte Amalech.

Israelitae rursus in Idolatriam lapsi Philistaeis traduntur, Samson nasciturus praedicitur, & natus a domino benedicatur. X III.

a. Quos annumerare oportet annis sequentibus vsque ad tempora Heli.
 b. Saraa ciuitas est in tribu Dan, in planicie Remmon non lege ab Elthael, de qua supra.
 * Quae non peperit.
 4. Nunc igitur custodi teipsum. Quid est immundum nisi forte dissolutio disciplinae, quae esse coepit in Israel, & iam ad ea mandanda eos labefecerat, quae prohibuerat deus in generibus animalium? Cur enim non eredatur etiam hoc eos multo proliuius facere potuisse, qui etiam ad cultum Idolorum transgrediebantur. Aug. q. 50. sup. lib. Iudicum.
 2. Ex ipso vtero.
 3. Nec interrogauit enim vnde esset, nec ipse nomen suum indicauit mihi, sed hoc dixit.
 d. Queri potest quomodo dixerit angelus ad matrem Samsonis eum annunciarer ei filiu futurum quia sterilis erat. Et nunc obserua, & non bibas vinum & sicerā, non manducetis omne immundum. Quid est enim immundum, nisi forte dissolutio disciplinae quae esse coepit in Israel, & iam ad ea mandanda eos labefecerat quae prohibuerat deus in generibus animalium. Aug. q. super Iudic. lib. 7. cap. 50.
 4. Quando natus fuerit.
 5. Ille, qui ad me hodie venit.
 6. Veniat nunc verbum tuum, qualis erit dispositio pueri, atque opus eius?

Rursumque filij Israel fecerunt malum in conspectu domini, qui tradidit eos in manus Philistinorum quadraginta annis. Erat autem quidam vir de Saraa, & de stirpe Dan, nomine Manue, habens vxorem sterilem: cui apparuit angelus domini, & dixit ad eam: Sterilis es & absque liberis, sed concipies & paries filium. Caue ergo ne bibas vinum, ac siceram, nec immundum quicquam comedas: quia concipies & paries filium, cuius non tanget caput nouacula. Erit enim Nazaraeus dei ab infantia sua, & ex matris vtero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philistinorum. Quae cum venisset ad maritum suum, dixit ei: Vir dei venit ad me habens vultum angelicum, terribilis nimis. Quem cum interrogassem quis esset, & vnde venisset, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere, sed hoc respondit: Ecce concipies & paries filium. Caue ne vinum bibas, nec siceram, & ne aliquo vescaris immundo. Erit enim puer Nazaraeus dei ab infantia sua, & ex vtero matris suae, vsque ad diem mortis suae. Orauit itaque Manue dominum, & ait: Obsecro domine, vt vir dei quem misisti veniat iterum, & doceat nos quid nos debeamus facere de puero, qui nasciturus est. Exaudiuitque dominus deprecantem Manue, & apparuit rursus angelus domini vxori eius sedenti in agro. Manue autem maritus eius non erat cum ea. Quae cum vidisset angelum, festinauit, & cucurrit ad virum suum, nunciauit ei dicens: Ecce apparuit mihi vir, quem ante videram. Qui surrexit, & secutus est vxorem suam, veniensque ad virum, dixit ei: Tu es qui locutus es mulieri? Et ille respondit: ego sum. Cui Manue, Quando, inquit, sermo tuus fuerit expletus, quid vis vt faciat puer, aut a quo se obseruare debet? Dixitque angelus domini ad Manue: Ab omnibus quae locutus sum vxori tuae, abstineat se, & quicquid ex vinea nascitur non comedat, vinu & siceram non bibat, nullo vescatur

106, 11.
 Anni ante Christum. 1197.
 Anni mudi: 2765.
 Anni ante Christum. 1190.
 Anni mudi: 2277.
 Anni ante Christum. 1180.
 Anni mudi: 2782.

Iosue. 5. 19.
 7. infra. 10. b.
 1. Reg. 16. 6.
 Luc. 1. b.
 5. Gene. 16. 6.
 Luc. 1. b.

vescatur immundo: & quod ei præcepi, impleat, atque custodiat. Dixit itaque Manue ad angelum domini: Obsecro te vt acquiescas precibus meis, & faciamus tibi] hœdum de capris. Cui respondit angelus: Si me cogis] non comedam panes tuos, si autem vis holocaustum facere, offer illud domino: & nesciebat Manue quòd angelus domini esset. Dixitque ad eum: Quod est tibi nomen, vt? si] sermo tuus fuerit expletus, honoremus te? Cui ille respondit: Cur quæris nomen meum, quod est mirabile? Tulit itaque Manue hœdum de capris, & libamenta, & posuit super perram offerens domino qui facit mirabilia. Ipse autem & vxor eius intuebantur. Cùmque ascenderet flamma altaris in cœlum, angelus domini pariter in flamma ascendit. Quod cum vidisset Manue & vxor eius, proni ceciderunt in terram, & vltra eis non apparuit angelus domini. Statimque intellexit Manue angelum domini esse, & dixit ad vxorem suã: Morte moriemur, quia vidimus dominum. Cui respondit mulier: Si dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocaustum & libamenta nõ suscepisset, nec ostendisset nobis hæc omnia, neque ea quæ sunt ventura dixisset. Peperit itaque filium, & vocauit nomen eius Samson. Creuitque puer, & benedixit ei dominus, cœpitque spiritus domini esse cum eo in castris Dan, inter Saraa & Esthaol.

Samson Philistaam vxorem duxit, quam cum viseret, leonem lacerauit: à quo sumptam parabolam vxori exponens, eam tandem repudiavit. X L I I I I.

Ascendit ergo Samson in Thamnata, vidensque ibi mulierem de filiabus Philistiim, ascendit, & nunciauit patri suo, & matri suæ, dicens: Vidi mulierem in Thamnata de filiabus Philistinorum, quam quæso vt mihi accipiatis vxorem. Cui dixerunt pater & mater sua: Nunquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo tuo, quia vis accipere vxorem de Philistiim, qui incircuncisi sunt? Dixitque Samson ad patrem suum. Hanc mihi accipe: quia placuit oculis meis. Parentes autem eius nesciebant quòd res à domino fieret, & quæreret occasionem contra Philistiim. Eo enim tempore dominabantur Philistiim Israeli. Descendit itaque Samson cum patre suo & matre in Thamnata. Cùmque venissent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis sauius & rugiens, & occurrit ei. Irruit autem spiritus domini in Samson, & dilacerauit leonem, quasi hœdum in frustra decerperet, nihil omnino habens in manu: & hoc patri & matri noluit indicare. Descenditque & locutus est mulieri, quæ placuerat] oculis eius. Et post aliquot dies reuertens vt acciperet eam, declinauit vt videret cadauer leonis. Et ecce examen apum in ore leonis erat, ac fauus mellis. Quæ cum sumpsisset in manibus, comedebat in via, veniensque ad patrem suum & matrem, dedit eis partem, qui & ipsi comederunt, nec tamen eis voluit indicare quod mel de corpore leonis assumpserat. Descendit itaque pater eius ad mulierem, & fecit filio suo Samson conuiuium. Sic enim iuuenes facere consueuerant. Cum ergo ciues loci illius vidissent eum, dederunt ei sodales triginta qui essent cum eo. Quibus locutus est Samson: Proponam vobis problema, quod si solueritis mihi] intra septem dies conuiuij, dabo vobis triginta sindones & totidem tunicas. Sin autem non potueritis soluere: vos dabit mihi triginta sindones, & eiusdem numeri tunicas. Qui responderunt ei: Proponere problema, vt audiamus. Dixitque eis: De comedete exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Nec potuerunt per tres dies propositionem soluere. Cùmque adesset dies septimus, dixerunt ad vxorem Samson: Blandire viro tuo, & suade ei, vt indicet tibi quid significet problema. Quod si facere nolueris, incendemus te, & domum patris tui. An idcirco vocastis nos ad nuptias? vt spoliaretis? Quæ fundebat apud Samson lachrymas, & querebatur, dicens: Odisti me, & non diligis: idcirco problema quod proposuisti filiis populi mei, non vis mihi exponere. At ille respondit: Patri meo & matri nolui dicere, & tibi indicare potero? Septem igitur diebus conuiuij flebat ante eum, tandemque die septimo cum ei esset molesta, exposuit. Quæ statim indicauit] ciuibus suis. & illi dixerunt die septimo ante solis occubitum: Quid dul-

7. Retinebimus te paululum, & parabis coram te.
e. Per hæc verba secūdam August. Manue inuitauit angelū ad pariter epulandum pro nūcio bono, vt sic sensus: faciam tibi hœdum de capris. i. hœdum de grege caprarū preparatum tibi ad comedendum. Dionysius Carth. libid.
8. Retines.
9. Cum.
10. Secretum.
11. Angelus verò mirabilia fecit videntibus Manue & vxore eius.

f. Quapropter primo purgari oportet, inde cum puritate verari, si nobis accedere nolumus quod Manue euenit, cū in dei incidisset imaginationem, & dicere nolumus: perimus à muliere, quoniam deum vidimus. Gregor. Naian. oratio. in S. E. piphaniarum lumina.
12. Nec isto tēpore fecisset nos audire talia.
g. Samson diuina promissione generatus, spiritum comitatum habebat. Sic enī legitur. Quia benedixit eum dominus, & cœpit spiritus domini comitari eum eo in castra. Ambr. prolo. de spiritu sancto, lib. 2.

a. Thamnata vel Tamnata ciuitas maxima in motu Siphariæ contra septentrionalem partem Iudæe, inter quæ Ierusalē & Drosopolim: inde sub imperio Romano dicta est præfectura Thamnatica.

1. Meo.
b. Ideo futurum prævidens stracramentum, ex alienigenis profecbat vxorem, quod pater eius & mater, vt scriptum est, ignorabat quòd à domino est. Ambr. in prolog. lib. 2. de spiritu sancto.

c. Iste Samson cum tenderet ad mysterium nuptiarum, leo rugiens occurrit ei: Sed quis primū erat in Samson obuius leonem necans, cū ostendit vxoris causa ad alitiginas tenderem] Christo. Indorus. libid.
2. Rugiebat in occursum eius.
d. Vt in tam cautus ad seruandam gratiam, quā fortis ad superandam belia. Et fortasse hoc non solum virtutis miraculum sed etiam sapientie mysterium propheticæ oraculum fuit. Ambr. vbi supra.

3. Reddique ipsa viti est in corpore.

e. Queritur quomodo spes quæ abhorrent fecida, ibi mellificauerunt. Potest dici quod ipsi diuerse sunt species, & aliquæ sunt rustice, & non abhorrent calia: cuiusmodi erant iste, unde & aliquæ mellificant in foraminibus terræ, quas burdones vocant. De Lyra. libidem.

4. Atque mel.

5. Et Samson parauit ibi conuiuium.

7. Indicando indicauerit mihi, & inuenientis. sub solutione.

8. Mutatorias vestes.

f. Nec ipsa quæstio vacat à facramentis, quam proposuit sodalibus suis, dicens: De comedente exiuit, &c. Denique eo vsque mystica, vt tribus diebus eius reuelatio quæreretur, quæ non potuit nisi per fidem ecclesie die septima, completo legis tēpore, post passionem domini reuelari. Ambr. Prolo. lib. 2. de spiritu sancto.

9. Persuade viro meo, vt indicet nobis ænigma.

10. Vt nos pauperes feceritis.

g. Fortissimum omnium Samson nonne Dalila mulieris auaritia decipit? Ambr. lib. 2. Offic. cap. 26.

11. Filiis populi sui.

1 Gene. 32. 8.

10. 533. Anni ante Christi 1172. Anni mundi 2790. Ios. 15. a.

h. O diuinū mysterium, O eu-
dens sacramentū, cuius in-
teremptorem, potentem vici-
mum. ibi nunc cibis vitæ est, v-
bi erant antea miseria, fames,
mortes. In saluam pericula, in
suauitatem amaritudo conuer-
titur. Gratia ex offensione pro-
cessit, potentia ex infirmitate,
vita de morte. Ambro. prolog.
lib. 2. de spiritu sancto.
12. Arma tulit, deditque muta-
torias vestes.
13. Sociis eius quem sibi affo-
ciauerat.

cuius melle, & quid fortius leone? Quia it ad eos: ^h Si non arassetis in vitula mea, non inuenissetis propositionem meam. Irruit itaque in eum spiritus domini, descenditque A scalonem, & percussit ibi triginta viros, quorum ¹² ablatas vestes dedit] iis qui problema soluerant. Iratusque nimis ascendit in domum patris sui: vxor autem eius accepit maritum vnum de ¹³ amicis suis & pronubis.]

Insa. 14

Per varias vulpes Philistæorum segetes Samson incendit, & asini maxilla viros mille prostravit. X V.

1. Cum hodo capratum, dicens ingrediat ad vxorem meam in cubiculum.

Post aliquantum autem temporis, cum dies triticæ messis instarent, venit Samson, inuisere volens vxorem suam, ¹ & attulit ei hœdū de capris. Cùmque cubiculum eius solito vellet intrare, prohibuit illum pater illius, dicens: Putaui quod odisses eam, & ideo tradidi illam ² amico] tuo. Sed habet sororem, quæ iunior & pulchrior illa est, sit tibi pro ea vxor. Cui Samson respondit: ³ Ab hac die non erit culpa in me cōtra Philistæos. ⁴ Faciam enim vobis] mala. Perrexitque & cepit trecentas vulpes, ⁵ caudâque earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio: ⁶ quas igne succendens dimisit vt huc illucque discurrerent. Quæ statim perre- xerunt in segetes Philistinorum. ⁷ Quibus succensis, & comportatæ iam fruges, & ad- huc stantes in stipula concrematæ sunt, intantum vt vineas quoque & oliuetâ flam- ma consumeret. ⁸ Dixeruntque Philistiim: Quis fecit hanc rem? Quibus dictum est: Samson gener Thamnatæi: quia tulit vxorem eius, & ⁹ alteri] tradidit, hæc operatus est. Ascenderuntque Philistiim, & combufferunt tam mulierem quàm patrem eius. Quibus ait Samson: Licet hæc feceritis, tamen adhuc ex vobis expetam vltionem, & tunc quiescam. Percussitque eos ¹⁰ ingenti plaga, ¹¹ ita vt stupentes suram femori im- ponerent. Et descendens habitauit in spelunca petre Etham. Igitur ascendentes Phi- listiim in terram Iuda, castrametati sunt in loco qui postea vocatus est Lechi, id est, maxilla: vbi eorū fufus est exercitus. Dixeruntque ad eos de tribu Iuda: Cur ascendi- stis aduersum nos? Qui responderunt: Vt ligemus Samson venimus, & reddamus ei quæ in nos operatus est. ¹² Descenderunt ergo tria milia virorum de Iuda ad specum silicis Etham. Dixeruntque ad Samson: Nescis quod Philistiim imperet nobis? Qua- re ergo hoc facere voluisti? Quibus ille ait: Sicut fecerunt mihi, sic feci eis. Ligare, in- quiunt, te venimus: & tradere in manus Philistinorū. Quibus Samson ¹³ iurare, ait, & spondete] mihi: quod non occidatis me. Dixerunt: Nō ¹⁴ te occidemus, sed vinctum trademus. ¹⁵ Ligaueruntque eum duobus nouis funibus: & tulerunt eum de petra E- tham. ¹⁶ Qui cum venisset ¹⁷ ad locum maxillæ,] & Philistiim vociferantes occurrissent ei, irruit spiritus domini in eum, & sicut solent ad odorē ignis ligna consumi, ita vin- cula quibus ligatus erat, dissipata sunt, & soluta. ¹⁸ Inuentamque maxillâ, id est, man- dibulam asini ¹⁹ quæ iacebat,] Jarrapiens, interfecit in ea mille viros, & ait: In maxilla a- sini, ²⁰ in mandibula pulli asinarum deleui eos: & percussi mille viros. Cùmque hæc verba canens compleisset, proiecit mandibulam de manu, & vocauit nomen loci illius Ramath Lechi: quod interpretatur ²¹ eleuatio] maxillæ. ²² Sitiensque valde, clama- uit ad dominum, & ait: Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc maximam atque victoriam, & en siti morior, incidamque in manus incircuncisorum. ²³ Aperuit] ita- que dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquæ. Quibus haustis refocillauit spiritum, & vires recepit. Idcirco appellatum est nomen loci illius fons inuocantis ²⁴ de maxilla] vsque in præsentem diem. Iudicauitque Israel in die- bus Philistiim viginti annis.

10f. 14

10f. 4. b

Samson à muliere in Gaza deceptus, portas vrbis in montem detulit, ab vxore autem de- tonsus excecatur ab hostibus, quos tandem secum consumpsit. X VI.

1. Socio;
2. Innocentior ego sum hæc vi-
ce quàm Philistæi. Faciam ita-
que illis.
3. Queritur cur ob istas iniu-
rias sibi à paucis Philistæis iro-
gatas, toti populo comminatus
est, ac damnâ intulit. Dionisius
Carthibidem.
4. Et tollens faces.
5. Caudarum.
6. Et incendendum tam aceru-
os quàm flantem segetem, vineas
& oliuetas.
7. Rursus hic alia oboriuntur
mysteria, quod vxor eius offer-
tur: & illos vulpes incendunt
manipulos alieni generatum. Eos
enim qui aduersus diuinâ si-
ceramtra contendunt, decipere
sua consuevit astutia. Ambro.
prolog. lib. 2. de spiritu sancto.
8. Socio eius.
9. Vt eruta femoribus iunge-
rentur plaga magna.
10. Hunc sensum ita se habere
etiam interpretari, quæ est ex
Hebræo, satis docet. Nam ita le-
gitur. Percussit eos ingenti pla-
gâ, ita vt stupentes suram fe-
mori imponerent. Tale est enim
ac fi diceret: tibi femori im-
ponerent, quoniam sura vtrique
retorsum cum tibia est. Aug.
11. super lib. Iudicum.
12. Volebat enim satisficere Is-
raelitis, & se agere quod non
interficerentur à Philistæis, nec
ab ipso eis resistendo, & habe-
ret occasionem iustam inter-
ficendi: Philistæos qui veniebant
ad ipsum occidendum. De Ly-
ra. Ibidem.
13. Te in manus eorum, sed non
interficiemus.
14. Ad Lechi.
15. Percussit eos manum ad ma-
xillam, id est tanta cæde, vt ma-
num ad maxillam tristi admi-
ratione ponerent. Aug. lib. 7.
super Iudicum.
16. Putrescentem.
17. In terram eoegi vos, & cum
mandibula asini.
18. Proedio.
19. Sed & præterea & sanctus e-
rat, atque in tantum sanctus, vt
cum fuisset post laborem pu-
gna, in loco sicco deprecatus
in defectu animæ sue, domini
statim ex ipsa maxilla, quam in
manu tenebat, erumpente aqua
biberit, atque inde sitis restum
ex eadem mortui pecoris asse
quouicetate tetectus extinxerit.
Chrys. ex variis in Math. locis
homil. 15.
20. Dissecuit.
21. Quærat in Lechi.

1. Meretrix quam Samson in e-
gugium sumit, ecclesia est, quæ
ante agnitionem vnius dei cū
idolis fornicata fuit, quæ post-
ea Christus sibi adiunxit. Aug.
gust. sermo. 107. de tempore.
2. Gazita.
3. Dicebant in luce matutina
interficiemus eum.

ABit quoque in Gazam, & vidit ibi mulierem ¹ meretricem, ingressusque ² est ad eam. Quod cùm audissent ³ Philistiim,] & percrebuisse apud eos, intrasse urbem Samson, circumdederunt eum positus in porta ciuitatis cu- stodibus, & ibi tota nocte cum silentio ⁴ præstolantes, vt factio mane ⁵ exeun-

10f. 15

exeuntem occiderent.] Dormiuit autē Samson vsque ad medium noctis, & inde confurgens]^b apprehendit ambas portæ fores cū postibus suis & sera, impositaque humeris suis portauit ad verticem montis qui respicit Ebron. Post hæc amauit mulierem quæ habitauit in valle Soreth, & vocabatur Dalila. Veneruntque ad eam Principes Philistinorum, atque dixerunt: Decipe eum, & disce ab illo in quo habeat tantam fortitudinem, & quomodo eum superare valeamus, & vincum affligere.]^g Quod si feceris, dabimus tibi singuli mille & centum argenteos. Locuta est ergo Dalila ad Samson: Dic mihi obsecro in quo sit tua maxima fortitudo, & quod sit quo ligatus erumpere nequeas.] Cui respondit Samson: Si septem ^c neruiceis] funibus, necdum siccis, & adhuc ^e humentibus,] ligatus fuero: infirmus ero vt cæteri homines. Attuleruntque ad eam satrapæ Philistinorum septem funes, vt dixerat, quibus vinxit eum, latentibus apud se insidiis, & in cubiculo ^f finem rei expectantibus:] Clamauitque ad eum: Philistiim super te Samson. ^d Qui rupit vincula quomodo si rumpat quis filum de stupa tortum sputamine cum odorem ignis acceperit: & non est cognitum in quo esset fortitudo eius. Dixitque ad eum Dalila: Ecce illuisti mihi, & falsum locutus es. ^e Saltem nunc indica mihi, quo ligari debeas. Cui ille respondit: Si ligatus fuero nouis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorum hominum similis. Quibus rursus Dalila vinxit eum, & clamauit: Philistiim super te Samson, in cubiculo insidiis preparatis. Qui ita rupit vincula quasi fila telarum. Dixitque Dalila rursus ad eum: Viquequo decipis me, & falsum loqueris? Ostende de quo vinciri debeas. Cui respondit Samson: Si, inquit, ^f septem ^g crines] capitis mei cum licio plexueris, & clauum iis circumligatum terræ fixeris, infirmus ero. Quod cum fecisset Dalila, dixit ad eum: Philistiim super te Samson. Qui confurgens de somno extraxit clauum cum crinibus & licio. Dixitque ad eum Dalila: Quomodo dicis quod ^d amas me, cum animus tuus non sit mecum? ^e Per tres vices mentitus es mihi, & noluit dicere in quo sit maxima fortitudo tua. Cūque molesta ei esset: ^g & per multos dies iugiter adhæreret spacium ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortem vsque lassata est.] Tunc aperiens veritatem rei, dixit ad eam: ^h Ferrum] nunquam ascendit super caput meum, quia Nazareus, ⁱ id est, consecratus domino sum de] ytero matris meæ. ^h Si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiam eroque sicut ceteri homines. Vidensque illa quod confessus ei esset omnem animum suum, misit ad Principes Philistinorum ac mandauit: Ascendite adhuc semel, quia nunc mihi aperuit ⁱ cor suum. Qui ascenderunt assumpta pecunia quam promiserant. At illa dormire eum fecit super genua sua & in sinu suo reclinare caput.]^h Vocauitque tonsorem, & rasit septem ⁱ crines eius, & cœpit abigere eum, & à se repellere. ^h Statim enim de] eo fortitudo discessit. Dixitque, Philistiim super te Samson. Qui de somno confurgens, dixit in animo suo: Egrediar sicut antè feci & me excuriam, nesciens quod recessisset ab eo dominus. Quem cum apprehendissent Philistiim, statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vincum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt. Iamque capilli eius renasci cœperant, ⁱ & Principes Philistinorum conuenerunt in vnum, vt immolarēt hostias magnificas Dagon deo suo, & epularentur, dicentes: tradidit deus noster inimicum nostrum Samson in manus ⁱ nostras: Quod etiam populus videns laudabat deum suum, eadēque dicebat: ^h Tradidit deus noster aduersarium nostrum in manus nostras, qui deleuit terram nostrā, & ⁱ occidit plurimos. Lætantesque per conuiuia, sumptis iam epulis præceperunt vt vocaretur Samson, & ante eos luderet.] Qui adductus de carcere, ludebat ante eos: feceruntque eum stare inter duas columnas. Qui dixit puero regenti gressus suos. Dimitte me, ⁱ vt tangam] columnas quibus omnis imminet domus, & recliner super eas, & paululum requiescam.] Domus autem erat plena virorum ac mulierum, & erant ibi omnes principes Philistinorum, ac ⁱ de tecto, & solario,] circiter tria millia ^e vtriusque sexus spectabant ludentem Samson. ^h At ille inuocato domino, ait: Domine deus meus memento mei, & ⁱ redde mihi nunc fortitudinem pristinam, deus

3. Et media nocte surgens.

b. Samson obferatis portis clauditur in ciuitate, dominus ob signato clauditur monumento Samson fractis feris, subtrahitur quo portis securus euadit: cuius rupis in feni sedie obicitur, apertæque sepulchro recepto corpore à morte liber egreditur. Chryf. ex varijs in Matth. locis, homil. 4.

4. Ligenus eum, atque affligimus eum.

5. Quomodo ligari possis & humiliani.

6. Recentibus.

c. Quia tales funes extenduntur, & non facile rumpuntur. De Lyra. lbidem.

d. Quid est quod in capillis virtutum habebat? Et hoc frater diligenter aduertit. Virtutem nō habuit in manu, nō in pede non in pectore, non in ipso capite, sed in capillis, in crinibus: Coma sunt velamentum: in velamento autem Christus habebat virtutem, quando vmbra veteris legis eum regebant. Aug. Serm. 107. de tempore.

e. Hoc est, si fuerint cincinni capitis mei, inter telam cœtexti, licetioris ipsi circa quod tela plicatur, clauo fixum, & ad ceruicem firmatum, debilis ero. Quod cum Dalila fecisset, decepta est vt prius. Aug. ibidem.

f. Vnde videtur quod ipse fecerit dormienti Samsoni, qui habuit longissimos pilos videlicet, nunquam rasos. Dionysius Carthusianus ibidem.

7. Cincinnos.

8. Verbis suis per multos dies & affligeret eum, vt nimis eius deficeret ad mortem.

9. Nonacula.

10. Dei ego sum ex.

g. Non solum enim curiosa sed & subdola intrepit in precordia mariti simplicis, & importunis obsecrationibus atque illecebris blanditijs fugatum, paruo illo virtutis sui martyrio spoliatur, atque ita derasis crinibus virtute nudatum funditus euerit. Chryfost. Ex varijs in Matth. locis, homil. 15.

* Totum.

11. Cincinnos de capite eius, & cœpit affligere eum, & ab. h. Ergo ille inuidus quandiu habuit gratiam spiritalē, sicut dei populus ille electus à domino, ille Nazareus in lege: inuitus ergo Samson atque insuperabilis, vt in maxilla asine mille viros percuteret, ita plenus gratia celestis, vt etiam aquam in maxilla asini stris percuteret: sicut hoc ad miraculum confertur, sicut ad mysterium veritas, quod in populi foret humilitate gentilis, & requies & triq̄ plus, iuxta quod scriptum est: Qui te percussit in maxillam præbe ei & alteri. Ambr. prol. 9. lib. 2. de spiritu sancto.

* Postquam rasus fuerat.

12. Anxit interfectos nostros. Factumque est cum letum esset cor eorum, vt dicerent: Vocat Samson, vt ridere nos faciat.

13. Et fac me tangere.

14. Super tectum.

15. Cōforta me hac vice. Deus vt vltione vicissat pro duobus oculis meis de Philistinis.

meus, ut uiscer me de hostibus meis: & pro amissione duorum luminum unam uisionem recipiam.] Et apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, alteramque earum dextra, & alteram laeva tenens, ait: ¹ Moriatur anima mea cum Philistiim. Concussisque fortiter columnis, cecidit domus super omnes Principes & ceteram multitudinem quae ibi erat. Multoque plures interfecit moriens, quam ante uiuus occiderat. Descendentes autem fratres eius, & uniuersa cognatio, tulerunt corpus eius, & sepelierunt inter Saraa & Estahol, in sepulchro patris sui Manue, iudicauitque Israel viginti annis.

Michas matris argentum reseruans conflauit in idolum, cui Bethleemitam sacerdotem praefecit.
XVII.

* Et super quas sustentabatur.
1. Postremo Samson moriens, inimicos suos concussis adificiis ruinam comprimit. Dominus tunc est mori dignatus est, non una domo, sed toto mundo concussit, diabolus cum suis angelis uniuersis extinxit. Chrysostr. ex variis in Mat. locis, hom. 4.

† De diuers. Gaudemus. 23. q. 3. Si non licet, & cap. Reor. Sup. 4. d. & 15. d.

1. Qui ablati sunt, vel, quos uocant.
2. Denoueras, id est, raptoribus malum imprecata es.
3. Ego sustuli eos.
a. Michas iste & mater eius fuerunt idolatra, idcirco secundum expositores in tota historia ista iam ipse quam mater eius per deum & dominum intelligunt saluum deum suum seu idolum. Dionysius Carthusianus.
b. Hoc est idolum ad colendum.
4. Fuit & apud uirum illum Micham templum deorum.



Vitque eo tempore vir quidam de monte Ephraim nomine Michas, qui dixit matri suae: Mille centum argenteos quos separaueras] tibi, & super quibus me audiente iuraueras,] ecce ego habeo, & apud me sunt:] Cui illa respondit: ^a Benedictus filius meus domino. Reddidit ergo eos matri suae, quae dixerat ei: Consecraui, & uoui hoc argentum domino, ut de manu mea suscipiat filius meus, & faciat ^b sculptile atque conflatile, & nunc trado illud tibi. ^c Reddidit igitur eos matri suae. Quae tulit ducentos argenteos, & dedit eos argentario, ut faceret ex eis sculptile atque conflatile, quod fuit in domo Michae. ^d Qui ardiculam quoque in ea deo separauit,] & fecit ^e Ephod & Theraphim, & id est, vestem sacerdotalem & Idola. ^f Impleuitque] vnus filiorum suorum manum, & factus est ei sacerdos. ^g In diebus illis non erat Rex in Israel: sed vnusquisque quod sibi rectum uidebatur, hoc faciebat. ^h Fuit quoque in tempore illo alter adolescens de ⁱ Bethleem Iuda, ex cognatione eius, eratque in tempore illo alter adolescens de ^k Bethleem Iuda, ex cognatione eius, eratque ipse Leuites, & ^l habitabat] ibi. Egressusque de ciuitate Bethleem, peregrinari uoluit ubi cunq; sibi commodum reperisset. Cumque uenisset in montem Ephraim ^m iter faciens, & declinasset parumper in domo Michae,] interrogatus est ab eo unde uenisset. Qui respondit: Leuita sum de Bethleem Iuda, & uado ⁿ ut habitem ubi potuero, & ^o uile mihi esse prospexero. ^p Ixitque ei Michas: Mane apud me, inquit, & esto mihi parens, ac sacerdos: daboque tibi per annos singulos decem argenteos, ac ^q vestem duplicem,] & quae ad victum sunt necessaria. Acqueiuit & mansit apud hominem: fuitque illi quasi vnus de filiis. ^r Impleuitque Michas manum eius, & habuit puerum sacerdotem apud se, nunc scio, dicens, quod benefaciet mihi deus, habenti Leuitici generis sacerdotem.

e. Ephod super humerale, quo cetera sacerdotis indumenta constringebantur. Theraphim uero quaedam figurae erant ad sacrificia deorum seruientes.
f. Consecrauitque, & iura.
g. Haec dicitur ad differentiam alterius Bethleem, quae erat in tribu Zabulon, ut habetur. Iosue 19.
h. Peregrinabatur.
i. Ad domum Michae, ut perficeret uiam suam.

8. Ad peregrinandum quod inuenero.

9. Duas vestes.
e. Implete manum est consecrate, ut Num. 3. a. Et quorum replet & consecrate manus, ut sacerdotio fungantur.

† Sup. 8. 2. & Infra. 21. d.

Exploratores tribus Dan nouas quærentes possessiones, sacerdotem Michae cum Idolo suo detulerunt, urbem Lais ubi capientes habitauerunt.
XVIII.

a. Haec historia uidetur contingere uicente adhuc Iosue: de qua meminit Ios. 19. d. nisi illic descripta fuisse per anticipationem.
* Iosue diebus.
* De extremitate filii, viros.

1. Permostrauerunt.
* Cum essent in domo Michae.

2. Et quid habes hic?

b. Lais, quae & Icais, uel Lesem aut Leschem, prius dicta: à Danis destructa, & inde inlata. Lais Dan est appellata. postea Patruum dicta. interdum Panca, à Panca de fonte, qui est secundum Plinium alluit. Hic Agrippa in honorem Neronis inhaucans. Neroniam nuncupante: Philippus uero Caesaris Philippi. Vbi est Phoeniciae ad radices montis Libani, ubi Ior & Dan fontes iunguntur, & inde Iordanem constituunt.
3. Nec quicquam negotij habebant cum hominibus.



^a N diebus illis non erat rex in Israel, & tribus Dan ^b quærebat possessionem sibi, ut habitaret in ea. Usque ad illum enim diem inter ceteras tribus sortem non acceperat. Miserunt ergo filij Dan stirpis & familiae suae quinque viros ^c fortissimos de Saraa & Estahol, ut explorarent terram, & diligenter inspicerent. Dixeruntque eis: Ite, & considerate terram. Qui cum pergentes uenissent in montem Ephraim, & intrassent domum Michae, ^d requieuerunt] ibi. Et ^e agnoscetes uocem adolescentis Leuite, ut entis que illius diuersorio, dixerunt ad eum: Quis te huc adduxit? Quid hic agis? ^f Quam ob causam huc uenire uoluisti? ^g Qui respondit eis: Haec & haec praestitit mihi Michas, & me mercede conduxit, ut sim ei sacerdos. Rogaueruntque eum ut cõsuleret dominum, & scire possent an prospero itinere pergerent, & res haberet effectum. Qui respondit eis: Ite cum pace. Dominus respicit uiam uestram, & iter quod pergitis. Euntes igitur quinque uiri uenerunt ^h Lais: uideruntque populum habitantem in ea absque ullo timore iuxta consuetudinem Sidoniorum, securum, & quietum, nullo eis penitus resistente, magnarumque opum & procul à Sidone ⁱ atque à cunctis hominibus separatum. ^j Reuersique ad fratres suos in Saraa & Estahol, & quid egissent sciscitantibus, responderunt: Surgite, & ascendamus

† Ios. 19. d.

Cdamus ad eos. [†] Vidimus enim terram valde opulentam & vberem. * Nolite negligere, nolite cessare. Eamus, & possideamus eam, nullus erit labor. ^c Intrabimus ad securos in regionem latissimam, tradetque nobis dominus locum, in quo nullius rei est penuria eorum quæ gignuntur in terra. Profecti igitur sunt de cognatione Dan, de Saraa & Esthaol sexcenti viri accincti armis bellicis, ascendentesque manserunt in Cariathiarim Iudæ: qui locus ex eo tempore castrorum Dan nomen accepit, & est post tergum ^d Cariathiarim. Inde transierunt in montem Ephraim. Cùmque venissent ad domum Michæ, dixerunt quinque viri qui prius missi fuerant ad considerandum terram Lais, cæteris fratribus suis: ^e Nostis quod in domibus istis sit Ephod & Theraphim & sculptile atque conflatile? Videte quid vobis placeat. Et cùm paululum declinassent, ingressi sunt domum adolescentis Leuitæ, qui erat in domo Michæ, salutaueruntque cum verbis pacificis: sexcenti autem viri ita vt erant armati, stabant ante hostium. * At illi qui ingressi fuerant domum iuuenis, sculptile & Ephod & Theraphim atque conflatile tollere nitebantur, & sacerdos stabat ante hostium, sexcentis viris fortissimis haud procul expectantibus. Tulerunt igitur qui intrauerunt, sculptile, Ephod, & Idôla, atque conflatile. Quibus dixit sacerdos: Quid facitis? ^f Cui responderunt: Tace, & pone digitum super os tuum, venique nobiscum, vt habeamus te patrem ac sacerdotem. Quid tibi melius est, vt sis sacerdos in domo vnus viri an in vna tribu & familia in Israel? Quod cùm audisset, acquieuit sermonibus eorum, & tulit Ephod, Idôla, ac sculptile, & profectus est cum eis. Qui cùm pergerent, & ante se ire fecissent paruulos, ac iumenta, & omne quod erat preciosum, iamque à domo Michæ essent procul, viri qui habitant in ædibus Michæ conclamantes secuti sunt, & post tergum clamare cœperunt. Qui cùm respexissent, dixerunt ad Micham: Quid tibi vis? ^g Cur clamas? ^h Qui respondit, ⁱ Deos meos quos mihi feci, tulistis, & sacerdotem, & omnia quæ habeo, & dicitis: quid tibi est? Dixeruntque ei filij Dan: Caue ne vltra loquaris ad nos, & veniant ad te viri animo concitati, & ipse cum omni domo tua pereas. Et sic cœpto itinere perrexerunt. Videns autem Michas quod fortiores se essent, reuersus est in domum suam. Sexcenti autem viri tulerunt sacerdotem, & quæ supra diximus: ^k veneruntque in Lais ad populum quiescentem, atque securum, & percusserunt eos in ore gladij, vrbemque incendio tradiderunt, nullo penitus ferente præsidium, eò quod procul habitarent à Sidône, & cum nullo hominum haberent quietam societatis ac negotij. ^l Erat autem ciuitas sita in regione Roob: quâ rursus extruentes habitauerunt in ea, vocato nomine ciuitatis Dan, iuxta vocabulum patris sui quem genuerat Israel, quæ prius Lais dicebatur. Posueruntque sibi sculptile, & Ionatham filium ^m Gerson filij Moyse,] ac filios eius sacerdotes in tribu Dan, vsque ad diem captiuitatis suæ.] Mansitque apud eos Idôlon Michæ omni tempore quo fuit domus dei in Sylo. In diebus illis non erat Rex in Israel.

* Et vos quiescitis.
 c. Hoc hyperbolicum dictum est, ad insinuandam magnitudinem opulentiæ terræ illius. Multa tamen gignuntur ex terra preciosa, medicinalia, quæ ibi non erant, sed communi victui necessaria abdidabant. Ilibem. Dionis. Carth. Ibid.

d. Cariathiarim duplex est, altera est tribus Iudæ, de qua Ios. 15. g. altera est tribus Simeonis, distans ab Hierosolymis 20. miliaribus. Ibi arca requieuit in domo Aminadab, donec à Dauide transferretur in Ierusalem. Vocata est interdum Baal, interdum Baal phacafim.

e. Theraphim imagine sunt astrologiæ sub cuius constellationibus delinunt & formantur, quasi habeant quandam celestium astrorum influxum. Luxta has igitur imagines, Michas præfigebat opus incipiendum vel omittendum. Vnde circa illa idololatra dicebatur, vt solent astrologi & ceteri Magi Aban Ezer, theologus & astrologus. Hier. verò super 3. caput Osee.
 ׀ ׀ ׀ ׀ Theraphim propriè appellantur, *אֲבֹתָא*, id est figure & simulachra, quæ nos possumus in presenti duntaxat loco Cherubin & Seraphim, siue alia quæ in templi ornamenta sui iusta sunt, dicere. Ephod autem significat indumentum sacerdotale quod in Exodo & Leuitico à 70.
 i. 70. 1. id est, super humerale dicitur.

* Erantque ex filiis Dan.
 f. Deos meos &c. in hebreo habetur. Et quid mihi amplius? q. d. Illa quæ tulistis ita preciosa erant mihi: quod parum aut nihil apprecioris habui. Et sic intelligenda est translatio nostra quæ habet: Et omnia quæ habeo. Non enim absulerant bona Michæ & alia, sed esset de filiis Israel quos spoliate uoluerant: sed tantum accepit illa quæ erant ad cultu idolorum pertinentia: quod credebant ad religionem pertinere, nō ad furtu, quod subditur: Caue ne vltra loquaris ad nos. De Lyra. Ibid.

4. Gerson filij Manasse.

5. Transmigrationis terræ.

Leuitæ vxor à Gabaonitis extincta adulterio, in duodecim secta portiones ad singulas tribus mittitur.

XIX.

A Vit quidam vir Leuitæ habitans in latere montis Ephraim, qui accepit vxorem * de Bethléhem Iudæ: Quæ reliquit eum,] & reuersa est in domum patris sui Bethléhem, mansitque apud eum quatuor mensibus. Secutusque est eam vir suus, volensque ^a reconciliari ei, atque blandiri,] & secum reducere, habens in comitatu puerum, & duos asinos. Quæ suscepit eum, &] introduxit in domum patris sui. ^b Quod cùm audisset focer eius, eumque vidisset, occurrit ei latus, & amplexatus est hominem.] Mansitque gener in domo soceri tribus diebus comedens cum eo, & bibens familiariter, die autem quarto ^c de nocte] confurgens, proficisci voluit. ^d Quem tenuit focer, & ait ad eum: ^e Gusta prius pusillum panis,] & conforta stomachum,] & sic proficisceris. Sederuntque simul, ac comederunt, & biberunt. Dixitque pater puellæ ad generum suum: Quæso te, vt hodie hic ^f maneat: pariterque lætemur.] At ille confurgens cœpit velle proficisci. Et

a. Hæc historia secundum Vincentium, ex qua videtur secutum bellum inter Benjamin & alias tribus, vnde Benjamin tribus penè deleta est, contigit statim post mortem Iosue & ante Othoniel. Putat Manassicus factum circa 50. annum. Aod.

* Gabaoniam, hoc est vxorem indotatam.
 1. Fornicata est apud eum.
 2. Loqui super cor eius.
 3. Et videns eum pater puellæ latus est in occursum eius, & retinuit eum pater puellæ.
 4. Mane.
 5. Confirma cor tuum buccella panis.

6. Pernoctet, iucundumque sit cor tuum.

7. Coegit eum focer eius, & reuerfus pernoctauit ibi. 8. Robora eor' iuui, moramque fecerunt vsque dum inclinaretur dies, & comederunt ambo.

b. Non quia ita esse prope noctem, sed quia transierat hora meridionalis, qua hora sol in epist declinaret a sua altitudine ad noctem. De Lyra.

c. Iebus à Iebusis dicta, qui est occupantur vsque ad tempus Dauid deinceps dicta est Ierusalem, & pluribus aliis nominibus pro diuersorum temporum conditionibus, incolis, & varietatibus, de quibus supra Iosue 10. a

9. Dixitque ad puerum suum: Veni, accedemus ad vnum horum locorum, vt pernoctemus, vel in Gabaa, v. l. in Rama.

d. Gabaa procul à Ierusalem, 30 stadiis via ad Anceptraidam, in hac fuit vxor Leuite violata. Fie eius mentio 2. Reg. 5. fecitque Dauid vt preceperat ei dominus, & Percussit Philistinum de Gabaa, vsque dum venias Gezer.

10. Loc. 11. Ad latera montis Ephraim, vnde ego sum, & perrexi vsque Bethlehem Iuda.

e. Que est in Sylo in monte Ephraim, vbi tunc domus domini erat, & Leuites ille erat oriundus.

f. Vidimus ad domum dei, hoc est in Sylo, vbi erat tabernaculum & arca testamenti, quia an tequam intraret domum suam, volebat deo gratias agere de hoc quod direxerat eum in via & custodierat, vt ex hoc deberent homines ad ipsos recipere, & inclinari. De Lyra.

12. Comederunt atque biberunt

g. Dixit Iosephus quod querebant vxorem viri, sed ideo loquebantur de viro vt sic ab eo extorquerent vxorem suam, sed hospes id ignorauit. Dionysius Carthusianus.

13. Cognosecamus eum.

14. Ne feceritis rem tam absurdam.

15. Et facietis eis, quod vobis visum bonum fuerit.

*Foras.

h. Quia non erat eorum vxor: & ideo talis concubitus erat absurdus, vel quia abutebantur ea concubitu in naturali. De Lyra.

*Vt que mane.

16. Dominus eius.

*Mulier illa.

i. Concubina interdum pro vxore usurpatur. Hagar enim & Cethura & vxores & concubine Abrahæ dicuntur. Sara tamen nunquam dicta est concubina: Augu. de ciuitate dei lib. 16. cap. 34.

*Nec visa.

17. Considerata.

k. In iuribus in Leuitis vxore admittam populus tolerare non potuit. Quapropter autores eius ad supplicium possillauit. Quos cum sua tribu tradera reculeret, bellum adomauit, ac in duobus primis praelis victoria per vim obtinuit. Procop. lib. 1. Educentium gladium.

nihilominus⁷ obnixè eum focer tenuit, & apud se fecit manere.] Mane autem facto, parabat Leuites iter. Cui focer rursus: Obsecro, inquit, vt paululum cibi capias: & assumptis viribus, donec increfcat dies, postea proficiscaris. Comederunt ergo simul.] surrexitque adolescens, vt pergeret cum vxore sua & puero. Cui rursus locutus est focer: ^b Considera quòd dies ad occasum decliuor sit, & propinquat ad vesperum. ^c Mane apud me etiam hodie, & duc lætum diem, & cras proficisceris vt vadas in domum tuam. Noluit gener acquiescere sermonibus eius, sed statim perrexit, & venit contra Iebus, quæ altero nomine vocatur Ierusalem, ducens secum duos asinos onustos, & concubinam. Iamque aderant iuxta Iebus, & dies mutabatur in noctem. Dixitque puer ad dominum suum: Veni obsecro, declinemus ad vrbe Iebusæorum, & maneamus in ea. Cui respondit dominus: Non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ non est de filiis Israel, sed transibo vsque Gabaa, & cum illic peruenero, manebimus in ea, aut certè in vrbe Rama.] ^d Transierunt ergo Iebus, & cœptum carpebat iter, occupauitque eis sol iuxta ^d Gabaa, quæ est in tribu Benjamin, diuerteruntque ad eam, vt manerent ibi. Quòd cum intrassent, sedebant in platæa ciuitatis, & nullus eos recipere voluit hospitio. Et ecce apparuit homo senex, & reuertens de agro & de opere suo vesperi, qui & ipse de monte erat Ephraim, & peregrinus habitabat in Gabaa. Homines autem ¹⁰ regionis] illius erant filij Lemini. Eleuat¹⁰que oculis vidit senex sedentem hominem cum sarcinulis suis in platæa ciuitatis, & dixit ad eum: Vnde venis? & quò vadis? Qui respondit ei: Profecti sumus de Bethlehem Iuda, ¹¹ & peregrinus ad locum nostrum qui est in latere montis Ephraim, vnde ieramus Bethlehem.] ¹² Et nunc vadamus ad domum dei, nullusque sub testum suum nos vult recipere, habentes paleas & fornem in asinorum pabulum, & panem ac vinum in meos & ancillæ tuæ vsus, & pueri qui mecum est. Nulla re indigemus, nisi hospitio. Cui respondit senex: Pax tecum sit: Ego præbebo omnia quæ necessaria sunt, tantum quæso, ne in platæa maneas. Introduxitque eum in domum suam, & pabulum asinis præbuit, ac postquam lauerunt pedes suos, ¹³ recepit eos in cõuiuium.] Illis epulantibus, & post laborem itineris, cibo & potu reficientibus corpora,] venerunt viri ciuitatis illius filij Belial — id est, absque iugo,] & circumdantes domum senis, fores pulsare cœperunt, clamantes ad dominum domus, atque dicentes: ¹⁴ Educ virum qui ingressus est domum tuam, & vt ¹⁵ abutamur eo.] ¹⁶ Egressusque est ad eos senex, & ait: Nolite fratres, nolite facere malum hoc: quia ingressus est homo hospitium meum, & ¹⁷ cessate ab hac stultitia.] Habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam, educam eas ad vos, vt humilietis eas, ¹⁸ & vestram libidinem compleatis,] tantum obsecro ne scelus hoc contra naturam operemini in virum. Nolebant acquiescere sermonibus illius. Quod cernens homo, adduxit ad eos ¹⁹ concubinam suam, & eis tradidit illudendam.] ²⁰ Quacum tota nocte abusi essent, ²¹ dimiserunt eam mane. At mulier recedens tenebris, venit ad hostium domus vbi manebat dominus suus, & ibi corruit. ²² Mane facto, surrexit ²³ homo,] & aperuit hostium, vt cœptam expleret viam, & ecce ²⁴ concubina eius iacebat ante hostium, sparsis in limine manibus. Cui ille, putans eam quiescere, loquebatur, Surge, vt ambulemus. Qua nihil respõdente, & intelligens quòd erat mortua:] tulit eam, & imposuit asino, reuersusque est in domum suam. Quam cum esset ingressus, arripuit gladium, & cadauer vxoris cum ossibus suis in duodecim partes ac frustra concidens, misit in omnes terminos Israel. Quod cum vidissent singuli conclamabãt: Nunquam res talis facta est ²⁵ in Israel ex eo die quo ascenderunt patres nostri de Ægypto, vsque in præsens tempus. Ferte sententiam, & in commune ²⁶ decernite quid factu opus sit.

Pugnant vndecim tribus Israel contra Benjamin, quem ferè delent. X X.



²⁷ Gressi itaque sunt omnes filij Israel, & pariter cõgregati quasi vir vnus de Dan vsque Bersabee, & terra galaad, ad dominum in Maspha. omnes quoque anguli populorum, & cunctæ tribus Israel in Ecclesiam populi dei conuenerunt quadringenta millia peditum ²⁸ pugnatorum.] Nec la-

† Genes. 19. b

† Osee. 10.

tuit filios Benjamin, quòd ascendissent filij Israel in Maspha. * Interrogatusque Leuita maritus mulieris interfectæ, quomodo tantum scelus perpetratum esset, respondit: Veni in Gabaa Benjamin cum vxore mea, illucque diueri.] Et ecce homines ciuitatis illius circumdederunt nocte domum in qua manebam, volentes me occidere & vxorem meam ³ incredibili furore libidini vexantes, denique mortua est.] Quam arreptam, in frustra concidi, nisi que partes in omnes terminos possessionis ⁴ vestra quia nunquam tantum nefas, & tam grande piaculum factum est] in Israel, * decernite quid facere debeatis. Stansque omnis populus, & quasi vnus hominis sermone, respondit: Non recedemus in tabernacula nostra, nec suam. quisquam intrabit domum, sed hoc contra Gabaa, ⁵ in commune] faciemus. * Decem viri eligantur è centum ex omnibus tribubus Israel, & centum de mille, & mille de decem millibus, vt cõportent exercitui cibaria, & possimus pugnare contra Gabaa Benjamin, ⁶ & reddere ei pro scelere quod meretur.] Conuenitque exercitus Israel ad ciuitatem, quasi homo vnus ⁷ eadem mente, vnòque consilio,] & miserunt nuncios ad omnem tribum Benjamin, qui dicerent: ⁸ Cur tantum nefas in vobis repertum est?] Tradite ⁹ homines] de Gabaa — qui hoc flagitium perpetrarunt] vt moriantur, & auferatur malum de Israel. ¹⁰ Qui noluerunt fratrum suorum filiorum Israel audire mandatũ, sed ex cunctis vrbibus quæ fortis suæ erant conuenerunt in Gabaa, vt ¹¹ illis ferrent auxilium,] & contra vniuersum populum Israel dimicarent. Inuentique sunt ¹² viginti quinque] milia de Benjamin educentium gladium præter habitatores Gabaa, qui septingenti erant viri fortissimi, ¹³ ita sinistra vt dextra præliantes.] & sic fundis lapides ad certum iacentes, vt capillum quoque possent percutere, ¹⁴ & nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur.] ¹⁵ Virorum quoque Israel absque filiis Benjamin, inuenta sunt ¹⁶ quadringenta millia educentium gladios, & paratorum ad pugnam, ¹⁷ qui surgentes venerunt in domum dei, hoc est ¹⁸ in Silo:] consulueruntque dominum, atque dixerunt. Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis cõtra filios Benjamin? Quibus respondit dominus: Iudas sit ¹⁹ Dux vester.] Statimque filij Israel surgentes mane castrametati sunt iuxta Gabaa, & inde procedentes ad pugnam contra Benjamin, ²⁰ vrbem oppugnare cõeperunt.] Egressique filij beniamin de Gabaa, occiderunt de filiis Israel die illo viginti duo milia virorum. ²¹ Rursum filij Israel & fortitudine & numero confidentes, in eodem loco in quo prius certauerunt, aciem direxerunt: ita tamen vt prius ascenderent, & starent coram domino vsque ad noctem, consulereque eum, & dicerent: Debeo vltra procedere ad dimicandum contra filios Benjamin fratres meos, an non? Quibus ille respondit: Ascendite ad eos, — & inite certamen.] Cũque filij Israel altara die contra filios Benjamin ad prælium processissent, eruperunt filij Benjamin ²² de portis Gabaa, ²³ & occurrentes eis, tanta in illos cade bacchati sunt, vt] decem & octo millia virorum educentium gladium — prosternerent.] Quamobrem omnes filij Israel venerunt in ²⁴ domum dei,] & sedentes flebant coram domino: Ieiunaueruntque die illo vsque ad vesperam, & obtulerunt ei holocausta atque pacificas victimas, ²⁵ & super statu suo interrogauerunt. Eo tẽpore ibi erat arca fœderis domini, & ²⁶ Phinees filius Eleazari filij Aaron ²⁷ præpositus domus.] Consuluerunt igitur dominum, atque dixerunt: Exire vltra debemus ad pugnam contra filios Benjamin fratres nostros, an quiescere? Quibus ait dominus: Ascendite, cras enim tradam eos in manus vestras. Posueruntque filij Israel insidias per circuitum vrbs Gabaa, & tertia vice, sicut semel & bis, contra Benjamin exercitum prodixerunt. Sed & filij Benjamin audacter eruperunt de ciuitate, & ²⁸ fugientes aduersarios longius persecuti sunt, ita vt vulnerarent ex eis, sicut primo die & secundo: & cederent] per duas semitas vertentes terga, quarum vna ferebatur in Bethel, & altera in Gabaa, atque prosternerent triginta circiter viros: ²⁹ Putauerunt enim solito eos more cedere. Qui fugam arte simulantibus inierunt consilium, vt abstraherent eos de ciuitate, & quasi fugientes ad supradictas semitas perduceret. Omnes itaque filij Israel surgentes de sedibus suis, tetenderunt aciem in loco qui vocatur ³⁰ Baalthamar: insidias

* Dixissentque: O filij Israel dicite, quomodo sit factum malum istud.

a. Vt pernoctarem ibi.

3. Intantum oppresserit vt mea tua sit.

4. Israel, quia fecerunt scelus & rem abominabilem.

b. Piaculum dicitur factũ nullo modo absque purgatione peccati trahendum. Sciendum tamen quod Leuita non solũ factum reuult, sed etiam testibus probatis scilicet per senem qui eos in hospitio receperat, & per seruum qui erat in eorum comitatu, & per hospitis familiã, De Lyra.

* Ponderat rem istam, &

5. Per sortem.

6. Propter vniuersam abominacionem quam fecit in Israel.

7. Considerati.

8. Quod est hoc malum, quod factum est in vobis?

9. Viros illos filios Beial.

c. Quod fuit omnino iniustũ, & ex carnali amore atque elatione processit, non ex zelo iustitie neque ex caritate. Dionys. Carth.

10. Egredientur,

11. Viginti sex

12. Quorum dextera manus

imposita erat vt scilicet solum sinistra vteretur. Iuxta supra de Ahoth cap. 3. dictum est.

13. Nec vnquam aberrabant.

e. Hic numerus varius est, cum in primis duobus diebus belli mortui sunt 40000. in tertio autem die supererit adhuc decem milia: vnde quinquaginta milia ad minus erant etiam, præter insidias quæ circa vrbem latebant, & eam destruxerunt.

14. In Bethel.

15. A principio.

16. Inierunt cum eis vici Israel prælium iuxta Gabaa.

17. Et confortatus populus virorum Israel.

f. Postquã verò stragis suæ causam cognouissent, nec acerbitas lamentati essent, & ad dei acẽ confugissent, tunc dominum illi deus ante facta peccata victoris denuntiavit. Atque hæc quidem ratio ab his qui Leuitæ vxorens nephariè trucidarũ, dignum luerunt supplicium. Pocco. Ibidem.

* In die altera.

18. Prostrauerunt de filiis Israel adhuc.

19. Bethel.

* In conspectu domini.

g. Quem serunt Hebraei 300. vi

xiste annos propter zelum in legem domini. At si hæc historia facta fuerit tempore Ahoth, nondum Phinees erat senex. Et hoc arguit prius factum fuisse, quia si post mortẽ Samlon hoc contigisset, Phinees plusquam 350. annos habuisset.

20. Stabat ante eam.

21. Ceperunt ferite populi ac vulnerare, sicut prioribus aliis duabus vicibus.

h. Qui semetipsum nõ iudicat, quid in alio rectè iudicet ignorat. Et si nouit fortissè per auditum, quòd rectè iudicet debet, rectè tamen iudicare aliena merita nõ valet, cui conscientia propriæ innocentie nullã iudicij regulam præbet. Grego. i. Baalthamar locus est vrbs Gabaa ad occidentales partes, vbi latebant insidias ab Israelitis obsideretur.

22. Eruperunt de ciuitate, &

23. Fugientes aduersarios longius persecuti sunt, ita vt vulnerarent ex eis, sicut primo die & secundo.

24. Domum dei.

25. Super statu suo interrogauerunt.

26. Phinees filius Eleazari filij Aaron.

27. Præpositus domus.

28. Putauerunt enim solito eos more cedere.

29. Baalthamar.

30. Insidias.

† 19. 7. Qui

22. De loco graminofo qui erat circa Gabaa. Et uenerunt contra Gabaa.

k. Deus itaque utrinque culpa caret: iras enim contra peccatores conceptas coercere noluit, ne libidinibus uis delectari oblitum poenae quam adulteris deflinauerat, improbi & peruersi homines obliuere possent. Neque illos, qui in peccata aliena animaduertunt, peccatores ipsi, & poenam meriti fuerant, impuniti dimittit, & scelera quae iam longo tempore pro lenitate sua difsimulauerat, in illis primū puniri uoluit. Procop. Ibiem. 23. Corruisse.

24. Et qui in insidiis fuerūt, festinantes impetū fecerunt contra Gabaa, extraxeruntque sunt de insidiis.

l. Qui fugam arte simulantes inierunt consiliū ut eos ab insidiis de ciuitate, & quasi fugientes ad supradictas feminas perducerent. Dionis. Cath.

* Quasi.
* Dixitque: Vtique corruēdo corruē contra faciem nostrā, sicut in priore pugna: Sed.

25. Et cum se uiderēt filij Israel recessi sunt filij Benjamin, vidētes nialum quod irueret in seipfos.

26. De ciuitate exibant, perdebant eos in medio eius.

27. A Menuba usque ad ipsam Gabaa ab ortu solis.

m. Itaque de duabus rebus maximis euaduntur homines. Primum ne peccata Beniamitarū exemplo approbent. Deinde ne in puniendis peccatoribus seutores se praebeant. Idcirco enim Beniamite grauiorem videtur dedisse poenam, quod ultra peccatum suum tot Israelitarū iniuste quidem, quāuis apud deū iuste, occiderunt. Procop.

* Vique Geleon.

* Eadem die.

28. Uerterunt itaque se, & fugerunt.

n. Remmon, quam & Rimmon Hebraei dicunt, urbs erat in tribu Manasse, distans a Ierosolymis 14. miliaribus, non longe a Gabaa, iuxta orientalem plagā quae etiam dicta est petra Remmon. * Ad filios Benjamin.

quoque quae circa urbem erant, paulatim se aperire cœperunt, & ab occidentali urbis parte procedere. Sed & alia] decem milia virorum de vniuerso Israel, & habitatores urbis ad certamina prouocabant:]^k Ingrauatumque est bellū contra filios Benjamin: & non intellexerunt quod ex omni parte illis instaret interitus. Percussitque eos dominus in conspectu filiorum Israel, & interfecerunt ex illis in illo die viginti quinque milia, & centum viros, omnes bellatores, & educentes gladium. Filij autem Benjamin cum se²³ inferiores esse,] vidissent, cœperunt fugere. Quod cernentes filij Israel, dederunt eis ad fugiendum locum, ut ad praepratas insidias deuenirent, quas iuxta urbem posuerant. ²⁴ Qui cum repente de latibulis surrexissent, & Benjamin terga cedentibus daret, ingressi sunt ciuitatem,] & percusserunt eam in ore gladij. Signum autem dederant filij Israel iis quos in insidiis collocauerant, ut postquam urbem cœpissent, ignem accenderent, ut ascendente in altum fumo, captam urbem demonstrarent. Quod cum cernerent filij Israel in ipso certamine positi (putauerunt enim filij Benjamin eos fugere, & instantius persequerentur, cæsis de exercitu eorum * triginta viris) * vt viderunt quasi columnam fumi de ciuitate conscendere: (Beniamin quoque respiciens retro cum captam cerneret ciuitatem, & flammam in sublimi ferri) ²⁵ qui prius simulauerant fugam, versa facie fortius resistebant. Quod cum vidissent filij Benjamin,] in fugam versi sunt, & ad viam deserti ire cœperunt, illuc quoque eos aduersariis persequentibus. Sed & ij qui ²⁶ urbem succenderant occurrerunt eis,] atque ita factum est, ut ex vtraque parte ab hostibus caderentur, nec erat vllarequies morientium. ²⁷ Ceciderunt atque prostrati sunt ad orientalem plagam urbis Gabaa.] Fuerunt autem qui in eodem loco interfecti sunt, decem & octo milia virorum, omnes robustissimi pugnatores. Quod cum vidissent, qui remanserant de Benjamin, fugerunt in solitudinem: & pergebant ad petram, cuius vocabulum est Remmon. In illa quoque fuga palantes, & in diuersa tendentes occiderunt quinque milia viros. Et cum ultra tenderent, persecuti sunt eos, * & interfecerunt etiam alia duo milia. Et sic factum est, ut omnes qui ceciderant * de Benjamin in diuersis locis, essent viginti quinque milia pugnatores ad bella promptissimi. ²⁸ Remanserunt itaque de omni numero Benjamin qui euadere potuerunt, & fugere] in solitudinem, sexcenti viri: federuntque in petraⁿ Remmon mensibus quatuor. Regressi autem filij Israel, * omnes reliquias ciuitatis a viris vsque ad iumenta gladio percusserunt, cunctasque vrbes, & viculos Benjamin, vorax flamma consumpsit.

Instauratur tribus Benjamin penē extincta ex prada labes Galaad contumacis.

X X I.

a. Hoc iurauerūt in detestationem facinoris Beniamitarum: & puto quod iurauerunt postquam cognouerūt tribus Benjamin velle assistere Gabanitis, quia extunc communicauerunt illis in crimine. Ideo uenerunt omnes in domū dei in Sylo, & steterunt. Dionysius Carui.

a. In Israel.

3. Pro illo qui non ascendisset ad dominum in Maspha, dicens de morte talis interficiatur.

* Hodie.

4. Quid faciemus iis qui reliqui sunt, ut vxores habeant?

5. Per dominum.

* Numeratus est populus.

6. Habitatoribus labes Galaad.

7. Duodecim milia virorum, qui filij militares erant.

N Vrauerūt quoque filij Israel in Maspha, & dixerunt: Nullus nostrum dabit filiis Benjamin de filiabus suis vxorem. Veneruntque omnes¹ ad dominum dei in Sylo,] & in conspectu eius sedentes vsque ad vesperam, leuauerunt vocem, & magno ululatu cœperunt flere, dicentes: Quare domine deus Israel factū est hoc malū² in populo tuo,] ut hodie vna tribus auferretur ex nobis? Altera autem die diluculo consurgentes, extruxerūt altare, obtuleruntque ibi holocausta, & pacificas victimas, & dixerūt: Quis non ascendit in exercitum domini de vniuersis tribubus Israel? Grandi enim iuramento se constrinxerant, ³ cum essent in Maspha, interfici eos qui defuissent,] ducti que poenitentia filij Israel super fratre suo Benjamin, cœperunt dicere: Ablata est * tribus vna de Israel: ⁴ Vnde vxores accipient?]⁵ Omnes enim⁶ in commune] iurauimus non duros nos iis filias nostras. Idcirco dixerunt: Quis est de vniuersis tribubus Israel, qui non ascendit ad dominum in Maspha? Et ecce inuenti sunt habitatores Iabis Galaad in illo exercitu non fuisse. * Eo quoque tempore cum essent in Sylo,] nullus ex⁶ eis] ibi repertus est. Miserunt itaque⁷ decem milia viros robustissimos,] & praeceperunt eis: Ite, & percutite habitatores Iabis Galaad in ore gladij, tam vxores quam paruulos eorum, & hoc erit quod obseruare debetis. † Omne generis masculini, & mulieres quae cognoue-

† 3. q. 7. cap. Quilius.

† Num. 31. 4

gnouerunt viros, interficite:— virgines reseruate.]^b Inuēte sunt de Iabis Galaad quadringentæ virgines, quæ nescierunt viri thorum, & adduxerunt eas ad castra in Sylo, in terram Chanāan. Miseruntque^{*} nuncios ad filios Benjamin, qui erāt in petra Remon:⁸ & præceperunt eis vt eas susciperent in pace.]⁹ Veneruntque filij Benjamin illo tempore, & datæ sunt eis vxores de filiabus Iabis Galaad:⁹ alias autem non repererunt quas simili modo traderent.] Vniuersusque Israel valde doluit,¹⁰ & egit pœnitentiā super interfectione vnius tribus ex Israel.] Dixeruntque maiores natu: Quid faciemus reliquis qui non acceperunt vxores? Omnes in Benjamin fœmine conciderunt,¹¹ & magna nobis cura ingentique studio prouidendum est, ne vna tribus deleatur ex Israel. Filias enim nostras eis dare non possumus, constricti iuramento, & maledictione qua diximus: maledictus qui dederit de filiabus suis vxorem Benjamin. Ceperuntque consilium, atque dixerunt: Ecce solennitas domini est in Sylo anniuersaria, quæ sita est ad septentrionem vrbis Bethel, ad orientalem plagam viæ quæ de Bethel tendit ad Sichimam, & ad meridiem oppidi Lebona. ¹² Præceperuntque filiis Benjamin, atque dixerunt: Ite, & latitate in vineis. Cùmque videritis filias Sylo ad ducendos choros ex more¹² procedere,] exite repente de vineis, & rapite ex eis singuli vxores singulas, & pergite in terram Benjamin. Cùmque venerint patres eorum, ac fratres, & aduersum vos queri cœperint, atque iurgari, dicemus eis: ¹³ Misere mini eorum. Non enim rapuerunt eas iure bellantium atque victorum, sed rogantibus vt acciperent non dedistis, & à vestra parte peccatum est.] Feceruntque filij Benjamin vt sibi fuerat imperatum: & iuxta numerum suum rapuerunt sibi de iis quæ ducebant choros, vxores singulas: abieruntque in possessionem suam ædificantes vrbes, & habitantes in eis. Filij quoque Israel^{*} reuersi sunt per tribus, & familias in tabernacula sua. † In diebus illis non erat Rex in Israel, sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.

b. Si autem quaeratur qualiter cognoscebant eas ab aliis, dici potest sicut dictum fuit Num. 31. de virginibus Madianitarum, scilicet quod faciebant mulieres transire ante arcem Ido. Et ex signo ibid. datur cognoscebant quæ essent veræ virgines & quæ non. De Lyræ. * Omnes qui erant de ecclesia. 8. Reuocaueruntque eos in pace. 9. Sed non suffecerunt eis. 10. Quod dominus fecisset capturam in tribubus Israel.

11. Et dixerunt: Hereditas illorum erit qui euaserunt in Benjamin, & non debetur tribus in Israel. c. Nomen ex quadringentis illis coniugii poterat tribus Benjamin reparari: Poterat planè, sed non ita cito. Ideo propter ducentos restitutos vocandos, non debebant filij Israel præteritum futurum frangere iuramentum, quamuis quidam dicant oppositum. Dionis. Carusis.

12. Egredi.

13. Misere mini nostri propter eos, quoniam non accepimus pro quolibet vxore in prelio, & vos non eis dedistis, vt hoc tempore peccaretis. * In tempore illo. * Vnusquisque ad hereditatem suam. Liber Iudicum 288. cœtinet annos, iuxta Eusebium, cœnumerando 111. annos iudicibus cœtinet: quos si Iudicum annis addideris, fiet et annus 399. qui non quadrarent Hebræorum supputationi, quæ est 317. annos. Latini autem 299. annos habent, computatis cum quibus in eorum regibus si addideris 40. annos Moysi, totidem Heli, & 40. annos Samuelis & Saulis, ac totidem Dauidis est tribus Salomonis ac 18. tantum Iosue, habebis 480. ab exitu ex Aegypto ad cœmpli ædificationem numerum questum.

Sup. 17. c. 18. a.

Incipit Liber Ruth.

Elimlech pro nimia fame cum Noemi vxore & filiis in Moab concedit, quo mortuo cum filiis, Noemi cum Ruth nuru sua in Bethléhem reuertitur. I.

10. 1. 14.



N diebus— vnius iudicis] quando Iudices præerant, facta est fames in terra. Abiit ergo homo de Bethléhem Iuda, vt peregrinaretur in Regione Moabide, cum vxore sua, ac duobus liberis. Ipse vocabatur Elimlech, & vxor eius Noemi: & duo filij, alter Maalon, & alter Chelion, Ephratæi de Bethléhem Iuda. Ingressique regionem Moabitidem, morabantur ibi. Et mortuus est Elimlech maritus Noemi: remansitque ipsa cum filiis. Qui acceperunt vxores Moabitidas, quarum vna vocabatur Orpha, alteraque Ruth. Manseruntque ibi decem annis, & ambo mortui sunt, Maalon videlicet & Chelion: remansitque mulier orbata duobus liberis, ac marito. Et ^b surrexit vt in patriam pergeret cum vtraque nuru sua de regione Moabide. ² Audierat enim ^{*} quod respexisset] dominus populum suum, & dedisset eis escas. Egressa est itaque de loco peregrinationis suæ cum vtraque nuru, & iam in via reuertendi posita in terram Iuda, dixit ad eas: Ite in domum matris vestræ. Faciat vobiscum dominus misericordiam, sicut fecistis cum mortuis, & mecum. Det vobis inuenire requiem in domibus virorum, quos fortituræ estis. Et osculata est eas. Quæ eleuata voce flere cœperunt, & dicere: Tecum pergemus ad populum tuum. Quibus illa respondit: Reuertimini filia: meæ. Cur venitis mecum? Num vltra habebō filios in vtero meo, vt viros ex me sperare possitis? Reuertimini filia: meæ, & abite.

a. Hiero. super 1. lib. Paral. ca. 4. Tradunt Hebræi hunc Elimlech virum Noemi patrem Maalon & Chelion de quo dicitur 1. Paral. ca. 4. Qui stare fecit Ioseph in cuius videlicet reposito sol fuerit propter peritriciores leges, vt tanto in iaculo visio cœperit vteneri ad dominum deum suum. Quod quia facere contempserunt, idcirco fames inualluit: ille qui prior in tribu Iuda videbatur, famis inopia cum vxore & filiis, non solum patria pelleretur, sed etiam in eadem peregrinatione moreretur. Dicitur etiam Maalon & Chelion principes in Moab, quia dilexerunt Moabitidas: quarum Ruth dicitur Hebræi filiam fuisse Eglon quam occidit Aho. vnde verisimilius esset hanc historiam contigisse tempore Aho. vel prope. Hæc Hiero. vbi supra. b. Hanc historiam Iosephus est multis aliis dicit tempore Heli cœgisse, anno s. octauo & decimo eius, quod nō facile creditur est. Salmon enim natum esse dicunt 2. anno exitus Aegypti, qui genuit Booz de Raab in terra promissionis: cuius ingressu ad 18. annis Heli sunt ad minus 335. annis, nativitate vero Salmon 373. Quod si Salmon genuisset Booz de Raab anno 200. ætatis suæ, i. Booz 173. annorum erat cum duceret Ruth in vxore. Tum etiam quia Dauid fuit natus ex Iesse 23. anno Heli ante natum patrem. Imò ante Obeth autem suum. Et propter tutior est Hiero. opinio prædicta. * In regione Moab. 1. Vistatler.

*Dicere, est mihi spes, potero.

2. Niquid expectabit eos donec creuerint? Nunquid morā facietis propter illos, vt non sitis aprae viros?

3. Magna mihi est amaritudo propter vos, eod quod.

c. Ruth Moabitidis, vt putant Hebraei, filia Eglō Regis Moab ab Ahod, oculis Eiaze explet vaticinium dicentis: Emitte agnum domine dominatorem terrae de Petra deserti ad montem filiae Sio.

4. Roges.

4. Quando aliquis habet sumā voluntatem transuolū ad legem diuinam vel religionem non est impedendus vel refrenandus. De Lyra.

e. Gentilis populus obstinato animo praedicatorum sequitur in terram sanctam & in ciuitatem dei Bethléhem, vbi praeparatur ad suscipiendū sponsum de stirpe Abrahāe natū in quo benedicentur omnes gentes & tribus terrae. Glofa ordinaria.

* Nonne.

1. Nunc.

b. Quando quis sollicitē spicas colligit, dominus à messoribus id est, doctoribus statim ipsius acquirit. Quod tunc facit cum praenocat ad praedictum.

2. Nunc.

3. Quod pueri mei hauserint.

4. Ab heri & nudius tertius.

5. Alis venisti latitare.

6. Ancillarum.

7. Ipe porrexit ei polentam.

8. Inter aceruos spicos colligat.

9. De manipulis, hoc est, de sententiis proiicite ex industria.

10. In crepet.

Iam enim senectute confecta sum, nec apta vinculo coniugali. ⁶ Etiam si possem ⁷ hac nocte concipere, & parere filios, ² si eos expectare velitis donec crescant, & annos pubertatis impleant, antè eritis vetulae quàm nubatis.] Nolite quæso filiae meae, quia ³ vestra angustia magis me premit, & ⁴ egressa est manus domini contra me. Eleuata igitur voce rursum flere coeperunt. Orpha osculata est socrum, ac reuerfa est. Ruth adhaesit socru suae. Cui dixit Noemi: En reuerfa est cognata tua ad populum suum, & ad deos suos, vade cum ea. Quae respondit: Ne ⁵ aduerferis mihi,] vt relinquam te & abeam. Quocunque perrexeris pergam, & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus populus meus, & deus tuus deus meus. Quae te terra susceperit morietem, in ea moriar: ibique locum accipiam sepulturae. Haec mihi faciat deus, & haec addat, si non sola mors me & te separauerit. ⁴ Videns ergo Noemi, quod obstinato Ruth animo decreuisset secum pergere, aduerfari noluit, nec ad suos vltra reditum persuadere. Profectaeque sunt simul, & venerunt in Bethléhem. Quibus urbem ingressis, velox apud cunctos fama percrebuit, dicebantque mulieres: ⁵ Haec est illa Noemi. Quibus ait: Ne vocetis me Noemi, & id est pulchram:] sed vocate me Mara, & id est, amaram:] quia amaritudine valde repleuit me omnipotens. Egressa sum plena, & vacua reduxit me dominus. Cur ergo vocatis me Noemi, qua dominus humiliavit, & affixit omnipotens: Venit ergo Noemi cum Ruth Moabitide nuru sua, de terra peregrinationis suae, ac reuerfa est in Bethléhem, quando primum hordea metabatur.

11. Reg. 2. 12.

Ruth spicas in agro Booz colligens, apud eum tantam inuenit gratiam, vt multas ad socrum spicas deferret & cibos. II.

Rat autem viro Elimélech confanguineus, homo potens & magnarum opum, ¹ nomine Booz. Dixitque Ruth Moabitidis ad socrum suam: ² Si iubes vadam in agrum, & colligam spicas & quae fugerint manus metentium,] vbiunque clementis in me patrisfamilias reperero gratiam. Cui illa respondit: Vade filia mi. Abiit itaque, & colligebat spicas post terga metentium. Accidit autem vt ager ille haberet dominum nomine Booz, qui erat de cognatione Elimélech. Et ecce, ipse veniebat de Bethléhem, dixitque messoribus: Dominus vobiscum. Qui responderunt ei: Benedicat tibi dominus. Dixitque Booz iuueni qui messoribus praerat: ³ Cuius haec est puella? Cui respondit: haec est Moabitidis, quae venit cum Noemi de regione Moabitide, & rogauit vt spicas colligeret remanentes, sequens messorum vestigia. ⁴ Et de mane vsque nunc stat in agro: & nec ad momentum quidem domum reuerfa est. Et ait Booz ad Ruth: Audi filia: Ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco, sed iungere puellis meis, & vbi messuerint, sequere. Mandavi enim pueris meis, vt nemo molestus sit tibi, sed etiam si sifteris, vade ad sarcinulas, & bibe ⁵ aquas de quibus & pueri mei bibunt.] Quae cadens in faciem suam, & adorans super terram, dixit ad eum: Vnde hoc mihi vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinam mulierem? Cui ille respondit: Nunciata sunt mihi omnia quae feceris socru tuae post mortem viri tui: & quod reliqueris ⁶ parentes tuos,] & terram in qua nata es, & veneris ad populum quem ⁷ antea] nesciebas. Reddat tibi dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à domino deo Israel, ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas.] ⁸ Quae ait: Inueni gratiam apud oculos tuos domine mi, qui consolatus es me, & locutus es ad cor ancillae tuae, quae non sum similis vnus ⁹ puellarum] tuarum. Dixitque ad eam Booz: Quando hora vescendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto. Sedit itaque ad messorum latus, & ⁷ congeffit polentam sibi,] comeditque & saturata est, & tulit reliquias. Atque inde surrexit, vt spicas ex more colligeret. Praecipit autem Booz pueris suis, dicens. Etiam si ⁸ vobiscum metere voluerit,] ne prohibeatis eam, & de ⁹ vestris quoque manipulis proiicite ⁹ de industria.] & remanere permittite, ⁴ vt & absque rubore] colligat, & colligentem nemo ¹⁰ corripiat.] Collegit ergo in agro vsque ad vesperam, & quae colle-

106. 3. 4.

De conf. dif. 1. cap. Hoc quoque.

legerat virga cadens, & excutiens, inuenit hordei quasi ephi mensuram, id est tres modios: quos portans reuerfa est in ciuitatem, & ostendit focru suæ: ⁵ Insuper protulit, & dedit ei de reliquiis cibi sui quo saturata fuerat. Dixit ei focrus sua: Vbi hodie collegisti? Et vbi fecisti opus? Sit benedictus qui misertus est tui. Indicauitque ei apud quem esset operata, & nomen dixit viri, quod Booz vocaretur. Cui respondit Noemi: Benedictus sit à domino, quoniam eandem ¹² gratiam quam præbuerat viuis, seruauit & mortuis. Rursumque ait: Propinquus noster est homo. Et Ruth, hoc quoque, inquit, præcepit mihi, vt tandiu messoribus eius iungerer, donec omnes segetes ^{*} meterentur. Cui dixit focrus: Melius est filia mi, vt cum puellis eius exeat ad metendum, ne in alieno agro quispiam resistat ³ tibi. Iuncta est itaque puellis Booz, & tandiu cum eis messuit, donec hordea & triticum in horreis conderentur. ^{*}

Ruth focrus consilio ad pedes Booz dormientis recumbit, & multas hordei mensuras, ad focrum defert.

111.

106914.

A Ostquam autem reuerfa est ad focrum suam, audiuit ab ea: Filia mi quæram tibi requiem, & prouidebo vt bene sit tibi. Booz iste cuius puellis in agro iuncta es, propinquus noster est, & hac nocte aream hordei ventilat. Lauare igitur, & vngere, & induere cultioribus vestimentis, & descende in aream. Non te videat homo, donec esum potumque finierit. Quando autem ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat. Veniesque & discooperies pallium quo operitur à parte pedum, & proicies te, & ibi iacebis. Ipse autem dicet tibi, quid agere debeas. Quæ respondit: Quicquid præceperis faciam. Descenditque in aream, & fecit omnia quæ sibi imperauerat focrus. Cùmque comedisset Booz, & bibisset, & factus esset hilarior, issetque ad dormiendum iuxta aceruum manipulorum, ^b venit absconditè, & discooperto à pedibus eius pallio ³ se proiecit. Et ecce nocte iam media expauit homo, & conturbatus est: viditque mulierem iacentem ad pedes suos & ait illi: Quæ es? Illaque respondit: Ego sum Ruth ancilla tua. Expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es. Et ille, benedicta, inquit, es à domino filia, & priorem misericordiam posteriori superasti: quia non es secuta iuuenes pauperes siue diuites. ⁵ Noli ergo metuere, sed quicquid dixeris mihi faciam tibi. Scit enim omnium populus qui habitat intra portas vrbs meæ, mulierem te esse virtutis. ⁴ Nec abnuo me propinquum, sed ⁵ est alius me propinquior. Quiesce hac nocte, & factò mane, si te voluerit propinquitatis iure retinere, bene res acta est: sin autem ille noluerit, ego te absque vlla dubitatione suscipiam, ⁶ viuit dominus. Dormi vsque mane. Dormiuit itaque ad pedes eius, vsque ad noctis abscessum. Surrexit itaque antequam homines se cognoscerent mutuo, & dixit Booz. ⁷ Caue ne quis nouerit quod huc ueneris. Et rursum: expande, inquit, pallium tuum quo operiris, & tene vtraque manu. Qua extendente, & tenente, mensus est sex ⁸ modios hordei, & posuit super eam. Quæ portans ingressa est ciuitatem, & venit ad focrum suam. Quæ dixit ei: Quid egisti filia? Narrauitque ei omnia quæ sibi fecisset homo. Et ait: Ecce sex modios hordei dedit mihi, & ait: nolo vacuam te reuerti ad focrum tuam. Dixitque Noemi: Expecta filia, donec videamus quem res exitum habeat. Neque enim cessabit homo, nisi compleuerit quod locutus est.

Booz accepto iure propinquitatis mariti Ruth, eam ducit in uxorem, ex qua Obed auum David genuit.

1111.

106914.

A Scendit ergo Booz ad portam, & sedit ibi. Cùmque vidisset propinquum præterire, de quo prius sermo habitus est, dixit ad eum: Declina paulisper, & sede hic: ² vocans eum nomine suo. Qui diuertit, & sedit. Tollens autè Booz decem viros de senioribus ciuitatis, dixit ad eos: Sedete hic. Qui bus residentibus, locutus est ad propinquum: Partem agri fratris nostri Elimélech vendet Noemi, quæ reuerfa est de regione Moabitide, quod ³ audire te volui, & tibi dicere

o ij

e. Ideo ignoramus quæsum illi modius continuit. Nomina enim & quantitates mensuræ quemadmodum & numeros iuxta diuersitatem locorum & temporum variantur. Gomer enim decima pars est ephi vt patet in fine 16. cap. Exo. & ibi. Lycanus ad longum.

11. Te cognouit.

12. Pietatem, vel misericordiam.

f. Cognoscit propinquum mater ecclesia per gratuita beneficia populo gentium collata: & audito nomine recordatur beneficiorum antiquorum Vnde Psal. 141. Memor fui dierum antiquorum medit. in omnibus operibus tuis. Glofa ordi. ibid.

* Eius.

13. Irruat in te.

* Et morata est apud focrum suam.

1. Quid primum laudatur in Ruth? Dilectio generis Israel aut simplicitas, aut obediencia, aut fides. Dilectio quidem generis Israel: quia sic desiderabat filios suscipere ex femine Israel, & vna fieri ex populo dei. Si enim communicatione viri desiderasset, quasi puella lasciuia, aliquem inueniem patius apperisset. Quoniam autè non lasciuia sua, sed religioni satisfacere cupisset, familiæ potius sanctam elegit quam iuuenilem ztatem. Chrysol. vbi supra.

1. Agnoscat.

2. In extremitate acerui.

3. Accubuit.

4. Sed & hoc nunc utique constat, licet ego propinquus sim.

c. Ecce iuratio. His verbis Booz pandit se velle eam accipere in casu illo propter ipsius Ruth virtutem, & propter legis præceptum, ac desiderio proliis deputandæ marito desunt.

5. Dionis. Cartusia.

d. Mane summo priusquam famuli ad opus surgent, excita tam iustis hordei quantum ferre possit, & priusquam aliquis eam ibi dormire videat, ad focrum redire. Causas enim tales rumores, maxime si non de nihilo oriuntur. Ioseph. antiq. Iudaic. lib. 5. cap. 14.

e. Iste sex mensura fuerunt stugnum & præsfiguratio sex benedictionum dei, quæ futuræ erant super Messiam nasciturum de Ruth, per Dauid & genealogiam regiam. Vt Isa. 11. Et requiescet super eum spiritus Do. spiritus sapientie & intellectus &c. De Iyra. post Rab. Salo.

2. Ingressa autè Ruth cum focru sua in terram Israel, ob meritum obsequiorum suorum pro uideret, vt homini coniungeretur ex Abraham uenienti, & quidem primum hunc, quem ipsa propinquam magis esse credebat, qui negatè posse illi auerere, & recedente illo, per testimonium decem maiorum Booz illi coniungitur, & ab ipsis senioribus benedicitur. Iffidorus in lib. Iudic. cap. 9.

1. Dixerat Booz, &c.

2. Talis & talis.

3. Auribus reuelare.

4. Nemo redimere voluerit.

b. Hoc sonat quasi Elimlech non habuisset propinquos nisi hos duos, quod nequaquam putandum est. Est igitur sensus. Nullus propinquus est, ad quod pro presenti videatur pertinere emptio ista, nisi tu qui in propinquitatis gradu es primus & ego secundus Dionis. Car-tusianus.

5. Redimam.

6. Noemi.

7. Defuncti.

8. Non possum redimere pro me, ne forte perdam hereditatem meam: tu autem redime ius propinquitatis meae ego enim non possum redimere.

9. Propinquus suus ad Booz: Posside tu, extraxitque calcamentum suum, Et ait Booz.

c. Hoc erat signum quod vnus soluebat iure, & alter inuestiebatur. Dicitur autem Deut.

25. b. quod mulier defuncti soluebat calcamentum illud, & spuebat in faciem illius nolentis suscitare semen defuncti. De Lira.

10. Acquisierim.

11. Nomen defuncti exterminatur de fratribus suis, & de porta loci eius.

12. Et tu age strenue in Ephrata, & sis magni nominis in Bethlehem.

d. Ruth licet alienigena, tamē quia matricum habuerat ex Iudaeis, qui reliquerat lapsus sit proximum, eamque colligentem manipulos sua mensis qui bus alebat & socrum, Booz vidit & amauit. Non aliter eam accepit uxorem, nisi calcamentum eius ante soluisset, cuius vxor debebat ex lege. Historia simplex, sed alta mysteria. Aliud enim gerebatur, aliud figurabatur. Nam si secundum licetam sensum torqueamus, prope quidē pudor est, & horror in verbo est, si ad connexionis corporeae consuetudinem sententiam intelledumque referamus. Designabatur autem furculus ex Iudaeis, ex quibus Christus secundum carnem qui proximi sui, hoc est, populi mortui semen doctrinae celestis femine resuscitaret, cui calcamentum nuptiale ecclesiae copulandae praescripta legis spiritalia deferebant. Ambr. de h. de. lib. 3. cap. 5.

13. Quae te dilexit.

14. Imponere ei nomen.

coram cunctis sedentibus, & maioribus natu de populo meo. Si vis possidere iure propinquitatis, eme, & posside: si autem displicet tibi] hoc ipsum indica mihi, vt sciam quid facere debeam. ^b Nullus enim est propinquus excepto te, qui prior es: & me, qui secundus sum. ⁸ At ille respondit: Ego agrum emam,] Cui dixit Booz: Quando emeris agrum de manu mulieris,] Ruth quoque Moabitidem quae vxor defuncti fuit, debes accipere, vt suscites nomen propinqui] tui in hereditate sua. Qui respondit: ⁸ Cedo iure propinquitatis. Neque enim posteritatem familiae meae delere debeo. Tu meo vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor.] [†] Hic autem erat mos antiquitus in Israel inter propinquos, vt si quando alter alteri suo iure cedebat, vt esset firma concessio, soluebat homo calcamentum suum, & dabat propinquo suo. Hoc erat testimonium cessionis in Israel. Dixit ergo propinquo suo Booz: ^c Tolle calcamentum. Quod statim soluit de pede suo. At ille] maioribus natu, & vniuerso populo, testes vos, inquit, estis hodie quod possederim omnia quae fuerunt Elimlech & Chelion & Maalon tradente Noemi: & Ruth Moabitidem uxorem Maalon in coniugium ¹⁰ sumpserim,] ⁸ vt suscitarem nomen defuncti in hereditate sua, ne ¹¹ vocabulum eius de familia sua ac fratribus & populo deleatur.] Vos, inquam, huius rei testes estis. [†] Respondit omnis populus qui erat in porta, & maiores natu: Nos testes sumus. Faciat dominus hanc mulierem, quae ingreditur domum tuam, sicut Rachel & Liam, quae aedificauerunt domum Israel: ¹² vt sit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethlehem.] Fiatque domus tua sicut domus Phares, [†] quem Thamar peperit Iudae, de femine quod tibi dederit dominus ex hac puella. ^d Tulit itaque Booz Ruth, & accepit uxorem, ingressusque est ad eam, & dedit illi dominus vt conciperet & pareret filium. ⁸ Dixeruntque mulieres ad Noemi: Benedictus dominus qui non est passus vt deficeret successor familiae tuae, & vocaretur nomen eius in Israel, & habeas qui consoletur animam tuam, & enutriet senectutem. De nuru enim tua natus est ¹³ qui te diligit,] & multo tibi melior est, quam si septem haberes filios. Suscepitque Noemi puerum posuit in sinu suo, & nutricis ac gerulae fungebatur officio. Vicinae autem mulieres ¹⁴ congratulantes ei, &] dicentes: natus est filius Noemi: vocauerunt nomen eius Obed. Hic est pater Isai patris Dauid. Haec sunt generationes Phares: [†] Phares genuit Esrom, Esrom genuit Aram, Aram genuit Amminadab, Amminadab genuit Naason, Naason genuit Salmon, Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed, Obed genuit Isai, Isai genuit Dauid Regem.

Finis Liber Ruth.

INCIPIT PROLOGVS SANCTI HIERONYMI presbiteri in libros Regum.



Viginti & duas literas esse apud Hebraeos, Syrorum quoque lingua & chaldaeorum testatur, quae Hebraea magna ex parte confinis est. Nam & ipsi viginti duo elementa habent, eodem sono, sed diuersis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Moysi totidem literis scriptitant, figuris tatum & apicibus discrepantes. Certumque est Esdras scribam, legisq; doctorem, post captam Ierosolymam, & instaurationem templi sub Zorobabel, alias literas reperisse, quibus nunc utimur: cum ad illud vsque tempus iidem Samaritanorum & Hebraeorum characteres fuerint. In libro quoque Numerorum haec eadem supputatio sub leuitarum ac sacerdotum sensu mystice ostenditur: & nomen domini tetragrammaton in quibusdam Graecis voluminibus: vsque hodie antiquis expressum literis inuenimus. Sed & Psalmi tricesimus sextus, & ceterusimuldecimus, & centesimus undecimus, & centesimus decimus octauus & ceterusimulquadragesimus quartus, quanquam diuerso scribantur metro, tamen eiusdem numeri texuntur alphabeto. Et Ieremiae lamentationes, & oratio eius, [†] Salomonis quoque in fine prouerbia, ab eo loco in quo ait: Mulierem fortem quis inueniet? eiusdem alphabetis vel incisionibus supputantur. Porro quinque literae duplices apud Hebraeos sunt: Caph, Mem, Nun, Phe, Sade: Aliter enim scribunt per has principia medietatisque verborum, aliter fines. Vnde & quinque à plerisque libri duplices asstantur: Samuel, Malachium, Dibre haiaim, Esdras, Ieremias cum Cynoth, id est, lamentationibus suis. Quomodo

† Deut. 25. b.

† Genes. 38. g.

† Genes. 38. g.

† Matt. 23. g.

† Prouer. 31.

modo igitur vigintiduo elementa sunt per qua scribimus Hebraicè omne quod loquimur, & eorum initis vox humana comprehenditur: ita vigintiduo volumina supputantur, quibus quasi literis & exordis in dei doctrina tenera adhuc & lactès viri iusti eruduntur infantia. Primus apud eos liber vocatur, Beresith: quem nos Genesim dicimus. Secundus Vellefermoth, qui Exodus appellatur. Tertius Vaicra, id est, Leuiticus. Quartus Vaiedabber, quem Numerū vocamus. Quintus Ellebaddebarim, qui Deuteronomiū prenotatur. Hi sunt quinque libri Moysi, quos propriè Thorath, id est, legem appellant. Secundum prophetarū ordinem faciunt, & incipiunt à Iesu filio Naue, qui apud illos Iosue ben Nun dicitur. Deinde subtexunt Sophthim, id est, Iudicum librum: & in eundem compingunt Ruth, quia in diebus Iudicum, facta eius narratur historia. Tertius sequitur Samuel, quem nos Regnorum primum & secundū dicimus. Quartus Malachim, id est, Regum, qui tertio & quarto Regnorum volumine cōtinetur. Meliùsque est multò Malachim, id est, Regum, quàm Malacoth, id est, Regnorum, dicere. Non enim multarum gētiū describit regna, sed vnius Israelitici populi, qui tribubus duodecim cōtinetur. Quintus est Esaias, Sextus Ieremias: Septimus Ezechiel. Octauus liber duodecim prophetarū, qui apud illos vocatur Theresar. Tertius ordo, Hagiographa possidet. Et primus liber incipit ab Iob. Secundus à Dauid, quem quinque incisionibus, & vno Psalmorum volumine comprehendunt. Tertius est Salomon, tres libros habens: prouerbia, quæ illi parabolas, id est, Misse, appellant. Quartus Ecclesiasten, id est, Coeleth. Quintus est Canticum canticorum, quem titulo Sir ha firim prenotant. Sextus est Daniel. Septimus Dibre baiamin, id est, verba dierum, quod significantius Chronicon totius diuinæ historiæ possumus appellare: qui liber apud nos, Paralipomenon primus & secundus inscribitur. Octauus Esdras: qui & ipse similiter apud Græcos & Latinos, in duos libros diuisus est. Nonus Esther. Atque ita sūt pariter veteris legis libri vigintiduo, id est, Moysi quinque, & Prophetarū octo, Hagiographorū nouem. Quamquam nonnulli Ruth, & Cinoth, inter Hagiographa scriptitent, & hos libros in suo putent numero supputandos: ac per hoc esse prisca legis libros vigintiquatuor: quos sub numero vigintiquatuor seniorum Apocalipsis Ioannes inducit adorantes agnum, & coronas suas prostratis vultibus offerentes: stantibus coram quatuor animalibus oculatis ante & retro, id est, in præteritum & in futurū respicientibus, & indefessa voce clamantibus, sanctus, sanctus, sanctus dominus deus omnipotēs, qui erat, & qui est, & qui vterus est. Hic prologus scripturā quasi galeatum principit, omnibus libris quos de Hebræo vertimus in Latinum, conuenire potest: vt scire valeamus quicquid extra hos est, inter Apocrypha esse ponendum. Igitur Sapientia, quæ vulgo Salomonis inscribitur, & Iesu filij Syrach liber, & Iudith, & Tobias, & Pastor, non sunt in Canone. Machabæorum primum librum, Hebraicum reperi. Secundus Græcus est, quod ex ipsa phrasi probari potest: quæ cum ita se habeant, obsecro te lector, ne laborem meum reprehensionē astimes antiquorum. In templo dei offert vnusquisque quod potest. Alij aurum & argentum & lapides preciosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt & hyacinthum. Nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles, & caprarum pilos. Et tamen Apostolus contemptibilia nostra magis necessaria indicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species Ecclesiæ presentis futuræque distinctio, pellibus tegitur & celiciis: ardoremque solis, & iniuriam imbrium, ea quæ viliora sunt prohibent. Lege ergo primum Samuel, & Malachim meum. Meum, inquam, meum. Quicquid enim crebrius vertendo, & emendando sollicitius & didicimus & tenemus, nostrū est. Et cum intellexeris quod antea nesciebas: vel interpretem me astimato, si gratus es: vel Paraphrasen, si ingratus: quamquam mihi omnino conscius non sim, mutasse me quippiam de Hebraica veritate. Certè si incredulus es, lege Græcos codices & Latinos, & confer cum iis opusculis, quæ nuper emendauimus: & vbicūque discrepare inter se videris, interroga quemlibet Hebræorum, cui magis accommodare debeas fidem: & si nostra firmauerit, putò quod eum non astimes coniectorem, vt in eodem loco mecum similiter diuinarit. Sed & vos famulas Christi rogo (quæ domini discumbentis preciosissima fidei myrrha vngitis caput, quæ nequaquam Saluatorem queritis in sepulchro, quibus iam ad patrem Christus ascendit) vt contra latrantes canes qui aduersum me rabido ore desaniunt, & circumueunt ciuitatem, atque in eo se doctos arbitrantur si alijs detrahant, orationum vestrarum clypeos opponatis. Ego sciens humilitatem meam, illius semper sententiæ recordabor, † Dixi, custodiā vias meas: vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me. Obmutui, & humiliatus sum: & filii à bonis.

† Apoc. 4. 6.

† Cor. 11. 6.

† Psal. 8. 6.

Incipit Liber Malachim,

ID EST REGVM I.

Hanna diu sterilis, & æmula in proprio tristis, Samuelem genuit, quem domino consecrandum deuouit.

a. Ramathaim, vel iuxta veterem editionem Amathaim, vel Ramatha & Amathia ciuitas tribus Manasse separata Leuitis, & patria Samuelis, in Thummitica regione montis Ephraim iuxta Diospolim, procul ab Ierosolymis 20. mil. vnde fuit Ioseph, qui in Euangelio ab Amathia describitur. Beda super primum. Lib. Regum. cap. 1.

b. De vna duarum Ramath, quæ duo excelsum erant, per quæ dux intelligitur tribus, regalis videlicet & sacerdotalis. Hiero. super lib. Reg.

c. Sophim autem mons Ephraim in loco Ramathaim. Idem ibi.

d. 4. diebus in die (hoc est) festis Pasche. Pentecostis, & tabernaculorum. Hiero. ibid.

e. Honorificam.

f. Irritabat.

g. Ut commoueret eam eo quod dominus clausisset uterum eius.

h. Ascenderet ipsa.

i. Templum Domini tabernaculum testimonij vocat, quod ad hæc usque tempora mansit in Silo. Singulos autem annos vel singulas virtutes accipere, quibus synagoga proficiebat in domo domini: gentilitique quod ab hac longè estent arguens prouocabat in silentio. Beda. ibid.

k. Ipsi comederant in Silo, & postquam biberent Græc.

l. Mater quoque ista Samuelis Anna quæ prius sterilis posteriori recunditate lactata est. Cuius etiam nomen, id est, Anna, gratia eius interpretatur, ipsa religionem Christianam, ipsam postremo dei gratiam significat, quia nobis Christus oritur Iherosolymis. ibidem.

m. Semel virile, vel prolem masculam.

n. Coram deo orat qui orat, vnde dicitur quæ ibi dicitur mensuram, nihil habens cum veri commereij. Chrysostomus. de fide Hanna homil.

o. Molesto animo.

p. Siceram.

q. Id est mensuram totam conuertere ad dominum, mentem meam exinanire apud illum. Chrysostomus. ibidem.

r. Ponas ancillam tuam coram domino.

s. Hoc est, ex fine rardumque exitu dices quod hanc deprecationem fecerim non ex vino, sed ex merore. Chrysostomus. ibidem.

t. Samuel circa annum 20. regni Heli fertur natus de stirpe Leuitica. Nam Leui genuit Gath, qui genuit Aminadab, Aminadab genuit Choro, Choro genuit Aisir, Aisir genuit Helchana, Helchana genuit Sub, Sub genuit Thou, Thou genuit Heli, Heli genuit Ioseph, Ioseph genuit Helchana, Helchana genuit Samuelem. Hiero. ibid.

u. Non estimabat Hanna esse tutum relicta domo ascendere in templum: quod cum accepisset donum, non sustineret absque dono comparere. Hæcque tempore remanuit, ut cum dono compareret. Adduxit, ac reliquit, nec puer à mamma diuulsus moleste tulit, sed ad dominum respexit, qui matrem creauerat: nec ipsa mater doluit à puero se iuncta, prosperæ quod naturalis affectum vitæ interueniens gratia: & vterque se alteri conuultere existimabat. Chrysostomus. homil. 2. super lib. Regum.

v. Vno medio.



Vit vir vnus^{ab} de Ramathaim^c Sophim, de monte Ephraim, & nomen eius Helchana, filius Ierohan, filij Heli, filij Thohu, filij Suph, Ephrataeus: & habuit duas uxores, nomen vni Hanna, & nomen secundæ Phenenna. Fueruntque Phenennæ filij, Hannæ autem non erant liberi. Et ascendebat vir ille de ciuitate sua^d statutis diebus,] vt adoraret, & sacrificaret domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni, & Phinees, sacerdotes domini. Venit ergo dies & immolauit Helchana, deditque Phenennæ uxori suæ & cunctis filiis eius, & filiabus partes. Hannæ autem dedit partem vnam^e tristris,] quia Hannam diligebat. Dominus autem concluderat vuluam eius.^f Affligebat quoque eam æmula eius,^g & vehementer angebat, intantum vt exprobraret quod dominus concludisset vuluam eius.] Sicque faciebat per singulos annos, cū redeunte tempore^h ascenderent] ad templum domini: & sic prouocabat eam. ⁱ Porro illa flebat, & non capiebat cibum. Dixit ergo ei Helchana vir suus: Hanna cur fles? & quare non comedis? & quamobrem affligitur cor tuum? Nunquid non ego melior tibi sum, quàm decem filij? Surrexit autem Hanna postquam^k comederat, & biberat in Silo. Et Heli sacerdote sedente super sellam ante postes templi domini, cum esset Hanna amaro animo, orauit ad dominum flens largiter, & votum vouit, dicens: ^l Domine exercituum si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisque seruæ tuæ^m sexum virilem,] dabo eum domino omnibus diebus vitæ eius, ⁿ & nouacula non ascendet super caput eius. Factum est autem cum illa multiplicaret preces^o coram domino, vt Heli obseruaret os eius. Porro Hanna loquebatur in corde suo, tantumque labia eius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. ^p Estimauit ergo eam Heli remulentam, dixitque ei. Vtique ebria eris? Digere paulisper vinum quo mades. Respondens Hanna: nequaquam, inquit, domine mi. Nam mulier^q infelix nimis] ego sum: vinumque & ^r omne quod inebriare potest] non bibi, sed^s effudi animum meam in conspectu domini. Ne^t reputes ancillam tuam] quasi vnam de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris & meroris mei locuta sum vsque in præsens. Tunc Heli ait ei: Vade in pace, & deus Israel det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum. At illa dixit: ^u Vinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abiit mulier in viam suam, & comedit, vultusque illius non sunt amplius in diuersa mutati. Et surrexerunt mane, & adorauerunt coram domino, reuersique sunt, & venerunt in domum suam in Ramatha. Cognouit autem Helchana Hannam uxorem suam: & recordatus est eius dominus. Et factum est post circulum dierum, concepit Hanna, & peperit filium. Vocauitque nomen eius Samuel: eò quod à domino postulasset eum. ^v Ascendit autem vir eius Helchana, & omnis domus eius, vt immolaret domino hostiam solennem, & votum suum, & Hanna non ascendit. Dixit enim viro suo. Non vadam donec ablactetur infans, & ducam eum, vt appareat ante conspectum domini, & maneat ibi iugiter. Et ait ei Helchana vir suus: Fac quod bonum tibi videtur, & mane donec ablactes eum: precorque vt impleat dominus verbum suum. ^w Mansit ergo mulier, & lactauit filium suum, donec amoueret eum à lacte. ^x Et adduxit eum secum, postquam ablactauerat in vitulis tribus, & ^y tribus modis farinæ, & amphora vini: & adduxit eum ad domum domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus. Et immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli. Et ait Hanna: obsecro mi domine: viuit anima tua domine. Ego sum illa mulier quæ steti coram te hic orans dominum pro puero isto.

Oraui

A. Ios. 4. 15.
Primus annus
Heli fuit.
Anni ante
Christum.
1152.
Anni mudi.
2810.

f. Iud. 13.

Anne ante
Christum.
1142.
Anni mudi.
2820.

f. 1. q. 2. 5. 1.
20. q. 1. Quid
cungus.

Oravi, & dedit mihi dominus petitionem meam quam postulavi eum. Idcirco & ego commodavi eum domino cunctis diebus, quibus fuerit accommodatus domino. Et adorauerunt ibi dominum. Et orauit Hanna, & ait:

Hanna pro gaudio in canticum prorumpit: Heli penam indulgentiæ filiorum dominus minatur & mortem.

11.

A Xultauit cor meum in domino, & exultatum est^b cornu meum in deo meo. Dilatum est os meum super inimicos meos, quia lætata sum in salutari tuo. Non est sanctus ut est dominus, neque enim est alius extra te, & non est fortis sicut deus noster. Nolite multiplicare¹ loqui sublimia, gloriantes. Recedant vetera de ore vestro, quia deus scientiarum dominus est, & ipsi² præparantur cogitationes. Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore. Repleti prius pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt. Donec sterilis peperit³ plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est. Dominus mortificat, & viuificat, deducit⁴ ad inferos, & reducit. Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & subleuat. Suscitatur de puluere egenum, & de stercore cleuat pauperem. Ut sedeat cum principibus, & folium gloriæ⁵ teneat. Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem. Pedes sanctorum suorum fertabit, & impij in tenebris conticescent: quia non in fortitudine sua roborabitur vir. Dominum formidabunt aduersarij eius & super ipsos in cœlis tonabit. Dominus iudicabit fines terræ, & dabit⁶ imperium Regi suo, & sublimabit cornu Christi sui. Et abiit Helchana in Ramatha, in domum suam. Puer autem erat minister in conspectu domini, ante faciem Heli sacerdotis. Porrò filij Heli, filij Belial, nescientes dominum, neque officium sacerdotum ad populum: sed quicumque immolasset victimam, veniebat puer sacerdotis dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat eam in lebetem, vel in caldarium, aut in ollam, siue in cacabum: & omne quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi. Sic faciebant vniuerso Israeli venientium in Sylo. Etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer sacerdotis, & dicebat immolanti: Da mihi carnem, ut coquam sacerdoti. Non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam. Dicebatque illi immolans: Incendatur primum iuxta morem hodie adeps & tolle tibi quantumcunque desiderat anima tua. Qui respondens, aiebat ei: Nequaquam. Nunc enim dabis, alioquin tollam vi. Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram domino, quia⁷ detrahebant homines sacrificio domini. Samuel autem ministrabat ante faciem domini puer accinctus⁸ Ephod lineo. Et tunicam paruum faciebat ei mater sua, quæ afferebat⁹ statutis diebus, ascendens cum viro suo, ut immolaret hostiam¹⁰ solennem. Et benedixit Heli Helchanæ, & vxori eius, dixitque ei: Reddat tibi dominus semen de muliere hac, pro¹¹ fœnore quod commodasti domino. Et abierunt in locum suum. Visitauit ergo dominus Hannam, & concepit, & peperit tres filios & duas filias. Et magnificatus est puer Samuel apud dominum. Heli autem erat senex valde, & audiuit omnia quæ faciebant filij sui vniuerso Israeli, & quomodo dormiebant cum mulieribus quæ obseruabant ad ostium tabernaculi, & dixit eis: Quare facitis res huiuscemodi, quas ego audio, res pessimas ab omni populo? Nolite filij mei. Non enim est bona fama quam ego audio, ut transgredi faciat¹²is populum domini. Si peccauerit vir in virum, placari ei potest deus: si autem in domino peccauerit vir, quis orabit pro eo? Et non audierunt vocem patris sui, quia voluit dominus occidere eos. Puer autem Samuel¹³ proficiebat, atque crescebat: & placebat tam deo quam hominibus. Venit autem vir dei ad Heli, & ait ad eum: Hæc dicit dominus: Nunquid non apertè reuelatus sum domui patris tui, cum essent in Ægypto in domo Pharaonis? & elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, ut ascenderet ad altare meum, & adoleret mihi incensum, & portaret Ephod coram me? & dedi domui patris tui omnia¹⁴ de sacrificiis filiorum Israel? Quare¹⁵ calce abiiecistis victimam meam? & munera mea? quæ præcepi ut offer-

1. Deo & eius obsequio deputati & sic commodati, ut à Domino obtineant mercedem tam puer quam ego Dionis. Cartusia. Ibidem.

a. Ita igitur ad filios mater dicit, quæ simul & viduitatis in se, & integritatis in liberis tunc in domum suam tulit, quasi quosdam famineos principatus. Egredia sane femina, quæ sibi nihil reliquit, utrum quod habuit, deo obrulit. Cuius vita, institutio disciplina est, & quedam formula castitatis, bono proposito, & meliore magisterio. Exemplum enim viduitatis & virginitatis magister est. Ambro. ad virgines exhortatio.

b. Filius meus, sine quo absque cornu eram Hiero. ibidem.

c. Verba, ut loquamini magnifica.

2. Diriguntur conatus.

3. Septem.

4. In sepulchrum.

5. De quo scriptum est in Psal. Ut collocet eum cum principibus. Et in Euzgelio. Solentibus super sedem duodecim &c. Eucher. ibidem.

6. Eos hereditare faciat.

7. A domino conterentur.

8. Fortitudinem.

9. Ex quo pater quod Helcana fuit de tribu Levi De Lyra.

10. Hoc enim filiorum Heli hæc fuisse crimina, ventris in glutinis, & fornicatio: quorū salubris deditis vitis pater & corripuit, aut coecit, & suam & illorum salutem perdidit. Chryso. aduersus vituperata monastica.

11. Sic consuetudo sacerdotum erga populum erat, ut cœ quæ.

12. Filij Heli diuina sacrificia temerantes peccabant coram domino, & desiderabatur per eos multum sacrificia domini. Unde Heli sacerdos pro eorum iniquitate datus est, quod eos peccantes minus seueram animaduersione plebebat Eucher. ibi.

13. Excebat homines sacrificium.

14. Linea veste, quæ Leuite ad diuinum accessit calcem vestebantur.

15. In diebus in dies hoc est tribus anni solennitatis dicitur.

16. In solennitatibus.

17. Petitione quam postulauit, sub. vestre vestrum.

18. Videtur benedictio & oratio Heli pontificis cooptata. Næ & propter dignitatem tanti officij Deus tunc multa agebat. Dionis. Cartusia. ibidem.

* Testimonij.

k. Corripuit & punit est: quia non corrigere debuit, seu abiecit.

19. Arbitri erunt iudices: si vero homo in deum, quis eius at biter erit?

l. Quædam interrogations in sacris literis quæ negationem inferre videntur, non sunt negatione intelligende, ut hæc Ambro. de penit. lib. 1. cap. 8.

20. Eundo crecebat & melior fiebat.

m. Quis fuerit iste vir, quidam dixerunt quod fuit Phinees filius Eleazari qui fuit mortuus ante hæc tempora: alij dicunt fuisse centum annis. Alij dicunt fuisse angelum, quod verisimilius est Dionis. lib.

21. Ignota sacrificia.

22. Conculcatis.

4. Deut. 32. f. Tob. 11. a. Sapient. 19. b. 7. Sal. 112. b.

4. 4. distin. 7. Post principium.

4. 4. distin. c. De his vero.

10. 10. 10.

7. 10. distin. c. Alienus. De penit. d. 2. c. importuna. c. Si sacerdot.

17. Tabernaculo, & infra.
 18. Saginis vos de primitiis.
 m. Scilicet Aaron. Quis enim
 alius fuit in Aegyptiaca serui-
 tute qui post liberationem ele-
 ctus sit in sacerdotem? Quis
 que enim ex eius genere est, qui
 videt sacerdotum Christiano-
 rum pollere per mundum sibi
 autem esse subactum dolore
 & dolore tabescit. Gloria or-
 dinaria. Ibidem.
 n. Nec honoratur dominus ab
 eis nec timeant, qui eius præ-
 cepta non faciunt. Hieron.
 19. Ignominia afficiuntur.
 o. Dignitatem sacerdotalem.
 p. Sacerdos magnus.
 q. Sadoch pontificem abiecit à
 Salomone Abiathar. 3. Reg. 2. f.
 20. Faciã descere oculos tuos,
 & alligam animam tuam: om-
 nesque qui multiplicati fuerit
 in domo tua, moriantur si viti
 fuerint.
 r. Neque enim Heli punieba-
 tur quia malos filios habebat,
 sed quia ultra debitum in ter-
 rationi pepererat. Chrylost.
 ibidem.
 21. Adoret eum.
 22. Adiunge me quæso vni ex
 sacerdotibus.
 s. Quibus verbis ipsum sacri-
 ficium Christianorum eleganter
 expressum est, de quo dicit sa-
 cerdos ipse: Panis quæ ego cla-
 bo caro mea est. Ipsum quoque
 est sacrificium, non secundum
 Aaron, sed secundum ordinem
 Melchisedech. Eucher. ibidem
 a. Hic à puero autè nutritur in
 templo, ideo semper clarus &
 gratissimus, eundemque virtutis
 iudicia à prima ætate
 percipit, veritateque ad viri-
 les annos euadere, inter mira-
 biles prophetas interiberetur.
 Chrylost. de providentia Dei
 lib. 3.
 b. Nocte enim lucerna canda-
 labri ardebat ante arcam que
 mane exinguebatur. Exod. 27
 Hiero.
 c. Primum enim adolescentem
 ad se vocare non est veritus, vt
 ei aperiretque diuinitus nun-
 tiata erant. Deinde iuramento
 eum obstrinxit, & deuouit est,
 ne quid earum rerum quas au-
 dierat, occultaret. Procopi. Pibi.
 d. Nondum diuinitus allocutio-
 nibus adluerus erat. Ideo vocè
 domini non agnouerat, vt dei
 reuelationes discerneret. Peffer.
 e. Heli nanque innocentiam,
 emittenteque gratiam Samue-
 lis percipit. Ideo præsuppo-
 suit eum vocari à spiritu bo-
 no. Porro vt ait Ioseph, Domi-
 nus Samuelem vocauit ad
 præfigurandum tres dignita-
 tes ipsius: quia ex hac hora est
 factus propheta: Postea iudex.
 Obrulit quoque sacrificium
 vt sacerdos, eo quod paruulus
 esset. Ichabot Phinees filius fi-
 lii Heli. Dionis. Cartusia.
 1. Prioribus vicibus.
 2. à principio vsque in finem.
 3. Quam ipse stant. Nam cum
 maledixisset filiis suis, propter
 eorum flagitia non ecessit.
 4. Videt ingentem dei indigna-
 tionem, et exultat quæ uehemè-
 tissimè, & omnino spe uenit
 exultum. Chryst. lib. 3. aduer-
 sus vituperato. vitæ monasticæ.
 4. Oblationibus.
 g. Tandem cognita Domini
 sententia, vocem laude digni-
 ssimam emisit. Dominus quod
 boni est in oculis suis faciet.
 Quin etiam filiorum suorum ca-
 dem, quantumvis pater & se-
 nex, tamen foret magnè que a-
 nimo iure. Procop.
 h. Nullum Samuel uerbis pro-
 phetauit quod effectum non co-
 flit retur.
 i. Dan quæ nunc Casarea Phil-
 lippi dicitur, prius Laïs & Le-
 sen, terminus est terre sanctæ
 versus Austrum: Bersabee vero
 alter terminus uerius Aquilo-
 nem, vt cum uelint eorum in-
 cludere Irah. Irah cum populum
 uulgari dicunt adagio: à Dan
 vsque Bersabee.
 k. Anno grati sui duodecimo
 Iosephus.

rentur in templo:] & magis honorasti filios tuos, quàm me: vt comederetis primi-
 tias] omnis sacrificij Israel populi mei? Propterea ait dominus deus Israel: Lo-
 quens locutus sum, vt domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo
 vsque in sempiternum. Nunc autem dicit dominus: Absit hoc à me. Sed quicun-
 que honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt igno-
 biles.] Ecce dies ueniunt, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris
 tui, vt non sit senex in domo tua. Et uidebis æmulum tuum in templo, in uniuersis
 prosperis Israel: & non erit senex in domo tua omnibus diebus. Veruntamen nõ
 auferam penitus uirum ex te ab altari meo, sed ut deficiant oculi tui, & tabescat ani-
 ma tua, & pars magna domus tuæ morietur, cum ad uirilem ætatem uenerit. Hoc au-
 tem erit tibi signum quod uenturum est duobus filiis tuis Ophni & Phinees. In die
 uo morientur ambo. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum
 & animam meam faciet, & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Chri-
 sto meo cunctis diebus. Futurum est autem, vt quicumque remanserit in domo tua,
 ueniat ut oretur pro eo,] & offerat nummum argenteum, & tortam panis, dicat-
 que: Dimitte me, obsecro, ad unam partem sacerdotalem,] vt comedam buccel-
 lam panis.

*Puer Samuel à domino quater uocatus, reuelationem suam Heli narrat sibi noci-
 turam.* 111.



Ver autem Samuel ministrabat domino coram Heli, & sermo domini e-
 rat preciosus. In diebus illis non erat visio manifesta. Factum est ergo in
 die quadam, Heli iacebat in loco suo, & oculi eius caligauerant, nec po-
 terat uidere lucernam dei antequam extingueretur. Samuel autem dor-
 miebat in templo domini, ubi erat arca dei. Et uocauit dominus Samuel. Qui respõ-
 dens, ait: Ecce ego, & cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego. Vocasti enim me. Qui dixit:
 Non uocaui te fili: Reuertere, & dormi. Et abiit, & dormiuit. Et adiecit dominus rur-
 sum uocare Samuelem. Confurgensque Samuel abiit ad Heli, & dixit: Ecce ego, quia
 uocasti me. Qui respondit: Non uocaui te fili mi. Reuertere, & dormi. Porro Samuel
 necdum sciebat dominum, neque reuelatus fuerat ei sermo domini. Et adiecit do-
 minus, & uocauit adhuc Samuel, tertio. Qui confurgens abiit ad Heli, & ait: Ecce ego
 quia uocasti me. Intellexit ergo Heli, quia dominus uocaret uerum, & ait ad Samuel:
 Vade, & dormi: & si deinceps uocauerit te, dices: loquere domine, quia audit seruus
 tuus. Abiit ergo Samuel, & dormiuit in loco suo. Et uenit dominus, & stetit, & uoca-
 uit sicut uocauerat secundo: Samuel Samuel. Et ait Samuel: Loquere domine, quia
 audit seruus tuus. Et dixit dominus ad Samuel: Ecce ego facio uerbum in Israel, quod
 quicumque audierit, tinnient ambæ aures eius. In die illa suscitabo aduersum Heli
 omnia quæ locutus sum super domum eius. Incipiam, & complebo.] Prædixi enim
 ei quod iudicaturus essem domum eius in æternum propter iniquitatem, quod quod
 nouerat indignè agere filios suos, & non corripuerit eos. Idecirco iurauit domui He-
 li, quod non expietur iniquitas domus eius uictimis & muneribus] vsque in æter-
 num. Dormiuit autem Samuel vsque mane, aperuitque ostia domus domini. Et Sa-
 muel timebat indicare uisionem Heli. Vocauit ergo Heli Samuelem, & dixit: Sa-
 muel fili mi. Qui respondens, ait: Præstò sum. Et interrogauit eum. Quis est sermo quæ
 locutus est dominus ad te? Oro te ne celaueris me. Hæc faciat tibi deus, & hæc ad-
 dat, si absconderis à me sermonem ex omnibus uerbis quæ dicta sunt tibi. Indicauit
 itaque ei Samuel uniuersos sermones, & non abscondit ab eo. Et ille respondit: Do-
 minus est, quod bonum est in oculis suis, faciat. Creuit autem Samuel, & dominus
 erat cum eo, & non cecidit ex omnibus uerbis eius in terram. Et cognouit uniuersus
 Israel à Dan vsque Bersabee, quod fidelis Samuel propheta esset domini. Et addi-
 dit dominus ut appareret in Sylo: quoniã reuelatus fuerat dominus Samueli in Sylo,
 iuxta uerbum domini. Et euenit sermo Samuelis uniuerso Israeli.

† 47. distine
 Sicut.
 6. Necesse.
 De simo. 6.
 Licet.
 † Reg. 4. c.
 † Infra. 10. b.
 † Ia. 38. b.
 † Job. 6. f.
 † Infra. 4. e.
 † 10. 5. 19.
 † Infra. 7.
 † 47. d. 11. 11.

Arca

Arca dei capta, Israelita passim à Philistæis cum duobus filiis Heli caduntur, quod audiens Heli corruens occumbit, nuru pariente.

IIII.

106.14.

A Factum est in diebus illis, conuenerunt Philistiim in pugnam. Egressus est nanque Israel obuiam Philistiim in prælium, & castrametatus est iuxta lapidem adiutorij. Porro Philistiim venerunt in Aphec, & instruxerunt aciem contra Israel. Inito autem certamine, terga vertit Israel. Philistæis: & cæsa sunt in illo certamine passim per agros, quasi quatuor milia virorum. Et reuersus est populus ad castra. Dixeruntque maiores natu de Israel: Quare percussit nos dominus hodie coram Philistiim? ⁵ Afferamus ad nos de Sylo arcam fœderis domini, & veniat in medium nostri, vt saluet nos de manu inimicorum nostrorum. Misit ergo populus in Sylo, & tulerunt inde arcam fœderis domini exercituum, sedentis super Cherubin. Erantque duo filij Heli cum arca fœderis domini Ophni & Phinees. ⁶ Cùmque venisset arca fœderis domini in castra, vociferatus est omnis Israel clamore grandi, & personuit terra. Et audierunt Philistiim vocem clamoris, dixeruntque: Quænam est hæc vox clamoris magni in castris Hebræorum? Et cognouerunt quod arca domini venisset in castra. Timueruntque Philistiim, dicentes: Venit deus in castra. ⁷ Et ingemuerunt, dicentes: Veh nobis: Non enim fuit tanta exultatio heri & nudius tertius. Veh nobis: Quis nos saluabit de manu deorum? ⁸ sublimium Istorum? Hi sunt dij: qui percusserunt Ægyptum omni plaga in deserto. Confortamini, & estote viri Philistiim, ne seruiatis Hebræis, sicut & illi seruiertur nobis. Confortamini, & bellate. Pugnaverunt ergo Philistiim, & cæsus est Israel: & fugit vnusquisque in tabernaculum suum. Et facta est plaga magna nimis, & ceciderunt de Israel triginta milia peditum: & arca dei capta est. ⁹ Duo quoque filij Heli mortui sunt, Ophni & Phinees. Currès autem vir de Benjamin ex acie, venit in Sylo in die illa, scissa veste, & conspersus puluere caput. Cùmque ille venisset, Heli sedebat super sellam contra viam expectans. Erat autem cor eius pauens pro arca domini. Vir autem ille postquam ingressus est, nunciauit vrbi, & vlulauit omnis ciuitas. Et audiuit Heli sonitum clamoris, dixitque: Quis est hic sonitus tumultus huius? At ille festinauit, & venit, & nunciauit Heli. Heli autem erat nonaginta & octo annorum, & oculi eius caligauerant, vt videre non poterat. Et dixit ad Heli: Ego sum qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait: Quid actum est fili mi? Respondès autem ille qui nuciabat: ¹ fugit, inquit, Israel coram Philistiim, & ruina magna facta est in populo, ² Insuper & duo filij tui mortui sunt, Ophni & Phinees, & arca dei capta est. Cùmque ille nominasset arcam dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est. Senex enim erat vir & grandæuus, & ipse iudicauit Israel quadraginta annis: Nurus autem eius vxor Phinees, prægnans erat, vicinaque partui. Et audito nuncio quod capta esset arca dei, & mortuus esset socer suus, & vir suus, incurrauit se, & peperit. ⁷ Irruerant enim in eam dolores subiti. In ipso autem momento mortis eius, dixerunt ei qui stabant circa eam: Ne timeas, quia filium peperisti. Quæ non respondit eis, neque animaduertit. ⁸ & vocauit puerum Ichabod, dicens: Translata est gloria domini de Israel, ⁹ quia capta est arca dei. Et pro socero suo, & pro viro suo, ¹⁰ ait: Translata est gloria ab Israel, eo quod capta esset arca dei.

Dagon in terram corruit arca dei iuxta ipsum posita, vnde Philistæi marisæis percussis, arcam à se expellunt.

V.

106.14.

A Hilistiim autem tulerunt arcam dei, & asportauerunt eam à lapide adiutorij in Azotum. Tuleruntque Philistiim arcam dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon. Cùmque surt exissent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam domini. Et tulerunt Dagon, & restituerunt eum in locum suum. Rursumque mane die altera confurgentes, inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra, co-

O V

a. Lapis à diltorij, quæ Hebræi Eben hahezec vocant, locus est in agro Bethcar, non longè à Malphat.
1. Castrametati sunt.
2. Corruit Israel coram.

b. Filij Israel de se nihil confidentes, arca testamenti domini in exercitu suo in pugna contra aduersarios conuenit. Sed legis transgressores nequaquam legis arca tuetur, videri potius & deleta ex parte populo ab alienigenis ipsa capitur. Aug. de mirab. sacre scrip. cap. 7.

c. Proinde lex dei, quæ in editis data est angelorum, in qua vnus deus deorum religione sacrorum iustus est colit, alij verò quilibet prohibiti, in arca erat posita, quæ arca testamenti nuncupata est. Quo nomine, satis significatur non deum qui per omnia illa colebatur, circunculdi solere, vel contineri lex, cum responsa eius, & quædam humanis sensibus darentur signa ex illius arca loco. Aug. de ciuit. dei lib. 10. cap. 17.
3. Er rursum dixerunt.
4. Simile.
5. Fortium.
6. Capta arca domini cegi sunt. 30000. Hebræorum cum duobus filiis Heli à Philistæis.
e. In prophetia enim arca illa ab alienigenis capta, indicabat testamentum dei transiurum ad gentes. Bucherius ibidem.

f. Vide quantum deilegem eius oportet, cum ab Heli lex dei non cu omni vehementia arque constantia fuerit defensa, quod ille quondam admirabilis perdidit sacerdotium. Cuius cu vita esset irreprehensibilis, tamen quia filios calcantes dei legem non cum seueritate corripuit, cu illis etiam iure punitus est. Chryl. super Matth. homil. 17. g. Hoc ergo signum mortis filiorum Heli factum est: mutandū sacerdotij de domo huiusque signo significatum est: mutandum sacerdotium domus Aaron. Merè quippe filiorum huius significauit morte non hominum, sed ipsius sacerdotij de filio Aaron. Aug. de ciuitate dei lib. 7. cap. 3.
6. Super iumen vltij.

7. Commoti enim sunt in doloribus eius.

8. Apposuit eor suum.
9. Ob captam arcam dei, ob socerum eius, & ob maritū eius.

* Et rursum.

11. 9. 4. c. Ecclia.
37. dilt. c. Legit.
Anni ante Christi 1112.
Anni mundi 2860.
Arca dei fuit capta, & Heli mortuus est.

2. Sed taneum forma piscis in eo relicta est. (Dagon enim forma piscis inferioris umbilico tenus, superiorem vero hominis habuisse ferunt. Quod eius nomen arguit: dag, vel dagh piscem significat, unde formatum videtur.)
 c. Iosephus dissentientiam dicit, quod à scripura nō discrepat, & ablutit. Profusus enim veteris laborant, eo quod arcam domini impij & nefarij iuxta mendacem suum deum collocassent. Protop.
 3. Inferioribus ventris.

d. Geth quarta vrbis Philistinorum 16. militib. distans ab Iope iuxta Liddam & Ianniam sita in colliculo, vbi adhuc vitulum granalem vidit Hieron. vt super Mich. citat.
 4. Deducatur in Geth arca dei Israel. Et eduxerunt.
 5. Per mantim.
 6. Tumultus magnus valde.
 7. Habueruntque secretos morbos.
 e. Accaron in sorte duplici Iudee & Dan, ex principalibus Philistinorum oppidum vicinū. Accaron autem Hiero. in locis Hebraicis adiuuans Celsianum Strabonis assignando dictam. Plinius Apoloniam, Vespasianur Coloniam. De hac Ios. 15. f.

f. In absconditis & reconditis partibus antiquibus nulla medela adhiberi poterat.

ram arca domini. Caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abscessæ erāt super limen, ² porro Dagon solus truncus remāserat in loco suo.] ³ Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius super limen Dagon in Azoto, vsque in hodiernum diem. ⁴ Aggravata est autem manus domini super Azotios, & demolitus est eos. ⁵ Et percussit in ³ secretiore parte natiū] Azotum, & fines eius: & ebullierunt villæ & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures, & facta est cōfusio mortis magnæ in ciuitate.] Vidētes autem viri Azotij huiuscemodi plagam, dixerunt: Non maneat arca dei Israel apud nos, quoniam dura est manus eius super nos, & super Dagon deum nostrum. ⁶ Et mittentes congregauerunt omnes Satrapas Philistinorum ad se, & dixerunt: ⁷ Quid faciemus de arca dei Israel? Responderuntque ⁴ Gethæi: Circuducatur arca dei Israel. Et circuduxerunt arcam dei Israel. Illis autem circuducentibus eam, fiebat ⁷ manus] domini dei per singulas ciuitates ⁶ interfectionis magnæ nimis:] & percutiebat viros vniuscuiusque vrbis à paruo vsque ad maiorem, & ⁷ computrescebant prominentes extales eorum.] Inieruntque Gethæi consilium, & fecerunt sibi sedes pelliceas.] Miserunt ergo arcam domini in ^c Accaron. Cūque venisset arca domini dei in Accaron, & exclamauerunt Accaronitæ, dicentes: ⁸ Adduxerunt ad nos arcam dei Israel, vt interficiat nos & populum nostrum. Miserunt itaque, & congregauerunt omnes Satrapas Philistinorum. Qui dixerunt: Dimittite arcam dei Israel, & reuertatur in locum suum, vt non interficiat nos cum populo nostro. Fiebat enim paor mortis in singulis vrbibus, & grauissima valde manus domini dei. Viri quoque qui mortui non fuerant, percutiebantur ^f in secretiori parte natiū, & ascendebat vlulatus vniuscuiusque ciuitatis in cœlum.

Philistæi arcam cum muribus & anis aureis à se dimittunt per vaccas lactantes, & nouum plaustrum, vsque Bethsames, vbi vaccas super ligna plaustri immolauerunt.
VI.

a. Quoniam igitur vrbibus talia cōsilia diebus illis tunc regionis populi crederent, eorumque impleretur præceptū: deus quoque cōdescensione solita, diuinitatū sententiā approbante: nec maiestate sua putauit indignis in effectum operis prophetæ dicta perducere. Chryostomus in Math. homil. 6.

1. Cum quare.
 2. Sed redditis ei oblationem.
 3. Principum.
 b. Quoniam tunc in Palestina quinque erant præcipui Satrapæ & quinque ciuitates: Azotus, Gaza, & Ascalon, Geth, Accaron.
 c. Satrapa lingua Persica præfectus dicitur, inde Satrapia præfectura, quo veniunt Græci σατραπεία, & Hebræi, שַׂרְטָרָן.
 4. Nam cū ageret eos dimiserunt.
 5. Iactantes.
 6. Reducite vitulos earum in domum.
 d. Omnia ista fiebant ad experiendum virtutem dei Israel in reductione arce De Iyra.
 e. Deinde ipsi Philistinii prodigijs acti, deformitūque puuiti arcam diuini testimonij populo vnde ceperant reddiderunt. Ipsa autē redditiō qualis fuit? Imposuerunt eam plaustro, & que iuuenexi à quibus vitulos suggentes abstraxerā, subduxerunt, & eas quōd vellent ire sinit. Et etiam hanc vim diuinā explorare cupientes. At illa sine homine duce atque rectore, ad Hebræos viam pertinaciter gredientes, nec reuocare mugitibus esurientium filiorum magnū sacramentum suis cultoribus reportarunt. Augu. de ciuitate dei, lib. 10. cap. 17.
 7. Duxerunt in domum.



Vit ergo arca domini in regione Philistinorum septem mensibus. Et post hæc vocauerunt Philistinii sacerdotes ^a diuinos, dicentes: Quid faciemus de arca dei? [†] Indicate nobis, quomodo remittamus eam in locum suum. Qui dixerunt: Si remittitis arcam dei Israel, nolite dimittere eam vacuam, ² sed quod debetis ei reddite,] pro peccato, & tunc curabimini, & scietis, quare non recedat manus eius à vobis. Qui dixerunt: Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Responderuntque illi: iuxta numerum ^b prouinciarum] Philistinorum quinque anos aureos faciatis, & quinque mures aureos, quia plaga vna fuit omnibus vobis, & ^c Satrapis vestris. Facietisque similitudines anorum vestrorum, & similitudines murium qui demoliti sunt terram, & dabitis deo Israel gloriam: si fortè reuelct manum suam à vobis, & à diis vestris, & à terra vestra. ⁶ Quare grauatis corda vestra, sicut aggravauit Ægyptus, & Pharaon cor suum? [†] Nōne ⁴ postquam percussus est, tunc dimisit Icos, & abierunt? Nunc ergo arripite & facite plaustrum nouum vnum: & duas vaccas ^f fœtas,] quibus non est impositum iugum, iungite in plaustro, & ^d recludite vitulos earum domi.] Tollestisque arcam domini, & ponetis in plaustro, & vasa aurea quæ exolulistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad laus eius, & dimittite eam vt vadat, & aspicietis. Et si quidem per viam finium suorum ascenderit contra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande: sin autem minimè, sciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos, sed casu accidit. ^e Fecerunt ergo illi hoc modo: & tollentes duas vaccas quæ lactabant vitulos, iunxerunt ad Plaustrum, vitulosque earum ⁷ concluderunt domi.] ⁶ Et posuerunt arcam dei super plaustrum, & capsellam quæ habebat mures aureos & similitudinem anorum. Ibant autem in directū vaccæ per viam quæ ducit Bethsames, & itinerè vno gradiebantur pergentes & mugientes: & non declinabant neque ad dexteram neque ad sinistram. Sed & Satrapæ Philistinii sequebantur, vsque ad terminos Bethsames. Porro Bethsamitæ metebant triticum in valle:

† Ios. 6.
 † Ios. 7.
 Eccle. 10.

† Ios. 6.

† Ios. 6.

† Supra.

† Exod. 12.

valle. Et eleuantes oculos suos viderunt arcam, & gauisi sunt cum vidissent. Et plaustrum venit in agrum Iosue Bethsamitæ: & stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus. Et conciderunt ligna plaustrum, vaccasque imposuerunt super ea holocaustum domino. Levitæ autem deposuerunt arcam dei, & capsellam quæ erat iuxta eam, in qua erant vasa aurea, & posuerunt super lapidem gradem. Viri autem Bethsamitæ obtulerunt holocausta, & immolauerunt victimas in die illa domino. Et quinque Satrapæ Philistinorum viderunt, & reuersi sunt in Accaron in die illa. Hi sunt autem ani aurei, quos reddiderunt Philistiim pro delicto, domino, Azotus vnum, Gaza vnum, Aschalon vnum, Geth vnum, Accaron vnum: & mures aureos secundum numerum urbium Philistiim quinque prouinciarum, ab urbe murata, vsque ad villam, quæ erat absque muro: & vsque ad Abel magnum super quem posuerunt arcam domini quæ erat vsque in illa die in agro Iosue & Bethsamitæ. Percussit autem dominus de viris Bethsamitibus, eò quod vidissent arcam domini, & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta milia plebis. Luxitque populus, eò quod dominus percussisset plebem plaga magna. Et dixerunt viri Bethsamitæ: Quis poterit stare in conspectu domini dei sancti huius? Et ad quem ascendet à nobis? Miseruntque nuncios ad habitatores Cariathiarim, dicentes: Reduxerunt Philistiim Arcam domini, descendite, & reducite eam ad vos.

Percussi Bethsamitæ arcam dederunt viris Cariathiarim, quam reduxerunt Gabaa in domum Aminadab, conuersi verò Israelitæ vicerunt Philistæos. VII.



Venerunt ergo viri Cariathiarim, & reduxerunt arcam domini, & intulerunt eam in domum Aminadab in Gabaa, Eleazarum autem filium eius sanctificauerunt, vt custodiret arcam domini. Et factum est, ex qua die mansit arca domini in Cariathiarim, multiplicati sunt dies. Erat quippe iam annus vicefimus. Et requieuit omnis domus Israel post dominum. Ait autem Samuel ad vniuersam domum Israel, dicens: Si in toto corde vestro reuertimini ad dominum, auferte deos alienos de medio vestrum, Baalim, & Astaroth: & præparate corda vestra domino, & seruite ei soli, & eruet vos de manu Philistiim. Abstulerunt ergo filij Israel Baalim, & Astaroth: & seruiuerunt domino soli. Dixit autem Samuel: Congregate vniuersum Israel in Masphat, vt orem pro vobis dominum. Et conuenerunt in Masphat. hauseruntque aquam, & effuderunt in conspectu domini, & ieiunauerunt in die illa, & dixerunt ibi: Tibi peccauimus domine. Iudicauitque Samuel filios Israel in Masphat. Et audierunt Philistiim quod congregati essent filij Israel in Masphat, & ascenderunt Satrapæ Philistinorum ad Israel. Quod cum audissent filij Israel, timuerunt à facie Philistinorum. Dixeruntque ad Samuelem: Ne cesses pro nobis clamare ad dominum deum nostrum, vt saluet nos de manu Philistinorum. Tulit autem Samuel agnum lactantem vnum, & obtulit illum holocaustum integrum domino. Et clamauit Samuel ad dominum pro Israel, & exaudiuit eum dominus. Factum est autem, cum Samuel offerret holocaustum, Philistiim iniere bellum contra Israel. Intonuit autem dominus fragore magno in die illa super Philistiim, & exterruit eos, & cæsi sunt à filiis Israel. Egressique filij Israel de Masphat, persecuti sunt Philistæos, & percusserunt eos vsque ad locum, qui erat subter Bethchar. Tulit autem Samuel lapidem vnum, & posuit eum inter Masphat, & inter Sen, & vocauit nomen loci illius, lapis adiutorij. Dixitque: Hucusque auxiliatus est nobis dominus. Et humiliati sunt Philistiim, nec apposuerunt vltra vt venirent in terminos Israel. Facta est iraque manus domini super Philistæos cunctis diebus Samuelis, & reddita sunt vrbes quas tulerant Philistiim ab Israel, Israeli, ab Accaron vsque Geth, & terminos suos. Liberavitque Israel de manu Philistinorum. Eratque pax inter Israel & Amorræum. Iudicabat quoque Samuel Israel cunctis diebus vitæ suæ, & ibat per singulos annos circueiens Bethel, & Galgala, & Masphat: & iudicabat Israel in supradictis locis. Reuertebaturque in Ramatha, ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Israel. Edificauit etiam ibi altare domino.

f. Putant Hebraei Bethsamitæ arcam curiose aperuisse, & ob id peccasse iuste.

g. Id est, præfata simulachra a-norum ac murum, quæ ex illo loco apparet, concitata erant, ita quod aliquid poterant continere. Propter quod iuxta proprietatem Hebraei sermonis vasa dicuntur. Dion. Carr.
h. Vaccis autem veram viam ingressis, & recta non aliter quæ deducere tendentibus, principes Philistinorum sequebantur cupientes cognoscere, quod perueniret, & ubi plastrum ieteret. Ioseph. Antiq. lib. 6. c. 1.
i. vsque ad lapidem locum, quæ ciuitas est in finibus Israel, quæ antea dicta est Bethsamis.

9. In præsentem diem. Qui cum non essent Levitæ, aut sunt videte arcam. Hoc ne pareretur in loco populus longè stabat: solus Moyses accessit ad dominum. Glos. Ord.

10. Hominum.
k. Cariathiarim, quæ & Baala; & Baalpharaim dicta est ciuitas sydonum. De qua sup. Iosue 13. g. & Ios. 18. d.

a. Hoc non fuit factum statim, sed postea per magnam temporis, quia per aliquod tempus stetit in Cariathiarim, & inde translata fuit in Masphat, & inde in Galgala, & inde in Nobæ, & tandem in Gabaa in domum Aminadab, vt hic dicitur. De Lyra.
b. Licet tamen Samuel & Saul alio plures decernerent, in eisdem tamen domum reduebatur, donec eam duxerit David in arce Sion octauo anno regni sui, vt 2. Reg. 6.

c. Dies miseriarum à reprobatione sacerdotij Heli ad Samuelis ductum per 20. annos, quibus aucta fuit in domo Aminadab.
d. Vanitatem enim egit, quia abiecit idolis ad seruendum domino se toto corde dedidit.
e. Quod haurientes aquam in ter precibus ieiunia libauerunt domino, iudicium simul & essetio piæ deuotionis est. Conuenerunt autem prædicare dominum ad audiendum verbum populi, hanc sententiamque copuncti de imo preciore fontem lachrymarum. Be-da ibidem.

f. Antequam enim templum dei edificatum esset, deo variis in locis sacrificabant. Qui cum populus ad impietatem propensum esse sepe videret, huiusmodi loco circumspexit. Pius autem qui scopulum & finem legis intelligebat, omnis locus ad cultum diuini conseruatur erat. Procop. Ibid.

1. Vt Philistiim accederent pugnantem.
2. Dissipauit eos, vt conuerterent in conspectu.
3. Bethchar locus est in agro Bethsamitæ, quem Ioseph Coreos vocat. Cui subter, inquit Samuel in perturbatis iruit, casique plurimis, reliquos vsque Coreos (id loco nomen est) persequi non destitit, & fixo ibi suæ victoriæ fugæque hostium termino, qui trophæi vice esset, appellauit eum fortè, in signum donatæ à deo contra hostem fortitudinis. Ioseph. Antiq. lib. 6. cap. 2.
4. Scopulum petre.
5. Cum terminis eorum.
6. Scilicet vsque ad instructionem & confirmationem Saulis. Extunc enim Saul habuit officium iudicandi. De Lyra.
6. Ramæ.

Ios. 6. 2.
Anni ante
Christum
1082.
Anni mundi
3880.
Samuel mor-
tuo Heli iu-
dicare cepit,
& annis 30.
iudicauit.
Deut. 6. c.
Math. 4. b.
Iosue 24. c.

7. Zeel. 4. d.

Filiis Samuelis non rectè pro eo iudicantibus, populus Regem à Samuele petunt, quibus vt eos à proposito deterreret, iura Regum paucis explicuit. VIII.

a. Heli faceret reprobatore sub stitutus est in dei ministerium Samuel, simul officio functionis sacerdotis & iudicis. Augu. de ciuita. dei lib. 17. cap. 4. Ac cum præ senio non posset virtusque minus obire, suos sibi filios in iudices successit. Samuel autem 30. annorum dicitur fuisse in morte Heli: Vide non potuit tunc sanex dici, nisi pluribus annis populo præfuerit forte 30. & tunc sexagenarius est populus ab eo Regem petiuit. 7. Rama.

* Nunc iugur. b. Vbi videt tyrannos sibi magis quaerere quam reges, tunc etiam in loco, qui eis orationis causa fuerat prædestinatus, templum, pro ambitione regia confluxere, & sic per ordinem regibus impiis sibi inuicem succedentibus ad maiores impietates etiam populus declinavit Clemens Recog. lib. 1. 2. Reprobauerunt.

x. Abiecerunt. c. Et vt Dominus hoc vltis fecerit, quod scilicet sacerdotem spernente, excitauit eis Saul Regem, qui eos iniuriis grauius affligeret: & per omnes penas & contumelias superbum populum celsaret & premeret, vt contemptus sacerdos de superbo populo vitione diuina vindicaretur. Cypri. lib. 2. Epl. 9. 3. Et pro equitibus suis, qui curant ante cursum eius.

4. Tollent in. 1. Duplex est dominatio. Vna naturalis & ordinata, qua quis alii præstet ad illorum profectum & utilitatem, & hæc vocatur regia. Altera qua quis inferioribus præstet sed ad sua vilicariæ & hæc vocatur tyrannus. Dionis. Cart.

5. Semina vestra. c. Persequer eos inimic, qui me Rege deserto petierunt sibi Regem, sicut & gentes reliquæ, & fecerunt contra voluntatem dei. Denique Samuel ideo eis dura Regis imperia exponit. Hieron. super Osee cap. 8. f. Hoc autè dixit Samuel vt super electione Regis inquireret domini voluntatem, à qua deperderet regis institutio, secundum quod habetur Deuter. 17. Eum constitues regem quem dominus deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. De Lyra.



Actum est autem cum senuisset Samuel, posuit filios suos iudices super Israel. Fuitque nomē filij eius primogeniti Iohel, & nomen secūdi Abia, Iudicum in Bersabee. Et non ambulauerunt filij illius in viis eius, sed declinauerunt post auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium. Congregati ergo vniuersi maiores natu Israel, venerunt ad Samuelem in Ramatha, & dixeruntque ei: Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in viis tuis. ¶ Constitue nobis Regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersæ habent nationes. ¶ Dissplicuitque sermo in oculis Samuelis, eò quòd dixissent: da nobis Regem, vt iudicet nos. ¶ Et orauit Samuel ad dominum. Dixit autem dominus ad Samuelem: Audi vocem populi, in omnibus quæ loquuntur tibi. Nō enim abiecerunt te, sed me, ne regnem super eos, iuxta omnia opera sua quæ fecerunt à die qua eduxi eos de Ægypto, vsque ad diem hanc, sicut dereliquerunt me, & seruiuerunt diis alienis: sic faciam etiam tibi. Nunc ergo vocem eorum audi. Veruntamen contestare eos, & prædic eis ius Regis, qui regnaturus est super eos. Dixit itaque Samuel omnia verba domini ad populum, qui petierat à se Regem, & ait: Hoc erit ius Regis qui imperaturus est vobis: Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi equites, & præcursores quadrigarum suarum, & constituet sibi Tribunos, & Ceteriones & aratores agrorum suorum, & messores segetum, & fabros armorum & curruum suorum. Filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas. Agros quoque vestros, & vineas, & oliueta optima tollet: & dabit seruis suis. Sed & segetes vestras, & vinearum reditus addecimabit, vt det eunuchis & famulis suis. Seruos etiam vestros, & ancillas, & iuuenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo. Greges quoque vestros addecimabit, vòsque eritis ei serui. ¶ Et clamabitis in die illa à facie Regis vestri, quem elegistis vobis, & non exaudiet vos dominus in die illa: quia petistis vobis Regem. ¶ Noluit autem populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt: Nequaquam. Rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & iudicabit nos Rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. ¶ Et audiuit Samuel omnia verba populi, & locutus est ea in auribus domini. Dixit autem dominus ad Samuelem: Audi vocem eorum, & constitue super eos Regem. Et ait Samuel ad viros Israel: Vadat vnusquisque in ciuitatem suam.

Saul quærendo asinas patris sui peruenit ad Samuelem, cum quo pransus est, & in regem vnctus cum ipso nocte quieuit. I X.

a. Abiel in libro Paral. dicitur laiel pater Cis & Ner. Verum quia Ner educauerit Cis fratrem suum, dicitur ibidem illi genuisse. Hier. super 8. cap. Parap.

b. Qui offenso Deo factus est rex super Israel, Iudeos significat. Sicut enim ipse dicitur & superbus, & rigidus factus est, vt eos serilli onere magis premeret, quam liberaret, sic populus Iudeorum. Glof. ord. ibid.

2. Elegantiior. * Quo so. c. Hinc autem puerum dicunt fuisse Doech. Idem autem qui edeo pergit adquirendas asinas patris sui. Hier. super 8. ca. Par. 2. Oblitus sit pater meus asinatum pro nobis. 3. Honorabilis. 4. Veniendo venit. 5. Viam nostram.

6. Offeremus viro. 7. Nec est minus quod. 8. Quid est enim quod nos?



Terat vir de Benjamin nomine Cis, filius Abiel, filij Zeror, filij Bechorath, filij Sareth, filij Aphia, filij viri Iemini, fortis robore, & erat ei filius vocabulo Saul, electus & bonus: & non erat vir de filiis Israel melior] lilo. ¶ Ab humero ad sursum, eminebat super omnem populum. Perierant autem asinæ Cis patris Saul. Et dixit Cis ad Saul filium suum: Tolle tecum vnum de pueris, & confurgens vade, & quære asinas. Qui cum transissent per montem Ephraim, & per terram Salisa, & non inuenissent: transierunt etiam per terram Salim, & non erant: sed & per terram Iemini, & minime repererunt. Cum autem venissent in terram Suph, dixit Saul ad puerum qui erat cum eo: Veni, & reuertamur, ne forte dimiserit pater meus asinas, & sollicitus sit pro nobis. ¶ Qui ait ei: Ecce vir dei est in ciuitate hac, vir nobilis, omne quod loquitur, sine ambiguitate venit. ¶ Nunc ergo eamus illuc, si forte indicet nobis de via nostra] propter quam venimus. Dixitque Saul ad puerum suum: Ecce ibimus. Quid feremus ad virum dei? ¶ Panis defecit in citarcis nostris, & sportulam non habemus, vt] demus homini dei nec quicquid aliud. ¶ Rursum puer respondit Sauli, & ait: Ecce, inuenta est in manu mea quarta

106.6.7

10. sec. 5. b. 23. c. Act. 13. d

106.6.4

Infra. 16. d

106.6.4

1. Par. 8. Infra. 14. g. 1. Infra. 10. d.

1. q. 1. Iudicet.

^d quarta pars statæris argenti, demus homini dei, vt indicet nobis viam nostram. Olim in Israel sic loquebatur vnusquisque, vadens consulere deum. Venite, & eamus ad videntem. Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns. Et dixit Saul ad puerum suum: †Optimus sermo tuus. Veni, eamus. Et ierunt in ciuitatem, in qua erat vir dei. Cùmque ascenderent⁹ cliuium ciuitatis,] inuenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, & dixerunt eis: Num hic est videns? Quæ respondentes, dixerunt illis: — Hic est:] ecce ante te. Festina nunc. Hodie enim venit in ciuitatem, quia^e sacrificium est hodie populi in excelsu. Ingredientes vrbe[m] statim inuenietis eum, antequam ascendat excelsu[m] ad vscendum. Neque enim comesturus est populus donec ille veniat, quia ipse benedicet hostiæ, & deinceps comedent qui vocati sunt. Nunc ergo conscendite, quia hodie reperietis eum. Et ascenderunt in ciuitatem. ⁹ Cùmque ambularent in medio vrbs, apparuit Samuel egrediens obuiam eis, vt ascenderet in excelsu[m]. Dominus autem reuelauerat¹⁰ auriculam] Samuelis ante vnam diem quàm veniret Saul, dicens: †Hac ipsa hora, quæ nunc est,] cras^f mittam virum ad te de terra Benjamin, † & vnges eum ducem super populum meum Israel. Et saluabit populum meum de manu Philistinorum, quia respexi populum meum. Venit enim clamor eorum ad me. Cùmque aspexisset Samuel Saule[m], dominus dixit ei: Ecce vir quem dixeram tibi. Iste¹² dominabitur populo meo.] Accessit autem Saul ad Samuelem in medio portæ, & ait: indica oro mihi vbi est domus videntis? Et respondit Samuel Sauli, dicens: Ego sum videns. ⁵ Ascende ante me in excelsu[m], ¹³ vt comedas] mecum hodie, & dimittam te mane, & omnia quæ sunt in corde tuo, indicabo tibi. Et de asinis quas nudiustertius perdidisti, ne sollicitus sis: quia inuentæ sunt. ¹⁴ Et cuius erunt optima quæque] Israel? Nónne tibi & omni domui patris tui? Respondens autem Saul, ¹⁵ ait: ⁶ Nunquid non filius Iemini ego sum de minima tribu Israel, & ¹⁵ cognatio mea nouissima] inter omnes familias de tribu Benjamin? Quare ergo locutus es mihi sermonem istum? Assumens itaque Samuel Saule[m] & puerum eius, introduxit eos in ^h triclinium, & dedit eis locum in capite eorum qui fuerant inuitati. Erant enim quasi triginta viri. Dixitque Samuel coco: † Da partem quam dedit tibi, & ¹⁶ præcepi vt reponeres seorsum] apud te. Leuauit autem cocus arma[m], & ^{*} posuit ante Saul. Dixitque Samuel: Ecce quod remansit, pone ante te, & comede: quia ¹⁷ ⁱ de industria seruatum est tibi, quando populum vocaui. Et comedit Saul cum Samuele in die illa. Et descenderunt de excelsu in oppidum, & locutus est cum Saule in solario, strauitque Saul in solario, & dormiuit. Cùmque mane surrexisset, & iam dies lucefceret, vocauit Samuel Saule[m] in solario, dicens: Surge, vt dimittam te. Et surrexit Saul. Egressi sunt ambo, ipse videlicet & Samuel. Cùmque descenderent in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul: ^k Dic puero vt antecedit nos, & ¹⁸ transeat.] Tu autem subsiste¹⁹ paulisper,] vt indicem tibi verbum domini.

Vngitur Saul signis datis à Samuele in Regem, prophetat inter prophetas, & confirmatur.

X.

A [†] Vlit^a autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius, & osculatus est eum, & ait: Ecce vnxit te dominus super hæreditatem suam in Principem, & liberabis populum suum de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt. Et hoc tibi signum, quia vnxit te deus in Principem.] Cùmque abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel in finibus Benjamin in¹ meridie,] dicentque tibi: Inuentæ sunt asinæ ad quas ieras perquirendas: & intermissis pater tuus asinis, sollicitus est pro vobis, & dicit: Quid faciam² de filio] meo? Cùmque abieris inde, & vltra transferis, & veneris ad³ quercum] Thabor, inuenient te ibi tres viri ascendentes ad deum in Bethel: vnus portans tres hœdos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini. ⁴ Cùmque te salutaerint] dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum. Post hæc venies in^b collem domini: vbi est statio Philistinorum. Et cùm ingressus fueris ibi vrbe[m], obuium ha-

d. Non enim scriptum est quod Samuel accepit, aut quod illi obulerit, qui potius à propheta pascuntur, & inuitantur ad prandium. Hierony. Nec tamen putabat Saul asinas sibi à Samuele aliter indicari nisi pro cio diuinationis. Hæc ibidem Hieron. & post eum Eucherius ibidem.
9. Per gradus ad ciuitatem.

e. Sacrificium in hoc loco, ptaue aliqui intelligi volunt, prandium intelligitur, quod preparauerat Samuel in Kaldæis, quia sequitur neque enim comesturus est, &c. Ceterum si quis simpliciter de hostiis immolatis, ac sacrificiis intelligere voluerit, nos nõ inuicemus. Angeloni⁹ ibidem.

10. Auriculæ, vel in aurem.

11. Hoc tempore.
f. Deus autem sepe plus tribuit quàm promittit, sicut ad libera lissimū dominū pertinere. Unde & postea saluauit populū suū per Saul, non solum de manu Philistinorum, sed & aliorum multorum. Dionis. Cart.
12. Continebit populum meū, vel præcise populo meo.

g. Hic enim si non displicerit (sicut scriptum inuenimus) traditione ludæorum inserere præsumim⁹. Erat enim in corde Saul (sicut ipsi tradunt) quod rex futurus esset, quia viderat per visum se in vertice arboris collocari, quæ visio signū regale erat. Angelonius. Ibidem post Hier. 17. Comedes enim.
14. Ad quæ hæc desiderii roti?
15. Familia mea minor est.

h. Cenaculum.

16. De qua dixi tibi: reponam.
*Quod erat super ipsum.

17. Ad hoc tempus.
i. Hoc est de prouidentia. Datur enim intelligi quod iam comederit, licet non plenè quia reuelate dño, quod veniret Saul, cuiu[m] datum est. Glosford.

k. Dic puero vt antecedit nos, ne audiat verba mea, nec videat quæ facturus sum tibi. Dionis. Cart.
18. A necessitate.
19. Ad tempus.

a. Primo quidam non dominio Regum subiecti fuerunt Iudæi, sed populo ac legi ciuiles iudices præsidebant: non tamen in annum cõstituti sunt sicut Romani consules, sed perpetua iurisdictione subnixi. Tum sub la ro iudicij nomine, potestas Regalis inducta est. Verum Regimen eorum iudicibus tenuerunt prauas religiones læpe susceperant: atque offensus ab his deus toties alienigenis subingabat donec rursus penitentia populū mitigaret, liberaret eos seruitute. Lactan. lib. 4. cap. 10.
1. Zelzah. (nomen est loci.)
2. Pro filio.
3. Planitiem.
4. Et interrogabunt te illi de pace.

b. Collis domini locus erat in terra Benjamin, vbi propheta habitare solebat inter Elon Thabor & domum Saulis, non longè à Bethel.

13. Reg. 2. f. d.

14. 13. d.

11. q. 1. c. ludi
c. d. De sacra vni
dione, c. vni
co.

Anni ante
christū 1072
Anni mundi
2890.

106. 6. 4.
1. q. 1. c. Sa
uennia &
c. Dominus.
Ad 13. d.
7. d. h. c. 1.
2. q. 7. Plurim
que. 4. It ob
icitur. c. Nos
fi.

bebis gregem Prophetarum descendendum de excelso, & ante eos Psalterium, & tympanum, & tibiā, & citharam, ipsosque prophetantes: & insiliet in te spiritus domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alium. Quando ergo euenerint signa hæc omnia tibi, fac quæcunque inuenerit manus tua, quia dominus est tecum. Et descendes ante me in Galgala. Ego quippe descendam ad te, vt offeras oblationem, & immoles victimas pacificas. Septem diebus expectabis, donec veniam ad te, & ostendam tibi quæ facias. Itaque cum auertisset humerum suum, vt abiret à Samuele, immutauit ei deus cor aliud, & uenerunt omnia signa hæc in die illa. Veneruntque ad prædictum collem, & ecce cuneus Prophetarum obuius ei. Et insiluit super eum spiritus domini, & prophetauit in medio eorum. Videntes autem omnes qui nouerant eum heri & nudius tertius, quod esset cum prophetis, & prophetauit, dixerunt ad inuicem: Quænam res accidit filio Cis? Num & Saul inter Prophetas? Responditque alius ad alterum, dicens: Et quis pater eius? Propterea uerbum est in prouerbio. Num & Saul inter Prophetas? Cessauit autem propheta- re, & uenit ad excelsum. Dixitque patruus Saul ad eum, & ad puerum eius: Quò abistis? Qui responderunt: Quærere asinas. Quas cum non reperissemus, uenimus ad Samuelem. Et dixit ei patruus suus: Indica mihi quid dixerit tibi Samuel. Et ait Saul ad patrum suum: Indicauit nobis quia inuentæ essent asinæ, De sermone autem Regni non indicauit ei, quem locutus fuerat ei Samuel. Et conuocauit Samuel populum ad dominum in Masphat, & ait ad filios Israel: Hæc dicit dominus deus Israel. Ego eduxi Israel de Ægypto, & erui uos de manu Ægyptiorum, & de manu omnium Regum qui affligebant uos. Uos autem hodie proiecistis dominum deum uestrum, qui solus saluauit uos de uniuersis malis, & tribulationibus uestris, & dixistis: Nequaquam, sed Regem constituimus super nos. Nunc ergo stete coram domino per tribus uestras, & per familias. Et applicuit Samuel omnes tribus Israel, & cecidit fors super tribum Benjamin. Et applicuit tribum Benjamin & cognationes eius, & cecidit super cognationem Metri, & peruenit usque ad Saul filium Cis. Quæsierunt ergo eum, & non est inuentus. Et consuluerunt post hæc dominum utrumnam uenturus esset illuc. Responditque dominus: Ecce absconditus est domi. Cucurrerunt itaque, & tulerunt eum inde: stetitque in medio populi: & altior fuit uniuerso populo ab humero & sursum. Et ait Samuel ad omnem populum: Certè uidetis quem elegit dominus: quoniam non sit similis illi in omni populo. Et clamauit omnis populus, & ait: uiuat Rex: Locutus est autem Samuel ad populum legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram domino, & dimisit Samuel omnem populum, singulos in domum suam. Sed & Saul abiit in domum suam in Gabaath. Et abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat deus corda. Filij uero Belial dixerunt: Num saluare nos poterit iste? Et despexerunt eum, & non attulerunt ei munera. Ille uero dissimulabat se audire.

Saul Ammonitas Iabes Galaad obsidentes expugnat, instauratur regnum eius in Galgala.

XI.



factum est quasi post mensem, ascendit Naas Ammonites, & pugnare cepit aduersum Iabes Galaad, dixeruntque omnes uiri Iabes ad Naas: Habeto nos fœderatos, & seruiemus tibi. Et respondit ad eos Naas Ammonites: In hoc feriam uobiscum fœdus, vt etiam omnium uestrum oculos dextros, ponamque uos opprobrium in uniuerso Israel. Et dixerunt ad eum seniores Iabes: Concede nobis septem dies, vt mittamus nuncios ad uniuersos terminos Israel, & si non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te. Venerunt ergo nuncij in Gabaath Saulis, & locuti sunt uerba hæc audiente populo. Et leuauit omnis populus uocem suam, & fleuit. Et ecce Saul ueniebat sequens boues de agro, & ait: Quid habet populus quod plorat? Et narrauerunt ei uerba uirorum Iabes. Et insiluit spiritus domini in Saul, cum audisset hæc uerba, & iratus est furor eius

5. Inuader. 6. Sic enim alia cordis affectio- nem significat, quam conuictio- do fecit deus, vt inuaginat signifi- cantium & praesumptis signifi- cantibus ad prophetiam diui nationem. Eucherius ibidem. 6. Offeram holocausta, & im- molem. d. Scilicet in conseratione Re- gis, sicut in conseratione sacer- dotis 7. diebus offerantur vi- tima, ita quod non notatur te- pus quod Saul expectare deberet Samuelem, sed tempus in quo pro Saule deberent sacrificia of- fari. Da Lyra. 7. Iratus. 8. Saul prophetauit dicitur He- brai, de futuro seculo, de Gog & Magog, de premiis iustorum, & penis in iustorum. Hieronymi.

3. Hinc quidam & ait: Quis pa- ter eorum? f. Quod dicitur, cum quis infi- maz conditionis ad altiore su- blimatur dignitatem. g. Denique Saulem tam dei spi- ritus postea uenit in alium vi- rum, id est, prophetam, quum & malus spiritus postea euerit in alium uirum, in apostata fe- licet. Terullianus de anima.

9. Iuxta milita uestra. 10. Deprehensa est.

11. Deprehensa est familia. 12. Et tandem deprensus est Saul filius.

*Vir. 13. Inter uasa. 1. Hinc est quod ab humero sur- sum Saul supereminet omni- bus, quia caput nostrum sursum est supra nos, quod est Christi. Eucherius. Ibidem.

2. Certas leges quibus regnum pacifice gubernaretur: ne uel Rex in populum tyrannidem exer- ceter, uel populus in regem re- bellionem concitaret.

14. Sequi sunt eum robustio- res. 15. Factus est tanquam surdus.

a. Iabes Galaad urbs est tribus Manasse trans Iordanem. 6. mi- liabus distans à Pella eunti- bus Gadaram. b. Semper diabolus sinistram oculum uult seruare, dextram eruere. Hoc est quod Pharao iussit maseulū interfici & foemi- nas referuari. Stephanus. c. Gabaath Saulis uallis est iux- ta lacum Gabaath sub monte Iacim, quam incoluit Saul ut domum paternam. Et dicitur Gabaath Saulis ad differentiā. Gabaath urbis Habacuc. In qua demonstratur sequitur eius. d. Hoc autem miraci desina- mus, cum in hominibus appa- ret diuinitus aliquid quorum uel meritum uel habitum exce- dit, cum forte uult deus euiur- dam significationis gratia tale aliquid demonstrari. Augu. de diuersis quæst. ad simplicianū lib. 2. quæst. 1. e. Exaltat.

†Infr. 11. b

†Infr. 11. b

†Infr. 19. d. 1. q. 1. Proph. 1. q. 1. c. Multa.

†Sup. 8. d. Infr. 11. c

†Sup. 9. a

A. Ios. 6. 5

†Sup. 10. b

nimis. Et assumens² vtrumque bouem,] concidit in frustra, misitque in omnes terminos Israel per manum nunciorum, dicens: Quicumque non exierit, & secutus fuerit Saul, & Samuel:^d sic fiet bobus eius. Inuasit ergo timor domini populum, & egressi sunt quasi vir vnus: & recensuit eos in Bezech. ^e Fueruntque filiorum Israel trecenta milia, virorum autem Iuda triginta milia. Et dixerunt nunciis qui venerant: Sic dicitis viris qui sunt in Iabes Galaad: Cras erit vobis salus, cum incaluerit sol. Venerunt ergo nunci, & nunciauerunt viris Iabes. Qui letati sunt, & dixerunt: * Mane exhibimus ad vos, & facietis nobis omne quod placuerit vobis. Et factum est cum dies craftinus venisset, constituit Saul populum in tres partes. Et³ ingressus est media castra in vigilia matutina, & percussit] Ammon vsque dum incalesceret dies. Reliqui autem ^f dispersi sunt, ita vt non relinquerentur in eis duo pariter. ^g Et ait populus ad Samuel: Quis est iste qui dixit: Saul non regnabit super nos? Date viros, & interficiemus eos. Et ait Saul: Non occiderunt quisquam in die hac, quia hodie fecit dominus salutem in Israel. Dixit autem Samuel ad populum: Venite, & eamus in Galgala, & inuemus ibi regnum. Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi Regem Saul coram domino in Galgala. Et immolauerunt ibi victimas pacificas coram domino. Et letatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel nimis.

2. Var boues

d. Per hoc intelligitur alia animalia, vt dicit Rab Salo: & sic erat conimatio magne penitentie quia dicitur illo tempore pro maiori parte in animalibus consistebant. Noli autem comminari penam mortis vel mutilationis in principio regni futime à nimio rigore incipere videtur. De Lyra.
* Viri Iabes.

3. Venientes iuxta castra in custodia matutina percusserunt.

* Qui remanserunt.
e. Saul enim Rex non ad peremendum electus est à domino, sed secundum cor populi duritia & malum electus ad eorum correptionem, non ad vilitatem, secundum illam. sancti scripturaturarum sententiam, que ait de deo, Job. 34. Qui regnare facit hominem hypocritam, propter peruersitatem populi. Aug. super Psal. 51.

Samuel populi iudicio probatus innocens, Israel in ingratitude arguit, quos poena tandem sequuta est.
XII.

1. 1. 6. 6.

Eccl. 4. 6. d

Dixit autem^a Samuel ad vniuersum Israel: Ecce audiui vocem vestram iuxta omnia quæ locuti estis ad me, & constitui super vos Regem. Et nunc Rex graditur ante vos. Ego autem senui, & incanui. Porro filij mei vobiscum sunt. Itaque conuersatus coram vobis ab adolescentia mea vsque ad hanc diem, ecce præsto sum.¹ Loquimini de me coram domino, & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum, si quenuquam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi:² & contemnam illud hodie, restituamque vobis. Et dixerunt:^b Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiam. Dixitque ad eos: Testis est dominus aduersum vos, & testis Christus eius in die hac, quia non inueneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt: Testis. Et ait Samuel ad populū: Dominus qui fecit Moysen & Aaron,³ & eduxit patres nostros de terra Ægypti, adest. ⁴ Nunc ergo scite: vt³ iudicio contendam aduersum vos] coram domino de omnibus⁴ misericordiis] domini, quas fecit vobiscum, & cum patribus vestris: ⁵ quomodo Iacob ingressus est in Ægyptum, & clamauerunt patres vestri ad dominum, & misit dominus Moysen & Aaron, & eduxit] patres vestros de Ægypto, & collocauit eos in loco hoc. ⁶ Qui oblitus sunt domini dei sui, ⁷ & tradidit eos in manus Sisaræ magistri militiæ Asor, ⁸ & in manu Philistinorum, & in manu Regis Moab, & pugnaverunt aduersum eos. Postea autem clamauerunt ad dominum, & dixerunt: Peccauimus, quia dereliquimus dominum, & seruiuimus Baalim & Astaroth. Nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum, & seruiemus tibi: ⁹ & misit dominus^d Ierobaal, & Badan, & Samson, & Barach, & Iephte, ^e & Samuel: & eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum, & habitastis confidenter. ^f Videntes autem quod Naas Rex filiorum Ammon venisset aduersum vos, dixistis mihi: Inequaquam, sed rex imperabit nobis, cum dominus deus vester⁶ regnaret in vobis.] Nunc ergo præsto est Rex vester, quem elegistis & petistis. Ecce dedit vobis dominus Regem. ⁷ Si timueritis dominum, & seruiertis ei, & audieritis vocem eius, & non⁷ exasperaueritis os] domini, eritis & vos & Rex qui imperat vobis, sequentes dominum deum nostrum. Si autem non audieritis vocem domini, sed⁸ exasperaueritis sermones eius,] erit manus domini super vos, & super patres vestros. Sed & nunc scite, & videte rem istam grandem, quam facturus est dominus in conspectu vestro. Nunquid non messis tritici est hodie? Inuocabo dominum, & dabit⁹ voces] & pluias, & scietis, & videbitis¹⁰ quia grande ma-

a. Samuel summo sacerdoti Eli successit, cum sacerdotis filius ipse non esset: sed tamen ex filiis, hoc est, ex posteris Aaron. Aug. Retract. lib. 2. cap. 55. Ideo non immerito Iudæos arguit invidiositatis, qui deo non fidentes, Regem postulauerunt.

1. Parte testimonia.

2. Et abscondi oculos meos super eo.

b. Quoniam & Samuel pro se magnam proposuit laudem, ac tamen nullus illi arguit: quia non dicebat se seipsum laudare, sed quoniam regem constitutus erat, pro defensione sua posuit volens illum credere, vt humilis sit ac mansuetus. Chrys. super 2. Cor. 11. Homil. 24.
3. Diuidit vobiscum.
4. Iustitias.

5. Qui eduxerunt.
c. Magnam illis improperat etiam innatam malitiam & inconstantiam, & è regione maximam dei misericordiam: qui toties eos auersatos defendit absque regibus, & è manibus hostium eripuit. Idem.

d. Misit dominus Ierobaal, id est, Gedeonem, & Badan, id est, Samsonem. Dionis. Carr.
e. Sic de se loquitur quasi de alio. Misit quoque dominus alios iudices, scilicet Othoniel, Aod, Sangar, Isterde quibus in libro Iudicum. Idem.

f. Ista fuit præcipua causa petendi regem, vt dictum fuit supra cap. 8. De Lyra.

g. Esset rex vester.
h. Licet enim Saul fuisset deo electus, tamen ista electio imposita populo, eo quod ad populi petitionem facta fuerit electio. Idem.

7. Rebelles fueritis verbo.

8. Rebelles fueritis verbo domini.

9. Tonitrua, & infra.

10. Quid malicia vestra sit magna quam fecistis.

1. Gene. 4. 6. a

1. Iudi. 4. a

1. Iudi. 6. c.

1. Iudi. 6. e

1. Supra. 8. d

1. 10. c.

lum feceritis vobis] in conspectu domini, petentes super vos Regem. Et clamavit Samuel ad dominum, & dedit dominus voces, & pluuia in illa die. Et timuit omnis populus nimis dominum, & Samuelem. Er dixit vniuersus populus ad Samuelem: Ora pro seruis tuis ad dominum deum tuum, vt non moriamur. Addidimus enim vniuersis peccatis nostris malum, vt peteremus nobis Regem. Dixit autem Samuel ad populum: Nolite timere, Vos fecistis vniuersum malum hoc, veruntamen nolite recedere a tergo] domini, sed seruite domino in omni corde vestro, & nolite declinare post vana quae non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt: & non derelinquet dominus populum suum propter nomen suum magnum, quia iurauit dominus] facere vos sibi populum. Absit autem a me hoc peccatum in domino, vt] cessem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam & rectam. Igitur timete dominum, & seruite ei in veritate, & ex toto corde vestro. Vidistis enim magnifica quae in vobis] gesserit dominus. Quod si perseveraueritis in malitia, & vos & Rex vester pariter peribitis.

Visti a Saule Philistaei maximo apparatu in Israel armantur, territi Hebraei antris latitant, & Saul domino inobediens reprobatur. X III.

g. Siquidem timuit propter eam vehementem, miraculosam, & inusitatum tempore, horrore percussit sunt, praefertim quia culpabiles erant, & ledi seu perimi formidabant. Dion. Carr.

*Hoc.

11. Sequela. h. Nolite declinare post Idola, adoranda illa, quia in illis nulla est efficacia vos saluandi, sicut medicina dicitur vana, quae nullam habet efficaciam sanandi. De Lyra. 22. Complacuit domino. 23. Ne & ego peccem in domino, &c.

14. Et videte quam magnifica vobiscum.

a. Vno anno postquam rex electus est a Samuele, in domestica domo sedes distimulavit esse regem: reliquis duobus annis publice iudicavit omnem Israel, tenens obedientiam cum humilitate. Et hoc fuit illud tempus antequam mandatum domini transgrediretur in Amalechitas. Reliquo vero tempore quo vixit & imperavit, eius regem mandata domini exstitit Eucherius. Ibidem. r. Per annum Saul fuit in regno sub. cum hoc fierent scilicet, ante confirmationem suam in Galgala. b. Antequam reprobaretur a domino per Samuelem, & eligeretur Dauid infra 16. cap. vel, vt ait Hierony. Innocens erat ac puer vnus anni regnavit in tali innocentia. a. in colle. 3. A dicente. 4. Male audire cepit Israel apud Philistinos. Et congregatus est. 5. Coangustati sunt, obtinuitque metus populum. 6. Turribus vel in excelsis. 7. Iuxta tempus quod constituerat Samuel. c. Dissidebat enim Saul de populo suo quod videbat in timore positus, & de aduentu Samuelem, ad offerendum sacrificium, & ideo stultè usurpauit sibi officium. De Lyra. 8. Vt benediceret ei. 9. Ad certum dierum tempus. 10. Et cum mihi vim fecissim. d. Videtur equibuscum Saul inculpabiliter sacrificasset, quia Samuel expectatus iuxta placitum non venit. Qui autem diligenter inquit, inuenit eum iure culpatum, & inobedientiae reum. Apud hebreos ita distinguitur: descendes ante me in Galgala: ego quippe descendam ad te. Deinde inferatur ad offerendas oblationes, & immolandas victimas pacificas septem diebus expectabis donec veniam ad te, & ostendam tibi quae facias. Glof. ordinata. 11. Infatuus es. 12. Praecipit. 13. Stabilis fuit. 14. Sic enim deus indiuiduo amore, & conuincta caritate dilexit Dauid, vt quae vult deus, velit: & quae non vult, similiter nolit. Chry. de Dauid, ubi Goliath deuicit. 14. Manserunt. 15. Egressus est vastator de castris Philistinorum cum tuis turmis. 16. Ophra. 17. Saul.

Filius vnus anni erat Saul cum regnare coepisset,] duobus autem annis regnavit super Israel. Et elegit sibi Saul tria milia de Israel. Et erant cum Saul duo milia in Machmas, & in monte Bethel: mille autem cum Ionatha in Gabaa Benjamin. Porro caeterum populum remisit, vnumquenque in tabernacula sua. Et percussit Ionathas stationem Philistinorum quae erat in Gabaa.] Quod cum audissent Philistii, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens: Audiant Hebraei. Et vniuersus Israel audiuit huiusmodi famam,] percussit Saul stationem Philistinorum. Et erexit se Israel aduersus Philistii. Clamauit ergo] populus post Saul in Galgala: & Philistii congregati sunt ad praeliandum contra Israel, triginta milia curruum, & sex milia equitum, & reliquum vulgus, sicut arena quae est in litore maris plurima. Et ascendentes castrametati sunt in Machmas, ad orientem Bethauen. Quod cum vidissent viri Israel se in arcto positos (afflictus enim erat] populus) absconderunt se in speluncis, & in abditis, in petris quoque & in antris,] & in cisternis. Hebraei autem transierunt Iordanem in terram Gad & Galaad. Cumque adhuc esset Saul in Galgala, vniuersus populus perterritus est, qui sequebatur eum. Et expectauit iuxta placitum Samuelem] septem diebus, & non venit Samuel in Galgala. Dilapsusque est populus ab eo. Ait ergo Saul: afferte mihi holocaustum & pacifica. Et obtulit holocaustum. Cumque compleisset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat. Et egressus est Saul obuiam ei vt saluaret eum.] Locutusque est ad eum Samuel: Quid fecisti? Respondit Saul: Quia vidi quod populus dilaberetur a me, & tu non veneras iuxta placitos dies:] porro Philistii congregati fuerant in Machmas, dixi: Nunc descendat Philistii ad me in Galgala, & faciem domini non placui. Neccitate compulsus,] obtuli holocaustum domino. Dixitque Samuel ad Saul: Stultè egisti,] nec custodisti mandata domini dei tui, quae praecepit tibi. Quod si non fecisses, iam nunc praeparasset] dominus regnum tuum super Israel in sempiternum. Sed nequaquam regnum tuum ultra confurget. Quasiuit dominus sibi virum iuxta cor suum: & praecepit ei dominus vt esset dux super populum suum, eo quod non seruaueris quae praecepit dominus. Surrexit autem Samuel, & ascendit de Galgalis in Gabaa Benjamin. Et reliqui populi ascenderunt post Saul obuiam populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa in colle Benjamin.] Et recensuit Saul populum, qui inuenti fuerant cum eo, quasi sexcentos viros: & Saul & Ionathas filius eius, populisque qui inuentus fuerat cum eis, erat] in Gabaa Benjamin. Porro Philistii confederant in Machmas. Et egressi sunt ad Praeliandum de castris Philistinorum tres cunei.] Vnus cuneus pergebat contra viam Ephra ad terram Saul. Porro alius ingrediebatur per viam Bethoron. Tertius autem

10f.6.6.

†Sup.10.b

†Gene.17.d

†Parali.16.c

†Ag.17.d.

tem

tem verterat se ad iter termini¹⁸ in terra Sabaa, imminentis vallis] Seboim contra desertum. Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israel^f. Cauerant enim Philistiim, ne forte facerent Hebraei gladium aut lanceam. Descendebat ergo omnis Israel ad Philistiim vt exaceret vnusquisque vomerem suum, & ligonem, & securim, &¹⁹ tridentem, & sarculum.] Retusae itaque erant acies vomerum, & ligonum, & tridentium, & securium, vsque ad stimulum²⁰ corrigendum.] Cumque venisset dies praelij, non est inuentus ensis & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saul & Ionatha, excepto Saul & Ionatha filio eius. Egressa est autem statio Philistiim, vt transcenderet²¹ in²² Machmas.

Ionathas domino fidens cum armigero suo patre in scio Philistaeorum stationem disperdit, at melle gustato ob patris iuramentum vix mortem comminatum euadit. X 1111.

18. Qui respicit contra vallem. f. Idcirco non permiserunt inter Hebraeos commorari alium fabrum ne faceret eis enses aut lanceas. lxx quo constat quod filij Israel erant adhuc multum grauii iugo domini Philistinorum. Vnde dicitur in egypto, faber ferrarius, Dionis. Cartusia.
19. Instrumenta fabrilia.
20. Acendum.

21. Ultra.
g. Machmas in tribu Manasse ab Ierusalem. g. miliaribus distans: contra Bechaum ad orientem eius.

a. Locum quo stant naues, aut milites, vt Virg. 2. Aeneid. Statio maledicta carinis. Praterca locus est ad custodiam assignatus quando milites stantes vigilare iubentur, vnde stationarij milites vocantur. Item est officina in quam multi conueniunt, vt de aliqua re faceretur, iusque dicitur.

1. In Migron.
b. Iste est Ichabod quem vxor Phinees filij Heli audiens mortem viri sui pro dolore enixa est. Vt sup. 4. d.
2. Filij Heli, erat sacerdos.

3. Senne.
c. Dicit autem Iosephus quod Ionathas rogauit Dominum deuore, vt pderet Philistaeos debellare, & Dominus ei concessit dans ei signum. De Lyra.

d. Quod autem Ionathas & armiger eius ascenderit ad Philistaeos, & in prima congregatione non alio loco quam in agro culturae dedito, conuigentes, vnguii mureo prima fronte ex hostibus profuerunt: figurate videtur. quod his doctoribus haereticis eulunt atque succumbunt, qui infra limites ecclesiae postia meditatione legis velut ab agricultura non recedunt. Angelolus. ibid.

4. Iuxta portum.

e. Ostendimus vobis rem amissam quam queritis. Interim Ionathas & armiger eius pergebant hinc inde pro via aptiora inuenienda Dionis. Cartusian.
f. Quod autem Philistiim dixerit: Ascendite ad nos, signum trepidi erat animi, quod pro auxilio Ionathas habebat: addeo intrepidus ascendit. Angelolus. ibid.

g. Ascendite post me.
h. Et ceciderunt illi coram Ionatha, armiger autem eius interficiebat post eum.

7. Spacio agriculturae duorum bouum.
8. Factus est horror.

9. Tremuit terra ob dei horrorem.

10. Dissoluebatur, & eundo cecidit.

g. Hoc est, applica te ad confitendum Dominum, si debeamus ire ad illud bellum. Glos. ordinaria ibid.

h. Peractio enim vicesimo anno a reprobatione sacerdotij Heli, translata est arca a Samuele in Masphat & de Masphat translata est eam Samuel & Saul in Galgala. Inde translata est a Saule in Noba & de Noba in Gaba. De Gabaa translata est a Dauid in demum Obad Aedom. De domo autem Obad Aedom translata est eam Dauid in Sion. De Sion translata est Salomon in Sanda Sanctorum Hieron. in 7. c. 1. Reg.

11. Et congregatus est.
12. Tumultus magnus.

106.6.6.

106.6.6.

106.6.6.

106.6.6.

106.6.6.

Accidit in quadam die, vt diceret Ionathas filius Saul ad adolescentem armigerum suum: Veni & transeamus^a ad stationem Philistinorum, quae est trans locum illum. Patri autem suo hoc ipsum non indicauit. Porro Saul morabatur in extrema parte Gabaa: sub malo granato quae erat¹ in agro Gabaa.] Et erat populus cum eo quasi sexcentorum virorum. Et Achias filius Achitob fratris^b Ichabod filij Phinees¹² qui ortus fuerat ex Heli [sacerdote] domini in Sylo, portabat ephod. Sed & populus ignorabat quod esset Ionathas. Erant autem inter ascensus per quos nitebatur Ionathas transire ad stationem Philistinorum eminentes petrae ex vtraque parte: & quasi in modum detium scopuli hinc inde praerupti. Nomen vni Boses: & nomen alteri Sene.] Vnus scopulus prominens ad aquilonem ex aduerso Machmas: & alter ad meridiem contra Gabaa. Dixit autem Ionathas ad adolescentem armigerum suum: ^d Veni transeamus ad stationem incircuncisorum horum, si forte faciat dominus pro nobis: quia non est domino difficile saluare vel in multis vel in paucis. Dixitque ei armiger suus: Fac omnia quae placent animo tuo. ^e Perge quod cupis: & ero tecum⁴ vbicumque volueris.] Et ait Ionathas: Ecce nos transeamus ad viros istos. Cumque apparuerimus eis: si taliter locuti fuerint ad nos manete, donec veniamus ad vos: stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos. Si autem dixerint, ascendite ad nos: ascendamus: quia tradidit eos dominus in manibus nostris. Hoc erit nobis signum. ^a Apparuit igitur vterque stationi Philistinorum. Dixeruntque Philistiim: En Hebraei egrediuntur de caruernis, in quibus absconditi fuerant. Et locuti sunt viri de statione ad Ionatham & ad armigerum eius, dixeruntque: ^f Ascendite ad nos, & ostendemus vobis rem: & ait Ionathas ad armigerum suum: ⁵ Ascendamus sequere me.] Tradidit enim dominus eos in manus Israel. Ascendit autem Ionathas manibus & pedibus⁶ reptans: & armiger eius post eum: ⁶ Itaque cum vidissent faciem Ionathae, alij cadebant ante Ionathan, alios armiger eius interficiebat, sequens eum.] Et facta est plaga prima, quam percussit Ionathas & armiger eius, quasi viginti virorum: ^c in media parte iugeri, ⁷ quam par bouum in die arare consueuit. ⁸] Et ⁸ factum est miraculum in castris & per agros. Sed & omnis populus stationis eorum qui ierant ad praedandum, obstupuit: & ⁹ conturbata sunt castra. Et accidit quasi miraculum a deo.] Et respexerunt speculatores Saul qui erant in Gabaa Benjamin. Et ecce multitudo ¹⁰ prostrata: & huc illucque diffugiens.] Et ait Saul populo qui erat cum eo: Requiritte & vidite, quis abierit ex nobis. Cumque requisissent, repertum est non adesse Ionathan, & armigerum eius. Et ait Saul ad Achiam, ⁹ Applica arcam domini. ^h Erat enim ibi arca domini in die illa cum filiis Israel. Cumque loqueretur Saul ad sacerdotem, tumultus magnus exortus est in castris Philistinorum. Crescebaturque paulatim, & clarius resonabat. Et ait Saul ad sacerdotem: Contrahe manum tuam. ¹¹ Conclamauit ergo] Saul & omnis populus qui erat cum eo: & venerunt vsque ad locum certaminis. Et ecce versus fuerat gladius vnus cuiusq; ad proximum suum: & ¹² caedes magna] nimis. Sed & Hebraei, qui fuerant cum Philistiim heri & nudius tertius, ascenderantque cum eis ^d in castris, reuersi sunt, vt essent cum Israel, & iis qui erant cum Saul & Ionatha. ⁸ Omnes

quoque Israelita, qui se absconderunt in monte Ephraim, audientes quod fugissent Philistiæi, sociauerunt se cum suis in] prælio. — Et erant cum Saul quasi decem milia virorum,] & saluauit dominus deus Israel in die illa. Pugna autem peruenit¹⁴ vsque ad] Bethauen. Et¹⁵ viri Israel sociati sunt sibi in die illa.] Adiurauit autem Saul populum, dicens: Maledictus vir qui¹⁶ comederit panem vsque ad vesperam, donec vlciscar de inimicis meis. Et non manducauit vnuerfus populus panem. Omnisque terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciē agri. Ingressus est itaque populus saltum & apparuit fluens mel, nullusque applicuit manum ad os suum. Timebat enim populus iuramentum. Porrò Ionathas non audierat, cum adiuraret pater eius populum. Extenditque summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis. Et conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius. Respondensque vnus de populo ait: iureiurando constrinxit pater tuus populū dicens: Maledictus vir qui comederit panem hodie. Defecerat autem populus. ¹⁷ Dixitque Ionathas: Turbavit pater meus terram. ¹⁸ Vidistis ipsi quia] illuminati sunt oculi mei, eò quòd gustauerim paululum de melle isto: quantò magis si comedisset populus de præda inimicorum suorum, quam reperit? Nonne maior plaga facta fuisset in Philistiim? Percusserunt ergo in die illa Philistæos à Machmis vsque in Hailon. Defatigatus est autem populus nimis. Et versus ad prædam, tulit oues & boues, & vitulos, & mactauerunt in terra. Comeditque populus¹⁹ cum sanguine. Nuntiauerunt autem Sauli dicentes: quòd populus peccasset domino comedens cū sanguine. Qui ait: Præuaricati estis. Voluite ad me iam nunc saxum grande. Et dixit Saul: Dispergamini in vulgus, & dicite eis, vt adducat ad me vnusquisque bouem suum, & arietem, & occidite super istud, & vescimini, & non peccabitis domino, comedentes cum sanguine. Adduxit itaque omnis populus, vnusquisque bouem in manu sua²⁰ vsque ad noctē,] & occiderunt ibi. Edificauit autem Saul altare domino. Tūcque primū cœpit ædificare ²¹ altare domino.] Et dixit Saul: Irruamus super Philistæos nocte, & vastemus eos vsque dum illucescat mane, nec relinquamus ex eis virum. ²² Dixitque populus Omne quod bonum tibi videtur in oculis tuis, fac. Et ait sacerdos: ¹ Accedamus huc ad deum. † Et consuluit Saul dominum, dicens: Num persequar Philistiim? Si trades eos in manus Israel? Et non respondit ei in die illa. Dixitque Saul: Applicate huc vnuerfos² angulos populi: & scitote, & videte per quem acciderit hoc peccatum hodie, † Viuit dominus Saluator Israel, quia³ si per Ionathan filium meum factū est: absque retractatione] morietur. Ad quòd nullus contradixit ei de omni populo. Et ait ad vnuerfum Israel: Separamini vos in partem vnam: & ego cum Ionatha filio meo, ero in parte altera. Responditque populus ad Saul: Quòd bonum videtur in oculis tuis, fac. Et dixit ⁴ ad dominum deum Israel: † Domine deus Israel da¹ iudicium: — quid est, quòd nō responderis seruo tuo hodie? Si in me aut in Ionatha filio meo est iniquitas hæc, da ostensionē. Aut si hæc iniquitas in populo tuo, da sanctitatē.] Et deprehensus est Ionathas & Saul: populus autē⁵ exiuit.] Et ait Saul: Mittite fortem inter me, & inter Ionatham filium meū. Et captus est Ionathas. Dixit autem Saul ad Ionathā: Indica mihi, quid feceris: Et indicauit ei Ionathas, & ait: ⁶ Gustans gustavi in summitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululū mellis. Et ecce ego morior. Et ait Saul⁷ Hæc faciat mihi deus, & hæc addat ⁸ quia morte moriēris Ionatha. Dixitque populus ad Saul: Ergo ne Ionathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? ⁹ Hoc nephas est.] Viuit dominus, si ceciderit capillus de capite eius in terram: quia cū deo operatus est hodie. Liberauit ergo populus Ionathan, vt non moreretur. Receffitque Saul, nec persecutus est Philistiim. Porrò Philistiim abierunt in loca sua. Et Saul ¹⁰ cōfirmato regno] super Israel, pugnabat per circuitum aduersum omnes inimicos eius: contra Moab, & filios Ammon, & Edom & reges Soba, & Philistæos, & quocunque se verterat, superabat. Congregatōque exercitu percussit Amalech: & eruit Israel de manu vastorū eius. Fuerunt autem filij Saul, Ionathas, & Iesui, & Melchisua. Et nomina duarum filiarum eius, nomē primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol,

13. Insequuti sunt & ipsi eos in illo.
 14. Vltra.
 15. Et est viri Israel in illa die premerentur fame.
 16. Cum Saul rex Israel bellum contra Allophylas gereret, vnuerfo eum exercitū indixisse ieiunium, & abstinentibus cunctis eum cetera aduersarios pugnare cepisse. Bonus plane Rex qui hostes suos non tam armis quam deuotione vincebat, & plus dimicabat religione quam telis. Amb. S. 25.

16. Videte quæso quomodo.
 17. Saul dum pergeret dimicatum aduersus Philistiim indixit cuncto exercitui ieiunium, quòdque reuertetur à prælio: sed Ionathas filius eius videns super faciē agri mel, exfecit summitatem virgæ, & intinxit in suum mellis, & gustauit, & illuminati sunt oculi eius, non vique ad videntem illuminati, quia antea videbat: sed ad discendum, quia verita teigeat. Eucher.
 18. Ibi. Alij aliter intelligit. Quòd videlicet ex nimio calore, oculi, & exercitio prelij se iterum, reuerberati erant: & nimio ieiunio fatigati, non solum cor poro, sed & mente forte defecerat: & ideo cum gustasset fauum mellis, illuminatus dicitur. Angelonus ibid. post 16.
 19. Parece sanguinolentia coxerunt pre nimia fame, vel iuxta sanguinem comederant.
 20. Noctē.
 21. Ne esset altare domini.

1. Antiquus enim deus dux erat bellorum, & absque illius sententia nunquam attingere pugnam ausi fuissent. Chryso.

k. Primores vrbium, qui se ita habent in populo sicut anguli in vrbē, vel patribus vrbis.
 19. Fuerit Ionatha filio meo, morte.
 * Saul.
 l. Hoc est, forte indigna nobis vultatem. Sors enim non aliquid mali est, sed res est in dubitatione humana, diuinā indicans voluntatem. Nam & fortes miserunt apostoli, quando Iudas tradidit domino perire, vt pater. Ad. 1. August. P. sal. 30.
 20. Euasit.
 m. Videte quanta apud Saul Regem fuerit religionis obseruantia, qui offensum deo & patrietia paricidio mitigare. Et quanta sit resoluti culpa ieiunij, quæ nō nisi sanguinis effusione puniuit. Et si ignorans Ionathas indicatum à patre ieiunium, quia resolutus morti addidit, qui sciens à Christo indicatum, resolutus ieiunium, quid meretur? Amb. sermo. 25.

21. Abiit.
 22. Tenit regnum.
 n. Saulus victor domini reueritur, ceteri circa decemaginta milibus hostium: factus est deus fide regnavit, & contra inimicos Ammonitas, & Moabitas, Palestinosque & Idumæos, & Amalechitas, & regē Obam multas res gessit prospere. Ioseph. Antiq. lib. 6. cap. 7.

In scriptura

† inf. 28.
 † 22. q. 2. c.
 Quætur.
 22. q. 2. c.
 De iure.
 Et si Christi.
 De maio. c.
 2. 26. q. 2. c.
 2. 9. Saul quoque.
 † 3. 9. 7. c.
 Sacerdos. 1. 1.

† inf. 21. 6.

& nomen vxoris Saul, Achinoem, filia Achimaas:† & nomen principis militiæ eius, Abner, filius Ner:‡ patruelis Saul. Porro Cis fuit pater Saul, & Ner pater Abner filius Abiel. Erat autem bellum potens aduersum Philistæos, omnibus diebus Saul. Nā quemcunque viderat Saul virum fortem & aptum ad prælium, sociabat eum sibi.

Saul contra dei præceptum Agag Regem Amalech, multamque prædam referuans arguitur inobedientia, à regno deicitur, interfectoque Agag, Saul à Samuele defletur. X V.

B Dixit Samuel ad Saul: Me misit dominus, vt vngerem te in Regem, super populum eius Israel. Nunc ergo audi vocem domini: Hec dicit dominus exercituum. † Recensui quæcunque fecit Amalech Israeli: quomodo restitit ei in via; cum ascenderet de Ægypto. Nunc ergo vade, & percute Amalech, & demolire vniuersa eius. † Non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum atque lactantem, bouem & ouem, camelum & asinum. † Præcepit itaque Saul populo, & recensuit eos quasi agnos,] ducenta milia peditum: & decem milia virorum Iuda. Cùmque venisset Saul vsque ad ciuitatem Amalech tetendit insidias in torrente. † Dixitque Saul Cinæo: Abite, recedite, atque discedite ab Amalech, ne forte inuoluam te cum eo. Tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filiis Israel, cum ascenderent de Ægypto. Et recessit Cinæus de medio Amalech. Percussitque Saul Amalech ab Euila, donec venias Sur, quæ est è regione Ægypti. Et apprehendit Agag regem Amalech viuum. Omne autem vulgus interfecit in ore gladij. † Et pepercit Saul & populus Agag, & optimis gregibus ouium & armentorum, & vestibus, & arietibus,] & vniuersis quæ pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea. Quicquid ergo vile fuit & reprobum, hoc demoliti sunt. Factum est autem verbum domini ad Samuel dicens: † Pœnitent me, quòd constituerim Saul Regem, quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. Contristatusque est Samuel, & clamauit ad dominum tota nocte. Cùmque de nocte surrexisset Samuel, vt iret ad Saul mane, nunciatum est Samueli eò quòd venisset Saul in Carmelum, & erexisset sibi fornicem triumphalem, & reuersus] transisset, descendissetque in Galgala. Venit ergo & Samuel ad Saul, & Saul offerebat holocaustum domino de initiis prædarum quæ attulerat ex Amalech. Et cum venisset Samuel ad Saul,] dixit ei Saul: Benedictus tu domino. Impleui verbum domini. Dixitque Samuel: Et quæ est hæc vox gregum quæ resonat] in auribus meis? & armentorum quam ego audio? † Et ait Saul: De Amalech adduxerunt ea, Pepercit enim populus melioribus ouibus & armentis, vt immolarentur domino deo tuo: reliqua verò occidimus. Ait autem Samuel ad Saul: Sine me, & indicabo tibi quæ locutus sit dominus ad me nocte. Dixitque ei Loquere. Et ait Samuel: † Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? Vnxitque te dominus in regem super Israel: & misit te dominus in viam, & ait. Vade & interfice peccatores Amalech, & pugnabis contra eos vsque ad internecionem eorum. Quare ergo non audisti vocem domini? sed versus ad prædam es, & fecisti malum in oculis domini? Et ait Saul ad Samuelem, Immo audiui vocem domini, & ambulauit in via per quam misit me dominus, & adduxi Agag Regem Amalech, & Amalech interfeci. Tulit autem de præda populus oues & boues, primitias eorum quæ cæsa sunt,] vt immolet domino deo suo in Galgalis. Et ait Samuel, † Nunquid vult dominus holocausta aut victimas, & non potius vt obediatur voci domini? † Melior est enim obedientia quàm victimæ,] & auscultare magis quàm offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere.] Pro eo ergo quòd abiiecisti sermonem domini, abiicit te dominus, ne sis Rex. Dixitque Saul ad Samuelem: † Peccaui, quia præuaricatus sum sermonem domini, & verba tua, timens populū, & obediens voci eorum. † Sed nunc porta] quæso peccatum meum, &

23. Patruel.
o. Cis pater Saul, & Ner patruus eius, erant fratres: licet in 1. Paralip. cap. 8. Ner dicatur genitrisse Cis, quia ipse illum austrerat. Hiero. super 2. Paralip. 8. c.

a. Vngitur post hæc iubete domino Rex prior à propheta in regnū. Qui & ipse quidē in id quod vinctus est, imaginē Christi portauit. Vnde & beat' Dauid, & ipse Christus nuncupatus, ut ad eum qui se fixerat Saul occidisse. Quomodo nō emulisti iudicare maximum in Christum dominum? Ezech. ubi.

* Verborum.
b. Ideo iubet Dominus demoliri iumenta Amalech, vt nec in iumentis eius memoria fiat. Dominus enim dixit se delicturum memoria Amalech, de sub celo: Et quia memoria eius penitus dolera non fuit, Saul per inobedientiam peccauit. Glosa ordinaria.
1. Er congregans Saul populū.
2. In Telaim.

c. Cinai à Iethro socero Moysi duxerunt originem, & cum Amalechitis hereditauerunt.
d. Est vna Euila regio quæ circumfluitur Phison, exiens de paradiso, quæ hodie Iudicia vocatur, dicit autem Euilath à quodam nepote Noe. Est & alia Euilath solitudo contra faciem Ægypti. Hæc enim Euilla illa Euilath debet nuncupari. Eucherius ibid.

e. Sur quoque est solitudo inter Cadæ & Barath, præcæsa desertum vsque ad mare Rubrum, & Ægypti confinia.
3. Melioribus ouibus atque armentis pinguioribus, ac agnatis.
* Pecus.
4. Diluculo.
* A dicente.

f. Hoc est, arcum triumphalem de palmis & oliuis factum in signum victoriæ habere ad sui iactantiam: quia illam victoriā soli Deo debebat attribui: Vnde & postea subditur ad sui iactantiam: impleui verbū Domini, quod tunc saluum erat: & ex istis agnouebatur Saulis peccatum. Ex Lyræ.
5. Locum & habitum.

g. Et hoc mirum (opinor) vt probatus aliquis retro, postea exciderit. Saul bonus pater careris, si uere postea eueritur. Dauid vir bonus secundu cor domini, postea cecidit & superi cecidit. Salomon omni sapientia, & gratia donatus à domino, ad idololatriam à mulieribus inducitur. Tertullianus de præscriptio aduersus hæretic.

6. Auathenticis.
7. Ecce obedire melius est quàm sacrificium.

8. h. Sicut peccatum magis est rebellio, sic iniquitas idololatriæ est nolle obedire. Nō minus peccatum est deo nolle obedire quàm idololatriæ, vel aëolis fidem adhibere.

i. Non sufficit summis labijs dicere, peccaui, parce, remitte. Nam & Saul dicebat: peccaui, sed non obtinuit illam veniam, quàm Dauid vna penitentiæ voce promeruit. Et hoc quæret. Quia confessionem illi nulla magis verba quàm vari gemitus exprimebant. Quia non contempnit magnitudinem criminis leui humiliatio supplicetis. Euseb. Emisemus, ad montes, Homil. 5.
9. Tolle, et auferte.

1. Para. 8. c. 23. 9. a.

106. 6. 3.

† Exod. 17. c. 13. 4. Eccle. 10. 24. 9. 3. 1. 1. 9. 4. c. Eccle. 10. 24. 9. 3. 1.

† 1. 9. 4. Eccle. 10. 24. 9. 3. 1. 1. 9. 4. c. Eccle. 10. 24. 9. 3. 1.

† Sup. 13. d. 106. 3.

† Desepul. c. 1. lib. 6. Eccle. 4. d. 106. 6. e. Manth. 9. b. 1. 9. 4. c. Eccle. 10. 24. 9. 3. 1. 1. 9. 4. c. Eccle. 10. 24. 9. 3. 1. 1. 9. 4. c. Eccle. 10. 24. 9. 3. 1.

k. Non ascendam tecum vt ore pro te eo modo quo optas, vt scilicet deus ignoscet tibi vt in regno permanas i sobole tua, Dionil. Catulfa. 10. Oram. J. Deus Dauid elegit obsequem, & Saul reprobatum contempseram. Chyloft. 11. i. Fortitudo Israelis no me. tierur (hoc est) Deus fortitudo plebis sue non deerit populo suo, sed alium virum iuxta cor suum elegit, quem iussit. * Quæro. m. Inuitit Saul prælium aduersus Amalech, interfectisque omnibus hostib' peperit Agag regi, nec voluit disperdere omnia secundum præcepta Domini, irasciturque Dominus. Veniens autem Samuel sumpsit gladium & in frustra concidit Agag. Isidorus ibid. 12. Accessit ad eum Agag delecte. 13. Accessit. 14. Discessit Agag. 15. Rama. * Saul. 16. Et. n. Vbi enim legitur quod pœnitent eum, mutatio rerum significatur, immutabilitate manente præsentia diuina. Eucherius. ibidem.

reuertere mecum, vt adorem dominum. Et ait Samuel ad Saul: Non reuertar tecum, quia proiecisti sermonem domini, & proiecit te dominus, ne sis Rex super Israel. Et conuersus est Samuel, vt abiret. Ille autem apprehendit summitatem palij eius, quæ & scissa est. Et ait ad eum Samuel: Scidit dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Porro triumphator in Israel non parcat: & pœnitidine non flectetur. Neque enim homo est, vt agat pœnitentiam. At ille ait: Peccavi: Sed nunc honora me coram senioribus populi mei, & coram Israel, & reuertere mecum, vt adorem dominum deum tuum. Reuersus ergo Samuel, secutus est Saulem. Et adorauit Saul dominum. Dixitque Samuel: Adducite ad me Agag Regem Amalech. Et oblatu est ei Agag pinguis simus tremens. Et dixit Agag: Siccine separat amara mors? Et ait Samuel: Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus: sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. Et in frustra concidit eum Samuel coram domino in Galgalis. Abiit autem Samuel in Ramatha. Saul verò ascendit in domum suam in Gabaa. Et non vidit Samuel vltra Saul, vsque ad diem mortis suæ. Veruntamen lugebat Samuel Saul, quoniam dominum pœnitebat, quod constituisset Regem Saul super Israel.

Reprobato Saule, Dauid inter fratres vngitur in Regem, cithara coram Saule spiritu nequam agitato psallebat, & leuius habebat. X VI.

a. Samuelem recolo, qui non semel, sed omnibus diebus vixit suum lugebat super Saul, cum sciret illum longius ab oculis diuinitatis elongatū. Non cessabat tamen cōspicere, quæ edolentis animi irrespicit, fundens lachrymas & si non profuturas, puras tamen. Bernardus. Ser. in festo beate Mariæ Magdalene. b. Quomodo proiecerit deus Saulem ne regnet quem elegerat in Regem. Quia deus suum iustum incorruptumque iudicium ex equitate deponit, nõ ex præsentia. Legit enim quem prius, cum meretur: reprobat, cum electione indignus efficitur. Eucherius. 1. Vitulam. * Mihi. c. Reprobatis maioribus filiis Isai minimus ad regnum eligitur, quia sperto iudicio sacerdotio, & regno prioris populi. Christus caput minoris populi, rex & sacerdos factus est. Gloriosa. ibid. 2. Non enim sicut homo videt, deus videt. d. Tu vt homo extrinsecus vnum quicquid nobis, puras quod vides. Vides autem quousque oculos habes. Sed oculi domini alti. Homo in faciem, deus in præcordia contempletur. Et ideo agnoscit dominus qui sunt eius. Tertulia. de præseripio. aduers. hereticos. 3. Et tranfire fecit. 4. Quia mdatum Domini volebat implere diligenter, & quia debebat inungere regem oleo sacre vñctionis, quod debet fieri cum reuerentia, & salua ieiunia. De Lyra. f. Vñctus est Dauid in Regem super Israel duobus annis postquam coepit regnare Saul quid reprobatu est, qui etc. 22. an. natus erat, qui fertur natus 10. an. Samuelis. g. Inuast. 4. Rama. g. legitur recedente à Saule Domino propter inobedientiam, arreptus est à maligno spiritu à domino: iruebatque spiritus Domini malus in eum. Isidorus. ibidem. * Quæro vti quæsumus. h. Hic puer putatur fuisse Doech Idumeus Dauid amulus, qui hæc ex liuore dicebat vt eum non accepta insidiis Dauid occiderent Hieronymus. 7. Fortem & robustum. 8. In rebus gerendis.

Dixitque dominus ad Samuelem: Vsquequo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum ne regnet super Israel? Imple cornu tuum oleo, & veni vt mittam te ad Isai Bethlehemitem. Prouidi enim in filiis eius mihi Regem. Et ait Samuel: Quomodo vadam? Audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait dominus: Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices: Ad immolandum domino veni. Et vocabis Isai ad victimam. Et ego ostendam tibi, quid facias: & vnges, quemcunque monstrauero tibi. Fecit ergo Samuel, sicut locutus est ei dominus. Venitque in Bethlehem: Et ammirati sunt seniores ciuitatis, occurrentes ei. Dixeruntque: Pacificusne est ingressus tuus? Et ait: Pacificus: Ad immolandum domino veni. Sanctificamini, & venite mecum, vt immolem. Sanctificauit ergo Isai & filios eius, & vocauit eos ad sacrificium. Cumque ingressi essent, vidit Heliab, & ait: Num coram domino est Christus eius? Dixitque dominus ad Samuelem: Ne respicias vultum eius, neque altitudinem stature eius, quoniam abieci eum: nec iuxta intuitum hominis ego iudico. Homo enim videt ea quæ parent, dominus autem intuetur cor. Et vocauit Isai Aminadab, & adduxit eum coram Samuele. Qui dixit: Ne hunc elegit dominus. Adduxit autem Isai Samma: de quo ait: Etiam hunc non elegit dominus. Adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuele. Et ait Samuel ad Isai: Non elegit dominus ex istis. Dixitque Samuel ad Isai: Nunquid iam completi sunt filij? Qui respondit: adhuc reliquus est paruulus, & pascit oves. Et ait Samuel ad Isai: Mitte, & adduc eum. Nec enim discumbemus priusquam huc ille veniat. Misit ergo Isai & adduxit eum: Erat autem rufus & pulcher aspectu decoraque facie. Et ait dominus: Surge & vnge eum: Ipse est enim: Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum eius. Et directus est spiritus domini à die illa in Dauid, & deinceps. Surgensque Samuel abiit in Ramatha. Spiritus autem domini recessit à Saul, & exagitabat eum spiritus nequam à domino. Dixeruntque serui Saul ad eum: Ecce spiritus domini malus exagitat te. Iubeat dominus noster Rex & serui tui qui coram te sunt: quærent hominem scientem psallere cithara: vt quando arripuerit te spiritus domini malus, psallat manus sua: & leuius feras. Et ait Saul ad seruos suos: Prouidete ergo mihi aliquem bene psallentem: & adducite eum ad me. Et respondens vnus de pueris ait, Ecce vidi filium Isai Bethlehemitem, scientem psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrū, & dominus est cū eo. Misit ergo Saul nuncios ad Isai,

Infia. 23. a.

23. q. 1. Reg. 1. q. 4. c. Eccle. fia. in pr. 2. q. 7. c. Nos si. 5. Ref. cum Balaam.

1of. 6. 10. De ps. di. c. Præixera.

13. Reg. 1. c. 1. Leui. 20. b. 1ofue. 3. b.

1. Psal. 7. a.

Anni ante Christum. 1070. Anni mddi. 2892. Sup. 10. a. 12. Reg. 7. b. Psal. 77. d. 88. b. Ad. 7. f. 13. d. 2. q. 7. Nos si. 5. Item cum Dauid. Dauid. 3. b. da an. 40.

Isai, dicens: Mitte ad me David filium tuum, qui est in pascuis. Tulit itaque Isai asinum¹⁰ plenum panibus, & lagenam vini, & hœdum de capris unum & misit per manum David filii sui Sauli. Et venit David ad Saul, & stetit coram eo. At ille dilexit eum nimis, & factus est eius armiger. Misitque Saul ad Isai, dicens: Stet David in conspectu meo: Inuenit enim gratiam in oculis meis. Igitur quodcumque spiritus Domini malus arripiebat Saul, David tollebat citharam & percutiebat manu sua: & refocillabatur Saul, & leuius habebat, Recedebat enim ab eo spiritus malus.

9. Cum ouibus.

10. Oneratum.
 f. De vi mulice in lib. 12. Dicitur hystoria ample scripta de eo grammateus. Cuius vis erat homines demerare, & infuriam pertrahere posse, & nihil sum furiosos, in sanam reducere mentem. Rex Eucius expectatum istum toto suo comitatu. De eadem plura referat hic Dionysius Carthusia.

Goliath armis diuitem inermis David occidit, cuius caput diffusis Philistæis ad Saulem in Ierusalem detulit.
 XVII.

Congregantes autem Philistiini agmina sua in prælium, conuenerunt in Socho Iudæ, & castrametati sunt inter Socho & Azecha, in finibus Domini. Porrò Saul & viri Israel congregati venerunt in vallem Terebinthi, & direxerunt aciem ad pugnandum contra Philistiim, & Philistiim stabant super montem ex parte hac, & Israel stabat supra montem ex altera parte, & vallisque erat inter eos. Et egressus est vir² spurius de castris Philistinorum, nomine Goliath de Geth, altitudinis sex cubitorum & palmo: & cassis ærea super caput eius, & lorica³ hamata induebatur. Porrò pondus lorice eius, quinque milia scilorum æris erat, & ocreas æreas habebat in cruribus, & clypeus æreus tegebat humeros eius. Hastile autem haste eius erat quasi licitorium textentium. Ipsum autem ferum haste eius sexentos siclos habebat ferri. Et armiger eius antecedebat eum. Stansque clamabat aduersum phalanges Israel, & dicebat eis: Quare venistis parati ad prælium? Nunquid ego non sum Philistæus, & vos serui Saul? Eligite ex vobis virum, & descendat ad singulare certamen. Si quiuerit pugnare mecum, & percussit me, erimus vobis serui. Si autem ego præualero, & percussero eum, vos serui eritis & seruietis nobis. Et aiebat Philistæus: Ego exprobraui agminibus Israel hodie: Date mihi virum, & incat mecum singulare certamen. Audiens autem Saul & omnes Israelitæ sermones Philistæi huiuscemodi: stupebant, & metuebant nimis. David autem erat filius viri Ephratæi de quo supra dictum est, de Bethléhem Iudæ, cui nomen erat Isai, qui habebat octo filios, & erat vir in diebus Saul, senex, & grandæuus inter viros. Abierunt autem tres filij eius maiores, post Saul in prælium. Et nominatium filiorum eius, qui perrexerunt ad bellum, Eliab primogenitus, & secundus Aminadab, tertius quoque Samma. David autem erat minimus. Tribus ergo maioribus secutis Saulem abiit David, & reuersus est ad Saul, ut pasceret gregem patris sui in Bethléhem. Procedebat vero Philistæus mane & vespere, & stabat quadraginta diebus. Dixit autem Isai ad David filium suum: Accipe⁴ fratribus tuis ephi polentæ, & decem panes istos, & curre in castra ad fratres tuos: & decem⁵ formellas casei, has deferes ad tribunum, & fratres tuos visitabis, si recte agant, & cum quibus ordinati sunt disce. Saul autem & omnes filij Israel in valle¹⁰ Terebinthi pugnabant aduersum Philistiim. Surrexit itaque David mane, & commendauit gregem custodi, & onustus abiit, sicut præceperat ei Isai: Et venit ad locum Magala & ad exercitum, qui egressus ad pugnam, vociferatus erat in certamine. Direxerat enim aciem Israel, sed & Philistiim ex aduerso fuerant præparati. Derelinquens ergo David vasa, quæ attulerat sub manu custodis¹² ad sarcinas: cucurrit ad locum certaminis: & interrogabat si omnia recte agerentur erga fratres suos. Cumque adhuc ille loqueretur eis, apparuit vir ille¹⁴ spurius, ascendens, Goliath nomine, Philistæus, de Geth, de castris Philistinorum. Et loquente eo hæc eadem verba, audiuit David. Omnes autem Israelitæ cum vidissent virum, fugerunt a facie eius timentes eum valde. Et dixit vnusquispiam de Israel: Num vidisti virum hunc, qui ascendit? Ad exprobrandum enim Israel ascendit. Virum ergo, qui percussit eum, dabit Rex diuitiis magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius faciet absque tributo in Israel. Et ait David ad viros,

De pe di
Voluitur
Denique.

10. 6. 10.

1. Reg. 17.

1. Supra 6.

1. 2. 3.

1. 2. 3.

a. Socoth Iude tribus, vicus est ab Heber conditus: inter quem & Azecha David magni Goliath præstrauit. Et dicitur Iudæ ad differenciam aliorum locorum eiusdem nominis vras Iordanem. Quoru vnus est in tribu Gad: ubi Jacob fratri suo Esau reconciliatus est. de quo Iudicum 8. a. dictum est. Alius eiusdem nominis locus est, qui & secunda mansio populi exeuusis Aegyptum.
 1. Posuerunt castra in valle quereus.
 2. b. Inter verosque, id est stans inter duas acies de parte gigante, matre vero Gethæa natus. Hieron.
 c. Exiit tunc Goliath iste ingens hæcæ corporis, armis instructus, viribus etiam exercitatus, clatus in armis: qui superbe prouocaret ad monomachiam populum aduersarium: hoc est ut vnus inde electus; ab ipis procederet aduersum eum, ut quis illum duorum vicisset, lux paræ victoria tribueretur. August. lib. 50. Hæmil. 3. Homil.
 3. Squammata.
 4. Ad me.
 5. Ut pariter pugnemus.

d. Connumeratio Nathan propheta filium Samma filij sui: alius non habet nisi septem.
 6. Perueniens ad.

e. Id est vltimus nati, maximè tamè virtute. Quotus cap. ptecedenti dictu sic quod David factus sit armiger Saul, sed Saul hæc vice pepetit ei propter odiositatem eius. Et quia nondum expertus fuerat in bellis eius gestis Dionis. Carthusia.
 7. Isar David, & redibat.
 8. Quæso pro.
 9. Alius.
 10. Ilos latos caseos.
 11. Pro pace vel pacifice, & tollepignus eorum.
 12. Terebinthi vallis est in Sichimis, sub qua abscondit Iacob idola, iuxta Neapolim. Hinc refert Iosephus, quod Philistiini castrametati sunt inter Socoth & Azecha.
 13. Quereus.
 14. Intra circuitum castroru, & exercitus.
 15. Vasa.
 16. Veniens interrogabat fratres suos de pace.
 17. Intermedius.
 18. Geth quarta vrbis Philistinorum quondam semper minimum gigantum alina. Veluci Goliath istius, & alioru multorum, quorum nomines David 2. Reg. 21. ferui excoluit, & cuiusdam illoru de ipiisquam Roboam postea feruit instantis, sed & Ozias rursu destruxit.
 19. Liberanti.

h. Licet enim iam audisset Dauid, tamen volebat à pluribus requirere ad maiorem certitudine, nec ista querebat Dauid propter cupiditatem lucri, vel honoris principaliter: volebat enim pugnare cum eo propter gloriam dei & propter libertatem populi. De Lyra. ibid. 16. Apud quem.

i. Putabat enim ipsum timore cordis eleuari, quod in Regem Samuel ipsam vinceret. Hieron. ibid.

17. Responderunt ei, qui erant ex populo, verbum iuxta priorem sermonem.

18. Qui & tulit eum. Erat Dauid ad Saul.

19. Propter illum.

k. Neque esset admittus nisi fecisset fidem quod in sua adolescentia leonem suis manibus strangulatum extraxisset ovis erantibus peremisset. Amb. In Psalm. 9. Ser. 18.

20. Pecus de grege.

l. Dauid autem cum de vrsu & leone narrat, non gloriosus, sed magnum quid, & mirabile in se, dicit: quoniam non credebatur, quod nudus & armis gestare non valens, victus esset barbarum, coactus est sua strenuitatis retere argumenta Chryl. super Genes. Hom. 46.

m. Ex hoc aliqui opinantur quod etiam Saul ex revelatione cognovit quod Dauid preuuleret. Et secundum Hieronymum & catholicos Dauid ex revelatione diuina presciuit se triumphaturum in isto confictu. Ideo verba ista, & alia quæ in litera continentur, non solum sunt verba bonæ spei, sed certitudinis absoluta. Dionis. Caruina. ibidem.

21. Et voluit abire, sed quia non affluens erat.

22. Politos.

* Et in techam funde.

n. Despexit eum reputans eum nullius momenti ad pugnam contra eum De Lyra. ibidem.

o. Ipse etiam despectus ab Allophylo, quod aduersus armatum præliatorem cum virgæ & lapidibus precessisset, retulit non victus in nomine domini armis, sed in nomine domini confidentem ad prælium esse progressum, ut incessite plebis auferret opprobrium. Hic ergo iuuenis atque despectus strauit Allophylo, ponitque victoria in decem milibus iudæularum psallentium testimonio triumphauit. Amb. In Psalm. 118. Sermo 18.

23. Sciant omnes, qui sunt in terra.

p. Dauid autem deo magis fidens quam armis, furoris exarsit & incensis accessit: & primo iactu alienigenæ barbarum prostravit, ac ipsum suo prope gladio occidit, caputque eius amputauit, atque illius opera & Rex glurem inuenit, & omnis illius exercitus respirauit. Chryl. super Genes. Hom. 46.

q. Philistæus enim adhuc eum non exaraxerat, quia prius eum hasta pugnare volebat, sicut faciunt milites in duellis prius inuadendo se cum lanceis. De Lyra. ibid.

24. Et reuersi filij Israel à persecutione Philistæorum diuenerunt.

qui stabant secum, dicens: ^h Quid dabitur viro qui percusserit Philistæum hunc? & tulerit opprobrium de Israel: Quis est enim hic Philistæus incircuncisus, qui exprobrauit aciem dei viuientis? ⁱ Referebat autem ei populus eundem sermonem dicens: Hæc dabuntur viro qui percusserit eum. Quod cum audisset Eliab frater eius maior loquente eo cum aliis, iratus est contra Dauid, & ait: Quare venisti, & ¹⁶ quare] dereliquisti pauculas oues illas in deserto? Ego noui ¹ superbiam tuam, & nequitiam cordis tui: quia ut videres prælium descendisti. Et dixit Dauid: Quid feci? Nunquid non verbum est? Et declinavit paululum ab eo ad alium: dixitque eundem sermonem. Et ¹⁷ respondit ei populus verbum, sicut prius.] Audita sunt autem verba quæ locutus est Dauid, & annunciata in conspectu Saul. ¹⁸ Ad quem cum fuisset adductus, locutus est ei:] Non concidat cor cuiusquam ¹⁹ in eo.] Ego seruus tuus vadam, & pugnabo aduersus Philistæum. Et ait Saul ad Dauid: Non vales resistere Philistæo isti, nec pugnare aduersus eum, quia puer es. Hic autem vir bellator est ab adolescentia sua. Dixitque Dauid ad Saul: [†] Pascebat seruus tuus patris sui gregem: ^k & veniebat leo vel vrsus, & tollebat ²⁰ arietem de medio gregis, & persequabar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum. Et illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos. [†] Nam & leonem ⁿ & vrsum interfeci ego seruus tuus: erigitur & Philistæus hic incircuncisus quasi vnus ex eis. — Nunc vadam, & auferam opprobrium populi. Quoniam quis est iste Philistæus incircuncisus,] qui ausus est maledicere exercitui dei viuientis? Et ait Dauid: Dominus qui eripuit me de manu leonis & de manu vrsi, ipse me liberabit de manu Philistæi huius. Dixit autem Saul ad Dauid: ^m Vade, & dominus tecum sit. Et induit Saul Dauid vestimentis suis, & imposuit galeam æream super caput eius, & vestiuit eum lorica. Accinctus ergo Dauid gladio eius super vestem suam: ²¹ cœpit tentare si armatus posset incedere. Non enim habebat consuetudinem.] Dixitque Dauid ad Saul: Non possum sic incedere, quia non vsum habeo. Et deposuit ea. Et tulit baculum suum quem semper habebat in manibus, & elegit sibi quinque ²² limpidiſsimos] lapides de torrente, & misit eos in peram pastorem, quam habebat secum, ^{*} & fundam manu tulit, & processit aduersum Philistæum. ⁿ Ibat autem Philistæus, incedens & appropinquans aduersum Dauid: & armiger eius ante eum. Cùmque inspexisset eum Philistæus, & vidisset Dauid, despexit eum. Erat autem adolescens rufus, & pulcher aspectu. Et dixit Philistæus ad Dauid: ^o Nunquid ego canis sum, quod tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philistæus Dauid in diis suis. [†] Dixitque ad Dauid: Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cœli & bestiis terræ. Dixit autem Dauid ad Philistæum. Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine domini exercituum, dei agminum Israel, quibus exprobrasti hodie, & dabit te dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te. Et dabo cadavera castrorum Philistiim hodie volatilibus cœli & bestiis terræ, ut ²³ sciat omnis terra] quia est dominus deus in Israel. Et nouerit vniuersa Ecclesia hæc, quia non in gladio nec in hasta saluat dominus. Ipse enim est bellum, & tradet vos in manus nostras. Cùm ergo surrexisset Philistæus, & veniret & appropinquaret contra Dauid, ^p festinauit Dauid, & cucurrit ad pugnam ex aduerso Philistæi. Et misit manum suam in peram, tulitque vnum lapidem, & funda iecit, & — circumducens] percussit eum in fronte, & infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciem suam super terram. [†] Præualuitque Dauid aduersum Philistæum in funda & lapide, percussitque Philistæum interfecit. Cùmque gladium non haberet in manu Dauid, cucurrit & stetit super Philistæum, & tulit gladium eius, & ^q eduxit eum de vagina sua, & interfecit eum, præciditque caput eius. [†] Videntes autem Philistiim quod mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt. Et consurgentes viri Israel & Iuda, vociferati sunt, & persecuti sunt Philistæos, vsque dum venirent in vallem, & vsque ad portas Accaron. Cecideruntque vulnerati de Philistiim in via Sarim, & vsque ad Geth, & vsque ad Accaron. ²⁴ Et reuertentes filij Israel, postquam persecuti sunt Philistæos,

† Eccl. 47.2

† Eccl. 47.2
1. Mach. 4. d.
Psalm. 77. d.
2. q. 5. c. Mo.
nomachiam

Philistæos, in uaserunt castra eorum.^m Assumens autem Dauid caput Philistæi, attulit illud in Ierusalem: arma uero eius posuit in tabernaculo suo. Eo autem tempore quo uiderat Saul Dauid egredientem contra Philistæum, ait ad Abner principem militiæ suæ: De qua stirpe descendit hic adolescens? * Dixitque Abner: Viuit anima tua Rex, si noui. Et ait Rex: interroga tu, cuius filius sit iste puer. Cùmque regressus esset Dauid percusso Philistæo, tulit eum Abner, & introduxit coram Saule, caput Philistæi habentem in manu. Et ait ad eum Saul: De qua progenie es ò adolescens? Dixitque Dauid: Filius serui tui Isai Bethlehemitæ ego sum.

Inito Dauidis cum Ionathæ fœdere, Saul audita sui & Dauidis comparatione, Dauidem nisus est transfigere: Merob tamen filiam suam pollicitus, Michol medianibus centum Philistinorum præputiis tradidit.
XVIII.

m. Vnde illo die isto & patet
so, gladium eius abstulit, & de
inde illi caput abiecit. Euche
rius ibidem. Vidit tunc in
opinatas admirabileque res,
armatum ab inermi delectum;
reique militaris peritum ab eo
qui præter passibile nihil fei
bat, eadem. Quia hic quidē
habuit superam gratiā se ad
iuuantem, ille autem ea carens
in huius uenit manus. Chryso.
in Genes. Homil. 46.
* Abner.

A factum est, cùm compleisset loqui ad Saul, ^a anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quasi animam suam. Tulitque eum Saul in die illa, & non concessit ei ut reuerteretur in domum patris sui. Inierunt autem Dauid & Ionathas fœdus. [†] Diligebat enim eum quasi animam suam. ^b Nam expoliavit se Ionathas tunica, qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua vestimenta sua, usque ad gladium & arcum suum, & usque ad balteum. Egrediebatur quoque Dauid ad omnia quæcunque misisset eum Saul, & prudenter se agebat. [†] Posuitque eum Saul super viros belli, & acceptus erat in oculis uniuersi populi, maximèque in conspectu famulorum Saul. [†] Porro cum reuerteretur percusso Philistæo Dauid:] & ferret caput eius in Ierusalem:] egressæ sunt mulieres de uniuersis urbibus Israel, cantantes, chorosque ducetes in occursum Saul Regis, in tympanis lætitiæ & in sistris: & præcinebant] mulieres ludentes, atque dicentes, [†] Percussit Saul mille, * & Dauid decem milia. [†] Iratus est autem Saul nimis: & displicuit in oculis eius iste sermo. Dixitque: ^d Dederunt Dauid decem milia, & mihi mille dederunt. Quid ei superest, nisi solum regnum? [†] Non ergo rectis oculis Saul aspicebat Dauid] à die illa, & deinceps. Post diem autem alteram, inuasit spiritus dei malus Saul, & prophetabat in medio domus suæ. Dauid autem psallebat manu sua, sicut per singulos dies. Tenebatque Saul lanceam, [†] & misit eam: putans quod configere posset Dauid cum pariete.] Et declinavit Dauid à facie eius [†] secundo.] Et timuit Saul [†] Dauid: eò quod esset dominus cum eo, & à se recessit. Amouit ergo eum Saul à se, & fecit eum tribunum super mille viros. Et egrediebatur, & intrabat in conspectu populi. In omnibus quoque viis suis Dauid prudenter agebat, & dominus erat cū eo. [†] Vidit itaque Saul, quod prudens esset nimis, & [†] cœpit cauere eum.] Omnis autem Israel & Iuda diligebat Dauid. Ipse autem ingrediebatur & egrediebatur ante eos. Dixitque Saul ad Dauid: Ecce filia mea maior Merob, ipsam dabo tibi uxorem, [†] tantummodo esto vir fortis,] & præliare bella domini. Saul autem reputabat dicens: Nō sit manus mea in eo: sed sit super eum manus Philistinorum. Ait autem Dauid ad Saul: [†] Quis ego sum? aut quæ est vita mea, aut cognatio patris mei in Israel, ut fiam gener Regis? Factum est autem tempus, [†] cū deberet dari Merob filia Saul Dauid, data est Hadriel Molathitæ vxor. [†] Dilexit autem Dauid Michol [†] filiam Saul alteram.] Et nunciatum est Saul, & placuit ei. Dixitque Saul: Dabo eam illi, ut fiat ei [†] in scandalum, & sit super eum manus Philistinorum. Dixitque Saul ad Dauid: [†] In duabus rebus] gener meus eris hodie. Et mandauit Saul seruis suis: Loquimini ad Dauid clam me, dicentes: Ecce places Regi, & omnes serui eius diligunt te. Nunc ergo esto gener Regis. Et locuti sunt serui Saul in auribus Dauid, omnia uerba hæc. Et ait Dauid: [†] Nūparum videtur vobis, generum esse regis? Ego autem sum vir pauper, & [†] tenuis.] Et renunciauerunt serui Saul, dicentes: Huiusmodi uerba locutus est Dauid. [†] Dixit autem Saul: Sic loquimini ad Dauid: Non [†] habet Rex sponsalia necesse: nisi tantum] centum præputia Philistinorum, ut fiat ultio de inimicis Regis. Porro Saul cogitabat Dauid tradere in manus Philistinorum. [†] Cùmque renūtiassent serui eius Dauid uerba quæ

a. Vniuersus Israel diligebat Dauid, & sapiebat super omnes seruos Saul, & honorabatur nomen illius valde. Sed & Ionathas filius Saul diligebat Dauid reuerentem. Chryso: de Dauid & Saule. Homil.

b. Itaque dedit Ionathas Dauid vestimenta sua & arma: inueniens quod amaret eum quasi seipsum. Amicus etenim præsertim tam charus, est alter ipsi se. Dionys. ibidem.

c. Et factum est cum ipse ueniret, reuertente Dauid à castris Philistæi.

d. Mutuo sibi respondentes.

* Suos.

* c. Sua. Nam si indignum erat, Dauidem potius eueniret indignari: quod quum solus eum gessisset, alteri habere laudis participem: vel mulieribus indignari, & non Dauidi, de rebus. benemerito. Chryso: de Dauid & Saule. Homil.

d. Interea victoria Dauid animam Saul Regis offendit, indignans quod Saul in mille, & Dauid in decem millibus conclamationem publicæ gratulationis ora conclamationem. Hinc inuidia Saulis & semper odiorum aduersus Dauid, quæ dissimulatur callidus, ut sine infidiis suis posset offerre discrimini; statuit eum Michol filie suæ nuptiis alligari, si centum sibi Altophilorum præputia victor offerret, pro quibus centum, ducenta dedit. Et vnde creditus est regio petire voto; inde auctus est gloriosiori trophæo. Eucherius ibidem.

3. Invidiabat igitur Saul Dauid.

e. Nil nisi aliena, morte atreptiorum referens. Hiero.

4. Tollente Saul lancea alicui percutiam Dauid & parietem; quibus uerbis.

* A facie.

6. Timuit à facie eius.

7. Ita tamen, ut saspud me mitium deditus.

8. Filia Saul altera.

f. In duplex periculum, vxoris & Philistinorum.

g. In altera filia.

g. Arqui debebat hoc honoris, ut merces ac pensatio laborum, indignum tamen se iudicabat, qui debitam recipere mercedem. Chryso: de Dauid & Saule.

10. Despectus.

11. Desiderat rex dotem aliam; quædam.

h. Hinc inuidia Saulis, & semper odiorum aduersus Dauid, quæ dissimulatur callidus, ut sine infidiis suis posset offerre discrimini; statuit eum Michol filie suæ nuptiis alligari, si centum sibi Altophilorum præputia victor offerret pro quibus centum, ducenta dedit: & vnde creditus est regio petire voto; inde auctus est gloriosiori trophæo. Eucherius Lugdu. ibidem.

i. Placuit sermo Dauid, tum quia diligebat Michol. Tum quia Philistæos idololatrias odio habebat. De Lyra. k. Sic Christus prius in gentibus clarificatus est quam synagoga sibi copularer. & v. in gentibus inuandicata recessit. Gloſa ordin.

l. Auxit deinde odium Saul aduersus Dauid in tantum vt Rex ad medellâ sui spiritus Dauid de more plallentem, iaculo sepius conaretur confingere. Eucherius, ibidem.

dixerat Saul, placuit sermo in oculis Dauid, vt fieret gener Regis. Et post paucos dies surgens Dauid, abiit in Accaron cum viris, qui sub eo erant, & percussit ex Philistiim ducentos viros, & attulit eorum præputia & annumerauit ea regi, vt esset gener eius. Dedit itaque Saul ei Michol filiam suam vxorem. Et vidit Saul, & intellexit quod dominus esset cum Dauid. Michol autem filia Saul diligebat eum. Et Saul magis cepit timere Dauid. Factusque est Saul inimicus Dauid cunctis diebus. Et egressi sunt Principes Philistinorum. A principio autem egressionis eorum prudentius se gerebat Dauid, quam omnes viri Saul, & celebre factum est nomen eius nimis.

2. Reg. 3. 6.

Saul Dauidem occidere iubens, voce Ionathæ placatur: quem tamen reuocatum, & coram eo cibarifantem, malo agitatus spiritu, iterum transfugere tentat. Hunc autem apud Samuelem in Naioth persequutus, post ternos nuntios prophetantes, similiter prophetauit.

XIX.

a. Paulus primo Saulus, hoc est, primo superbus, postea humilis, quandoquidem Saulus Saule nomen derivatum est. Saul autem rex superbus in regno, Dauid humiliter in rege, quæbatur innocentiem. Pauli typum gerens primo ecclesie innocentes persequentis. August. Ser. 74. de tempore.

b. Ad hoc enim fuit Dauid absconditus de consilio Ionathæ, vt exploraret voluntatem patris de receptione Dauid in gratiam, vt se posset in curia absque periculo stare. Expectauit autem Ionathas loqui de hac materia patri suo quousque esset in agro, vbi ira conueuerat causa sciendi. vt tunc in loco recreationis magis acquiesceret verbis suis. De Lyra.

c. Exposita vitam sui discrimini mortis propter te.

d. Nudius tertius compositum à nunc, & die & tertio, hoc est, nunc est dies tertius, semperque de præterito dicitur. Id est iudicium nudius quartus, & nudius quintus: est Vallæ nō placeat, cū Cicero dicat nudius tertius dicitur: nudius facundus tamen non dicitur, quia pro eo heri habemus.

e. In manu sua. Id est, Saul non tangendo Dauid impugit lanceam suam in parietem, abque vulnere ipse Dauid. Vnde Dauid fugit in domum suam saluatus est nocte illa, ita quod per fugam euasit mortem nocte illa. Dionis. Cartusian. ibid.

2. Nuntios.

3. Puluar de pilis.

f. Simulachrum à simulatione dictum putat Laſſ. lib. 2. cap. 19. Quicquid enim inquit, simulacrum, id. falsum sit necesse est: nec potest vnquam veri nomen accipere quod veritatem suo & imitatione mentitur. Laſſan. vbi supra.

4. Puluar de pilis caprarum loco capitis.

5. Rama, & infra.

6. Saul inuidia stimulo suscitatus, & malo spiritu sepe arripit, cum Dauid occidere vellet, & ipse Dauid tunc cum Samuele, & cæterorum prophetarum cunæ prophetaret, misit Saul nuntios, & ipsum interficiendum de medio prophetarum rapere iuber: Sed illos protinus reueniebant spiritus qui in prophetis loquebatur, arripiebat. Ipse quoque Saul quasi inuitum famulis opus stricto arcu post eos exiens, est inter prophetas venerat, prophetabat. Aug. de mirabil. fac. scriptu. lib. 2. cap. 10.

6. Nuntios.

7. Super nuntios Saul.



Locutus est autem Saul ad Ionathan filium suum, & ad omnes seruos suos vt occiderent Dauid. Porro Ionathas filius Saul, diligebat Dauid valde. Et indicauit Ionathas Dauid, dicens: Querit Saul pater meus occidere te. Quapropter obserua te quæso mane: & manebis clam, & abscondèris. Ego autem egrediens stabo iuxta patrem meum in agro, vbicumque fuerit, & ego loquar de te ad patrem meum: & quodcunque videro, nuntiabo tibi. Locutus est ergo Ionathas de Dauid bona ad Saul patrem suum. Dixitque ad eum: Ne pecces Rex in seruum tuum Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde, & posuit animam suam in manu tua, & percussit Philistæum: & fecit dominus salutem magnam vniuerso Israeli. Vidisti, & lætatus es. Quare ergo peccas in sanguine innocio, interficiens Dauid, qui est absque culpa? Quod cū audisset Saul, placatus voce Ionathæ, iurauit: Viuit dominus, quia non occidetur. Vocauit itaque Ionathas Dauid, & indicauit ei omnia verba hæc. Et introduxit Ionathas Dauid ad Saul, & fuit ante eum sicut fuerat heri, & nudius tertius. Motum est autem rursum bellum: & egressus Dauid pugnavit aduersum Philistiim, percussitque eos plaga magna, & fugerunt à facie eius. Et factus est spiritus domini malus in Saul: Sedebat autem in domo sua, & tenebat lanceam. Porro Dauid psallebat in manu sua. Nisusque est Saul configere Dauid lancea in pariete. Et declinauit Dauid à facie Saul. Lancea autem casso vulnere perlata est in parietem: & Dauid fugit, & saluatus est nocte illa. Misit ergo Saul satellites suos nocte in domum Dauid: vt custodirent eum, & interficeretur mane. Quod cum annuntiauisset Dauid Michol vxor sua, dicens: nisi saluaueris te nocte hac, cras morieris: deposuit eum per fenestram. Porro ille abiit, & aufugit, atque saluatus est. Tulit autem Michol statuam, & posuit eam super lectum, & pellam pilosam caprarum posuit ad caput eius, & operuit eam vestimentis. Misit autem Saul apparitores, qui raperent Dauid, & responsum est, quod ægrotaret. Rursumque misit Saul nuntios, vt viderent Dauid dicens: Afferte eum ad me in lecto, vt occidatur. Cūque venissent nuntij, inuentum est simulachrum super lectum, & pellis caprarum ad caput eius. Dixitque Saul ad Michol: Quare sic illusisti mihi, & dimisisti inimicum meum, vt fugeret? Et respondit Michol ad Saul: Quia ipse locutus est mihi, dicens: Dimitte me, alioquin interficiam te. Dauid autem fugiens saluatus est: Et venit ad Samuel in Ramatha, & nuntiauit ei omnia quæ fecerat sibi Saul. Et abierunt ipse & Samuel & morati sunt in Naioth. Nuntiatum est autem Sauli à dicentibus. Ecce Dauid in Naioth in Ramatha. Misit ergo Saul lictores, vt raperent Dauid. Qui cum vidissent cuneum Prophetarum vaticinantium, & Samuel stantem super eos, factus est etiam spiritus domini in illis, & prophetare cœperunt etiam ipsi. Quod cum nuntiatum esset Sauli, misit & alios nuntios, prophetauerunt autem & illi. Et rursum misit Saul tertios nuntios, qui & ipsi prophetauerunt. Et iratus iracundia Saul, abiit etiam ipse in Ramatha, & venit usque ad cisternam magnam, quæ est in Sooth, & interrogauit, & dixit: In quo loco sunt Samuel & Dauid? Dictumque est

1. Joſ. 6. 11.

B

C

D

est ei: Ecce in Naioth sunt in Ramátha. Et abiit in Naioth in Ramátha. Et factus est etiam super eum spiritus domini, & ambulauit ingrediens, & prophetabat, vsque dū veniret in Naioth in Ramátha. Et expoliauit etiam ipse se vestimentis suis, & prophetauit cum cæteris coram Samuel: & cecinit nudus tota die illa & nocte. Vnde & exiuit prouerbum, Num & Saul inter prophetas?

h. Scipitru equitocē etiā pſen doprophetas & falſos deos appellat. Cæterum pſeudoprophete inſanientibus ſimiles erant, qualis etiā Saul erat. Proco. ibi. i. Sed quomodo quadrat cum hoc quod dictum eſt ſupra cap. 15. Et non vidit Samuel vltra Saul. Reſpondent Hebræi. Aut non vidit aū, quia quando iunctus eſt cuneo pſophetarū abſcondit ſe Samuel aut nō vidit eum indutū habitu regio, quo indutus erat quando dictū eſt. Et non vidit Samuel vltra Saul vsque in diem mortis ſux. Hieron. ibidem. 8. Cecidit. a. Naioth locus eſt in Rama in ſorte tribus Benjamin ab Ieruſalem ſex vel ceter, miſia, diſtans ad ſeptentrionalem plagā verſus Bethel. Rama verò eſt ciuitas Saulis in mote Ephraim, quauis altera ſit in tribu Aſer. i. Rama. 2. Et quomodo abſcunderet pater meus à me verbum illud?

Ionathas poſt repetitum fœdus ad Dauidem, ipſum patri ſuo reconciliare non poteſt: illum tamen è manibus eius trium ſagittarum ſigno liberat. X X.

Fvgit autem Dauid de Naioth, quæ eſt in Ramátha, veniensque locus tuus eſt coram Ionatha: Quid feci? Quæ eſt iniquitas mea, & quod peccatum meū in patrem tuū, quia querit animam meam? Qui dixit ei: Abſit à te, non morieris. Neque enim faciet pater meus quicquam grāde vel parū, niſi prius indicauerit mihi. Hūc ergo cælauit à me pater meus

ſermonem tantummodo? Nequaquā enim erit iſtud. Et iurauit ruruſum Dauid. Et ait ille: Scit profecto pater tuus quòd inueni gratiā in oculis tuis, & dicit: Neſciat hoc Ionathas, ne forte triftetur. Quinimò viuut dominus & viuut anima tua, quia vno tantū (vt ita dicam) gradu ego mórſque diuidimur. Et ait Ionathas ad Dauid: Quodcunque dixerit mihi anima tua, faciam tibi. Dixit autem Dauid ad Ionathan, Ecce Kalendæ ſunt craſtino: & ego ex more ſedere ſoleo iuxta Regem ad veſcendū. Dimitte ergo me, vt abſcondar in agro, vsque ad veſperam diei tertiæ. Si reſpiciens requiſerit me pater tuus, reſpondebis ei. Rogauit me Dauid, vt iret celeriter in Bethléhem ciuitatem ſuam, quia victimæ ſolennes ibi ſunt vniuerſis contribulibus ſuis. Si dixerit bene, pax erit ſeruo tuo. Si autem fuerit iratus: Scito quia completa eſt malitia eius. Fac ergo miſericordiam in ſeruum tuū: quia fœdus domini me famulū tuum tecum inire feciſti. Si autem eſt iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuū ne introducas me. Et ait Ionathas, Abſit hoc à me. Neque enim fieri poteſt, vt ſi cer

tecognouero completam eſſe patris mei malitiam contra te: non annuntiem tibi. Reſponditque Dauid ad Ionathan: Quis renunciabit mihi, ſi quid forte reſponderit tibi pater tuus durè de me? Et ait Ionathas ad Dauid: Veni & egrediamur foras in agrum. Cūque exiſſent ambo in agrum, ait Ionathas ad Dauid: Domine deus Iſrael, ſi inueſtigauero ſententiam patris mei craſtino, vel perendie, & aliquid boni fuerit ſuper Dauid, & non ſtatim miſero ad te, & notū tibi fecero, hæc faciat deus Ionathæ, & hæc augeat. Si autem perſeuerauerit patris mei malitia aduerſum te, reuelabo aurem tuam & dimittam te, vt vadas in pace, & ſit dominus tecū, ſicut fuit cum patre meo. Et ſi vixero, facies mihi miſericordiam domini: ſi verò mortuus fuero non auferes miſericordiam tuam à domo mea vsque in ſempiternum. Aut ſi non fecero] quando eradicauerit dominus inimicos Dauid, vnūquenque de terra: auferat Dauid Ionathan de domo ſua, & requirat dominus de manu inimicorū Dauid. Et addidit Ionathas deierare Dauid: eò quòd diligeret illū. Sicut enim animam ſuam, ita diligebat eum. Dixitque ad eum Ionathas: Cras Kalendæ ſunt, & requirèris. requiretur enim ſeſſio tua vsque perendie. Descendes ergo feſtinus & venies in locum vbi cælandus es in die quando operari licet: & ſedebis iuxta lapidem, cui nomen eſt Ezel. Et ego tres ſagittas mittam iuxta eum: & iaciam quaſi exercens me ad ſignum. Mittam quoque & puerum, dicens ei. Vade & affer mihi ſagittas. Si dixerit puero: ecce ſagittæ intra te ſunt, tolle eas: tu veni ad me, quia pax eſt, & nihil eſt mali, viuut dominus. Si autē ſic locutus fuero puero meo, ecce ſagittæ vltra te ſunt, vade in pace, quia dimiſit te dominus. De verbo autē quod locuti fuimus ego & tu, ſit dominus inter me & te vsque in ſempiternum. Abſconditus eſt ergo Dauid in agro, & venerūt Kalendæ, & ſedit Rex ad comedendū panem. Cūque ſediſſet Rex ſuper cathedram ſuam ſecundum conſuetudinem, quæ erat iuxta parietem, ſurrexit Ionathas, & ſedit Abner ex latere Saul, vacuūſque apparuit locus

3. Eſt quaſi paſſus inter me & mortem.

4. Propter re. b. Principium menſis in quo erat neomenia.

c. Fugerat ſanctus Dauid odia Saulis Regis, nō relinquens terras, ſed declinans contagia Regis inimici & ſuperbi, quia mēs eius adhebebat deo, cui ſine charitate nullus adultus adherere poteſt. Ambr. in lib. de Abrabā & Iſaac.

5. Si mentionem mei fecerit.

6. In fœdus domini adduxiſti ſeruum tuum ad te.

7. Hic ponitur Ionathæ conceſſio ſecundū formam petitionis Dauid, ad quā reſpondit Dauid: Quis renunciabit mihi quia ſibi diſſicile videbatur quòd filius regis veniret ad ipſum in agro quin alij conſentiret ipſum, quod poſſet cedere in periculum ipſius Dauid ad faciendum voſſitatem regis. De Lyra. 7. To.

* Putas quòd.

c. In quem Saul ſepius conſiliū di gratia cōueniebat, vbi etiam Dauid conſtitueat occidendū. Hieronymus.

8. Cras hoc tempore.

f. Neque enim tam graue eſt peccare, quā in peccatis peruenire. Chryſ. homi. 29. ſuper Geneſim.

9. Nec diſſido quin adhuc mihi viuenti, facias mecum.

10. Nec eum.

* Sed etiam.

11. Pepigit ergo Ionathas fœdus cum domo Dauid, dicens: Requirit Dominus per manus inimicorū Dauid.

12. Adiurate Dauid per dilectionem ſuam, qua illum diligebat.

13. Vacabit enim locus ſeſſionis tuæ.

* Per triduum.

14. Abſconditus fuiſti eo die quo tuum agebatur negocium.

15. Ante.

g. Calendæ dicebantur primus dies cuiuſlibet menſis, dies videlicet in quo innouatur Luna qui erat menſis principium, & ſolebat apud Hebræos ſemper eſſe ſolennis & celebris. Hinc factum eſt adagium, ad Calendas Græcæ, & Neomenias Latinas, quod Græci Calendis, Latini Neomeniis carere. 16. vt prioribus vicibus.

ſup. ro. e. i. q. i. Proph. cauit. c. Multa.

Joſ. 6. 12. + De pami. di ſim. ca. Verbuſſent. 4. Fugere autem. ſup. 17. d. Inſa. 28. c.



h. Putabat quòd David se ab-
sentare à mèsa sua, eò quòd in-
currisset aliquam irregularita-
tem, immunditiamve legalem,
& in confessione Philistinum
seu contactu rei immunde vel
ex concubitu propter quò im-
munditià nò fuisse idoneus esse
in mensa regis, in qua ad man-
ducandum ponebatur pars ali-
qua sacrificij in festo Neome-
niae immolari, de qua non lice-
bat edere immundi, quò usque
secundum legem purificati con-
sisterent, ad quam purificatio-
nem mora tēporis exigebatur.
Dionis. Cart.
17. Panem.

* Quesio.
18. Habet in ciuitate cognatio
nostra: & ob hoc
19. Iniqua rebellio, nōnne
scio.

20. Et ignominiam.
21. Non iam intra verba irā con-
tinent: proripuit se, & nactus ali-
còde piculum imperum in fi-
lium fecit, perpetrassetque im-
pium facinus, nō intercuru a-
micum fuisse cohibitus. Io-
sephus Antiq. lib. 6. cap. 12.

21. Dissimulatio.
22. Tempus quòd constituerat
ipsi David.
k. Quando David persecutionē
patiebatur à Saule fugiebat, &
inimicum non viscebat, &
Christi aduentum psallebat, &
sapientiam instruebat, & omnia
secundum consilium faciebat
spiritus, & deo placebat. Quan-
do uero propter concupiscentiā
ipse sibi accepit Bethaboe Vitis,
deo iam nō displicuit. Irenaeus
lib. 4. cap. 45.

* Qui secum erant.

23. In faciem suam super terrā
adorauit tribus vicibus.
24. Quò usque David excederet
in fleu.

l. Quia non solum deserebat Io-
nathan, sed & terram & cogna-
tionem suam. De Lyra. ibidem.

a. Nobe ciuitas foris Iudæ in-
ter Atimathiam & Iopen, & sa-
cerdotalis erat, sed illam Saul e-
uerit.

b. Ipse est Aia filius Achitob, fi-
lij Phinee filij Heli. Hieron. ibi.

c. Quod uero dominus in euan-
gelio Mar. 2. d. Abiathar princeps
sacerdotem Achimelech ap-
pellat, nihil habet de somnariis:
ambo etenim fuerunt illic eòdē
uicinis. David panes petiit &
accepit. Achimelech uidelicet,
princeps sacerdotum & Abia-
thar filius eius: Occiso autem
Achimelech à Saule cum uicis
domus sue generis sacerdotalis
87. fugit Abiathar ad David, &
comes factus totius exilij eius,
postea regnante eo, summi sa-
cerdotij gradum & ipse acce-
pit. Eucha. ibid.

d. Panes eius propositionis qua-
si corpus Christi de uxoribus cu-
libus confluentes edere nō
poterant. Hieron.

e. Mulier siquidem factusa fuit
à nobis, tan heri quàm nudius
tertius eius extrin.

f. Si uia prophana fuerit, & quò
to magis hodie sanctitas erit in
uasis.

* Die quò illi sublati erant.

g. In Doeche Idumæo, qui sacer-
dotes domini prodidit, Iude
proditoris persona signatur, per
quem operatus est diabolus, ut
eius prodicione facta in Chri-
sto, persecutionem postea eccle-
sia pateretur: & deciderentur
multi discipuli Christi & sacer-
dotes, & pro nomine eius perse-
cutionis ex illa pateretur. Eu-
cherius. ibidem.

h. Querens.

David, & non est locutus Saul quicquam in die illa. Cogitabat enim quòd fortè eue-
nisset ei, ut non esset mundus, nec purificatus. Cùmque illuxisset dies secunda post ka-
lendas, rursus apparuit vacuus locus David. Dixitque Saul ad Ionathan filium suū.
Cur non venit filius Isai nec heri, nec hodie ad¹⁷ uescendum? Responditque Ionathas
Sauli: Rogauit me obnixè, ut iret in Bethléhem, & ait: Dimitte me, quoniam sacri-
ficiū¹⁸ solenne est in ciuitate mea, vnus de fratribus meis accersuit me. Nunc ergo
si inueni gratiam in oculis tuis, vadam citò, & videbo fratres meos. Ob hanc causam
non venit ad mensam Regis. Iratus autem Saul aduersum Ionathan, dixit ei: Fili¹⁹ mu-
lieris virum vltrò rapientis, nunquid ignoro, quia diligis filium Isai in confusione
tuam, & in confusione²⁰ ignominiosā matris tuæ: Omnibus enim diebus, quibus
filius Isai vixerit super terram, nō stabilieris tu, neque regnum tuum. Itaque iam nunc
mitte & adhuc eum ad me, quia filius mortis est. Respondens autem Ionathas Sauli
patri suo, ait: Quare morietur? Quid fecit? arripuit Saul lanceam, ut percuteret eum.
Et intellexit Ionathas, quòd definitum esset à patre suo, ut interficeretur David. Sur-
rexit ergo Ionathas à mensa in ira furoris, & non comedit in die Kalendarū secunda,
panem: Contristatus est enim super David, eò quòd²¹ confudisset eum pater suus.
Cùmque illuxisset mane, venit Ionathas in agrum, iuxta²² placitum David, & puer
paruulus cum eo. Et ait ad puerum suum: Vade & affer mihi sagittas, quas ego iacio.
Cùmque puer cucurrisset, iecit & aliam sagittam trans puerum. Venit itaque puer
ad locum iaculi, quòd miserat Ionathas: Et clamauit Ionathas post tergum pueri, &
ait: Ecce ibi est sagitta porro ultra te. Clamauit iterum Ionathas post tergum pueri,
dicens: Festina velociter, ne steteris. Collegit autem puer Ionathæ sagittas, & attulit
ad dominum suum: & quid ageretur, penitus ignorabat. Tantummodo enim Iona-
thas & David rem nouerant. Dedit ergo Ionathas arma sua puero, & dixit ei: Va-
de, & defer in ciuitatem. Cùmque abiisset puer, surrexit David de loco qui vergebat
ad austrum, & cadens²³ pronus in terram adorauit tertio. Et osculantes se alterutrum,
fleuerunt pariter. David autem amplius. Dixit ergo Ionathas ad David: Vade in
pace: quæcunque iurauimus ambo in nomine domini dicentes: dominus sit inter
me & te, & inter semen tuum & semen meum, vsque in sempiternū. Et surrexit Da-
uid, & abiit: sed & Ionathas ingressus est ciuitatem.

*David in Nobe apud Achimelech profugus, præ nimia fame panes propositionis coram
Doeche Idumæo comedit. Inde ab Achimelech gladium Goliath accipiens, apud A-
chibis in Geth dementiam præ timore simulat.* X X I.



Enit autem David in^a Nobe ad Achimelech sacerdotem. Et obstupuit
Achimelech, eò quòd uenisset David, & dixit ei: Quare tu solus, & nul-
lus est tecū? Et ait David ad Achimelech sacerdotem: Rex præcepit mihi
fermonē, & dixit: Nemo sciat rem, propter quā missus es à me: & cuiusmo-
di præcepta tibi dederim. Nam & pueris meis condixi in illū & illum locū. Nunc igitur
si quid habes ad manū, vel quinque panes, da mihi: aut quicquid inueneris. Et re-
spondens sacerdos ad David, ait illi: Nō habeo laicos panes ad manū, sed tantū panem
sanctū. Si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus, manducant. Et respondit David
sacerdoti, & dixit ei: Et quidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri &
nudiustertius quando ingrediebamur, & fuerunt uasa puerorum sancta. Porrò uia
hæc polluta est, sed & ipsa hodie sanctificabitur in uasis. Dedit ergo ei sacerdos san-
ctificatū panem. Neque enim erat ibi panis, nisi tantum panes propositionis, qui sub-
leuati fuerant à facie domini: ut ponerentur panes calidi. Erat autem ibi vir qui-
dam de seruis Saul in die illa intus in tabernaculo domini, & nomen eius Doeche
Idumæus, potentissimus pastor Saul. Hic pascebat mulas Saul. Dixit autem
David ad Achimelech: Si habes hîc ad manum hastam aut gladium da mihi,
quia gladium meum & arma mea non tuli mecum: Sermo enim Regis vrgebat me.
Et dixit sacerdos: Ecce hic gladius Goliath Philistæi, quem percussisti in valle Ter-
binthi,

Infra. 25. b
133. q. 4. c. d.
25. q. 1. c. Ideo
§. His ita.
De consecra-
tione. c. Tri-
gradibus.

4. Mar. 2. a
Luc. 2. d
Luc. 6. a
25. q. 1. §. His
ita.

binthi,] est inuolutus pallio post Ephod. Si istum vis tollere, tolle. Neque enim hic est alius absque eo. Et ait David: Non est huic alter similis. Da mihi eum. Surrexit itaque David, & fugit in die illa à facie Saul, & venit ad Achis Regem Geth. Dixeruntque serui Achis ad eum, — cùm vidissent David:] Nunquid non iste est David Rex terræ? Nōnne huic cantabant per choros, dicentes: † percussit Saul mille, * & David decem milia: * ‡ Posuit autem David sermones istos in corde suo, & extimuit valde à facie Achis Regis Geth. † Et immutauit ‡ os suum coram Achis, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in] hostia portæ, defluebantque saluæ eius in barbam. Et ait Achis ad seruos suos: Vidistis hominem insanum, quare adduxistis eum ad me? An defunt nobis furiosi: quia introduxistis istum, vt fureret me præsentē? † Dimittite illum hinc: ne ingrediatur domum meam.]

David plurimis ad se susceptis ad Regem Moab profectus est, vnde Gad consilio in terram Iuda reuersus est. Saul autem per Doech Idumæum omnes sacerdotes Nobæ præter Abiathar qui ad David confugit, interficere fecit.

f. Ephod quandoque accipitur pro linea veste, quandoque pro veste sacerdotali. Gladius igitur ille inuolutus fuit pallio post Ephod. Vel quod primo fuit in uoluitur lineo panno, & super hunc pallio. Dionis. Cart.

* Suos.

* Sua.

g. Nec quod David simulauit insaniam, nec terra huiusmodi mendacia iudicanda sunt, sed locutiones actionis que propheticæ, ad ea que vera sunt intelligenda, referendæ. August. libro contra mendacium.

4. Eloquium suū in oculis eorum, & solum se simulauit inter manus eorum, & scribebat super.

5. Nōnne ueniet in domū meā vel hinc ingrediatur in domum meam?

XXII.

1. Saluatus est.

a. Locus est plenus cauernis & rupibus, & per consequens fugatiuis aptus, & etiam in forte Iuda. Propter quod David de tribu Iuda ad illum locum fugit securus. De Lira.

b. Masphat de qua in hoc loco ciuitas est in terra Moab in monte Galaad, ubi Iacob & Laban firmauerunt pactum, vt Genes. 31. Et hanc dedit Moyses tribui Gad in hereditatem trans Iordanem, vt patet Deuter. 2. 9. Altera est nominis eiusdem in tribu Iuda, de qua sup. 1. Re. 10. 2. Egre diatur.

3. Duxit.

c. Miro modo hic introducit Gad propheta, cū in præcedentibus nulla eius facta fuerit mentio. Sic itaque hic introducitur sicut Elias propheta in loco ubi dicitur: Et dixit Elias Thesiter de habitatoribus Galaad. Ex ore itaque domini Gad propheta dixit David, vt non moraretur inter gentes, & in terra polina, sed in terram Iuda rediret & ibi iuxta voluntatem domini persecutionem inimicorum ferret. Angelonius ibidem post Hieronymum. ibidem.

d. Cū Saul persequeretur virum sanctum David, confugit David ubi tutum putauit esse locum, transiens per sacerdotem quendam Achimelech, accepit ab eo panes, ubi figurauit etiam personam non tantum Regis, sed & sacerdotis: quia manducauit panes propositionis, quos sicut dixit dominus in euangelio, non licebat manducare, nisi solis sacerdotibus, & sequitur: Misit conuictus Saul, exhibuit sacerdoti, & omnes eius & interfecit occidi: Nemo autem est hominum regis Saul, nec iubente rege mittente manum in sacerdotem domini, sed ille qui prodiderat, sicut Iudas, qui à proposito suo non recessit, & vsque in finem perseverauit, occidit Doech iste manu sua, iubente Rege, sacerdotē & omnes eius, Deinde debellata est ciuitas etiam sacerdotum, Aug. in Psal. 51. 4. Et insidiaretur mihi hæc ipsa die.

5. Imperij tui auditum.

* Quæso.

e. Sed istud uidetur repugnare ei quod dictum est, quod cōsuluit pro eo dominum, inde uisibile est quod sciat de fugæ eius à facie Saul, & sic negotij sciuit. Dicendum quod David tantummodo uerbis generalibus quod periculum sibi immineret, & quod consuleret dominum, & rogauit sacerdotem vt oraret pro eo. De Lira.

6. Satellitibus, qui stabant iuxta eum.

7. Auri meæ.

* Veitruent.

1. Psal. 47. a. 1. Psal. 12. c. 1. Psal. 18. b. 1. Psal. 29. h. 1. Psal. 2. v. c. 1. Psal. 1. d.

7. q. 1. c. Om. 1. q. 1. d. 1. q. 1. d.



Biit ergo David inde, & † fugit in speluncam † Odollam. Quod cū audissent fratres eius, & omnis domus patris eius, descenderunt ad eum illuc. Et conuenerunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo, & factus est eorum princeps. Fueruntque cum eo quasi quadringenti viri. Et profectus est David inde in † Masphat, quæ est Moab. Et dixit ad Regem Moab: † Maneat Joro pater meus & mater mea uobiscum, donec sciam, quid faciat mihi deus. Et † reliquit eos ante faciem Regis Moab. Manseruntque apud eum cunctis diebus quibus David fuit in præsidio. Dixitque † Gad propheta ad David: Noli manere in præsidio. Proficiscere & uade in terram Iuda. Et profectus est David, & uenit in saltum Areth. Et audiuit Saul, quod apparuisset David, & viri qui erant cum eo. Saul autem cū maneret in Gabaa, & esset in nemore quod est in Rama, hastam manu tenens, cunctique serui eius circumstant eum, ait ad seruos suos qui assistebant ei: † Audite me nunc filij Iemini: Nunquid omnibus uobis dabit filius Isai agros & vineas, & uniuersos uos faciet Tribunos & Ceteriones? quoniam coniurastis omnes aduersum me, & non est qui mihi renuntiet, maxime cū & filius meus scædus inierit cum filio Isai? Non est qui uicem meam doleat ex uobis, nec qui annuntiet mihi: eò quod suscitauerit filius meus seruum meum aduersum me insidiantem mihi usque hodie. † Respondens autem Doech Idumæus, qui assistebat, & erat primus inter seruos Saul, uidi, inquit, filium Isai in Nobæ, apud Achimelech filium Achitob sacerdotem. Qui consuluisti pro eo dominum, & cibaria dedit ei. Sed & gladium Goliath Phiiistæi dedit illi. † Misit ergo Rex ad accersendum Achimelech sacerdotem filium Achitob, & omnem domum patris eius sacerdotum, qui erant in Nobæ. Qui uniuersi uenerunt ad Regem. † Et ait Saul ad Achimelech: Audi fili Achitob. Qui respondit: Præsto sum domine. Dixitque ad eum Saul: Quare coniurastis aduersum me tu & filius Isai, & dedisti ei panes & gladium, & consuluisti pro eo dominum, vt consurgeret aduersum me, † insidiator usque hodie permanens? Respondensque Achimelech regi ait: Et quis in omnibus seruis tuis sicut David fidelis, & gener regis, & pergens ad † imperium tuum,] & gloriosus in domo tua? Num hodie cœpi pro eo consulere dominum? Absit hoc à me. Ne suspicetur * Rex aduersum seruum suum rem huiusmodi, in uniuersa domo patris mei. † Non enim sciuit seruus tuus quicquam super hoc negotio, vel modicum vel grande. Dixitque Rex: Morte morieris Achimelech, tu & omnis domus patris tui. Et ait Rex † emissariis qui circumstant eum:] Conuertimini, & interficite sacerdotes domini. Nam manus eorum cum David est: scientes quod fugisset, & non indicauerunt † mihi.] † Noluerunt autem serui Regis extendere manus suas * in sacerdotes domini. Et ait Rex ad Doech: conuertere tu, & irruere in sacerdotes domini. Conuersusque Doech Idumæus, irruit in sacerdotes, & trucidauit in die illa octogintaquinque viros, vesti-

f. Pallio lineo, vel superhumerali, quo cæteri sacerdotis ornamenta tegebantur. Hieronymus.
8. Ipsi Dauid Abiathar quomodo.

g. Ego sum reus interfectionis patris tui & cognatorum ipsius. Vel quia culpabilis sum in eo quod non prædoci eos prædicer, silem post me rececissum. Vel quia occasione mei occisi sunt Dionysius Cart.
9. Quidem occiso sui cædit.
*Domus.

tos^f Ephod lineo. Nobis autem ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladij, viros & mulieres & paruulos & lactantes, bouemque & asinum & ouem, in ore gladij: Euadens autem vnus filius Achimélech filij Achitob, cuius nomen erat Abiathar, fugit ad Dauid: & annunciauit ei quòd occidisset Saul sacerdotes domini. Et ait Dauid ad Abiathar: Sciebam enim in die illa, quòd cum ibi esset Döech Idumæus, proculdubio annuntiaret Sauli. ^g Ego⁹ sum reus] omnium animarum^{*} patris tui. Mane mecum, ne timeas. Si quis quæserit animam meam, quæret & animam tuam, mecumque seruaberis.

Cum Dauid Ceilam à Philistæis liberasset, in desertum Ziph profugus à Ziphæis proditur: sedere autem cum Ionatha renouato, Dauidem Saul persequitur, donec ad Philistæos reuocatur.
XXIII.

a. Ceilam urbem, vocant à qua tota prouincia denominatur in sorte tribus iude, ab Hebron distans 8. miliaribus via ad Eleutheropolim, vbi Hier. ait adhuc tempore suo sepulchrum Habacucchi inscripti prophete.
2. Horrea.
b. Si ierimus ad bellandum cetera Philistæos, audiet nos Saul, & sic dato quod vicerimus Philistæos, oportebit nos pugnare contra Saul, & non poterimus propter laborem belli præcedere. De Lyra.

a. Formidolosi sumus.
c. Iumenta quæ adduxerunt Philistæi ad asportandum blada Iudæorum in terram suam, abstulit à Philistæis, & ea remouit à Ceila. Dionysius Cart.
d. Ephod illud quod fugiens Abiathar secum detulerat ad Dauid in Ceila; Ephod illud erat, quod iubente domino Moyses fecerat in deserto: in quo erat doctrina & veritas, in quo etiam consultat sacerdos dominum. Hieron. ibi.

3. Deserebat manu sua Ephod.
4. Intrando ciuitatem portas & velle habebat.

5. Audiendo audiuit.
e. Hoc est, si descenderit Saul, & hic se inueniet, tradent re vici Ceilæ in manus eius: Sed & si hic steterit, Saul descendet. Hieron. ibi. Et merito viri Ceilæ, sicut quod ingrati beneficiis Dauid existerant, et eos de manibus Philistæorum eruebat, significabatur infidelitatem seu inconstantiam Iudæorum, qui redemptoris nostri semper perierat ingrati apud seculi potentates semper insidiabantur. Angeli Ionius.

6. Præsidis.
f. Non quòd semper eum actu quæreret, sed semper habebat voluntatem quærendi, si facultas capiendi se offerret, vel quia nõ semper per se, sed per exploratores quærebat. De Lyra.

g. Ionathas filius Saul haud magno negotio inuenit ipsum Dauid in sylua, quia illi amicicia coniunctissimus ad confortandum illum perquisiuit, dixitque ei. Ne timeas, neque enim inueniet manus Saul patris mei. Cyril. in Ioan. lib. 6. cap. 20.

7. Præsidis in sylua, quæ est iuxta collem.
*O rex.

8. Miserti estis mei.

9. Aduertite, & videte locum eius in quo fuerit.
10. Dicitur est enim mihi, quòd ipse callidus sit, & callide agat.

11. Cum certo responso.
h. Ziph, oppidum in monte salutis deserto confinis, in finibus Eleutheropolis, ab Ebron sex miliaria distans.

ET annunciauerunt Dauid, dicentes: Ecce Philistiim oppugnant^a Ceilam, ^A 107.6.11. & diripiunt¹ areas. Consuluit ergo Dauid dominum, dicens: num vadam & percutiam Philistæos istos: Et ait dominus ad Dauid: Vade, & percuties Philistæos, & saluabis Ceilam. Et dixerunt viri, qui erant cum Dauid, ad eum:^b Ecce nos hic in Iudæa² consistentes timemus, quantò magis si ierimus in Ceilam aduersum agmina Philistinorum? Rursum ergo Dauid consuluit dominum. Qui respondens, ait ei: Surge & vade in Ceilam, ego enim tradam Philistæos in manu tua. Abiit ergo Dauid & viri eius in Ceilam, & pugnavit aduersum Philistæos. Et abegit^c iumenta eorum, & percussit eos plaga magna: & saluauit Dauid habitatores Ceilæ. Porro eo tempore quo fugiebat Abiathar filius Achimélech ad Dauid in Ceilam:^d ³ Ephod secum habens, descenderat. Nunciatum est autem Saul, quòd venisset Dauid in Ceilam. Et ait Saul: Tradidit eum dominus in manus meas, conclusisque est^e introgressus urbem, in qua portæ & seræ sunt.^f Et præcepit Saul omni populo, vt ad pugnam descenderet in Ceilam, & obsideret Dauid & viros eius. [†] Quod cum rescisset Dauid quia præpararet ei Saul clam malum, dixit ad Abiathar sacerdotem: Applica Ephod. Et ait Dauid: Domine deus Israel, [†] audiuit famam] seruus tuus, quòd disponat Saul venire in Ceilam, vt euertat urbem propter me:^g Si tradent me viri Ceilæ in manus eius, & si descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus: domine deus Israel, indica seruo tuo. Et ait dominus: Descendet. Dixitque rursum Dauid: Si tradet me viri Ceilæ, & viros qui sunt mecum, in manus Saul? Et dixit dominus: Tradent. Surrexit ergo Dauid & viri eius, quasi sexcenti, & egressi de Ceila, huc atque illuc vagabantur incerti. Nunciatumque est Saul, quòd fugisset Dauid de Ceila, & saluatus esset, quamobrem dissimulauit exire. Morabatur autem Dauid in deserto in⁶ locis firmis, [†] mansitque in monte solitudinis Ziph & in monte opaco. [†] Quærebat eum tamen Saul cunctis diebus, & non tradidit eum dominus in manus eius. [†] Et vidit Dauid quòd egressus esset Saul, vt quæreret animam eius. Porro Dauid erat in deserto Ziph, in sylua. [†] Et surrexit Ionathas filius Saul, & abiit ad Dauid in syluam, & confortauit manus eius in deo, dixitque ei, Ne timeas, Neque enim inueniet te manus Saul patris mei. Et tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus. Sed & Saul pater meus scit hoc. Percussit ergo vterque fœdus coram domino. Mansitque Dauid in sylua. Ionathas autem reuersus est in domum suam. Ascenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes: Nõne ecce Dauid latitat apud nos in⁷ locis tutissimis syluæ in colle] Achillæ, quæ est ad dextram deserti? Nunc ergo, ^{*} sicut desiderauit anima tua vt descenderes, descende, nostrum autem erit, vt tradamus eum in manus Regis. Dixitque Saul, Benedicti vos à domino, quia⁸ doluistis vicem meam. Abite ergo oro, & diligentius præparate, & ⁹ curiosius agite, & considerate locum vbi sit] pes eius, vel quis viderit eum ibi, & vbi dixistis. [†] ¹⁰ Recogitat enim de me, quòd callide insidiet ei. [†] [†] Considerate & videte omnia latibula eius, in quibus absconditur, & reuertimini ad me¹¹ ad rem certam, vt vadam vobiscum. Quòd si etiam in terram se obstruxerit, perscrutabor eum in cunctis milibus Iuda. At illi surgentes abierunt in^h Ziph ante Saul.

† Infr. 30. d

Infr. 26.

Saul. Dauid autem & viri eius erant in desertoⁱ Maon, in campestribus ad dexteram Iefimon. Iuit ergo Saul & socij eius ad quarendum eum. Et nunciatum est Dauid, Satimque descendit ad petram, & verfabatur in deserto Maon. Quod cum audisset Saul, persecutus est Dauid in deserto Maon. Et ibi Saul & viri eius ad latus montis ex parte vna: Dauid autem & viri eius erant in latere montis ex parte altera.^k Porro Dauid^{l2} desperabat se posse euadere a facie Saul. Itaque Saul & viri eius in modum coronæ]cingebant Dauid & viros eius, vt caperent eos. Et nuncius venit ad Saul, dicens: Festina & veni, quoniam infuderunt se Philistiim super terram. Reuersus est ergo Saul^{l3} desistens persequi] Dauid: & perrexit in occursum Philistinorum. Propter hoc vocauerunt locum illum petram^{l4} diuidentem.

Dauid in spelunca Engaddi latitans oram chlamydis Saulis persequentis abscondit, vnde a seruis Dauidis liberatus culpam agnoscit, & Dauidi medio iuramento reconciliatur. XXIIII.

i. Maon, desertum confine deserto Cameli & deserto Pharan, & est eiusdem nominis ciuitas iuxta illud desertum ad dextram Iefimon, quam Dauid diuisimè incoluit.
k. Sed videtur quod in hoc dauid fuerit in fide, quia per reuelationem diuinam certitudinaliter habuerat ipsum fore regem pro Saule. Dicendū quod non desperabat euasione pro sua persona, quia certus erat de impletione diuini promissifid. desperabat se posse euadere absque bello cum Saule, quod quidem bellum horrebat, quia timebat de morte virorum suorum, & aliquorum qui erant ex Saule, eum sequentium in hoc magis inuoluntariè quam voluntariè. De Lyra.
l2. Anxius fuit quomodo posset.
l3. A persequente.
l4. Diuisionum.

iosue. 5. 13.



Ascendit ergo Dauid inde: & habitauit in locis tutissimis] Engaddi. Cumque reuersus esset Saul, postquam persecutus est Philistas, nunciauerunt ei, dicens: Ecce Dauid in deserto est Engaddi. Assumens ergo Saul triamilia electorum virorum ex omni Israel, perrexit ad inuestigandum Dauid & viros eius, etiam super abruptissimas petras] quæ solis ibicibus peruiæ sunt. Et venit ad caulas ouium] quæ se offerebant vianti,] eratque ibi spelunca, quam ingressus est Saul, vt purgaret ventrem.] Porro Dauid & viri eius, in interiore parte speluncæ latebant. Et dixerunt serui Dauid ad eum: Ecce dies de qua locutus est dominus ad te: ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei, sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo Dauid, & præcidit oram chlamydis Saul silenter. Post hæc percussit cor suum Dauid eò quod abscondisset oram chlamydis Saul. Dixitque ad viros suos: Propitius sit mihi dominus, ne faciam hanc rem domino meo Christo domini, vt mittam manum meam in eum, quia Christus domini est. Viuit dominus, quia nisi dominus percusserit eum, aut dies eius venerit, vt moriatur, aut descēdens in prælium perierit, propitius mihi sit dominus, vt non mittam manum meam in Christum domini.] Et confregit Dauid viros suos sermonibus istis, & non permisit eos, vt cōsurgerent in Saul. Porro Saul exurgens de spelunca, pergebat cœpto itinere. Surrexit autem Dauid post eum, & egressus de spelunca, clamauit post tergum Saul, dicens: Domine mi Rex. Et respexit Saul post se, & inclinans se Dauid pronus in terram, adorauit. Dixitque ad Saul: Quare audis verba hominū loquentium: Dauid quærit malū aduersum te? Ecce hodie viderunt oculi tui, qd tradiderit te dominus in manu mea, in spelunca: & cogitauit] vt occideret te, sed pepercit tibi oculus meus. Dixi enim: Non extendam manum meam in dominum meum, quia Christus domini est. Quin potius pater mi vide, & cognosce] oram chlamydis tuæ in manu mea: quoniam cum præciderem summitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te. Animaduerte & vide quoniam non est in manu mea malum neque iniquitas: neque peccavi in te. Tu autem insidiaris animæ meæ, vt auferas eam. Iudicet dominus inter me & te: & vlciscatur me dominus ex te: manus autem mea non sit in te: sicut dicitur in prouerbio antiquo. Ab impijs egredietur impietas. Manus ergo mea non sit in te. Quem persequeris rex Israel: quem persequeris? Canem mortuum persequeris, & pulicem vnum. Sit dominus iudex, & iudicet inter me & te: & videat & iudicet causam meam, & eruat] me de manu tua. Cum autem compleisset Dauid loquens sermones huiuscemodi ad Saul, dixit Saul. Nunquid vox hæc tua est fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocem suam, & fleuit: dixitque ad Dauid: Iustior tu es quàm ego.] Tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. Et tu indicasti mihi hodie, quæ feceris mihi bona, quomodo tradiderit me dominus in manu tua, & non occideris me. Quis enim cum inuenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona? Sed dominus reddat tibi vicissitudinem hanc, pro eo quod hodie operatus es in me. Nunc quia scio, quod certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Is-

† q. n. Domini. 2. q. 7. Perungue.

† Dep. dist. 2. Ve cognouerunt. 3. opponitur.

† infra. 26. b

† Dep. dist. 2. cap. 10. Ve cognouerunt. 3. opponitur. vna mediū.

1. Prædidit.
2. Engaddi ciuitas palmarum. iuxta ciuitatem salis ab Ierusalem 300. stadiis distans. In cuius agro nascitur palma & balsamum, & opobalsamum.

2. In summitatibus petrarum.
b. Hircis syluestribus.
c. Caula tabulū Latine ab & Graeco, quod aulam designat, cui si e, addideris, caulā facies.
3. In itinere.
4. Contegeret pedes suos.
d. Non enim erat iustus occidere, sed neque prohibitus, imo etiam diuinitus auctorat se impune facere quicquid velle inimico, & tamen tantam potestatem ad manifestandum cōtulit. Aug. cōtra Adimantum. c. 17.
† In manum tuam.
* Quare erat super.
† Absit à me, vt oram domino faciam rem istā domino meo.
e. Hæc propositio detracta est à 26. cap. sequenti b.

f. Quam honestū quod Dauid cum potuisset regi inimico nocere, maluit parcere. Quam etiā velle, quia successori hoc profuit, vt discedent omnes fidem Regi proprio seruare, nec vlturpare imperium, sed vereri. Itaque vt honestas vilitati prælatā est, & vilitas secura est honestatem. Ambros. offic. 3. cap. 9.

6. Dixit quidam.
g. Saul regem accepit Dauid inuicem potestatem, vt ei faceret quod velle: & legit potius parere quàm occidere. Non enim erat iustus occidere, sed neque prohibitus: imò etiam auctorat diuinitus se impune facere quicquid velle inimico. Aug. contra Adimantum.
7. Iterum vide.
h. Nō quod cuperet puniri Saul, aut de illo penas sumi, sed vt illi formidinet inuicere venturæ condemnationis commemoratione. Chrysof.
i. In hoc enim dicebatur quando dominus per aliquem malū furebat vindictam de alio peiore, vel æquē malo, & quia Dauid sentiebat se innocētē, nolebat quod talis vindicta per ipsum fieret de Saule: sed si deo velle facere per aliquē malum hominem faceret. De Lyra.
8. Vlsciscatur.
9. k. Me es, suam ipsius damnat malitiam, ac iusti virtutem prædicat, nullōque cogente se se purgat. Chrysof. de Dauid & Saule.

l. Saul nō nisi ex Dauidis agnouit moribus, qui deum haberet adiutorem. Chrysof. ibidem.

rael, iura mihi in domino, ne deleas semen meum post me, neque auferas semen meum de domo patris mei. ^m Et iurauit Dauid Sauli. Abiit ergo Saul in domum suam, & Dauid & viri eius ascenderunt ad tutiora loca.

Mors Samuelis plangitur, Dauid mortem Nabal victum neganti minatus, Abigail precibus placatur: quam simul & Achinoem, Michol alteri traditæ, cepit in connubium. XXV.



^a Mortuus est autem Samuel, & congregatus est vniuersus Israel, & planxerunt eum nimis, & sepelierunt eum in domo sua in ¹ Ramatha. Consurgenque Dauid, descendit in desertum Pharan. Erat autem vir quispiam in solitudine ^b Maon, & possessio eius in Carmelo: & homo ille magnus nimis, erantque ei oves tria milia, & mille caprae. Et accidit vt tonderetur grex eius in Carmelo. Nomen autem viri illius erat ^c Nabal, & nomen vxoris eius Abigail. Eratque mulier illa prudentissima & speciosa. Porro vir eius durus, & ² pessimus, & malitiosus: Erat autem de genere Caleph. Cum autem audisset Dauid in deserto, quod tonderet Nabal gregem suum, misit decem iuuenes, & dixit eis: Ascendite in Carmelum, & venietis ad Nabal, & ³ salutabitis] eum ex nomine meo ⁴ pacifice, & sic dicitis: ⁵ Sit fratribus meis & tibi pax, & domui tuæ pax: & omnibus quæcunque habes, sit pax. Ex multis annis saluos faciens tuos, & omnia tua. ⁶ Audiui quod ⁷ tonderent pastores tui greges tuos, qui erant nobiscum in deserto. Nunquam eis molesti fuimus: nec aliquando defuit eis quicquam — de grege] omni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo. Interroga pueros tuos, & indicabunt tibi. Nunc ergo inueniant pueri tui gratiam in oculis tuis: In die enim bona venimus — ad te. Quodcunque inuenierit manus tua, de seruis tuis, & filio tuo Dauid. Cumque venissent pueri Dauid, locuti sunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine Dauid, & siluerunt. Respondens autem Nabal pueris Dauid, ait: Quis est Dauid, & quis est filius Isai? Hodie increuerunt serui, qui ⁷ fugiunt dominos suos. Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum quæ occidi tonforibus meis, & dabo viris, quos nescio vnde sint? Regressi sunt autem pueri Dauid per viam suam, & reuersi venerunt, & annunciauerunt ei omnia verba ⁸ quæ dixerat Nabal. Tunc ait Dauid pueris suis: Accingatur vnusquisque gladio suo. Et accincti sunt singuli gladiis suis. ⁹ Accinctusque est & Dauid ense suo, & secuti sunt Dauid quasi quadringenti viri: Porro ducenti remanserunt ad sarcinas. Abigail autem vxori Nabal, nunciavit vnus de pueris suis, dicens: Ecce Dauid misit nuncios de deserto, vt ⁹ benedicerent domino nostro: & auersatus est eos. Homines isti boni ¹⁰ satis] fuerunt nobis & nõ molesti: nec quicquam aliquando periit omni tempore quõ fuimus conuersati cum eis in deserto. Pro muro erant nobis, tam in nocte quàm in die, omnibus diebus quibus pauimus apud eos greges. Quamobrem considera & recogita quid facias: quoniam ¹¹ completa est malitia aduersum virum tuum,] & aduersum domum tuam, & ipse ¹² filius est Belial: ita vt nemo possit ei loqui. ¹³ Festinauit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, & duos vtres vini, & quinque arietes coctos, & quinque sata polentæ, & centum ligaturas vuarum passarum, & ducentas massas caricarum, & posuit super asinos, dixitque pueris suis: Præcedite me, & ecce ego post tergum sequar vos. ¹⁴ Viro autem suo Nabal non indicauit: cum ergo ascendisset asinum & descenderet ad radicem montis: Dauid & viri eius descenderunt in occursum eius. Quibus & illa occurrit. Et ait Dauid: Verè frustra seruauimus omnia quæ huius erant in deserto, & non perit quicquam de cunctis quæ ad eum pertinebant: & reddidit mihi malum pro bono. ¹⁵ Hæc faciat dominus inimicis Dauid, & hæc addat, si reliquero de omnibus quæ ad ipsum pertinent, vsque mane, mingentem ad parietem. Cum autem vidisset Abigail Dauid, festinauit, & descendit de asino, & pròcidit coram Dauid super faciem suam, & ¹⁶ adorauit super terram,] & cecidit ad pedes eius, & dixit: In me sit domine mi hæc iniquitas. Loquatur obsecro ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ. Ne ponat oro dominus meus Rex cor suum super virum ¹⁷ istum iniquum] Nabal: quoniam ¹⁸ secundum nomen suum stultus

m. Iurauit quod nõ deleat semen eius in toto. Verum tamen pollex ad instanciam Gabonitarum occidit filios filie Saul, non tamen deleuit totaliter posteros Saul, ne illo occidit nisi ex voluntate & exactione diuina. Dionys. Carr.

a. Mortuus est Samuel septem mensibus ante Saulem. Alij dicunt secundo ante Saulis Regis obitum anno mortuum. 1. Rama.

b. Carmelus & Maon vrbes sũt iuxta desertum Pharan.

c. Nabal ab Hebræis dicitur filius Aram, filij Caleb, filij Esro, filij Phares, filij Iuda. Hunc dicit Hieron. eum esse qui i. Para. cap. 2. dicitur Gezez. 2. Malis moribus.

3. Interrogabitur.

4. Non in pace viuit. 5. Sic valens, vt sit in pace, & domus tua in pace, & quicquid habes in pace.

d. Dauid & viri eius pacifice conuersati fuerant cum pastoribus Nabal, & licet possent omni die accipere quod habebant, nunquam tamen illis molesti fuerant, sed eos & gregem eorum secure seruauerunt à seris & predonibus. De Lyra. ibidem.

6. Tonduentes sint tibi inuine autem pastores quos habes, fuerunt nobiscum.

e. Tunc quippe reddidit ei malum pro bono, quando blasphemauit eum conuiciando, & dixit: Quis est Dauid & quis est filius Isai? Hodie increuerunt serui, qui fugerunt dominos suos. Hieron. ibidem.

7. Se separant à facie dominorum suorum.

8. Hæc.

f. Tunc Dauid accinctus armis voluit eum deperdit. At Abigail obiit Dauid, interpellens pro se & pro domo sua, quem vir eius stulticia & obriitate sopitus offenderat. Eucherius.

9. Saluaret dominum nostrum sed ille inuictus est in eos, 10. Valde.

11. Occasio mali est contra dominum nostrum.

12. Vt filius belial locutus est contra eum.

13. Occurrit Abigail vxor Nabal, & tulit ei necessaria que postulat. Suppliciter eum rogauit, flexit, & à mariti sanguine reuocauit. Iurauit Dauid tunc, sed nõ impleuit iurationem maiore pietate iurauerat Dauid se illum occisurum. Erat enim armatus. Et quod facile fuerat, & iustum se facere ita persuadente videbatur, incautus iurationem fudit, & cepit ire vt faceret quod iurauerat. August. sermone 11. de sanctis.

14. Iurauit Dauid per deum occidere Nabal virum stultum & impium: neque omnia que ad eum pertinebant demonstrari, sed ad primam intercessionem Abigail femine prudentis, mox remisit minas, & caueat in sem in vaginam, neque aliquid culpe se pro tali peritio contraxisse doluit. Beda homil. 4. 4.

15. Incurruant se vsque in terram.

16. Belial.

17. Ipse est vt sonat nomen eius. Nabal est nomen eius, nam stultitia est.

10. 6. 11. 1. Eccle. 4. 6. d. Infra. 28. a.

Supra. 21. a.

11. 9. 4. 6. 9. Quod Dauid ca. Iurauit & c. Si aliquid De ierem. 2. Et c. Chail.

^E stultus est: & est stultitia] cum eo. ^F Ego autem ancilla tua non vidi pueros tuos¹⁶ domine mi,] quos misisti. Nunc ergo domine mi, vivit dominus, & vivit anima tua, qui prohibuit te ne venires in sanguinem, & salvavit manum tuam tibi. Et nunc ^F fiant sicut Nabal inimici tui, & qui quærunt domino meo malum. ^K Quapropter suscipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo, & da pueris qui sequuntur te dominum meum. Aufer iniquitatem famulæ tuæ. Faciens enim faciet dominus tibi domino meo domum fidelem: quia prælia domini domine mi tu præliaris: ¹ Malitia ergo non ¹⁷ inueniatur] in te, omnibus diebus vitæ tuæ. Si enim surrexerit aliquando homo persequens te, vel quærens animam tuam, erit anima domini mei custodita, quasi in fasciculo viuentiū apud dominū deum tuū. Porro inimicorū tuorum anima rotabitur, quasi in impetu & circulo fundæ. ^M Cū ergo fecerit tibi dominus domino meo omnia hæc, quæ locutus est bona de te: & constituerit te ducem super Israel, non erit tibi hoc in ¹⁸ singultū, & in scrupulum] cordis domino meo, quòd effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te vltus fueris. Et cū benefecerit dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ: & tu benefacies ei.] Et ait Dauid ad Abigail: ^N Benedictus dominus deus Israel qui misit te hodie in occursum meum: & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & vltiscerer me manu mea. [†] Alioquin vivit dominus deus Israel, qui prohibuit me ne malum facerem tibi: nisi citò venisses in occursum mihi, non remansisset Nabal vsque ad lucem matutinam, ^O mingens ad parietem. Suscepit ergo Dauid de manu eius, omnia quæ attulerat ei, dixitque ei: Vade pacificè in domum tuam. Ecce audiui vocem tuam, & honoravi faciem tuam. Venit autem Abigail ad Nabal. Et ecce erat ei conuiuium in domo eius, quasi conuiuium Regis, & cor Nabal iucundum. ^{*} Erat enim ebrius nimis: & non indicauit ei verbum pusillum aut grande, vsque ¹⁹ mane.] ^P Diluculo autem cū digessisset vinum Nabal, indicauit ei vxor sua verba hæc. ^Q Et mortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis. Cūque pertransissent decem dies, percussit dominus Nabal, & ¹ mortuus est. Quod cū audisset Dauid mortuum esse Nabal, ait: Benedictus dominus qui ²⁰ iudicauit] causam opprobrij mei de manu Nabal, & seruum suum custodiuit à malo, & malitiam Nabal reddidit dominus in caput eius. Misit ergo Dauid, & locutus est ad Abigail, vt sumeret eam sibi in vxorē, & venerunt pueri Dauid ad Abigail in [†] Carmelū, & locuti sunt ad eam, dicentes: Dauid misit nos ad te, vt accipiat te sibi in vxorem. Quæ confurgens ²¹ adorauit prona] in terram, & ait: Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruatorum domini mei. Et festinauit, & surrexit Abigail, & ascendit super asinū: & quinque puellæ ierunt cum ea pedisequæ eius. [†] Et secuta est nuncios Dauid, & facta est illi vxor. Sed & Achinoem accepit Dauid de Iezrael, & fuit vtraque vxor eius. Saul autem dedit Micol filiam suam, vxorem Dauid, [†] Phalti filio Lais: qui erat de Gallim.

16. Domini mei.
i. Vt pereant sicut Nabal in stulticia sua. Hieron.
k. Placida verba ac mitia iracundia concitatum animum mitigare solent, & ad mansuetudinem reducere. Quod nobis ipse Dauid suo prode exemplo cuius distictum mucronem in totius domus Nabal exterminis, ipsa Abigail vxor eius suauiloquentia & humanitate vagina recodidit, & a cruoris effusione immunè reddidit. Cyril. in Ioannem. lib. 7. c. 11.
l. Nunquam inhereat tibi malitia, ita vt post rationabilè monitionē & persuasionem perueres in malo. Hoc addit prudens hæc femina ad innuendū quòd si Dauid occidisset ipsum Nabal nullo inrecedente, occurrente & satisfaciente pro illo, potuisset hoc ascribi passioni iæ pueris quam malitia. Dionisius Cart. ibidem.
17. Inuentū est.
m. Abigail allegat pacem concientie ipsius Dauid futuram, cū fecerit illi dominus omnia hæc bona quæ locutus fuerat illi. De Lyra.
n. Turbatum est cor Dauid aduersus Nabal hominem pestilentem, & gratiam reperit dum occurrit Abigail, quæ mitigaret commotionem indignationis, & sanctificationem benedictionis acciperet. At verò Nabal duro & rigido corde verbi vxoris ferre non potuit, & obstupescit obriquo & in morte incidit. Ambr. in Psal. 17.
o. Primo exponitur quòd intendebat Dauid occidere omnes masculos domus Nabal. Secundo quòd omne viuens in domo eius volebat perire: in tantū quòd nec canibus, nec iumentis voluerit parere. Dio. Cart. ibi.
* Intra ipsum.
19. In die sequentis lucem.
p. Iracundos melius corrigimus, si in ipsa præ commotione declinamus. Perturbati enim quid audiant ignorant. Gloz. ordin. post D. Grego.
q. Dauid sanctus eū à Nabalo Carmelio contumelie pertulisset iniuriam, quia se ipse vlticè distulit, vltionē suam deo excecuto percipit. Ex isto itaque paulò post aduersario suo, & manu casti obuto, sic locutus est. Benedictus dominus, &c. Saluianus lib. 2.
20. Viudicauit.
r. Hic Carmelus est in terra Iuda ad Austrum, iuxta montem Seir, non procul ab Hebron, in deserto Maun, qua ierit in Aegyptum. Huius hominis villa in decimo lapide ab Hebron. Hierony. tempore erat.
21. Incurauit se faceremus, f. Phalti autem, vt Hebræi tradit, nō cognouit Michol, quia nunquā Dauid eam sibi seclatset postea quia in lege penitus huiusmodi coitus prohibebatur. Hieron. ibid. Angelonius.

Dauid à Zipheis apud Saulem proditus, hastam & scyphum dormienti Sauli abstulit, quod Saul agnoscens, culpam fatetur, veniamque precatur. X XVI.

106. 6. 21. 7. 20. 23. c.

^A T venerunt ¹ Zipheis ad Saul in Gabaa, dicentes: Ecce Dauid absconditus est in colle Achille: quæ est ex aduerso ¹ solitudinis.] Et surrexit Saul, & descendit in desertum Ziph, & cum eo tria milia virorum, de electis Israel, vt quæreret Dauid in deserto Ziph. Et castrametatus est Saul in Gabaa Achillæ, quæ erat ex aduerso ² solitudinis] in via. Dauid autem habitabat in deserto. ^b Videns autem quòd venisset Saul post se in desertum, misit exploratores, & didicit quòd illuc venisset certissimè. Et surrexit Dauid clam, & venit ad locum ubi ³ erat] Saul. ^c Cūque vidisset locum in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner, Princeps militiæ eius, & Saulem dormientem in tentorio, & reliquum vulgus per circuitum eius, ait Dauid ad Achimélech Ethæum, & Abisai filium Saruiæ fratrem Ioab dicens: Quis descendet mecum ad Saul in castra? Dixitque Abisai: Ego descendam

1. Hi Zipheis iam secundo Dauid apud Saulem produnt, volentes gratiam prestare Sauli, Hierony. 1. Tesimon.
2. Tesimon.
b. Dauid fugiens à facie Saul castra Regis ingressus est: & eū dormientem inuenisset, nō percussit, non occidit, sed solā lanceam quæ ad caput eius fixa erat, & scyphum aquæ qui erat ad caput eius, sustulit. Dormientibus eū, egressus de castris, transiit in cacumen montis, Eucherius.
3. Castra posuerat.

c. David enim habuit duas foras, vna earum vocata est Abigail, de qua natus fuit Amasai princeps militiae Absalon. Altera Sara, de qua natus est Ioab & Abisai, & sic isti erant nepotes David. De Lyra. ibidem.

d. Quoniam videbat David hanc philosophiam superare penes naturam humanam, coelestique opus habere in mente, sequere pro modo modum laboratum ad eum, perinde enim de hoste quasi de filio loquitur. Chryl. homil. de David & Saul.

e. David fugiens a facie Saul castra regis ingressus est, & cum dormientem inuenisset, non percussit, non occidit, sed solam lanceam eius quae erat ad caput eius fixa, & scyphum aquae qui erat ad caput eius effudit. Dormientibus eundem egressus de castris transiit in caeuum montis. Eucherius.

4. In vltiorem locum.

5. Audis.

6. Ad.

f. Videat David quasi ironice loqui. Vel si seriosus, aut interrogatiue hoc protulit, verum est quod Abner fuit vir valde precipuus, fixax, fortis, & eminens. Dionysius. Car. ibidem.

g. Filij mortis id est qui viri mortis, hoc est viri mortis obnoxij, sicut viri sanguinum, viri iniquitatis, viri bellicij, filij sceleris & flagitij, & malitia pleni, impleti omni peccato & flagitio, & equum que pona digni, phtasi Hebraea elegans, & in sacra scriptura frequens.

h. Patientia mea in persecutio sic ista sit accepta coram deo, ac si offerrem holocaustum ad altare suum. De Lyra.

7. In presentia & conspectu domini.

8. Quis perdicem.

i. Hoc est, hac nocte praeseruaui me a perditione, & custodisti me tanquam thesaurum preciosum. Et vtique preciosa fuit anima Saulis in oculis David, qui noluit ipsam occidere in statu illo vitioso, in quo tunc fuit in quo si tunc eum occidisset, anima eius fuisset damnata. Dionysius. Car.

9. Supremo dum errauit.

k. Neque dixit in Regem, sed in Christum domini non ab humano honore, sed a celesti sum pro iudicio honorifico testimonio. Chryl. de David & Saule.

tecum. Venerunt ergo David & Abisai ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentem & dormientem in tentorio, & hastam fixam in terra ad caput eius: Abner autem & populum dormientes in circuitu eius. Dixitque Abisai ad David: Conclussit deus inimicum tuum hodie in manus tuas: Nunc ergo perfodiam eum lancea in terra semel, & secundo opus non erit. Et dixit David ad Abisai: Ne interficias eum. Quis enim extendet manum suam in Christum domini, & innocens erit? Et dixit David: Viuit dominus: quia nisi dominus percussisset eum, aut dies eius venerit, vt moriatur, aut in praelium descendens perierit, propitius mihi sit dominus, ne extendam manum meam in Christum domini. Nunc igitur tolle hastam quae est ad caput eius, & scyphum aquae, & abeamus. Tulit igitur David hastam, & scyphum aquae, qui erat ad caput eius, & abierunt. Et non erat quisquam qui videret, & intelligeret, & euigilaret, sed omnes dormiebant, quia sopor domini irruerat super eos. Cumque transisset David ex aduerso, & stetit in vertice montis de longe: & esset grande interuallum inter eos, clamauit David ad populum, & ad Abner filium Ner, dicens: nonne respondebis Abner? Et respondens Abner ait: Quis es tu qui clamas, & inquietas Regem? Et ait David ad Abner: Nunquid non vir tu es? Et quis alius similis tui in Israel? Quare ergo non custodisti dominum tuum Regem? Ingressus est enim vnus de turba, vt interficeret Regem dominum tuum. Non est bonum hoc quod fecisti. Viuit dominus, quoniam filij mortis estis vos, quia non custodistis dominum vestrum, Christum domini. Nunc ergo vide vbi sit hasta Regis, & vbi sit scyphus aquae, qui erat ad caput eius. Cognouit autem Saul vocem David, & dixit: Nunquid vox haec tua fili mi David? Et ait David: Vox mea domine mi rex. Et ait: Quam ob causam dominus meus persequitur seruum suum? Quid feci, aut quod malum est in manu mea? Nunc ergo audi oro domine mi rex, verba serui tui. Si dominus incitat te aduersum me, odore tur sacrificium: Si autem filij hominum, maledicti sunt in conspectu domini, qui eiecerunt me hodie, vt non habitet in hereditate domini, dicentes: vade, serui diis alienis. Et nunc non effundatur sanguis meus in terra coram domino: quia egressus est Rex Israel, vt quaereret pulicem vnum, sicut persequitur perdix in montibus. Et ait Saul: Peccasti: Reuerte fili mi David. Nequaquam enim vltra tibi malefaciam, eod quod preciosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie. Apparet enim quod stulte egerim, & ignorauerim multa nimis. Et respondens David, ait: Ecce hasta Regis, transeat vnus de pueris Regis, & tollat eam. Dominus autem retribuet vnique secundum iustitiam suam, & fidem. Tradidit enim te Dominus hodie in manum meam, & nolui extendere manum meam in Christum domini. Et sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis domini, & liberet me de omni angustia. Ait ergo Saul ad David, Benedictus tu fili mi David. Et quidem faciens facies, & potens poteris.

David apud Achis profugus, urbem Siceleg ab eo obtinuit in hereditatem Regum Iuda, vnde plurimas quotidie praedas exercebat. XXVII.



Abiit autem David in viam suam, & Saul reuersus est in locum suum. Et ait David in corde suo, Aliquando incidam vna die in manus Saul. Nonne melius est vt fugiam, vt saluer in terra Philistinorum, vt desperet Saul, cessetque me quaerere in cunctis finibus Israel? Fugiam ergo manus eius. Et surrexit David, & abiit ipse & sexcenti viri cum eo, ad Achis filium Maoch, regem Geth. Et habitauit David cum Achis in Geth, ipse & viri eius, & domus eius, & duae vxores eius, Achinoem Iezrahelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli. Et nunciatum est Saul, quod fugisset David in Geth, & non addidit vltra quaerere eum. Dixit autem David ad Achis: Si inueni gratiam in oculis tuis, detur mihi locus in vna urbium regionis huius, vt habitem ibi. Cur enim manet seruus tuus in ciuitate Regis tecum? Dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg. Propter quam facta est Siceleg Regum Iuda, vsque in diem hanc. Fuit autem numerus dierum quibus habitauit David in regione Philistinorum quatuor mensium. Et ascendit David & viri eius, & agebat praedas de

a. Dicere in corde suo phrasim Hebraica est, significans prudenter deliberare de agentis, & fideliter exequi secundum rationem & discretionem. Vnde Psal. Inscimus non olite peccare que dicitis in cordibus vestris, hoc est, prudenter meditatione cordis dicitis, quae stulte dicere in ira non vultis. De me.

b. Interea David eum fugeret Saul, laete voluit apud regem quendam Geth, nomine Achis. Sed cum gloria eius sibi fuisset commemorata, ne per liuorem idem rex ad quem confugerat, aliquid in eum machinaretur, simul insanium, & quasi furore correptus, mutauit os suum. In dorus ibidem.

c. Siceleg, quam Hebraei vocant Siceleg, vbi est ciuitas Philistinorum. Quam dedit Achis David habitandam. Vbi dicitur cum habitasset, per vnum annum cum quatuor mensibus. Et aliquot dierum.

† 9. 1. Domini sup. 14. b.

† Supra 20 d.

A. Ios. 6. 15.

Infra 10 a.

das de Gefuri, & de Gerze, & de Amalechitis. Hi enim pagi habitabatur in terra antiquitus: Jeuntibus Sur vsque ad terram Aegypti. Et percutiebat Dauid omnem terram illorum, nec relinquebat viuentem virum & mulierem, tollensque oues & boves, & asinos & camelos, & vestes, reuertebatur: & veniebat ad Achis. Dicebat autem ei Achis: in quem irruisti hodie? Respondebat Dauid: Contra meridiem Iudae, & contra meridiem Ierameel, & contra meridiem Ceni. Virum & mulierem non viuificabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicens: ne forte loquatur aduersum nos: Hac fecit Dauid: & hoc erat decretum illi omnibus diebus, quibus habitauit in regione Philistinorum. Credidit ergo Achis Dauid, dicens: Multa mala operatus est contra populum suum Israel. Erit igitur mihi seruus sempiternus.

d. Hec enim gentes inhabitabat terram ab antiquo.
e. Sive, delerum est Arabie verus Aegyptum, inue. Ichnocorum iudicum & sicuti Ieropolym, vsque ad mare Rubrum in quo est mons Sina: Deinde Ismaelite Hagarani, hoc est, Saraceni illud habitauerunt: deinde Amalechite, quos Saul iustus fuit penitus deleuit.
2. Permirtebat viuere.
f. In his verbis aliqui excusant Dauid ipsum a mendacio, quoniam ambiguit & indeterminatè respondit, verè enim fuit quod hij in quos irruit versus meridiem morabatur. Dionysii Carusi.
* Dicentes,

Philisti, ei contra Saul armantur, Dauid sinem Achis pollicetur, Saul occisus Magis pythonijsam iubet Samuelem suscitare, a quo suam suorumque crastinam mortem dicit. X XVIII.

106.14.



Actum est autem in diebus illis, congregauerunt Philistiim agmina sua; vt prepararentur ad bellum contra Israel. Dixitque Achis ad Dauid: Sciens nunc scito, quoniam mecum egredieris in castris, tu & viri tui. Dixitque Dauid ad Achis: Nunc scies quare facturus est seruus tuus. Et ait Achis ad Dauid: & ego custodem capitis mei ponam te cunctis diebus. Samuel autem mortuus est, planxitque eum omnis Israel: & sepelierunt eum in Ramatha vrbis sua, & Saul abstulit Magos & Ariolos de terra: & interfecit eos qui pythones habebant in ventre. Congregatique sunt Philistiim, & venerunt & castrametati sunt in Sunam. Congregauit autem & Saul vniuersum Israel, & venit in Gelboe, & vidit Saul castra Philistiim, & timuit, & expauit cor eius nimis. Consuluitque dominum, & non respondit ei, neque per somnia, neque per sacerdotes, neque per prophetas. Dixitque Saul seruis suis: Querite mihi mulierem habentem pythonem, & vadam ad eam, & sciscitabor per illam: & dixerunt serui eius ad eum: est mulier pythone habens in Endor. Mutauit ergo habitum suum, vestitusque est aliis vestimentis, & abiit ipse & duo viri cum eo, veneruntque ad mulierem nocte, & ait illi: Diuina mihi in pythone, & suscita mihi, quem dixerò tibi. Et ait mulier ad eum: ecce tu nosti quanta fecerit Saul, & quomodo eraserit magos & ariolos de terra. Quare ergo insidiaris animae meae vt occidas? Et iurauit ei Saul in domino, dicens: Viuit dominus, quia non eueniet tibi quicquam mali propter hanc rem. Dixitque ei mulier: Quem suscitabo tibi? Qui ait: Samuelem mihi suscita. Cum autem vidisset mulier Samuelem exclamauit voce magna, & dixit ad Saul: Quare imposuisti mihi? Tu es enim Saul. Dixitque ei Rex: Noli timere: Quid vidisti? Et ait mulier ad Saul: Deos vidi ascendentes de terra. Dixitque ei: Qualis est forma eius? Quae ait, Vir senex ascēdit, & ipse amictus est pallio. Et intellexit Saul quod Samuel esset, & inclinauit se super faciem suam in terra, & adorauit. Dixit autem Samuel ad Saul: Quare inquietasti me, vt suscitarer? Et ait Saul, Coartor nimis: Siquidem Philistiim pugnant aduersum me, & deus recessit à me, & exaudire me noluit, neque in manu Prophetarum, neque per somnia. Vocauit ergo te, vt ostenderes mihi quid faciam. Et ait Samuel: Quid interrogas me cum dominus recesserit à te, & transierit ad æmulum tuum? Faciet enim tibi dominus, sicut locutus est in manu mea, & scindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid, quia non obedisti voci domini, neque fecisti iram furoris eius in Amalech. Idcirco quod pateris fecit tibi dominus hodie, & dabit dominus etiam Israel tecum in manu Philistiim. Cras autem & filij tui mecum eritis, sed & castra Israel tradet dominus in manu Philistiim. Statimque Saul cecidit porrectus in terram. Extimuerat enim verba Samuelis, & robur non erat in eo, quia non comederat panem tota die illa. Ingressa est itaque mulier illa ad Saul. (Conturbatus enim erat valde.) Dixitque ad eum, Ecce obediuit ancilla tua voci tuae, & posui animam meam in manu mea, & audiui sermones tuos, quos locutus

106.15.

126.10. d. Deuter. 18. b. 18. 16. c. Super. 14. f.

116. 1. cap. 11. d. 8. q. 5. Nec mirum. Eccl. 4. 6. d.

106. 15. f.

a. Quia Achis multum confidebat in probitate Dauid, & eius fidelitate. Dixitque Dauid ad Achis: Nunc scies quid facturus sum pro te contra inimicos tuos: Sed in hoc videtur Dauid peccare pugnando contra fideles pro infidelibus, vel iuuando filios Israel contra Philistiim.
b. Samuel superius mortuus legitur, sed causa reuertendi eius respicitur ad damnationem Saulis qui relicto deo Pitonem consulit: Gloia ordina ibid.
1. Erat.
2. Raina.
* Saul.

c. Quia orando & ieiunando non potest diuinum oraculum, neque per orationes sacerdotum, neque per discipulos Samuelis.
3. Virum vel doctissimum, scilicet cum Ephod, quo sacerdotes induti dominum orabant.
d. Nullo diuinitus accepto Saul responso conuertitur ad Pythones. Quamuis enim legatur erasisse magos & ariolos de terra, habet tamen mulierem Hebraei matrem fuisse Abner filij Ner autumant, & propter eundem Abner reuertatum fuisse, ne periret cum ceteris pythonijs. Hiero. ibid.
4. Ne ascendere ad me.
5. Ille me interficiat.
6. Faciam ascendere.
7. Quare Samuel à pythonijs suscitari dicitur dum pythonijs demoniacis incarnationibus & praestigijs vt videtur. Et quo modo Saul qui in viuentibus Prophetis dei responsum non intuenit? Vnde non hunc esse Samuelem illum Prophetam per factum facillius intelligitur, sed diabolus qui se transerit in angelum Iudeis, in phantasia Samuelis considerat. * Igitur, de mira. hie. scrip. lib. 2. cap. 11.
8. Deum vidi ascendentem.
9. Faceret me ascendente.
10. Sed quem admodum Samuelis vmbra potuit pythonijs reuocare? Nisi scriberetur. 4. 6. cap. Eccl. Postquam dormiuit notum fecit Regi suum videri: dicitur enim multis, quod falsam tunc vmbra diabolus ostendit. Nec mirum quod pro quibusdam reconditis arcanis que causis, vel pro manifestatione probationis diabolo ista peccata sunt. Eucher. in quaestio. difficil. & per amplius super. 1. Reg. c. 28.
10. Est cum inimico tuo, vel factus est inimicus tuus.
11. Fecit enim dominus pro te.
12. Scidit.
13. Dedit.
14. Rem istam.
* Et tota nocte.

*Quæso.

g. Fuit enim Saul vsque adeo
estilis & debilis quod non sen-
sit appetitum ad refectioem.
Et ex isto, elicitur quidam quod
nec mulier Pytonissa, nec ferui
Saulis audierunt verba Samue-
lis prolata ad Saul, quæ si au-
dissent, verisimile est quod si-
cut rogauerunt Saul vt in dæ-
care se rogasset & persuasif-
sent vt non iret ad pugnam in
qua erat casurus. Dionis. Cart.
15. Pinguen.

es ad me. Nunc igitur audi* & tu vocem ancillæ tuæ, & ponam coram te buccellam
panis, vt comedens conualescas, & possis iter agere. Qui renuit, & ait: Non comedā.
Coegerunt autem eum serui sui, & mulier: & tandem audita voce eorum surrexit de
terra, & sedit super lectum. Mulier autem illa habebat vitulum¹⁵ pascualem] in do-
mo, & festinauit, & occidit eum. Tollensque farinam, miscuit eam, & coxit azyma,
& posuit ante Saul & ante seruos eius: Qui cum comedissent, surrexerunt, & ambu-
lauerunt per totam noctem illam.

David cum Philistæis aduersus Israel proficiscens, remittitur, quia timebant sibi
ab illo. XXI X.

a. Aphec est ciuitas Philistiim
iuxta Saronem, nõ proenit à Gel-
boe ad orientem Carmeli mō-
tis 5. miliarib; in monte Tabor,
in quo Philistæi castrametati
sunt contra Saul.
b. Iezrahel vrbs Regia Regum
Israel ante conditam Samaria,
in qua Iezabel occidere fecit
Nanorh, & ipsa occisa est à Ie-
hu Rege Israel.



ongregata sunt ergo Philistiim vniuersa agmina in^a Aphec. Sed & Israel
castrametatus est super fontem, qui erat in^b Iezrahel. Et Satrapæ quidem
Philistiim incedebant in centuriis & milibus: Daud autem & viri eius e-
rant in nouissimo agmine cum Achis. Dixeruntque Principes Philistiim
& ad Achis: Quid sibi volunt Hebræi isti? Et ait Achis ad Principes Philistiim: Nun-
quid ignoratis Daud, qui fuit seruus Saul Regis Israel, & est apud me multis diebus
vel annis? Et non inueni in eo quicquam, ex die qua transfugit ad me, vsque ad diem
hanc. Irati sunt autem aduersus eum Principes Philistiim, & dixerunt ei: Reuerta-
tur vir, & sedeat in loco suo, in quo constituisti eum: & non descendat nobiscum in
prælium, ne fiat nobis aduersarius² cum præliari coeperimus. Quomodo enim ali-
ter poterit placare dominum suum, nisi in capitibus nostris? Nonne iste est Daud,
cui cantabant in choris, dicentes: percussit Saul in milibus suis, & Daud in decem mi-
libus suis? Vocauit ergo Achis Daud, & ait ei: viuit dominus, quia rectus es & bo-
nus in conspectu meo, & exitus tuus & introitus tuus mecum est in castris. Et non in-
ueni in te quicquam mali, ex die qua venisti ad me, vsque in diem hanc: sed Satrapis
non places. Reuertere ergo & vade in pace, & non offendas oculos Satraparum Phi-
listiim. Dixitque Daud ad Achis: quid enim feci? & quid inuenisti in me seruo tuo à
die qua fui in conspectu tuo vsque in diem hanc? vt non veniam, & pugnem contra
inimicos domini mei Regis? Respondens autem Achis, locutus est ad Daud: Scio
quia bonus es tu in oculis meis, sicut angelus dei: sed Principes Philistinorum dixe-
runt: Non ascendet nobiscum in prælium. Igitur consurge mane tu & serui domini
tui, qui venerunt tecum, & cum de nocte surrexeritis, & coeperit dilulescere, pergite:
surrexit itaque de nocte Daud, ipse & viri eius, vt proficiscerentur, & re-
uerterentur ad terram Philistiim. Philistiim autem ascenderunt in Iezrahel.

1. Fac recedere vitum istum, &
revertatur ad locum suum, quæ
constituit illi.
2. in prælio.
c. Hoc fecundum humanam con-
suetudinem dicitur fuit, sed in-
placabilis est ira Regum, quam
concepit contra eos, à quibus
tione regno priuati. Vnde &
ante Daud sepe percussit
Philistæos, nec tamen per hoc
placuerat Saul. Nec igitur im-
meto dicunt. Nonne iste est
Daud, &c. Chry. in Mach. ho-
mil. 2.
d. Propter predictam causam Da-
uid ad locum suum remittitur,
quod à deo factum est, ne for-
te bellando contra filios Israel,
aliquos bonos de populo illo,
vel forte amicos suos inerce-
ret. Secundo vt Amalechites
qui manum Saul euaserant, &
cuiusdam Sicelech in odium
Daud incenderent, deleceret, &
prædam ab eis captam recupe-
raret. De Lyra.
e. Sed vnde sciuit hic alienigena
loqui de angelis? forsan ex
conseruatione, & collatione est
Daud, alitve Hebræis, Dionis.
ibid.
3. Diluculo.

Absente Daud Amalechitæ & Siceleg incenderunt, prædãque tulerunt: quos Daud per-
sequens occidit, prædãque repetit quam singulis sociis ex equo diuisit. XXI X.

a. At quomodo percussit
Siceleg cum infra dicit: & non
interfecerant quenquam? Di-
cendū quod verbum Hebræū
כָּחַל vel כָּחַל non occide-
re sed verberare, aut subuer-
te significat.



Uinque venissent Daud & viri eius in Siceleg die tertia, Amalechitæ
impetum fecerant ex parte australi in Siceleg, & percusserant Siceleg,
& succenderant eam igni. Et captiuas duxerant mulieres ex ea à minimo
vsque ad magnum: & non interfecerant quenquam, sed secum duxerant
& pergebant itinere suo. Cùm ergo venisset Daud & viri eius ad ciuitatem, & inue-
nissent eam succensam igni, & vxores suas, & filios suos, & filias ductas esse captiuas, le-
uauerunt Daud & populus, qui erat cum eo, voces suas, & planxerunt, donec defice-
rent eis lachrymæ. Siquidẽ & duxerunt vxores Daud captiuas ductas fuerat: Achinóem
Iezraelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli. Et contristatus est Daud valde. Vole-
bat enim eum populus lapidare: quia amara erat anima vnus cuiusque viri super filiis
suis, & filiabus. Confortatus est autẽ Daud in domino deo suo, & ait ad Abiathar sa-
cerdotem, filiũ Achimélech: Applica ad me Ephod. Et applicauit Abiathar Ephod
ad Daud, & cõsuluit Daud dominũ, dicens: Persequar latrunculos hos, & cõprehen-
dam eos, an non? Dixitque ei dominus: Persequere, absque dubio enim comprehen-
des eos: & excuties prædam. Abiit ergo Daud ipse, & sexenti viri, qui erant cum
eo, &

b. Maximè planxerunt, quoniã
putauerunt maiora accidisse ad
uersa quam acciderant. Nam
vxores suas filiosque & filias
suscepit esse occisas. Dionis.
ibidem.
c. Eo quod erant in passione
doloris positi & quia secũ du-
xerat omnes bellatores, nec di-
uiderat aliquos ad custodiam
loci. De Lyra. ibid.
d. Ex his sumitur argumentum
quod princeps non debeat bel-
lum mouere domino incon-
sulto. Dionis. ibid.
1. Liberando liberabis.

10f. 6. 14.

1. Par. 12. 1.

4 Sup. 18. 6.
Infr. 21. d.
Eccle. 47. 1.

1. Par. 12. 1.

4 Sup. 23. 6.

c eo, & venerunt vsque ad torrentem Besor: & ^a lassique quidam] subfiterunt. * Persecutus est autem Dauid, ipse & quadringenti viri cum eo, subfiterant enim ducenti: qui lassique transire non poterant] torrentem Besor. Et inuenerunt virum Ægyptium in agro, & adduxerunt eum ad Dauid. ^b Dederuntque ei panem, vt comederet, & biberet aquam: sed & fragmen massæ caricarum & duas ligaturas vuæ passæ: qui cum comidisset, reuertus est spiritus eius, & refocillatus est. Non enim comederat panem, neque biberat aquam tribus diebus & tribus noctibus. Dixit itaque ei Dauid: Cuius es tu, vel vnde? & quo pergis?] Qui ait: Puer Ægyptius sum, seruus viri Amalechitarum. ^d Dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cœpi nudius tertius. Si quidem nos erupimus ad australem plagam Cerethi, & contra Iudam, & ad meridiem Caleph, & Siceleg succendimus igni. Dixitque ei Dauid: Potes me ducere ad istum cuneum? Qui ait: Iuram mihi per deum, quod non occidas me, & non tradas me in manus domini mei, & ego ducam te ad cuneum istum. — Et iurauit ei Dauid] Qui cum duxisset eum, ecce illi discumbebant super faciem vniuersæ terræ, ^e comedentes & bibentes, & quasi festum celebrantes diem, pro cuncta præda & spoliis quæ ceperant de terra Philistiim, & de terra Iuda. ^h Et percussit eos Dauid à vespera vsque ad vesperam alterius diei, & non euasit ex eis quisquam, nisi tantum quadringenti viri adolescentes, qui ascenderant camelos & fugerant. Eruit ergo Dauid omnia quæ tulerant Amalechitarum: & duas vxores suas eruit. Nec defuit quisquam à paruo vsque ad magnū tam de filiis quàm de filiabus, & de spoliis: & quæcunque rapuerant, omnia reduxit Dauid: & tulit vniuersos greges & armenta, & ⁱ minauit ante ⁺ faciem suam.] Dixeruntque: Hæc est præda Dauid. Venit autem Dauid ad ducentos viros qui lassique subfiterant:] Nec sequi potuerant Dauid: & residere eos iusserat in torrente Besor, qui egressi sunt obuiam Dauid: & populo, qui erat cum eo: ^k Accedens autem Dauid ad populum, salutauit eos pacifice. * Respondensque omnis vir pessimus & iniquus de viris, qui ierant cum Dauid, dixit: quia non venerunt nobiscum, nõ dabimus eis quicquam de præda quam eruimus: sed sufficiat vnicuique vxor sua, & filij, quos cum acceperint, recedant. Dixit autem Dauid: Non sic facietis fratres mei, de iis quæ tradidit nobis dominus, & custodiuit nos, & dedit ^l latrunculos, qui eruperant aduersum nos,] in manus nostras: nec audiet vos quisquam super sermone hoc. ¹ Æqua enim pars erit descendenti ad prælium, & remanenti ad sarcinas, & similiter diuident. Et factum est hoc ex die illa, & deinceps, ⁶ constitutum & præfinitum, & quasi lex] in Israel: vsque in diem hanc. * Venit ergo Dauid in Siceleg: & misit dona de præda senioribus Iuda, ⁷ proximis] suis, dicens: Accipite benedictionem de præda hostium domini: iis qui erant in Bethel, & qui in Ramoth ad meridiem: & qui in Gether, & qui in Aroer, & qui in Sephamoth, & qui in Esthamoa, & qui in Rachal, & qui in vrbibus Ierameel, & qui in vrbibus Ceni, & qui in ⁸ Rama,] & qui in lacu Afsan, & qui in Athach, & qui in Hebron, & reliquis qui erant in iis locis, in quibus commoratus fuerat Dauid & viri eius.

2. Residui.
 c. Qui licet propter fatigationem non possent competenter aduersarios persequi, tamen poterant competenter sarcinas custodire, propter quod Dauid & viri eius reliqui diuisi sunt sub custodia eorum illa que poterat illis esse oneri. De Lya 3. Erant trans.
 f. Itaque hoc ductore Dauid vsus ad persequendos Amalechitas, assequutusque eos in terram proiectos, & partim prandium sumentes, partim iam remulentos, & rebus ex præda quæstis se oblectantes, ex improposito irruens magnam eorum stragem edidit. Inermes enim & nil tale expectantes, & spulsa tantum ac compositionibus inermi, facile ab armatis consuecibantur. Alij enim instructis mensis acubantes, cruore oppositos cibos inundabant, alij propinantes sibi inuicem opprimebantur, & Joseph. Anti. lib. 6. c. 14.
 g. Et sic sibi non præcauerat, & sic fuerunt facilius debellati, & de præda quæ de terra Philistiim & Iuda ceperat spoliati. De Lya.
 h. Deus permisit liberos & vxores Dauidis, & sociorum eius captiuos abduci, vt dolore impulsus Amalechitis bellum inferrent, & ipsos iuxta domini vaticinium funditus extirparent. Ad hæc vt Dauid ingenti præda parta suis contribulibus mitteret & voluntates suorum sibi magis altingeret atque conciliaret. Procop. ibid.
 i. Amalechitarum enim pecora abstulit cum his quæ abtulerant.
 k. Gregem suum.
 l. Dauid in hoc facto conformauit se Abraham patriarchæ, qui similiter fecit locis suis ad sarcinas remanentibus, quod quatuor reges debellauerunt de dicitur est Genes. 14. Quæ circa præliandum est quod in Genes non legitur alij ex adiutoribus, aut vnicuique Abraham ad sarcinas remanisse, sed potius in prælio omnes venisse. Dionis. Carthusia.
 m. Turmam quæ irruit super nos.
 n. Cum in Latinis codicibus legitur, lassos quosdam subfiteri ad sarcinas, & in Hebræo habetur iustos fuisse vt residerent ad sarcinas: locus hic monstrat Hebræicam veritatem in hoc loco sequi debere: quæ non lassos sed iustos remanisse ad sarcinas dicit fuisse. Hier. ibid.
 o. Vt poneretur hoc in statu & ius.
 p. Et amicis.
 q. Harum.

Caso Saule & suis, truncato capite corpus in muro Bethsan suspenditur, armæque eius in templo Astaroth: viri autem labes corpus eius deposuerunt, ac iuxta labes sepelierunt.
 X X X I.

106. 6. 14. A.

11. Par. 10. a.



Hilistiim autem pugnabant aduersum Israel, & fugerunt viri Israel ante faciem Philistiim, & ceciderunt interfecti in monte ^a Gelboe. [†] Irrueruntque Philistiim in Saul & in filios eius, & percusserunt Ionatham, & Aminadab, & Melchisue filios Saul, totumque pondus prælij versum est in Saul. Et consecuti sunt eum viri sagittarij, & ¹ vulneratus est] vehementer à sagittariis. Dixitque Saul ad ^b armigerum suum: [†] ² Euagina gladium tuum, & ² interfice me, ne fortè veniant incircuncisi isti, & interficiant me, illudentes mihi. Et noluit armiger eius, fuerat enim nimio terrore perterritus. ^c Arripuit itaque Saul gladium suum & irruit super eum. Quod cū vidisset armiger eius, videlicet quod mortuus esset Saul,

2. Mons Gelboe est iter 2. milia distans à monte Thabor in Galilea in campo magno quem Eidron vocant.
 3. Timuit sibi.
 b. Dosech Idumzum, vt dicunt Hebræi.
 4. Percute.
 c. Gladio quo Amalechitis contra dei preceptum pepererit, merito seipsum occidit. Sic qui potestate pro communi vilitate accepta, aut non vult, aut abutitur, suo se nimirum gladio confodit. Et quo ab hoste defendi debuerat, hostem potius iuuat. Glosa ordinaria.

11. Par. 10. a. B.

Anni ante Christum.

1072.

Anni mudi.

2190.

d. Irruere in gladium, est seipsum interficere, sicut iunius vel incidere in lanceam vel gladium. Virat enim sacra scriptura grauiora peccata propriis verbis esse: vt etiam dormire cum muliere, vel eam cognoscere pro fornicari.

e. Non vt manerent, sed quia occupauerunt aliqua fortalicia, ponentes ibi milites ne filij israel retellarent. Principes autem Philistinum & communitas populi reuerit fuerunt in terram suam. De Lyra.

3. Fixerunt.

f. Bethsan, nunc Scythopolis dicitur, quia à Scythis huc venientibus instaurata est illustrissimè, & de cetero habitata.

g. Hoc est aromatibus condites sepeluerunt, humanitatem vitam pro carnis vitiis Regi Saul exhibere, propter gratiam quam illis contra Naas Ammonitarum Regem exhibuerat de quo sup. cap. 11.

4. Subter arborem in.

irruit etiam ipse super gladium suum, & mortuus est cum eo. Mortuus est ergo Saul & tres filij eius, & armiger illius, & vniuersi viri eius in die illa pariter. Videntes autem filij Israel, qui erant trans vallem, & trans Iordanem, quod fugissent viri Israelitæ, & quod mortuus esset Saul & tres filij eius, reliquerunt ciuitates suas, & fugerunt: Veneruntque Philistinum, & habitauerunt ibi. Facta autem die altera, venerunt Philistinum, vt expoliarent interfectos, & inuenerunt Saul & tres filios eius iacentes in monte Gelbœ. Et præciderunt caput Saul, & expoliauerunt eum armis: & miserunt in terram Philistinorum per circuitum, vt annunciaretur in templo idolorum & in populis. Et posuerunt arma eius in templo Astaroth, corpus vero eius suspendunt in muro Bethsan. Quod cum audissent habitatores Iabes Galaad quæcunque fecerant Philistinum Saul, surrexerunt omnes viri fortissimi, & ambulauerunt tota nocte, & tulerunt cadauer Saul, & cadauera filiorum eius de muro Bethsan. Veneruntque in Iabes Galaad, & combusserunt ea igni, & tulerunt ossa eorum, & sepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt septem diebus.

Saul hoc anno mortuus est, quo Dauid regnauit.

1. Reg. 11.

Incipit Liber Regum secundus.

Dauid audita cæde Saulis nūcium occidi iubet, scissisque vestimentis deflet eum cum cæteris occisis, ieiunans vsque ad vesperam, ac super eos plangens, planctum filius Iudæ præcipit.

I.

a. Hoc autem prælium gestum est die qua Dauid vidit Amalechitis, reuersus est in Siceleg. Ioseph lib. 7. cap. 1.

b. Hominem istum Amalechitem Hebraei filium Doech fuisse dicunt. Amalechites enim & Idumæus vnum est: quia filius primogenitus Esau Eliphaz fuit, & huius filius Amalech: Hiero. ibid.

c. Ista fiebant apud Hebræos in signum tristitiae, & magne desolationis. De Lyra. ibidem.

d. Verbum enim in scripturis frequenter sumitur pro re significata per verbum: iuxta illud Zach. 8. Hæc sunt verba quæ facietis. Dionys. Cartusia.

e. Quæso.

f. Nec solum mortem Saulis, sed & signa eius nacti vidisse. Signa eius mortis ostendit, aurum brachiorum eius, atque coronam Ioseph. vbi supra.

g. Apprehendebant eum, vel persequabantur eum.

*Quæso.

1. Apprehendit me etiam.

2. Postquam iterum in gladium suum.

3. Hebraei non credunt Saulem decessisse, sed ea Doech amico suo commendasse à quo ipse acceperat. Angelonius.

4. Ea.

5. Nullis iubentibus legibus vel legitimis potestatis licet reatum occidere, etiam volentem & petentem, & viuere iam non valentem, satis indicat scriptura Regnum: vt Rex Dauid Saulis interfectoris iussu occidi. Aug. Epist. 67.

6. Dixit, vt doceret filios Iudæ arcum.

7. Hunc Hebraei dicunt esse Gensim. Alij Samuelem, in quorum viroque iubetur in hostes exercitum.

8. O nobilis Israel, in excelsis tuis.

9. Propter scelus igitur hominum, & ipsa elementa damnantur. Denique Dauid montibus in quibus Ionathas cum patre interuenit, est perpetua penam filiius optauit diebus: Montis Gelbœ, &c. Ambrosii de Cam. lib. 3. cap. 8.



Actum est autem postquam mortuus est Saul, vt Dauid reuerteretur à cæde Amalech, & maneret in Siceleg duos dies. In die autem tertio apparuit homo veniens de castris Saul, veste confissa, & puluere conspersus caput. Et vt venit ad Dauid, cecidit super faciem suam, & adorauit. Dixitque ad eum Dauid: Vnde venis? Qui ait ad eum: De castris Israel fugi. Et dixit ad eum Dauid: quod est verbum quod factum est? Indica mihi. Qui ait: Fugit populus ex prælio, & multi corruentes à populo mortui sunt: sed & Saul & Ionathas filius eius interierunt. Dixitque Dauid ad adulescetem, qui nunciabat ei: Vnde scis, quia mortuus est Saul & Ionathas filius eius? Ait adulescens, qui nunciabat ei: Casu veni in montem Gelbœ: & Saul incumbebat super hastam suam: porro currus & equites appropinquabant ei, & conuersus post tergum suum, vidensque me, vocauit. Cui cum respondissem, assum, dixit mihi: Quis nã es tu? Et aio ad eum: Amalechites ego sum. Et locutus est mihi: Sta super me, & interfice me: quoniam tenent me angustia. & adhuc tota anima mea in me est. Stansque super eum, occidi illum: Sciebam enim quod viuere non poterat, post ruinam. Et tuli diademam, quod erat in capite eius, & armillam de brachio illius, & attuli ad te dominum meum huc. Apprehendens autem Dauid vestimenta sua, scidit: omnesque viri qui erant cum eo: & planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vsque ad vesperam super Saul & super Ionatham filium eius, & super populum domini, & super domum Israel, eò quod corruissent gladio. Dixitque Dauid ad iuuenem, qui nunciauerat ei: Vnde es tu? Qui respondit: Filius hominis aduenæ Amalechitæ ego sum. Et ait ad eum Dauid: Quare non timuisti mittere manum tuam, vt occideres Christum domini? Vocansque Dauid vnum de pueris suis, ait: Accedens irruere in eum. Qui percussit illum, & mortuus est. Et ait ad eum Dauid: Sanguis tuus super caput tuum: Os enim tuum locutus est aduersum te, dicens: ego interfeci Christum domini. Planxit autem Dauid planctum huiusce modi, super Saul & super Ionatham filium eius: & præcepit, vt docerent filios Iudæ arcum, sicut scriptum est in libro iustorum. Et ait: Considera Israel pro iis qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati. Inclyti Israel super montes tuos interfecti sunt.

1. 107. 1.

1. Inf. 24. 6. 1. Par. ad.

1. Inf. 3. 6. 6. 13. 5.

1. Par. 20. 4. De per. d. 1. 5. Opponitur. 1. 9. De. ninus.

Quo-

Quomodo ceciderunt fortes? Nolite annunciare in Geth, neque annūciētis in com-
pitiis: A scālōnis: ne fortē latentur filiæ Philistiim: ne exultent filiæ incircunciforum.
Montes Gelbōe, nec ros nec pluuia veniant super vos. Neque sint agri] primitia-
rum: quia ibi abiectus est, clypeus fortium: clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo.
A sanguine interfectorum, ab adipe fortium Sagitta Ionathæ nunquā rediit retror-
sum, & gladius Saul non est reuertus inanis. Saul & Ionathas amabiles & decori val-
de in vita sua, in morte quoque non sunt diuisi. Aquilis velociōres, leonibus fortio-
res. Filiæ Israel, super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in deliciis: qui præbebat
ornamenta aurea cultui vestro.] Quomodo ceciderunt fortes in prælio! Ionathas
in excelsis tuis occisus est! Doleo super te frater mi Ionatha, decore nimis, & ama-
bilis] super amorem mulierum. — Sicut mater vnicum amat filium suum, ita ego te
diligebam.] Quomodo ceciderunt robusti, & perierunt arma bellica?

David in Hebron super Iuda in Regem vnctus, Iabenuis super Saulis sepultura gratulatur:
Isboseth verò super Israel vnctio, granem in Israel peperit seditionem. II.

k. Factum istud non diuulge-
tis magis quam diuulgatū est
in vrbe Philistinorum Geth
nomine. Dionis. Carusia.
l. Id est super excella, vt pote
propter indolentiam Saulis,
que idololatricæ equiparatur.
Hierō.
6. Neque super agros.
m. Hic lamentatur Dauid in
speciali Saul & Ionathan. Pri-
mo rememorans eorum probi-
tatem, quia sagitta Ionathæ &
ensis Saulis, non percusserant
in vanum, sed perforabant ar-
ma fortium, vsque ad adipem
& sanguinem intrinsecus. De
Lyra.
7. Appendebar ornamenta au-
rea super vestem vestram.
8. In medio pugnae.
9. Gratissimus enim mihi fui-
si, mirabilis factus est mihi tui
amor.

106.7.1. A **N** Gitur post hæc consuluit Dauid dominum, dicens: Non ascendam in v-
nam de ciuitatibus Iuda: Et ait dominus ad eum: Ascēde. Dixitque Dauid
Quò ascendam? Et respondit ei: in Hebron. Ascendit ergo * Dauid & duæ
vxores eius Achinoem Iezraelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli: sed, &
viros, qui erant cum eo, duxit Dauid singulos cum domo sua:] & manserunt in op-
pidis Hebron. † Veneruntque viri Iuda: & vnixerunt ibi Dauid, vt regnaret super dom-
um Iuda. † Et nuntiatum est Dauid, quòd viri Iabes Galaad sepelissent Saul. Misit
ergo Dauid nuntios ad viros Iabes Galaad, dixitque ad eos: Benedicī vos à domi-
no, qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro Saul, & sepelistis eum. Et
nunc retribuet vobis quidem dominus misericordiam & veritatem: & ego reddam
gratiam, eò quòd fecistis verbum istud.] Confortentur manus vestrae: & estote filij
fortitudinis. Licet enim mortuus sit dominus vester Saul, tamen me vnxit domus
Iuda in Regem sibi. Abner autem filius Ner Princeps exercitus Saul, tulit Isboseth fi-
lium Saul, & circumduxit eum per castra.] Regemque constituit super Galaad, & su-
per Iessuri,] & super Iezrael, & super Ephraim, & super Benjamin, & super Israel vn-
niuersum. Quadraginta annorum erat Isboseth filius Saul, cum regnare cōpisset
super Israel, & duobus annis regnauit. Sola autem domus Iuda sequebatur Dauid, Et
fuit numerus dierum quos commoratus est Dauid, imperans in Hebron super dom-
um Iuda, septem annorum & sex mensium. Egressusque est Abner filius Ner &
pueri Isboseth filij Saul, de castris in Gabaon. Porro Ioab filius Saruia, & pueri Da-
uid egressi sunt, & occurrerunt eis iuxta piscinam Gabaon. Et cum in vnum venis-
sent, in regione sederunt, hi in vna parte piscinae, & illi ex altera. Dixitque Abner ad
Ioab: Surgant pueri, & ludant coram nobis. Et respondit Ioab: Surgant. Surrexe-
runt ergo, & transierunt numero duodecim de Benjamin, ex parte Isboseth filij Saul,
& duodecim de pueris Dauid. Apprehensioque vnusquisque capite cōparis sui, de-
fixit gladium in latus contrarij, & ceciderunt simul. Vocatumque est nomen loci il-
lius, ager robustorum, in Gabaon. Et ortum est bellum durum satis in die illa, fugat-
usque est Abner & viri Israel à pueris] Dauid: Erant autem ibi tres filij Saruia, Ioab,
& Abisai, & Asahel. Porro Asahel cursor velocissimus fuit, quasi vnus] de capreis
quæ morantur in syluis. Persequebatur autem Asahel Abner, & non declinauit ad
dexteram, siue ad sinistram, omittens persequi] Abner. Respexit itaque Abner post
tergum suum, & ait: Tu ne es Asahel? Qui respondit: Ego sum. Dixitque ei Abner:
Vade ad dexteram, siue ad sinistram, & apprehende vnum de adolescentibus & tol-
le tibi spolia eius. Noluit autem Asahel omittere, quin vrgeret eum.] Rursumque
locutus est Abner ad Asahel: recede, & noli me sequi, ne fortē compellar confode-
re] te in terram, & leuare non potero faciem meam ad Ioab fratrem tuum. Qui au-
dire contempsit, & noluit declinare.] Percussit ergo eum Abner auersa hasta in

a. His extremis officiis honora-
to rege, lucūque finito contu-
luit deum per prophetā, quatin-
am ex vrbibus Iudæ tribus
habitandam sibi concederet.
Cūque responsum esset He-
bronem cecidi elicta Stella,
eo commigrauit, ambabus vx-
oribus illud aduersis, & colote
domestica: moxque tota tri-
bus ad eum locum confluens,
regem eum cōmuni suffragio
deletrauit. Ioseph. Antiq. lib.
7. c. 2.
* Illuc.
1. Familia sua.

b. Hoc est, retribuet quidē do-
minus misericordiam in præ-
senti, & veritatem in futuro se-
culo, quia misericordia que in
præsentij seculo tribuitur, ad cō-
pensationem æternæ misericor-
diæ monditur. Hic ibid.
2. Talem bonitatem, qualem fe-
cistis in hac re.
3. Transiit eum in castra, sei-
licet trans Iordanem, vbi eum
Regem constituit. Hiero.
4. Aucti, hoc est, super tribum
Aser. Hiero.

c. Hæc est autem Hebron olim
metropolis Philistinorum, &
habituū gigantū, regnum-
que postea Dauid in tribu Iu-
da, ciuitas sacerdotalis, & ciui-
tas refugij. Distat ad meridia-
nam plagam ab Ella milibus
viginti duobus, vbi & Quereus
Abraham quæ & Mambre vs-
que ad Constituit Regis impe-
rium monstrabat, & mausole-
um eius in præsentiarum cer-
nitur. Hiero.
4. Conuenientes.
4. Iosephus dicit quod illi soli
de patre Isboseth interfecit
sunt, sed textui magis creden-
dum est: quia Iosephus frequen-
ter dicit aliqua textui dissona.
Vnde ex Hebræo dicitur. Vo-
catus est campus consistorum,
eò quod natus gladiis consi-
cissibi ceciderunt illi & illi.
De Lyra.
6. Cæsus est Abner & viri Is-
rael coram fertis.
7. Vna.
8. Persequebatur ipsum iuue-
nili & incauta audacia, non cō-
siderans fortitudinem, experie-
tiam atque puritatem ipsius Ab-
ner in bellicis rebus. Dionis.
Carusia.
* Ipsum.
8. A tergo.
* Pro te.
9. Recedere ab eo.
10. Vt quid sternam.
11. Et cum nolisset discedere.
12. Cum posteriore parte hastæ
sub quinta costa vt egredore-
tur hasta à tergo eius, & cecidit
ibi.

f. Afahel significat eos quos ve hemens accipiens furor in praiceps ducit, qui in eodem furoris imperu tanto cunctis declinandi sunt, quales in infantibus rapiuntur. Vide Abner, ad est, patris licet dicitur: quia dicitur lingua quae superum dei lumen indicat, eam per abrupta furoris manentem cuius plani ferit: cōspicit, & contra trahentem verbo eum disimulati ferit: cōspicit, & contra trahentem verbo eum disimulati ferit reddere: quasi persequentem non vult ferre. Glos. Ordinaria. Post D. Gregorium. 23. g. Quarta amaritudo fit in nouissimo. Nisi principio belli paci studeatur, finis amarus sequetur.

h. Triplex reperitur Bethoron, Prima est hæc, quam Hebraei vocant Bithron. Regio circa Jordanem: Et est inter Gabas tribus Benjamin & Soccho. Dux altera sunt ad dexteram Gabon, una in tribu Ephraim quæ superior dicitur separata Leuitis. Altera inferior, nō multum distans à precedente.

r. Ibat & proficiebat, & qui erant de domo Saul, ibat, sed attendebatur.

a. Sex filij qui nati sunt Dauid in Hebron perfectionem sanctorum significant: qui de spiritali conuogio Christi & ecclesie per spiritum sanctum gratiam quotidie creduntur. Glosa ordinaria.

b. Que dicitur in bello capta & inuita ad Iudæumum trahea ideo filium peperit rebellium.

c. Ipsa est Michol, quæ ideo hic vxor eius sola dicitur, eo quod in adolescentiam eam primo duxit vxorem. Hiero. Quæ etiam in parva occubuisse dicitur: unde in sequentibus scriptum est: igitur Michol filia Saul non est maritus filius vsque ad diem mortis sue: quia in ipso parua occubuit. Angelonius

2. Imponis mihi iniquitatem mulieris hodie.

3. Ipsi Abner vilum verbum.

4. Percute mecum sedus tuus.

5. Bonum est, vt percutiam te cum sedus.

6. Faciem meam.

d. Hic necessaria subauditio est qua respondisse fertur Abner ad Dauid, se hanc rem penitus non posse facere, cum Michol in Isboseth esset potestate. Hic rony.

7. Et abiit maritus eius cum ea, sequens eam atque.

e. Bahurim castellum in deserto ad partes boreales oliuarum montis. Vsque ad eum locum Phaltiel secutus est Michol vxorem reducens ipsi Dauid. Quod ita est intelligendum: quoniam maritus sub imperio Dauid parum se tutum arbitratum, in patriam Gallim concessit trans Jordanem.

f. Locutus est Abner ad tribus Benjamin, quæ magis zelabatur pro Isboseth, tanquam nata de sanguine suo, & iam diu pugnat pro eo. Illi autem Benjamin erat domesticus Isboseth atque custodes capitis sui: unde valde inuite permiserunt regiam dignitatem a se feri de tribu sua ad aliam tribum: ideo diligentius erant mouendi vt acquiescerent promotioni Dauidis in regem super eos. Inde pater quomodo ex malis fecit bona, quia ex ira Abner pro celsis hoc bonum Dionys. Carr.

inguine & transfodit, J^f & mortuus est in eodem loco. § Omnesque qui transibant per locum illum, in quo ceciderat Afahel, & mortuus erat, subsistebant: persequentibus autem Ioab & Abisai fugientem Abner, sol occubuit. Et venerunt vsque ad collem aquæ ductus, qui est ex aduerso vallis & itineris deserti in Gabaon. Congregatique sunt filij Benjamin ad Abner, & conglobati in vnum cuneum, Jsteterunt in summitate tumuli vnus. Et exclamauit Abner ad Ioab, & ait: Num vsque ad internecionem tuus Imucro defauit: an ignoras § quod periculosa sit desperatio? J vsque quo non dicis populo, vt omittat persequi fratres suos? Et ait Ioab: Viuit dominus, si locutus fuisses mane, recessisset populus persequens fratrem suum. † § Insonuit ergo Ioab buccina: & sterit omnis exercitus, nec percuti sunt vltra Israel, neque iniere certamen. Abner autem & viri eius abierunt per campestria: Moab Jtota nocte illa, & transferunt Iordanem, & Iustrata omni^h Bethoron, venerunt ad castra. Porrò Ioab reuersus omisso Abner, congregauit omnem populum, & defuerunt de pueris Dauid, decem & nouem viri, excepto Afahel. Serui autem Dauid percusserunt de Benjamin, & de viris qui erant cum Abner, trecentos sexaginta, qui & mortui sunt. Tuleruntque Afahel, & sepelierunt eum in sepulchro patris sui in Bethléhem. Et ambulauerunt tota nocte Ioab, & viri qui erant cum eo, & in ipso crepusculo peruenerunt in Hebron.

Abner abiecto Isboseth à Dauid exceptus est, qui dum rediret à Ioab occisus est, vnde Ioab à Dauide maledicetur. III.



Acta est ergo longa concertatio inter domum Dauid & inter domum Saulis: Dauid proficiens & semper seipso robustior: domus autem Saul decrescens quotidie. † Nati que sunt filij Dauid in Hebron: Fuitque primogenitus eius Amnon de Achinoem Iezrahelitide: & post eum Cheleab de Abigail vxore Nabal Carmeli. Porrò tertius Absalon, filius^b Maacha, filie Tholomai Regis Gessur. Quartus autem Adonias filius Hagith: & quintus Saphatias filius Abithal. Sextus quoque Ietraam, de Egla vxore Dauid. Hi nati sunt Dauid in Hebron. Cum ergo esset praelium inter domum Saul & domum Dauid, Abner filius Ner regebat domum Saul. Fuerat autem Sauli concubina, nomine Respha, filia Achia. Ingressusque est ad eam Abner, J Dixitque Isboseth ad Abner: Quare ingressus es ad concubinam patris mei: qui iratus nimis propter verba Isboseth, ait: Nunquid caput canis ego sum aduersum Iudam hodie: qui fecerim misericordiam super domum Saul patris tui, & super fratres & proximos eius, & non tradidi te in manu Dauid, & tu requisisti in me, quod argueres pro muliere hodie? Hæc faciat deus Abner, & hæc addat ei: nisi quomodo iurauit dominus Dauid, sic faciam cum eo: vt transferatur regnum de domo Saul, & eleuetur thronus Dauid super Israel, & super Iudam, à Dan vsque Bersabee. Et non potuit respondere ei quicquam, J quia metuebat illum. Misit ergo Abner nuntios ad Dauid: in Hebron, Jpro se dicentes: Cuius est terra? Et vt loquerentur: † Fac mecum amicitias: & erit manus mea tecum, & reducam ad te vniuersum Israel. § Qui ait: Optimè ego faciam tecum amicitias: J sed vnam rem peto à te, dicens: Non videbis faciem meam, antequam adduxeris mihi Michol filiam Saul, & sic venies, & videbis me. J^d Misit autem Dauid nuntios ad Isboseth filium Saul, dicens: † Redde vxorem meam Michol, quam despondi mihi centum præputiis Philistiim: Misit ergo Isboseth, & tulit eam à viro suo Phaltiel, filio Lais. † Sequebaturque eam vir suus Jplorans vsque Bahurim: & dixit ad eum Abner: Vade, & reuertere. Qui reuersus est. Sermonem quoque intulit Abner ad seniores Israel, dicens: Tam heri quàm nudiustertius quærebatis Dauid, vt regnaret super vos. Nunc ergo facite, quoniam dominus locutus est ad Dauid, dicens: † In manu serui mei Dauid saluabo populum meum Israel de manu Philistiim, & omnium inimicorum eius. † Locutus est autem Abner etiam ad Benjamin: Et abiit vt loqueretur ad Dauid in Hebron, omnia quæ placuerant Israeli, & vniuerso Benjamin: venit-

† Infr. 20. g.

† 1. Par. 13. a.

† 1. Reg. 18. g.

venitque ad Dauid in Hebron, cū viginti viris. Et fecit Dauid Abner & viris eius, qui venerant cum eo, conuiuium. Et dixit Abner ad Dauid: Surgam* vt cōgregem ad te dominum meum Regem, omnem Israel, & in eam tecum fœdus: & imperes omnibus, sicut desiderat anima tua. Cum ergo deduxisset Dauid Abner, & ille isset in pace: statim pueri Dauid, & Ioab venerunt cæsis latronibus cum præda magna nimis. Abner autem non erat cum Dauid in Hebrō, quia iam dimiserat eum, & profectus fuerat in pace: & Ioab & omnis exercitus qui erant cum eo, postea venerant. ^h Nuntiatum est itaque Ioab à narrantibus: venit Abner filius Ner ad Regem, & dimisit eum, & abiit in pace. Et ingressus est Ioab ad Regem, & ait: Quid fecisti? Ecce venit Abner ad te: Quare dimisisti eum, & abiit & recessit? Ignoras Abner filium Ner, quoniam ad hoc venit ad te, vt deciperet te, & sciret exitum tuum, & introitum tuum, & nosset omnia quæ agis? ⁱ Egressus itaque Ioab à Dauid, misit nuntios post Abner, & reduxit eum à Cisterna Sira, ignorante Dauid. Cūque redisset Abner in Hebron, seorsum adduxit eum Ioab ad medium portæ vt loqueretur ei in ^k dolo,] & percussit illum ⁱibi in inguine.] & mortuus est, in ultionem sanguinis Asahel fratris eius. Quod cum ^f audisset Dauid rem iam gestam,] ait: Mundus ego sum, & regnum meum apud Deum, vsque in sempiternum, à sanguine Abner filij Ner, & veniat super caput Ioab, & super omnem domum patris eius, nec deficiat de domo Ioab fluxum seminis sustinens, & leprosus, & ^otenens fufum,] & cadens gladio, & indigens pane. Igitur Ioab & Abisai frater eius interfecerunt. Abner, eò quòd occidisset Asahel fratrem eorum in Gabaon in prælio. Dixit autem Dauid ad Ioab, & ad omnem populū qui erat cum eo: ^t Scindite vestimēta vestra, & accingimini faccis, & plāgite ante ^e exequias] Abner. Porrò Rex Dauid sequebatur feretrum. Cūque sepelisset Abner in Hebron, leuauit Rex Dauid vocem suam, & fleuit super tumulum Abner: Fleuit autem & omnis populus. Plangēnsque Rex ⁿ & lugēs] Abner, ait: Nequaquam vt mori solēt ^m ignaui, mortuus est Abner. ⁿ Manus tuæ ligatæ non sunt, & pedes tui non ⁱ sunt compedibus aggrauati: sed sicut solent cadere coram filiis iniquitatis, sic corruisti. Congeminanque omnis populus, fleuit super eum. Cūque venisset vniuersa multitudo cibum capere cum Dauid clara adhuc die, iurauit Dauid, dicens: Hæc faciat mihi deus, & hæc addat, si ante occasum solis gustauero panem, vel aliud quicquam. Omnisque populus audiuit, & placuerunt eis cuncta quæ fecit Rex in conspectu omnis populi. Et cognouit omne vulgus, & vniuersus Israel in die illa, quoniam non actum fuisset à Rege, vt occideretur Abner filius Ner. ^o Dixit quoque Rex ad seruos suos: Nū ignoratis quoniam Princeps & maximus cecidit hodie in Israel? Ego autem adhuc delicatus & vnctus Rex. Porrò viri isti, filij Saruiæ, duri mihi sunt. Retribuat dominus facienti malum, iuxta malitiam suam.

Baana, & Rechab occiso Isboseth dormiente, caput ad Dauid attulerunt, quibus Pro mercede vices ipse rependit. IIII.

AVdiuit autem Isboseth filius Saul, quòd cecidisset Abner in Hebron, & dissolutæ sunt manus eius, omnisque Israel perturbatus est. ^a Duo autem viri Principes latronum] erant filio Saul: nomen vni Baana, & nomen alteri Rechab, filij Remmon Berothitæ, de filiis Benjamin. Siquidē & ^b Beroth reputata est in Benjamin. Et fugerunt Berothitæ in Gethain, fueruntque ibi aduenæ vsque ad tempus illud. Erat autē Ionathæ, filio Saul, filius debilis pedibus. ^q Quinquennis enim fuit, quando venit nuntius de Saul & Ionathæ ex Iezrahel. ^h Tollēs itaque eum nutrix sua, fugit. Cūque festinaret, vt fugeret, cecidit: & claudus effectus est, habuitque vocabulum Miphóibseth. Venientes igitur filij Remmon Berothitæ, Rechab & Baana, ingressi sunt feruente die domum Isboseth. Qui dormiebat super stratū suum meridie: ^e & hostiaria domus purgans triticum obdormiuit.] ² Ingressi sunt autem domum latenter affumentes spicas tritici: & percusserunt eum in inguine] Rechab & Baana frater eius, & fugerunt. Cū autē ingressi fuissent, domū,

q iij

g. Conuiuium valde solēne in fœderis signum: similiter ex parte Abner recessit. Ad hoc enim à rege recessit vt promissum impleret in effœd. Similiter ex parte Dauid illum dimittentis, quia ad ipsum honorandum conduxit eum per aliquid via spacium. De Lyræ. Et vadam.

h. Cum esset Ioab pro Dauid militie princeps, metuens ne Dauid in honore primi ordinis Abner constitueret, vt haberet regni participem, viam pessimam cogitat, sicut infra de Amasa. Iosephus ibid.

i. Per inuidiam autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Potest Ioab persona & nomine populum Iudeorū significare, qui semper inimici fuerunt predicætorum, & fidem Christi vbique persecuti sunt. Glossa ordina. ibid.

k. Quietē.

l. Vel dolose, Ioab enim occurrit ipsi Abner, quasi ex cōmissione Regis habens secreta tractare cum ipso, & pretendebat vultum iocundū ac gratiosum ad Abner. Quis enim dispostio cordis, & vehementia passionum animæ solent apparere in vultu Ioab, tamen sua calliditate se iure in facie assumere apparatus dispositioni interiori cōtrarium in quo multi simulatores Ioab sequuntur. Dionysius ibidam.

o. Sub quinta cocta.

10. Sustentans se baculo.

11. Super.

m. Quia fraude deceptus es, & non peristi in stulticia tua, sicut perire solent ignaui. Hieronimus. Hoc est, non es iure belli captus, quia manus tuæ non sunt ligatæ, nec pedes compedibus aggrauati sicut eorum manus ligati solent, & pedes vinciri, qui in prælio capi solent. Dolo igitur, non viribus preceptus es. Hieronimus ibid.

n. Ad demonstrationem innocentie suæ, & ad ostendendam suam charitatem ad Abner, atque dolorem suum de illius interitu. Itemque ad declarandum indignationem suam per zelum contra Ioab & suos. Præterea talis ac tanta expurgatio ipsius Dauid fuit necessaria ad tollendam omnem suam plebis suspicionem. Dionysius. Carusa. ibid.

o. Ad demonstrationem innocentie suæ, & ad ostendendam suam charitatem ad Abner, atque dolorem suum de illius interitu. Itemque ad declarandum indignationem suam per zelum contra Ioab & suos. Præterea talis ac tanta expurgatio ipsius Dauid fuit necessaria ad tollendam omnem suam plebis suspicionem. Dionysius. Carusa. ibid.

a. Duo isti principes erant super expeditiones Isboseth, mortuo vero Abner vt Hebræi tradunt, conciliati sunt cum Miphobeth vt vni interfecerent Isboseth, & eundem Miphobeth constituerent Regem & eundem cōsilij delatorem Miphobeth extitisset. Hieronimus ibid.

b. Beroth ciuitas est tribus Manasse reputata, tamen tribus Benjamin: quia vi à Saule occupata, non longe distans à Neapoli quæ dicta est Emmaus, & tandem Neapolis.

2. Ervenientes ad medium domus, quasi triticum accepturi percusserunt eum in quinta cocta.

1. Danie. 13. e.

2. Reg. 3. c.

Ado. 20. f.

73. Reg. 2. a.

1. Sup. 7. b.

Inf. 13. f.

1. Ios. 7. a.

A



Vdiuit autem Isboseth filius Saul, quòd cecidisset Abner in Hebron, & dissolutæ sunt manus eius, omnisque Israel perturbatus est. ^a Duo autem viri Principes latronum] erant filio Saul: nomen vni Baana, & nomen alteri Rechab, filij Remmon Berothitæ, de filiis Benjamin. Siquidē & ^b Beroth reputata est in Benjamin. Et fugerunt Berothitæ in Gethain, fueruntque ibi aduenæ vsque ad tempus illud. Erat autē Ionathæ, filio Saul, filius debilis pedibus. ^q Quinquennis enim fuit, quando venit nuntius de Saul & Ionathæ ex Iezrahel. ^h Tollēs itaque eum nutrix sua, fugit. Cūque festinaret, vt fugeret, cecidit: & claudus effectus est, habuitque vocabulum Miphóibseth. Venientes igitur filij Remmon Berothitæ, Rechab & Baana, ingressi sunt feruente die domum Isboseth. Qui dormiebat super stratū suum meridie: ^e & hostiaria domus purgans triticum obdormiuit.] ² Ingressi sunt autem domum latenter affumentes spicas tritici: & percusserunt eum in inguine] Rechab & Baana frater eius, & fugerunt. Cū autē ingressi fuissent, domū,

propria authoritate

* Strati sui. c. Quoniam scriptum est Dill. ges proximum eum sicut reip sum, nemini licet non volente occidere proximum, cui non expedit occidere seipsum. Aug. Epi. 61. d. Occisionis Isboseth iusta puniatio: quia David præcepit illos homicidas occidi eo quod interfecerat Dominum suum dolose, & ducti cupiditate, ut patet ex prædictis ad literam. De Lyra. 3. Qui putabat quod daturus illi esset præmium nuntij. e. Quia omnis qui sine illa legitime potestatis auctoritate hominem occidit, homicida est: quicumque seipsum occidit non est homicida si non homo est. Aug. Epi. 61. 4. Iustum.

ille dormiebat super lectum suum, in conclavi, & percutientes interfecerunt eum. Sublatoque capite eius, abierunt per viam deserti tota nocte: & attulerunt caput Isboseth ad David in Hebron. Dixeruntque ad Regem: Ecce caput Isboseth filij Saul inimici tui, qui quærebat animam tuam: & dedit dominus domino nostro Regi ultionem hodie de Saul & de semine eius. Respondens autem David Rechab & Baana fratri eius, filijs Remmon Berothitæ, dixit ad eos: Viuit dominus, qui eruit animam meam de omni angustia, quoniam eum qui annunciauerat mihi, & dixerat: mortuus est Saul, qui putabat se prospera nuntiare, tenui, & occidi eum in Siceleg: cui oportebat me mercedem dare pro nuntio. Quamto magis nunc cum homines impij interfecerunt virum innoxium in domo sua, super lectum suum, non quæram sanguinem eius de manu vestra, & auferam vos de terra? Præcepit itaque David pueris suis, & interfecerunt eos: præcidētēque manus & pedes eorum, suspenderunt eos super piscinam in Hebron: Caput autem Isboseth tulerunt, & sepelierunt in sepulchro Abner in Hebron.

David victus super totum Israel, arcem Sion pulsus Iebusæis capit, ubi domum construxit alias vxores superinduxit, ac bis Philistæos deo iuuante prostravit. V.

a. Merito sic expeditus est ab vniuerso populo, ut venisset ad eum omnes tribus Israel, dicentes: Ecce nos ossa tua & caro tua sumus, &c. Er quid de eo plura dicam de quo huiusmodi dei processit iemētia, ut de eo diceret: inveni David iectum cor meum. Amb. Osi. 2. c. 17. b. Anno. 7. regni sui David Rex totius Israelis acclamatur & vngitur, arcem Ierusalem occupat, Iebusæum expellit & Philistæos superat. c. David bis vnctus dicitur: & Christus prius in Iudæis, post in gentibus principatum sumpt. Glofa. ordinaria.

ET venerunt vniuersæ tribus Israel ad David in Hebron, dicentes: Ecce nos os tuum & caro tua sumus. Sed heri & nudius tertius cum esset Saul Rex super nos, tu eras educens & reducens Israel: Dixit autem dominus ad te: Tu pasces populum meum Israel, & tu eris dux super Israel. Venerunt quoque & seniores Israel ad Regem in Hebron, & percussit cum eis Rex David fœdus in Hebron coram domino, vnixeruntque David in Regem super Israel. Filius triginta annorum erat David cum regnare cœpisset, & quadraginta annis regnavit. In Hebron regnavit super Iudam septem annis & sex mensibus, in Ierusalem autem regnavit trigintatribus annis, super omnem Israel & Iudam. Et abiit Rex & omnes viri qui erant cum eo in Ierusalem, ad Iebusæum habitatorem terræ. Diciturque est David ab eis: Non egredieris huc, nisi abstuleris cæcos & claudos, dicentes: Nō ingredietur David huc. Cœpit autem David arcem Sion: hæc est ciuitas David. Proposuerat enim David in die illa præmium, qui percussisset Iebusæum, & tetigisset domatum fistulas: & abstulisset cæcos, & claudos, odientes animam David. Idcirco dicitur in prouerbio: Cæcus & claudus non intrabunt in templum. Habitauit autem David in arce Sion, & vocauit eam ciuitatem David: & ædificauit per gyrum à Mello & intrinsecus. Et ingrediebatur proficiens atque succrescens, & dominus deus exercituum erat cum eo. Misit quoque Hiram Rex Tyri nuntios ad David, & ligna cedrina, & artifices lignorum, artificesque lapidum, ad parietes: & ædificauerunt domum David. Et cognouit David, quoniam confirmasset eum dominus Regem super Israel, & quoniam exaltasset regnum eius super populum suum Israel. Accepit ergo David adhuc concubinas & vxores de Ierusalem, postquã venerat de Hebron. Nati que sunt David & alij filij & filia: & hæc nomina eorum qui nati sunt ei in Ierusalē: Sammua, & Sobab, & Nathã, & Salomō & Iabaar, & Helisua, & Nepheg, & Iaphia, & Helisama, & Heliada, & Heliphãleth. Audierunt ergo Philistiim quod vnixissent David in Regem super Israel, & ascenderunt vniuersi ut quærerent David. Quod cum audisset David, descēdit in præsidium. Philistiim autem venientes diffusi sunt in valle Raphaim. Et consuluit David dominum, dicens: Si ascendam ad Philistiim, & si dabis eos in manu mea? Et dixit dominus ad David: Ascende, quia tradens dabo Philistiim in manu tua. Venit ergo David in Baalpharasim] & percussit eos ibi, & dixit: Diuisit dominus inimicos meos coram me, sicut diuiduntur aquæ. Propterea vocatum est nomen loci illius Baalpharasim. Et reliquerunt ibi sculpilia sua, quæ tulit David & viri eius. Et addiderunt adhuc Philistiim ut ascenderent: & diffusi sunt in valle Raphaim. Consuluit autem David dominum: Si ascendam contra Philistæos: & tradas eos in manus meas? Qui respondit: Non ascendas

d. Nisi abstuleris nos, quos tanquam cæcos & claudos existimamus, de quibus iactas te triumphaturum. Hiero. e. Er dicit David i die illa qui percussisset Iebusæum, & tetigisset fistulas, & cæcos & claudos, odientes animam David, abstulerit, dux scilicet belli. Hiero. cum Hebr. f. Attium quoddam est muro propinquum. a. Progrediens David progressus est, & creuit, hoc est, profecit & creuit in regno. Ethioptica phrasis. g. Nō facile dignoscitur quas concubinas appellet scriptura, & quas vxores: quādo quidam & Hagar dicta est vxor quæ postea dicitur concubina, & Cethura, & ancilla quæ dederat Rachel & Lia viro suo. Nisi forte omnis cœubina vxor, non autem omnis vxor cœubina more loquenti scripturam appellatur, id est, ut Sara & Rebecca, & Lia & Rachel concubinae dici non possunt, Hagar vero & Cethura, Bala & Zelpha, & vxores & concubinae. Aug. in Gene. lib. 1. c. 90. h. Qualiter bis expugnauit inimicos exteriores, scilicet Philistæos. Consuluit tamen prius Dominum ut per eius auxilium dirigeretur, & protegeretur. De Lyra. Ibidem. 3. In planitiem Pharasim & infra. i. Vallis Raphaim est iuxta Ierusalem euntis in Bethleem inter austrum & occidentem, à gigantibus olim sic aucturata. Vnde etiam interdum dicitur vallis gigantum: vallis inquam strugum omnium feracissima & amplissima.

† Sup. 1. b. Ios. 7. 2. † 1. Para. 11. a. Sup. 2. d. Ios. 19. c. David regnare cepit in Ierusalem. Anni ante Christū. 1066. Anni mundi 2896. Ios. 7. 3. † 1. Para. 11. a.

† Leui. 21. d.

† 1. Par. 14. 4.

† 1. Para. 3. b.

Ios. 7. 4. † 1. Par. 14. b. c. d.

† 1. Sa. 23. f.

contra eos, sed gyra post tergum eorum, & venies ad eos ex aduerso⁴ pyrorum. Et cum audieris sonitum^k clamque gradientis in cacumine pyrorum, tunc in ibis praelium: tunc egredietur dominus ante faciem tuam, vt percutiat castra Philistiim. Fecit itaque Dauid sicut praeceperat ei dominus, & percussit Philistiim de Gabaa, vsque dum venias Geser.

Cum Dauid arcam Dei à domo Aminadab duceret in Ierusalem, Oza percussus interit: vnde stetit in domo Obeth Aedom. Inde cum in Ierusalem duceretur, ludens Dauid coram ea à Michol vxore ridetur. VI.

Congregauit autem rursus Dauid omnes electos ex Israel, triginta milia, [†] Surrexitque Dauid & abiit & vniuersus populus, qui erant cum eo de viris Iuda, vt adduxerent arcam dei: super quam inuocatum est nomen domini exercituum, sedentis¹ in Cherubin] super eam. [†] Et imposuerunt arcam dei super plaustrum nouum. Tuleruntque eam de domo Aminadab, qui erat in Gabaa. Oza autem & Haio filij Aminadab minabant plaustrum nouum. [†] Cumque tulissent eam de domo Aminadab, qui erat in Gabaa, custodientes arcam dei: Haio praecedebat arcam dei, Dauid autem & omnis * Israel ludebant coram domino, ² in omnibus lignis fabrefactis, & citharis, & liris,] & tympanis, & sistris, & cymbalis. [†] Postquam autem venerunt ad Arean Nachon, extendit^b Oza manum ad arcam dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues & declinauerunt eam. & Iratusque est indignatione dominus contra Ozam: & percussit eum^c super temeritate: qui mortuus est ibi iuxta arcam dei. [†] Contristatus est autem Dauid eò quòd³ percussisset dominus Ozam:] & vocatum est nomen loci illius⁴ percussio Ozæ vsque in diem hanc. Et extimuit Dauid dominum in die illa, dicens: **Quomodo** ingredietur ad me arca domini? Et noluit diuerrere ad se arcam domini, in ciuitatem Dauid: sed diuertit eam in domum⁵ Obededom] Gethæi. Et^d habitauit arca domini in domo Obededom Gethæi tribus mensibus: ⁵ & benedixit dominus Obededom, & omnem domum eius. [†] Nuntiatumque est Regi Dauid, quòd benedixisset dominus Obededom, & omnia eius, propter arcam dei. [†] Dixitque Dauid: Ibo, & reducam arcam cum benedictione in domum meam.] Abiit ergo Dauid: & adduxit arcam dei de domo Obededom in ciuitatem Dauid cum gaudio: ⁶ & erant cum Dauid septem chori: & victima vituli. [†] Cumque transcendissent qui portabant arcam domini sex passus, immolabant bouem & ouem] & ⁷ arietem:] & Dauid ⁸ percutiebat in organis armigatis: &] saltabat totis viribus ante dominum. Porro Dauid erat accinctus Ephod lineo: ⁷ &] Dauid & omnis domus Israel, ducebant arcam testamenti domini in iubilo & in clangore buccinæ. Cumque intrasset arca domini in ciuitate Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram vidit Regem Dauid subsilientem atque⁹ saltantem coram domino: & despexit eum in corde suo. Et introduxerunt arcam domini, & imposuerunt eam in loco suo, in medio tabernaculi, quod tetenderat ei Dauid: & obtulit Dauid holocausta coram domino, & pacifica. Cumque compleisset offerens holocausta & pacifica, benedixit populo in nomine domini exercituum. ⁸ Et partitus est multitudini vniuersæ Israel, tam viro quàm mulieri, singulis ⁹ collyridam] panis vnam, & ⁹ assaturam bubulæ carnis vnam:] & ¹⁰ similam frixam oleo.] Et abiit omnis populus: vnusquisque in domum suam. Reuersusque est Dauid vt benediceret domui suæ: & egressa Michol filia Saul in occursum Dauid, ait: **Quàm gloriosus** fuit hodie Rex Israel, discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est quasi si nudetur vnus de scurris. Dixitque Dauid ad Michol: ^h Viuit dominus, quia ludam ante dominum, qui elegit me potius quàm patrem tuum, & quàm omnem domum eius, & praecepit mihi, vt essem dux super populum domini, in Israel. [†] Et ludam, ⁹ & vilior fiam, plusquàm factus sum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosior apparebo. Igiturⁱ Michol filia Saul non est natus filius vsque in diem mortis suæ.

4. Arboris motorum, & infra.
k. Hoc est, angeli sancti ibi se mouentis, ac exhibentis se ad mouendum vos, atque ad deprimendum potestatem demonum vel Idolorum, per que demones operabantur nonnulla. Dionisi. Carr.

2. Congregauit Dauid omnes electos ex Israel 30000. quia dominus primitiuam Ecclesiæ ex Israel instituit, non quidem omnem Israel, sed electos quolque sibi confocians. Non enim omnes qui ex Israel, hi sunt Israelice: sed filij promissionis deputantur in semine. Qui triginta milia fuisse referuntur, id est, fidei operis, & spei firmitate perfecti, &c. Eucherius. ibidem.
1. Inter Cherubin.
* Domus.

2. In variis instrumentis ex lignis cedrinis fabrefactis, in citharis, nablis.

b. Quidam dicunt Ozam ob remeritatem penas dedisse, eò quod areæ auxiliari voluerit, quæ cù toti populo preceffer, aliorum auxilio non indigebat. Iosephus autem dicit quòd eum Leuita non esse, arcam tamen nihilominus attingere ausus fuerit. Procopius ibidem.

c. Propter errorem suum: quoniam aude arcam nutantem retigisse, quam seuitis non nisi per veteres portare licebat.

3. Diuisionem fecisset dominus propter Ozam.

4. Diuisio.

5. Obeth Aedom, & infra.

d. Qui Gethæ⁹ dicitur, eò quòd in Geth pater eius habitauerit. Hieronymus.

e. Dauid arcam domini reduxit in domum Obeth Aedom, & inde in domum suam in Ierusalem. 8. anno regni sui, ex domo Aminadab.

f. Allata ergo foris arca, ludebat Dauid, & omnis Israel coram domino diuersis musicarum generibus: quia mox inchoate non gratis precatione, dominus ad exhibendas deo patri laudes humilitatis omnes inuitat, dicens: qui mihi ministrat, me sequatur, alij dando per spiritum sermonem sapientia, alij sermone scietia, alij genera linguarum, alij gratiam curacionum, &c. Eucherius ibidem.

6. Pecus pinguis.

7. Igitur.

g. Cauendum est ne quis vulgari quadam sermone huius acceptus interpretatione, puret nobis saltationis lubrica histrionicos motus, & scem deliramentis mandari: (hæc enim in adulescentia: etate vitio si sunt) sed saltationem eam mandauit qua saltauit Dauid ante arcam domini: totum enim decet quicquid deseruit religioni, vt nullum obsequium quod proficiat ad cultum, & obseruantiam Christi embebecamus. Ambr. de peccatis. lib. 1. cap. 6.

8. Tortam, vel placentam.

9. Frustrum carnis vnum.

ro. Lagenulam vnam.

h. Non erubuit igitur Dauid femineas opinioniones, nec opprobria apud mulieres subite pro religionis obsequio verè datus est. Ludebat enim domino puer suus, & ideo amplius placuit, quia ita se humiliavit deo, vt regale post habere fastidium, & vltimum exhibere deo quasi seruulus ministrat. Ambr. epist. lib. 6. epist. 36.

* Coram domino.

i. Ipsa est Egla que peperit Dauid Iethram, in cuius partu occubuit. Hieron.

1. Sol. 7. 4.

1. Par. 13. b.

2. Reg. 7. a.

1. Par. 13. c.

1. Reg. 7. a.

+ 2. q. 7. Ple.

2. Reg. 7. a.

1. Par. 13. b.

1. Par. 13. d.

1. Par. 13. d.

† De pe. d. 2.
c. Vt congruatur, circa medium.

Dauid proponens edificare domum domino, ab eo per Nathan prohibetur: sed successor filius promittitur edificaturus, unde gratias agit immensas. VII.

1. Intra cortinam.
a. Hoc enim Nathan ex se, non ex sermone dñi dixit ad Dauid: Quod sequitur vero, ex sermone domini dixit, Hieron.

b. Domum orationis constructe deus Dauidem nō permittit, docēs humanitatē omnes quorū hoc in loco dominū erāt inuocaturū. Nā qui vident prophetam Dauid propter cades quantumuis iustus non cōcedere vt deo ædificet, puras manus habere docentur. Proco. ibid.

2. Pro habitatione mea.
c. Quia nec Moyses nec Iosue ædificauerunt ei domum, quia viri sanguinū essent: ideo in tabernaculis hactenus ambulasse dicitur. Hieron.

d. Sylo, Nob, Maschat, Galgala, Gabson & Gabaa in quibus sita ara domini. Hieron.

e. In Hebræo habetur: Et dixit ad vnam de tribubus Israel, cui præcepi vt pasceret: quia de omnibus ferē tribubus serant alii qui pastores populi Israel. Verbi gratia: De tribu Leui Moyses & Aaron. De tribu Ephraim Iosue. De tribu Iuda Orthoniel. De tribu Manasse Iephie. De tribu Benjamin, Aioth & Saul. De tribu Nephthalim, Barach. De tribu Zabulon, Aalon. De tribu Dan, Sāson. De tribu Issachar, Thola. De Lyca ibidem.

3. Causa.
4. Vt habitet in loco suo, & nō moueatur.

f. Hanc tam grandem promissionem qui putat in Salomone completam, multū errat. Attēdit enim quod dictū est, Hic ædificabit mihi domum, quoniam Salomon templum illud nobilitate struxit, & non attendit: fidelis erit domus eius, & regnum eius in æternum coram me. Attendat ergo & aspiciat Salomonis domum plenā multitudine alienigenis, colentibus deos falsos, & ipsum ab eis regē aliquādo sapientem in eandem idolatriam seductum, atque deiectum, & non audeat existimare deum vel hoc promississe mendaciter, vel talem Salomonem domūque eius facturam non potuisse præscire. Eucherius.

g. Et ita regnum Israel nec Abalon, nec Adonia debebatur, cum iam nati esset ante hanc prophetiam.

5. Cōfitebor.
6. Confirmabitur.

7. Tuam.
h. Hoc est, vt nullus hominum esse qui audierit orantem. Siue ergo propter arcam testamētī, siue propter secretum remotius ab arbitris, siue propter intimū cordis vbi erat orantis affectus, conuenienter dictum est, sedit coram domino. Nisi quod forte sedēs orauit: Hoc monet qui dem. sanctus Hellas, hoc fecit quando pluuiam impetrauit. Augu. ad Simplicianum lib. 2. quæst. 4.

8. Ille est enim mox hominis. Hæc lex hominis est, vt tibi in simplicitate cordis, & puritate seruiat. Hieron.

9. In terra.
10. Iudices.

k. Cur Dauid dei verba torrens ingeminas, cuius sit promissa impleri? Nō dubitauit dei promissiones sub implicita conditione sæpius intelligendas, vepote nisi homines peccādo obicem ponerēt: ideo exorauit pro gratia, ne vel ipse vel posterū sui obicem ponerēt implenti diuinæ promissioni, Dionysius.

11. Auri.
l. Quis inuenit audaciam qua in corde suo deum oraret. Hieronymus.



Actum est autem cum sedisset Rex in domo sua: & dominus dedisset ei^a requiem vndique ab vniuersis inimicis suis, dixit ad Nathan propheta: Vidensque quod ego habitem in domo cedrina, & arca dei posita sit in medio pellium? Dixitque Nathan ad Regem: ^aOmne quod est in corde tuo, vade, fac, quia dominus tecum est. ^bFactū est autem in illa nocte, & ecce sermo domini ad Nathan, dicens: ^cVade & loquere ad seruum meum Dauid: Hæc dicit dominus: Nunquid tu ædificabis mihi domū² ad habitandum? Neque enim habitavi in domo, ex die illa, qua eduxi Israel de terra Ægypti, vsque in diem hanc: sed ambulabam in tabernaculo & in tentorio, ^dper cuncta loca quæ transiui cū omnibus filiis^o Israel. Nunquid loquens locutus sum, ad vnam de tribubus Israel, cui præcepi, vt pasceret populum meum Israel, dicens: quare non ædificasti mihi domū cedrinam? Et nunc hæc dices seruo meo Dauid: Hæc dicit dominus exercituum: ^eEgo tuli te de³ pascuis, sequentem greges, vt esses dux super populū meum Israel: & nunc fui tecum & in omnibus] vbi cunq; ambulasti, & interfeci vniuersos inimicos tuos à facie tua: fecique tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum qui sunt in terra. Et ponam locum populo meo Israel, & plantabo eum⁴ & habitabit in eo, & non turbabitur] amplius: nec addent filij iniquitatis, vt affligant eū, sicut prius: ex die, qua cōstitui iudices super populum meum Israel. Et requiem dabo tibi ab omibus inimicis tuis: prædixitque tibi dominus, quod domū faciat tibi dominus. ^fCūque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, ^gquod egredietur de vetero tuo, & firmabo regnum eius. ^hIpse ædificabit domū nomini meo, & stabiliam thronum regni eius vsque in sempiternum. ⁱEgo ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Qui si iniquē aliquid gesserit, ^jarguam] eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. ^kMisericordiam autem meam nō auferam ab eo: sicut abstuli à Saul, quem amoui à facie mea. Et ^lfidelis erit] domus tua, & regnū tuum vsque in æternum ante faciem⁷ meam: & ^mthronus tuus erit firmus iugiter. Secundum omnia verba hæc, & iuxta vniuersam visionem istam, sic locutus est Nathan ad Dauid. ⁿIngressus est autem Rex Dauid, & sedit coram domino, & dixit: Quis ego sum domine deus, & quæ domus mea, quia adduxisti me hucusque? Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo domine deus, nisi loqueris etiam de domo serui tui in longinquum. ^oIsta est enim lex Adam] domine deus. Quid ergo adde- dere poterit adhuc Dauid, vt loquatur ad te? Tu enim scis seruum tuū domine deus. Propter verbum tuum, & secundum cor tuum fecisti omnia maligna hæc, ita vt notum faceres seruo tuo. Idcirco magnificatus es domine deus: quia non est similis tui, neque est deus extra te, in omnibus quæ audiuius auribus nostris. ^pQuæ est autem] vt populus tuus Israel, gens in terra, propter quam iuit deus, vt redimeret eam sibi in populum, & poneret sibi nomen: faceretque eis magnalia & horribilia⁹ super terram,] à facie populi tui, quem redemisti tibi ex Ægypto gentem & ¹⁰deum] eius? Firmasti enim tibi populum tuum Israel in populum sempiternum: & tu domine deus factus es eis in deum. ^kNunc ergo domine deus, verbum quod locutus es super seruum tuum & super domum eius, suscita in sempiternum, & fac sicut locutus es, vt magnificetur nomen tuum vsque in sempiternum, atque dicatur: Dominus deus exercituum, deus super Israel. Et domus serui tui Dauid erit stabilita coram domino: quia tu domine exercituum deus Israel, reuelasti ¹¹aurem] serui tui, dicens: domum ædificabo tibi. Propterea ¹inuenit seruus tuus cor suum, vt oraret te oratione hac. Nunc ergo domine deus, tu es deus, & verba tua erunt vera. Locutus es enim ad seruum tuū bona hæc. Incipe ergo & benedic domui serui tui, vt sit in sempiternum coram te: quia tu domine deus locutus es hæc, & benedictione tua benedicetur domus serui tui in sempiternum.

10f. 74.
† 1. Para. 17. 2

† 1. Reg. 16. b

† 1. Reg. 16. c
4. Reg. 8. c.
1. Para. 17. b

† 4. Reg. 8. c

† 1. Reg. 16. c
† 1. Para. 12. e
Hebr. 1. b

† Psal. 88. a

† Heb. 1. b

Dauid

Dauid victis Philistorum quinque ciuitatibus Syria Damasci, & Syria Soba, Moabitibus & Idumæis, sub tributum omnes redegit, & tandem officarios sibi elegit idoneos.

A Actum est autem post hæc, percussit Dauid Philistiim & humiliavit eos: & tulit Dauid frænum^a tributi de manu Philistiim, & percussit Moab, & mensus est eos funiculo, coæquans terræ. Mensus est autem^b duos funiculos: vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum. Factusque est Moab Dauid seruiens sub tributo. Et percussit Dauid Adadézer filium Rohob Regem Soba: quando profectus est, vt^c dominaretur super flumen Euphratem. Et captis Dauid ex parte eius mille septingentis equitibus & viginti milibus peditum: subneruauit omnes iugales curruum. Dereliquit autem ex eis^d centum currus: Venit quoque Syria Damasci, vt præsidium ferret Adadézer Regi Soba: & percussit Dauid de Syria vigintiduo milia virorum, & posuit Dauid præsidium in Syria Damasci, factaque est Syria Dauid seruiens sub tributo. Seruauitque dominus Dauid in omnibus, ad quæcunque profectus est. Et tulit Dauid^e arma aurea, quæ habebant serui Adadézer, & detulit ea in Ierusalem. Et de Berthe & de Beroth ciuitatibus Adadézer, tulit Rex Dauid as multum nimis: de quo fecit Salomon omnia vasa area in templo, & mare æneum, & columnas & altare. Audiuit autem Thou Rex Emath, quod percussisset Dauid omne robur Adadézer. Et misit Thou Ioram filium suum ad Regem Dauid, vt salutaret eum congratulans: & gratias ageret] eò quod expugnasset Adadézer, & percussisset eum. Hostis quippe erat Thou Adadézer: Et in manu eius erant vasa aurea & vasa argentea & vasa area: quæ & ipsa sanctificauit Rex Dauid domino, cum argento & auro quæ sanctificauerat de vniuersis gentibus, quas subegerat de Syria & Moab, & filiis Ammon, & Philistiim & Amalech: & de manibus Adadézer filij Rohob Regis Soba. Fecit quoque sibi Dauid nomen cum reuenteretur capta Syria^f in valle Salinarum, cæsis decem & octo milibus, & in Gebelem ad vigintitria milia, & posuit in Idumæa custodes, statuítque præsidium, & facta est vniuersa Idumæa seruiens Dauid: & seruauit dominus Dauid in omnibus, ad quæcunque profectus est. Et regnauit Dauid super omnem Israel: faciebat quoque Dauid iudicium & iustitiam omni populo suo: Ioab autem filius Saruie erat super exercitum: porro Iofaphat filius Achilud erat à commentariis: & Sadoch filius Achitob & Achimélech filius Abiathar, erant sacerdotes: & Saraias scriba: Banaias autem filius Ioiadæ, super Cerethi & Phelethi: Filij autem Dauid sacerdotes erant. Et dixit Dauid: Putasne est aliquis, qui remanserit de domo Saul, vt faciam cum eò misericordiam, propter Ionathan.

Miphiboseth filij Ionathæ Dauid propter Ionathan miseretur, cibatur eum in mensa sua, atque omnes Saulis agros restituit, quos Siba Saulis seruo colendos iniunxit. I X.

A Rat auté de domo Saul seruus, nomine Siba: Quem cum vocasset Rex ad se, dixit ei: Tú ne es Siba? Et ille respondit: Ego sum seruus tuus. Et ait Rex: Nunquid superest aliquis de domo Saul, vt faciam cum eò misericordiam dei? Dixitque Siba Regi: Superest filius Ionathæ, debilis pedibus. Vbi, inquit, est? & Siba ad regem: Ecce, ait, in domo est Machir filij Amihelin^b Lodabar. Misit ergo rex Dauid, & tulit eum de domo Machir filij Ammiel de Lodabar. Cum autem venisset Miphiboseth filius Ionathæ filij Saul ad Dauid, corruit in faciem suam, & adorauit. Dixitque Dauid: Miphiboseth. Qui respondit: Assum seruus tuus. Et ait ei Dauid: Ne timeas, quia faciens faciam in te misericordiam, propter Ionathan patrem tuum: & restituaui tibi omnes^c agros Saul patris tui, & tu comedes panem in mensa mea semper. Qui adorans eum, dixit: Quis ego sum seruus tuus? quoniam respexisti super canem mortuum, similem mei? Vocauit

a. Subiectionis. Quinque enim Philistorum ciuitates fecit Dauid tributarias, quæ sepius Israel fecerit tributarij. Hieron. 1. Profertur eos in terram. 2. Eos duobus funiculis, id est, duas partes eorum interfecti, tertiam vero seruaui. Heb. 3. Confineret terminum suis. 4. Hoc est, pedum equorum excremitates, vt iuuiler redderetur, ne hosti essent auxilio, redcauit cui lex equos multiplicare prohibebat. 5. Hoc est, equos tot quadraginta, aut etiam ipsas quadrigas referuauit sibi, ad riles vius suos: quia ad quemlibet currum quatuor equi pertinebant. Dicitur tamen in 1. lib. Par. ca. 18. quod Dauid cepit mille quadrigas Hedadézer, & decem milia equitum. Dion. Carr. ibidem. 6. Clypeos aureos. 7. Rogauer eum pro pace, & benediceret ei. 8. Gerebat enim eum Thou multum bella Adadézer. 9. Quod hic iuuiler profectiois Christi ad gentes, & subiectionis eorum per doctrinam euangelicam ad fidem signa expoficitur, in 2. Regnorũ libro admodum apta occurrunt. offeruntque legentibus: vbi Dauid in regno Israel & Iuda stabilitus, regionem Moab, Palæstinam & vniuersam Idumæam legitur subegisse sibi, atque in Ierusalem redegit. Quod planè in sinuabat Christum, qui verus est Dauid, & fortis, vultusque desiderabilis, post annunciatum per totam Iudæam Euangelium, accepitque spirituale regnum, transiit ad gentes, vt filios dei qui erant dispersi congregaret, in vna. Cui in Ioan. II. ca. 9. e. In qua triumphalem sibi coronam Dauid rediens erexit. Hieron. 10. Nunc impletur est illud quod Isaacbecho filio propheta: Esto inquit dominus fratris tui. De uictis enim Idumæis præsidia imposuit. Præsertim autem præsidarios quos nunc quidam locustorum appellant, ipsi serui serui nominantur. Procopius ibidem.

a. Ecce Dauid nō est obtulens iuramenti & fœderis quod cum Ionatha pepigit, sed misericordiam quam promisit patri, filio adimpleuit. Dauid quoque Christum significat, Ionathan qui interpretatur columba domus, gratia spiritus sancti. Glos. ordi. b. Lodabar oppidum est in monte Galaad situm in tribu Gad, non longe à Masphar, trans Iordanem. c. Quorum partem abstulerant filij Respha concubine Saul, partem vero in Iffobech iure belli Dauid sibi vindicauerat Hieron.

1. Par. 18. a

De confecta. dist. 1. ca. 1.

De confecta. dist. 1. ca. 1.

1. Par. 18. d. infra. 20. g

1. Par. 18. d

1. Par. 19. a

1. Reg. 18. d

itaque Rex Sibam puerum Saul, & dixit ei: Omnia quaecunque fuerunt Saul, & vniuersam domum eius dedi filio domini tui. Operare igitur ei terram, * tu & filij tui, & serui tui, & inferes filio domini tui cibos, vt alatur. ^d Miphibóseth autem filius domini tui, comedet semper panem super mensam meam. Erant autem Sibæ quindecim filij, & viginti serui. ^e Dixitque Siba ad Regem: Sicut iussisti domine mi Rex seruo tuo, sic faciet seruus tuus. ^e Et Miphibóseth comedet super mensam meam quasi vnus de filiis Regis. Habebat autem Miphibóseth filium paruulum nomine Micha. Omnis verò cognatio domus Sibæ seruebat Miphibóseth. Porrò Miphibóseth habitabat in Ierusalé, quia de mensa Regis iugiter vescabatur, & erat claudus vtroque pede.

Ammonitæ post illatam seruis Dauid iniuriam, contractis quinque Regum Syriae copiis prosigantur, veriti deinceps Ammonitis ferre presidium. X.



E Actum est autem post hæc vt more retur Rex filiorum Ammon, & regnauit Hanó filius eius pro eo. Dixitque Dauid: ^a Faciam misericordiam cum Hanon filio ^b Naas: sicut fecit pater eius mecúm misericordiam. Misit ergo Dauid consolans eum per seruos suos super patris interitu. Cùm autem venissent serui Dauid in terram filiorum Ammon: dixerunt Principes filiorum Ammon ad Hanon dominum suum: Putas quòd ^c propter honorem patris tui miserit Dauid ad te consolatores, & non ideo vt te inuestigaret, & exploraret ciuitatem, & euertetet eam, misit Dauid seruos suos ad te? ^c Tulit itaque Hanon seruos Dauid, rasitque dimidiam partem barbæ eorum, & præcidit vestes eorum medias, vsque ad nates: & dimisit eos. ^d Quod cùm nuntiati esset Dauid, misit in occursum eorú. Erant enim viri confusi, & turpiter iualde. Et mandauit eis Dauid: Manete in Iericho, donec crescat barba vestra, & tunc reuertimini: Videntes autem filij Ammon, quòd iniuriam fecissent Dauid, miserunt, & conduxerunt mercede ^d Syrum Rohob, & Syru Soba, viginti milia peditum, & à rege Maacha, mille viros, & ab Histob, duodecim milia virorum. Quod cùm audisset Dauid, misit Ioab & omnem exercitum bellatorú. Egressi sunt ergo filij Ammon, & direxerunt aciem ante ipsum introitú portæ. ^e Syrus autem Soba & Rohob, & Histob, & Maacha seorsum erant in campo. Videns ergo Ioab, quòd præparatum esset aduersum se prælium, & ex aduerso & post tergum: elegit sibi ex omnibus electis Israel, & instruxit aciem contra Syrum, reliquam autem partem populi tradidit Abisai fratri suo. ^f Qui direxit aciem aduersum filios Ammon. Et ait Ioab: Si præualuerint aduersum me Syri, eris mihi in adiutorium: si autem filij Ammon præualuerint aduersum te, auxiliabor tibi. Esto vir fortis, ^f & pugnemus pro populo nostro, & ciuitate dei nostri. Dominus autem faciet, quod bonum est in conspectu suo. Iniiit itaque Ioab & populus qui erat cum eo, certamen contra Syros, qui statim fugerunt à facie eius. Filij autem Ammon videntes quia fugissent Syri, fugerunt & ipsi à facie Abisai, & ingressi sunt ciuitatem. Reuersusque est Ioab à filiis Ammon, & venit Ierusalem. ^g Videntes igitur ^g filij Ammon quoniam Syrus expauit, & quoniam corruissent coram Israel, congregati sunt pariter. ^g Misitque ad Adadézer, & eduxit Syros, qui erant trans fluuium: & adduxit eorum exercitum. Sabach autem magister militiæ Adadézer ^h erat princeps eorum. Quod cùm nuntiati esset Dauid, contraxit omnem Israelem, & transiit Iordanem, venitque in Helam. Et direxerunt aciem Syri ex aduerso Dauid, & pugnaverunt contra Israel. Fugeruntque Syri à facie Israel, & occidit Dauid de Syris septingentos currus & quadraginta milia equitum, ^h & Sobach principem militiæ percussit: qui statim mortuus est. Videntes autem vniuersi Reges, ⁱ qui erant in presidio Adadézer se victos esse ab Israel, expauerunt, & fugerunt quinquaginta & octo milia coram Israel, & fecerunt pacem cum Israel, & seruiuerunt eis: timueruntque Syri auxiliium præbere filiis Ammon.

Obsessa Rabba Ammonitarum, Dauid homicidium vriæ adulterio adiunxit vxoris: vnde accepit sibi vxore, & nato ex ea filio, dominum commouit ad iram. XI.

Factum

* Illius.

d. Dauid nō immemor erat feceris quod habuerat cum Ionatha, & olim pepigerat, sed misericordiam quam ei promiserat, implere curauit, filium eius requirit, & in misericordiam cum eo fecit. Angelonius ibidem.
e. In Hebræo habetur: Et Miphibóseth comedit super mensam meam. Et secundum hoc est verbum ipsius Dauid quod exponunt Hebræi dicentes, quòd postquam Siba dixerat: Regi sic faciet seruus tuus. Dauid respōdit: Et Miphibóseth comedet super mensam meam. De Lyra. ibidem.
f. Habitatio.

a. Quando fugit Dauid à facie Achis regis Geth, venit ad Naas regem Ammon, qui facit eò misericordiam in ultra imperando bona. Angelonius ibid.
b. Naas pater Hanon & Sobi, de quo infra 17. cap. quem peruenit Achis, & in eò in speluncam Othellam, vbi viderit eum parentes eius, quos duxit ad regem Moab. Hieron.
c. Honorat Dauid patrem tuum in oculis tuis, quòd miserit ad te consolatores: Nunquid non magis?
d. Qui enim legatum Regis in honorat, & afficit contumelia, regiam quoque maiestatem ex ledit iniuria, & grauiter offendit. Quem admodum Hanon rex filiorum Ammon pestifera suorum principum delatione inducit, quoniam nuncios Dauid ad se officij & benevolentia gratia missos ludibrio habuit, & ipsum Dauid Regem ad indignationem commouit, cōcitatque ad arma in vitione tanti facinoris: quo tandem post multas clades: regno exutus est, & vita priuatus. Cynius in Joan. lib. 5. cap. 3.
e. Syriæ Reges Rohob, Histob, Soba, & Maacha, de quibus Dauid triumphauit. Hieron.
f. Ex his multiplicem patet esse Syriam. Prima dicitur Ará, quæ & Mesopotamia. Secunda Capadocia. Tertia, Syria Damasci. Quarta, Syria Antiochia, quæ & Roob dicitur. Quinta est Syria Soba, siue Sobal. Sexta est Syria Maacha, de qua in præsentia historia.
g. Ne scilicet aduersarij nostri inuadant, & vastent terram nostram & plebem nostram, quæque vbes, præsertim metropolitanaam Ierusalé, vbi sunt sancta nostra. Dion. Carr. ibidem.

g. Videntes suam debellatiōem & confusiōem vt possent se vindicare, congregauerunt multitudinem maiorem: potest quòd Dauid in propria persona ad prælium venit cum exercitu suo maiori quàm prius, & eos penitus debellauit. Vnde vniuersi reges fecerunt cum eo pacem, promittentes reddere Dauid pacificè tributum. De Lyra.
h. Syri quod corruissent coram Israel, collecti sunt simul.
i. Præcedebat eos.

h. Mesopotamithæ deinde cognito tam tristi pugnae euentu, sine mora legatione ad Dauid eum munerebus missa, deditiōnem fecerunt. Atque ita appetite iam hyme Ierofolyma est reuerfus. Iosephus Antiq. lib. 7. cap. 6.

† 1. Par. 16.

11. Par. 20. A



Actum est autem^a vertente anno, eo tempore quo solent Reges ad bella procedere, misit Dauid Ioab & seruos suos cum eo, & vniuersum Israel, & vastauerunt filios Ammon, & obsederunt^b Rabba: Dauid autem remansit in Ierusalem. Dum hæc agerentur, accidit & quadam die] vt surgeret Dauid de stratu suo post meridiem:] & deambulet^c in solario] domus regia: viditque mulierem se lauanti^d ex aduerso super solarium suum:] Erat autem mulier pulchra valde. Misit ergo Rex, & requisivit quæ esset mulier: ^e Nuntiatumque est ei, quod ipsa esset Bersabee filia^f Heliam,] vxor Vriæ Hethæi. ^g Missis itaque Dauid nuntiis, tulit eam. Quæ cum ingressa esset ad illum dormiuit cum ea. ^h Statimque sanctificata est] ab immunditia sua: & reuersa est domum suam, ⁱ concepto fetu. Mittensque nuntiavit Dauid,] & ait: Concepi. Misit autem Dauid ad Ioab, dicens: Mitte ad me Vriam Hethæum. Misitque Ioab Vriam ad Dauid. Et venit Vrias ad Dauid. ^k Quæsiuitque Dauid^l quàm rectè ageret Ioab & populus, & quomodo administraretur bellum.] Et dixit Dauid ad Vriam: ^m Vade in domum tuam, & laua pedes tuos, Et egressus est Vrias de domo Regis, secutusque est eum cibus regius. Dormiuit autem Vrias ante portam domus regia, cum aliis seruis domini sui, & non descendit ad domum suam. Nunciatumque est Dauid à dicentibus: Non iuit Vrias in domum suam. Et ait Dauid ad Vriam: Nunquid non de via & longinqua] venisti? Quare non descendisti in domum tuam? Et ait Vrias ad Dauid: Arca dei & Israel & Iuda habitant in papilionibus: & dominus meus Ioab, & serui domini mei super faciè terræ manent: & ego ingrediar domum meam, vt comedam & bibam & dormiam cum vxore mea? ⁿ Per^o salutem tuam, & per salutem animæ tuæ, non faciam rem hanc. Ait ergo Dauid ad Vriam: Mane hic etiam hodie, & cras dimittam te. ^p Mansit Vrias in Ierusalem in die illa & altera & vocauit eum Dauid, vt comederet coram se & biberet, & inebriauit eum. Qui egressus vesperè, dormiuit in stratu suo cum seruis domini sui: & in domum suam non descendit. ^q Factum est ergo mane, & scripsit Dauid epistolam ad Ioab, ^r misitque per manum Vriæ, scribens in epistola: Ponite Vriam^s ex aduerso belli vbi fortissimum est prælium,] & derelinquite eum, vt percussus intereat. Igitur cum Ioab obsideret urbem, posuit Vriam in loco vbi sciebat viros esse fortissimos: egressique viri de ciuitate, bellabant aduersum Ioab: & ceciderunt de populo seruorum Dauid, mortuus est etiam Vrias Hethæus. Misit itaque Ioab, & nunciauit Dauid omnia verba prælij: præcepitque nuntio, dicens: Cum compleueris vniuersos sermones belli ad Regem, si eum videris indignari, & dixerit: quare accessistis ad murum vt præliaremini? an ignorabatis quod multa desuper ex muro tela mittantur? ^t quis percussit Abimelech filium^u Ierobaal? ^v Nonne mulier misit super eum fragmen molæ de muro, & interfecit eum in Thebes? quare iuxta murum accessistis? dices: Etiam seruus tuus Vrias Hethæus^w occubuit. Abiit ergo nuntius, & venit & narrauit Dauid omnia, quæ ei præceperat Ioab: & dixit nuntius ad Dauid: Præualuerunt aduersum nos viri, & egressi sunt ad nos in agrum. Nos autem & facto impetu] persecuti eos sumus vsque ad portam ciuitatis: & direxerunt iacula sagittarij ad seruos tuos ex muro desuper, mortuique sunt de seruis Regis. Quinetiam seruus tuus Vrias Hethæus mortuus est. Et dixit Dauid ad nuntium: Hæc dices Ioab: non^x te frangat ista res. Varius enim euentus est belli, & nunc hunc & nunc illum] consumit gladius. ^y conforta belatores tuos aduersus urbem,] vt destruas eam: & exhortare eos. Audiuit autem vxor Vriæ, quod mortuus esset Vrias vir suus, & planxit eum. Transactoque luctu, ^z misit Dauid & introduxit eam in domum suam, & facta est ei vxor, peperitque ei filium. Et displicuit verbum hoc, quod fecerat Dauid, coram domino.

1. que. 7. Si quoniam. De pen. dist. 1. cap. Voluit sent. dist. 1. c. Vt co gnouerunt. 3. q. 1. cap. Si qua fuerit. 1. leuit. 15. c

De offi. De leg. cap. Cum olim.

1. Iud. 9. g

a. Hoc est tempore veris quando pulia frigoris asperitate paula reperitur iumentorum. Glofa. ordi.
b. Rabba, quam & Rabbah dicunt, & Ammam dicitur vocabant, à Ptolomeo Philadelpho dicta est Philadelphia, metropolis Ammonitarum, in qua hactenus monstratur lectus ferreus Og. Regis Basan.
1. Tempore vespertino.
2. Super lectum.
3. De lecto.
4. Dicens: Nonne hæc est, Bersabee filia Heliam.
5. Heliam fuit filius Achitophel Hieronymus.
6. Ipsa autem sanctificata se.
6. Concepit autem mulier, & mittens indicauit ipsi Dauid,

7. De pace Ioab, de pace populi, & de pace gentium bellum.
8. Die mihi, & Dauid, ob quam causam sollicitus est ob hoc, inquit, pietatis do cõsiliu, si potero quoquo pacto obumbrare scelus magnitudinem, & vulneri superducere cicatricem, vt illius esse dicatur quod meum est. Chryso. super 1. sa. 50.
9. Quia arca dei nunc erat portata ad exercitum, sicut fuerat tempore Saul ad dandum confidentiam bellatoribus. De 1. ysa.

8. Vriam, & infra. Hoc est, per salutem vice tuæ præsentis, & per salutem animæ tuæ futuram.

f. Idcirco eum inebriasse dicitur, vt saltem ebrius in domum suam descendere. Hieron.

g. O infelicitas peccati, gladium aduersum se nocens portabat, qui iniusticiam fuerat passus, & epistolam ferebat sanguine plenam. Stetit igitur in pugna, cecidit, occisus est. Ecco duo peccata, homicidium & adulterium. Chryso. ibidem.
9. In priori loco pugna accipitur.

h. Gedeonis iudicis Israeliticis, illegitimum ex concubina filius.

i. Consummatum est peccatum, completa est iniquitas, ablatum est à medio qui iniusticiam passus fuerat. Chry. ibid. vbi prius.

10. Mala videatur hæc res in oculis tuis: quoniam taliter, & taliter.

11. Aggraua bellum tuum contra ciuitatem.

k. Ergo iste Dauid grauiter seceratque peccauit: quod scelus eius etiam per prophetam deus arguit increpando, & ipse abluuit penitendo. Isidorus ibidem.

Dauid sub parabola Nathan in se sententiam tulit, vnde multa illi Nathan incommo-
minatur, quibus compunctus culpa illi pena manente donatur, mortuo puero Salo-
mon nascitur, & Rabba cum multis Ammonitarum urbibus diruitur. XII.

a. Propheta ad Prophetam venit, ecce & Dauid propheta erat. Quomodo ergo suspicatur non potuit sicut enim medici quando agrotant, aliorum medicorum auxilio indigent, & infirmitas obliuioni dat artem, sic & in hoc propheta. Ille propheta, & ille, sed iste sanus, ille vero graui valere sauciat. Chrys. Vbi prius.
 b. Dicens enim vxorem dicitur emere eam cui dorem assignat.
 c. Id est diabolus, qui aliena tunc est ad compunctum ciuium collectum per oblationem in peccato, cui Dauid fecit conuiuium per oblationem in adulterium & homicidium in opus deducit: quia diabolus in talibus delictatur. Talen autem parabola proposuit Nathan ipse Dauid, vt ignorans seipsum condemnaret, & sic frontem non haberet defendendi peccatum, ideo subsequitur sententia Dauid: Filius mortis est qui hoc fecerit. De Lyra ibidem.
 d. Merob & Michol filias Saulis, primae Dauid vxores.

a. Eius.
 e. Tu qui ad solatium, arbitror, peccatorum tuorum, confidit: actus nostros à deo non putas, ex hoc ipso & aspici te à Christo intellige, & puniendum foretiam prope diem esse cogno feci: quia etiam Dauid sanctum dens vni errorem suum nec scerero oculorum generalis potuisse contigere, nec à praesentibus ponis priuilegio saltem maiorem operum vindicare. Saluianus lib. 2.
 f. Hoc est, manifeste, & nemine ignorante: vt Absalon ingressus est ad concubinas patris.
 2. Occasionem male loquendi inimicis dñi in hunc se desisti.
 g. Filius enim superflus transfretae legis argumētum erat: Deus itaque ipse regis curam gerens, sustulit eius opprobrium. Procopius ibidem.
 3. Grauius agrotauit.

4. Perno cubans.
 4. Super eum, vt subleuarent eum de terra.
 h. Sanctus Dauid filios amisit duos, vni incedit, alteri parit. Hos habuisse pudoris est, doloris est perdidisse Amittit tertium quem amabat paruulum: hunc videns non desistit. Sic enim legitur quod agrotante puero deprecabatur Dauid dominum pro puero, & ieiunauit, & in ieiunio iacuit, & astantibus maioribus natu, vt ex eitarer eum de terra, nec surgulum sibi, nec comanda pucauit. Vbi vñ defunctus pueru cepit, surrexit de terra, iacuit illico victus est, vestimenta mutauit, adorauit dominum, cibum sumpsit. Ambr. oratione de fide resurrectionis.

i. Hanc eximij regis Dauid prudentiam nobis imitandam proponere debemus, & laudat ipsum medicoriter definire. Cyril. lib. 7. cap. 20.
 6. Quam ille reuertatur.

7. Iedidia propter dominum.
 k. Noandum quod in Hebreo quando eum adiectione nominum ponitur. Rabbath scribitur vt Rabbath filiorum Ammon. quod vero sine adiectione nominum, non Rabbath, sed Rabbath scribitur. Hieron.
 8. Obtinuit urbem regni.
 9. Cepi urbem.
 10. Fortè capiam urbem, & nomen meum vocetur super eam.



† Isit ergo dominus Nathan ad Dauid: Qui cum venisset ad eum, dixit ei: Responde mihi iudicium. Duo viri erant in ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper. Diues habebat oues & boues plurimos valde: pauper autem nihil habebat omnino, praeter ouem vnā paruulā quam emerat, & nutrierat, & quae creuerat apud eum, cum filiis eius simul, de pane illius comedens, & de calice illius bibens, & in sinu illius dormiens, eratque illi sicut filia. Cum autem peregrinus quidam venisset ad diuitem, parcens ille sumere de ouibus & de bobus suis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi, qui venerat ad se, tulit ouem viri pauperis, & praeparauit cibos homini qui venerat ad se. Iratus autem indignatione Dauid aduersus hominem illum nimis, dixit ad Nathan: Viuit dominus, quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc. Quem reddet in quadruplum, eò quod fecerit verbum istud, & non pepercerit. Dixit autem Nathan ad Dauid: Tu es ille vir, qui fecisti hanc rem. Hæc dicit dominus deus Israel: Ego vni te in Regem super Israel, & ego erui te de manu Saul: & dedi tibi domum domini tui, & vxores domini tui in sinu tuo: dedi tibi domum Israel, & Iuda, & si parua sunt ista, adiciam tibi multo maiora. Quare ergo contempsisti verbum domini, vt faceres malum in conspectu meo? Vriam Hethæum percussisti gladio, & vxorem illius accepisti in vxorem tibi, & interfecisti eum gladio filiorum Ammon. Quamobrem non recedat gladius de domo tua vsque in sempiternum, eò quod despexeris me, & tuleris vxorem Vriæ Hethæi, vt esset vxor tua. Itaque hæc dicit dominus: Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis huius. Tu enim fecisti absconditè, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu solis huius. Et dixit Dauid ad Nathan: Peccaui domino. Dixitque Nathan ad Dauid: Dominus quoque transtulit peccatū tuum: Non morieris. Veruntamen quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen domini propter verbum hoc, filius qui natus est tibi morte morietur. Et reuersus est Nathan in domum suam. Percussitque dominus paruulum, quem peperit vxor Vriæ Dauid, & desperatus est. Deprecatusque est Dauid dominum pro paruulo, & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus seorsum iacuit super terram. Venerunt autem seniores domus eius: cogentes eum vt surgeret de terra. Qui noluit, nec comedit cum eis cibum. Accidit autem die septima vt moreretur infans, timueruntque serui Dauid nuntiare ei, quod mortuus esset paruulus. Dixerunt enim: Ecce cum paruulus adhuc viueret, loquebamur ad eum, & non audiebat vocem nostram: quanto magis si dixerimus, mortuus est puer, se affliget: Cum ergo Dauid audisset seruos suos mullitantes, intellexit quod mortuus esset infantulus. Dixitque ad seruos suos: Num mortuus est puer? Qui responderunt ei: Mortuus est. Surrexit ergo Dauid de terra, & lotus vinctusque est. Cumque mutasset vestem, ingressus est domum domini, & adorauit: & venit in domum suam, petiuitque vt ponerent ei panem, & comedit. Dixerunt autem ei serui sui: Quis est sermo quem fecisti? Propter infantem, cum adhuc viueret, ieiunasti & flebas: mortuo autem puero, surrexisti, & comedisti panem. Qui ait: Propter infantem dum adhuc viueret, ieiunavi & fleui. Dicebam enim: Quis enim scit, si fortè donet eum mihi dominus, & viuat infans? Nunc autem quia mortuus est, quare ieiuno? Nunquid potero reuocare eum amplius? Ego vadam magis ad eum, ille vero non reuertetur ad me. Et consolatus est Dauid Bersabée vxorem suam, ingressusque ad eam dormiuit cum ea. Quae genuit filium, & vocauit nomen eius Salomon: & dominus dilexit eum. Misitque eum in manu Nathan propheta: & vocauit nomen eius amabilis domino: eò quod diligeret eum dominus. Igitur pugnabat Ioab contra Rabbath filiorum Ammon: & expugnabat urbem regiam. Misitque Ioab nuncios ad Dauid, dicens: Dimicauit aduersum Rabbath, & capienda est vrbs Jaquarum. Nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obside ciuitatem, & cape eam, ne cum à me vastata fuerit vrbs, nomini meo adscribatur victoria. Congregauit itaque Dauid om-

† 1. q. 7. c. No. 11. 5. item ad Dauid.

† 3. q. 7. c. 6. 11. 1. 1. Exod. 22. a

3. q. 7. c. 6. a. 9. 7. c. No. 9. 8. Item cum Dauid.

† Intra 16. d

† Eccl. 47. b. 2. q. 7. cap. 5. quibus omn. De panni. d. 1. Si peccati. ra. Sicut p. ni. e. Voluit. Et. e. Peccati. Dauid. 1. e. Tor. c. ille rex tan. 4. c. Illud. 111. q. 1. cap. Hoc ipsum.

† 1. Para. 3. b. 11. q. 2. c. Hoc ipsum. 1. Mart. 1. a

1. Par. 20. b

uid omnem populum, & profectus est aduersum Rabbath. Cúmque dimicasset, cepit eam. ¹† Et tulit diadema regis eorum de capite eius, pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas, & impositum est super caput Dauid. Sed & prædam ciuitatis asportauit multam valde: populum quoque eius adducens ¹¹ ferrauit: & circumegit super eos ferrata carpenta: diuisitque cultris, & transtulit in typo laterum. Sic fecit vniuersis ciuitatibus filiorum Ammon: Et reuersus est Dauid & omnis exercitus in Ierusalem.

1. Tradunt Hebræi quoddam illicitum erat Iudeis de idolis aliquid auri vel argenti accipere: quia lex idololatriam vetat. Dionysius Carr. 11. Posuit super ferras, & super ferrata ferrata, atque super ferratas ferreas, & transtulit eos per lateritium furnum.

Abfalom propter Thamar sororis incestum Amnon fratrem occidit. At ubi patrem iratum agnouit, ad Regem Gessur profugus, tribus annis permansit. XIII.

Actum est autem post hæc, vt Abfalom filij Dauid sororem speciosissimam, vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius Dauid, ^a & deperiret in eam valde, ita vt propter amorem eius ægrotaret: quia cum esset virgo, difficile ei videbatur, vt quippiam inhonestè ageret cum ea. Erat autem Amnon amicus, nomine Ionadab, filius Semmaa fratris Dauid, ^b vir prudens valde. Qui dixit ad eum: Quare sic attenuaris macie, fili Regis, per singulos dies? Cur non indicas mihi? Dixitque ei Amnon: Thamar sororem fratris mei Abfalom amo. Cui respondit Ionadab: Cuba super lectum tuum, & languorem simula:] cumque venerit pater tuus, vt visitet te, dic ei: veniat oro Thamar soror mea, vt det mihi cibum, & faciat ^{*} pulmentum, vt ^{*} comedam de manu eius. Accubuit itaque Amnon, & quasi ægrotare cœpit. ^c Cúmque venisset Rex, ad visitandum eum, ait Amnon ad Regem: Veniat obsecro Thamar soror mea, vt faciat in oculis meis ² duas sorbitiunculas, & cibum paratum] capiam de manu eius. Misit ergo Dauid ad Thamar ³ domum,] dicens: Veni in domum Amnon fratris tui, & fac ei pulmentum. Venitque Thamar in domum Amnon fratris sui: ille autem iacebat. Quæ tollens farinam commiscuit, ⁴ & liquefaciens in oculis eius, coxit sorbitiunculas, tollensque quod coxerat, effudit, & posuit coram eo,] & noluit comedere. Dixitque Amnon: Eiecite vniuersos à me. Cúmque eiecissent omnes, dixit Amnon ad Thamar: Infer cibum in conclauem, vt vescar de manu tua. Tulit ergo Thamar sorbitiunculas, quas fecerat, & intulit ad Amnon fratrem suum in ^c conclauem. Cúmque obtulisset ei cibum, ^{*} apprehendit eam, ^c & ait: Veni cuba mecum soror mea. ^d Quæ respondit ei. Noli frater mi, noli opprimere me: neque enim hoc phas est in Israel: Noli facere stultitiam hanc. Ego enim ferre non potero opprobrium meum, & tu eris quasi vnus de insipientibus in Israel: quin potius loquere ad Regem, ^d & non negabit me tibi. [†] Noluit autem Amnon acquiescere precibus eius, sed [†] præualens viribus,] oppressit eam, & cubauit cum ea. Et exorsam eam habuit odio magno nimis, ita vt maius esset odium, quo oderat eam, amore, quo antè dilexerat. Dixitque ei Amnon: Surge, & vade. Quæ respondit: ^e Maius est hoc malum, quod nunc agis aduersum me, quam quòd antè fecisti, expellens me. Et noluit audire eam, sed vocato puero, qui ministrabat ei, dixit: Eiece hanc à me foras, & claude hostium post eam: Quæ induta erat talari tunica: huiusmodi enim ^d filiarum Regis virgines vestibus utebantur. ^e Eiecit itaque eam minister illius foras, clausitque fores post eam. Quæ aspergens cinerem capiti suo, scissa talari tunica, ^{*} impositisque manibus super caput suum, ibat ingrediens & clamans. Dixit autem ei Abfalom frater suus: Nunquid Amnon frater tuus concubuit tecum? Sed nunc soror tace, frater tuus est. Neque affligas cor tuum pro hac re. Mansit itaque Thamar contabescens in domo Abfalom fratris sui. ^f Cúm autem audisset Rex Dauid verba hæc, contristatus est valde, & noluit contristare spiritum Amnon filij sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei. ^g Porro non est locutus Abfalom ad Amnon nec malum nec bonum. Oderat enim Abfalom Amnon, eò quòd violasset Thamar sororem suam. Factum est autem post tempus biennij, vt tonderentur oves Abfalom in ^h Balasor, quæ est iuxta Ephraim. ^h Et vocauit Abfalom omnes filios Regis, venitque ad Regem, & ait ad eum: Ecce tondentur oves serui tui, veniat oro rex cū seruis

a. Hoc est, vsque adeo amore illius vexabatur, vt infirmaretur in lecto decubens. Adamauit igitur sororem fratrem, amatam vi oppressit, oppressam odit, eaque violatione, nephariumque concubitu prior ipse patefecit alicui ex seruis, mandans vt inuitam pelleret domo, ac per plateam emitteret clamantem. Chrys. de prouident. lib. 3.
b. Vera prudentia non nisi virtuosus inest hominibus, vt etiam in Ethicis dicit philosophus. Cùm ergo in isto negotio Ionadab virtuosissime se habuerit, non vtiq; prudens, sed nequam & callidus fuit, quando contulit quod sequitur. Veritatem ex naturali dispositione & aliis causis potuit esse ad prudentiam veram dispositus: quidens fuit, si quòd fuit virtuosus. Ionadab iste in Iosepho Iosaphath appellatur. Dion. Carr. 1. Fac te infirmum.
2. Coram oculis meis.
3. Ego videam, &
4. Duos pastillos quos, & infra.
1. In domum eius.
2. In pastum.
3. Et in pastilli formâ redigens in oculis eius, coxit pastillos, & tollens sartaginem, effudit coram facie eius.

c. Id est, in loco secreto & remoto, quod dicebat vt possit ea abuti sicut de facto fecit, vt patet ex sequentibus. De Lysa. lib. 1. Vt comederet.

d. At quoniam modo frater poterit sororem ducere in uxorem, cui obstat lex Deur. 27. d. Maleficus qui dormierit cum sorore sua filia patris sui, vel matris sue. Et hæc quidam dicebat volens ad presens impedi eius penitentem declinare. Iosephus lib. 7. cap. 8. Ansequitur.
1. Apprehendens eam.
2. Non habes causam.
3. Quoniam desorauit eam, tenebatur eam habere uxorem, nisi aliunde fuisset obstaculum, & tunc debebat ei aliis modis cogitans pro illaro damno possibi lem restitutionem: quamuis eò dignam nõ potuit, vt patet Eccl. 26. Omnis enim pòderatio non est digna continentis animæ. Dionys. ibidem.
4. Quæ erat super eam.
5. Hoc enim mirum fuit scandali domus Dauid: post quòd multo deteriora sequentur. Angelonius ibidem.

g. Conceptio rancoris Abfalom in Amnon fratrem suum, quia Abfalom tantè iniuriam sibi & sorori facti tenuit in corde suo clauum, & ideo fuit magis rancor odij augmentatus, quam si per aliqua facta vel signa exteriora fuisset extra propalatus. De Lysa. 6. Plantis. Hazor.

† 47. dist. Si. cut. h. 1. Ne. cessat.

7. Non ibimus omnes, &c.

h. Benedixit rex filio amore caritativo & filiali impercedo ei bona, & amicitia se excusando. De Lyra.

i. Id eum dicitur Absalom, ad prandium fratres inuitat vniuersos, inter quos & supinator ille fornicus adena, odentem illum atque habentem cum ceteris, inter conuiuendum per se uos iugular. Chrysof. de prouiden. de, lib. 3.

8. Bono animo fuerit Amnon a vino.

k. Secuta est Dauid zelum ardorem longam seriem, acque a domino eius iugo admodum malorum continuatio non recessit. Thamar amorem suorum corrumptur, Amnon ab Absalome iugulatur. Scelus quidem grande ab uno fratre committitur, sed peius tamen ab alio vindicatur. Inter hæc pater Dauid facinorose utriusque punitur: duo filij peccant, sed tres duorum scelere perditur. In Thamar enim uirginitas amittitur, in Amnone etiam Absalomis perditio inuenitur. Salustius lib. 2.

9. Animo Absalom hoc fuit esset futurum.

10. Aliter per posterorem partem.

m. Tholmai pater fuit Maacha mater Absalom, quam dicitur Hebraei a Dauid captam in præliis, & caesariæ & uingibus præcisis eam sibi uxorem sociasse, & ex ea generasse Thamar & Absalom Hieron.

11. Cunctis.

12. Et desiderabat Dauid Regem egredi post Absalom.

13. Quod mortuus esset.

fuis ad seruum suum. Dixitque Rex ad Absalom: Noli filij mihi, noli rogare ut veniamus omnes, & grauemus te. Cum autem cogeret eum, & nolisset ire, benedixit ei: Et ait Absalom ad Dauid: Si non vis venire, veniat obsecro nobiscum saltem Amnon frater meus. Dixitque ad eum Rex: Non est necesse, ut vadat tecum. Coegit itaque Absalom eum, & dimisit cum eo Amnon & vniuersos filios Regis. Feceratque Absalom conuiuium, quasi conuiuium Regis. Præceperat autem Absalom pueris suis, dicēs: Obseruate cum temulentus fuerit Amnon vino, & dixerō vobis, percutite eum, & interficite, nolite timere: Ego enim sum, qui præcipio vobis. Roboramini, & estote viri fortes. Fecerunt ergo pueri Absalom aduersum Amnon, sicut præceperat eis Absalom. Surgentesque omnes filij Regis, ascenderunt singuli mulas suas, & fugerunt. Cumque adhuc pergerent in itinere, fama peruenit ad Dauid, dicens: Percussit Absalom omnes filios Regis, & non remansit ex eis saltem vnus. Surrexit itaque Rex Dauid, & scidit vestimenta sua, & cecidit super terram, & omnes serui illius qui assistebant ei, sciderunt vestimenta sua. Respondens autem Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, dixit: Ne æstimet dominus meus Rex, quod omnes pueri Regis occisi sint. Amnon solus mortuus est, quoniam in ore Absalom erat positus, ex die qua oppressit Thamar sororem eius. Nunc ergo, ne ponat dominus meus Rex super cor suum verbum istud, dicens: omnes filij Regis occisi sunt, quoniam Amnon solus mortuus est. Fugit autem Absalom. Et eleuauit puer speculator oculos suos, & aspexit: & ecce populus multus veniebat per iter deuium ex latere montis. Dixit autem Ionadab ad regem: Ecce filij regis assunt, iuxta verbum serui tui, sic factum est. Cumque cessarent loqui, apparuerunt & filij regis. Et intrantes leuauerunt vocem suam, & fleuerunt. Sed & rex & omnes serui eius fleuerunt, ploratu magno nimis. Porro Absalom fugiens, abiit ad Tholmai Amihur, regem Gessur. Luxit ergo Dauid filium suum Amnon multis diebus. Absalom autem cum fugisset, & venisset in Gessur, fuit ibi tribus annis: cessauitque Rex Dauid persequi Absalom, eo quod consolatus esset super Amnon interitu.

Absalom mulieris solertia Ioab reuocari curat a Gessur in Ierusalem: biennio tamen patris faciem non vidit donec messem Ioab incenderit. XIIII.

a. Thecu oppidum ab Ierusalem 9. milia à Bethleem 8. miliar. distans: via ab Ierusalem ad Engadidē qua fuit Amos propheta. Hieron. Ibi. Vnde putatur eadē vidua aua fuisse eiusdem Amos prophete. Angelonius ibidem.

*Qi. 1. fo. b. Cor Regis versus ad Absalomem videtur dicitur Ioab, eod quod videtur eum pro Absalome suspirare. Idem ubi prius, *Super faciem suam.

c. In veritate tradunt Hebraei hanc viduam duos habuisse filios, qui dum pro hereditate paterna inuicem dixi tentant, alter alterum occidit, quod pro figura duorum filiorum Dauid commisit. Hieron. Ibidem.

d. Hebraei sic exponunt. Domino mi rex contingere potest, ut tu aliunde multipliciter occupatus, oblitiscaris hæc causam, sic in domo mea gignet quod filius meus occidetur à sua cognatione: & tu eris innocens, quia preter tuam fiet cognitio nem. Dion. Cart.

*Quæso. 3. Ne multiplex insurgat vltor sanguinis ad perdendum, e Quomodo aut creditur sum veniat mihi in hoc præbuisse beneficium, cum te vidam in causa simili cum tuo filio manere semper itatum Iosephus. ibidem.

Intelligens autem Ioab filius Saruia, quod cor Regis versus esset ad Absalom, misit Thecuam, & tulit inde mulierem sapientem, dixitque ad eam: Lugere te simula, & induere vestelugubri, & ne vngaris oleo, ut sis quasi mulier, iam plurimo tempore lugens mortuum: Et ingredieris ad Regem, & loqueris ad eum sermones huiuscemodi: Posuit autem Ioab verba in ore eius. Itaque cum ingressa fuisset mulier Thecuite ad Regem, cecidit coram eo super terram, & adorauit, & dixit: Serua me Rex. Et ait ad eam Rex: Quid causæ habes? Quæ respondit: Heu mulier vidua ego sum: Mortuus est enim vir meus, & ancillæ tuæ erant duo filij, qui rixati sunt aduersum se in agro, nullusque erat qui eos prohibere posset, & percussit alter alterum, & interfecit eum. Et ecce confurgens vniuersa cognatio aduersum ancillam tuam, dixit: Trade eum, qui percussit fratrem suum, ut occidamus eum pro anima fratris sui, quem interfecit, & deleamus hæredē: & quærunt extinguere scintillam meam quæ relicta est, ut non super sit viro meo nomen, & reliquæ super terram. Et ait Rex ad mulierem: Vade in domum tuam, & ego iubebo pro te. Dixitque mulier Thecuite ad Regē: In me domine mi Rex sit iniquitas, & in domo patris mei: Rex autem & Thronus eius, sit innocens. Et ait Rex: Qui contradixerit tibi, adduc eum ad me, & vltra non addet, ut tangat te. Quæ ait: Recordetur Rex domini dei sui, ut non multiplicentur proximi sanguinis ad vltiscendum, & nequaquam interficiant filium meum. Qui ait: Viuit dominus, quia non cadet de capillis filij tui super terram. Dixit ergo mulier: Loquatur ancilla tua ad dominum meum Regem verbum. Et ait: Loquere. Dixitque mulier: Quare cogitasti huiuscemodi rem contra populum dei, & locutus est Rex verbum istud, ut peccet,

† Infra. 15b

† 4. Reg. 6f

†Ezech. 15. d.
†Ezech. 18. g.
* 33. a.

peccet, & non reducat eiectum suum: † Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. † Nec vult deus perire animam, sed retractat cogitans ne penitus pereat, qui abiectus est. Nunc igitur veni, vt loquar ad dominum metum Regem verbum hoc, præsentem populo. Et dixit ancilla tua: Loquar ad Regem, si quo modo faciat Rex verbum ancillæ suæ. † Et † audiuit Rex vt liberaret ancillam suam, de manu omnium qui volebant de hæreditate domini delere me, & filium meum simul. † Dicat ergo ancilla tua, vt fiat verbum domini mei Regis, sicut sacrificium. † Sicut enim angelus domini, sic est dominus meus Rex: † vt nec benedictione nec maledictione moueatur. † Vnde & dominus deus tuus est tecum. Et respondens Rex dixit ad mulierem. Ne abscondas à me verbum quod te interrogo. Dixitque ei mulier: Loquere domine mi Rex. Et ait Rex: Nunquid manus Ioab tecum est in omnibus istis? Respondit mulier, & ait: † Per salutem animæ tuæ domine mi Rex; nec ad sinistram nec ad dextram est ex omnibus iis, quæ locutus est dominus meus Rex. † Seruus enim tuus Ioab ipse præcepit mihi, & ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc, vt verterem figuram sermonis huius. Seruus enim tuus Ioab præcepit istud. Tu autem domine mi rex sapiens es, sicut habet sapientiam angelus dei, vt intelligas omnia super terram. Et ait Rex ad Ioab: Ecce placatus feci verbum tuum. Vade ergo, & reuoca puerum Absalom. Cadensque Ioab super faciem suam in terram, adorauit, & benedixit Regi. Et dixit Ioab: Hodie intellexit seruus tuus, quia inueni gratiam in oculis tuis, domine mi Rex. Fecisti enim sermonem domine mi Rex, serui tui. Surrexit ergo Ioab, & abiit in Gessur, & adduxit Absalom in Ierusalem.

†Sup. 11. d.
†Inf. 19. d.

Dixit autem Rex: † Reuertatur in domum suam, & faciem meam non videat. † Reuersus est itaque Absalom in domum suam, & faciem Regis non vidit. Porro sicut Absalom, vir non erat pulcher in omni Israel, & decorus nimis. A vestigio pedis vsque ad verticem, non erat in eo vlla macula. Et quando tondebat capillum, (semel autem in anno tondebatur, quia grauabat eum cesaries:) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis pondere publico. Nati sunt autem Absalom filij tres, & filia vna, nomine Thamar, elegantis formæ. Mansitque Absalom in Ierusalem duobus annis, & faciem regis non vidit. Misit itaque ad Ioab, vt mitteret eum ad regem: Qui noluit venire ad eum. Cùmque secundo misisset, & ille nolisset venire ad eum, dixit seruis suis. Scitis agrum Ioab iuxta agrum meum, habentem messem hordei. Ite igitur, & succendite eum igni. Succenderunt ergo serui Absalom segetem igni. Et venientes serui Ioab, scissis vestibus suis, dixerunt: Succederunt serui Absalom partem agri igni. Surrexitque Ioab, & venit ad Absalom in domum eius, & dixit: Quare succederunt serui tui segetem meam igni? Et respondit Absalom ad Ioab: Misit ad te obsecrans vt venires ad me, & mitterem te ad Regem, & diceres ei: Quare veni de Gessur? Melius mihi erat ibi esse. Obsecro ergo, vt videam faciem Regis. Quod si memor est iniquitatis meæ, inteficiat me. Ingressus itaque Ioab ad Regem, nuntiauit ei omnia. Vocatusque est Absalom, & intrauit ad Regem, & adorauit super faciem terræ eoram eo: † Osculatusque est Rex Absalom.

4. Colliguntur. Nec deus patit vili animæ cogitet ergo cogitationes, ne reiciat à se.
5. Quoniam timebunt me hi qui sunt de.

6. Scilicet vt sententia data pro me & filio meo, & iuramento tuo confirmata publicetur coram populo, vt eandem efficaciam habeat in te & filio tuo. De Iyra. ibidem.

6. Exauit Rex vt liberet.

7. Dixit.

8. In consolatorem.

9. Nec laudibus nec vituperiis possit à via virtutum abduci. Vade nec prosperis nec aduersis, ne detractionibus nec adulationibus frangitur, quod frangeretur fuit in Dauid, quæ interdum corruerit. Ista autem assimilatio seu comparatio Dauid & angeli fuit aliquis non plena. Multi enim distat viator à comprehensore. Nec Dauid fuit confirmatus in gratia. Dionis. Carusa. ibidem.

9. Audiat bonum & malum.

10. Vult anima tua.

11. Iuxta sapientiam angeli.

h. Semper enim scelera dū non referantur in eorum. Dū enim in Absalom fratris occisi facinus non vindicatur, in patricium patris reidiu facinus iteratur. Chrysol. de Absalom patrem petesque.

i. Quid autem de sancto Dauid loquitur qui degenerem filium, & fratrem oblitum sanguine, ad vnus mulieris petitionem patris visceribus mentem emollitus domo recepit? Ambros. Epist. lib. 7. 43. in iura.

12. Regio.

k. Quis Rex postea Roboam Salomonis filius accepit vocem, ex qua natus est puer nomine Abias Ioseph. 7. cap. 8. Antiquita. Iudica. Verū id est Ioseph. 15. cap. lib. 3. inf. dicit Maacham filiam Absalom ex Thamar filia Abialom fuisse filiam Abie. 4. Regis Iudæ. * Abialom.

l. Venit Ioab ad Absalom obsecrans eum, & ex eo causam relinquit. Cui respondit: Hæc cõsiliū cõspici vt te ad nos perducere possim negligenter verba que tibi pro paterna conciliatione mandaueram. Ioseph vbi prius.

13. Et si est in me iniquitas, interfacias me.

14. Incurrauit se facie tentis vsque in terram coram Rege.

Absalom conciliato sibi populi fauore, in patrem coniuurat in Hebron, pater vero clam fugit remisit paucis cum arca, tandem Chusai remittitur consilium dissipaturus Achitophel.

Agitur post hæc fecit sibi Absalom currus & equites, & quinquaginta viros, qui præcederent eum. Et mane consurgens Absalom, stabat iuxta introitum portæ in via: & omnem virum, qui habebat negotium, vt veniret ad Regis iudicium, vocabat Absalom ad se & dicebat. De qua ciuitate es tu? Qui respondens aiebat: Ex vna tribu Israel ego sum, seruus tuus. Respondebatque ei Absalom. Videntur mihi sermones tui boni & iusti sed non est qui te audiat, constitutus à rege. Dicebatque Absalom: Quis me constituat iudicem super terram, vt ad me veniant omnes qui habent negotium, & iuste iudicem? Sed &

a. Absalom erat Regis Dauid filius decore insignis, egregius forma, paritans iuuenta, na ve vir talis in Israel non reperiretur, & vestigio pedis vsque ad verticem immaculatus. Et sequitur. Sic conuertit in te corda omnium, dum blanditiæ huiusmodi intemorum tangunt viscera sensum. Ambros. officio. lib. 2. cap. 22.

1. Ecce causæ tuæ sunt bonæ & rectæ.

a. Item & iudicium, & iustitiam eorum.

cum accederet ad eum homo, ut saluaret illum, extendebat manum suam, & apprehendens, osculabatur eum. ^a Faciebatque hoc omni Israel, venientibus ad iudicium, ut audiretur a rege, & sollicitabat] corda virorum Israel. Post ^b quadraginta autem annos dixit Absalom ad regem David: Vadam & reddam vota mea quae voui domino in Hebron. Vouens enim vouit seruus tuus, cum esset in Gessur Syriae, dicens: Si reduxerit me dominus in Ierusalem, sacrificabo domino. Dixitque ei Rex David: Vade in pace. Et surrexit, & abiit in Hebron. Misit autem Absalom exploratores in vniuersas tribus Israel, dicens: Statim ut audieritis clangorem buccinae, dicite, Regnabit Absalom in Hebron. Porro cum Absalom ierunt ducenti viri de Ierusalem vocati: euntes simplici corde, & causam penitus ignorantes. Accersit quoque Absalom ^d Achitophel Gilonitem, consiliarium David, de ciuitate sua Gilo. ^e Cumque immolaret victimas, facta est coniuratio valida: populusque concurrens augebatur cum Absalom. Venit igitur nuntius ad David dicens: ^f Toto corde vniuersus Israel sequitur] Absalom. Et ait David seruis suis, qui erant cum eo in Ierusalem: ^g Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium a facie Absalom. Festinate egredi, ne forte veniens occupet nos, & impellat super nos ruinam, & percutiat ciuitatem in ore gladij. Dixeruntque serui Regis ad eum: Omnia quaecumque praeeperit dominus noster Rex, libenter exequimur serui tui. Egressus est ergo Rex & vniuersa domus eius, pedibus suis. Et reliquit decem mulieres concubinas, ad custodiendam domum: ^h Egressusque Rex & omnis Israel pedibus suis, stetit procul a domo: ⁱ & vniuersi serui eius ambulabant iuxta eum, & ^k legiones] Cerethi & Phelethi, & omnes Gethai, pugnatore validi] sexcenti viri, qui secuti eum fuerat de Geth pedites, praecedebat regem. Dixit autem Rex ad Ethai Gethaem: Cur venis nobiscum? Reuere & habita cum Rege, quia peregrinus es, & ^l egressus es de] loco tuo. Heri venisti, & hodie ^m compelleris nobiscum egredi? ⁿ Ego autem vadam quo iturus sum. Reuerte & reduc tecum fratres tuos, & dominus faciat tecum misericordiam & veritatem: ^o quia ostendisti gratiam & fidem. Et respondit Ethai Regi, dicens: Viuit dominus: & viuit dominus meus Rex, quoniam in quocumque loco fueris domine mi Rex, siue in morte siue in vita, ibi erit seruus tuus. ^p Et ait David Ethai: Veni, & transi. Et transiit Ethai Gethaem & Rex] & omnes viri ^q qui cum eo erant: & reliqua multitudo. ^r Omnesque flebant voce magna, & vniuersus populus transibat. Rex quoque transgrediebatur torrentem Cedron, & cunctus populus incedebat contra viam ^s oliuae] quae respicit ad desertum. Venit autem & Sadoch sacerdos & vniuersi Leuitae cum eo, portantes arcam foederis dei, & ^t deposuerunt arcam foederis dei. Et ascendit Abiathar, donec expletus esset omnis populus qui egressus fuerat de ciuitate, & dixit Rex ad Sadoch: Reporta arcam Dei in urbem: Si inuenero gratiam in oculis domini reducer me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum: si autem dixerit mihi: non places, praesto sum, faciat quod bonum est ^u coram se. ^v Et dixit Rex ad Sadoch sacerdotem: O videns reuere in ciuitatem in pace: & Achimaas filius tuus & Ionathan filius Abiathar, duo filij vestri sint vobiscum. Ecce ego abscondar in cauestribus deserti, donec veniat sermo a vobis, ^w indicans mihi. Reportauerunt ergo Sadoch & Abiathar arcam dei in Ierusalem, & manserunt ibi. ^x Porro David ascendebat ^y cliuum] oliuarum, scandens & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite. Sed & omnis populus, qui erat cum eo, operto capite, ascendebat plorans. Nunciatum est autem David: quod & Achitophel esset in coniuratione cum Absalom: Dixitque David: infatua quae so domine consilium Achitophel. ^z Cumque ascenderet David summitatem montis in quo adoraturus erat dominum: ecce occurrit ei Chusai Arachites, scissa veste, & terra ^{aa} pleno capite. Et dixit ei David: Si veneris mecum, eris mihi oneri: si autem in ciuitatem reuertaris, & dixeris Absalom: seruus tuus sum Rex: ^{ab} patere me viuere: sicut fui seruus patris tui, sic ero seruus tuus: dissipabis ^{ac} consilium Achitophel. Habes autem tecum Sadoch & Abiathar sacerdotes: & omne verbum quodcumque audieris in domo Regis, indicabis Sadoch & Abiathar sacerdo-

3. Pro iudicio ad Regem, & furcatus est Absalom.

b. Quadragentesimus annus est ex quo David fecerat Achimelech in Nob, vade Saul tot occidit sacerdotes in cuius poena haec sedicio in David orta est. Hierony.

c. Noniam enim fuit templum constructum in Ierusalem ideo extra Ierusalem licet sacrificare. Sed istud Absalom creditur edificatum, ut sub specie religionis patrem suum deciperet, & propositum suae rebellionis exequeretur. Dionis. Carr.

d. Achitophel auus fuit Berabeae, vel Beerabeae uxoris David. Illa enim filia fuit Heliam filij Achitophel. Idem.

4. Conuersum est cor virorum Israel post.

e. Iam addeda est & ipsius David fugae facies, qualis illa fuit: cum catus & ex tanto nominis cunctis regibus altior, modo maior, oes admodum suos est paucissimis suis fugeret: in comparatione sui dudu est uoluit, in comparatione sui solus fugiens cum metu, cum dedecore, cum lacu: operto, inquit scriptura, capite, & nudis pedibus incedens Saluianus lib. 2.

f. Absalom autem preteritum rerum indignatus, sine alio tyrannidem gelens, instigat in patrem: istumque ad fugas perpetrare persequos, quos perpetrare erat sub Saul, reuocat, imo vero illi multo molestior ea fuit quam prior fuit. Nam prius cum dux esset, ista perpestus est, nunc autem cum plurimis annis regnasset, hostesque fere omnes superasset migrare cogebatur, ac profugus fieri, sed & ab eo qui ex eo natus fuerat. Chryl. de prouiden dei. lib. 3.

g. Et steterunt in loco qui procul aberat.

h. Omnes.

i. Vagus es.

k. Transferam te, ut vadam nobiscum.

l. Eius, & omnes paruuli.

m. Omnes flebant regi compatiendo, & ad prouocandum Dei misericordiam. Venit & Sadoch cum ceteris Leuitis, qui volebant se associare David in fuga sua, & pro eo consilium Dominum tempore debito. De Lyr.

n. Ut Abiathar consuleret dominum quo versus David ire deberet. Hiero.

o. Ascendisse autem Abiathar dicitur est, id est, orasse: & quia oculos diuinum non est ei responsum, ideo in subsequens dixit David ut reportaretur arca dei in urbem. Angelonius.

p. In oculis suis.

q. Certiorem me reddens.

r. Egrediebatur David est paucis nudis pedibus, Rex ille sublimis moerens, ac lachrymas fundens pudore ac dolore plenissimas. Bellum illud non calamitatis tantum, sed confusionis quoque materia illi & causa erat. Chryl. de prouid dei. lib. 3.

s. Per ascensum montis.

t. Super caput suum.

u. Post haec supplicauit ut iret ad Absalom quasi ei confertus, & eius secreta consideraret, consiliisque resisteret Achitophel: quia si eum David pergeret tantum prodesse non posset. Ioseph lib. 7. cap. 9.

v. Propter me.

† 22. q. 5. c. Quis enim? De peccati. c. Si peccati. ca. Sicut p. mi.

† Ruth. 4.

Inf. 17. c.

facerdotibus. ^m Sunt enim cum eis duo filij eorum, Achimaas filius Sadoch, & Ionathan filius Abiathar: & mittetis per eos ad me, omne verbum quod audieritis. Veniente ergo Chufai amico Dauid in ciuitatem, Absalom quoque ingressus est Ierusalem: & Achitophel cum eo.]

m. Ecce qualiter fuit Dauid, quantus in deo sperauit, & eius uoluntati se ipsum resignauit: nihilominus quantum ad se erat, optauit euadere praesens & reduci in sua, scilicet quicquid secundum humanam prudentiam facere potuit. Dionis. Cartusian.

Siba munifico confert Dauid bona Miphiboseph, Semei maledico parcat. Absalom Ierusalem ingressus, Achitophel consilio ad patris concubinas ingreditur. XVI.

166. 9. 9.



A Umque Dauid transisset paululum montis verticem, apparuit Siba pater Miphiboseph in occursum eius, cum duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centum alligaturis uuae passae, & centum massis palatarum: & duobus utribus] vini. Et dixit Rex Siba: Quid sibi uolunt haec? Responditque Siba: domine mi Rex, asini domesticis Regis ut sedent: & panes & palata ad uescendum pueris tuis, uinum autem, ut bibat, si quis defecerit in deserto. [†] Et ait Rex: ubi est filius domini tui? Responditque Siba Regi: Remansit in Ierusalem, dicens: Hodie restituet mihi domus Israel regnum patris mei. Et ait Rex Siba: Tua sunt omnia quae fuerunt Miphiboseph. Dixitque Siba: Oro ut inueniam gratiam coram te Domine mi Rex. [†] Venit ergo Rex Dauid usque Bathurim. Et ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine ^b Semei filius Gera: [†] procedebatque egrediens, & maledicebat, mittebatque lapides contra Dauid, & contra uniuersos seruos Regis Dauid. Omnis autem populus & uniuersi bellatores, a dextro & a sinistro latere Regis incedebant: ^c Ita autem loquebatur Semei cum malediceret Regi: [†] Egredere egredere vir sanguinum & vir Belial. Reddidit tibi dominus uniuersum sanguinem domus Saul: quoniam inuastisti regnum pro eo, & dedit dominus regnum in manu Absalom filij tui: & ecce premunt te mala tua, quoniam uir sanguinum es. Dixit autem Abisai filius Saruiae Regi: Quare maledicit canis hic moriturus domino meo Regi? Vadam, & amputabo caput eius. Et ait Rex: [†] Quid mihi & uobis est filij Saruiae? [†] Dimitte eum, ut maledicat. Dominus enim praecipit ei] ut malediceret ^d Dauid. Et quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? Et ait Rex Abisai & uniuersis seruis suis: [†] Ecce filius meus, qui egressus est de utero meo, quaerit animam meam: quanto magis hic filius Iemini maledicet mihi? [†] Dimitte eum ut maledicat, iuxta praecipitum domini, si forte respiciat dominus afflictionem meam, & reddat mihi dominus bonum pro maledictione hac die hodierna. Ambulabat itaque Dauid & socij eius per uiam cum eo: ^e Semei autem per iugum montis ex latere contra illum gradiebatur maledicens, & mittens lapides aduersum eum, terramque spargens. Venit itaque Rex Dauid & uniuersus populus cum eo lassus, & refocillati sunt ibi. Absalom autem & omnis populus eius ingressi sunt Ierusalem, sed & Achitophel cum eo. Cum autem uenisset Chufai Arachites amicus Dauid ad Absalom, locutus est ad eum: [†] Salue Rex, salue Rex.] Ad quem Absalom: Haec est, inquit, gratia tua ad amicum tuum? [†] Quare non iuisti cum amico tuo? Responditque Chufai ad Absalom: Nequaquam, quia illius ero quem elegit dominus, & omnis hic populus, & uniuersus Israel, & cum eo manebo. Sed ut & hoc inferam, cui ego seruiturus sum? Nonne filio Regis? Sicut parui patri tuo, ita parebo & tibi. Dixit autem Absalom ad Achitophel. [†] Inite consilium, quid agere debeamus. Et ait Achitophel ad Absalom: Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum, ut cum audierit omnis Israel, quod ^f caedaueris patrem tuum,] roborentur tecum manus eorum. [†] Tetenderunt ergo Absalom tabernaculum in solatio, [†] ingressusque est ad concubinas patris sui coram uniuerso Israel. Consilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consulere dominum: Sic erat omne consilium Achitophel, & cum esset cum Dauid: & cum esset cum Absalom.

a. Hoc impius Siba fraude eorum finxit ex auidia, ut scilicet Rex indignatus contra Miphiboseph reputaret eum quasi redacta maiestatis arquo ob id praetulerit ei sua hereditaria: obsequere ei sibi rursus pro ege melius, & ei in rursus aduersitatis asserit. Etenim Siba ille putauit Absalomem potius a Dauid uincendum, & ciens Dauid diuinitus electum & uictum in regno, & semper protectum & adiutum a domino: quod etiam scitum in bellicis rebus prudensimum & magnanimum. Dionysius. 1. Ficuum artificialium, & lagana

b. Semei est Nabath pater Ieroboam Regis Israel post Salomonem. Hiero.

c. Cum Semei malediceret Dauid, & lapidaret eum septuaginta belatoribus, per quos uindictae se posset, patienter ferebat, ne uerbo quidem referens contumeliam. Primum quidem culpa eius excusauit, & causa ad dominum recellit uoluntatem. Secundo in suis meritis retorsit, ut non illud errasse sed se non eruisse significaret. Tertio maledictionem illius sibi non solum non nocere, sed etiam prodesse memorauit. Ambr. in Psal. 118. Sermo. 7.

d. Iustus Dauid intellexit ita: gno animo perpetua conuicia, occasionem esse maioris probationis.

e. Quod sit maledicere, dominus sic illi praecipit.

f. Lemius siue Geminus fuit aus istius Semei de tribu Ephraim. Hiero.

g. Tamen de sanctum Dauid ist hoc quoque genere uirtutis in patrem Paulum non fuisse adolere possunt: qui primo quidem cum malediceret Semei, & crimina obliuisceret, tacebat, & humillabatur, & flebat a bonis suis, hoc est, bonorum operum conuicia. Deinde expectabat maledicere sibi, quia maledicere illo diuinam exquirebat misericordiam. Ambr. Officio. lib. 1. cap. 49.

h. Tunc enim illata est illa bene tolleramus cum in secreto mentis ad male perpetrata recurrunt. Leue quippe uidebitur quod iniuria percussimus, dum in actione cogitamus quia peius est quod meremur. Si quis sic ut contumelias gratia quant ita debeat, quantum interuentu deo iudice poena grauior declinari posse confidit. Eucherius ibid.

i. Vitar Rex, uitar Rex.

k. Misericordia tua ad amicum tuum.

l. Reptobatus fueris a patre tuo.

m. Haec autem gesta sunt iuxta prophetiam Natanael, quam Dauid ultim. de iudice de filio suo, iuxta cap. 12. e.

† 1. Reg. 2. b.

† De conf. d. 1. cap. 1.

† Inf. 19. d. 1. cap. 19. e.

† Inf. 20. b.

† 1. Par. 27. d.

† 4. 7. dist. Sicur hi. 4. Nereffe. 1. Sup. 18. c.

Consilio Achitophel super nocturna Dauid persecutione, Chusai consilium proponitur, unde Achitophel se suspendit: Dauid autem consilio Chusai Iordanem transiit, quem secutus est filius suus Absalom. XVII.



Dixit ergo Achitophel ad Absalom: Eligam mihi duodecim milia viro-
rum, & consurgens persequar Dauid hac nocte: & irruens super eum
(quippe qui lassus est, & solutis manibus) percutiam eum. ^a Cúmque fu-
gerit omnis populus, qui cum eo est, percutiam ^b Regem desolatam,] &
reducam vniuersum populum, quomodo vnus homo reuerti solet. Vnum enim vi-
rum tu quæris, & omnis populus erit in pace. ^b Placuitque sermo eius Absalom, &
cunctis maioribus natu Israel. Ait autem Absalom: Vocate Chusai Arachiten, &
audiamus quid etiam ipse dicat. Cúmque venisset Chusai ad Absalom, ait Absalom
ad eum: ^c Huiusmodi sermonē locutus est Achitophel. ^d Facere debemus an non? ^e
Quod das consilium? Et dixit Chusai ad Absalom: Non est bonum consilium,
quod dedit Achitophel hac vice. Et rursus intulit Chusai: ^f Tu nosti patrem tuum &
viros qui cum eo sunt esse fortissimos, & amaro animo, veluti si vrsa raptis catulis in
saltu sæuiat. Sed & pater tuus vir bellator est, nec morabitur cum populo. Forsitan
nunc latitat in foueis aut in vno quo voluerit loco, & cum ceciderit vnus quilibet in
principio, ^g audiet quicumque audierit, & dicet:] Facta est plaga in populo, qui se-
quebatur Absalom. Et fortissimus quisque cuius cor est quasi leonis, pauore solue-
tur. Scit enim omnis populus Israel fortem esse patrem tuum, & robustos omnes,
qui cum eo sunt. ^h Sed hoc mihi videtur rectum esse consilium: Congregetur ad te
vniuersus populus Israel à Dan vsque Bersabee, quasi arena maris — innumerabilis:]
& ⁱ tu eris in medio eorum,] ^k & irruemus super eum in quocunque loco inuentus
fuerit, & operiemus eum, sicut cadere solet ros super terram, & non relinquemus de
viris qui cum eo sunt, ne vnum quidem. Quòd si urbem aliquam fuerit ingressus:
circundabit omnis Israel ciuitati illi funes, & trahemus eam in torrentem, vt non re-
periatur nec calculus quidem ex ea. Dixitque Absalom & omnes viri Israel: Melius
est consilium Chusai Arachitæ consilio Achitophel. ^l Domini autem nutu diffi-
patum est consilium Achitophel vtile, vt induceret dominus super Absalom ma-
lum. ^m Et ait Chusai Sadoch & Abiathar sacerdotibus: Hoc & hoc modo consilium
dedit Achitophel Absalom & senioribus Israel, & ego tale & tale dedi consilium.
Nunc ergo mittite cito, & nunciate Dauid: dicentes: Ne moreris nocte hac in cam-
pestribus deserti, sed absque dilatione transgredere: ⁿ ne fortè absorbeatur Rex, & om-
nis populus qui cum eo est. Ionatham autem & Achimaas stabant iuxta fontem
Rogel. ^o Abiit ancilla & nunciauit eis, & illi profecti sunt, vt referrent ad Regem
Dauid nuntium: Non enim poterant videri, aut introire ciuitatem. ^p Vidit autem
eos quidam ^q puer, & indicauit Absalom. Illi verò concito gradu ingressi sunt do-
mum cuiusdam viri in Bathurim, qui habebat puteum in vestibulo suo, & descende-
runt in eum. ^r Tulit autem mulier, & expandit velamen super os putei, ^s quasi siccans
prifanas,] & sic latuit res. Cúmque venissent serui Absalom in domum ad mulierem,
dixerunt: Vbi est Achimaas & Ionatham? & respondit eis mulier: Transierunt festi-
nanter, gustata paululum aqua. At ij qui quærebant, cum non reperissent, reuersi
sunt in Ierusalem. Cúmque abissent, ascenderunt illi de puteo, & pergentes nuncia-
uerunt Regi Dauid, & dixerunt. Surgite, & transite cito ^t fluvium: quoniam huius-
modi dedit consilium contra vos Achitophel. ^u Surrexit ergo Dauid, & omnis po-
pulus qui cum eo erat, & transierunt Iordanem, donec dilucesceret, — antequam de-
nudaretur verbum:] & nec vnus quidem residuus fuit, qui non transfiret fluuiū. Por-
rò ^v Achitophel videns quòd non fuisset factum consilium suum, strauit asinum suū,
surrexitque, & abiit in domum suam & in ciuitatem suam: & disposita domo sua su-
spendio interiit, & sepultus est in sepulchro patris sui. Dauid autē venit in ^w castra, &
Absalom transiit Iordanem, ipse & omnes viri Israel cum eo. Amasam verò constituit
Absa-

^a Scilicet percusso rege, redu-
cam populum sicut reuerti so-
lent, qui amisso in prælio rege
reueruntur, sic vniuersus po-
pulus Israel reuertetur ad re-
Hierony. ibidem.
^b Regem solum.
^c Perdit Absalom consilium
dum participio cupit inuerti
imperium, amitte sensum dum
per exitum patris consequi de-
siderat regnum. Chrysolto. de
Absalō patrē persequēte to. 1.
^d Achitophel defecerat ab a-
micia Dauid, & filii eius ad-
uersus patrem consiliis, quibus
posset, instruebat. Chusai autē
amicus Dauid regis, transiit
fecit in partes Absalom filij e-
ius, qui aduersus patrem bellū
gerebat ad exploranda consilia,
& renuicianda quæ aduersus
patrem ille moliebat. aucho-
re Achitophel August. Psal. 7.
^e Quomodo Dauid huc comit.
hario mala consilij vsus est
Ceterum est Achitophel le
rebus presentibus accommoda-
dalle & pio vtriusque ingenio
& mtribus consilia dedit, er-
ga prauum autē, & malis gau-
dentē, ostes deus. Procop. ibid.
^f Quicumque rumorem audie-
rit dicitur est.
^g Et facies tua pergat ad bel-
lum.
^h Hoc est secundum Hebræos.
Et fortissimus ipse, cuius cor
est quasi leonis, pauore solue-
tur, quod non a honore, sed
quasi negando pronuntiandū
est. Hierony. ibidem.
ⁱ Daus enim erat qui in eius
mente consilium Chusai me-
lius esse faciebat. Iosephus vbi
supra.
^k Consilium prædictum nun-
tietur ipsi Dauidi, & primo de-
scribitur huius consilij renun-
tatio. Secundo ipsius Achitō-
phel digna puniitio, & tertio
pugne contra Dauid prepara-
tio. De Lira.
^l In Hebræo habetur: Ne con-
sularis regi scilicet Absalom,
quod faciat consilium Achitō-
phel, & sic inueniretur Dauid
& eius exercitus, lassus & fari-
gatus, & sic de facili possit ca-
pidem.
^m Quasi lauandi gratia est pan-
nis ad fontem Rogel venerat,
ne res facile deprehenderetur
Hierony.
ⁿ Filius prædictæ ancillæ, quæ
misit ad nuntiandum. Hiero.
^o Veruntamen potius credo
nostram translationem verum
continere sicut Hebræica veri-
tas, nec nuntij illi credidissent
mulieri si dixisset ipsos transi-
se Iordanem, certi quod non
dum recessissent de fonte Ro-
gel. Quod autem insecuti fue-
runt eos per facium aliquod,
ex eo videtur quod sequitur.
Dionis. Caruila.
^p Et statim super ipsum quasi
contusum triticum.
^q Transierunt ritum aquarū.
^r Hoc est, Iordanem vsque in
desertum ne cū filius suus per-
sequi festinaret, & antequam
se ille moueret, posset à filio suo
comprehendi. Ioseph. ibidem.
^s Sacra scriptura docuit quē-
damodū Deus fecerit in Chu-
si. Bonum autem consiliū ap-
pellat quod tyrannidi expedie-
bat. Quapropter Dauid dicit
in Psal. Ecce paruirit iniusti-
tiam & peperit iniquitatē. La-
cum aperuit, & incidit in rō-
uam quem fecit Proco. ibid.
^t Quæ dida sunt Mahanaim
à lacu cum ibidem angeli ei
occurrebant reuertenti à Meso-
potamia. vt Gene. 32. a. Hiero.

Sup. 156

Absalom pro Ioab super exercitum. Amasa autem erat filius viri, qui vocabatur Iethra de Iezraeli, qui ingressus est ad Abigail filiam Naas, sororem Saruiae, quae fuit mater Ioab. Et castrametatus est Israel cum Absalom in terra Galaad. Cumque venisset Dauid in castra Sobi filius Naa de Rabbath filiorum Ammon, & Machir filius Ammihel de Lodabar, & Berzellai Galaadites de Rogelim, obtulerunt ei stratoria & tapetia, & vasa fictilia, frumentum & hordeum, & farinam & polentam, & fabam & lentem, & fruxum oleo cicer, & mel & butyrum, oues & pingues vitulos:]deruntque Dauid, & populo qui cum eo erat, ad vescendum: Suspicati enim sunt populum fame & siti fatigari in deserto.

Absalom victus praelio quercu pendens ab Ioab transfoditur, quod audiens Dauid vix ab Ioab placari potuit. XVIIII.

Agitur considerato Dauid populo suo, constituit super eos Tribunos & Centuriones, & dedit populi tertiam partem sub manu Ioab, & tertiam partem sub manu Abisai filij Saruiae fratris Ioab, & tertiam partem sub manu Ethai, qui erat de Geth. Dixitque Rex ad populum: † Egreder & ego vobiscum. Et respondit populus. Non exibis Siue enim fugerimus, non magno opere ad eos de nobis pertinebit: siue media pars ceciderit è nobis, non satis curabunt: quia tu vnus solus pro decem milibus computaris. Melius est igitur vt sis nobis in vrbe praesidio. Ad quos Rex ait: Quod vobis videtur rectum, hoc faciam. Stetit ergo rex iuxta portam. † Egredebaturque populus per turmas suas, centeni, & milleni. Et praecipit Rex Ioab & Abisai & Ethai: dicens: † d Seruate mihi puerum] Absalom: & omnis populus audiebat praecipientem Regem cunctis principibus pro Absalom. † Iraque egressus est populus in campum contra Israel, & factum est praelium in saltu Ephraim. Et cæsus est ibi populus Israel ab exercitu Dauid, factaque est plaga magna in die illa, viginari milium. Fuit autem ibi praelium dispersum super faciem omnis terræ, & multo plures erant quos saltus consumpsit de populo, quam ij quos vorauerat gladius in die illa. Accidit autem vt occurreret Absalom seruis Dauid sedens mulo. † Cumque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum & magnam, adhæsit caput eius quercui, † f & illo suspenso inter cælum & terram, mulus cui infederat, pertransiuit. Vidit autem hoc quispiam, & nuntiauit Ioab, dicens: Vidi Absalom pendere de quercu. Et ait Ioab viro qui nuntiauerat ei: Si vidisti, quare non confodisti eum cum terra? & ego dedissem tibi decem argenti siclos & vnum balteum. Qui dixit ad Ioab: Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manū meam in filium Regis. Audientibus enim nobis praecipit Rex tibi & Abisai & Ethai, dicens: Custodite mihi puerum Absalom. † g Sed & si fecissem contra animam meam audacter, nequaquam hoc Regem latere potuisset, & tu stares ex aduerso. Et ait Ioab: Non sicut tu vis, sed aggrediar eum coram te. Tulit ergo Ioab tres læceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom. † h Cumq; adhuc palpitaret hærens in quercu, cucurrerunt decem iuvenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt eū. † Cecinit autem Ioab buccina, & retinuit populum, ne persequeretur fugientem Israel, volens parcere multitudini. † i Et tulerunt Absalom, & proiecerunt eum in saltu infoueam grandem, & comportauerunt super eum acervum lapidum magnum nimis. Omnis autem Israel fugit in tabernacula sua. Porro Absalom crexerat sibi, cum adhuc viueret, † titulum, qui] est in valle regis. † Dixerat enim: non habeo filium, & hoc erit monumentum nominis mei. Vocauitque titulum, nomine suo, & appellatur manus Absalom, vsque ad hanc diem. Achimaas autem filius Sadoch ait: Curram, & nuntiabo Regi: quia iudicium fecerit ei deus de manu inimicorum eius. Ad quem Ioab dixit: Non eris nuntius] in hac die, sed nuntiabis in alia. Hodie nolo te nuntiare: † k filius enim] Regis est mortuus.] Et ait Ioab Chusi: Vade, & nuntia Regi quæ vidisti. Adorauit Chusi Ioab, & cucurrit. Rursus autem Achimaas filius Sadoch dixit ad Ioab: quid impedit si etiam ego curro post Chusi? Dixitque ei Ioab:

6. Ithraites, Cuius filius Amasa Ithraelis opere imitatus est Hieronymus.
k. Ille Sobi filius Naas contra quem Saul pugnavit, qui etiam misericordia fecit cum Dauid cum fugeret Saul, qui & pater Amon de quo supra. a. Hunc autem Sobi loco Anon regno Dauid succedere. in cuius memoriam nunc illi ferre subsidium. Hieron.
7. Cæcos bouinos.

a. Iraque Dauid peritus & experrus in re militari & bellicis rebus diuictorum exercitum suum in tres partes principales quibus praefecit tres viros praecipuos. Dionis. Cartusia.
b. Saruia mater Ioab & Abisai & Abigea mater Amatae, sorores erant Dauidis. Ioseph. vbi prius.
c. Volebat esse de primis ad laborem & pericula. Inde dicit illi milites non exibis, quia aduersarij tui parum de nobis curant, quia te solum querunt. Melius est vt sis nobis in vrbe praesidio, vt si debellati fuerim? possimus ibi habere praesidium & refugium vt possis ibi iterum exercitum congregare. De Lyræ.
1. Leniter agite propter me eū puero.
d. Tacet improbitatis scelus, pietatis autem gradum & nomen necessitudinis praeferebat, vt pugnatari non aduersarij Regis, sed filium cogitantes, dolorem laesæ pietatis inhiberent. Ambro. Plal. 118. Sermo. 24.

e. Illud vero quid significet quod patricida filius Absalom patrem insequens primo patrem eius declinans fugiente facit eius, securus de victoria, qui aspiciet impium perire, quem etiam sicut magno luctu, & deplorauit exitum patricidae. Euche. ibid.
f. Absalom inhærens quercui cimbis, ducitiam designat eum iustitiam obstinati Qui diu patris exercitum fugerit, contingit vt condensa quercui cimbis inhæret: Absalom pax patris interpretatur quia pater hunc eum persequentem patricidam, non pax filij qui patre nolebat pati. Hugo.
g. Si interfecisset eum, contra animam meam inique egisset, nec abscondere potuisset, quia nil regem latere potest.

Mors Absalom.
h. Rex autem Dauid cum hoc ab impio atque immani filio passus esset, ne solum ferocientem tolerauit, sed etiam plaxit exitum Augusti. super Gen. cap. 30.

i. Verum patricida Absalom in valle sibi regis titulum statuit, & in fossam proiectus est, cum esset percussus. Ergo sancti ascendunt ad dominum, flagrant ad vicia descendunt. Sancti in montibus, criminiosi in vallibus. Ambro. Epist. lib. 2. epist. 12.
2. Statuam quæ.

k. Hoc est, nolo vt vir talis qualis tu es, nuntia seras Regi, quod filius eius mortuus sit, Nec enim decet vt tale nuntium portes, idcirco dicit Chusi: Vade quoniam dignus es vt nuntium stabile portes, non Achimaas Hiero. ibidem.
3. Vir boni nuntij.
4. Eo quod filius.

† Infr. 21. d.

† 47. dist. 6. Sicur. lib. 4. Necesse. 23. q. 5. c. Quis enim.

† Hof. 7. d.

5. Cum tibi pro nōtio nullum sit tibi obuenturum munus l. Achimaas zelans pro Dauid deliberebat victoriam suorum nunciare: sed Ioab impeditabat dicens: nō eris nuncius in hac nocte: Sed nunciabis in alia, si licet de alia victoriaturus magis regi placebit. Videbat enim Ioab. Dauid de morte Absalom turbatum iri: & ideo nolebat illum quem diligebat rumores istos portare: propterea misit alium scilicet Chusi non illi de quo cap. precedenti, quō dicebant Chusai. De Lyra. 6. Pax. m. Vides quomodo non rebus tantum, & expletis, sed ipso nomine atque appellatione iudicij dei etiam presentis seculo iudicare, diuine per sacros testes littere probant. Saluianus. lib. 2. 7. Salus. n. Fortassis querendum sit quare ante puerum dixit, postea filium nominauit: cur nō in utroque aut pueri dixit aut filij? Si uiueret puer erat, quia paricidio peribat patre. Amb. Psal. 118. Sermo. 17. o. Dauid paricidā mortuum fleuit, qui non fleuerat innocētem. Nō solum ergo Absalom fleuit paricida, non fleuit in celsus, sed etiam vindicatur: alter contemptu regis in alter fratris exilio, fleuit secleratus, nō fleuit dilectus. Que causa, que ratio? Nō mediocri igitur in prudentibus delibatio, sapientibus estimatio. Magna enim prudentia in tanta factōri diuersitate constantia. Vna est fides, & illos mortuos fleuit, & flendum infāntem mortuum non putauit. Amb. de fide reuerētio. Oratio. 8. Fili mi, fili mi Absalom.

Quid vis currere fili mi? Veni huc: Non eris boni nuntij baiulus.]^o Qui respondit: Quid enim si cucurrero? Et ait ei: curre. ¹ Currrens ergo Achimaas per viam compendij, transiit Chusi. Dauid autem sedebat inter duas portas. Speculator vero, qui erat in fastigio portæ super murum, eleuans oculos vidit hominem currentem solum, & exclamans indicauit Regi. Dixitque Rex: Si solus est, bonus est nūtius in ore eius. Properante autem illo, & accedente propius, vidit speculator hominem alterum currentem, & vociferans in culmine, ait: Apparet mihi alter homo currrens solus. Dixitque Rex: Et iste bonus est nuntius. Speculator autem, contemplor, ait, cursum prioris, quasi cursum Achimaas, filij Sadoch. Et ait Rex: Vir bonus est, & nuntium portans bonum, venit. Clamans autem Achimaas, dixit ad Regem: ⁶ Salue Rex.]^o Et adorans Regem coram eo pronus in terram, ait: Benedictus dominus deus tuus, qui conclusit homines, qui leuauerunt manus suas contra dominum meum Regem. Et ait Rex: Est ne pax puero Absalom? Dixitque Achimaas: Vidi tumultum magnum, cum mitteret Ioab seruus o Rex me seruum, nescio aliud. Ad quem Rex transiit, ait, & sta hinc. Cūque ille transisset, & staret, apparuit Chusi, & veniens ait: Bonum apporto nuntium domine mi Rex. ^m Iudicauit enim pro te dominus hodie, de manu omnium qui surrexerunt contra te. Dixit autem Rex ad Chusi: Est ne pax?]^o puero Absalom? Cui respondens Chusi: fiant inquit, sicut puer, inimici domini mei Regis, & vniuersi qui consurgunt aduersus eum in malum. Contristatus itaque Rex, ascendit cœnaculum portæ, & fleuit. Et sic loquebatur vadens: ¹ Fili mi Absalom, ⁸ Absalom fili:] Quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te? Absalom fili mi, fili mi Absalom.

Dauid Ioab verbis placatus, suos sibi conspiratores reconciliat, qui verò in Iudea remanserant, in Galgalis ipsum suscipientes in Ierusalem reduxerunt. XIX.

a. Quomodo enim ille qui propter humanitatem Saulē luxuriam in filij obitu à natura non vinceretur. Præterea illum vir pius deplorat, qui per punitam curati amplius non potuit. Procop. ibid.

b. Vnde dementia contra genitorem insurgit, hinc clementia ve paricidæ parcatur ex parte. Chry. de Absalom patre persequente. * Fili mi.

c. Non oportet ipsum Ioab in hoc verbo à mendacio excusare. Non enim optauit Rex triduum Absalonis, sed & ve non occideretur in bello imparat omnino ad mortem. Et tamen possunt hæc verba intelligi quod Rex saltem descendendo inuidiosum acerbissimum filium, ita se gessit, ac si præferret sui exercitus occubitu mortis Absalonis. Dionys.

d. Hoc est, Hi qui cum Absalom perduelliones existerant, regi diuntur ad propria. Hier. ibid.

e. Hæc loquebantur ad iniucem qui dereliquerant regem, & se iunxerunt eius aduersario, quærentes in gratia eius redire: forsitan enim coram rege apparere etubuerunt propter invidiam, tamen rex præuenit. eos reddens illis bona pro malis, & reuocauit eos. Dionys.

f. Amasa enim nepos Dauid ex Abigea matre erat vt supra dictum est, cap. 18. a. Ideo volebat eum constituere in agnitione militiæ, quod in eum iram Ioab excitauit: vnde tandem dolo ipsum occidit.

Nuntiatum est autem Ioab quod Rex fleuit, & lugeret filium suum: & versa est victoria in luctum in die illa omni populo. Audiuit enim populus in die illa dici: dolet Rex super filio suo. Et declinauit populus in die illa ingredi ciuitatem, quomodo declinare solet populus versus & fugiens de prælio. Porro Rex operuit caput suum, & clamabat voce magna: ^b Fili mi Absalom, Absalom fili mi. * Ingressus ergo Ioab ad Regem in domum, dixit: Confudisti hodie vultus omnium seruorum tuorum, qui saluam fecerunt animam tuam, & animam filiorum tuorum, & filiarum tuarum, & animam vxorum tuarum, & animam concubinarum tuarum. Diligis odientes te, & odio habes diligentes te. Et ostendisti hodie, quia non curas de Ducibus tuis, & de seruis tuis, & verè cognoui modò, quia si Absalom viueret, & omnes nos occubuissimus, tunc placeret tibi. Nunc igitur surge, & procede, & alloquens satisfac seruis tuis. ⁸ Iuro enim tibi per dominum, quod si non exieris, nec vnus quidem remansurus sit tecum nocte hac, & peius erit hoc tibi, quàm omnia mala quæ venerunt super te, ab adolescentia tua vsque in præsens. Surrexit ergo Rex, & sedit in porta. Et omni populo nuntiatum est, quod Rex sederet in porta. Venitque vniuersa multitudo coram Rege. ^d Israel autem fugit in tabernacula sua. Omnis quoque populus certabat in cunctis tribubus Israel dicens: Rex liberauit nos de manu inimicorum nostrorum, ipse saluauit nos de manu Philistinorum, & nunc fugit de terra propter Absalom. Absalom autem, quem vniximus super nos, mortuus est in bello. ^e Vsquequo filetis, & non reducit Regem? Et consilium totius Israel venit ad Regem: Rex vero Dauid misit ad Sadoch & Abiathar sacerdotes dicens: Loquimini ad maiores natu Iuda, dicentes: Cur venitis nouissimi ad reducendum Regem in domum suam? ⁸ Sermo autem omnis Israel peruenerat ad Regem vt reduceret eum in domum suam, quia dixerat Rex: Hæc dicetis ad populum: Fratres mei vos, os meum & caro mea vos. Quare nouissimi reducit Regem? Et Amasa ^f dicite: Nōne os meum es, & caro mea? Hæc faciat mihi deus, & hæc addat: si non magister militiæ fueris coram me omni tempore pro Ioab. Et inclinauit

cor

cor omnium virorum Iuda, quasi viri vnus. Miseruntque ad Regem dicentes: Re-
 uertere tu, & omnes serui tui. [†] Et reuersus est Rex, & venit vsque Iordanem. [§] Et om-
 nis Iuda venit vsque in Galgala, vt occurreret Regi, & transfuderet eum Iordanem.
[†] Festinauit autem Semei, filius Gera, filij Gemini de Bathurim, & descendit cum viris
 Iuda in occursum Regis Dauid, cum mille viris de Benjamin: & Siba puer de domo
 Saul, & quindecim filij eius, ac viginti serui erant cum eo. Et irrupentes Iordanem
 ante Regem transierunt vada, * vt traducerent domum Regis, & facerent iuxta ius-
 sionem eius. [§] Semei autem filius Gera prostratus corā Rege, cum iam transisset Ior-
 danem, dixit ad eum: [†] Ne reputes mihi domine mi iniquitatem, neque memineris
 iniuriarum serui tui in die qua egressus es domine mi Rex de Ierusalem, neque po-
 nas Rex in corde tuo. Agnosco enim seruus tuus peccatum meum, & idcirco hodie
 primus veni de omni domo Ioseph, descendique in occursum domini mei Regis.
 Respondens vero Abisai, filius Saruiae, dixit: Nunquid pro his verbis non occidetur
 Semei, qui maledixit Christo domini? Et ait Dauid: [†] Quid mihi & vobis filij Saruiae?
 Cur efficitur mihi hodie in Sathan? Ergo ne hodie interficietur vir in Israel? [†] An
 ignoro I hodie me factum Regem super Israel? Et ait Rex Semei: Non morieris: Iu-
 raueritque ei. Miphibóseth quoque filius Saul, descendit in occursum Regis, ^m illotis pe-
 dibus & intonsa barba, vestesque suas non lauerat à die qua egressus fuerat Rex, vsque
 ad diem reuersionis eius in pace. [§] Cúmque Ierusalem occurrisset Regi, dixit ei Rex:
 Quare non venisti mecum Miphibóseth? Et respondens ait: Domine mi Rex ser-
 uus meus contempnit me. Dixique ei, ego famulus tuus, ⁿ vt sterneret mihi asinum,
 & ascendens abirem cum Rege, claudus enim sum, seruus tuus. [†] Insuper & accusauit
 me seruum tuum, ad te dominum meum Regem. [†] Tu autem domine mi Rex, sicut
 angelus dei es, fac quod placitum est tibi. [†] Neque enim fuit domus patris mei, nisi
 morti obnoxia domino meo Regi: tu autem posuisti me seruum tuum inter conui-
 uas mensae tuae. Quid ergo habeo iustae querelae: aut quid possum vltra vociferari
 ad Regem? Ait ergo ei Rex: Quid vltra loqueris? [†] Fixum est quod locutus sum.
 Tu & Siba ^o diuidite possessiones. Responditque Miphibóseth Regi: Etiam cuncta ac-
 cipiat, postquam reuersus est dominus meus Rex pacifice in domum suam. [†] Berzellai
 quoque Galaadites senex valde, descendens de Rogelim, traduxit Regem Iorda-
 nem, paratus etiam vltra fluuium profequi eum. [†] Erat autem Berzellai Galaadites
 senex valde, id est, octogenarius, & ipse praeiuit alimenta Regi, cum moraretur in ca-
 stris. Fuit quippe vir diues nimis. Dixit itaque Rex ad Berzellai: veni mecum, [†] vt re-
 quiescas securus in Ierusalem. Et ait Berzellai ad regem: Quot sunt dies annorum vi-
 tae meae, vt ascendam cum rege in Ierusalem? [†] Octogenarius sum hodie: [†] Nunquid
 vigent sensus mei ad discernendum suaue aut amarum? [†] aut delectare potest ser-
 uum tuum cibus aut potus? vel audire possum vltra vocem cantorum atque canta-
 tricium? Quare seruus tuus sit oneri domino meo regi? Paululum procedam famu-
 lus tuus ab Iordane, tecum. Non indigeo hac vicissitudine: sed obsecro vt reuertat
 seruus tuus, & moriar in ciuitate mea, & sepeliar iuxta sepulchrum patris mei & ma-
 tris meae. Est autem seruus tuus Chamaam, ipse vadat tecum domine mi Rex. & fac
 ei quicquid tibi bonum videtur. Dixit itaque ei Rex: Mecum transeat Chamaam, &
 ego faciam ei quicquid tibi placuerit, & omne quod petieris à me impetrabis. [§] Cúm-
 que transisset vniuersus populus & Rex Iordanem, & restitit, [†] & osculatus est Rex
 Berzellai, & benedixit ei, & ille reuersus est in locum suum. Transiit ergo Rex in
 Galgalam, & Chamaam cum eo. Omnis autem populus Iuda traduxerat regem, &
 media tantum pars affuerat de populo Israel. Itaque omnes viri Israel concurrentes ad
 regem, dixerunt ei: Quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda, & traduxerunt regem
 & domum eius Iordanem, omnesque viros Dauid cum eo? Et respondit omnis vir
 Iuda ad viros Israel: Quia mihi propior est Rex: Cur irasceris super hac re? Nunquid
 comedimus aliquid ex rege, aut munera nobis data sunt? Et respondit vir Israel ad vi-
 ros Iuda, & ait: Decem partibus maior ego sum apud regem, magisque ad me pertinet

† Reg. 2. d.

† Reg. 2. a. b.

† Sup. 16. c.

† Sup. 16. b.

†

† Sup. 16. a.

† Gen. 33. b.
 † Esther. 15. d.
 3. Reg. 2. b.
 Sup. 14. d.
 † Sup. 9. b.

† Sup. 16. a.

† Reg. 2. b.
 † Sup. 17. d.

†

†

g. Hoc est, omnes de tribu Iuda, vt occurrerent regi, & traducerent eum Iordanem in nauibus ad hoc ab ipsis paratis, vt dicunt aliqui. Alij autem dicunt quod ista traductio intelligitur per hoc quod viri Iuda transierunt Iordanem ante regem in equis ad explorandum vbi aqua esset melius vndabilis. De Lyr. ibid.

* Et transfuit nauis. h. Qui grauissimè peccauit in Dauid. Ideo timuit occidi, sed confidens de clementia regis, qui ad Amasiam alioque videntes suos tam bene se habuerit, properauit. Dionis.

i. Si iniuriam deposuerit pater deum, vltor est. Si danum, restitutor est: Si dolorem, medicus est. Si mortem, resuscitator est. Tertullianus.

k. Quia si Dauid statim eum occidi permisisset, alij qui cum Abiathom fuerant in persequendo Dauid sibi timissent, & illi qui nondum venerat retrocessissent, sic eius occisio potuisset esse occasio magnae scissionis, & magni mali contra Dauid. De Lyr.

2. An ignoras. l. Imo non Saulis, sed Ionathas filius, vt sup. ca. 9. a. quem propter amorem & promissionem patris, ad mensam suam Dauid ascripserat. Hiero.

m. Hoc est, insecis pedibus, fecerat enim ipse Miphiboseth lignosos pedes pro naturalibus, vt ipsi claudi sapere faceret solent. Hierony.

n. Ab eo occidi meruit habendo respectum ad iniurias Saul, quas per se & suos fautores tibi infligit. Ionathas tamen & alij non omnino consentientes non erant ita mori obnoxij, magis que tenebatur benefacere ipse Miphiboseth propter virtutis immediati patris sui Ionathas & pactum quod pariter iurauerunt. Dionis. Cartusia.

o. Ob quam iniquam & praecipitum diuisionis honorum sententiam inter Miphiboseth & seruum, diuisum fuisse regnum in Roboam & Ieroboam, seruum suum seruit Hebraei. Hierony. [†] Obsequitur gratitudo Dauid erga Berzellai, qui sibi necessaria pro parte ministrauerat, vt patet ex praedictis & est vsque ad Iordanem conduxerat, cui Dauid obtulit praemia & honores si vellent secum ire Ierusalem: sed excusauit se propter senectutem. De Lyr.

3. Et cithabo te apud me. q. Ex quo patet, quomodo illis temporibus illa aetas iam valde magna reputabatur, est dixerit Dauid. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta autum.

4. Nunquid discernere possum inter bonum & malum?

r. Chamaam filius erat Berzellai quem Dauid secum accepit in seruum vices rependens patri in filium. Postquam autem cum Dauid transiit, non Chamaam, i. suspirans, sed Chanaa, i. infidelis est appellatus. Hierony. ibid.

s. Conduxerunt regem: Cur eis transiuerunt te filij Iuda nobis ignorantibus?

t. Quia mihi propior & de genere meo est Rex, ideo plus eum amo quam tu. Hier. ibid.

Dauid, quàm ad te. Cur fecisti mihi iniuriam, & non mihi nuntiatum est priori; vt reducerem regem meum? Durius autem responderunt viri Iuda viris Israel.

Cùmque Saba filius Bochri seditionem in Israel mouisset, hunc Ioab cum Abisai fratre persequens Amasam in via occidit, ab obsidione Abela misso Saba & per murum capite tandem discedit.

XX.



Accidit quoque vt tibi esset vir Belial nomine Saba filius Bochri vir Ieminaus: & cecinit ^a buccina, & ait: Non est nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Ifai: Reuertere in tabernacula tua Israel. Et separatus est omnis Israel à Dauid, secutusque est ^b Saba filium Bochri: viri autem Iuda adhæserunt Regi suo à Iordane vsque Ierusalẽ. Cùmque venisset rex in domum suam in Ierusalem, tulit decem mulieres concubinas, quas dereliquerat ad custodiendam domum, & tradidit eas in custodiam, alimenta eis præbens. Et nõ est ingressus ad eas, sed erant clausæ vsque in diem mortis suæ, in viduitate viuentes. ^c Dixit autem Rex Amasæ: conuoca mihi omnes viros Iuda in diem tertium, & tu adesto præsens. Abiit ergo Amasæ, vt conuocaret Iudam: & moratus est extra placitum quod ei constituerat rex. Ait autem Dauid ad Abisai: ^d Nunc magis afflicturus est nos Saba filius Bochri, quàm Absalom. ^e Tolle ergo seruos domini tui, & persequere eum: ne forte inueniat ciuitates munitas, & effugiat nos. Egressi sunt ergo cum eo viri Ioab: Cerethi quoque & Phelethi, & omnes robusti exierunt de Ierusalem ad persequendum Saba filium Bochri. ^f Cùmque illi essent iuxta lapidem grandem, qui est in Gabaon, Amasæ veniens occurrit eis. Porrò Ioab vestitus erat tunica stricta ad mensuram habitus sui, & desuper accinctus gladio ^g dependente vsque ad ilia in vagina, qui fabricatus leui motu egredi poterat, & percutere. ^h Dixit itaque Ioab ad Amasam: ⁱ Salue mi frater. Et tenuit manu dextra mentum Amasæ, quasi osculans eum. Porrò Amasæ non obseruauit gladium, quem habebat Ioab. ^k Qui percussit eum in latere, & effudit intestina eius in terram, & mortuus est, nec secundum vulnus apposuit. Ioab autem & Abisai frater eius, persecuti sunt Saba filium Bochri. ^l Interea quidam viri cum stetissent iuxta cadauer Amasæ de sociis Ioab, dixerunt: ^m Ecce qui esse voluit pro Ioab comes Dauid. Amasæ autem conspersus sanguine iacebat in media via. Vidit hoc quidam vir quòd subsisteret omnis populus ad videndum eum, & amouit Amasam de via in agrum, operuitque eum vestimento, ne subsisterent transeuntes propter eum. Amoto ergo illo de via, transibat omnis vir sequens Ioab, ad persequendum Saba filium Bochri. Porrò ille transierat per omnes tribus Israel, vsque in ⁿ Abela & in Bethmacha: ^o omnesque viri electi congregati fuerant ad eum. ^p Venerunt itaque & oppugnabant eum in Abela & in ^q Bethmacha, & circumdederunt munitionibus ciuitatem, & obsessa est vrbs. Omnis autem turba, quæ erat cum Ioab, moliebatur destruere muros. Et exclamauit mulier sapiens de ciuitate: ^r Audite audite, dicite Ioab: appropinqua huc & loquar tecum. Qui cum accessisset ad eam, ait illi: Tu es Ioab? Et ille respondit: Ego. Ad quem sic locuta est: ^s Audi sermones ancillæ tuæ. Qui respondit: audio. Rursumque illa: sermo, inquit, dicebatur ^t in veteri prouerbio: ^u Qui interrogant, interrogent in Abela, & sic proficiebant. ^v Nonne ego sum quæ respõdebo veritatem in Israel: & tu quæris subuertere ciuitatem, & euertere matrem ciuitatum in Israel? ^w Quare præcipitas hæreditatem domini? Respondensque Ioab, ait: ^x Absit absit hoc à me, non præcipito, neque demolior. Non se sic habet res. Sed homo de monte Ephraim, Saba filius Bochri cognomine, leuauit manum suam contra Regem Dauid. Tradite illum solum, & recedemus à ciuitate. Et ait mulier ad Ioab: ^y Ecce caput eius mittetur ad te per murum. ^z Ingressa est ergo ad omnem populum, & locuta est eis sapienter. ^{aa} Qui abscisum caput Saba filij Bochri, proiecerunt ad Ioab. ^{ab} Et ille cecinit tuba, & recesserunt ab vrbe vnusquisque in tabernacula sua. Ioab autem reuersus est Ierusalẽ ad Regem. ^{ac} Fuit ergo Ioab super omnem exercitum Israel. Banaias autem filius Ioiadæ super Cerethæos & Phelethæos. Aduram vero super tributam: ^{ad} Porrò Iosaphat filius Ahilud, à commentariis, Siba

a. Ideo dicitur tuba vel buccina cecinit, vt sedaret tumultum, & eius sonitu arcibus redideret omnes. Qui est nobis pars in Dauid, &c. Hieron. ibid. b. Saba in Hebræo scribitur per segol, hoc est a diphthongum sic **שָׁבָא** Saba de femine Benjamin, & ex posteris Saulis, vnde & pronus ad rebellionem contra Dauid, dicitur Regiam dignitatem transiit à tribu Benjamin in tribu Iuda, sed ad ipsum Dauid Saulis semper amulum. Dionys.

c. Nec immerito in hoc loco fundari postea initium & origo religionis earum mulierum quas vocant religiofas penitentes.

d. Tertia pars erat bellatorum de duobus tribubus Israel: quia licet multitudine cuiuslibet tribus recessisset à Dauid excepta tribu Iuda, tamen de qualibet tribu erant vii bellatores robusti qui coniuncti fuerant ipsi Dauid, à tempore quo fugit à facie Saul. De Lyra. ibidem.

e. Qui iunctus lumbis eius erat intra vaginam.

f. Inuidia truculenta bellua perpulit Ioab principem militie Dauid in subdolis fraudulentiisque casibus Amasæ, quem lenamque casus Rex ipse militie suæ: quod inuideret illum sibi designant collegæ in eodem magister, rimeretque ne tandem sibi præferretur Amasæ, & solus militie Regis præficeretur. Cyrillus in Jo. ca. 8. lib. 8. f. Occidit autem eum ex inuidia, timens ne ei aquaretur: quia Dauid ei iurauerat. Hoc mihi faciat deus & hoc addat, si non magister militie fueris coram me omni tempore pro Ioab, quapropter quidam ex amicis Ioab videntes eum mortuum dixerunt insultando. Ecce qui esse voluit &c. De Lyra.

g. Et quidam fecit de pueris.

h. Post Ioab erat.

i. Ioab iuxta illum, & ait.

k. Abela ciuitas est regionis Berim, superioris Galilee in tribu Neptalim patria Amorrhæorum, non procul à Casarea Philippi.

l. Et omnia loca Berim.

m. Bethmacha Regio Berim quasi 60. stadiis procul à Iordane, vrbs Amorrhæorum, quæ etiam dicitur Machana Dan.

n. In veteri lege, Deuter. 20. Quoniam pax offerenda quàm bellum: quæ si recipiatur, tributarij fiant, sin minus, deleantur. Hieron.

o. Antequàm pacem interrogando offeras.

p. Aduerte tamen quod illud præceptum de pace offerenda non erat intelligendum de vr-bibus Chananzorum contra Chananzos, quas filij Israel deus promissit, ne dedit in primo eorum ingressu: in terram promissionis. Dionysius.

q. Reditus populi ad Dauid post interfectionem Absalom redit prioris populi ad Christum post mortem prætorum magistrorum significat, qui in synagoga iudeorum diu regnauerat, & à veritate auditu populum subuertebat. Rabanus. ibidem.

†Sup. 16.

†j. Reg. 4.

†Deut. 20. 6.

†Sup. 2. 8.

†Sup. 8. 4.

Siba autem scriba, Sadoch verò & Abiatharⁿ sacerdotes. Hira autem Iairites, erat sacerdos Dauid.

n. Sacerdotes, hoc est, magister fratrum suorum, sic & Hira Iairites erat sacerdos, id est, magister Dauid. Hierony. ibidem.

Immissa propter Saulis in Gabaonitas peccatum fame trienni, reliquias Saulis præter Miphibósseth indicat Dauid suspendi, ossaque cum Saulis & Ionathæ ossibus inhumari.

X XI.

Acta est quoque fames in diebus Dauid tribus annis iugiter. Et confu-
luit Dauid oraculum domini, dixitque dominus, Propter Saul & do-
mum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas. Vocatis ergo Gabaoni-
tis rex, dixit ad eos, Porro Gabaonitæ non sunt de filiis Israel, sed reliquiæ
Amorraeorum. ^{†b} Filij quippe Israel iurauerant eis ne perimerent illos, &
voluit Saul percutere eos zelo, quasi pro filiis Israel & Iuda. Dixit ergo Dauid ad Ga-
baonitas: Quid faciam vobis, & quod erit vestri piaculum, vt benedicatis hæreditati
domini? Dixeruntque ei Gabaonitæ: Non est nobis super argento & auro quæstio:
sed contra Saul, & contra domum eius: neque volumus vt interficiatur homo de Is-
rael. Ad quos Rex ait: Quid ergo vultis vt faciam vobis? Qui dixerunt Regi: Virum qui
atruuit nos, & opprestit iniquè, ita delecte debemus, vt nec vnus quidem residuus sit
de stirpe eius in cunctis finibus Israel. ^{†d} Dentur nobis septem viri de filiis eius, vt cru-
cifigamus eos domino in Gabaa Saul quondam electi domini. Et ait Rex: Ego dabo.
Peperitque Rex Miphibósseth, filio Ionathæ filij Saul, propter iusurandum domini
[†] quod fuerat inter Dauid & Ionathan filium Saul. Tulit itaque Rex duos filios Res-
spha filix Ahia, quos peperit Saul, Armoni & Miphibósseth, & quinque filios Mi-
chol filix Saul, quos genuerat Hadrieli filio Berzellai, qui fuit de Molathi: & dedit eos
in manus Gabaonitarum, qui crucifixerunt eos in monte coram domino. Et ceciderunt
hi septem simul occisi in diebus messis primæ, incipiente messione hordei. Tollens
autem Respha filia Achia cilicium, substravit sibi supra petram ab initio messis, do-
nec stillaret aqua super eos de cælo, & non dimisit aues lacerare eos per diem neque
bestias per noctem. ^{†e} Et nuntiata sunt Dauid, quæ fecerat Respha filia Ahia concu-
bina Saul. ^{†f} Et abiit Dauid, & tulit ossa Saul, & ossa Ionathæ filij eius, à viris Iabes
Galaad, [†] qui furati fuerant ea de platea Bethsan, in qua suspenderant eos Philistiim
cùm interfecissent Saul in Gelbóe, & asportauit inde ossa Saul, & ossa Ionathæ filij
eius: & colligentes ossa eorum qui affixi fuerant, sepelierunt ea cum ossibus Saul &
Ionathæ filij eius, in terra Benjamin in latere in sepulchro Cis patris Saul. Fecerunt-
que omnia quæ præceperat Rex: & repropitiatus est deus terræ post hæc. Factum est
autem rursus prælium Philistinorum aduersum Israel, & descendit Dauid & serui
eius cum eo, & pugnabant contra Philistiim. Deficiente autem Dauid, ^{†g} Iesbi de Nob
qui fuit de genere Arapha, cuius ferrum hastæ trecentas uncias appendebat & ac-
cinctus erat ense nouo, nisus est percutere Dauid, præsidioque ei fuit Abisai filius Sar-
uia, & percussus Philistæum interfecit. ^{†h} Tunc iurauerunt viri Dauid, dicentes: Iam
non egredièris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israel. ^{†i} Secundum quo-
que fuit bellum in [†] Gob, contra Philistæos. Tunc percussit Sobochai de Vláthi,
Zaph de stirpe Arapha: & de genere gigantum. [†] Tertium quoque fuit bellum in
Gob contra Philistæos, in quo percussit ^{†h} Adeodatus, filius Saltus polymitarius]
Bethlehemites, Goliath Gethæum: cuius hastile hastæ erat quasi liciatorium texen-
tium. Quartum bellum fuit in Geth, in quo vir fuit excelsus, qui senos in manibus
pedibusque habebat digitos, id est, viginti & quatuor: & erat de origine Arapha: &
blasphemauit Israel. Percussit autem eum [†] Ionathas] filius Sammaa fratris Dauid.
Hi quatuor nati sunt de Arapha in Geth, & ceciderunt in manu Dauid & seruorum
eius.

† 1. Reg. 9. c.

† 1. Reg. 18. a

† 1. Reg. 31. d

† 1. Reg. 17. e

† Sup. 18. a

† 1. Par. 20. c

1. Continuis:

a. Filios Saul, qui cum Doech Idumgo Gabaonitas occiderit, & sacerdotes in Nob, vt patet 1. Reg. 22. d.

b. Propter scelera ipsius Saul & Iobolis sue acque fautorum & cooperatorum ipsius: quia Gabaonitas interfecerunt iniuste, idcirco domus sanguinum appellatur. Dion. Carr.

c. Zelo quasi pro filiis Israel & Iuda, dicens Ioseph gratis eosdē Gabaonitas viuere permisit, & filij Israel & Iuda prædam eorum iniuste abstulisse, idcirco eos perimere iubet, quasi pro zelo Israel & Iuda. Hieron. ibi. 2. A Saule & à domo eius.

3. Ne sit in vilo termino Israel]

d. His auditis Dauid eis persuadit se facere non posse propter feudus initum cum Ionathæ, vt dictum est supra, imo & cum Saule. 1. Reg. 22. d. vbi Saul inter cætera Dauid protestatur. Iura, inquit, mihi in domino ne deleas semē meum post me, &c. Et iurauit Dauid. Ideo dixit Gabaonitis, vt temperant postulationem suam. Ideo solum petunt: Dentur nobis septem viri. Diony.

e. Non naturales, sed adoptiuos & fororis sue Merob vxoris Adrielis filij Berzellai de Molathi: Michol enim filia Saul non fuit vxor Adrielis filij Berzellai, sed Merob vxor eius, quæ ex eo quinque filios peperit. Michol autem vxor Dauid, quæ & Egla dicitur, eos in loco filiorum nutrit, & sibi in filios adopta uit, idcirco filij eius dicuntur. Hieron. ibidem.

f. Recitat hic Dionysius 3. ratio nes quare hæc septem corpora deposita non fuerint à patribus, quia vt plurimum pluebat in fine messis. 2. Quia Dauid ex reuelatione audierat quod non deponeret corpora donec pluisset dominus. 3. Ve audirent gentes vitionē factam super motu Gabaonitarum. Cui addi potest 4. ratio. Non deponit eos à patribus donec Saulis & filiorū ossa allata essent à Iabes Galaad in Gabaa Saulis, vt simul cum suspensis sepelirentur. Ex Diony.

4. Iesbi bened.

5. Trecentos scelos.

g. Narratur tamen hic primò propter cõtinuationem ad præcedentia immediatè, quia contigit post famem prædictam in senectute Dauid: Et ideo nõ est hic ordo temporis, sed narratio nis, quia illud bellum immediatè narratur post præcedēs. De Lyra 6. Nob.

7. Elhanan filius Iahaz.

h. Adeodatus ipse est Dauid, idcirco sic dicitur, quia à deo est electus in regnum filius Saltus, quia de saltu vbi oues pascebat est educus. Polymitarius, quia de genere Bezeleel mater eius fuit. Bethlehemites, quia Bethlehem natus. Hieron.

8. Ionathan, qui & Natha propheta Dauidis ex fratre nepos, qui sæpius dicitur monuisse Dauid.

Canticum gratiarum actionis Dauidis pro sua ab omnibus inimicis liberatione, ex quo Iudæorum reprobatio & gentium electio facile elicitur.

X XII.

† V

a. Ceterum Dauid perfunctus iam bellis ac periculis, & in altissima pace degens, vario genere carminum odas & hymnos in honorem dei composuit, partim trimetro versu, partim pentametro: instrumentisque musicis compatis docuit. Leuitas ad pulsum cordi laudes dei decantare, tam sabbatis diebus quam in egeris festiuitatibus. Species autem instrumentorum hæc fuerunt, Cymnra decem chordis interceditur, & plecio pulsatur. Nabla duodecim sonos continet, sed digitis capitur: Cique hæc aderant & Cymbala area bene magna ac lata. Joseph Antiq. Iuda. lib. 7. cap. 12.

b. Sicut cornu in capite animalis est protectio eius: ita diuina protectio dicitur cornu salutis nostre.

c. Violentia.

d. Hoc est lachrymosa compunctio ponitium de inspiratione eius.

e. Super cherubim dominus ascendit & volauit, quia super altitudinem scientie, quæ esse in hominibus potuit, incarnationis suæ gloriam exaltare digna est, ut hoc eius volare sit potentie suæ mysticam ab intellectu humano subleuare. Quælibet enim plenitudine scientiæ via spiritalium fulgeat, apprehendere non valet quomodo factum sit, ut qui exiit, conciperetur & ante secula autor hominum, nasceretur homo in fine seculorum, Deus caro, verbum infans fieret. Eucherius ibidem.

f. Qui prior præbuit misericordiam antequam haberem bonam voluntatem. Eucherius ibidem.

g. Vnde populus martyrum eius dixit: Eo perfectus coram illo, alius immaculatus cum eo. Cuius velque qui immaculatus in cruce pro iniquitatibus nostris passus est. Ambrosius in 17. Psal.

h. Est etiam occulta profunditas qua intelligitur: cum sancto sanctus eris, quia tu sanctificas. Eucherius ibidem.

i. Oculos tuos super excelsos demittes.

4. Perfectus in via sua.

5. Aperit mihi viam perfectam, scilicet ad bellum.

6. Vt etiam frangatur arcus zereni brachii meis.

i. In arcu resistentis & repugnantis vigore significari existimo: qui in manu sancti operis contra obuios quosque & hostiles vitiorum impetus preparatur. Vt hic Dauid. Postisti ut arcum zereni brachia mea, quod est, fecisti infatigabilem intentione bonorum operum meorum. Hierony. super 29. cap. Job.

7. Cura mea.

k. Non solum contradictionem populi mei auferes à me, verum etiam mihi greges subiciet. Quod Christo magis conueniente probauit exitus, iuxta patris promissum: Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Euthymius.

l. Circa hæc quaeritur cur psalmus iste præ ceteris psalmis in libro regum repetatur conscriptus? Respondetur quia nec immerito quia regnum illud significat ubi aduersarium non habemus. Isidorus ibidem.



ocutus est autem Dauid domino verba carminis huius, in die qua liberavit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul. Et ait: ¹ Dominus petra mea, & robur meum, & saluator meus. Deus dominus fortis meus, sperabo in eum. Scutum meum, & ^b cornu salutis meæ, eleuator meus, & refugium meum, saluator meus, ¹ de iniquitate] liberabis me. Laudabilem inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Quia circumdederunt me ^c contritiones mortis, torrentes belial terruerunt me. Funes inferi circumdederunt me, præuenerunt me laquei mortis. In tribulatione mea inuocabo dominum, & ad deum meum clamabo: & exaudiet de templo sancto suo vocem meam: & clamor meus veniet ad aures eius. Commota est & contremuit terra, fundamenta ² montium] concussa sunt, & conquassata, quoniam iratus est eis. Ascendit ^d fumus de naribus eius, & ignis de ore eius vorauit: carbones succensi sunt ab eo. Et inclinauit cælos & descendit: & caligo sub pedibus eius. ^e Et ascendit super Cherubim, ^e & volauit: & lapsus est super pennas venti, & posuit tenebras in circuitu suo latibulum: cribrans aquas de nubibus cælorum. Præ fulgore in conspectu eius ^f nubes,] succensi sunt carbones ignis. Tonabit de cælo dominus, & excelsus dabit vocem suam. Misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura, & consumpsit eos. Et apparuerunt effusiones maris, & reuelata sunt fundamenta orbis ab increpatione domini, ab inspiratione spiritus furoris eius. Misit de cælo, & assumpsit me, & traxit me de aquis multis. Liberavit me ab inimico meo potentissimo, & ab iis qui oderant me: quomodo robustiores me erant? Præuenit me in die afflictionis meæ, & factus est dominus firmamentum meum. Et eduxit me in latitudinem: liberavit me, quia complacui ei. ^f Retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam, & secundum munditiam manuum mearum reddet mihi. Quia custodiui vias domini, & non egi impiè à deo meo: Omnia enim iudicia eius in conspectu meo, & præcepta eius non amoui à me. ^g Et ero perfectus coram eo, & custodiam me ab iniquitate mea. Et restituet mihi dominus secundum iustitiam meam: & secundum munditiam manuum mearum in conspectu oculorum suorum. ^h Cum sancto sanctus eris, & cum robusto perfectus. Cum electo electus eris, & cum peruerso subuertêris: Et populum pauperem saluum facies, ³ oculisque tuis excelsos humiliabis. Quia tu lucerna mea domine, & tu domine illuminabis tenebras meas. In te enim curam accinctus, in deo meo transiliam murum. Deus ⁴ immaculata via eius,] eloquium domini igne examinatum, scutum est omnium sperantium in se. Quis est deus præter dominum: & quis deus fortis, præter deum nostrum? Deus qui accinxit me fortitudine, & ⁵ complanauit perfectam viam meam.] coæquans pedes meos seruis, & super excelsa mea statuens me. [†] Docens manus meas ad prælium, & ⁶ componens quasi ¹ arcum arcum arcu brachia mea. Dedisti mihi clypeum salutis tuæ, & mansuetudo tua multiplicauit me. Dilatabis gressus meos subtus me, & non deficient ⁷ tali mei. [†] Persequar inimicos meos, & conteram: & non conuertar donec consumam eos. Consumam eos, & confringam, ut non consurgant: cadent sub pedibus meis. Accinxisti me fortitudine ad prælium: incuruasti resistentes mihi subtus me. Inimicos meos dedisti mihi dorsum, odientes me: & disperdam eos. Clamabunt, & non erit qui saluet: ad dominum, & non exaudiet eos. Delebo eos, ut puluerem terræ: quasi lutum platearum comminuam eos, atque confringam. ^k Saluabis me à contradictionibus populi mei: custodies me in caput gentium. Populus quem ignoro seruiet mihi, filij alieni resistent mihi, auditu auris obediēt mihi. Filij alieni defluerunt, & contrahentur in angustiis suis. Viuit dominus & benedictus deus meus, & exaltabitur deus fortis salutis meæ. ¹ Deus qui das vindictas mihi: & deiicis populos sub me. Qui educis me ab inimicis meis, & à resistentibus mihi eleuas me: [†] à viro iniquo liberabis me. Propterea confitebor tibi domine in gentibus, & nomini tuo cantabo. Magnificans salutes Regis sui, & faciens misericordiam Christo suo Dauid, & semini eius in sempiternum.

† Psal. 17. a

† Psal. 141. a

† Psal. 17. d

Roma. 15. b

107. p. 12.
136. dist. cap.
Qui ecclesia
dicunt, & ecce.



AEc autem sunt verba ^a nouissima, quæ dixit Dauid filius Isai. Dixit vir cui cōstitutū est de Christo dei Iacob, egregius P saltes Israel. † Spiritus domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam, dixit: Deus Israel mihi locutus est, fortis Israel. Dominator hominum iustus, & dominator in timore dei. Sicut lux auroræ oriente sole, mane vsque nubibus rutilat: & sicut pluuiis germinat herba de terra. Nec tanta est domus mea apud deum, vt pactum æternum iniret mecum, firmum in omnibus, atque munitum. Cuncta enim salus mea, & omnis voluntas: nec est quicquam ex ea, quod non germinet. ^b Præuaricatores autem, quasi spinæ euellentur vniuersi: quæ non tolluntur manibus. Et si quis tangere voluerit eas, armabitur ferro, & ligno lanceato: igneque succensæ comburentur vsque ad nihilum. † ^c Hæc nomina fortium Dauid. Dauid sedens ^d in cathedra sapientissimus] Princeps inter tres. Ipse est quasi tenerimus ligni ^e vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno. ^f Post hunc Eleazar filius patruī eius Ahoites, inter tres fortes qui erant cum Dauid: quando exprobrauerunt Philistiim, & congregati sunt illuc in prælium. Cūque ascendissent filij Israel, ipse stetit & percussit Philistæos: Donec deficeret manus eius, ^g & obrigesceret cum gladio.] Fecitque dominus salutem magnam in die illa, & populus qui fugerat reuersus est ad cæsorū spolia detrahenda. Et post hunc, Sammaa filius Agge de Arari. † Et congregati sunt Philistiim in statione. Erat quippe ibi ager lente plenus. Cūque fugisset populus à facie Philistiim, stetit ille in medio agri, & tutatus est eum. Percussitque Philistæos, & fecit dominus salutem magnam. Necnon & ante descenderant ^h tres, qui erant principes inter triginta, & venerant tempore messis ad Dauid in speluncam Odollam. Castra autem Philistinorum erant posita in valle Gigantum, & Dauid erat in præsidio, porrò statio Philistinorum tunc erat in Bethlehem. † ⁱ Desiderauit ergo Dauid aquam de lacu, & ait: O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethléhem iuxta portam. ^k Iruperunt ergo tres fortes castra Philistinorum, & hausertunt aquam de cisterna Bethléhem, quæ erat iuxta portam, & attulerunt ad Dauid. At ille noluit bibere, sed libauit illam domino, dicens: Propitius sit mihi dominus, ne faciam hoc. Num sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, & animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere. Hæc fecerunt tres robustissimi. Abisai quoque frater Ioab, filius Saruix, ^l Princeps erat de tribus.] Ipse est qui leuauit hastam suam contra trecentos quos interfecit: nominatus in tribus, & inter tres nobilior, eratque eorum princeps, sed vsque ad tres primos non peruenerat. Et Banaias filius Ioiadæ viri fortissimi magnorum operum, de Capsael. Ipse percussit ^m duos leones Moab, & ipse descendit, & percussit ⁿ leonem in media cisterna in diebus niuis. Ipse quoque interfecit ^o virum Ægyptium, virum dignum spectaculo, habentem in manu hastam. Itaque cū descenderet ad eum in virga, vi extorsit ^p hastam de manu Ægyptij, & interfecit eum hasta sua. ^q Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ. Et ipse nominatus inter tres robustos, qui erant inter triginta nobiliores: veruntamen vsque ad tres non peruenerat. ^r Fecitque eum sibi Dauid auricularium à secreto, Afahel frater Ioab, inter triginta, Eleanan filius patruī eius, de Bethléhem. Semma de Arodi, Elicha de Arodi, Heles de Phalti, Hira filius Acces de Thecua, Abieser de Anathor, Mobonnai de Vsathi, Selmon Ahoites, Macharai Netophatites, Eleph filius Baana, & ipse Netophatites, Itai filius Ribai, de Gabaath filiorum Benjamin, Banaia Pharatonites, Heddai de torrente Gaas, Abbialbon Arbathites, Azmaueth de Beromi, Eliaba de Salboni. Filij Iasen, Ionathan. Semma de Orodi, Haiam filius Sarar Ararithes, Elifeleth filius Aasbai filij Máachati, Heliam filius Achitophel Gilonites, Esrai de Carmelo, Farai de Arbi, Igaal filius Nathan de Soba, Bonni de Gaddi, Selech de Ammoni, Naarai Berothites armiger Ioab filij Saruix, Hira Ietrites, Gareb & ipse Ietrites, Vrias Ethæus. Omnes ^s triginta septem.

† 1. Para. 11. b

† 1. Para. 11. b

† 1. Para. 11. b
4. c. Delicia De pami
dist. a. Vt cog
nouerunt.

a. Quia post psalterium, & cetera mera hoc composuisse metrum dicitur. Sed & verba nouissima Dauid non sinitenda dicuntur, sed perficienda, non consumenda, sed quæ cunctis fidelibus perfectionis plenitudinem conferant: & ideo vltimam confessionem laudis significant, quam sperato hoste & peracta vita mortis, laudem sancti in æternum deo cantabunt. Angelomus.

b. Præuaricatores Iudæi atque hæretici, velut spine de ecclesia quæ est terra viuientium, cuius atque incendio æterno combusti, peribunt. Eucherius.

c. Absurdum non est vt hi tres fortissimi, Dauid, Eleazar & Sammaa, intelligantur eritas deus pater & filius & spiritus sanctus, ad quorum æqualitatem ceteri fortissimi nõ perueniunt. Idem.

d. Virtus viri bellica & modesta signatur: quia sicut vermiculus terre vel ligni tener quidem & fragilis & modicus apparet, fortissimum tamē lignis tereretur, & consumitur, vnde à terendo teredinis nomē accepit: sic ille omnibus affabilis, quietus & humilis in certamine publico robustum se & intolerabilem hostibus exi bebat. Rabanus.

e. Hic est alter ternarius, sed nõ similis primo: Abisai filius Saruix, Sibachai Vsathites, & Iomacham filius Sammaa fratris Dauid. Hieron.

f. Cui essent reperti tres viri qui hostium castra præciderent, & descenderent aquam quam summo desiderio desiderasset: cognoscens quod periculo alieno aqua sibi eadem constitisset, profudit illam domino, ne sanguis illorum qui eam detulerant, bibere videretur. Quæ res iudicio est, quod concupiscentia quidē ratione præuenit, sed ratio cupiditati resistit. Humanum itaque quod passus est Dauid, vt irrationabiliter concupisceret, sed illud laudabile quod irrationabiliter concupiscenti rationabiliter parato fraudauit remedio. Ambrosius de Iacob & vita beata, cap. 1. lib. 1.

g. Præcipuus erat inter tres illos g. Duos fortissimos viros Moab. Hieron.

h. Ioab in medio sanctuarii ad cornu altaris. Sicut enim cisterna: quia in eo abluntur peccata super niuem dealbata. Hieronymus.

i. Semei maledicentem Dauid. Hieronymus.

k. Legem quam nõ tenuit excedo Ierusalem, sicut à Salomone illi fuerat prohibitum, & in virtute illius à Banaia occisus fuit Hieronymus.

l. Hoc est consiliarium suū constituit Banaiam, & sociū secretorū suorū: quoniam vidit eū virū integrum ac prudentem, & bene cælare scientē. Præterea aduertendum quod etiam in assignatione trium fortissimorum aliqui diuersificantur. Dionysius. Cart. Ibidem.

m. Nec quæpiam moueat quod non tantum triginta, sed triginta septem nominentur: Nam septem ex illis sunt fortiores, ceteri vero fortes. Vnde iste catalogus virorum fortium in figura sanctorum, qui fortitudine virtutum boni operis, & scientia diuinitatis sibi nõ tantummodo sapienter ab hostibus malignis defendit, verum infirmos quoslibet protegent. Eucherius.

Dauid ob numeratum populum à Nathan correptus, ex tribus oblati pestem elegit, qua in populum saeuente septuaginta milia nocte vna moriuntur, donec Dauid in Area Areuna altare erigeret. XXIIII.

a. Hoc est, diabolus, miteit si qui dem dominus iram & furorem suū per angelos pessimos. Hierony. super 2. cap. ad Ephe. b. Dauid oblitus est mādāre Mōs facit, quo prædictum fuerat vt si dinumeraretur populus, pro vniuersis que capite deo scilicet præberetur. Iosephus lib. 7. c. 13. Vnde in duobus peccauit, & q̄ superbt̄ numerauit, & quōd nū merari non reddidit pecuniam domino, vt Exod. 30. b. c. Dauid deo artefate laudatus iste supernorum mysteriorum cōscius Dauid propheta tumore repentina elationis inflatus, populum numerādo peccauit, & tamen vindictā populū Dauid peccante suscepit. Cur hoc? Quia videlicet secundum meritum plebis, disponuntur corda rectorum. Eucherius. d. In Hebræo habetur, in terra locorum nouorū. id est nouo habitatorum vel cultorū per abscissionem nominum De Lyra. e. Absque tribu Benjamin. Hæc enim dinumerare non potuit, sed nec tribum Leui. Iosephus vbi supra.

1. Virorum.

f. Fleuit Dauid, & meruit vt mortem populi pereuntis diuina remoueret misericordia, quando tribus sibi propōitis optionibus, eam tamen in qua maiorem domini misericordie experiretur, elegit. Qui erubescit tu peccata tua flere, est deus propheta iussit flere pro populo. Ambr. De par. lib. 2. ca. 6. g. Et videtur, quia qui pane verbi dei per gratiam spiritiformis spiritus non pascuntur, septem annis famem sustinet: & qui in noie trinitatis regenerati non sunt, hostibus, id est demonibus resistere non possunt, sed pestilentia impietatis increduli moriuntur. Glof. Ord. ibidem. h. Ad tempus vel periculum, quo sacrificium iuge offerrebat.

i. Hic prius Rex erat Iebusorū in Ierusalem, sed tunc tantum regulus.

k. Bene hoc dicit qui regnum suum deo subiecit, & penitentiam gessit, & peccatum suum confessus venit postulat: ipse per humilitatem venit ad salutem. Amb. de obitu Theodosij Imperatoris.

l. Placatio offensæ per oblationem ad dictum Gad prophetā per reuelationē domini, quod notatur, eum dicitur: Et ascendit Dauid iuxta sermonē Gad, quem præceperat ei dominus.

m. Cūm populus Israel peccasset, commouit dominus vt Dauid numerare populum, per quod accidit vt plebs peccans per Regis culpam penam sustineret præcedentium delictorum. Aug. de mirabilib. sacre scripturæ, lib. 2. cap. 13. n. Regulus.

n. Emit ergo Dauid aream sexcentis siclis, & boues quinquaginta, vt 2. Para. 23. Hierony. o. Aduertere fratres quia in Iudæorum terra non inuentus est locus dignus vbi altare domini poneretur, sed in terra gæcium locus eligitur, vbi & angelus domini videtur: & ibi domini altare construitur, & sic ira omnipotentis dei mitigatur. Aug. Ser. 198. de tempore.

BT† addidit furor domini irasci contra Israel, commouitque Dauid in eis dicentem ad Ioab:† Vade numera Israel & Iudam. Dixitque Rex ad Ioab, Principem exercitus sui: Perambula omnes tribus Israel, à Dan vsque ad Bersabee, & numera populum, vt sciam numerum eius. Dixitque Ioab regi: A daugeat dominus deus tuus ad populū tuum quantus nunc est, iterūmque cētuplicet in cōspectu domini mei Regis. Sed quid sibi dominus meus Rex vult in re huiusmodi? Obtinuit autem sermo Regis verba Ioab, & principum exercitus. Egressusque est Ioab, & principes militum à facie Regis, vt numerarent populum Israel. Cūmque pertransissent Iordanem venerunt in Aroer ad dexteram vrbis, que est in valle Gad: & per Iazer transierunt in Galaad, & in terram inferiorē Hodsi, & venerunt in Dan syluestria. Circumeuntēque iuxta Sidonē, transierunt prope mœnia Tyri, & omnem terram Euæi & Chananai: & veneruntque ad meridiem Iuda in Bersabee: & Iustrata vniuersa terra, affuerunt post nouem menses, & viginti dies in Ierusalem. Dedit ergo Ioab numerum descriptionis populi regi. Et inuenta sunt de Israel, octingenta milia virorum fortium qui educerent gladium: & de Iuda quingenta milia pugnatorum. Percussit autem cor Dauid eum postquam numeratus est populus. Et dixit Dauid ad dominum:† Peccaui valdè in hoc facto, sed precor domine, vt transferas iniquitatem serui tui, quia stultè egi nimis. Surrexit itaque Dauid mane, & sermo domini factus est ad Gad prophetam, & videntem Dauid, dicens: Vade, & loquere ad Dauid: Hæc dicit dominus: Trium tibi datur optio, elige vnum quod volueris ex iis, vt faciam tibi. Cūmque venisset Gad ad Dauid, nunciauit ei dicens: Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua, aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & illi te persequentur: aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Nunc ergo delibera, & vide quem respondeam ei qui me misit, sermonem. Dixit autem Dauid ad Gad: Coartor vndique nimis.† Sed melius est vt incidam in manus domini: multæ enim misericordiæ eius sunt: quàm in manus hominum. Immisitque dominus pestilentiam in Israel, de mane vsque ad tempus constitutum: & mortui sunt ex populo, à Dan vsque Bersabee, septuaginta milia virorum.† Cūmque extendisset manum suam angelus domini super Ierusalem, vt disperderet eam, miseratus est dominus super afflictione, & ait angelo percutienti populum: Sufficit nunc, contine manum tuam. Erat autem angelus domini iuxta aream Areuna Iebusei. Dixitque Dauid ad dominum, cūm vidisset angelum cædentem populum:† Ego sum qui peccaui, & ego iniquè egi, isti qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me, & contra domum patris mei.† Venit autem Gad propheta ad Dauid in die illa, & dixit ei: Ascende, & constitue altare domino, in area Areuna Iebusei. Et ascendit Dauid iuxta sermonem Gad, quem præceperat ei dominus. Cōspiciensque Areuna, animaduertit Regem & seruos eius trāsire ad se, & egressus adorauit regem pronò vultu in terrā, & ait: Quid causæ est, vt veniat dominus meus Rex ad seruum suum? Cui Dauid ait: vt emam à te aream, & ædificem altare domino, & cesset interfectio, quæ grassatur in populo. Et ait Areuna ad Dauid: accipiat, & offerat dominus meus Rex, sicut placet ei. Habes boues in holocaustum, & plaustrum, & iuga bouum in vsum lignorum. Omnia dedit Areuna Regi. Diuitque Areuna ad Regem: Dominus deus tuus suscipiat votum tuum. Cui respondens Rex, ait: Nequaquam vt vis, sed emam pretio à te, & non offeram domino deo meo holocausta gratuita. Emit ergo Dauid aream & boues, argenti siclis quinquaginta, & ædificauit ibi Dauid altare domino, & obtulit holocausta & pacifica. Et repropitiatus est dominus terræ, & cohibita est plaga ab Israel.

Io. 7. 11. 1. Para. 21. 4. 1. q. 4. 9. hit ita. ver. item Dauid.

† De pan. di. 2. Vc cognouerunt. 9. fugerit autem. De pan. di. 3. c. illud ver.

† 1. Para. 21. Dan. 13. 6. Phil. 1. b.

† De pan. di. 2. c. Iugera.

† De pan. di. 3. c. illud ver.

De pan. di. 6. illud ver.

Dauid, Regum III. Salomon. 269
 Liber primus Malachim, qui apud nos Liber
 REGVM TERTIVS, INCIPIT.

Dauid senio confectum Abisag calefacit, Adonia verò regnum occupante Bersabee con-
 filio Nathan impetrauit a Dauid Salomonem vngi in Regem. Cap. I.

106.7.15
 A
 Deut. 6. d.



AT rex Dauid senuerat, habebátque ætatis plurimos dies. Cúmque operiretur vestibus, non calefiebat. Dixerunt ergo ei serui sui: ¹ Quæramus domino nostro Regi adolescentulam virginé, & stet coram Rege, & foueat eum, dormiátque in sinu suo, & calefaciat dominum nostrum Regem. Quæsierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel, & inuenerunt Abisag Sunamité, & adduxerunt eam ad Regem. Erat autem puella pulchra nimis, ¹ dormiebatque cum Rege, & ministrabat] ei. Rex verò ^b non cognouit eam. Adonias auté filius Haggith eleuabatur, dicés: Ego regnabo. Fecitque sibi currus & equites, & quinquaginta viros qui currerent ante eum. Nec ² corripuit eum] pater suus aliquando, dicens: Quare hoc fecisti? Erat autem & ipse pulcher valde, secundus natu post Absalom. Et ³ sermo eius] cum Ioab filio Saruia, & cum Abiathar sacerdote, qui adiuuabant partes Adonia. ⁴ Sadoch verò sacerdos, & Banaias filius Ioiadæ & Nathan propheta, & ^c Semci, * & Cerethi, & Phelcti, & ⁴ omne robur exercitus Dauid non erat] cum Adonia. Immolatis ergo Adonias arietibus & vitulis & vniuersis pinguibus iuxta lapidem Zoeth, qui erat vicinus ^d fonti Rogel, vocauit vniuersos fratres suos filios Regis, & omnes viros Iuda seruos Regis: Nathan autem propheram, & Banaiam, & robustos quosque, & Salomonem fratrem suum non ^e vocauit. Dixit itaque Nathan ad Bersabee matrem Salomonis: Num audisti quòd regnauerit Adonias filius Haggith, & dominus noster Dauid hoc ignorat? Nunc ergo veni, accipe consilium à me, & salua animam tuam filii que tui Salomonis. Vade & ingredere ad Regem Dauid, & dic ei: Nónne tu domine mi Rex ^f iurasti mihi ancillæ tuæ dicens: quòd Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in folio meo? Quare ergo regnat Adonias? Et adhuc tibi te loquente cum ^g Rege, ego veniam post te, & complebo sermones tuos. Ingressa est itaque Bersabee ad Regem in cubiculo. ^h Rex autem senuerat nimis, & Abisag Sunamitis ministrabat ei. Inclinauit se Bersabee, & adorauit Regem. Ad quam Rex: quid tibi, inquit vis? Quæ respondens, ait: Domine mi, tu iurasti per dominum deum tuum ancillæ tuæ: Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in folio meo: & ecce nunc Adonias regnat, te domine mi Rex, ignorante. Mectauit boues & pingua quæque, & arietes plurimos, & vocauit omnes filios Regis, Abiathar quoque sacerdotem, & Ioab principem militiæ, ⁱ Salomonem autem seruum tuum non vocauit. Verumtamen domine mi Rex, in te oculi respiciunt totius Israel, vt indices eis quis sedere debeat in folio tuo domine mi Rex post te: eritque cùm dormierit dominus meus Rex cum patribus suis, erimus ego & filius meus Salomon ^j peccatores. Adhuc illa loquente cum Rege, Nathan propheta venit, & nuntiauerunt Regi dicentes: Adest Nathan propheta. Cúmque introisset in conspectu Regis, & adorasset eum pronus in terrâ, dixit Nathan: ^k Domine mi Rex, tu dixisti: Adonias regnet post me, & ipse sedeat super thronum meum? Quia descendit hodie, & immolauit boues & pingua, & arietes plurimos: & vocauit vniuersos filios Regis, ^k & Principes exercitus, Abiathar quoque sacerdotem, illisque vescentibus & bibentibus coram eo, & dicentibus: viuat rex Adonias me seruum tuum, & Sadoch sacerdotem, & Banaiam filium Ioiadæ, & famulu tuum Salomonem non vocauit. Nunquid à domino meo Rege exiuit hoc verbum, & mihi non indicasti seruo tuo, qui sessurus esset super thronum domini mei Regis post

a. Dauid annos natus septuagēra, bellicosus quondam vir lenecture frigiditate non poterat calefieri. Quæritur itaque puella de finibus Israel Abisag Sunamitis, que cum Rege dormiret, & semle corpus calefaceret, & loquitur. Frigidus tenax obvoluitur vestimentis, & nisi complexu adolescentule non reforescit. Viuebat adhuc Bersabee, supererat Abigail, & reliquæ uxores eius & concubinae, quas scriptura commemorat. Omnes quasi frigidè repudiantur, & in vnius tantum adolescentule grædeus calefit amplexibus. Hieron. ad Nepotianum.

1. Et fuit regi cubilaria, & ministrans
 b. Quomodo non cognouit coniunctam corpori, & que lacus applicerat? At cognitionem hic non eam dicit que fit per intellectum, sed eam que contingit per vsum. Epiphanius Contra Arianos.
 2. Nec voluit eum contristare,
 3. Consilium eius erat.

c. Semel ipse est Nabath pater Ieroboam magister Salomonis. Hieronymus.
 * Atque Rhei.
 4. Potiores Davidis non erant.

d. Fons Rogel est in tribu Iuda ad meridiem ciuitatis Dauid, vergens ad orientem.
 e. Quia sibi fuerat suspecti. Omnes enim viros Iuda seruos regis sibi putauit fauere, propterea salua te & filium tuum. Nun audisti quod regnabit Adonias filius Haggith, & dominus Dauid hoc ignorat. Nunc ergo veni & accipe consilium à me, & salua animam tuam, & animam filij tui Salomonis. Dion. Cart. f. Iustas illi Dauid dicitur, quòd do cõsolatus est eam post mortem filij sui. vt a. Reg. 12. Hier. g. Regnauit ergo Dauid in uerena ierusalē, filius caelestis te rusalem dicitur, nullum tedi- monio præsidiens: quia & gloria eius tanta pietate superata sunt per saluberrimam possidendi humilitatem, vt profusus in eos sit, de quibus ipse ait: Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Aug. de ciuit. dei lib. 17. cap. 20.

h. Quauis iam multi sint cum Adonia, cõmunitas tamen prestollatur à te audire distineti quod debeat tibi succedere in regno, ipse te obicitur mihi adulterij crimen, & Salomon e facit accusare, vt occidat nos am- bos. Dion. Cart.
 i. Arguemur crimine læse maiestatis, vel dicetur: hæc est adultera, & hic est filius adultera, in opprobrium tuum & nostrum; propter quod filius meus ineptus ad regnum reputabitur. An- gelofus.

k. Ioab enim in ciuilibus & bellicis rebus fuit summus post regem, & Abiathar in spiritualibus ac diuinis: sique per Ioab sperauit acquirere assententiam militum, & per Abiathar sacerdotum ac Leuitarum: sed & ab ipso Abiathar tanquam à presule volebat inungi. Dion. ibi.

Loquente enim Nathan cum rege, ipsa exierat regis cubiculi sicut in talibus est consuetum. De Lyra.
 m. Hic autem viuente patre regnare cepit. Hic bonis initiis, malos exitus habuit. Quippe se- quenda res, quae sapientum animos fatigat, magis huic obfecerunt quam profuit ipsa sapien- tia, etiam nunc & delinere me- morabilis, & tunc longe lateque laudata. Aug. de ciuita. dei lib. 17. cap. 20.

n. Mulam Dauid alii fecerunt alij synagoga propter infrecun- ditatem dicunt. Glofa ord. ibi.

o. Id est, sic fiat. Amen autē quā doque nominaliter sumitur. Lu- xca illud in Apocal. Hae dixit Amen testis fidelis. Et quando- que verbaliter pro fiat, ut hic. Et quandoque aduerbialiter pro- verē, sicut apud Ioan. Amen. Amen dico vobis. Dion. Cart. p. Septuaginta senes iudices Ra- bini Hebraeorum per illos intel- ligunt Vrim & Thummin. Alij dicunt duas fuisse cognationes quae semper stipendia lacerā Re- gis, semper paratē mandatum Regis exequet. Alij dicit fuisse Saulhetim, hoc est summos co- siliarios, reipublicae curam ge- rentes: & penes quos erat publi- ca potestas iudiciorum, & scepe- rum occidendi & viuificandi, eligendi Reges deponēdi. Qui durauerat: vique ad Herodem, qui omnes occidere fecit. Io. Annus.

7. Tremuit.
 q. Consequenter describitur Adoniae confusio audita in- stitute Salomonis in Regē per Ionathā filium Abiathar, & vni- gione eius per Sadoch sacerdo- tem & per Nathan prophetam praesente regio comitatu. De Lyra.

6. Vique dominas.
 r. Gion vel Gibon fons est tri- bus Benjamin in occidentali par- te vrbs Ierusalem ciuitatis Da- uid ad portā piscinum. Vr 2. Pa- raliip 32. 33.

f. Verō has voces Adonias & eius cōtūtu audire, vehemē- ter sūt perterriti, & Ioab im- perator negavit sibi placere vel sonitum illum vel tubam. Cū- que nemo frueretur appositis, sed omnes cogitabundi accu- berent, accurret ad eos pontifi- cis Abiathari filius Ionathar: & Adonias libeter visum iuuenē bonum nūcium nominatus ef- fet, ordine illis rem totā de Sa- lomone, & regis voluntatē ex- posuit. Quo audito propterea se omnes dēditūto, & suā quic- que domum dissiugunt. Tūc autem Adonias ne rex factum eius iniquo animo ferat, sup- plex ad dūter confugit: & hoc apprehensio se tutabit. Quod vbi ad Salomonem est perlatū, quōdque rogaret fidē sibi dari de obliuione huius iniuriae, & securitate impunitatis: clemen- ter simul ac prudēter praeritū quidem errati veniam ei cōces- sit, sed praemonito vt caueret in posterū. Ioseph Antiq. li. 7. c. 15.

a. Ingressi viam vniuersae terrae, est mori, quod statutū sit vnicui que mori. Mors autem homini- bus, quantū ad principale sūt, videlicet animā immortalem, est specialiter via, qua per eam ad aliud tendunt seculi, ac vi- tam futuram. Diony.

z. Statua.
 z. Vt prospere tibi succedat in omnibus quae agis, & in omni- bus ad quae respexeris.

eum? Et respondit Rex Dauid, dicens: ¹ Vocate ad me Berfabee. Quae cum fuisset in- gressa coram Rege, & stetit ante eum iuravit Rex, & ait: Viuit dominus, qui eruit animam meam de omni angustia, quia sicut iuravi tibi per dominum deum Israel, dicens: ^m Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solium meum pro me, sic faciam hodie. Summissioque Berfabee in terram vultu, adorauit regem, di- cens: Viuat dominus meus Rex Dauid in aeternum. ^o Dixitque Rex Dauid: Vocate mihi Sadoch sacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam filium Ioiadae. Qui cum ingressi fuissent coram Rege, dixit ad eos: Tollite vobiscum seruos domini vestri, & imponite Salomonem filium meum super ⁿ mulam meam, & ducite eum in Gion, & vngat eum ibi Sadoch sacerdos, & Nathan propheta in Regem super Israel. Et canetis buccina, atque dicetis: Viuat Rex Salomon. Et ascendetis post eum, & venietis in Ierusalem, & sedebit super solium meum, & ipse regnabit pro me, illique praecipiam, vt sit Dux super Israel, & super Iudam. Et respondit Banaias filius Ioiadae Regi dicens: ^o Amen. Sic loquatur dominus deus domini mei Regis. Quomodo fuit dominus cum domino meo Rege, sic sit cum Salomone: & sublimius faciat solium eius a solio do- mini mei Regis Dauid. Descendit ergo Sadoch sacerdos, & Nathan propheta, & Ba- naias filius Ioiadae, & ^p Cerethi, & Pheleti, & imposuerunt Salomonem super mulam Regis Dauid: & adduxerunt eum in Gion. ^q [†] Sumpsitque Sadoch sacerdos cornu o- lei de tabernaculo, & vnxit Salomonem, & cecinerunt buccina, & dixit omnis popu- lus: Viuat Rex Salomon. Et ascendit vniuersa multitudo post eum, & populus canen- tium tibiis, & latantium gaudio magno: & ^r insonuit] terra a clamore eorum. Audi- uit autem Adonias, & omnes qui inuitati fuerant ab eo. Iamque conuiuium finitum erat. Sed & Ioab audita voce tubae, ait: Quid sibi vult clamor ciuitatis tumultuantis? [†] Adhuc illo loquente, Ionathan filius Abiathar sacerdotis, venit. Cui dixit Adonias: Ingredere, quia vir fortis es, & bona nuntians. Responditque Ionathan Adoniae: [†] Nequaquam: Dominus enim] noster Rex Dauid Regem constituit Salomonem, misit- que cum eo Sadoch sacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam filium Ioiadae: & Cerethi, & Pheleti, & imposuerunt eum super mulam Regis. Vnixeruntque eum Sadoch sacerdos, & Nathan propheta, Regem in ^r Gion, & ascenderunt in delatan- tes, ^r & insonuit ciuitas. ^o Haec est vox quam audistis. Sed & Salomon sedet super so- lium regni: & ingressi serui Regis benedixerunt domino nostro Regi Dauid, dicen- tes: Amplificet deus nomen Salomonis super nomen tuum, & magnificet thronum eius super thronum tuum: & adorauit Rex in lectulo suo, in super & haec locutus est: Benedictus dominus deus Israel, qui dedit hodie sedentem in solio meo videntibus oculis meis. Territi sunt ergo, & surrexerunt omnes qui inuitati fuerant ab Adonia, & iuit vnusquisque in viam suam. Adonias autem timens Salomonem surrexit, & a- biit] in tabernaculum domini,] tenuitque cornu altaris, & nuntiauerunt Salomoni dicentes: ecce Adonias timens Regem Salomonem tenet cornu altaris, dicens: Iuret mihi Rex Salomon hodie, quod non interficiat seruum suum gladio. Dixitque Salomon: Si fuerit vir bonus non cadet ne vnus quidem capillus eius in terram: sin autem malum inuentum fuerit in eo, morietur. Misit ergo Rex Salomon, & eduxit eum ab altari: & ingressus adorauit Regem Salomonem. Dixitque ei Salomon: Vade in do- mum tuam.

Dauid multa iniungens Salomoni moritur, Adonias petens Abisag occiditur, Abiathar sacerdotio priuatur, & tandem Ioab & Semei interficiuntur. 11.



Propinquauerunt autem dies Dauid vt moreretur, praecipitque Salo- moni filio suo, dicens: [†] Ecce ego ^a ingredior viam vniuersae terrae: [†] con- fortare, & esto vir] fortis,] & obserua vt custodias mandata domini dei tui, vt ambules in viis eius, & custodias ¹ caeremonias] eius, & praecpta eius, & iudicia & testimonia, [†] sicut scriptum est in lege Moyfi: ² vt intelligas vniuersa quae facis, & quocumque te verteris,] vt confirmet dominus sermones suos, quos locutus est de

† 78. d. c. Pref byter.

10f. 7. 1. 6
 † 10f. 2. 1. 3
 † 10f. 2. b. 3. b

† Deut. 1. d.

est de me, dicens : Si custodierint filij tui vias³ meas,] & ambulauerint coram me in veritate, in omni corde suo, & in omni anima sua, non auferetur tibi vir de solio Israel.^b Tu quoque nosti quæ fecerit mihi Ioab filius Saruiae, quæ fecerit duobus principibus exercitus Israel, Abner filio Ner, & Amasa filio Iether: quos occidit, & effudit sanguinem belli in pace, & posuit cruorem prælij in baltheo suo, qui erat circa lumbos eius, & in calcamento suo, quod erat in pedibus eius. ^c Facies ergo iuxta sapientiam tuam, & non deduces caniciem eius pacificè^d ad inferos.] Sed & filiis Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedentes in mensa tua. ^e Occurrerunt enim mihi, quando fugiebam à facie Absalom fratris tui. Habes quoque apud te Semem filium Gera filij Gemini de Bahurim, qui maledixit mihi maledictione pessima, quando ibam ad castra. ^f Sed quia descendit mihi in occursum cum transirem Iordanem, & iuravi ei per dominum, dicens: non te interficiam gladio: tu noli pati eum esse innoxium. Vir autem sapiens es, vt scias quæ facies ei, deducè que canos eius cum sanguine ad inferos. Dormiuit igitur Dauid cum patribus suis, ^g & sepultus est in ciuitate Dauid. Dies autem quibus regnauit Dauid super Israel, quadraginta anni sunt. In Hebron regnauit septem annis, in Ierusalè triginta tribus. Salomon autem sedit super thronum Dauid patris sui, & firmatum est regnum eius nimis. Et ingressus est Adonias filius Haggith ad Bersabee matrem Salomonis: Quæ dixit ei: ^h Pacificus ne est ingressus tuus? Qui respondit: Pacificus. Addiditque: Sermo mihi est ad te. Cui ait: Loquere. Et ille, tu, inquit, nosti quia meum erat regnum, & me præposuerat omnis Israel sibi in Regem: sed translatum est regnum, & factum est fratris mei: A domino enim constitutum est ei. Nunc ergo petitionem vnā precor à te, ne confundas faciē meam. Quæ dixit ad eum: Loquere. Et ille ait: Precor vt dicas Salomoni regi, (neque enim negare tibi quicquam potest,]) vt det mihi Abisag Sunamitidē vxorem. Et ait Bersabee: Bene ego loquar pro te Regi. Venit ergo Bersabee ad Regem Salomonem, vt loqueretur ei pro Adonia. Et surrexit Rex in occursum eius, adorauitque eam, & sedit super thronum suum. Positūque est thronus matri Regis, quæ sedit ad dextram eius, dixitque ei: Petitionem vnā paruulā ego deprecor à te, ne confundas faciē meam. Et dixit ei Rex: Pete mater mea. Neque enim fas est, vt auertam faciē tuam. Quæ ait: Deturⁱ Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo, vxor. Responditque Rex Salomon, & dixit matri suæ. Quare postulas Abisag Sunamitidē Adoniæ? Postula ei & regnū. Ipse est enim frater meus maior me, & habet Abiathar sacerdotem, & Ioab filium Saruiae. Iurauit itaque Rex Salomon per dominum, dicens: Hæc faciat mihi deus, & hæc addat: quia contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc. Et nunc viuit dominus, qui firmavit me, & collocauit me super folium Dauid patris mei, & qui fecit mihi domum sicut locutus est, quia hodie occidetur Adonias. Misitque Rex Salomon per manum Banaie filij Ioiadæ, qui interfecit eum, & mortuus est. Abiathar quoque sacerdoti dixit Rex: Vade in Anathoth ad agrum tuum.] Et quidem vir mortis es: sed hodie te non interficiam, quia portasti arcam domini dei coram Dauid patre meo, & sustinisti laborem] in omnibus, in quibus laborauit] pater meus. ^j Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt non esset sacerdos domini, vt impleretur sermo domini, quem locutus est super domum Heli in Silo. Venit autem ^k nuntius ad Salomonem, quod Ioab declinasset] post Adoniam, & post Salomonem non declinasset.] Fugit ergo Ioab in tabernaculum domini, & apprehendit cornu altaris. Nuntiatumque est Regi Salomoni, quod fugisset Ioab in tabernaculum domini, & esset iuxta altare. Misitque Salomon Banaia filium Ioiadæ, dicens: Vade interfice eum. Et venit Banaias ad tabernaculum domini, & dixit ei: Hæc dixit Rex, egredere. Qui ait, Non egrediar, sed hic moriar. Renuntiavit Banaias Regi sermonem, dicens, Hæc locutus est Ioab, & hæc locutus est mihi. Dixitque ei Rex: Fac sicut locutus est, & interfice eum, & sepeli, & amoue bis sanguinem innocentem, qui effusus est à Ioab, à me & à domo patris mei, & reddet dominus sanguinem eius super caput eius, quia interfecit duos viros iustos meliōresque se, & occidit

10f. 21. A
10e. 31. b
1. Reg. 3. e
12. Reg. 20. e
12. Reg. 19. f. g
12. Reg. 16. b
1. Reg. 19. f
1. 13. 2. c.
Vnquique.
Ab. 2. 43. e
1. Par. 29. f.
Ios. 8. 1.
Annante
Christi 1032.
Anni mundi
2930.
Salomon. 3.
Rex Iuda.
An. 40.
1. Reg. 16. a

b. Hoc est, Memento etiam iniquitatis Iob, qui propter quæ rationem duos duces iustos ac bonos interemit, Abneri Neri filium, & Amasam Iethranis filium. In eum tuo arbitrio animaduertes: quandoquidem hæc tunc pœna erat, quod me esse poterit. Ioseph. Antiq. lib. 7. cap. 16.
c. Fœdit gladium suum lumbis suis hærentem.
d. Calcamenta sua sanguine respersa sunt.
4. Ad sepulchrum.
e. Filius autem Berzellai qui mihi Absalomem fugientem occurrit, & necessaria ministravit, reddes gratiam, & erunt commensales tui Semem quoque Iemineum, qui mihi maledixit, non patieris esse innoxium. Comestor ibidem.
f. Sepeluit autem eum filius Salomon Ierusalem magnifice, pater solennia illa in Regum funebus, illas etiam in monumentum eius maximis diuitiis. Quorum magnitudinem facile sic coniectare ex hoc quod dicemus. Nā post annos 1300. Hircanus pœtix oppugnatus ab Antiocho cognomine Pio, Demetri filio, volens pecuniam ei dare, vt abducto exercitu obsidionem solueret, nec valens aliunde sumere, aperta sella monumenti Dauidis, & prolatis inde tribus talentorum milibus eorū quoque parte Antiocho numerata oppugnationis periculo se exemit. Ac rursus post multos annos elapsos Herodes rex alia cella aperta magnam pecuniam sustulit. Ad loculos tamē qui repositi erant contineri, ne uer eorum perueniret. Ioseph. lib. 7. c. 16. Ant. Iud.
5. Auertieris.
6. Qui nō auertat faciē tuā.

g. Abisag quasi Regina potens reputatur, ideo potius in opprobrium patris petere videbatur: Vnde non immerito Salomon irascitur. Comestor. h. Ita ne verō quisquis est prauicordis, & peruersi cordis, si dicas per deum iuras: Si dicas, testis est deus, non iuras? Quid est enim per deum, nisi testis est deus? Aut quid est, testis est deus, nisi per deum? Quid est autem iurare, nisi ius reddere deo quando iuras per deum, ius saluti, ius reddere, quando per salutem tuam iuras, ius filijs tuis reddere, quando per filios tuos iuras? Quod autem ius saluti nostre debemus, filijs nostris, deo nostro, nisi a charitatis, veritatis, & non falsitatis? Aug. de verbis Apostoli, Sermo. 30.
7. Anathoth vadit ad agros tuos (Nam Anathoth villa erat sacerdoti, itaque vocat eum Anathoth, quasi viri de Anathoth)
8. Afflicus est.
9. Afflicus est.
10. Rumor ad Ioab: Nā & Ioab declinauerat.
11. Licet post Absalom non declinauerit.
12. Quoniam Ioab seipsum prodidit hanc molitū cōspirationē, ideo in se Regem commouit. Sed quare fugit ad altare, cum esset vir sapiens & peritus in lege, qua dicitur, quod voluntarius homicida qualis erat Ioab, etiam ab altari esset amouendus? Respondent Hebraei quod nihil sibi profuit interficere in loco sacro, nisi quia sic meruit apud patres suos sepeliri: quod non fuisset si decreto iudicis spisset occidit. Angelonius.

1. Reg. 3. f.

eos gladio patre meo Dauid ignorante, † Abner filium Ner principem militiæ Israel, & † Amalam filium Gether Principem exercitus Iuda. † Et reuertetur sanguis illorū in caput Ioab, & in caput seminis eius in sempiternum: Dauid autem & semini eius, & domui & throno illius sit pax vsque in æternum à domino. Ascendit itaque Banaias filius Ioiadæ, & aggressus eum interfecit, sepultusque est in domo sua in deserto. Et constituit Rex Banaiam filium Ioiadæ pro eo super exercitum, & Sadoch sacerdotem posuit pro Abiathar. Misit quoque Rex & vocauit Semei, dixitque ei. Ædifica tibi domum in Ierusalē, & habita ibi: & non egredieris inde huc atque illuc. Quacunque autem die egressus fueris, & transieris torrentem Cedron, scito te interficiendum. Sanguis tuus erit super caput tuum. Dixitque Semei Regi: † Bonus sermo: Sicut locutus est dominus meus Rex, sic faciet seruus tuus. Habitauit itaque Semei in Ierusalem diebus multis. Factum est autem post annos tres vt fugerent serui Semei ad Achis filium Maacha, Regem Geth. † Nuntiatumque est Semei quod serui eius essent in Geth. † Et surrexit Semei & strauit asinum suum, iuitque ad Achis in Geth ad requirendum seruos suos, & adduxit eos de Geth. Nuntiatum est autem Regi Salomoni quod isset Semei in Geth de Ierusalem, & redisset. Et mittens vocauit eum, dixitque illi: Nonne* testificatus sum tibi per dominum, & prædixi tibi: quacunque die egressus fueris huc & illuc, scito te esse moriturū? Et respondisti mihi: Bonus sermo quem audiui. Quare ergo non custodisti iusiurandum domini, & præceptum quod præceperam tibi? Dixitque Rex ad Semei: † Tu nosti omne malum, cuius tibi conscius est cor tuum, quod fecisti Dauid patri meo. Reddidit dominus † malitiam tuam] in caput tuum, & Rex Salomon benedictus, & thronus Dauid erit stabilis coram domino vsque in sempiternum. Iussit itaque Rex Banaia filio Ioiadæ, qui aggressus percussit eum & mortuus est.

Salomon accepta in uxorem Pharaonis filia, sapientiam in somnio accepit, quam in meretricum diuimenda lite primum ostendit.

III.



† Onfirmatum est igitur regnum in manu Salomonis, & affinitate coniunctus est Pharaoni Regi Ægypti. Accepit nanque filiam eius, & adduxit in ciuitatem Dauid, donec compleret Ædificans domum suam, & domum domini, & murum Ierusalem per circuitum. Attamen populus immolabat in excelsis: Non enim Ædificatum erat templum nomini domini vsque in diem illum. Dilexit autem Salomon dominum, ambulans in præceptis Dauid patris sui: excepto quod in excelsis immolabat, & accedebat thymiama. Abiit itaque in Gabaon, vt immolaret ibi: Illud quippe erat excelsum maximum. Mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare illud in Gabaon. Apparuit autem dominus Salomoni per somnium nocte, dicens: Postula quod vis, vt dem tibi. Et ait Salomon: Tu fecisti cum seruo tuo Dauid patri meo misericordiam magnam, sicut ambulauit in conspectu tuo in veritate & iustitia, & recto corde tecum. Custodisti ei misericordiam tuam grandem, & dedisti ei filium sedentem super thronum eius, sicut est hodie. † Et nunc domine deus, tu regnare fecisti seruum tuum, pro Dauid patre meo. † Ego autem sum puer paruulus, & ignorans egressum & introitum meum, & seruus tuus in medio est populi quem elegisti, populi infiniti, qui enumerari & supputari non potest præ multitudinem. † Dabis ergo seruo tuo cor docile] vt populum tuum iudicare possit, & discernere inter bonum & malum. Quis enim poterit iudicare populum istum, populum tuum hunc multum? Placuit ergo sermo coram domino, quod Salomon postulasset huiuscemodi re. Et dixit dominus Salomoni: Quia postulasti verbum hoc, & non petisti tibi dies multos, nec diuitias aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium, ecce feci tibi secundum sermones tuos: Et dedi tibi cor sapiens & intelligens, intantum, vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit. † Sed & hæc quæ non postulasti, dedi tibi, diuitias scilicet & gloriam, vt nemo fuerit similis tui in regibus, cunctis

† re-

k. Hoc est, pena pro crimine in refectionis Abner & Amale infigenda, infligetur ipsi Ioab, & posteris eius quandiu extiterint, præsertim si iniquitate ipsius Ioab sequantur. Illud autem intelligendum est iuxta expositionem libri secundi, vbi imprecatio malorum quæ Dauid imprecatus est ipsi Ioab pro inrefectione ipsius Abner exposita est. Diony. Carr.

l. Præceptum nobis verus Salomō habitantibus in Ierusalem, ne vniquam egrediamur. Quod si fugerint nos nobis ante Iubidiam, non ideo egrediamur, vt sequamur fugiuorum vestigia, ne dum salutare volumus fugientes, ipsi percamus. Glof. ordi.

m. Salomon in Semei non animaduertit, nisi post violatū iusiurandum. Nonne tu, inquit, iurasti te nunquam me derelicturum, neque ex hac urbe in alio commeaturum? Nō euades penā perituri vitæ pessime, sed fuerit etiam illa que olim per petulitiam in patrem meum eiecitum es Iobaachus, vt scias quod nihil luceant nocentes, etiam si non statim post peccatū puniuntur: sed per omne tempus quo propter impunitatem securi tibi videntur, crescit illorum poena quam iudicā sunt promeriti. Argue ita Semei in iussu regis Banaias interfecit. Ioseph. Antiq. Iud. lib. 8. c. 1.

* Adiurauit te per dominum, & 12. Malum tuum.

n. Faciam profectam, aliis non licuit.

o. Ciuitas Dauid intelligitur arx in monte Sion à Dauid extructa: quæ & Dauid domus & mansio erat. Tempore enim Dauid fuit Ierusalem per murum gyra, sed Salomō voluit eam triplici muro circūdare. Dion. 1. Ædificium domus suæ.

p. In Gabaon erat excelsum maximum, vbi erat tabernaculum, quod fecit Moyses & altare æneum, super quod Salomon offerens hostias, diuinum mouit oraculum. Glof. Ord. ibidem.

* d. in Gabaon. (Vbi erat illud altare æneum Moysæ à Bezaleel factum.

2. Istam magnam, vt daret.

q. Torquentur hic plurimi, & immerito, si rem attentius considerent. Inuenio enim plurimos asserentes Salomonem 20. anno regni Dauid patris sui natum, quod si ita est, non est opus vt queantur illum vnde dicitur genitum fuisse Roboam. Vnde complacuit dño, quia non sibi longeuitatem vitæ & regaliū diuitiarū copias, sed sapientiam ad intelligenda domini iudicia & iustitias deposcitur: & ideo istum populum regno pacifico gubernauit: quia non usurpauit vt Adam boni & mali scire distantiam, sed intelligentiæ eius gratiam orauit à Christo. Ambr. in Psal. 118. Ser. mone. 18.

3. Intelligens. * Qualis tu es.

† 2. Reg. 3. e

† 2. Reg. 20. e

† 1. Reg. 9. g

Infra. 18. g

† 2. Reg. 16. b

† 1. Reg. 3. a

† 2. Par. 1. a

† 1. Par. 28. b

Sap. 9. d

† 36. Alf. Qui ecclesiarum 8. Ecclesiarum 8. Ecce vestri Salomon. De par. d. 2. c. Si enim vestri Salomon.

† Matth. 6. d

2. Par. 1. c

Sap. 7. b

4retro] diebus. Si autem ambulaueris in viis meis, 5 & custodieris praecepta] mea & mandata mea, sicut ambulauit pater tuus, 6 longos faciam dies tuos. 7 Igitur euigilauit Salomon, & intellexit quod esset somnium. Cumque venisset Ierusalem, stetit coram arca foederis domini, & obtulit holocausta, & fecit victimas pacificas, & grande conuiuium vniuersis famulis suis. 8 Tunc venerunt duae mulieres meretrices ad Regem, 9 steteruntque coram eo, quarum 10 vna ait: Obsecro mi domine, ego & mulier haec habitabamus in domo vna, & pepererunt apud eam in cubiculo: tertia autem die postquam ego pepererim, peperit & haec, & eramus simul, nullusque alius nobiscum in domo exceptis nobis duabus. Mortuus est autem filius mulieris huius nocte: Dormiens quippe oppressit eum. Et consurgens 11 in tempestate noctis silentio:] tulit filium meum de latere meo ancillae tuae dormientis, & collocavit in sinu suo: suum autem filium, qui erat mortuus, posuit in sinu meo. Cumque surrexisset mane ut darem lac filio meo, apparuit mortuus. Quem diligentius intuens clara luce, deprehendi non esse meum quem genueram. Responditque altera mulier: Non est ita, ut dicis: sed filius tuus mortuus est, 12 meus autem viuit. 13 Econtrario illa dicebat: 14 Mentiris.] Filius quippe meus viuit, & filius tuus mortuus est. 15 Atque in hunc modum contendebant coram Rege. Tunc Rex ait: Haec dicit: filius meus viuit, & filius tuus mortuus est: & illa respondet: non. Sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit. Dixit ergo Rex: 16 Afferte mihi gladium. Cumque attulissent gladium coram Rege: diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier cuius filius erat viuus ad Regem: (commota sunt quippe viscera eius super filio suo) Obsecro domine date illi infantem viuum, & nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat: Ne: mihi nec tibi sit, sed diuidatur. Respondit Rex, & ait. 17 Date huic infantem viuum, & non occidatur: Haec est enim mater eius. 18 Audiuit itaque omnis Israel iudicium quod iudicasset Rex, & timuerunt Regem, videntes sapientiam dei esse in eo ad faciendum iudicium.

4. Tuis.
5. Custodias statuta.
6. Verumtamen quia non fertur hic ea, non vixit nisi 72. annos.

h. Hoc iudicium 16 gius discutit Hier. tomo. 3. ad Ruffinum. i. ipsum illud Salomonis iudicium nomine sapientiae plenum ac iustitiae est: itaque in spectemus illud si ita est. Ambr. Off. 2. cap. 8.
k. Haec autem licet luxuriosa, pietatem & benigna erat quae clamabat ut puer integer seruaueretur: ecclesiae catholicae typum gerebat. Alia autem quae non solum luxuriosa, sed etiam crudelis & impia, clamabat ad Regem, ut diuidi iuberet infantem, Synagogam & haeresim designabat Arianam. Aug. Sermo. 200. de tempore. 6. Media nocte.

7. Non.

l. Illa libere voluit diuidi partem, non ut possideret, sed ut incederet. Ecclesia quem suum esse, libenter concedit omnia, dum saltem viuat apud aduersarium, ne inter legem diuisus & gratiam saluatoris mutrone scindatur. Angelomus. ib.

m. Itaque non immerito estimatus est intellectus dei in eo esse in quo occulta sunt dei. Quod autem occultius quam interiorum viscerum testimonia, in qua sapientis intellectus velut quidam pterax descendit arbiter, & velut quandam gentis alui vocem intuit, qui materiam patris affectus, qui elegere filium suum vel apud alienam viuere, quam in cubito sui matris necari? Ambr. Off. 2. cap. 8.

Magnificencia Salomonis in sumptu, regionum praefectis, equis, & sapientia. IIII.

Rat autem Rex^a Salomon regnans super omnem Israel, & hi Principes quos habebat: Azarias filius Sadoch sacerdotis: Helioreph & Abia filij Sisa, scribae Iosaphat filius Ahilud, a cometaryis: Banaias filius Ioiadae, super exercitum: Sadoch autem & Abiathar, sacerdotes: Azarias filius Nathan, super eos qui assistebant Regi: Sabud filius Nathan sacerdos, b amicus Regis: & Ahisar praepositus domus: & Adonira filius Abda super tributa. Habebat autem Salomon duodecim praefectos super omnem Israel, qui praebant annonam Regi & domui eius: Per singulos enim menses in anno, singuli necessaria ministrabant. Et haec nomina eorum: Benhur, in monte Efraim. Bendecar, in Maces, & in Salebin, & in Bethames, & in Helon, & in Bethaniam. Benesed in Araboth: Ipsius enim erat Socho, & omnis terra Ephraim. 1 Benab in Adab, cuius omnis Nephathdor, JThaphet filiam Salomonis habebat uxorem. 2 Bana filius Ahilud regebat Thanach: & Magedo, & vniuersam Bethsan, quae est iuxta Sarthana subter Iezrahel, a Bethsan vsque 3 Abelmoula in regione Iecmaan. Bengaber in Ramoth Galaad: Habebat 4 Auothair filij Manasse in Galaad. Ipse praeerat in omni regione Argob, quae est in Basan, sexaginta ciuitatibus magnis atque muratis, quae habebant seras areas. Abinadab filius Addo praeerat in Manaim. Achimaa in Neptalim: Sed & ipse habebat 5 Basemath filiam Salomonis in coniugio. Baana filius Hufi, in Asser, & in Baloth. Iosaphat filius Pharue, in Isachar. Semei filius Hela in Benjamin. Gaber filius Suri, in terra Galaad, & in terra Seon Regis Amorrae, & Og Regis Basan: 6 super omnia, quae erant in illa terra. Iuda & Israel innumerabiles, sicut arena maris in multitudine, comedentes & bibentes atque laetantes. 7 Salomon autem erat in ditone sua habens omnia regna secum, a flumine 8 terrae] Philistim, vsque ad terminum Aegypti, offerentium sibi munera, & seruentium ei cunctis diebus vitae eius. Erat autem cibus Salomonis

a. Quis in hoc melius significatur, quam pacificus uoluerit Christus quem praefigurabat idem Salomon? Ipse enim omnia regna terrae a solis ortu vsque ad occidentem, in ditone sua habet: & dominatur a mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Angelomus.

b. Et regi praecipue charus, & ad conseruandam eius amicitiam veram in cunctis specialiter deputatus, qui & sacerdos regis vocatur, non ratione sacerdotis, alio officij sed primatus ciuitatis: Quia nec Nathan legitur de sacerdotali stirpe fuisse. Et supra lib. 2. legitur filij Dauid sacerdotes fuisse Dion. Cartusia.

1. Filius Abinadab in vniuerso termino Dor, qui.

2. Ad plantationem Mehula vsque ad locum qui est.

3. Villas Jair quas edificauerat Jair in Galaad, illisque triginta filios suos praetecerat: itaque princeps, est earum, ut Iud. c. 10. a.

4. Salomon hic nouus ad huc Rex duas fertur habere filias iam nuptas: scilicet Tapheth quam duxit Benaminadab, & Basemath, quam duxit Achimaa. Unde si Salomon fuisse Rex duodecimo aetatis suae anno, & tunc duas filias iam nuptas habuisset, genuisset eas esse adhuc in cunabulis esse. Unde ad argumenta quae recitat Hiero. Vitali. to 3. facilius solutio patet, si dicatur Salomo genuit, ut plerique Neotericij dicunt, circa 20. regni patris sui annum, cum fertur tulisse Beersabeeam Salomonis matrem: tunc euicta recte soluentur. * Et praefectus vnus erat, 3. Euphrate vsque ad terram,

† De praecipuo, c. 11. l. 11.

† Loc. 7. b. 3. q. 7. c. 6. j.

Ios. 8. a.

Excl. 47. c.



e. Refectio Christi qui pascitur
recta fide, & operibus bonis,
quæ illi quotidie offeruntur ab
ecclesia catholica, Viginti bo-
ves pascuales, id est prædicato-
res noui testamenti qui quasi
geminatum decalogum, in se
habent cum nouum & vetus
testamenta equaliter prædicat
pleni dilectione dei & proximi.
Glosa ordinis.

4. Præfecti illi Regem Salomonem,
& omnes qui pascim accedebant
ad mensam Regis Salomonis,
quique per mensam suam,
nec minuebant quicquam.
5. Mulorum.

f. Hic restituitur scriptura ad
declinandum sapientiam Salomonis,
id est, tam cognitionem
speculabilem quam agibilem.
Quid enim per tria milia parabolas
nisi plenitudo fidei in lege,
& euangelis à Christo tradita
designatur? Eucherius lib. 6.
Ethan, Abraham, Hemam,
Moyse, Chalcol, Ioseph, Maol
Jacob. Hiero.

h. De naturis lignorum, iumentorum,
volucrum, reptilium, & piscium
Sed hi libri non extant, & perierunt
alii Salomonis libri. Hiero.

per dies singulos, triginta cori similia, & sexaginta cori farina, decem boues pingues, & viginti boues pascuales, & centum arietes, excepta venatione ceruorum, caprearum atque bubalorum, & auium altilium. Ipse enim obtinebat omnem regionem, quæ erat trans flumen, quasi à Thapsa vsque ad Gazan: & cunctos Reges illarum regionum, & habebat pacem ex omni parte in circuitu. Habitabatque Iuda & Israel absque timore vlllo, vnusquisque sub vite sua & sub ficu sua: à Dan vsque Bersabee, cunctis diebus Salomonis. Et habebat Salomon ¶ quadraginta milia præsepia equorum curtilium, & duodecim milia equestrium, nutriebantque eos supradicti Regis præfecti: sed & necessaria mensæ Regis Salomonis, cum ingenti cura præbebant in tempore suo. ¶ Hordeum quoque & paleas equorum & iumentorum ¶ deferebant in locum, vbi erat Rex, iuxta constitutum sibi. ¶ Dedit quoque deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, quasi arenam, quæ est in littore maris, & præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium orientalium & Ægyptiorum, & erat sapientior cunctis hominibus. Sapientior^s Ethan Ezraite, & Heman, & Chalcal, & Dorda, filiis Maol: & erat nominatus in vniuersis gentibus per circuitum. Locutus est quoque Salomon tria milia parabolas, & fuerunt carmina eius quinque milia. Et disputauit^h super lignis à cedro, quæ est in Libano, vsque ad hyssopum quæ egreditur de pariete: & disseruit de iumentis & volucris & reptilibus & piscibus. Et veniebant de cunctis populis, ad audiendam sapientiam Salomonis, & ab vniuersis regibus terræ, qui audiebant sapientiam eius.

† 2. Para. 9. 6.

† Eccl. 47. 6.

Concessis lignis ab Hiram, caesores lignorum & lapidum pro templi structura conducuntur.

V.

a. Hiram Tyriorum Rex, filius
Abybali Tyriorum Regis regnauit
34. annis, & cepit regnare 12. anno
regni Dauidis, eisdem & filio eius Salomoni
amicus & fœderatus.

1. Quomodo Dauid patrem suum non potuerit

b. Tum quia fuit prohibitus à deo per Nathan, Tum quia requirebatur maxima pax in regno Israel tempore huius aedificationis, Tum propter magnitudinem expensarum. Tum propter multitudinem tritici & olei choros rependit. De Lira, ibidem.

2. Aduersarius aliquis.

c. Libanus erat in terra Israel, Ideo Salomon artifices ad ligna cædenda petiit.

d. Hiram rex Tyriorum Rex amicus erat regis nostri Salomonis, paternis amicitias demonstratus. Is ergo munificentiam suam exhibens ad elicitatem fabricæ præbuit, Salomon auri quidem viginti & centum talenta, incidensque pulcherrimam syluam in monte qui Libanus nuncupatur, ad cameram destinavit ei: Quam redonauit Salomon & aliis multis rebus, & terra Galilææ regionis, quæ Zabalon vocatur, Ioseph. contra Appionem lib. 1.

e. Hiram rex Tyri Salomoni plurimum ministravit materiam ad templi aedificationem. Quod Salomon Hierosolymis aedificare cepit Anno regni sui quarto & consummauit octauo. Ad cuius consummationem ab egressu ex Aegypto 480 anni numerantur. Eusebius, Cæsariensis. Sed & Salomon fecit ascendere tributum ex omni Israel, & tributum erat.

f. Nec frustra Salomon operarios de omni Israel elegit: neque erat vlla portio populi, de qua non digni tanto opere viri assumantur. Angelomus, ibidem.



Misit quoque^a Hiram Rex Tyri seruos suos ad Salomonem: Audiuit enim^A quod ipsum vnixissent Regem super Israel pro patre eius: quia amicus fuerat Hiram Dauid omni tempore. ¶ Misit autem Salomon ad Hiram dicens: Tu scis^b voluntatem Dauid patris mei, & quia non potuerit^c aedificare domum nomini domini dei sui propter bella imminencia per circuitum, donec daret dominus eos sub vestigio pedum eius: Nunc autem requiem dedit deus meus mihi per circuitum, & non est^d Sathan, neque occursum malus: quamobrem cogito aedificare templum nomini domini dei mei, sicut locutus est dominus Dauid patri meo dicens: ¶ Filius tuus quem dabo pro te super solium tuum, ipse aedificabit domum nomini meo. Præcipe igitur vt præciant mihi serui tui cedros de Libano, & serui mei sint cum seruis tuis, mercedem autem seruorum tuorum dabo tibi quamcumque petieris. Scis enim quomodo non est in populo meo vir, qui nouerit ligna cædere sicut Sidonij. Cû ergo audisset^d Hiram verba Salomonis, lætatus est valde, & ait: Benedictus dominus deus hodie, qui dedit Dauid filium sapientissimum super populum hunc plurimum. Et misit Hiram ad Salomonem, dicens: Audiui quæcumque mandasti mihi. Ego faciam omnem voluntatem tuam, in lignis cedrinis & abiegnis. ¶ Serui mei deponent ea de Libano ad mare, & ego componam ea in rati- bus in mari, vsque ad locum quem significaueris mihi, & applicabo ea ibi, & tu tolles ea. Prebebisque necessaria mihi, vt detur cibus domui meæ. Itaque^e Hiram dabat Salomoni ligna cedrina, & ligna abieгна, iuxta omnem voluntatem eius. Salomon autem præbebat Hiram viginti milia coros tritici in cibum domui eius, & viginti coros purissimi olei. Hæc tribuebat Salomon Hiram per singulos annos. Dedit quoque dominus sapientiam Salomoni, sicut locutus est ei: & erat pax inter Hiram & Salomonem, & percusserunt ambo fœdus. ¶ Elegitque Rex Salomon^f operarios de omni Israel, & erat in dictio ¶ triginta milia virorum. ¶ Mittebatque eos in Libanum decem milia per menses singulos vicissim, ita vt duobus mensibus vicissim essent in domibus suis. Et Adoniram erat super huiuscemodi indictionem. Fuerunt itaque Salomoni septuaginta milia eorû qui onera portabant, & octoginta milia latomorum in monte absque præpositis qui præerant singulis operibus, numero triû milium & trecentorum, præci-

† 1. 1. 1.

† 2. Para. 12. De concessis, dist. 1. cap. 1. verifico Salomon.

† 1. Reg. 7. 6. 2. Para. 11. 6.

Præcipientium populo & iis qui faciebant Jopus. Præcepitque Rex vt tollerent lapides grandes, lapides preciosos in fundamentum templi & quadrarent eos, quos dolauerunt cæmentarij Salomonis, & cæmentarij Hiram. Porro Biblij præparauerunt ligna & lapides, ad ædificandum domum.

4- Qui faciebant

5. e. Giblii, de ciuitate Gibles que est ciuitas Phœnicie, que & Biblos dicitur apud Cosmographos.

Figura & fabrica templi, quo ad partes eius præcipuas interiores & exteriores. VI.

A Actum est ergo^a quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Ægypti, in anno quarto, mense¹ Zio, (ipse est mensis secundus) regni Salomonis super Israel, ædificare cœpit domum domino. Domus autem quam ædificabat Rex Salomon domino, habebat sexaginta cubitos in longitudine, & viginti cubitos in latitudine, & triginta cubitos in altitudine. Et porticus erat ante² templum viginti cubitorum longitudinis iuxta mensuram latitudinis templi, & habebat decem cubitos latitudinis ante faciem templi, fecitque in templo fenestras³ obliquas.] Et ædificauit super parietem templi⁴ tabulata] per gyrum in parietibus domus per circuitum templi & oraculi, & fecit⁵ latera] in circuitu. ⁶ Tabulatum quod subter erat,] quinque cubitos habebat latitudinis, & medium tabulatum sex cubitorum latitudinis, & tertium tabulatum septem habens cubitos latitudinis. ⁷ Trabes] autem posuit in domo per circuitum forinsecus: vt non hærerent muris templi. ⁸ Domus autem cum ædificaretur, de lapidibus⁸ dolatis atque perfectis ædificata est:] & ⁴ malleus, & securis, & omne ferramentum, non sunt audita in domo cum ædificaretur. Ostium lateris medij in pariete erat domus dextræ, & per cochleam ascendebant in medium cœnaculum: & à medio in tertium. Et ædificauit domum, & consummauit eam. ⁹ Textit quoque domum laquearibus cedrinis,] & ædificauit¹⁰ tabulatum super omnem domum] quinque cubitis altitudinis, & ¹¹ operuit domum lignis cedrinis. Et factus est sermo domini ad Salomonem, dicens: Domus hæc quæ ædificas, si ambulaueris in præceptis meis & iudicia mea feceris, & custodieris omnia mandata mea gradiens per ea: firmabo, fermonem meum tibi quem locutus sum ad Dauid patrem tuum, & habitabo in medio filiorum Israel: & non derelinquam populum meum Israel. ¹² Igitur ædificauit Salomon domum: & consummauit eam. Et ædificauit parietes domus intrinsecus tabulatis cedrinis, à pauimento domus vsque ad¹³ summitatem parietum, & vsque ad laquearia:] & ¹⁴ operuit lignis cedrinis intrinsecus, & textit pauimentum domus tabulis abiegnis. Ædificauitque viginti cubitorum ad posteriorem partem templi, tabulata cedrina à pauimento vsque ad superiora, & fecit interiorem domum oraculi in sanctum sanctorum. ¹⁵ Porro quadraginta cubitorum erat ipsum templum pro foribus oraculi: & cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, habens¹⁶ tornaturas & iuncturas suas fabrefactas, & cælaturas eminentes. Omnia cedrinis tabulis vestiebantur, nec omnino lapis apparere poterat in pariete. ¹⁷ Oraculum autem in medio domus in interiori parte fecerat, vt poneret ibi arcam fœderis domini. Porro oraculum¹⁸ habebat viginti cubitos longitudinis, & viginti cubitos latitudinis, & viginti cubitos altitudinis: & operuit illud atque vestiuit auro purissimo. Sed & altare vestiuit cedro. Domum quoque¹⁹ ante oraculum] operuit auro purissimo, & ²⁰ affixit laminas clauis aureis.] Nihilque erat in templo, quod non auro regeretur. Sed & totum altare oraculi textit auro. Et fecit in oraculo duos Cherubim de lignis oliuarum, decem cubitorum altitudinis. Quinque cubitorum ala Cherub vna, & quinque cubitorum ala Cherub altera, id est, decem cubitos habentes, ²¹ à summitate alæ; vsque ad alæ alterius summitatem.] Decem quoque cubitorum erat Cherub secundus ²² in mensura pari, & opus vnū erat in duobus Cherubim,] id est, altitudinē habebat vnus Cherub decem cubitorum, & similiter Cherub secundus. Posuitque Cherubim in²³ medio templi interioris. ²⁴ Extendebant autem alas suas Cherubim, & tangebant ala vna parietem, & ala Cherub secundi tangebant parietem alterum: alæ autem alteræ in media parte templi se inuicem contingebant. Textit quoque Cherubim auro. Et om-

a. Nam simul idcirco. 40. annis deserti, cum. 18. annis Ioue, & 123. Iudicum, atque 29. Regū, sunt anni. 480.

1. Zif, scilicet Aprilis, qui & Iar. Inde patet quod statim exacto die paschæ incepit ædificare templum.

b. Triginta cubitos vsque ad primum cœnaculum sive tabulatum. Totam enim domum altitudo. 120. cubitorum erat. vt 2. Paral. 3. h.

2. Aedificauit domus.

3. Latus foris, & intus angustius.

4. Thalamos.

5. Thalamos.

6. Tabulatum dicitur paries factus ex tabulis. Hic vero accipitur pro structura quadam ex coaptatis tabulis facta. Itaque Salomon iussit trabes poni in domo seu in templo per transfuersum in tribus locis. Dionisii Cartusi.

7. Thalamos inferior, & infra.

8. Contractiones.

9. Integris, vt alati erant: vnde factum est, vt.

10. Malleus & securis vt quidam dicunt, non audiebantur, quia tam lapides quam trabes dolauerunt operibus adducerentur. In apertis ut tamen illorum parumper audiri poterunt, nisi hoc velis tribuere nitaculo vt videtur velle. Richar. de S. Victor.

11. Postquam contignationem vnā demissionem, per ordinatas cedros.

12. Thalamos ad totam illam domum.

13. Hærebant ad domum per ligna cedrina.

14. Ad cuius ædificationem electorum animæ quasi quidam electi lapides, & expoliti deseruuntur. Quæ cum ædificatur in cœlis, nullus hic malleus discipulorum audire, aut resonare quia dolati atque perfecti illic lapides ducuntur, vt locis iuxta meritum congruis disponantur. Hic orus ibidem.

15. Contignationem.

16. Quemadmodum enim Moyses ait, sic pectus, corinis & pelibus textit tabernaculum, ita Salomon tabulis cedrinis sculpsit templum.

17. Sculpturas pænestrorum, atque cælaturas florum.

18. Oraculum, quod dicitur sancta sanctorum, habebat 20. cubitos longitudinis, & 20. latitudinis & 20. in altitudine. In istis vnus habebat & viginti in altitudine quod intelligi debet de parte interposita inter sancta & sanctum Comestor.

19. In priori loco.

20. Ipsam intrinsecus.

21. Et scit transire vinctes aureos ante oraculum, operuitque locum illum auro.

22. Ab extremitate alarum vnus ad extremitatem alarum eius (hoc est extremitates alarum) distabant decem cubitis.

23. Eratque statura vna, & sculptura vna vtriusque Cherub.

24. Manifestum est ex prædictis quinque Cherubim, medio templi interioris sint positi, qui semper habitant in cœlis. Et exerebant Alas quasi ad volandum, quia semper habent animas ad obsequium diuine voluntatis præstatum. Glo. Gordi. post B. de

Jos. 8. 3.
1. 2. Paral. 7. 6.
Anni ante Christum.
1020.
Anni mundi.
2933.
Salomō templum ædificare cepit an.
4. Regni sui mente secundum.

1. 1. Paral. 22. b.
2. 1. Paral. 7. 6.

18. Fecit figuras, sculpturas, & cælaturas.
 19. Atque cælaturas florū, tam interiori oraculo quam exteriori domo.
 * In oraculo.
 20. Quintriplices.

21. Atque sculpturas florū.
 i. Id est, lamnis aures. Duo vero Cherubim quos fecit Moyses, erant toti de auro, quia erat valde parvi respectu istorū: forma autem arce testamenti, & duorum Cherubim quos fecit Moyses, descripta sunt Exo. 25. Et ex eo intelligi potest forma duorum Cherubim quos fecit Salomon: qui eiusdem formæ fuerit, se. l. maiores De Lyra.
 22. Quadruplices.
 23. Florum.

nes parietes templi per circuitum¹⁸ sculpsit variis cælaturis & torno.] Et fecit in eis Cherubim, & palmas, & ¹⁹ picturas varias, quasi prominentes de pariete, & egrédientes. Sed & pavementum domus texit auro intrinsecus * & extrinsecus. Et in ingressu oraculi fecit duo ostiola de lignis oliuarum, postésque angulorum²⁰ quinque,] & duo ostia de lignis oliuarum. Et sculpsit in eis picturam Cherubim, & palmarum species, & ²¹ anaglypha valde prominentia,] & ²² texit ea auro: & operuit tam Cherubim quam palmas & cætera, auro. Fecitque in introitu templi postes de lignis oliuarum ²³ quadrangulatos,] & duo ostia de lignis abiegis altrinsecus, & vtrunque ostium duplex erat: & se inuicē tenēs aperiebatur. Et sculpsit Cherubim, & palmas, & cælaturas, ²³ valde eminentes:] operuitque omnia laminis aureis, opere quadro ad regulā. Et ædificauit atriū interius tribus ordinibus lapidum politorum, & vno ordine lignorum cedri.

Palatium Salomonis in saltu, atque vxoris suæ, varia & sumptuosissima templi suppellex.

VII.

1. Zif, hoc est Aprilis.
 a. Itaque perfectum est templi domini. 7. anno cum dimidio, & sic in octauo anno ab exordio eius. Beda.
 2. Buli, qui nostro respondet Octoberi, quem etiam Hebræi vocant Marheluan.
 b. Hanc fecit vestibulum fori iudicialis. Habuit autē columnas. 13. Vnde probabile est domum saltus Libani appellatā esse: Nam propter multitudinē columnarum cedinarum saltus Libani referebat. Procopius ibidem.
 3. Super quatuor ordines columnarum cedinarum, & trabes cedrinæ super columnas erāt: respicit autem eam tabulis cedrinis super trabes columnis incumbentes, superque quadrangulata ligna in cunctis æqualia,] & porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis, & triginta cubitorum latitudinis: & alteram porticum in faciem maioris porticus, & columnas & epistylia super columnas fecit. ⁶ Porticum quoque solij, ⁴ in qua tribunal est, fecit: & texit lignis cedrinis à pavemento vsque ad summitatem: & domuncula in qua ⁵ sedebat ad iudicandum, erat in media porticu,] simili opere domū quoque fecit filiæ Pharaonis ([†] quā vxorē duxerat Salomon,) tali opere quali & hanc porticum. Omnia lapidibus pretiosis, qui ad normā quandam atque mensurā, tam intrinsecus quam extrinsecus ferrati erant, ⁶ à fundamento vsque ad summitatem parietum, & intrinsecus] vsque ad atrium maius. Fundamenta autem de lapidibus pretiosis, lapidibus magnis, decem siue octo cubitorum, & desuper lapides pretiosi æqualis mensuræ facti erant, similiterque de cedro. Et atrium maius rotundum trium ordinum, de lapidibus sectis, & vnus ordinis, dedolata cedro, ⁷ nec non & in atrio domus domini interiori, & in porticu domus.] Misitque Rex Salomon, & tulit Hiram de Tyro, filium mulieris viduæ de tribu Neptalim, patre Tyrio, artificem ærarium, & plenum sapientia, intelligentia & doctrina, ad faciendum omne opus ex ære. Qui cum venisset ad Regem Salomonem, fecit omne opus eius, & finxit duas columnas æreas, decem & octo cubitorum altitudinis columnam vnā, [†] & ⁸ linea] duodecim cubitorum ambiebat columnam vtranque. ⁹ Duo quoque capitella fecit, * quæ ponerentur super capita columnarum, & fusilia ex ære: quinque cubitorum altitudinis capitellum vnū, & quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum, ⁹ & quasi in modum retis & catenarum sibi inuicem miro opere contextarum. Vtrunque capitellum columnarum fusile erat. ¹⁰] Septena versuum retiacula in capitello vno, & septena retiacula in capitello altero: & perfecit columnas, & duos ordines per circuitum retiaculorum, vt tegerent capitella quæ erant super summitatem malorum granatorum. Eodem modo fecit & capitello secundo. Capitella autem quæ erant super capita columnarum, quasi opere ¹¹ lilij] fabricata erant in porticu quatuor cubitorum: & rursus ¹² alia capitella in summitate columnarum desuper, iuxta mensuram columnæ contra retiacula.] ¹² Malorum gra-



Nno quarto fundata est domus domini in mense ¹ Zio,] & in ² anno vni-
 decimo mense ³ Ebul,] ipse est mensis octauus, perfecta est domus in omni opere suo, & in vniuersis vtensilibus suis: ædificauitque eam annis septem. [†] Domum autem suam ædificauit Salomon tredecim annis, & ad perfectum vsque perduxit. ^b Ædificauit quoque domum saltus Libani centum cubitorum longitudinis, & quinquaginta cubitorum latitudinis, & triginta cubitorum altitudinis, ³ & quatuor deambulatoria inter columnas cedrinæ Ligna quippe cedrina ex ciderat in columnas, & tabulatis cedrinis vestiuit totam cameram, quæ quadrangula quinque columnis sustentabatur. Vnus autem ordo habebat columnas quindecim contra se inuicem positas, & è regione se respicientes æquali spatio inter columnas, & super columnas quadrangulata ligna in cunctis æqualia,] & porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis, & triginta cubitorum latitudinis: & alteram porticum in faciem maioris porticus, & columnas & epistylia super columnas fecit. ⁶ Porticum quoque solij, ⁴ in qua tribunal est, fecit: & texit lignis cedrinis à pavemento vsque ad summitatem: & domuncula in qua ⁵ sedebat ad iudicandum, erat in media porticu,] simili opere domū quoque fecit filiæ Pharaonis ([†] quā vxorē duxerat Salomon,) tali opere quali & hanc porticum. Omnia lapidibus pretiosis, qui ad normā quandam atque mensurā, tam intrinsecus quam extrinsecus ferrati erant, ⁶ à fundamento vsque ad summitatem parietum, & intrinsecus] vsque ad atrium maius. Fundamenta autem de lapidibus pretiosis, lapidibus magnis, decem siue octo cubitorum, & desuper lapides pretiosi æqualis mensuræ facti erant, similiterque de cedro. Et atrium maius rotundum trium ordinum, de lapidibus sectis, & vnus ordinis, dedolata cedro, ⁷ nec non & in atrio domus domini interiori, & in porticu domus.] Misitque Rex Salomon, & tulit Hiram de Tyro, filium mulieris viduæ de tribu Neptalim, patre Tyrio, artificem ærarium, & plenum sapientia, intelligentia & doctrina, ad faciendum omne opus ex ære. Qui cum venisset ad Regem Salomonem, fecit omne opus eius, & finxit duas columnas æreas, decem & octo cubitorum altitudinis columnam vnā, [†] & ⁸ linea] duodecim cubitorum ambiebat columnam vtranque. ⁹ Duo quoque capitella fecit, * quæ ponerentur super capita columnarum, & fusilia ex ære: quinque cubitorum altitudinis capitellum vnū, & quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum, ⁹ & quasi in modum retis & catenarum sibi inuicem miro opere contextarum. Vtrunque capitellum columnarum fusile erat. ¹⁰] Septena versuum retiacula in capitello vno, & septena retiacula in capitello altero: & perfecit columnas, & duos ordines per circuitum retiaculorum, vt tegerent capitella quæ erant super summitatem malorum granatorum. Eodem modo fecit & capitello secundo. Capitella autem quæ erant super capita columnarum, quasi opere ¹¹ lilij] fabricata erant in porticu quatuor cubitorum: & rursus ¹² alia capitella in summitate columnarum desuper, iuxta mensuram columnæ contra retiacula.] ¹² Malorum gra-

A 1of. 8. 3
 † Infra 9. b.
 † Sup. 1. 6.
 † Ite. 12. 6.
 gra-

granatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secūdi.] Et statuit duas columnas in porticu templi. Cūque statuisset columnam dexteram, vocauit eam nomine Iachin: Similiter erexit columnam secundā,] & vocauit nomen eius Booz.

B Et super capita columnarum opus in modum lilij] posuit: perfectūque est opus columnarum. Fecit quoque mare fusile decem cubitorum à labio vsque ad labium, rotundum in circuitu. Quinque cubitorum altitudo eius, & resticula] triginta cubitorum cingebat illud per circuitū: & sculptura subter labium circuibat illud, decem cubitis ambiens mare.] Duo ordines sculpturarum histriatarum erant fusiles,] & stabant super duodecim boues. E quibus tres respiciebant ad aquilonem, & tres ad occidentem, & tres ad meridiem, & tres ad orientem, & mare super eos desuper erat, quorum posteriora vniuersa intrinsecus latitabant. Grossitudo autem lutēris trium vnciarum erat,] labiūque eius quasi labium calicis, & folium repandi lilij. Duo milia batos capiebat, & tria milia metretas.] Et fecit bases decem æneas, quatuor cubitorum longitudinis bases singulas, & quatuor cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis: & ipsum opus basium interrasile erat. Et sculpturæ inter iuncturas, & inter coronulas & plectas,] leones & boues, & Cherubim, & in iuncturis similiter desuper.] Et subter leones & boues, quasi lora ex ære dependentia, & quatuor rotæ per bases singulas, & axes ærei: & per quatuor partes quasi humeruli subter lutērem fusiles, contra se inuicem respectantes. Os quoque lutēris intrinsecus erat in capitis summitate, & quod forinsecus apparebat, vnius cubiti erat, totum rotundū: pariterque habebat] vnum cubitum & dimidium. In angulis autem columnarum variæ cælaturæ erant: & media intercolumnia, quadrata non rotunda. Quatuor quoque rotæ quæ per quatuor angulos basis erant, cohærebant sibi subter basium.] Vna rota habebat altitudinis cubitum vnum & semis. Tales autem rotæ erant, quales solent in catru fieri. Et axes earum, & radij, & canthi, & modioli, omnia fusilia. Nam & humeruli illi quatuor per singulos angulos basis vnius, ex ipsa basi fusiles, & coniuncti erant. In summitate autem basis erat quædam rotunditas vnius & dimidij cubiti, ita fabricata, vt luter desuper posset imponi, habens cælaturas suas, variâque sculpturas ex semetipsa. Sculptis quoque in tabulatis illis, quæ erant ex ære & in angulis, Cherubim & leones & palmas, quasi in similitudinem hominis stantis: vt non cælata, sed apposita per circuitum viderentur.] In hunc modum fecit decem bases, fusura vna, & mensura, sculpturæque cõsimili. Fecit quoque decem lutēres æneas. Quadraginta batos capiebat luter vnus: eratque quatuor cubitorum. Singulósque lutēres per singulas, id est, decem bases posuit, & constituit decem bases,] quinque ad dextram partem templi, & quinque ad sinistram: mare autem posuit ad dextram partem templi contra orientem ad meridiem. Fecit quoque Hiram lebetes, & scutras, & amulas:] & perfecit omne opus Regis Salomonis in templo domini, columnas duas, & funiculos capitellorum super capita columnarum] duos, & retiacula duo, vt operirent duos funiculos, qui erant super capita columnarum & malogranata quadringenta in duobus retiaculis: duos versus malorum granatorum in retiaculis singulis, ad operiendos funiculos capitellorum, qui erant super capita columnarum: & bases decem, & lutēres decem super bases: & mare vnum, & boues duodecim subter mare, & lebetes & scutras & amulas. Omnia vasa quæ fecit Hiram Regi Salomoni in domo domini: de aurichalco erant.] In campestri regione Iordanis fudit ea Rex in argilosa terra, inter Sochoth & Sartham. Et posuit Salomon omnia vasa in domo domini.] Propter multitudinem autem nimiam, non erat pondus æris. Fecitque Salomon omnia vasa in domo domini, altare aureum, & mensam super quam ponerentur panes propositionis] auream, & candelabra aurea] quinque ad dextram, & quinque ad sinistram, contra oraculum ex auro puro: & quasi lilij flores, & lucernas desuper aureas, & forcipes aureos, & hydrias, & fuscinulas, & phialas, & mortariola, & thuribula de auro purissimo:] & cardines ostiorum domus interioris sancti sanctorum, & ostiorum domus templi,

e. Dextera columnæ doctores primitiue ecclesie significat: Secunda eos qui ad predicandum gentibus missi sunt. & dextera significat eos qui venturum in carne Dominum prophetando prædixerunt. Secunda illos qui iam hunc venisse, & mundum redemisse testantur. Glo. Cordina. ibid.

13. Sinistrant.

14. Rosarum.

f. Hoc mare in figuram baptismi factum est, quo in remissionem peccatorum emundamur. Sacerdotes enim in eo lauantur. Sacerdotes enim omnes electi vocantur qui sunt membra summi sacerdotis Iesu Christi. Rectè autem hoc vas mare dicitur, in memoria felicitatis maris rubri: in quo prius per exitum in Ægyptum, & populi dei liberationem, baptismi forma præcessit. Glo. Cordina. ibid.

15. Linea vel filum.

16. Circumdabat ipsam subter labium spherulæ, decem in cubito vno cingebat ipsam mare per circuitum.

17. Spherularum fusuram in fustura ipsius sub. maris.

18. Eius tenebat palium.

19. Tale erat: habuerunt clausuras, etiamque clausuræ inter gradus. Super et clausuras autem quæ erant, inter gradus erant.

20. Similiter super gradus inferiores.

21. Eminentia quoque eius vertebat ad rotunditatem, quæ sursum per vnum cubitum erigebatur: et quæ summitas rotunda opere conuenienti habens.

g. Hoc est, in angulis tabule superioris qui terminabantur ad quatuor columnas existentes in quatuor angulis basis: quibus quatuor columnis latera iungebantur. De Lyra. ibid.

22. Hæ axes rotarum erant in basi ipsa.

23. Et in ea summitate basis procedebat ad gradus quatuor clausura.

24. Tabulis gradus, & iuxta clausuras picturas.

25. Quodque è regione alterius, quod per circuitum additum erat.

26. Posuitque lutērem vniuersam super basium vnum ex decem basis: posuitque bases.

27. Palas, & pelues, & infra.

28. Rotunda capita, quæ pondera erant in summitate duarum columnarum: duas retiacula: quæ ad operiendum duo rotunda capita summitatis columnarum imponenda.

h. Hoc est, funiculos cingentes capitella ad modum funiculorum De Lyra.

i. Non quod in templo sint facta, sed alibi, vt veterentur id ipsum templi, & essent ibidem in obsequium cultus diuini. Dionis. Carus.

29. Hæ ære purgato.

30. Omissit Salomon pondera: re omnia vasa, quod nimismulta essent: nec inuestigatum est pondus æris.

31. Faciemum.

32. Germina, lucernas, & effunditoria ex auro, crateres, falcas, pelues, cochleas, & pateras ex auro puro.

33. Emunditoria ex auro, atque crateres, & fuscinulas, pelues, cochleas, & pateras ex auro puro.

De conf. di. i. c. i. vers. Salomon. 12. q. 2. c. Gloria. Multi. 132. q. 2. c. Gloria.

ex auro erant. † Et perfecit omne opus, quod faciebat Salomon in domo domini, & intulit quæ sanctificauerat Dauid pater suus, argentum & aurum & vasa: repositusque in thesauris domus domini.

Arca in templum introducta, templum dedicatur, & multis orationibus ac victimis benedicuntur.

VIII.



†^a Vnc congregati sunt omnes maiores natu Israel cum principibus tribuū A & duces familiarum filiorum Israel ad Regem Salomonem in Ierusalem, vt deferrent arcam foederis domini de ciuitate Dauid, id est, de Sion. Conuenitque ad Regem Salomonem vniuersus Israel in mense ^b Ethanim,] in solenni die: ipse est mensis septimus. Veneruntque cuncti senes de Israel, & tulerunt arcam sacerdotes, & portauerunt arcam domini, & tabernaculum foederis, & omnia vasa sanctuarij,] quæ erant in tabernaculo: & ferebant ea sacerdotes & Leuitæ. Rex autem Salomon & omnis multitudo Israel, quæ conuenerat ad eum, gradiebatur cū illo ante arcam, & immolabant oues & boues, absque æstimatione & numero. Et intulerunt sacerdotes arcam foederis domini in locū suum, in oraculum templi in sanctum sanctorum, subter alas Cherubim. Siquidem Cherubim expandebāt alas super locum arcæ, & protegabant] arcam, & vectes eius desuper. ^c Cūque eminerent vectes, & apparerent summitates eorum foris sanctuarij ante oraculum, non apparebant vltra extrinsecus:] qui & fuerunt ibi vsque in presentem diem. † In arca autem non erat aliud nisi duæ tabulæ lapideæ, † quas posuerat in ea Moyses in Horeb,] quando] pepigit dominus foedus cum filiis Israel, cum egredierentur de terra Ægypti. ^d Factum est autem cum exissent sacerdotes de sanctuario, ^e nebula impleuit domum domini, & non poterant sacerdotes stare, & ministrare propter nebulam. Impleuerat enim gloria domini domum domini. Tunc ait Salomon: † Dominus dixit vt habitaret in nebula. Edificans edificauit domum in habitaculum tuum, ^f firmissimum solium tuum] in sempiternum. Conuertitque Rex faciem suam, & benedixit omni Ecclesiæ Israel. Omnis enim Ecclesia Israel stabat. Et ait: Salomon:] Benedictus dominus deus Israel, qui locutus est ore suo ad Dauid patrem meum, & in manibus eius perfecit, dicens: A die qua eduxi populum meum Israel de Ægypto, non elegi ciuitatem de vniuersis tribubus Israel, vt edificaretur domus, & esset nomen meum ibi: sed elegi Dauid vt esset super populum meum Israel. ^g † Voluitque Dauid pater meus edificare domum nomini domini dei Israel: & ait dominus ad patrem meum: ^h Quod cogitasti in corde tuo edificare domum nomini meo, benefecisti, hoc ipsum mente tractans. † Veruntamen tu non edificabis mihi domum, sed filius tuus qui egredietur de renibus tuis, ipse edificabit domum nomini meo. Confirmauit dominus sermonem suum quem locutus est, stetitque pro Dauid patre meo, & sedi super thronum Israel, sicut locutus est dominus: & edificauit domum domini dei Israel: & constitui ibi locum arcæ, in qua foedus domini est, quod percussit cum patribus nostris, ⁱ quando egressi sunt] de terra Ægypti. ^j † Stetit autem Salomon ante altare domini in conspectu Ecclesiæ Israel, & expandit manus suas in cælum, & ait: † Domine deus Israel, non est similis tui deus in cælo desuper, & super terram deorsum, qui custodis pactum, & misericordiam seruis tuis qui ambulant coram te in toto corde suo, qui custodisti seruo tuo Dauid patri meo, quæ locutus es ei. Ore locutus es, & manibus perfecisti, vt hæc dies probat. Nunc igitur domine deus Israel conserua famulo tuo Dauid patri meo quæ locutus es ei, dicens. † Non aufertur de te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel: ita tamen si custodierint filij tui viam suam, vt ambulent coram me sicut tu ambulasti in conspectu meo. Et nunc domine deus Israel firmentur verba tua, quæ locutus es seruo tuo Dauid patri meo. Ergo ne putandum est quod verè deus habitet super terram? Si enim cælum, & cæli cælorum te capere non possunt, ^k quanto magis] domus hæc, ^l quam edificauit tibi? Sed respice ad orationem serui tui, & ad preces eius domine deus meus. Audi ^m hym-

a. Vocauerat enim eos Salomō à tota Iudæa, vt populum mōnerent venire ad templi dedicationem Ierosolymis, & arca in templum dei portanda videret. Iosephus.

b. Ethanim, qui & Tisri, nōstro respondens septembris, qui factus solennis erat, vt septimus mensis, sicut sabbatum septimus dierum, & septimus annus erat annus requiectionis.

c. Quia illud tabernaculi fuit repositum cum arca & aliis vasis sacris in thesauris domini. Domini. Aliqui libri habent: & portauerunt arcam Domini ad tabernaculum foederis, quia per imperitiam aliquorum correptorum postea est ad pro, & non enim arca tunc fuit portata ad tabernaculum foederis, sed intra templum quod fecerat Salomon. De Lyra. ibidem.

d. Sancta. 3. Tegebant. 4. Exeraxerunt vectes, vt viderentur extremitates vectum de sancto intra ipsum oraculum, sed foris non videbantur. 5. In quibus.

e. Tam densa nubes templum impleuit, & facies sacerdotum obumbravit, vt se invicem videre nō possent. Iosephus. ibi.

f. Habitaculum in quo habitet. (hoc est Dominus enim arca multas habuerat mansiones, sed non firmissimas. Vt ipse in deserto ubi fixum est tabernaculum. in Galgala, in Sile in Nobe, in Gabaon, & in Sion, & in Gabaa.

g. Salomō qui interpretatur pacificus, ipsum respiciens nō solum ex parte designat. Templum quod edificauit, catholica eius ecclesia est: quam de vniuersis per orbem credentibus, quasi de vitis lapideis in vinum sua fidei & charitatis compagem aggregauit. Beda.

h. Ex hoc patet quod nō oportet voluntatem humanam semper conformari diuinæ in vilitate. Dauid enim voluit edificare templum Domino, & de hoc commendatur à Deo, & tamen Deus volebat, quod ipse edificaret, sed filius eius. De Lyra.

i. Cum eos eduxerit. 1. Quia ergo Salomon templum edificauit deo, ostendit se colere deum. Et vnde edificauit de lignis & lapideis: quia dignatus est deus facere sibi per seruum suum domum in terra, vbi rogaretur, vbi moraretur. Vnde dicit beatus Stephanus: Salomon edificauit illi domum Aug. de Symbolo ad Catholicos.

k. Et quomodo. i. Nō enim ex proprio nec à seuetipso, sed à deo Salomon cuncta dicens, & descriptionē cœlitus capiens, sic ipsum designauit & erexit. Veruntamen templum tam pulchrum, & mirabile, & sanctum, vrentibus ipso perditis tanta ignominie habitum est, sicque cōtemptū & prophaniū redditum, vt ante captiuitatem spelunca vocaretur thronum. Chrys. ad populum Antiochie. homi. 17.

† 2. Para. 5. 2.

† 2. Para. 5. 2.

† Hebr. 9. 2.

† Exo. 14. 4.

† Hebr. 9. 4.

2. Para. 5. 6.

4. 5. dist. c.

† ver. hoc nimirum.

† 2. Para. 6. 4.

† 1. Reg. 7. 4.

† 1. Reg. 7. 4.

† 2. Mac. 1. 1.

† 1. Reg. 11.

hymnum] & orationem quam seruus tuus orat coram te hodie^k, vt sint oculi tui aperti super domum hanc nocte ac die: super domum de qua dixisti[†] erit nomen meū ibi: vt exaudias orationem, quam orat in loco isto ad te seruus tuus: vt exaudias deprecationem serui tui & populi tui Israel,^{†10} quodcunque] orauerit in loco isto, & exaudies in loco habitaculi tui in cælo, & cum exaudieris, propitius eris.[†] Si peccauerit homo in proximum suum, & habuerit aliquod iuramentum¹¹ quo teneatur astrictus,] & venerit¹² propter iuramentum] coram altari tuo in domum tuam, tu exaudies in cælo, & facies, & iudicabis seruos tuos, condemnans impium, & reddens viam suam super caput eius, iustificansque iustum, & retribuens ei secundum iustitiam suam.¹³ Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos, (quia peccaturus est tibi): & agentes pœnitentiam, & confitentes nomini tuo, venerint, & adorauerint, & deprecati te fuerint] in domo hac: exaudi in cælo, & dimitte peccatum populi tui Israel, & reduces eos in terram quam dedisti patribus eorum.¹⁴ Si clausum fuerit cælum, & non pluerit propter peccata eorum, & orantes in loco isto¹⁴ pœnitentiam egerint] nomini tuo, & à peccatis suis conuersi fuerint propter afflictionem suam: exaudi eos in cælo, & dimitte peccata seruorum tuorum, & populi tui Israel: & ostende eis viam bonam per quam ambulent, & da pluuiam super terram quam dedisti populo tuo in possessionem. Fames si aborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut¹⁵ corruptus aer, aut ærugo, aut locustæ, vel rubigo, & afflixerit eum inimicus eius portas obsidens,] omnis plaga, vniuersa infirmitas, cuncta deuoratio, & imprecatio quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel:¹⁶ si quis] cognouerit plagam cordis sui, & expandierit manus suas in domo hac, tu exaudies in cælo in loco habitationis tuæ, & reproberiaberis, & facies vt des vnicuique secundum omnes vias suas, sicut videris cor eius:[†] quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominum vt timeant te cunctis diebus quibus viuunt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris. Insuper & alienigena qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum: (audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extensum) vbi que:]¹⁷ Cum venerit ergo, & orauerit in hoc loco, tu] exaudies in cælo in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena: vt discant vniuersi populi terrarum nomen tuum¹⁸ timere,] sicut populus tuus Israel, & probent quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc, quam ædificauisti. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos, per viam, quocunque miseris eos, orabunt te contra viam ciuitatis, quam elegisti, & cōtra domum quam ædificauisti nomini tuo, & exaudies in cælo orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum.¹⁹ Quod si peccauerint tibi,† (non est enim homo qui nō peccet): & iratus tradideris eos inimicis suis, & captiui ducti fuerint in terram inimicorum¹⁹ longè vel propè, & egerint pœnitentiam in corde suo] in loco captiuitatis, & conuersi deprecati te fuerint in captiuitate sua, dicentes: † peccauiimus, iniquè egimus, impiè gessimus, & reuersi fuerint ad te in vniuerso corde suo, & tota anima sua, in terra inimicorum suorum²⁰ ad quam captiui ducti fuerint, & orauerint te contra viam terræ suæ quam dedisti patribus eorum, & ciuitatis quam elegisti, & templi quod ædificauisti nomini tuo: exaudies in cælo in firmamento solij tui orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorū, & propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi, & omnibus iniquitatibus eorum quibus præuaricati sunt in te: &²¹ dabis misericordiam coram eis qui eos captiuos habuerint, vt misereantur eis. ° Populus enim tuus est, & hæreditas tua, quos eduxisti de terra Ægypti: de medio fornacis ferreæ: vt sint oculi tui aperti ad deprecationem serui tui, & populi tui Israel, & exaudies eos in vniuersis pro quibus inuocauerint te. Tu enim separasti eos tibi in hæreditatem de vniuersis populis terræ, sicut locutus es per²² Moysen seruum tuum,] quando eduxisti patres nostros de Ægypto, domine deus. Factum est autem cum compleisset Salomon orans dominum omnem orationem, & deprecationem hanc, surrexit de cōspectu altaris domini:²³ Vtrunque enim genu in terrā fixerat, & manus expāderat ad cælum.]

† Deut. 12. b.

† 2. Para. 6. c.

† 1. 4. 5. Cōsul
uisti. 18. quæ
stio. 2. c. Per
niciam.
De consecra
tione. c. 11.† 1. Para. 6. g.
1. Iona. 1. d.
Eccl. 7. 6.

† Dan. 3. c.

9. Clamorem.

k. Cum deus sit natura incom
prelensibilis, qui nullo tempore
vel loco circumscribi potest,
templum manifestū edificauit,
quod nō circumscribitur sed
te in illo exhibet & ostendit.
Quod declarat oculos tuos ad
dominum hac aperros esse no
tū & interdiu. Procop. ibid.

10. Quodcunque.

11. Cogitatio est illud.

12. Iurans.

13. Cum cōtriberit populus tuus
Israel corā hoste, eo quod pec
cauerit in te, & reuersi ad te
confessi fuerint nomini tuo,
coguerint, atque suppliciter
orauerint te.14. Vide ne audias quod olim
audire iudæi. Nam illi post
quam à captiuitate templum
mariale conspicientes negle
ctum, priuatas aedes suas exor
nauerunt, ad eum exasperatū
vt mitteret eis prophetā Hag
geum qui sanè miniraretur
magnam que res necessariam
penuriam, atque hanc con
mirationis causam eloqueretur.
Haggai. 1. ca. Quia domus mea
deserta est, & vos festinatis v
nusquisque in domum suam,
propter hoc super vos prohibi
ti sunt cæli ne daretis rorem, &
terra prohibita est ne daret get
men suum. Er vocati fueritis
super terram &c. Quod si illi
templi neglectus tantam exci
tauit iram numinis, multò ma
gis huius templi neglectus ad
iracundiam prouocabit domi
num. Si quidem hoc templum
est illo honoratum, quo plura
habet sanctimonie symbola.
Christof. de Hanna & Samue
lis educatione. hon. 1.15. Ventus vrens, rubigo, locu
sta aut bruchus facit, aut si ob
federit enim hostis eius in terra
portarum eius.

16. Quorum quilibet.

17. Et uenerit orati in domo
ista Tu igitur.18. Quenāmodum in Act. A
post. ca. 8. Aethiops eunuchus
Candacis reginæ Aethiopiū
legitur uenisse adorare in Je
rusalem. Item Ioh. 18. Erant
Gentiles quidam ex his qui a
scenderant vt adorarent in die
festo. Dionis. Causa.

19. Et timeant te.

n. Belli aduersitas, que est quā
do populus captiui, & propter
peccata in captiuitatem ducti
tur: qua frequenter liberaba
tur populus Israel, propter hoc
quod in terra captiuitatis ora
bat Dominum uerā facie uer
sus Ierusalem. Et hoc petit Sa
lomon cum dicit: Et orauerint
te cōtra viam terræ suæ. Vnde
Danielis 6. dicitur. Quod ipse
existens in Chaldea fenestris
aperitis contra Ierusalem, tribus
in die temporibus flebat ge
nua sua & adorabat. De Iyrā.
19. Leginquam vel propinquā,
& reuersi fuerint ad cor suum.
20. Qui eos abduxerunt capti
uos.21. Trades eos in misericordiam es
eorū qui eos duxerunt captiuos.o. Nec ipsos Iudæos ex illimo
atitute contendere neminem
pertinuisse ad deum præter Il
raelitas, ex quo propagatio cap
tū esse, reprobatō eius fratre
maiore. Populus enim reuera,
qui populus dei propè dice
re ut nullus alius fuit Augul.
de ciuit. dei lib. 18. cap. 47.

22. Manum Moysi serui tui.

23. Ab incurratione gentium
suorum, atque ab expansione
manuum suarum in cælum.

o. In Paralipomenon refertur quod hic non dicitur. Fecerat Salomon basem aream, & posuit in medio basilicæ, super quam stans benedixit omni ecclesie israel. Glosfordi. ibid. 24. Ex omni verbo eius optimo quod locutus est in manu Moysi serui sui.

25. Statuta eius. P. Siquidem omnes ceremonie, omnes ritus, & sacrificia, purificationes & neomenie, originem à gentium ruditate traxerunt. Sed deus ob deceptorum salutem per ea ipsa se coli passus est, per que demones illi coluerant, aliquandiu illa in melius insuetens, vt eos paulatim & à consuetudine sua reduceret, & ad philosophiam perduceret alioquin. Chrysost. in 2. cap. Marth. homil. 6.

26. Altus. Quid est quod Salomon ædificauit medium atrij offerens ibi. Quia altare æneum quod erat ante fores templi non poterat coram capere, nisi quod Christus qui in lege propter infirmitatem eius perfici non poterat. Glosa ordina. f. Altare æneum corda significat peccatorum iustorum intermè charitatis & castitatis luce coruscata. quorum sublimitati significande etiam locus conuenit eiusdem altaris. Eucherius.

27. Solennitates. f. He sunt veræ solennitates dei quis consequens quis Pentateuchum differens interpretabitur. Prima vitæ est facere. dotis, non tantum docere quæ nouit, sed omnes solennitates dei custodire, vt possit aliis custodienda præcipere, quæ & ipse obseruauerit. Hiero. in 44. cap. Ezechielii.

Stetit ergo, & benedixit omni Ecclesie Israel voce magna, dicens: Benedictus dominus qui dedit requiem populo suo Israel, iuxta omnia quæ locutus est. Nō cecidit ne vnus quidē sermo²⁴ ex omnibus bonis quæ locutus est per Moysen seruum suum. Sit dominus deus noster nobiscum, sicut fuit cum patribus nostris, non derelinquens nos, neque proiciens. sed inclinet corda nostra ad se, vt ambulemus in vniuersis viis eius, & custodiamus mandata eius, &²⁵ P ceremonias, & iudicia quæcunque mandauit patribus nostris: & sint sermones mei isti quibus deprecatus sum coram domino, appropinquantes coram domino deo nostro, die ac nocte: vt faciat iudicium seruo suo, & populo suo Israel per singulos dies, & sciant omnes populi terræ, quia dominus ipse est deus, & non est²⁶ vltra absque eo: sit quoque cor nostrum perfectum cum domino deo nostro, vt ambulemus in decretis eius, & custodiamus mandata eius, sicut & hodie. Igitur Rex & omnis Israel cum eo immolabant victimas coram domino. Mactauitque Salomon hostias pacificas, quas immolauit domino, bouum vigintiduo milia, & ouium centum viginti milia. Et dedicauerunt templum domini Rex & filij Israel. In die illa sanctificauit Rex medium²⁷ atrij quod erat ante domum domini. Fecit quippe holocaustum ibi, & sacrificium, & adipem pacificorum: quoniam altare æneum quod erat coram domino minus erat, & capere non poterat holocaustum, & sacrificium, & adipem pacificorum. Fecit ergo Salomon in tempore illo²⁷ festiuitatem celebrem, & omnis Israel cum eo multitudo magna ab introitu Hæmath vsque ad riuum Ægypti, coram domino deo nostro septem diebus & septem diebus, id est, quatuordecim diebus, & in die octauo dimisit populos. Qui benedictes Regi, profecti sunt in tabernacula sua lætantes, & alacri corde, super omnibus bonis, quæ fecerat dominus Dauid seruo suo, & Israel populo suo.

Dominus Salomoni secundo apprensus, iubet illi seruare præcepta: Aedificans autem Salomon ciuitates, gentes fecit sibi tributarias, & classem misit in Ophir. IX.



Actum est autem cum perfecisset Salomon ædificium domus domini, & ædificium Regis, & omne quod optauerat & voluerat facere, apparuit ei dominus secundo, sicut apparuerat ei in Gabaon. Dixitque dominus ad eum: Exaudiui orationem tuam & deprecationem tuam, quam deprecatus es coram me. Sanctificauit domum hanc quam ædificasti, vt ponerem nomen meum ibi in sempiternum, & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. Tu quoque si ambulaueris coram me, sicut ambulauit pater tuus in simplicitate cordis, & in æquitate, & feceris omnia quæ præcepi tibi, & iudicia mea seruaueris, & legitima mea, ponam thronum regni tui super Israel in sempiternum, sicut locutus sum Dauid patri tuo, dicens: non auferetur vir de genere tuo de folio Israel. Si autem auersione auersi fueritis vos & filij vestri, non sequentes me, nec custodientes mandata mea, & ceremonias quas proposui vobis, sed abieritis & colueritis deos alienos & adoraueritis eos: auferam Israel de superficie terræ quam dedi eis: & templum quod sanctificauit nomini meo proiciam à conspectu meo, eritque Israel in proverbium, & in fabulam cunctis populis, & domus hæc erit in exemplum. Omnis qui transferit per eam, stupebit, & sibilabit, & dicit: Quare fecit dominus sic terræ huic, & domui huic? Et respondebunt: quia dereliquerunt dominum deum suum, qui eduxit patres eorum de terra Ægypti, & secuti sunt deos alienos, & coluerunt eos, & adorauerunt eos: idcirco induxit dominus super eos omne malum hoc. Expletis autem annis viginti postquæ ædificauerat Salomon duas domos, id est, domum domini, & domum Regis, Hiram Rege Tyri præbente Salomon ligna cedrina, & abiegna, & aurum iuxta omne quod opus habuerat: tunc dedit Salomon Hiram viginti oppida in terra Galilææ. Et egressus est Hiram de Tyro, vt videret oppida quæ dederat ei Salomon: & non placuerunt ei. Et ait: Hæcine sunt ciuitates quas dedisti mihi frater? Et appellauit eas terram Chabul, vsque in diem hanc. Misit quoque Hiram ad Regem Salomonem centum viginti talenta auri. Hæc est summa expensarum quam

a. Salomon spiritu habuit prophetia, ideo deus frequenter apparuit ei in visione prophetica & imaginaria. Dionysius. b. Ex quo patet quod ista apparitio fuit in somnis sicut & illa: quod expressè dicitur 2. par. 7. cap. De Lym. c. Quibus securis mihi in eura quod est mihi locus dilectus, in quo singulari prouidentia inuehor orantes, & beneficia eis. Dionis. Carrus.

* Dauid. 1. Inegritate. 2. Ex re. d. Sed & Salomō filius Dauid, qui Ierosolymam condidit, eam ipsam peritram esse in vitionem sancte crucis prophetauit. Quod si auertimur à me dicit dominus, & e & subdit causam: Quia, inquit, dereliquerunt deum deum suum: & persequuti sunt Regē suum dicitur. sinum deum, & cruciauerunt illum in humilitate magna propter hoc importauit deus illis mala hæc. Lucā li. 4. ca. 18. 3. Statuta que. 4. Domum hanc quam. * Vt.

e. Quoniam septem annis ædificauit domum domini, & redecim annis domum regiam.

f. Et quicquid ille desiderabat. * Vicissim Rex.

g. Quam tributi nomine Rex Salomon tenuit, exigebat enim à gentibus solam tributum & operarios, à filiis Israel vero bellatores, & prefectos.

† De confid. i. c. 1. & cap. Solennitates.

† Ios. 8. 4. † 2. Para. 7. c. Sup. 6. b. De pen. dist. a. Si enim.

† 2. Reg. 7. b. 1. Par. 22. b. c.

† Deut. 29. d. Iere. 22. c.

† 2. Para. 8. a. Ios. 8. 9.

Ios. 8. 6.

quam obtulit Salomon Rex] ad ædificandum domum domini, & domum suam, & Mello, & murum Ierusalem, & Hefer, & Mageddo, & Gazer. Pharao Rex Ægypti ascendit, & cepit Gazer, succenditque eam igni, & Chananaeum qui habitabat in ciuitate, interfecit, & dedit eam in dotem filiae suae uxori Salomonis. Ædificauit ergo Salomon Gazer, & Bethoron inferiorem, & Balaath, & Palmiram in terra solitudinis, & omnes vicos qui ad se pertinebant, & erant absque muro, muniuit] & ciuitates curruum, & ciuitates equitum, & quodcuq; ei placuit vt ædificaret in Hierusalem & in Libano, & in omni terra potestatis suae. Vniuersum populum qui remanserat de Amorrhæis, & de Hethæis, & Pherezæis, & Heuæis, & Iebusæis, qui non sunt de filiis Israel. horum filios qui remanserant in terra, quos scilicet non potuerant filij Israel terminare, fecit Salomon tributarios vsque in diem hanc. De filiis autem Israel non constituit Salomon seruire quenquam, sed erant viri bellatores, & ministri eius, & Principes & duces, & Praefecti curruum, & equorum.] Erant autem Principes super omnia opera Salomonis: praepositi quingenti quinquaginta, qui habebant subiectum populum, & statutis operibus imperabant. † Filia autem Pharaonis ascendit de ciuitate Dauid in domum suam quam ædificauerat ei Salomon. Tunc ædificauit Mello. Offerebat quoque Salomon tribus vicibus, per annos singulos holocausta, & pacificas victimas super altare quod ædificauerat domino, & adolebat thymiana coram domino. Perfectumque est templum. Classem quoque fecit Rex Salomon Afiogaber, quae est iuxta Ahilam in littore maris Rubri, in terra Idumæae. Misit quoque Hiram in classe illa seruos suos viros nauticos & gnaros maris, cum seruis Salomonis: qui cum venissent in Ophir, sumptum inde aurum quadringentorum viginti talentorum, detulerant ad Regem Salomonem.

Regina Saba Salomonis mirata sapientiam, magnificentiam & regimen, datis muneribus & ampliora susceptis discessit: Salomon autem multum tributum, vasa & scuta, sed & magnificum construxit thronum, & multam aggregauit suppellectilem, in vasis, curribus & equis. X.

A Ed & Regina Saba audita fama Salomonis in nomine domini, venit tentare eum in ænigmatibus. Et ingressa Ierusalem multo cum comitatu, & diuitiis, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas preciosas, venit ad Regem Salomonem: & locuta est ei vniuersa quae habebat in corde suo. Et docuit eam Salomon omnia verba quae proposuit.] Non fuit sermo qui Regem posset latere, & non responderet ei. Videns autem Regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum quam ædificauerat, & ciuitates eius: & habitacula seruorum, & ordines ministrantium, vestesque eorum, & pincernas, & holocausta] quae offerebat in domo domini, non habebat ultra spiritum: dixitque ad Regem: Verus est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis, & super sapientia tua: & non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probaui quod] media pars mihi nunciata non fuerit. Maior est sapientia & opera tua, quam rumor quem] audiui. Beati viri tui, & beati serui tui, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam. Sit dominus deus tuus benedictus, cui complacuiisti,] & posuit te super thronum Israel, eò quod dilexerit dominus Israel in sempiternum: & constituit te Regem, vt faceres iudicium & iustitiam. Dedit ergo Regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas preciosas. Non sunt allata ultra aromata tam multa quam ea quae dedit Regina Saba Regi Salomoni. Sed & classis Hiram quae portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thina multa nimis, & gemmas preciosas. Fecitque Rex de lignis thinis fulcra domus domini, & domus regiae, & citharas] lyrasque] cantoribus. Non sunt allata huiusmodi ligna thina, neque visa vsque in presentem diem. Rex autem Salomon dedit Reginae Saba omnia quae voluit, & petiuit ab eo: exceptis iis quae ultra obtulerat ei munere regio.] Quae reuersa est, & abiit in terram suam cum seruis suis.

5. Verbes quas edificasse hic dicitur Salomon, sunt Mello, murus Ierusalem, Hefer, Mageddo, Gazer, & reliquae quae ecclesiae decorem signant, quam verus Salomon ad sempiternam laetitiam praeparauit. Glof. ordi. ibidem, 7. In munus.

8. Thadmos in deserto & in terra.
9. Ciuitates thesaurorum, quas habuit Salomon, sed.

h. Si hoc fecit cupiditate tributi, & absque hoc quod conuerteretur ad Iudaeum, tunc dicunt aliqui, quod ipse peccauit dupliciter, peccato auaritia & inobedientia, quia dominus praecipere illos exterminari: Nu. 33. De Lyra, ibidem.

i. De filiis autem Israel nullum fecit Salomon seruum, sed erant viri bellatores & ministri eius: ex quibus erant super omnia opera Salomonis praepositi 550, Comeh. ibidem.

10. Equitum eius.

k. Porro tres solemnitates praefata fuerunt festum azimorum, hoc est Pascha, solennitas hebdomadarum, id est Pentecostes, & celebritas tabernaculorum, vt 2. Par. describitur. De sacrificiis autem tunc offerendis habetur lib. Num. cap. 28. Diony. Cart. l. Afiongaber portus est maris Rubri, 32. mansio filiorum Israel in deserto: in qua postea clausis Ioaphat aurita est. Euseb. lib. m. Talentum iuxta Hebraeos continet sexaginta libras vulgares, & centum viginti libras templi. Mensura enim & moneta templi dupla erat ad vulgarem.

†. Par. 8. b. c.

1. Inf. 8. 6.
2. Par. 9. a.
3. Mith. 12. d.
4. Luc. 11. d.
5. 9. 1. ex. V. 200.



a. Reginam Saba (quae nomine Nicaita dicebatur) Christus regina Austria vocauit. Vnde manifestum est quod Saba versus meridiem sita est respectu Palaestinae. Ciuitas est Arabiae feliciae, regia olim sedes Gasparis Magi qui de auro Arabiae dona puero Iesu attulit: sexcentis & amplius leucis Gallie itinere a Ierusalem distans.

1. Eius.
b. Gen. est Aethyopia. Sabam sitam esse ariet ad mare Iudicum. Vocant autem Omeitias: sunt ex aduerso Axomitum: medium autem inter illos est mare. Procopius. Ibidem.
2. Petiumque eius, atque holocausta eius.

3. Adde excellis in sapientia, & facitior est rumore ipso, quem de te.

c. Haec Regina dixit ex pia confidencia, quia sperauit regem tam sapientem in sapientia permanentem vsque in finem. Dio. ibi.

4. Qui dilexit te.
d. Tria praeter ceteris admirabatur regina, domum saltus, & supra templi fabricam, ordinem quoque & frequentiam ministrantium in templo. Tertium vero ordinem & distinctionem seruientium Regi in mensa. Comeh. ibidem.

5. Et Nabla pro.
e. Rex Salomon dedit Reginae Saba, quae in terra promissionis abundabat, & in regno Aethyopiae non habebatur. Dio. Cart.

6. Rex Salomon.

Erat autem pondus auri quod offerebatur Salomoni per annos singulos, sexcentorum sexaginta sex talentorum auri: excepto eo quod offerebant ⁷ viri qui super vectigalia erant, & negotiatores, vniuersique scuta vendentes, & omnes Reges Arabiae Ducisque terrae. ⁸ Fecit quoque Rex Salomon ⁸ ducenta scuta de auro purissimo. Sexcentos auri siclos dedit in laminas scuti vnus, & trecentas peltas ex auro probato. Trecentaque minae auri vnā peltam vestiebant.] posuitque eas Rex in domo saltus Libani. Fecit etiam Rex Salomon thronum de ebore grandem, & vestiuit eum auro fuluo nimis, qui habebat sex gradus, & summitas throni rotunda erat in parte posteriori, & ⁹ duae manus hinc atque inde tenentes sedile,] & duo leones stabant iuxta ¹⁰ manus singulas,] & duodecim leonculi stantes super sex gradus hinc atque inde. Non est factū tale opus in vniuersis regnis. Sed & omnia vasa de quibus potabat Rex Salomon erant aurea: & vniuersa suppellex domus saltus Libani de auro purissimo. ¹¹ Non erat argentum, nec alicuius pretij putabatur] in diebus Salomonis, quia classis Regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in ^h Tharsis, deferens inde aurum & argentum, & dentes elephantorum, & simias, & pauos. [†] Magnificatus est ergo Rex Salomon super omnes reges terrae diuitiis & sapientia, & vniuersa terra desiderabat vultū Salomonis, vt audiret sapientiam eius, quam dederat deus in corde eius, & singuli deferebant ei munera, vasa argentea & aurea, vestes & arma bellica, aromata quoque & equos & mulos, * per annos singulos. [†] Congregauitque Salomon currus & equites, & facti sunt ei mille quadringenti currus & equites, & duodecim milia equitum, & disposuit eos per ciuitates ¹² munitas, & cum rege in Ierusalem. Fecitque vt tanta esset abundantia argenti in Ierusalem, quanta & lapidum: & cedrorum praebuit multitudinē, quasi sycamoros, quae ¹³ nascuntur] in campestribus. Et ¹⁴ educebantur] equi Solomoni de Aegypto. [†] & de Choa. Negotiatores enim Regis emebant de Choa, & statuto pretio perducebant.] Egrediebatur autem quadriga ex Aegypto sexcentis siclis argenti, & equus centum quinquaginta. Atque in hunc modum cuncti Reges Hethaeorum, & Syriae equos venundabant.

7. Mercatores & negotiatores, atque aromatarij.

8. Ducentas peltas ex auro ducilli, & sexcenti auri veniebant super peltam vnā. Fecit etiam trecenta leuta ex auro ducilli, veniebantque super scutum vnum tres minae auri.

f. Et hoc fuit aliud opus valde pulchrum & valde sumptuosum. De Lira. ibidem.

9. Fulcra erant hinc & hinc in loco sedis.

g. Id est ex utraque parte gradus cuiuslibet: ita quod duo leonculi pertinebant ad vnū gradū, vno leonculo stante ex vno latere gradus & altero ex alio. Dionysius Cart.

10. Fulcra.

11. Nihil habentia argenti, quippe quod pro nihilo reputabatur.

h. Regio est India, vt & ipsum mare saeculum saepe solis radiis repercutiunt colorum lapidum eiusdem nominis trahat, & a colore nomen accepit. Hieron. Attamen cosmogaphis creditur esse in Africa, & nunc vocari Zaphalla, vbi aurifodina hodie inuenitur.

* Res singulas.

i. Exornabantur ascensores eorum. Primum decora iuugatores florentes, habentes magnā proportionem, diffundentes in equorum sessione conam, purpura circumdantem, qui amari existentes circa renetur, atque flores equitabat ante eum, quando ad locum aliquem debebat exire. Glof. ord. post Rabanum.

12. Pro curribus ordinatis.

13. Abundant.

14. Adducebantur.

15. Et congregati negotiatorum Regis recipiebant sarcinas pro statuto pretio.

a. Salomon inuentus secutus est libidinem, vt septuaginta habuerit vxores, & trecentas concubinas, & adolescentulas & scorta passim quorū nō erat numerus neglectōque deo patrum suorū extulerit idola gentium pluri marum, & fuerit nō vt prius iudicid, id est, amabilis domini, sed amator mulierum. Hiero. ad Vlt. tom. 3.

1. Hethaeas.

2. Alioquin inclinabunt corda vestra post deos suos.

3. Vxoressunt.

b. Salomon quippe immo detrahit vniuersa ad hoc vtque perductus est, vt templum idolis fabricaret: & qui prius templum costruxerat deo, absiditque libidinis & perfidie sub tractus, idolis tepla costruere non timuit. Greg. lib. 12 Moral. cap. 12. & recitatur 32. q. 4. cap. Salomon.

4. Inclinatum est cor eius post.

5. Altore deum, & infra.

6. Milichom.

7. Malum erat.

c. Salomon est amore mulierum iaram deos gentium coleret, tamen vniuersa plebs Israelitica ad eius iudicia conuertebat. Aug. ad quēdam comitē, & recitatur 39. q. 7. c. vlti. Idem. Nec Salomonem credibile est errore putasse idolis esse seruendum, sed blanditijs feminis ad illa sacrilegia fuisse copulsum. Aug. de ciuit. dei. lib. 4. c. 11. Idem & vique adeo laqueus illi fuit illa cupiditas, vt à mulieribus etiam idolis sacrificare cogere tur: sicut de illo scriptura testis est. August. in Psal. 120.

8. Dignus vicibus.

d. Connumeratur enim tribus Benjamin tribu Iudae, quia eadem fere fors erat ambarum.

* Propter.

Salomon per mulieres alienigenas infatuatus, ad earum idola conuertitur, vnde regni meretur Abia prophetante diuisionem.

XI.

R [†] Ex autem Salomon amauit mulieres alienigenas multas, filiam quoque A Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumaeas, & Sidonias, & [†] Cethaeas:] de gentibus super quibus dixit dominus filiis Israel. [†] Non ingredimini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras. ² Certissime enim auertent corda vestra, vt sequamini deos earum. His itaque copulatus est Salomon [†] ardentissimo amore.] [†] Fueruntque ei vxores quasi reginae septingentae, & concubinae trecentae. [†] Et auerterunt ³ mulieres] cor eius. ^b Cūque iam esset senex, ⁴ deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur] deos alienos, nec erat cor eius perfectum cū domino deo suo, sicut cor Dauid patris eius: sed colebat Salomon [†] Astharmem deam] Sidoniorum, & Chamos deum Moabitarum,] & ⁶ Moloch] Idolum Ammonitarum. Fecitque Salomon quod ⁷ non placuerat] coram domino, & non adimpleuit vt sequeretur dominum, sicut Dauid pater eius. [†] ⁸ Tunc aedificauit Salomon [†] fanum Chamos Idolo Moab in monte qui est contra Ierusalem: & Moloch Idolo filiorum Ammon. ⁶ Atque in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis, quae adolebant thura, & immolabant diis suis. Igitur iratus est dominus Salomoni, quod auersa esset mens eius à domino deo Israel: [†] qui apparuerat ei ⁸ secundò] & praeceperat de verbo hoc ne sequeretur deos alienos: & nō custodiuit quae mandauit ei dominus. Dixit itaque dominus Salomoni: [†] Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum, & praecepta mea quae mandauit tibi, dirumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo: veruntamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum. De manu filij tui scindam illud, nec totum regnū auferam, sed ^d tribum vnā dabo filio tuo propter Dauid seruum meum, & ^{*} Ierusalem

† 2. Par. 9. 6

† 1. q. 7. ca. 11. §. f. in a. Eccl. 4. 7. c. Deut. 17. d. † Exod. 34. b

† Cantic. 6. e. † 3. q. 7. ca. 11. Sacerdot. 4. Ier. Salomon.

† 12. q. 4. cap. Salomon.

† Sup. 9. a

† Sup. 9. b

12. Reg. 3. d.
 salem quam elegi. & suscitauit autem dominus ^e aduersarium Salomoni Adad Idumæum de femine regio, qui erat in Ædom: † Cum enim esset Dauid in Idumæa, & ascendisset Ioab Princeps militiæ ad sepeliendum eos qui fuerant interfecti, & occidisset omne masculinum in Idumæa, (sex enim mensibus ibi moratus est Ioab, & omnis Israel, donec interimeret omne masculinum in Idumæa:) fugit Adad ipse, & viri Idumæi de seruis patris eius cum eo, vt ingrederetur Ægyptum. Erat autem Adad puer paruulus. Cùmque surrexissent de Madian, venerunt in ^f Pharan. Tuleruntque secum viros de Pharan, & introierunt Ægyptum ad Pharaonem Regem Ægypti. Qui dedit ei domum, & cibos constituit, & terram delegauit. Et inuenit Adad gratiam coram Pharaone valde, intantum vt daret ei vxorem sororem vxoris suæ germanam Tafnes Reginae. Genuitque ei soror Tafnes Genubath filium, & nutriuit cum ^d Tafnes in domo Pharaonis. Eratque Genubath habitans apud Pharaonem cum filiis eius. Cùmque audisset Adad in Ægypto dormisse Dauid cū patribus suis, & mortuum esse Ioab Principem militiæ, dixit Pharaoni: Dimitte me, vt vadam in terram meam. Dixitque ei Pharao: † Qua enim re apud me indiges, vt quæras ire ad terram tuam? At ille respondit: Nulla. Sed obsecro te vt dimittas me. Suscitauit quoque ei deus ^h aduersarium Razon filium Eliadam, qui fugerat Adadezer Regem Soba dominum suum: & congregauit contra eum viros: & factus est princeps ⁹ latronum] cùm interficeret eos Dauid: abieruntque Damascum, & habitauerunt ibi, & constituerunt eum Regem in Damasco, eratque aduersarius Israel cunctis diebus Salomonis. Et hoc est malum Adad, ¹⁰ & odium contra Israel,] regnauitque in Syria. ¹ Ieroboam quoque filius Nabath Ephrathæus de Sareda, seruus Salomonis, cuius mater ^e erat nomine ¹¹ Serua] mulier vidua, leuauit manum contra Regem. & Et hæc causa rebellionis aduersus eum: quia Salomon ædificauit Mello, & coarctauit voraginem] ciuitatis Dauid patris sui. Erat autem Ieroboam vir ¹² fortis & potens. Vidensque Salomon adolescentem & bonæ indolis & industrium, constituerat eum & Præfectum] super tributa vniuersæ domus Ioseph. Factum est igitur in tempore illo, vt Ieroboam egrederetur de Ierusalem, & inueniret eum Ahias Silonites propheta, in via opertus pallio nouo. Erant autem duo ¹³ tantum] in agro. Apprehensque Ahias pallium suum nouum, quo coopertus erat, ¹⁴ scidit in duodecim partes, & ait ad Ieroboam: Tolle tibi decem scissuras. Hæc enim dicit dominus deus Israel: ¹ Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. Porro vna tribus remanebit ei propter seruum meum Dauid, & Ierusalem ciuitatem, quam elegi ex omnibus tribubus Israel, eò quòd dereliquerit me, & adorauerit Astartham deam Sidoniorum, & Chamos deum Moab & Moloch deum filiorum Ammon: ^m & non ambulauerit in viis meis, vt faceret ¹⁴ iustitiam coram me,] & præcepta mea & iudicia, sicut Dauid pater eius. Nec auferam omne regnum de manu eius, sed ducem ponam eum cunctis diebus vitæ suæ propter Dauid seruum meum quem elegi, qui custodiuit mandata mea & ¹⁵ & præcepta] mea. Auferam autem regnum de manu filij eius, & dabo tibi decem tribus: filio autem eius dabo tribum vnā, vt remaneat lucerna Dauid seruo meo cunctis diebus, coram me in Ierusalem ciuitate, quam elegi, vt esset nomen meum tibi. Te autem assumam, & regnabis super omnia, quæ considerat anima tua, erisque Rex super Israel. Si igitur audieris omnia, quæ præcepero tibi, & ambulaueris in viis meis, & feceris quod rectum est coram me, custodiens mandata mea & præcepta mea, sicut fecit Dauid seruus meus: ero tecum, & ædificabo tibi domum fidelem, quomodo ædificauit Dauid domum, & tradam tibi Israel, & affligam semen Dauid super hoc: veruntamen non cunctis diebus. ¹⁶ Voluit] ergo Salomon interficere Ieroboam: Qui surrexit, & aufugit in Ægyptum, ad Sesac regem Aegypti: & fuit in Aegypto vsque ad mortem Salomonis. † ⁿ Reliquum autem verborum Salomonis, & omnia quæ fecit, & sapientia eius, ¹⁷ ecce] vniuersa scripta sunt in libro verborum & dierum] Salomonis. Dies autem quos regnauit Salomon in Ierusalem super omnem Israel, quadraginta anni sunt. Dormiuitque

^e. Admonendi sunt qui in hoc mundo prosperantur, vt considerent quia Salomon, qui post tantam sapientiã vsque ad idololatricam cecidisse describitur nihil in hoc mundo prius quam caderet, aduersitatis habuisse memoratur. Sed ceteri sapientia funditus cor deseruit: quod nulla vel minima tribulationis disciplina custodiit. Grego. 3. par. Pastoralis. admonitio 17.
^f. Pharan quadoque est nomen vrbis in terra præfata inter Madian & Aegyptum: quadoque nomen partis deserti inter Aegyptum & Chanaan, vt patet Ezo. 18. Diony. Cart.

^g. Audiuit Dauid obdormisse. Mortuus enim erat morte naturali, ideo scriptura dicit eum dormisse, & mortuum esse Ioab: quia fuit interfectus gladio, vt patet supra, cap. 2. De Lira.

^h. Ob Salomonis scelera suscitauit illi dominus tres aduersarios: Adad Idumæum, Razon Syriæ, & Ieroboam filium Nabat, qui post mortem eius regnum eius scinderent, & propharent.

⁹. Exercitus.
¹⁰. Quod exaceratetur Israel. Hic est tertius aduersarius Salomonis. Dicit aliqui quod Nabath pater Ieroboam fuit idem quod Semei: & quod vxor eius nutrierat Ieroboam reducere sibi frequenter ad memoriã interfectionem patris sui à Salomone. De Lira.

¹¹. Zeruba.
¹². Claudit interruptionem bellicosus.

¹³. Illi soli.
¹⁴. Decem tribus à domo Dauid se parauit sunt, & duæ restæ. Quia vt ait post, reliquæ propter electionem gratiæ, filius factus sunt. Ieroboam qui decem tribus à templo dei separans ad idololatricam perduxit, significat hereticos qui vitam dei catholice hæresibus scindunt. Glos. Ord. ibidem.

¹. Reicitur Salomon, sed iam mulieribus alienis possessus, & idolo Moabitarum & Sidoniorum mancipatus. Tertul. aduersus Marcion. lib. 2.

^m. Peccata quæ in suspitibus leuia sunt, perfectis viris grauius reputantur. Tanto enim maius cognoscitur esse peccatū, quanto maior qui peccat habetur. Crescit enim delicti cumulus iuxta ordinem meritorum. fit sepe quod minoribus ignoscitur, maioribus imputatur. Isidorus lib. 2. c. 18. de summo bono.

¹⁴. Quod rectum est in oculis meis.
¹⁵. Statuta, & infra.

¹⁶. Quæsiuit.
ⁿ. In 2. vers. Paral. 9. habetur. Reliqua autem opera Salomonis priorum & nouissimorum scripta sunt in verbis Nathan propheta, & in libris Ahie Silonitis, in visione quoque Aido videntis contra Ieroboam filium Nabath. Hos libros hodie nusquam, neque apud ipsos Hebræos inueniri posse asseuerant: sicut nec librum bellorum domini, cuius in lib. Nume. mentio est, neque librum iustorum, neque carmina Salomonis, & c. quæ scriptura quidem probat, sed hodie constat non esse. Euche. ibid. 17. Nonne.

1 Gen. 30. d

† 1. Par. 9. g

Mors Salomonis. Salomon cum patribus suis, & sepultus est in ciuitate Dauid patris sui, regnauitque Roboam filius eius pro eo.

Roboam iuuenem consilio regnum diuidit, apparatus eius in Ieroboam dominus dehortatur: veruntamen Ieroboam aures vitulos erexit. XII.

a. Vbi corrupta est Dina, vbi ve hundatus est Ioseph, vbi conseruauit Abimelech, ibi scissam est regnum Iuda.



† Enit autem Roboam in ^a Sicheim: illuc enim congregatus erat omnis populus Israel ad constituendum eum Regem. At verò Ieroboam filius Nabath, cum adhuc esset in Ægypto profugus à facie Salomonis regis, [†] audita morte eius, reuersus est de Ægypto.] Miseruntque, & vocauerunt eum. [†] Venit ergo Ieroboam, & omnis multitudo Israel, & locuti sunt ad Roboam,

b. Egrege itaque viros alicui prædentes mueri, cõmendat iustitia: & contra equitas delinuit, atque impugnat. Exemplo nobis est scriptura, quæ dicit: cum populus Israel post mortem Salomonis rogasset filium eius Roboam vt releuaret ceruicem eorum à seruitute dura, & patrem imperij temperaret auferens rem, illi spreto semiti cõsilio, de suggestione adolescentium respõsum dedit: huiusmodi, quod, & omnes adiecerunt super patris iugum, & leuora grauiorib⁹ supplicis mutaret. Amb. Offi. 2. ca. 28.

* Habeam verbum quod huic. 2. Quasi seruus fueris populi huic, & respondetis ei, hoc est, si fueris humilis coram eis, & respondeis eis placide iuxta eorum voluntatem, seruiet tibi voluntaria.

3. Consultat. 4. Minimum in me grossius est Iumbis. * Onerant vos, & Caliginis, & infra. e. Flagellis quibus additi sunt aculei. d. Roboam de domo Dauid fuit, sed in via eius non ambulauit. fecerunt Iuda (scriptura teste) in diebus illis malum coram domino, & irritauerunt eum super omnibus quæ fecerat patres eorum, feceruntque omnes abominaciones gentium. Glof. ord. ibid.

6. Fuit ordinatio dei, vt confirmaret.

7. Vniuersus Israel.

8. Nec est.

e. Itaque Roboam desertus à populo ac desertus, vix duarum tribuum propter Dauid meritum habere potuit societatem. Ambro. Offi. 2. cap. 18.

9. Conatus est ascendere. f. Cum audissent Ieroboam rediisse ex Ægypto, vbi fugerat timore Salomonis. Fugerat enim cum aliis in Sicheim, & per hoc fuit divulgatus vbi que aduersus eius. De Lyra.

g. Diuisum est regnum Israelitarum in duo regna: vnum in die & tribuum: alterum Israel, 20. tribuum.

h. Tribus Benjamin secuta est Roboam occasionaliter, quia non poterat se separare à tribu Iuda in cuius medio habitauit. Similiter tribus Levi, quoniam locus diuini cultus & sacrificiorum erat in Ierusalem. Diony. Carr. 21. Vniuersusque.

i. Non est itaque dubitandum, voluntati dei, qui in celo & in terra omnia quæcunque voluit fecit, & qui etiam illa quæ futura sunt fecit, humanas voluntates nõ posse resistere, quominus faciat ipse quod vult: quando qui dem etiam de ipsa hominum voluntatibus quod vult, & vult fecit. Euche. ibidem.

12. Facta est res ista, & infra.

dicentes: ^b Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis, tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui durissimo, & de iugo grauissimo quod imposuit nobis, & seruiemus tibi. Qui ait eis: Ite vsque ad tertium diem, & reuertimini ad me. [†] Cumque abiisset populus, iniecit consilium Rex Roboam cum senioribus, qui assistebant coram Salomone patre eius, cum adhuc viueret, & ait: Quod datis consilium, vt respondeam populo? Qui dixerunt ei: Si hodie ² obedieris populo huic, & seruietis, & petitioni eorum cesseris,] locutusque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi serui cunctis diebus. [†] Qui dereliquit consilium senum quod dederant ei, & adhibuit] adolescentes qui nutriti fuerant cum eo, & assistebant illi, dixitque ad eos: Quod mihi datis consilium, vt respondeam populo huic, qui dixerunt mihi: leuius fac iugum quod imposuit pater tuus super nos? Et dixerunt ei iuuenes qui nutriti fuerant cum eo: [†] Sic loquere populo huic, qui locuti sunt ad te, dicentes: [†] Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, tu releua nos. [†] Sic loqueris ad eos: [†] Minimus digitus meus grossior est dorso] patris mei. Et nunc pater meus ^{*} posuit super vos iugum graue, ego autem addam super iugum vestrum. Pater meus [†] cecidit] vos flagellis, ego autem cædã vos ^c scorpionibus. Venit ergo Ieroboam, & omnis populus ^d ad Roboam, die tertia, sicut locutus fuerat Rex, dicens: reuertimini ad me die tertia. Responditque Rex populo dura, derelicto consilio seniorum quod ei dederant, & locutus est eis secundum consilium iuuenum, dicens: Pater meus aggrauauit iugum vestrum, ego autem addam iugo vestro. Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus. [†] Et non acquieuit Rex populo, quoniam ^e auerlatus fuerat eum dominus, vt suscitaret] verbum suum, quod locutus fuerat in manu Abiæ Silonitæ ad Ieroboam filium Nabath. [†] Videns itaque ⁷ populus] quod noluisset eos audire Rex, respondit ei, dicens: Quæ nobis pars in Dauid, ⁸ vel quæ] hæreditas in filio Isai? Vade in tabernacula tua Israel. Nunc vide domum tuam Dauid. ⁹ Et abiit Israel in tabernacula sua. Super filios autem Israel, quicumque habitant in ciuitatibus Iuda: regnauit Roboam. [†] Misit ergo Rex Roboam Aduram, qui erat super tributa: & lapidauit eum omnis Israel, & mortuus est. Porro rex Roboam ⁹ festinus ascendit] currum, & fugit in Ierusalem, recessitque Israel à domo Dauid vsque in præsentem diem. [†] ^f Factum est autem cum audisset omnis Israel quod reuersus esset Ieroboam, miserunt & vocauerunt eum congregato cœtu, & constituerunt eum ^g regem super omnem Israel, nec secutus est quisquam domum Dauid præter tribum Iuda solam. [†] Venit autem Roboam Ierusalem, & congregauit vniuersam ¹⁰ domum] Iuda ^h & tribum Benjamin, centum octoginta milia electorum virorum, & bellatorum: vt pugnarent contra domum Israel, & reduceret regnum Roboam filio Salomonis. [†] Factus est autem sermo domini ad Semeiam virum dei, dicens: Loquere ad Roboam filium Salomonis Regem Iuda, & ad omnem domum Iuda, & Benjamin, & reliquos de populo, dicens: Hæc dicit dominus: [†] Non ascendetis, neque bellabitis contra fratres vestros filios Israel. Reuertatur [†] vir] in domum suam. [†] A me enim ¹² factum est verbum hoc. Audierunt sermonem domini, & reuersi sunt de itinere, sicut eis præceperat dominus. Edificauit autem Ieroboam Sicheim in monte Ephraim, & habitauit ibi. Et egressus inde edificauit Phaniel. Dixitque Ieroboam in corde suo: [†] Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, si ascen-

Ios. 8. 8. [†] 1. Para. 15. 4. An. ante Christi sum. 992. Anni mundi 2970. [†] 2. Para. 12. 2. Roboam. 4. Rex Iuda. an. 17.

[†] 16. q. 1. Eccl. 1. 1.

[†] Eccl. 47. d. [†] 2. Para. 10. 6.

[†] 1. Para. 10. d.

[†] 1. Para. 10. d.

[†] 1. Para. 10. d.

[†] 1. Para. 10. d.

[†] 7. q. 1. De hinc. An. ante Christi sum. 992. Anni mundi 2970. Ieroboam, 1. Rex Israel. an. 22. [†] 2. Para. 12. 2. Eccl. 47. d.

[†] Tob. 12.

[†] 1. Para. 10. d.

^kascenderit populus iste, vt faciat sacrificia in domo domini in Ierusalem, & conuertetur cor populi huius ad dominum suum^o Roboam regem Iuda, interficientque me, & reuertentur ad eum. Et excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, & dixit eis, ¹³Nolite vltra ascendere Ierusalem. † Ecce dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. ¹⁴Posuitque vnum in Bethel, & alterum in Dan: & factum est verbum hoc in peccatum. † Ibat enim populus¹⁴ ad adorandū vitulum] vsque in Dan. Et fecit phana in excelsis, † & sacerdotes de¹ extremis populi, qui non erat de filiis Leui^m Constituitque diem solennem in mense octauo, quintadecima die mensis, in similitudinem solennitatis quæ celebrabatur in Iuda. Et ¹⁵ascendens, altare] similiter fecit in Bethel, vt immolaret vitulis quos fabricatus fuerat. Constituitque in Bethel sacerdotes excelsorum quæ fecerat, & ¹⁶ascendit] super altare quod extruxerat in Bethel, quintadecima die mensis octauo, quem finxerat de corde suo. Et fecit solennitatem filiis Israel, & ¹⁷ascendit] super altare, ¹⁸vt adoleret] incensum.

Propheta certis conditionibus ad Ieroboam missus, completo munere rediens, a leone fractis conditionibus occiditur.
XIII.

A T ecce^a vir dei venit de Iuda in sermone domini in Bethel Ieroboam stante¹ super altare, & thus iaciente. Et exclamauit contra altare in sermone domini, & ait: Altare, altare, hæc dicit dominus: † Ecce filius nascetur domui Dauid, Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nunc² in te] thura succendunt, & ^bossa hominum super te incendet. Deditque in illa die signum, dicens: Hoc erit signum quod locutus est dominus: Ecce altare scindetur, & effundetur cinis, qui in eo est. Cūque audisset Rex sermonem hominis dei, quem inclamauerat contra altare in Bethel, extendit^{*} manum suam de altari, dicens: apprehendite eum, & ^cexaruit manus eius, quam extenderat contra eum, nec valuit retrahere eam ad se. ⁵Altare quoque scissum est, & effusus est cinis de altari, iuxta signum quod prædixerat vir dei in sermone domini. Et ait Rex ad virum dei: Deprecare faciem domini dei tui, & ora pro me: vt restituatur manus mea mihi. Orauitque vir dei faciem domini, & reuersa est manus Regis ad eum, & facta est sicut prius fuerat. Locutus est autem Rex ad virum dei: Veni mecum domum vt prandeas, & dabo tibi munera. Responditque vir dei ad Regem: Si dederis mihi mediam partem domus tuæ, non veniam tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco isto. Sic enim mandatum est mihi in sermone domini præcipientis: ⁸Non comedes panem, neque bibes aquam, nec reuertêris per viam quauenisti. Abiit ergo per aliã viam, & non est reuersus per iter quo venerat in Bethel. ⁹Prophetes autẽ quidam senex habitabat in Bethel, ad quem³ venerunt filij sui, & narrauerunt] ei omnia opera quæ fecerat vir dei illa die in Bethel. Et verba quæ locutus fuerat ad regem narrauerunt patri suo. Et dixit eis pater eorum: Per quam viam abiit? Ostenderunt ei filij sui viam per quam abierat vir dei: qui venerat de Iuda. Et ait filiis suis: Sternite mihi asinum. Qui cū strauissent, ascendit, & abiit post virum dei, & inuenit eum sedentem subtus terebinthum. ⁶Et ait illi: Tūc es vir dei qui venisti de Iuda? Respondit ille: Ego sum. Dixitque ad eum: Veni mecum domū, vt comedas panem. Qui ait: Non possum reuerti, ⁴neque venire] tecum, nec comedam panem, nec bibam aquam in loco isto, quia locutus est dominus ad me in sermone domini, dicens: ⁷Non comedes panem, & non bibes aquam ibi, nec reuertes per viam qua ieris. Qui ait illi: Et ego propheta sum] similis tui, & angelus locutus est mihi in sermone domini, dicens: Reduc eum tecum in domum tuam, vt comedat panem, & bibat aquam. ⁷Fefellit eum, ⁷& reduxit secum. Comedit ergo] panem in domum eius, & bibit aquam. ⁸Cūque sederent ad mensam, factus est sermo domini ad prophetam qui reduxerat eum: Et exclamauit ad virum dei, qui venerat de Iuda, dicens: Hæc dicit dominus: quia non obediens fuisti ori domini, & non custodisti mandatum quod præcepit tibi dominus deus tuus, & reuersus es, & comedisti panem, & bibisti aquam

k. Probabiliter enim credebatur quod per sacerdotes populi ad hoc induceretur, vel si non possent induci, per Roboam detineretur quouique Israel ei fidelitatem, & consentiret in morte Ieroboam. De Lyra.
13. Satis est vos ascendisse in Ierusalem, vel multum est vobis ascendere in Ierusalem.

14. Propter vnum.
1. Hoc est, tam de maioribus, quæ de infimis populi, qui dicuntur extremitates populi.
11. Constituit diem solennem dedicationis decimaquarta die Septembris, ad similitudinem eius quam constituerat Moyses & Iudas Machabæus. Diony. Carr.
15. Offerbat super altare & sic.
16. Faciebat holocausta.

17. Obtulit.
18. Atque adoleuit.

a. In dedicatione autem altaris quod fuit in Bethel, vir dei de Iuda, vt contra altare illud prophetauit, a dño mittitur: quo adueniente, duo terribilia signa ostenduntur: Nã & altare in duas partes statim in hora holocausti scinditur, & integra ipsius Regis arida manus sicatur. Aug. de mirabili sacra scriptura, lib. 2. cap. 14.

1. Iuxta altare vt adoleret.
2. Super te.
b. Iosias ossa sepulchrorum quæ in monte erant, super hoc altare combussit, vt patet 4. Reg. 23. d.

* Ieroboam.
c. Quis igitur deos colat, qui nec defendere se quasi dii, nec abscondere quasi homines possunt? At in templo dei cū Ieroboam Rex sceleratissimus dona quæ pater eius posuerat auferret, ac super sanctum altare stabat idolis, dextera eius quæ tendente, aruit: nec sua ei quæ inuecabat idola profuerunt. Deinde cõuersus ad dominum rogauerunt eum, statimque manus eius que aruerat iterum sana est religione. Tam inuitum in vno & misericordie diuine & indignationis exemplum extitit, vt sacrificanti subito dextera adiret, poenitenti venia daretur. Amb. de virginib. lib. 3. d. Ille pseuodophaeta princeps erat sacerdotum, & valde à rego colebatur, tanquam diuinus. Timens autem ne per sermonem viri dei rex à cultura idolorum recederet, & se tanquam masculum interficeret, exegit eum vt viri dei deciperet suis aliquid agens, vt dñs transfereret præceptum dei, illius itam inuenteret sicut postea fecit cum magistro homini quàm deo credidit.

1. Venit filius suus & narrauit.
2. Igitur propheta qui à deo missus fuerat in Bethel, vt increparet Ieroboam super idololatriam quam gessit, & à falso propheta seductus, comedit ibi & bibit contra præceptum domini, & propterea in via à leone occisus est Angelomus. ibidem.

3. Sicut tu.
4. Ut ingrediar.
5. Mentis que est ei: Reuersus est igitur cum illo, & comedit.
6. Timuit enim ille bonus propheta offendere deum nõ obediendo cõmissioni diuine factæ per angelum, vt putauit, tamen non debebat ita facile credere, sed domini innocere, vt sibi super hoc veritate ostenderet, sicut ait Ioan. Apost. Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus virum ex deo sint. Diony. ibidem.

Exod. 32. b. Fil. 105. e

12. 2. 25. 11. c

1. 1. q. cap. Si quis inquit. Exod. 32. b.

101. 8. 8.

14. Reg. 23. d

101. 8. 9.

1. 1. q. ca. Si quis inquit.

17. q. 1. Deni. 9. c.

in loco in quo præcepit tibi ne comederes panem, neque biberes aquam, non inferetur cadaver tuum in sepulchrum patrum tuorum. Cumque comedisset, & bibisset, stravit asinum suum propheta quem reducerat. Qui cum abisset, inuenit eum leo in via, & occidit: & erat cadaver eius proiectum in itinere. Asinus autem stabat iuxta illum, & leo stabat iuxta cadaver. Ecce viri transeuntes viderunt cadaver proiectum in via, & leonem stantem iuxta cadaver. Et venerunt & diuulgauerunt in ciuitatem in qua propheta ille senex habitabat. Quod cum audisset propheta ille qui reducerat eum de via, ait: Vir dei est, qui inobediens fuit ori domini, & tradidit eum dominus leoni, & confregit eum, & occidit iuxta verbum domini quod locutus est ei. Dixitque ad filios suos: Sternite mihi asinum. Qui cum strauissent, & ille abisset, inuenit cadaver eius proiectum in via, & asinum & leonem stantes iuxta cadaver. Non comedit leo de cadavere, nec læsit asinum. Tulit ergo propheta cadaver viri dei, & posuit illud super asinum, & reuersus intulit in ciuitatem prophetæ senis, ut plangerent eum. Et posuit cadaver eius in sepulchro suo. Et planxerunt eum: heu-heu mi frater. Cumque planxissent eum, dixit ad filios suos: Cum mortuus fuero, sepeliteme in sepulchro, in quo vir dei sepultus est: iuxta ossa eius ponite ossa mea. Profecto enim veniet sermo quem prædixit in sermone domini contra altare quod est in Bethel, & contra omnia fana excelsum, quæ sunt in urbibus Samariæ. Post verba hæc non est reuersus Ieroboam de via sua pessima, sed e contrario fecit de nouissimis populis sacerdotes excelsum. Quicumque volebat implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsum. Et propter hanc causam peccauit domus Ieroboam, & euerfa est, & deleta de superficie terræ.

Prophetia Abia super morte Ieroboam & Abia filij eius, regnum Iuda ob idololatriam prædæ exponitur. XIIII.

IN tempore illo ægrotauit Abia filius Ieroboam. Dixitque Ieroboam vxori suæ: Surge, & commuta habitum, ne cognoscaris quod sis vxor Ieroboam, & vade in Sylo, vbi est Ahias propheta, qui locutus est mihi, quod regnaturus essem super populum hunc. Tolle quoque in manu tua decem panes, & crustulam, & vas mellis, & vade ad illum. Ipse enim indicabit tibi quid euenturum sit puero huic. Fecit ut dixerat Ieroboam, vxor: & confurgens abiit in Sylo, & venit in domum Ahia. At ille non poterat videre, quia calligauerant oculi eius præ senectute. Dixit autem dominus ad Ahiam: Ecce vxor Ieroboam ingreditur, ut consulat te super filio suo, quia ægrotat. Hæc & hæc loqueris ei. Cum ergo illa intraret, & dissimularet se esse quæ erat, audiuit Ahias sonitum pedum eius introeuntis per ostium, & ait: Ingredere vxor Ieroboam. Quare aliam te esse simulas? Ego autem missus sum ad te durus nuntius. Vade, & dic Ieroboam. Hæc dicit dominus deus Israel: Quia exaltaui te de medio populi, & dedi te Ducem super populum meum Israel: & scidi regnum domus Dauid, & dedi illud tibi, & non fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata mea, & secutus est me in toto corde suo, faciens quod placitum esset in conspectu meo: sed operatus es male, super omnes qui fuerunt ante te, & fecisti tibi deos alienos, & conflatiles, ut me ad iracundiã prouocares, me autem proiecasti post tergum tuum: idcirco ecce ego inducam mala super domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentem ad parietem, & clausum & nouissimum in Israel, & mundabo reliquias domus Ieroboam, sicut mundari solet simus vsque ad purum. Qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate, comedent eos canes: qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aues cæli: quia dominus locutus est. Tu igitur surge, & vade in domum tuam, & in ipso introitu pedum tuorum in urbem, morietur puer, & planget eum omnis Israel, & sepeliet. Iste enim solus inferetur de Ieroboam in sepulchrum, quia inuentus est super eo sermo bonus à domino deo Israel in domo Ieroboam. Constituet autem sibi dominus Regem super Israel, qui percutiet domum Ieroboam in hac die, & in hoc tem-

8. Ei asinum propheta ille qui reducerat eum.
9. Iustus autem erat non maldicare nec bibere, qui pro eo quod deceptus est à Pseudopropheta, & inobediens fuit verbo domini, à leone in via interepus est. Equidem homo cuiuslibet sit meritum, si conditoris sui protectione deforatur, quæ nimium protectionis minus necessitas creditur, si semper habeatur, ad vilitatem plurimque subtrahitur, ut sibi meriti homo, quia sine illa nihil sit ostendatur. Euche. ibid.
f. Homo difficulter excusatur à diuini transgressionis præcepti, imo & facilius incidit in eam: quia propheta ille non obstante quod credidit dominum præcepisse quod falsus ille asseruit, nihilominus iudicatus est inobediens fuisse. Henricus de Halla ibidem.
10. Atque rediit: & venit propheta ille senex in ciuitatem, ut lugeret, & sepeliret eum.
g. Inuenimus in regnorum libris semper prophetam minari alteri prophetam, qui eius transgressus est verbum, quod non inferretur cadaver eius in sepulchrum patrum eius. Aug. de cura pro morte. agenda. cap. 7.
11. Factumque est postquam sepeluit eum, ut loqueretur eum filius suus, dicens.
12. Illi placebat, illius manum cõsecrabit.
13. Factumque est res ista in peccatum domus Ieroboam, vel. Et hoc factum est in peccatum domus Ieroboam.

* Questio.
1. Immutare, ut non cognoscatur.
a. Vxor Ieroboam infirmante filio pergit ad Ahiam hominem dei, dicit ei panes & vas pasas, & vasculum mellis. Dicitur enim quid illa fecit portauerit, & tamen propheta non scribitur accepisse: quippe cum & corripuerit eam, & verbum locutum prædixerit. Hier. sup. ca. 3. Mich.
2. Placens, & vitem.
3. Sciscitetur à te pro.

b. Cum illa missa sit ad illam, non ille ad eam, cur dicit: Ego autem missus sum, &c. Dicendum quod quedam est missio localis, quæ femina missa venit ad vatem, alia est missio spiritalis, quæ quis dicitur mitti, quia ad agendum aliquid deputatur, & igitur ordinatur. Sic propheta ille fuit missus, id est, directus à spiritu sancto ad loquendum huic feminae verba sequentia. Dio. ibi.
4. Dura nuntians.
5. Ut faceret quod rectum est.
c. Mingens ad parietem, idem est quod canis: Helias Leuites Ger manus. Ego autem dico magis conuenite ut exponatur de mafculo, qui in parietem mingere solet: femina enim non mingit ad parietem tam de viro quam de cane. Hæc ille.
6. Derelictum.
7. Sicut remouet quis simam, vel sterens, donec totum amoueat.
8. Inuenta est res bona in eo ergo domum.
d. Quoniam dirupit septa quibus pater suus verbat iter Ierusalem, cum poneret custodes & obseruatores viarum, ne quis diebus festis iter ad sacrificandum in Ierusalem. Dionysius.
9. Sed quale hoc nunc est.

† 13. q. 2. cap. Vniquaque, 9. Item d. d. 66. ait.

Ios. 3. ii.

† Sup. 11. f. 1. d. 1. ca. 1. dicit. Vt. Hoc ipsum. 4. Reg. 4. c.

† Inf. 16. h. & 21. f.

† Inf. 16. h. & 21. f.

Roboam, Ieroboam, Basam, Regum III. 287

^D tempore,] & percutiet dominus deus Israel, sicut moueri solet harundo in aqua. ^E Et euellet Israel de terra bona hac quam dedit patribus eorum, & ventilabat eos ^F trans flumen, quia fecerunt sibi lucos, vt irritarent dominum. Et tradet dominus deus Israel propter peccata Ieroboam, qui peccauit, & peccare fecit Israel. Surrexit itaque vxor Ieroboam, & abiit, & venit in ^G Therfa. Cúmque illa ingrederetur limen domus, puer mortuus est: & sepelierunt eum, & planxit eum omnis Israel, iuxta sermonem domini quem locutus est in manu serui sui Ahia: Prophetae. Reliqua autem verborum Ieroboam quomodo pugauerit, & quomodo regnauerit, ecce scripta sunt in libro verborum dierum Regum Israel. ^H Dies autem quibus regnauit Ieroboam, viginti duo anni sunt. ^I Et dormiuit, Ieroboam cum patribus suis: regnauitque Nadab filius eius pro eo. ^J Porro Roboam filius Salomonis regnauit in Iuda. Quadraginta & vnius anni erat Roboam, cum regnare cœpisset, decem & septem annis regnauit in Ierusalem ciuitate, quam elegit dominus vt poneret nomen suum ibi ^K ex omnibus] tribubus Israel. Nomen autē matris eius Naama Ammonitis.] Et fecit Iuda malum coram domino, & irritauerunt eum ^L super omnibus] quæ fecerant patres eorū in peccatis suis, quæ peccauerunt. ^M Edificauerunt enim & ipsi sibi ^N aras,] & statuas & lucos, super omnem collem excelsum, & subter omnem arborem frondosam, sed & ^O effœminati] fuerunt in terra, feceruntque ^P omnes abominationes gentium, quas ^Q attriuit dominus ante faciem filiorum Israel. ^R In quinto autem anno regni Roboam ascendit Sefac Rex Aegypti in Ierusalem, & tulit thesauros domus domini, & thesauros regios, & vniuersa diripuit: scuta quoque aurea, ^S quæ fecerat Salomon, pro quibus fecit rex Roboam scuta aerea, & tradidit ea in manu ^T ducum scutariorum, & eorum] qui excubabant ante ostium domus Regis. ^U Cúmque ingrederetur Rex in domum domini, portabant ea ^V qui præcundi habebant officium,] & postea reportabāt ad ^W armamentarium scutariorum. ^X Reliqua autem sermonū Roboam, & omnia quæ fecit, ecce scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Iuda. Fuitque bellum inter Roboam & Ieroboam cunctis diebus. Dormiuitque Roboam cum patribus suis, & sepultus est ^Y cum eis] in ciuitate Dauid. Nomen autem matris eius Naama Ammonitis. Et regnauit Abia filius eius pro eo.

Abia Regis contra Ieroboam, & Asa contra Basan praelia, & Iosaphat ac Nadab gesta. XV.

A Gitur in octauodecimo anno regni Ieroboam filij Nabath, regnauit Abia super Iudam. ^A Tribus annis regnauit in Ierusalē. Nomen matris eius ^B Maacha filia Abessalon: ambulauitque in omnibus peccatis patris sui quæ fecerat ante eum, nec erat cor eius perfectum ^C cum] domino deo suo, sicut cor Dauid patris sui. Sed propter Dauid dedit ei dominus deus suus lucernam in Ierusalem, vt suscitaret ^D filium eius post eum, & ^E & statueret] Ierusalem, eò quòd fecisset Dauid rectū in oculis domini, & nō declinasset ab omnibus quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ: ^F excepto sermone] Vriæ Hethæi. ^G Attamen bellum fuit inter ^H Abiam] & Ieroboam omni tempore vitæ eius. Reliqua autem sermonum Abiæ, & omnia quæ fecit: nōne hæc scripta sunt ^I in libro verborum dierum Regum Iuda: Fuitque praelium inter Abiam, & inter Ieroboam. Et dormiuit Abia cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid. Regnauitque Asa filius eius pro eo. ^J In anno ergo ^K vicésimo Ieroboam Regis Israel, regnauit Asa Rex Iuda: & quadraginta & vno anno regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Maacha, filia Abessalon, & fecit Asa rectum ante conspectum domini, sicut Dauid pater eius: & abstulit ^L effœminatos] de terra: ^M purgauitque vniuersas sordes idolorum,] quæ fecerant patres eius. ^N Insuper & Maacham matrem suam amouit, ne esset] Princeps in sacris Priapi, & in luco eius quem consecrauerat, subuertitque specum eius, & confregit simulacrum turpissimum, & combussit in torrente] Cedron. Excelsa autem non ^O abstulit.] Veruntamen cor Asa perfectū erat cum domino & deo suo] cunctis

^{a.} Quod impletum est quæ de captiuitate populi Israel in Assyrios tempore Osee ductus est. Vt 12. lib. 4. Regum delectum est. De Lyra. 3. b. g. d. e. f. Ultra Euphratam in Assyris, Persiam & Mesiam.

^{g.} Therfa regia erat Regum Israel ante constitutionem Samaritanæ, nō longe à Berthou & vniuersus diei ab Ierusalem, quæ ab Hebræis Tisavocatur, alia Therfa.

Mors Ieroboam.

^{h.} Expedita descriptione vitæ & mortis patris Regis decem tribuum, redit scriptum ad describendum facta regis Iuda, contemporanei eius Dionysii.

^{i.} Separatis decem tribubus à regno Roboam, sacerdotibus & Leuitis qui erant dispersi per decem tribus venerunt Ierusalem, vbi erat cultus dei: similiter alij qui habebant zelum legis dei, & roborauerunt regnum Roboam per tres annos in quibus rex & populus deo fideliter seruierunt, postea vero rex declinavit ad idolatriam, & consequenter populus exemplo eius. De Lyra.

^{10.} Pre cunctis.

^{11.} In pluribus quâni.

^{12.} Exce illa.

^{13.} Scoti a masculina.

^{14.} Iuxta.

^{15.} Eiecit.

^{k.} Offensus dominus contra Iudam, suscitauit Sene Regē Aegypti anno 5. regni Roboam, qui ingrediens Ierusalē pacis præcedentibus, eum ei resistere non potest, sed eum non seruauit, fecerat enim cum eo pactum de quorundam murorum destructione, quod transgressus est.

^{16.} Comestor.

^{17.} Horum qui præerant militibus.

^{18.} Satellites.

^{19.} Thalman militum.

^{1.} Hæuit autem Roboam vxores 18. concubinas vero 30. Nati sunt ei filij 28. filie vero 40.

^{2.} Comestor.

Mors Roboam.

^{28.} Iuxta patres suos.

1. 2. Par. 12. d.

Ios. 8. 10.

1. Sup. 16. e.

Ios. 8. 11. Anni ante Christi 977. Anni mundi 2187. 2. Par. 13. a. Abia. 4. Iuda. 20. b.

1. Par. 13. a.

1. 1. Reg. 12. a.

1. 2. Par. 14. a. An. ante Christum. 972. Anni mundi 2990. Asa. 6. Iuda. an. 41.

^{d.} Decimus octauus enim annus Ieroboam fuit primus Abia annus, & 20. eiusdem fuit Abia vltimus, qui & Asa primus.

^{5.} Scortatores.

^{6.} Remouit cuncta abostinatia idola.

^{7.} Domina, eò quòd ipsa fecisset in lucis simulacra, & extirpauit Asa simulacra illius, eò quòd sitque iuxta torrentem.

^{8.} Sunt ablata.

e Hoc intelligendū videtur sic quod pater eius Abia prestatam fortiter victorū cōtra Ieroboam vouerat deo auferre aurum & argentum vasa que pretiosa, sed paulo post ad idololatriam lapsus non impleuit. Afa verō intulit ea in templum, & domino deputauit ad vltim cultus diuinū. Diony.
 9. Permitteret quempiam.
 10. Ad Afa Regem.

f. Miser populus à deo alienat⁹ diligit quandā pacem suam nō improbandam, quā quidē non habebit in fine, quia nō bene ea veitur ante finem. Hanc autem vt habeat iniretim in hac vita, nostra etiā interest quoniam quā diu permixta sunt ambō ciuitates, vtriusque nos pater babylonis ex quā ita per hanc interrim peregrinatur. Aug. de ciuit. dei lib. 9. cap. 26. Quomodo ergo Afa frater pacem inter Basam Regē Israel, & Benadab regem Syriæ si possit esse iusta, vt ipse cum Benadab pacē iniret, ideo videtur Afa peccasse. Dio.
 21. Duces militū, quos habuit.
 22. Bethmaacha.
 23. Cum omni terra.
 24. Mansit.

g. Dicendum qd Nadab non regnauit per duos annos in regno, ideo non dicitur quod interitus fuerit anno quarto regis Afa. Diony. ibidem.
 16. Et conspirauit in eum.
 h. Hic Basa non fuit de genere Ieroboam, quia in Regibus nō semper successit filius patri, sed raro. Regnū verō Iuda nunquā excessit genus suum: quia filius semper patri successit, vt continetur ligna Christi. Comest.
 i. Annus tertius Afa regis Iuda fuit vltimus Nadab, & primus Basa.

k. Basa qui Nadab occidit tertio anno regni Afa regnare incipiens 24. annis regnauit. Intelligenti tamen qd Basa vsque ad 27. annū Regis Afa daucaurie: quomodo ergo dicitur Ela filius Basa 26. anno regni regis Afa regnare cepisse, & duobus annis regnasse, nisi quia 26. annum regis Afa, & primam partē 27. anni eum patre, & posterio rem eiusdem anni partē regnauit sine patre. Nā in fine ipsius anni 27. Zambri ipsum occidit & pro eo septem diebus regnauit. Richar. de S. Victor. de concordia Regum Iuda & Israel.
 17. Irritationem suam qua.

diebus suis, & intulit^e ea quæ sanctificauerat pater suus, & vouerat in domum domini: argentum & aurum & vasa. Bellum autem erat inter Afa & Basa Regem Israel: cunctis diebus eorū. Ascendit quoque Basa rex Israel in Iudam, & ædificauit Ramā, vt non⁹ posset quispiam] egredi vel ingredi¹⁰ de parte Afa Regis] Iuda. ⁸ Tollens itaque Afa omne argentum & aurum quod remanserat in thesauris domus domini, & in thesauris domus regis, dedit illud in manus seruatorum suorum: & misit ad Benadab filium Tabremon, filij Ezion, Regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicēs: ^f Fœdus est inter me & te, & inter patrem meum & patrem tuum: ideo misi tibi munera argentum & aurum, & peto] vt venias, & irritum facias fœdus quod habes cū Basa rege Israel, & recedat à me. Acquiescens Benadab Regi Afa, misit ¹¹ Principes exercitus sui] in ciuitates Israel: & percusserunt Ahion & Dan & Abel ¹² domum Maacha:] & vniuersum Cenneroth, ¹³ omnem scilicet terrā] Neptalim. ⁸ Quod cū audisset Basa intermisit ædificare Rama, & ¹⁴ reuersus est] in Therfa. Rex autē Afa ¹⁵ nuncium misit in omnem Iudam, dicens: Nemo sit excusatus. Et tulerunt lapides de Rama & ligna eius, quibus ædificauerat Basa: & extruxit de iisdem Rex Afa ¹⁶ Gabaa Benjamin & Maspha.] Reliqua autem omnium sermonum Afa & vniuersæ fortitudines eius, & cuncta quæ fecit, & ciuitates quas extruxit, nōne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iuda? [†] Veruntamen in tempore senectutis suæ doluit pedes: & dormiuit cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid patris sui, regnauitque Iosaphat filius eius pro eo. ⁸ Nadab verō filius Ieroboam regnauit super Israel, anno secundo Afa Regis Iuda: regnauitque super Israel duobus annis: & fecit quod malum est in conspectu domini: & ambulauit in viis patris sui, & in peccatis eius, quibus peccare fecit Israel. ¹⁶ Infidiatus est autem ei] ^h Basa filius Ahia de domo Isachar: & percussit eum in Gebbethon quæ est vrbs Philistinorum: Si quidem Nadab & omnis Israel obsidebant Gebbethon. Interfecit ergo illum Basa in ¹ anno tertio Afa Regis Iuda, ^k & regnauit pro eo. Cūque regnasset, percussit omnem domum Ieroboam. ⁸ Non dimisit ne vnā quidem animam de femine eius, do nec deleret eum, [†] iuxta verbum domini quod locutus fuerat in manu serui sui Ahia Silonitis: propter peccata Ieroboam, quæ peccauerat, & quibus peccare fecerat Israel, & propter ¹⁷ delictum quo] irritauerat dominum deum Israel. Reliqua autem sermonum Nadab, & omnia quæ operatus est, nōne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Israel? Fuitque bellum inter Afa & Basa Regem Israel, cunctis diebus eorum. Anno tertio Afa Regis Iuda regnauit Basa filius Ahia super omnem Israel in Therfa vigintiquatuor annis. Et fecit malum coram domino: ambulauitque in viis Ieroboam, & in peccatis eius, quibus peccare fecit Israel.

Mortuo Basa successit Ela filius eius, quem Zambri occidit, & rotam Basæ domum, Zambri verò se occidit: cui successit Amri, Abiel reedificante in malum suum Iericho. XVI.

a. Iehu filius Anani propheta domini contra perditos principes missus, vt illis peccata sua pariter & peccatorū stipendium annuntiaret, à Basa rege Israel in neruum coniectus est, & tandem occisus ab eo. Veruntamen quæcūque illi Iehu prædixerat, sibi & domui suæ euenerunt per Zambri seruum suum.
 b. Extripabo posteros Basa, & posteros domus eius.
 1. In agro.
 2. Fortitudo.
 Mors Basa.
 c. Occisus est autem, vt dicit Iosephus, à Cecoie commilitone suo. Comestot post Iosephū.



Actus est autem sermo domini ad ^a Iehu filium Anani contra Basa, dicē: Pro eò quò exaltaui te de puluere, & posui te ducem super populum meum Israel, tu autem ambulasti in via Ieroboam, & peccare fecisti populum meum Israel, vt me irritares in peccatis eorum: ecce ego ^b demetam posteriora Basa, & posteriora domus eius, & faciam domum tuam [†] sicut domum Ieroboam filij Nabath: qui mortuus fuerit de Basa in ciuitate, comedent eum canes: & qui mortuus fuerit ex eo ¹ in regione,] comedent eum volucres cœli. Reliqua autem sermonum Basa, & quæcūque fecit, & ² prælia] eius, nōne hæc scripta sunt [†] in libro verborum dierum Regum Israel? ^c Dormiuit ergo Basa cum patribus suis, sepultusque est in Therfa, & regnauit Ela filius eius pro eo. Cū autem in manu Iehu filij Anani prophetae verbum domini factum esset cōtra Basa, & contra domum eius, & contra omne malum quod fecerat coram domino ad irritandum

† 2. Par. 16. d. An. ante Christum. 971. Anni mundi 1991. Nadab. 2. H. rael. an. 2. An. ante Christum. 969. Anni mundi 2991.

† Sup. 14. e. Basa. j. infra. et. an. 14.

Ios. 8. 11.

† Sup. 14. e. & 15. f. Infra. 2. f.

† 2. Par. 16. d.

tandum eum in operibus manuum suarum, vt fieret sicut domus Ieroboam^d ob hanc causam occidit eum: & hoc est Iehu filium Anani prophetam.] Anno vicefimo sexto Afa regis Iuda regnavit Ela filius Baafa super Israel in Therfa, duobus annis: & ³ rebel- lauit] contra eum seruus suus Zambri dux mediæ partis ⁴ equitum.] Erat autem Ela in Therfa bibens, & temulentus in domo Arfa præfecti Therfa. ⁵ Irrens ego Zam- bri percussit & occidit eum, ⁶ anno vicefimosextimo Afa regis Iuda, & regnavit pro eo. Cùmque regnasset & sedisset super solium eius, percussit omnem domum Baafa, & non dereliquit ex ea mingentem ad parietem, propinquos & amicos eius. Delevit- que Zambri omnem domum Baafa, iuxta verbum domini, quod locutus fuerat ad Baafa in manu Iehu prophetæ, propter vniuersa peccata Baafa, & peccata Ela filij eius, qui peccauerunt, & peccare fecerunt Israel, prouocantes dominum deum Israel in vanitatibus suis. Reliqua autem sermonum Ela, & omnia quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Israel? Anno vicefimosextimo Afa Regis Iuda regnavit Zambri septem diebus in Therfa. ⁷ Porro exercitus obsidebat Gebbethon urbem Philistinorum. ⁸ Cùmque audisset rebelasse Zambri & occidisse Regem: fecit sibi Regem omnis Israel ⁹ Amri, qui erat Princeps militiæ super Israel in die illa in castris. Ascendit ergo Amri, & omnis Israel cum eo, de Gebbethon, & obsidebant Therfa. Videns autem Zambri quod ⁶ expugnanda esset] ciuitas, ingres- sus est palatium, ^{*} & succendit se cum domo regia: & mortuus est in peccatis suis, quæ peccauerat, faciens malum coram domino, & ambulans in via Ieroboam: & in peccato eius quo fecit peccare Israel. Reliqua autem sermonum Zambri & ⁷ insi- diarum] eius & Tyrannidis, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Israel? ⁸ Tunc diuisus est populus Israel in duas partes. Media pars populi sequebatur Thebni filium Gineth, vt constitueret eum Regem: & media pars Amri. Præualuit autem populus qui erat cum Amri, populo, qui sequebatur Thebni filium Gineth. Mortuusque est Thebni, & regnavit Amri. ⁹ Anno tricesimoprimum Afa regis Iuda, regnavit Amri super Israel duodecim annis. In Therfa regnavit sex annis, emitque montem Samariæ à Somer duobus talentis argenti, & ædificauit eum, & vo- cauit nomen ciuitatis quam extruxerat, ^h nomine Somer^s domini montis] Samariæ ⁹ Fecit autem Amri malum in conspectu domini, & operatus est ⁹ nequiter super] om- nes qui fuerunt ante eum. Ambulauitque in omni via Ieroboam filij Nabath, & in peccatis eius, quibus peccare fecerat Israel: vt irritaret dominum deum Israel in va- nitatibus suis. Reliqua autem sermonum Amri, & ¹⁰ prælia eius quæ gessit,] hæc nonne scripta sunt in libro verborum dierum Regum Israel? Dormiuitque Amri cum pa- tribus suis, & sepultus in Samaria, regnavitque Achab filius eius pro eo. ¹ Achab verò filius Amri regnavit super Israel ^k anno tricesimo octauo Afa regis Iuda. Et regnavit Achab filius Amri super Israel in Samaria, viginti & duobus annis. ² Et fecit Achab filius Amri malum in conspectu domini, super omnes qui fuerunt ante eum ¹¹ Nec suffecit ei vt ambularet] in peccatis Ieroboam filij Nabath: in super duxit vxorem Iezabel filiam Ethbaal Regis Sidoniorum. Et abit, ¹ & seruiuit Baal, & adorauit eum: & posuit aram Baal in templo Baal, quod ædificauerat in Samaria, & plantauit lucum. Et addidit Achab in ¹² opere suo, irritans] dominum deum Israel, super omnes reges Israel, qui fuerunt ante eum. In diebus eius ædificauit ¹³ Ahiel de Bethel Iericho. In Ab- iram ^m primitiuo suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius: [†] iuxta verbum domini quod locutus fuerat in Manu Iosue filij Nun.

Elias cælum claudit tribus annis, & pascuus à coruis tandem pascitur à muliere Sare- ptana anctæ farina & oleo, filioque eius tandem suscitato. X VII.



ET Dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab: [†] Viuit domi- nus deus Israel, in cuius conspectu sto, ^a si erit annis his ros & pluuia nisi iuxta oris mei verba. Et factum est verbum domini ad eum, dicens: Recede hinc, & vade contra orientem, & abscondere in torrente Carith, qui est

[d. Quod refertur ad Nadab quem occidit Baafa: quapropter iste Baafa, cum sua posteritate meruit deleri non solum quia subleuit in vis Ieroboam, sed etiam quia occidit Nadab dominum suum proditorie: & maxime quia fuit ita malus vel peior quam Nadab. De Lyra. 1. Conspirauit.

4. Curruum. Legitur autem quod est exer- citus autem regis bellasse zambri, & occidisse Regem: sicut sibi Re- gem omnis Israel Amri. Con- stat ergo quod idem annus fue- rit Amri regnandi primus, qui fuit regi Afa. 28. Quid ergo est quod de ipso legitur: quod reg- nauit regni Afa. 31. anni? Sed scimus quod rebellante Thebni, media pars populi se- quabatur vni, & media pars a- lii. Quod ergo dicitur regnasse anno Afa 31. intelligitur de eo tempore dictum, quando mor- tuo idem Thebni, cepit regnare in toto. Richar. de sancto Vi- ctore, de concordia Regum Iuda & Israel.

5. Audiuit autem populus in castris à dicente: conspirauit zambri, & occidit. [f. anno 31. Afa regis Iuda reg- nauit Amri super Israel duo- decim annis in Therfa regna- uit sex annis. Pareo ergo quo- modo Zambri irrens occidit Ela anno vicefimosextimo Afa regis Iuda. Delevit etiam omnem domum Baafa. Quod cum audisset exercitus fecit si- bi regem Amri principem mili- tiæ obsidentium Therfa, in qua erat Zambri, quod eum videtur captum incendit se & domum. Anno igitur regni Afa. reg- nauit Amri super Israel 12. annis à prima sua electione. Dionysius 3. 6. Caperetur. * Iohannes Regis.

7. Conspirationis eius quam concitauit. Hoc anno mortuus est Theb- ni cum Amri correghans, & co- firmatus est regnum Amri vsque ad 38. annum Afa Regis Iuda, à cuius anno 27. inciperet, & sic 12. annis regnauit. [h. hic nominauit eum Somerem à Somar priore domino. Et est metropolis regni: Et postea om- nis regio ab eo monte Soma- ria est appellata: quæ nunc Se- baste vocatur, vbi illa Ioannis Baptistæ quiescit. Glo. ord.] 8. Qui fuerat dominus montis, 9. Decretus quidam.

10. Omnia quæ fecit atque for- titudo eius quam ostendit. [Achab cepit regnare tricesi- mo octauo regni Afa regis Iuda: sed præter vitulos aureos Ieroboam adorauit Baal deum Sidoniorum, quoniam duxerat in vxorem Iezabel filiam regis Sidoniorum. De Lyra.] k. Hicannus vitimus est Amri, & primus Achab filij eius.

11. Nihil leue sibi videbatur am- bulare. l. Cum à rege Achab altare es- set idolo constitutum ad ver- bum prophetæ tribus annis & sex mensibus ros pluuia non occidit super terram. Ambro- de Elia, cap. 2. 12. Vt faceret ea quibus irrita- ret.

13. Hiel. m. Hoc est, primogenito in sta- damentorum collocacone, & supremo in ostiorum appen- sione.

Anni ante Christum. 947. Anni mundi. 3015. Ela 4. Israel. 14. Reg. 9. 5.

4. Reg. 9. 5. Anni ante Christum. 946. Anni mundi. 3016. Zambri 6. 16. reg. 7. dieb.

Anni ante Christum. 942. Anni mundi. 3010. Amri 6. 16. reg. 12. 11.

Anni ante Christum. 931. Anni mundi. 3029. Achab 7. 16. reg. 10. 11. d.

† Ios. d.

Ios. 8. 19. Ios. 8. 2. Erch. 8. 9. 4. Reg. 9. 6. Ios. 8. 10. 32. q. 4. c. Si illic. 4. Sed obicitur. Ios. 6. d.

a. Iram dei vniuersa creatura testatur, cum creatura rationalis sese Baal figmentique ad- dixit. Chryf. de Elia. Digna po- na que intemperantiam dignè coerecet, vt oculi impis clau- deretur, qui terrena polluerat, Ambr. de Elia. cap. 2.

lib. Quæ deus super naturaliter operatur, optima sint, sicut vinum quod Christus ex aqua se in nuptiis. Sic de panibus & carnibus Elias supernaturaliter apportatis, dicendum videtur quod erant valde boni saporis. Quemadmodum etiam in primo libro vitaspatrum refert Ieronimus. Iohannes Chryso. super Iouan. ca. 2.]
 c. Quia vero illud, quod est in omni terra esse fames maxima, videtur tamē extra deo non defuisse, aque ad altendam eam propheta directus est. Ambro. de viduis.
 1. Zarphath [zarphat etiam dicitur interdum Galliam in Andia legi, & zarphati Gallia. d. Non sermone, sed in spiritu. Chryso.].
 *Quæso.
 f. Post hæc iubetur Elias proficisci in Sareptam Sidoniorum, vt pascatur a vidua. Sic enim ad eum Dominus dixit: Vade in Sareptam Sidoniarum: ego mandauit viduæ vt pascat te. Aug. Sem. 2. 0. ad Tempore.]
 g. Si est mihi panis coctus: habeo liquidum in cado farina, sed quæ vix manū implere potest.
 *Coctum.
 *Ipsum.
 3. Farina cadi.
 f. Neque enim humane facultatis est dicere. Hydria farina non defecit &c. Nam licet mos sit ita pascari prophetis, tamē hic vera dei vox est. Ideo præmissum est Quia hæc dicit dominus. Domini enim est perpetuitatem sacramentorum habere celestium, & non defuturum spiritualis exaltationis gratiam polliceri, largiri munus etiam vite, fidei signacula, dona virtutum. Ambro. de viduis.
 g. Opulentos fames occidit & vidua filios dominus per Eliam pascit. Chryso.
 *4. Per dies multos. Et farina de cado.
 h. Ac si diceret: O domine restis huius viduæ cum qua ego habito, tu malefecisti vt occideres filium eius vt in re ligatur quod vique dominus: qui restis cordis filius mulieris, videbat quanta esse pietas, unde etiam filiam ipse ad eam miserat, non malefaciendi causa, mortificauerit filium eius, sed exhibendi miraculi ad gloriam nominis sui, qua tantum propheta, & tunc viuens, & posteris commendaret. Aug. ad Simplicia. lib. 2. quæst. 5. De quo tradunt Hebræi quod ipse postea Ionas propheta fuerit: quem de ventre ceti glaucæ euoluit tribus diebus dominus absoluit. Idem de mirabilibus factis scripturæ. lib. 2. ca. 17.
 5. Manto, vel habitu.
 a. Videtur quod redierit anno 4. Cuius durauerit. 3. an. ed. 6. men. vt Iaco. 5. dicendum quod fames iam per 6. Menses inceperat antequam discederet: & tunc 3. anno rediit.
 b. Occiderit impij prophetas, occiderit impij & propheta: flagellauerunt Iudæi Christum, Iudæos flagellauerit & Christus: traditi sunt apostoli ab hominibus humane potestati, tradiderunt apostoli homines potestati satanæ. Aug. Vicentio Do. nascita.
 c. Te Abdias princeps exercitus Israel, cuius nomē interpretatur seruus Domini illos presertim qui ex principibus Iudæorum crederent, & erant oculi discipuli, vt Nicodemus & Iosaph ab Arimathia. Gloss. ordinaria.
 1. Ad omnes torrentes.
 *Solut.
 2. Solut.
 d. Hoc est, ob quæ culpam meam iniugis mihi hæc legatione mihi periculosa, vt si dixerit dno meo re adesse, lequeret occisio mea, si subito er angelus ad aliu locu vt septis tibi conigit, fuerit deportatus. Dionys.

contra Iordanem, & ibi de torrente bibes, coruisque præcepi, vt pascant te ibi. ^b Abiit ergo, & fecit iuxta verbum domini. Cùmque abisset, sedit in torrente Carit, qui est contra Iordanem. Corui quoque deferebant ei panem & carnes mane, similiter panem & carnes vesperi, & bibebat de torrente. [†] Post dies autem aliquot siccatus est torrentis, non enim pluerat super terram. Factus est ergo sermo domini ad eum, dicens: [†] Surge & vade in Sarepta Sidoniorum, & manebis ibi. ^d Præcepi enim ibi mulieri viduæ vt pascat te. Surrexit & abiit in Sareptam Sidoniorum. Cùmque venisset ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua, colligens ligna: & vocauit eam, dixitque ei: Da mihi ^{*} paululum aquæ in vas, vt bibam. Cùmque illa pergeret, vt afferret: clamauit post tergum eius, dicens: ^e Affer mihi obsecro & buccellam panis in manu tua. Quæ respondit: Viuit dominus deus tuus, ² quia non habeo panem, ^{*} nisi quantum pugillus capere potest farina in hydria: & paululum olei in lecytho. En colligo duo ligna, vt ingrediar & faciam illud mihi & filio meo, vt comedamus, ^{*} & moriamur. Ad quam Elias ait: Noli timere, sed vade, & fac sicut dixisti. Veruntamen mihi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulum, & affer ad me: tibi autem & filio tuo facies postea. [†] Hæc autem dicit dominus deus Israel. ³ Hydria farina non deficiet, nec lecythus olei minuatur, vsque in diem, in qua dominus daturus est pluuiam super faciem terræ. Quæ abiit, & fecit iuxta verbum Eliæ: ⁵ & comedit ipse, & illa, & domus eius: ⁴ & ex illa die hydria farina non defecit, & lecythus olei non est imminutus, iuxta verbum domini, quod locutus fuerat in manu Eliæ. Factum est autem post hæc: [†] Agrotauit filius mulieris matris familiaris: & erat languor fortissimus, ita vt non remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad Eliam: Quid mihi & tibi vir dei? Ingressus es ad me vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum? Et ait ad eam Elias: Da mihi filium tuum. [†] Tulitque eum de sinu eius, & portauit in cœnaculum, vbi ipse manebat, & posuit super lectulum suum: & clamauit ad dominum, & dixit: ^h Domine deus meus: etiãmne viduam, apud quam ego vt cunquę sustentor, affixisti, vt interficeres filium eius? [†] Et expandit se, atque mensus est super puerum tribus vicibus, & clamauit ad dominum, & ait: Domine deus meus, reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. Et exaudiuit dominus vocem Eliæ, & reuersa est anima pueri intra eum: & reuixit. Tulitque Elias puerum, & deposuit eum de cœnaculo in inferiorem domum: & tradidit matri suæ, & ait illi: En, viuit filius tuus. Dixitque mulier ad Eliam: Nunc in isto cognoui, quoniam vir dei es tu, & verbum domini in ore tuo verum est.

Elias ad Achab pro pluuiâ missus, prophetis Baal in Carmelo occisis pluuiam impetrauit. XVIII.



Post dies multos factum est verbum domini ad Eliam in anno tertio, dicens: ^a Vade, & ostende te Achab, vt dem pluuiam super faciem terræ. Iuit ergo Elias vt ostenderet se: Achab, erat autem fames vehemens in Samaria. Vocauitque Achab Abdiam dispensatorem domus suæ: Abdias autem timebat dominum deum valde. ^b Nam cum interficeret Iezabel Prophetas domini, tulit ille centum Prophetas, & abscondit eos, quinquagenos & quinquagenos in speluncis, & pavit eos pane, & aqua. Dixit ergo Achab ad Abdiam: ^c Vade in terram, ad vniuersos fontes aquarum, & in cunctas valles: si fortè possimus inuenire herbam, & saluare equos & mulos, & non penitus iumenta intereat. Diuiseruntque sibi regiones, vt circumirent eas. Achab ibat per viam vnã, ^{*} & Abdias per viam alteram [†] seorsum. Cùmque esset Abdias in via, Elias occurrit ei. Qui cum cognouisset eum, cecidit super faciem suam, & ait: Num tu es domine mi, Elias? [†] Cui respondit, ego. [†] Et dixit: Vade, & dic domino tuo: Adest Elias. Et ille: ^d quid peccaui, inquit, quoniam tradis me seruum tuum in manu Achab, vt interficiat me? Viuit dominus deus tuus: quia non est gens aut regnum, in quod non miserit dominus meus, te requirens. Et respondentibus cunctis: non est hic, adiurauit regna singula, & gentes, eò quod minime

† 41. d. Dab. cie.

B † Luc. 4. d. De iureu. Et si Christ.

C † Hodi. 4. Eccl. 4. d.

† 4. Reg. 1. Ad. 20.

A † 1. d. 17.

† 23. 9. 4. 1. Nimum. vers. Octob. runt impij.

Sup. 17. 4. 1. Reg. 1.

minimè reperieris. Et nunc dicis mihi: vade & dic domino tuo: adest Elias: Cùmque, recessero à te, spiritus domini asportabit te in locum quem ego ignoro, & ingressus nuntiabo Achab: & non inueniens te, interficiet me. Seruus autem tuus timet dominum ab infantia sua. Nunquid non indicatum est tibi domino meo, quid fecerim, cum interficeret Iezabel Prophetas domini: quòd absconderim de Prophetis domini centum viros, quinquagenos & quinquagenos in speluncis, & pauperim eos pane & aqua? Et nunc tu dicis vade, & dic domino tuo: adest Elias, vt interficiat me? Et dixit Elias: Viuit dominus exercituum, ante cuius vultu sto, quia hodie apparebo ei: Abiit ergo Abdias in occursum Achab, indicauitque ei: Venitque Achab in occursum Elia, & cùm vidisset eum, ait: Tunc es ille qui cõturbas Israel? Et ille ait: Non ego turbavi Israel, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mādāta domini, & secuti estis Baalim. Veruntamē nunc mitte, & cõgrega ad me vniversum Israel in monte Carmeli, & Prophetas Baal quadringētos quinquaginta. Prophetasque lucorum quadringentos, qui comedunt de mensa Iezabel. Misit Achab ad omnes filios Israel & congregauit prophetas in Monte Carmeli. Accedens autem Elias ad omnem populum Israel, ait: † Vsq̄quo claudicatis in duas partes? Si dominus est deus, sequi mini eum: si autē Baal, sequimini illum. Et non respondit ei populus verbum. Et ait rursus Elias ad populum: Ego remāsi Propheta domini solus: prophetæ autem Baal, quadringenti & quinquaginta viri: & Prophetæque lucorum quadringenti] viri sunt. Dentur nobis duo boues: & illi eligant sibi bouem vnum, & in frustra cædentes, ponant super ligna, ignem autem non supponant: Et ego faciam bouem alterum, & imponam super ligna, ignem autem non supponam. Inuocate nomina deorum vestrorum, & ego inuocabo nomen dei mei: & deus, qui exaudierit per ignē, ipse sit deus. Respõdens omnis populus, ait: Optima propositio, quā locutus est Elias. Dixit ergo Elias Prophetis Baal: Eligite vobis bouem vnum, & facite primi, quia vos plures estis: & inuocate nomina deorum vestrorum, ignemque non supponatis. Qui cum tulissent bouem, quem dederat eis, fecerunt: & inuocabant nomen Baal de mane vsque ad meridiem, dicentes: Baal exaudi nos. Et non erat vox neque qui responderet. Transiiebantque] altare, quod fecerant. Cùmque esset iam meridies illudebat illis Elias, dicens: Clamate voce maiore. Deus enim est & forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certe dormit, vt excitetur. Clamabant ergo voce magna, & incidebant se iuxta ritum suum cultris & lanceolis, donec perfunderentur sanguine. Postquam autem transiit meridies, & illis prophettantibus, venerat tempus quo sacrificium offerri solet: nec audiebatur vox, neque aliquis respondebat, nec attendebat orātes: dixit Elias omni populo: venite ad me. Et accedete ad se populo, curauit altare domini, quod destructum fuerat: & tulit duodecim lapides iuxta numerum tribuum filiorum Iacob, ad quem factus est sermo domini, dicens: Israel erit nomen tuum, & ædificauit de lapidibus altare in nomine domini. Fecitque aquæ ductum quasi per duas aratiunculas in circuitu altaris: & cõposuit ligna, diuisitque per membra bouem, & posuit super ligna, & ait: Implete quatuor hydrias aqua, & fundite super holocaustum & super ligna. Rursusque dixit: Etiam secundò hoc facite. Qui cum fecissent secundò, ait: Etiã tertio idipsum facite. Feceruntque tertio: & currebant aquæ circum altare, & fossa aquæ ductus repleta est. Cùmque iam tempus esset vt offerretur holocaustum: accedens Elias propheta ait: Domine deus Abraham, & Isaac, & Israel, ostende] hodie, quia tu es deus Israel, & ego seruus tuus: & iuxta præceptum tuum feci omnia verba hæc. Exaudi me domine, exaudi me, vt discat populus iste, quia tu es dominus deus, & tu conuertisti corda eorum iterum. Cecidit autem ignis domini, & vorauit holocaustum, & ligna, & lapides, puluerem quoque & aquam, quæ erat in aquæ ductu, lambens. Quod cum vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam, & ait: Dominus ipse est deus, dominus ipse est deus. Dixitque Elias ad eos: Apprehedite Prophetas Baal, & ne vnus quidem effugiat ex eis. Quos cùm apprehendissent, duxit eos Elias ad torrētem Cyslon,

10. Adiuuauit omnes sibi subditos quod si inuenirent Eliam in eorum terra caperetur, & sibi mitteretur. Loquitur tamen hic scriptura de sibi subditis regis & propinquis, & reges propinqui facilius assententur. De Lyra.]

11. Abdias œconomus Regis Achab timorem domini op̄ra ostendit. Nam fratres suos prophetas non sine periculo abscondit, atque ad eum sibi facit amicos de bonis domini sui. At tamen humanum quiddam passus, dū veluti Nicodemus propter metum Iudeorum rē dissimulat Ange.]

12. Videbor ab eo.

13. Quasi diceret, totum regnum decem tribuum inquietas, cū sis hostis boni communis, qui sterilitatem procurasti, dignus es morte. Cui respondit non ego turbavi Israel turbatione iniusta sicut tui, vel aliquam irrogando eis iniuriam, quauis procurauerim eis apud Dominum iustam panitionem. Dionis. Caruſa.]

14. Cogitationes, [Hoc est, cur mentibus vacillatis, hæc & illa cogitates, vt alij deum Israel, alij Baal sequantur]

15. Iudæici, & infra.

16. Dicitur Hebraei quod dñs propheta sacerdotique Baal eligissent bouē vñ, bos ille statim nutu diuino declinavit ab eis, quasi sacri generi falsis diis abhorrens, sed ad Eliam confugit, vt per hoc quoque populus intruderetur. Dionis ibidē.

17. Bonus est sermo.

18. Saltabaturque super.

19. Fecerat sub. Israel.

20. Inimicorum occupatur apprehensione.

21. Forte dormit, & excitabitur.

22. Vt prophetarent vsque ad tempus sacrificij vespertini.

23. Reparauit.

24. Vide cur etiam Elias hoc faciat, & diligenter aduerte. Habebat beatus Elias & pro gratia prophetica dignitatis, & pro diuini cultus studio, scientiam omnium quæ in templa demonum agebantur. Nouerat inter cetera in ep̄ta potius quam cõmentis, calidam etiam huiuscemodi compositionē fraudem qua facillim iheretur animæ iheretur, vt aræ eorum non simpliciter ante de lubri pedes statuuntur, sed pedes crepido supra qua struuntur sit rogus sub terranea fornice habitetur: ad quas ex aduersa parte conuulsi parietis, occulto aditu descendatur, ac per paruas caueras preparatos ignes doli minister sacrificij repore elandefinit officinis subministrat: quo attonitus mixto cum animus dum nullas desuper videt adhibitas flammis, hostiamque carnem ex improposito comburi, per inuisibilem portam ignes celo credat esse delatos. Ne ergo hoc incredula mentes de diuinis suspicula entur altaribus, vallum quod fieri præceperat, aqua subsit implet: vt si qua esset sub altari proderetur foues, vel descendens densum aqua lateris vniue ignes extingueret. Nec sufficit semel sigalle loci, tertio id agitur: sed nec hoc est contentus propheta, ipsa altaris ligna præcepit inundari, vt omnis fraudis suspitio submota, diuina potestatis esse virtutem nec Rex, nec populus nec ipsi dubicaret sacerdoter. Euch ibidem.

25. Duorum fatorum seminis capacem.

26. Vespertinum.

27. Notum stat.

28. Hæc quæ gesta sunt.

29. Retrosursum.

139. 7. a. f.

† 49. d. c. f. i. Reg. 3. b. sup. a. f.

† 5. a. 4. f.

† 1. q. 1. Cum scriptura.

† 1. q. 4. Qui peccat. c. N. m. i. p. c. E. a. v. i. d. i. c. a. t. Sup. 7. a. Iacob. 5. d.

& interfecit eos ibi. Et ait Elias ad Achab, Ascende, comede & bibe: quia sonus multæ pluuiæ est. Ascendit Achab, vt comederet & biberet: Elias autem ascendit in verticem Carmeli, & pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua, & dixit ad puerum suum: Ascende, & prospice contra mare. Qui cum ascendisset, & contemplatus esset, ait, Non est quicquam. Et rursus ait illi: Reuertere septem vicibus. In septima autem vice, ecce nubecula parua quasi vestigium] hominis ascendebat de mari. Qui ait: Ascende, & dic Achab: Iunge currum tuum & descende, ne occupet te pluuiæ. Cùmque se verteret huc atque illuc, ecce cœli contenebrati sunt: & nubes & ventus,] & facta est pluuiæ grandis. Ascendens itaque Achab abiit in Iezrahel, & manus domini facta est super Eliam, accinctisque lumbis, currebat ante Achab, donec veniret in Iezrahel.

Elias Iezabelem fugiens & in deserto dormiens, pane & aqua acceptis ad montem Horeb peruenit, vnde mittitur ad vngendos Azael super Syriam, Iehu super Israel, & Eliseum in prophetam.

X I X.



Nunciavit autem Achab Iezabel omnia quæ fecerat Elias, & quomodo occidisset vniuersos prophetas Baal gladio. Misitque Iezabel nuntium ad Eliam, dicens: Hæc mihi faciant dii & hæc addât, nisi hac hora cras posuero animam tuam, sicut animam vnus ex illis. Timuit ergo Elias,] & surgens abiit, quocumque eum ferebat voluntas,] venitque in Bersabee Iuda, & dimisit ibi puerum suum, & perrexit in desertum viam vnus dei. Cùmque venisset & sederet subter vnam iuniperum, petiuit animæ suæ vt moreretur, & ait: Sufficit mihi domine, tolle animam meam: Neque enim melior sum, quàm patres mei. Proiecitque se: & obdormiuit in vmbra iuniperi] Et ecce angelus domini tetigit eum, & dixit illi: surge, comede. Respexit, & ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ. Comedit ergo & bibit, & rursus obdormiuit. Reuersusque est angelus domini secundo, & tetigit eum, dixitque illi: surge, comede: Grandis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset, comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vsque ad montem dei Horeb. Cùmque venisset illuc, mansit] in spelunca. Et ecce sermo domini ad eum, dixitque illi: Quid hic agis Elia? At ille respondit: † Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum: quia dereliquerunt pactum domini filij Israel. Altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam, vt auferant eam. Et ait ei: Egredere, & sta in monte coram domino. Et ecce dominus transit, & spiritus grandis & fortis, subuertens montes & conteres petras ante dominum. Non in spiritu dominus: Et post spiritum, cōmotio. Non in cōmotione dominus: Et post commotionem, ignis. Non in igne dominus: Et post ignem, sibilus auræ tenuis. Quod cum audisset Elias operuit vultum suum pallio: & egressus, stetit in ostio speluncæ, & ecce vox ad eum dicens: quid hic agis Elia? Et ille respondit: Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum: quia dereliquerunt pactum tuum filij Israel. Altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam vt auferant eam. Et ait dominus ad eum: † Vade, & reuertere in viam tuam, per desertum in Damascum. Cùmque perueneris illuc: vnges Azael] regem super Syriam, & Iehu filium, Nam si vnges regem super Israel. Elisæum autem filium Saphat, qui est de Abel meula vnges Prophetam pro te. Et erit quicumque fugerit gladium Azael, occidet eum Iehu: & quicumque fugerit gladium Iehu, interficiet eum Elisæus. † Et derelinquam mihi] in Israel septem milia virorum,] quorum genua non sunt incuruata ante Baal, & omne os quod non adorauit eum osculans manum. Profectus ergo inde Elias, reperit Elisæum filium Saphat, aratrem in duodecim iugis bouum, & ipse in duodecim iugis bouum arantibus vnus erat. Cumque venisset Elias ad eum, misit pallium suum super eum. Qui statim relictis bobus, cucurrit post Eliam: & ait: Osculer, oro te, patrem meum & matrem meam, & sic sequar te. Dixitque

[k. Sic ille carmelus alius fuit ab eo iuxta quem comoratus Nabab, & fuit in tribu Iuda. Hic autem Carmelus in quo immolauit Elias est in confinio Palestine & Phœnicie. Dionis. Carennia.]

* Quasi.

* Factum est vt diceret.

17. Manus.

18. Factumque est interea, &

19. Nubitus & ventro.

1. Elias, cum esset clausum humanis iniquitatibus cœlum, & nulla mundanis rebus deluper pluuiarum stillaret verbas, acque omnia luge scitatisqual Iore languerent, & esset fames magna vniuerso generi humano (quonia enim cœlum pluuiam non dabat, nec terra pabulum germinabat) tunc Elias sanctus referat ieiunium suis cœlum, terram orationibus fecundauit. Illius enim scitatis conuerit in pluuiam, huius sterilitatem resoluat in partu. Amb. Ser. 38.

[a. Quasi compariet prophetis Baal occisis: & ex hoc patet eius malicia obstinata, postquam viderat tot signa mirabilia: & ex hoc vxor eius audaciam accepit occidendi Elia. De Lyra.] [b. sancti viri subleuant spiri tu ad summa rapiuntur: quando vero in hac vita sunt, sic furbant tentationibus temptantur. Hinc est quod Elias cum tot virtutibus profecisset, Iezabel postmodum quantum reginæ, tamen muliericilam fugit, & qui mortuos suscitabat, vetera preuidebat, alia quoque preclara faciebat, timore percussus, de manu Dei mortem fugit, de manu Dei mortem peti, nec accepit. Glosa ordinaria.]

1. Vidit cap. scilicet imminens sibi periculum.

2. Pro anima sua.

3. faciensque subter vnam iuniperum.

c. Elias vique cibis allatus est ab angelo, quo nullus in humana consuetudine visior inuenitur, scilicet panis & aqua: tanta tamen fortitudo collata est, vt quadraginta diebus ambulans non fatigaretur nec esuriret. Bernardus super Psal. Qui habitat versu. 4.

* Conuersus.

d. Horeb mons est à scitatis qua populus Israel hic laborauit sic dictus, vnus cum Sina, per iuga tantum distinctus est: Itaque orientalis Sina, cœlestis Horeb. In deo vnus nomina mons dei appellatur: & legem dant nunc in Sina, nunc in Horeb scriptum est. Hic Elias minus Iezabelis fugis aliquodiu latuit, donec dominus in aura tenuis suscipis in Damascum misit est.

4. Pernoctauit.

e. Non arbitris quidam venio veniat dominus, sed post spiritum tenuem veniet.

5. Vox quæ a & subtilis.

f. Vnde in veteri testamento non solâ vngebatur sacerdos sed etiam de rex & propheta: sicut in lib. Regum dominus precepit Elia. Vade & reuertere in viam tuam &c. Inno. cent. & citatur de sacra vngtio e. vnico. §. vnde in veteri testa.

6. Vngas Hazael.

g. Abel meula vrbs est vna de præcipuis vrbibus alemonis. Est autem nunc vicus in Aulone. io. miliar. à Scythopoli distans contra australem plagam, & nunc dicitur Bethulia, Eucherius.

7. Residuos seruabo.

h. Quo modo igitur quietique subiectus est saluatori, flectere ei genua dicitur: sic qui peccati seruus est, & habet spiritus seruus, iterum in timore genua scribitur flexisse peccato. Hic.

8. Quæcum omnium os non osculatum est eum.

Io. 8. 13. 4. Reg. 4. g. 1. q. 3. c. Ecclia. §. fin.

Ioan. 4. 6

† Rom. 11. 4

Eccl. 4. 13.

† De sacra vngtio. cap. vnico. † 4. Reg. 9. 6. Ecclia. 4. 13.

† Rom. 11. 4

136. di. c.
Dominus.

Dixitque ei: Vade & reuertere. Quod enim meum erat,] feci tibi. † Reuerfus autem ab eo, tulit par boum, & mactauit illud, & ¹⁰ in aratro] boum coxit carnes: & dedit populo, & comederunt. Confurgensque abiit, & secutus est Eliam, & ministrabat ei.

Syri Samariam obsidentes caduntur à pueris, & iterum altero anno eorum Rege Benadab reseruato, vnde Achab grauius à propheta reprehensus est. X X.

9. Quid enim.
10. In instrumentis.
g. Ceterum deus non vult simul effundi opes, sed dispensat ritibus forte vt Elias, qui boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo quod habuit, vt nulla cura teneatur domestica sed relicta omnibus in disciplina (e propheticam daret. Ambr. Officio. lib. 1. cap. 30.

136. di. c.
Dominus.

Porrò Benadab Rex Syriæ congregauit omnem exercitum suum, & triginta duos Reges secum, & equos & currus: & ascendens pugnabat contra Samariam: & obsidebat eam. Mittensque nuncios ad Achab Regem Israel in ciuitatem, ait: Hæc dicit Benadab: Argentum tuum & aurum tuum meum est, & vxores tuæ, & filij tui optimi mei sunt. Responditque Rex Israel: Iuxta verbum tuum domine mi rex, tuus sum ego, & omnia mea. Reuertentisque nuncij, dixerunt: Hæc dicit Benadab, qui misit nos ad te:] Argentum tuum & aurum tuum, & vxores tuas, & filios tuos dabis mihi. Cras igitur hac eadem hora mitam seruos meos ad te, & scrutabuntur domum tuam, & domum seruorum tuorum, & omne quod eis placuerit ponent in manibus suis, & auferent. Vocauit autem rex Israel omnes seniores terræ, & ait: Animaduertite & videte, quoniam insidiatur] nobis. Misit enim ad me pro vxoribus meis, & filiis, & pro argento, & auro: & non abnuui. ^b Dixeruntque omnes maiores natu, & vniuersus populus ad eum: Non audias, neque acquiescas illi. Responditque nunciis Benadab: Dicite domino meo regi: Omnia propter quæ misisti ad me seruum tuum in initio, faciam: hanc autem rem facere non possum, Reuertisque nuncij retulerunt ei. Qui remisit & ait: Hæc faciant mihi dij, & hæc addant: si suffecerit puluis Samariæ pugillis omnis populi qui sequitur me.] Et respondens Rex Israel, ait: Dicite ei, Ne gloriatur accinctus æquæ vt discinctus. Factum est autem cum audisset Benadab verbum istud, bibebat ipse, & reges, in vmbraculis, & ait seruis suis: Circundate ciuitatē. Et circumdederunt eam.] Et ecce Propheta vnus accedens ad Achab Regem Israel, ait ei: Hæc dicit dominus. Certe] vidisti omnem multitudinem hanc nimiam. Ecce ego tradam eam in manum tuam hodie, vt scias quia ego sum dominus. Et ait Achab: Per quem? Dixitque ei: Hæc dicit dominus, per ⁶ pedissequos] Principum prouinciarum. Et ait: Quis incipiet præliari?] Et ille dixit: Tu: Recensuit ergo pueros principum prouinciarum, & reperit numerum ducentorum triginta duorum. Et recensuit post eos populum omnes filios Israel, septem milia, & egressi sunt meridie. ^d Benadab autem bibebat temulentus in vmbraculo suo: & reges trigintaduo cum eo,] qui ad auxilium eius venerant. Egressi sunt autem pueri Principum prouinciarum in prima fronte. Misit itaque Benadab, qui nunciauerunt ei, dicentes. Viri egressi sunt de Samaria. At ille ait: Siue pro pace veniunt, apprehendite eos viuos, siue vt prælientur, viuos eos capite. Egressi sunt ergo pueri Principum prouinciarum, ac reliquus exercitus sequebatur. Et percussit vnusquisque virum qui contra se veniebat, fugeruntque Syri, & persecutus est eos Israel. Fugit quoque Benadab Rex Syriæ in equo cum equitibus suis. ^e Nec non egressus Rex Israel percussit equos & currus, & percussit Syriam plaga magna nimis. Accedens autem propheta ad Regem Israel, dixit ei: Vade & confortare, & scito, & vide quid facias. Sequenti enim anno Rex Syriæ ascendit contra te. Serui vero regis Syriæ dixerunt ei: Dij montium sunt dij eorum, idè superauerunt nos. Sed melius est vt pugnemus contra eos, in campestribus, & obtinebimus eos. Tu ergo] verbum] hoc fac: ^f Amoue reges ⁹ singulos ab exercitu tuo,] & pone Principes pro eis, & instaura numerum militum qui ceciderunt de tuis, & equos secundum equos pristinos, & currus secundum currus quos ante habuisti: & pugnabimus contra eos in campestribus, & videbis quòd obtinebimus eos. Credidit consilio eorum, & fecit ita. Igitur postquam annus transierat, recensuit Benadab Syros, & ascendit in Aphec, vt pugnaret contra Israel. Porrò filij Israel secensiti sunt, & ¹⁰ acceptis cibariis profecti ex aduerso] castraque metati sunt

a. Samaria ciuitas tribus Ephraim, sed & totius Israelis, hoc est decem tribus metropolis, dicitur inuenire vt ferunt ab Iero. alij remota. In Somer, vel si vis Somer metus circuitu sita, quæ ad mirabili adificiorum superbia in modum coronæ olim augebat. In vertice regia domo spectabilis nunc in ruinas veterem tantum nobilitatem arguere: Hæc prius adificauit Ami patet Achab empto monte à Semer duobus argenti talentis, à quo nomen retinuit multoties destructa & instaurata, & tandem ab Herode, & in honorem Caesaris Sebaste, hoc est Augusta nominata quæ adhuc nomen retinet.

1. Quia misit ad te, dicens.
* Quæro.
2. Hoc malum molitur nobis, in re actua coram republ. cam concernente, vtendum est generali reipub. consilio, & potissimè seniori, in quibus maior soler esse prudentia & experientia. Dionys.

3. Qui cum pedibus meis sunt.
c. Nemo gloriatur ante partam victoriam itaque vult gloriari quasi iam victor bellici discipulini, qui adhuc in acie positus, quem victoria sequatur ignorat. Et verum profecto dicebat. Nam mox iube certamine Benadab non victis aduersariis triumphans, sed ego suo exercitu fugiens domum rediit. Euche libid.

4. Ponite, sub arma bellica. & posuerunt contra ciuitatem.
5. Nonne.
6. Pueros.
7. Disponet prælium.
8. Bibens inebriatus est in tabernaculo suis, ipse & reges trigintaduo.

d. Porrò filij principum consensu Syriorum custodibus multos eorum interemerunt. & alios vique ad castra secuti sunt. Videns autem eos Rex Israel vincentes, etiam alium exercitum dimisit exire. Qui respice in Syros irruentes perualuente eis. Non enim Syri sperabant eos super se sic inopinabiliter venturos. Quos propterea inuenientes nudos & ebrios, ira persecuti sunt, vt illi etiam arma sua relinquentes fugerent: & vix in equo Rex potuisset euadere Ioseph. lib. 8. cap. 14.
* De vrb.

e. Necessè est tibi vt habes deſpropiciam, quoniam dixerunt serui Benadab ad eum: Dij montium sunt dij eorū, & pugnamus cum eis in montibus, idèo vicerunt nos. Pugnamus ergo in campestribus, vbi dij eorum nihil possunt, & obtinebimus eos. Comest.
f. Vnde elicitur quodd exercitum suum diuiserunt in duas partes, quæ amœ simul fuerūt potissimè respectu Syrorum qui pto magna parte quasi repleuerunt terram. Erant enim centum viginti septem milia, imo & plures, vt ex textu instuari potest. Dionys. Cartuf.
9. Vnum quæque à loco suo.
10. Integro numero abierunt in occursum illorum.

contra eos, quasi duo parui greges caprarum: ^g Syri autem repleuerunt terram. Et ^a accedens vnus vir dei, dixit ad Regem Israel: Hæc dicit dominus: Quia dixerunt Syri, deus montium est dominus, & non est deus vallium: ^g dabo omnem multitudinem hanc grandem in manu tua: & scietis quia ego sum dominus. Dirigebantque septem diebus ex aduerso hi atque illi acies: septima autem die commissum est bellum. Percusseruntque filij Israel de Syris centum milia peditum in die vna. Fugerunt autem Syri qui remanserunt in Aphec, in ciuitatem, ^b & cecidit murus super viginti-septem milia hominum, qui remanserant. Porro Benadab fugiens, ingressus est ciuitatem in cubiculum, quod erat intra cubiculum, dixeruntque ei serui sui: Ecce audiuius, quod Reges domus Israel clementes sint. Ponamus itaque saccos in lumbis nostris, & funiculos in capitibus nostris, & egrediamur ad Regem Israel: forsitan saluabit animas nostras. ¹ Accinxerunt faccis lumbos suos, & posuerunt funiculos in capitibus suis: ^g Veneruntque ad Regem Israel, & dixerunt ei: Seruus tuus Benadab dicit: Viuat, oro te, anima mea. Et ille ait: ¹² Si adhuc viuit, frater meus est. ¹³ Quod acceperunt viri pro omine, & festinantes ^g rapuerunt verbum ex ore eius: atque dixerunt, Frater tuus Benadab viuit, & dixit eis: Ite, & adducite eum ad me. Egressus est ergo ad eum Benadab, & leuauit eum in currum suum. Qui dixit ei: Ciuitates quas tulit pater meus à patre tuo, reddam: & platæas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in Samaria: & ego foederatus recedam à te. Pepigit ergo foedus, & dimisit eum. Tunc vir quidam de filijs prophetarum, dixit ad socium suum in sermone domini: Percute me. ^{*} At ille noluit percutere. Cui ait: Quia noluisti audire vocem domini, ecce ¹⁴ recedes à me, & percutiet te leo. Cùmque paululum recessisset ab eo, inuenit eum leo, atque percussit. ^g Sed & alterum inueniens virum, dixit ad eum: Percute me. Qui percussit eum, & vulnerauit. ^m Abiit ergo Propheta, & occurrit Regi in via: & ¹⁵ mutauit à spersione pulueris os, & oculos suos. Cùmque Rex transiret, clamauit ad Regem, & ait: Seruus tuus egressus est ¹⁶ ad præliandum cominus: Cùmque fugisset vir vnus, adduxit eum quidam ad me, & ait: Custodi virum istum. Qui si lapsus fuerit, Jerit anima tua pro anima eius, aut talentum argenti appendes. ¹⁸ Dum autem ego turbatus huc illucque me verterem, subito non comparuit. Et ait Rex Israel ad eum. ¹⁹ Hoc est iudicium tuum, quod ipse decreuisti. At ille statim absterfit puluerem de facie sua, & cognouit eum Rex Israel quod esset de prophetis. Qui ait ad eum: Hæc dicit dominus: Quia dimisisti virum ¹⁹ dignum morte] de manu tua: erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Reuersus est igitur Rex Israel in domum suam, ²⁰ audire contemnens: & furibundus venit in Samariam.

^g Scietis quia ego dominus vniuersorum verè omnipotens ex tam miraculoso effectu. Et quauis Achab & sui hoc cognoscerent cognitione tantum informi, non tamè eum sicut deum honorificauerunt, aut gratias dignas egerunt, sed peruerserunt in suis idololatriis, impietatibus, & ingratiudinibus suis. Dionys.

^h Voluit enim fortificare murum ad se defendendū intra ciuitatem, sed quia edificium erat antiquū ex concussione & dei visitate cecidit super blasphemos. De Lyrā.]

^{*} Resisti.

¹ Collis, & infra.

¹ In signum penitentiæ & humiliationis optantes à morte præseruari qui quid humilitatis exegitare poterat tauerunt. Dionys. Cartusa.]

¹² Adhuc ne viuit

¹³ k. Et viri illi augurati sunt hoc est. Cùm audissent Syri ab Achab: Viuit frater meus adhuc rapuerunt hoc responsum ex ore eius, quasi sacrum omen beneuolenti, priusquam suum explecter sermonem.

¹⁴ In ciuitate mea regia fac forum rerum ventalium, & inde recipias tributum, tãquam habens in regno meo principale dominium. Dicit autem Rab. Sal. hic, quod non habebat in animo hoc facere, sed intendebat Achab decipere. De Lyrā.]

^{*} Quæto.

¹⁴ Vbi recesseris à me.

¹⁸ Et cum seruus tuus huc atque illuc se verteret, ille non erat

ⁿ Et sic adegit regem suo damno iudicio, sicut Dauid Nathan. 2. Reg. 12. b. & Christus Iudæos. Mat. 23. d.

¹⁹ Qui est in anathemate meo

²⁰ Tristis.

^a Meministis quodd lectum est Naboth sanctum vitū possessorem vineæ suæ interpellatū petitione regia vt vineam suā daret, vbi Rex successit vitibus holus vile fereret, eumque respondisse: Ab sit vico patrum meorum tradam hereditatem. Regem corripitum esse quod sibi esse alienum ius relatione iusta negatum, sed muliebri consilio deceptum. Naboth vitæ suæ vel proprio cruore defendit. Ambros. Epist. lib. 5. in Auxentium Oratio.

¹ Sit mihi pro hoc.

² Domui mee.

^{*} Quam sit illa.

³ Tibi placuerit magis dabo.

⁴ Prohibeat hoc mihi.

⁵ Tristis & indignabundus.

^b Sic ergo non solum adminiculo non sunt ad vitam beatæ corporis aut externa bona, sed etiam dispendio sunt. Inde enim beatus Naboth, etiam cum lapidaretur & diuites quos pauper & infirmus aduersus opes regias solo erat affectus, & religione diuites: vt pecunia regali non commutaret paterna videret hereditatem, eoque persequens, quia sanguine proprio defenderet iura maiorum suorum. Ambros. officio. lib. 2. cap. 5.

Naboth falsis accusatus testibus per Iezabelem ob denegatam vineam lapidatur, unde Achab ab Elia reprehensus pœnitet. XXI.

Post verba autem hæc, & tempore illo] vinea erat Naboth Iezrahelitarum, quæ erat in Iezrahel iuxta palatium Achab regis Samariæ. Locutus est ergo Achab ad Naboth, dicens: Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum] olerum: quia vicina est, & prope domum meam. Daboque tibi pro ea vineam meliorem: ^{*} aut si commodius tibi putas,] argenti pretium quantum digna est. Cui respondit Naboth: [†] propitius mihi sit] dominus, ne dem hereditatem patrum meorum tibi. Venit ergo Achab in domum suam, ¹ indignans & frendens] super verbo, quod locutus fuerat ad eum Naboth Iezrahelites, dicens: ^b non dabo tibi hereditatem patrum meorum. ^g Et proiciens se in lectulum suum, auertit faciem suam ad parietem,] & non comedit panem. Ingressa est autem ad eum Iezabel vxor sua, dixitque ei: ^g Quid est hoc,] vnde anima tua corripita est: & quare non comedis panem? Qui respondit ei. Locutus sum Naboth Iezrahelitarum, & dixi ei. Da mihi vineam tuam accepta pecunia, aut si tibi placet, dabo tibi vineam meliorem pro ea. Et ille ait. Non dabo tibi vineam meam. Dixit ergo ad eum Iezabel vxor eius.

^g Gran-

† Infr. 22. f.

A: 107. 8. 14.

† 23. q. 8. c. Conueniunt De penn. d. 1. c. Voluit sent.

6. Grandis autoritatis es, & bene regis regnum Israel.] Surge & comede panem, & æquo animo esto.] Ego dabo tibi vineam Naboth Iezraelita. * Scripsit itaque literas ex nomine Achab, & signauit eas annulo eius, & misit ad maiores natu, & optimates, qui erant in ciuitate eius, & habitabant cum Naboth. Literarum autem hæc erat sententia: Prædicare ieiunium, & sedere facite Naboth inter primos populi, & submittite duos viros, filios Belial] contra eum, & falsum testimonium] dicant: 10. benedixit Naboth] deum & regem: & educite eum, & lapidate, sicque moriatur. Fecerunt ergo ciues eius, maiores natu, & optimates, qui habitabant cum eo in vrbe, sicut præceperat eis Iezabel: & sicut scriptum erat in literis, quas miserat ad eos. Prædicauerunt ieiunium, & sedere fecerunt Naboth inter primos populi, & adductis duobus viris filiis diaboli fecerunt eos sedere contra eum. At illi scilicet vt viri diabolici, dixerunt contra eum testimonium coram multitudine. Benedixit Naboth] deum & regem. † Quamobrem eduxerunt eum extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt. * Miseruntque ad Iezabel, dicentes: Lapidatus est Naboth, & mortuus est. Factum est autem cum audisset Iezabel lapidatum Naboth & mortuum, locuta est ad Achab: Surge, posside vineam Naboth Iezraelita, qui noluit tibi acquiescere & dare eam accepta pecunia. Non enim viuuit Naboth, sed mortuus est. † Quod cum audisset Achab, mortuum videlicet Naboth, surrexit, & descendebat in vineam Naboth Iezraelita, vt possideret eam. Factus est igitur sermo domini ad Eliam Thesbiten, dicens. Surge, & descende in occursum Achab regis Israel, qui est in Samaria. Ecce ad vineam Naboth descendit, vt possideat eam. Et loquens ad eum, dicens: Hæc dicit dominus deus: † * Occidisti, insuper & possidisti. Et post hæc addes: Hæc dicit dominus: In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum. Et ait Achab ad Eliam: Num inuenisti me inimicum tibi? Qui dixit: Inueni: † eò quòd venundatus sis vt faceres malum in conspectu domini: Hæc dicit dominus:] Ecce ego inducam super te malum, & demetam posteriora tua:] & interficiam de Achab mingentem ad parietem: & clausum & vltimum] in Israel. Et dabo domum tuam, sicut domum Ieroboam filij Nabath, & sicut domum Baasa filij Ahia, quia egisti, vt me ad iracundiam prouocares, & peccare fecisti Israel. Sed & de Iezabel locutus est dominus, dicens: † Canes comedent Iezabel, in agro Iezrahel. Si mortuus fuerit Achab] in ciuitate, comedent eum canes, si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cœli. Igitur non fuit alter talis sicut Achab, † qui venundatus est, vt faceret malum in conspectu domini. Concitauit enim eum Iezabel vxor sua: † & abominabilis factus est, intantum vt sequeretur idola] quæ fecerant Amorrhæi: quos consumpsit dominus à facie filiorum Israel. Itaque cum audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio] carnem suam, ieiunauitque, & dormiuit in sacro, & ambulauit demisso capite] Et factus est sermo domini ad Eliam Thesbiten, dicens: Nõne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius.

Achab veros abhorrens prophetas à falsis seductus perit in bello: cui Ochozias successit in Israel, & Iosaphat Ioram in Iuda. XXXII.

Ranserunt igitur tres anni] absque bello inter Syriam & Israel. In anno autem tertio descendit Iosaphat Rex Iuda ad Regem Israel. Dixitque Rex Israel ad seruos suos: Ignoratis quòd nostra sit Ramoth Galaad, & negligimus tollere] eam de manu regis Syriæ. Et ait ad Iosaphat: Veniesne mecum ad præliandum in Ramoth Galaad? Dixitque Iosaphat ad Regem Israel: Sicut ergo sum, ita & tu: † Populus meus & populus tuus vnum sunt, & equites mei, equites tui. Dixitque Iosaphat ad Regem Israel: Quære, oro te, hodie sermonem domini. Congregauit ergo Rex Israel prophetas, quadringentos circiter viros, & ait ad eos: ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? Qui

t iij

6. Nõne hoc modo gubernas regnum Israel?
7. Iucundum sit cor tuum.
8. Quidam dicunt ipsam Iezabel scripsisse literas in occulto, & annulo regis ignificat. Ij dicit ipsam literas scripsisse, sed Achab sciente & consentiente. D. onif. Carthus. lib. 1.
8. Iniquitatis.
9. Testificentur contra eum, & 10. c. Blasphemasti. Dicunt Hebraei hoc verbu benedixit, hic apponi pro cõteratio sentu, hoc est, pro maledixit, vel blasphemauit.

11. Viri iniquitatis tolerant testimoniu cõtra Naboth in præsentia populi, dicentes: Blasphemauit Naboth.
12. Nam cum ab eo vinea Rex posceret, pecuniã datum pro pollicente, indecoru preciu pro paterna recuſuit hereditate, maluitque morte declinare hu iustodi turpitudinẽ: Non vique de vitibus dicit (neque enim de vitibus cura est deo, ne que de terreno spacio) sed de iure loquitur patrum. Porrit vique & aliam vineam de vineis regis accipere, & in amicis esse in quo non mediocriſ feculi huius utilitas æstimari solet, sed quòd turpe erat, iudicauit non videri vile, maluitque periculum cum honellate, quã vititatem cum opprobrio. Ambro. offi. 3. cap. 9.
* Et mortuus est.
* Nõne.

c. Num deprehendisti me in mulo, vel more tuo commiseris mihi vltionem?
12. Inimice mihi.
f. Vides quia regibus non temere vel à prophetis dei vel à sacerdotibus faciendã iniuriã sit, nulla sine grauiora peccata in quibus debet argui? Vbi autem i. rãuora peccata sunt, ibi nõ videret à sacerdote parcendum. vt iustis increpationibus corrigatur. Ambr. in Psal. 37.
13. Exterminabo posterit tuos.
14. Derelictum.
15. Qui mortuus fuerit de Achab.
16. Is supra modu res fecit abominabiles, sequens idola impura, iuxta omnia.
g. Achab pland Rex Israel Iheram habuit vxor conditionem, qua & regio fuit septro insiguis, & multa populi lædẽ imperitabat. Animo vero maxime seruus fuit quod sordido idolorum cultu, crudelitate, iniusticia, & alienæ rei vendicade cupiditate se totum submiserat, sponteque addiderat. Cyrillus in Ioan. lib. 9. cap. 2.
17. Sacco.
18. Discalceatus.
19. Coram me.

Math. 26. f.

1. Ad. 4. g.

† Depen. di. 3. Achab.

† 4. Reg. 9. b. Sup. 15. g. Sup. 16. a. 50. dist. c. Si post ordinationem.

† Sup. 14. o. 16. b. Iust. 22. f. Depen. di. 3. c. Talsi & c. Sicut Achab. 1. Reg. 9. b. 1. Mach. 1. b.

† 50. dist. Si post ordinationem. De pan. di. 1. c. Voluissent. veri. Achab. & di. 3. c. 11. Iud. veri. Achab. & c. Talsi in f. & c. Sicut Achab.

Ios. 1. 14. 1. 2. 1. 18. a.

† 4. Reg. 1. a. De summa trinit. c. D. namur.

Et Quidam ait hęc propositio-
nem dubiam esse. quia intelli-
gi poterat tam de rege Israel
quàm de rege Syria: quoniam cõ-
sequencia facis probat intel-
ligendum esse de rege Israel.
Dionis. Carus. ibidem.]
* Amplius.
d. Hunc Michæam iussit Achab
includi in carcere: eo quod
eum arguerat quod Benadab
regem Syria dimisisset in
pauca. ut patet sup. c. 10. g.
4. clari vestibus.
e. Legimus enim deceptum Re-
gē falso vac. cinio pseudopro-
phetarū. Et ita legimus ve ne-
que sine diuino iudicio factū
inueniamus quoniam dignus e-
rat ille sic decipi. Neque per eū
angelum quē deceptionis offi-
cium suscipere nō deceret: sed
per angelum erroris, qui sibi
vitro tales partes imponi cum
læteria possulant. Aug. lib. 8.
quæst. 33. quæstione.

f. Ironice Michæas ludit Regē
placita tantum petentem.
g. Age.
* Lau.

[g. His verbis ostendit quod
propter regis malitiam, claudē
acceptum sine. Si enim uacū
fuisse pū, & celi: iolum pa-
storem, poterat hostes uicil-
sue ac profligassent. Procop.
ibidem.]
h. Quasi dixerat iste falso pro-
phetar mihi malum ex odio:
& ideo propheta declarauit
modū deceptionis Achab di-
cens: Vidi Dominum &c. De
Lyra.]

i. Nec mouere debet quod ex-
ercitus celi: etiā repulsi angeli
uocantur: quia & ipsi quibus
ad adherere celo expulsi sine.
ad huc tamen in æreo celo ut
plurimum demorantur Euche-
rius ibidem.
6. Persuadebit.
7. Sic alius autem sic.

* Quidam.
8. Persuadebo ei.
9. Persuadebis
k. Non enim ministrat deo so-
lummodo boni, qui adiuant:
sed etiam mali, qui probat: nō
solum qui à culpa redeunt
subleuant: sed etiam qui redi-
re nolentes grauant Eucherii
ibidem.

10. Quando transit à me spi-
ritus domini: ut alloqueretur
tibi.
l. Et uide Sedechias Regē hęc
stantem, & confortauit eū se-
creto dicens: Hic si esset pro-
pheta, auisset manus mea, si-
cut n. anus Jeroboam. Sed & lo-
cutus est cetera Eliam qui præ-
di- it te mortuum ubi mor-
tuus est Naboth. Comestor
ibidem.

m. Scilicet eum insonuerit tu-
mor de morte Regis: tunc me-
tus à filiis Regis occidi tan-
quam falsarius & deceptor, eū
fuerint à bello regressi. Dionis-
ius ibidem.

11. Regis.
12. Mutabor vestibus, & ingre-
diar bellum, & autem indue
uestimenta tua.
n. Ratio huius præcepti fuit,
ut dicit Rab Sal. quia explora-
tores regis Syria erant præsen-
tes, licet occulti: quando Mi-
chæas dixit solum Achab mo-
riturum in illo prelio & eum
hoc retulissent regi Syria, de-
dit hoc præceptum: quia alias
probauerat ueritatem uerborū
prophetarū: propter quod uole-
bat se eis conformare. De Lyra.
ibidem.]

13. Inter iudicium & inter io-
ricam.

14. Inualdebat.

15. Transiit rumor per castra
ante solis occasum.

responderunt: Ascende, & dabit eam dominus in manu regis. Dixit autem Iosaphat: non est hic* propheta domini quispiam, ut interrogemus per eum? Et ait Rex Israel ad Iosaphat: Remansit vir vnus per quem possumus interrogare dominum: sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum, Michæas filius Iemla. Cui Iosaphat ait: Ne loquaris ita Rex. Vocauit ergo Rex Israel eunuchum quendam, & dixit ei, Festina adducere Michæam filium Iemla. Rex autem Israel & Iosaphat Rex Iuda sedebant, vnusquisque in solio suo vestiti cultu regio in area, iuxta ostium portæ Samariæ, & vniuersi Prophetæ prophetabant in conspectu eorum. Fecit quoque sibi Sedechias filius Chanaana, cornua ferrea, & ait: Hęc dicit dominus: His ventila- bis Syriam, donec deleas eam. Omnesque prophetæ similiter prophetabant, dicen- tes: Ascende in Ramoth Galaad, & vade prosperè, & tradet eam dominus in manus regis: Nuncius uero qui ierat ut vocaret Michæam, locutus est ad eum, dicens † Ecce sermones prophetarum ore vno Regi bona prædicant. Sit ergo sermo tuus similis eorum, & loquere bona. Cui Michæas ait: Viuit dominus, quia quodcunque dixe- rit mihi dominus, hoc loquar. Venit itaque ad Regem: & ait illi Rex: Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad præliandum, an cessare? Cui ille respondit: † Ascen- de, & vade] prosperè, & tradet* dominus in manu Regis. † Dixit autem Rex ad eum: Iterum atque iterum adiuro te, ut non loquaris mihi, nisi quod verum est, in nomine domini. Et ille ait: † Vidi cunctum Israel dispersum in montibus, quasi oues non habentes pastorem. Et ait dominus: Non habent isti dominum: reuertatur vnusquisque in domum suam in pace. Dixit ergo Rex Israel ad Iosaphat: † Nun- quid non dixi tibi, quia non prophetat mihi bonum, sed semper malum? Ille uero addens, ait: Propter hoc audi sermonem domini: † Vidi dominum sedentem super solium suum, † & omnem exercitum cœli assistentem ei à dextris & à sinistris. Et ait dominus: † Quis † decipiet] Achab Regem Israel, ut ascendat, & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit vnus † verba huiusmodi, & alius aliter.] Egressus est autem spiritus, † & stetit coram domino, & ait: Ego † decipiam illum.] Cui locu- tus est dominus: In quo? Et ille ait: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore om- nium prophetarum eius. † Et dixit dominus: † Decipies] & præualebis † ægredere, † & fac ita. Nunc igitur, ecce dedit dominus spiritum mendacij in ore omnium pro- phetarum tuorum, qui hęc sunt: & dominus locutus est contra te malum. Accessit autem Sedechias filius Chanaana, & percussit Michæam in maxillam, & dixit: † Mene ergo dimisit spiritus domini, & locutus est tibi?] & ait Michæas: Visurus es in die il- la, quando ingrediēris cubiculum intra cubiculum, ut † abscondaris. Et ait Rex Israel: Tollite Michæam, & maneat apud Ammon principem ciuitatis, & apud Ioas fi- lium † Amelech,] & dicite eis: Hęc dicit Rex: Mittite virum istum in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis & aqua angustię: donec reuertat in pace. Dixit- que Michæas: Si reuersus fueris in pace, non est locutus in me dominus. Et ait: Au- dite populi omnes. Ascendit itaque Rex Israel, & Iosaphat Rex Iuda in Ramoth Ga- laad. Dixit itaque Rex Israel ad Iosaphat: † Sumē arma & ingredere prælium: & in- duere vestibus tuis.] Porro Rex Israel mutauit habitum suum, & ingressus est bellum. † Rex autem Syrię præceperat Principibus curruum trigintaduobus: dicens: † Non pugnabitis contra minorem & maiorem quenquam, nisi contra regem Israel solum. Cum ergo vidissent Principes curruum Iosaphat, suspicati sunt, quod ipse esset Rex Israel, & impetu facto pugnabant contra eum. Et exclamauit Iosaphat. Intellexerunt- que Principes curruum quod non esset Rex Israel: & cessauerunt ab eo. Vir autem quidam tetendit arcum in incertum sagittam dirigens: & † casu] percussit Regem Israel inter † pulmonem & stomachum.] At ille dixit aurige suo: Verte manum tuam, & eiice me de exercitu, quia † grauius] vulneratus sum. † Commissum est] ergo præ- lium in die illa, & Rex Israel stabat in curru suo contra Syros, & mortuus est vespere. Fluebat autē sanguis plagę in sinum currus: & † † præco insonuit in vniuerso exercitu antequā sol occumberet,] dicens: Vnusquisque reuertatur in ciuitatē, & in terrā suam † Mortuus.

† 1. Par. 18. c.

† 16. 6. s.

† 1. Par. 18. a.

† 2. Par. 17.

10. 18. 14.

Sup. 21. f

Anni ante
Christi. 917.
Anni mundi
3211.
Iosaphat. 7.
Rex Iuda.
81. 25.
An. 5te Chris-
tiani. 915.
Anni mundi
3047.
Ochozias. 8.
Iosaphat. 2.

¹ Mortuus est autem Rex, & perlatus est in Samariam. & Sepelieruntque Regem in Samaria, & lauerunt currum eius in piscina Samariae, & linxerunt canes sanguinem eius, & ¹⁶ habenas] lauerunt iuxta verbum domini, quod locutus fuerat. Reliqua autem sermonum Achab, & vniuersa quae fecit, & domus eburnea quam aedificauit, cunctarumque urbium quas extruxit, nonne haec scripta sunt in libro verborum dierum Regum Israel? Dormiuit ergo Achab cum patribus suis, & regnauit Ochozias filius eius pro eo. Iosaphat vero filius Afa regnare coeperat super Iudam, ¹ anno quarto Achab Regis Israel. Trigintaquinque annorum erat cum regnare coepisset, & vigintiquinque annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Azuba, filia Salai. Et ambulauit in omni via Afa patris sui: & non declinauit ex ea: Fecitque quod rectum est in conspectu domini: veruntamen excelsa non ¹⁷ abstulit.] Adhuc enim populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis. Pacemque habuit Iosaphat cum Rege Israel. & Reliqua autem verborum Iosaphat, & ¹⁸ opera eius quae gessit, & praelia,] nonne haec scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iuda? Sed & reliquias effoeminatorum, qui remanserant in diebus Afa patris eius, abstulit de terra. Nec erat tunc Rex constitutus in Aedom. Rex vero Iosaphat fecerat ¹⁹ classes in mari] quae nauigarent in Ophir propter aurum, & ire non poterant, quia contractae sunt in Asiongaber. Tunc ait Ochozias filius Achab ad Iosaphat: Vadant serui mei cum seruis tuis in nauibus. Et noluit Iosaphat. Dormiuitque Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid patris sui, regnauitque ²⁰ Ioram filius eius pro eo. Ochozias autem filius Achab ²⁰ regnare coeperat] super Israel in Samaria ²⁰ anno septimodecimo Iosaphat Regis Iuda, regnauitque super Israel duobus annis. Et fecit malum in conspectu domini, & ambulauit in via patris sui, & ^{*} matris suae: & in via Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Israel. ²¹ Seruiuit quoque] Baal, & adorauit eum, & irritauit dominum deum Israel, iuxta omnia quae fecerat pater eius.

k. Dum ergo haec Achab Regi a duobus prophetis praedicta viderentur, oportet magnam iudicari diuinitatem, & honorari semper & colitur: quae vera sunt potius recipi, quam ea quae pro eu iussu libidine dicuntur, amplecti: & abstrahendum quia nihil verius est, quam virtutum alium praesentia, praesentia scilicet deo quid vniuersumque debeat obsequere: Et cogitandum ex hisque regi prouenerit, quia quod debetur, neque dum praesentum fuerit, enitatur, sed repit in animas hominum inuili spe blandiendo, & hoc modo pascedo, donec a deo debita passio compleatur. Ioseph. lib. 8. cap. ultimo Antiq. Iudaica.
16. Arma bellica, vel metretices.
17. sine enim 4. anni Achab cepit Iosaphat regnare, quinque tamen annus Achab est primus annus eius.
17. Sunt ablata.
18. Fortitudo eius quae exereuit & quomodo pugnavit.
19. Decem naues in Tharsis (de qua supra. 10. cap.
20. Lib. 4. Reg. 1. dicit scriptura: Anno 2. Ioram Regis Iuda regnauit Ioram Rex Israel. Ideo dicitur Ioram Iuda a patre Regis designati anno 17. regni sui. Na hic mos erat si quis Regem in bellum profecturus esset, vt prius significaret quae Regem post se esse vellet, si ipse in praelio fortasse caderet.
20. Regnauit.
n. Cum patre enim duobus regnauit annis, & post patris obitum vno alio cum fratre regnauit anno, vtque ad annum 19. Iosaphat, in quo cepit Ioram frater regnare.
* In via
21. Coluit enim,

Incipit Regum Liber quartus.

Aegrotans Ochozias, & Beelzebub consulens, ab Elia increpatur duobus quinquagenariis eius igne consumptis.



¹ Rauricatus est autem Moab in Israel:] postquam mortuus est Achab. ^b Ceciditque Ochozias per cancellos caenaculi sui, quod habebat in Samaria, & aegrotauit, misitque nuntios, dicens ad eos: Ite, consulite Beelzebub, deum Accaron, vtrum viuere queam de infirmitate mea hac. Angelus autem domini locutus est ad Eliam Thesbitem, dicens: Surge & ascende in occursum nuntiorum Regis Samariae: & dices ad eos: Nunquid non est deus in Israel, vt eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron? Quamobrem haec dicit dominus: De lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris. Et abiit Elias: reuersi sunt nuntij ad Ochoziam. Qui ^b dixit eis: Quare reuersi estis? At illi responderunt ei: Vir occurrit nobis, & dixit ad nos: Ite, reuertimini ad Regem qui misit vos, & dicetis ei, Haec dicit dominus: Nunquid quia non erat deus in Israel, mittis vt consulatur Beelzebub, deus Accaron? Idcirco de lectulo super quem ascendisti, non descendes: sed morte morieris. Qui dixit eis: Cuius figura & habitus est vir ille, qui occurrit vobis, & locutus est verba haec? At illi dixerunt: Vir pilosus & zona pellicea accinctus renibus. Qui ait: Elias Thesbitis est. Misitque ad eum ^d quinquagenarium Principem, & quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum: sedentique in vertice montis, ^e ait: Homo dei, Rex praecipit vt descendas.] Respondensque Elias dixit quinquagenario: Si homo dei sum, descendat

1. a. Agit autem Moab iniquum contra Israel.] rebellauit enim Ochozias Moab: qui patri suo Achab tributa pendebat.
b. Mortuo impiissimo rege Achab, impius haeres successit, filius vtique eius Ochozias, de quo scriptura narrat quod fecerat malum in conspectu domini, & ambulauerit in via patris sui, & matris suae, & in via Ieroboam filij Nabath. Seruauit quoque Baal & adorauit eum, & irritauit dominum deum Israel iuxta omnia quae fecerat pater eius, sed non diu prosperauit: quia per cancellos domus suae cecidit, & aegrotauit vsque ad mortem. Angelusque

c. Longos habebat pilos in capite, & barba, vel quia hirsutus, veluti beatus Ioannes Baptista habuit indumentum, & zona ex corio accinctus erat. Dionys.
d. Qui, nisi iubens descendere vellet, illum violenter traheret.
e. Qui superciliosus est, superbius timore inflatus, animo dixit. Homo dei, vt ad illum nobis fecerat rex Ochozias.] filius Achab iussit. Si homo dei es, sum, vt inquis, respondit propheta, in te nunc & in eos qui tecum sunt, caelestis flamma ardebit. Aug. de mirabilibus, facta scripturae.

ff. Qui prophetam crudeliter in quinquagenarios accitiant, nō attendit de deo male dicere, qui hūc ignē de celo misit: obsecrare enim oportet ordinis & dispensationis diuinę iusticiam, quod sequentes iustitiam puniat, qui remissioris seopis, sibi quoque propoluerit. Procopius. ibidem.]
2. Dixit, descende.

3. Et ascendens venit quinquagenarius ille tertius, & incurua litit de super sua.
4. Honorabilis sit quæso anima mea, & anima.
* Istorum quinquaginta.
5. Anima mea sit in pretio ante oculos tuos.
* A facie eius.

g. Qui citē surgens, & gressum faciens, superbis inretempis, eū humiliato & supplicat ad regē perrexit. Aug. vii. prius.
h. Hic dicitur Iosaphat, qui prius 5 vel 6. annis regnum administrauerat cum fratre Ochozia languente.
i. Hoc est, 18. Iosaphat qui Iosaphat filium suum secum sociauerat anno 17. regni sui.
a. Quod abstrahendus Elias atque cleuandus ad celum, iussit Elisæo ut rāsideret in Bethel aut Iericho, siue Iordane, & ille semper iurauerit per dominum quod non relinqueret eum, hoc figuratū videtur, quod apostolorum in se habuerit figuram, qd ab ipsa reuelatione facti Christi domino indiuisibilem adhaerere, vsque in diem ascensionis eius in celum ab eius comitatu non recesserunt. Euseb. ibidē.
* Quæso.

1. A capite tuo, & infra: hoc est, a presentia tua.
2. Tacuerunt [scilicet filij prophetarū] audito Elisæi responso b. Discipuli prophetarum, qui a prophetis disciplina sacra erudiebantur.
c. Nōne tibi videtur Elias ascendens domini figurare partem. Elisæus vero chororum apostolicum in ascensione Christi ante suscitamentū. Sicut enim Elisæus ab Elia nullo modo auelli poterat, sic nec apostoli a Christi presentia poterant separari. Bern. de intellectū & affectu. Sermon. 3.
3. Luxia.
4. Duplex pars spiritus tui super me.
d. Cōtinget tibi quod postulas, si attentius inspexeris eum abripiar a te quoniam non datur gratia nisi vigilanti. Chrysim acta apost. Homil. 1.
e. In celum quippe aereū Elias subleuatus est, vt in secerata quadam terre regione repensē duceretur: vbi in magna iam carnis ac spiritus quiete viueret, quousque ad finem mundi redeat, & mortis debitum soluat. Euseb. ibidem.
5. Equites.
f. Non quod putaret absentem, sed quia presentiam eius in beneficiis requirebat. Ambro. in Psal. 37.
6. Atque ipsemet.
7. A longe.
g. Quid si quidam heretica peruersitate opinantur, quod dictū ri sunt in eo quod scriptum est: Requeiuit spiritus Elię super Elisæum, eum iam ille vsque haberet animam suam, nisi quia dictum est de spiritu dei vsque etiam per illum operante quia per Eliam operabatur, non ab illo recedēs, vt iustum posset implere: aut dispersus esset minus in illo, vt passat ex aliqua parte & in isto esse. Deus est enim qui potest esse in omnibus istis, in quibus per illū gratiam esse voluerit. Aug. super II. cap. Num. 9. 18.

ignis de celo, & deuoret te & quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de celo, & deuorauit eum, & quinquaginta qui erant cum eo. Rursumque misit ad eum principem quinquagenarium alterū, & quinquaginta cū eo. Qui locutus est illi: Homo dei, hæc dicit Rex: Festina, descende. Respondens Elias, ait: Si homo dei ego sum, descendat ignis de celo, & deuoret te & quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de celo, & deuorauit illum, & quinquaginta eius. Iterum misit principem quinquagenarium tertium, & quinquaginta qui erant cum eo. Qui cum venisset, curuauit genua contra Eliam, & precatus est eum, & ait: Homo dei noli despiciere animam meam, & animas seruorum tuorum qui mecum sunt. Ecce descendit ignis de celo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos, & quinquagenos qui cum eis erant. Sed nunc obsecro vt miseraris animæ meæ. Locutus est autem angelus domini ad Eliam, dicens: Descende cum eo. Ne timeas. Surrexit igitur, & descendit cum eo ad Regem, & locutus est ei: Hæc dicit dominus: Quia misisti nuncios ad consulendum Beelzebub deum Accaron, quasi nō esset deus in Israel, a quo posses interrogare sermonem, ideo de lectulo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Mortuus est autem iuxta sermonem domini quem locutus est Elias, & regnauit Ioram frater eius pro eo: anno secundo Ioram filij Iosaphat Regis Iudæ. Nō enim habebat filium. Reliqua autem verborum Ochoziæ quæ operatus est: nōne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Israel?

Elias aquis Iordanis diuisis, in celum Elisæo pallium & duplicatum spiritum relinquens rapitur, queritur nec inuenitur, Elisæus remanso Iordane sanatis aquis a pueris ridetur ab vrsis lacerandis.



Actum est autem, cum leuare vellet dominus Eliam per turbinem in celum: ibant Elias & Elisæus de Galgalis. Dixitque Elias ad Elisæum: Sede hic, quia dominus misit me vsque in Bethel. Cui ait Elisæus: Viuit dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Cumque descendissent Bethel, egressi sunt filij Prophetarum qui erant in Bethel, ad Elisæum, & dixerunt ei: Nunquid nosti, quia hodie dominus tollet dominū tuum a te? Qui respondit: & ego noui. Silete. Dixit autem Elias ad Elisæum: Sede hic, quia dominus misit me in Iericho. Et ait ille: Viuit dominus, & viuit anima tua, quia nō derelinquam te. Cumque venisset Iericho: Accesserunt filij prophetarū qui erant in Iericho ad Elisæum: Et dixerunt ei: Nunquid nosti quia dominus hodie tollet dominū tuum a te? Et ait: Et ego noui. Silete. Dixit autem Elias: Sede hic, quia dominus misit me vsque ad Iordanem. Qui ait: Viuit dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter: & quinquaginta viri de filiis Prophetarum secuti sunt eos, qui & steterunt e contra a longe. Illi autem ambo stabant super Iordanem. Tulitque Elias pallium suum, & inuoluit illud, & percussit aquas, quæ diuisæ sunt in vtranque partem: & transierunt ambo per siccum. Cumque transissent, Elias dixit ad Elisæum: Postula quod vis, vt faciam tibi, antequam tollar a te. Dixitque Elisæus: Obsecro vt fiat in me duplex spiritus tuus. Qui respondit: Rem difficilem postulasti: attamen si videris me quando tollar a te, erit quod petisti: si autem nō videris, non erit. Cumque pergerent, & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrunque. Et ascendit Elias per turbinem in Cælum. Elisæus autem videbat, & clamabat: Pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius. Et non vidit eum amplius. Apprehenditque vestimenta sua, & scidit illa in duas partes. Et leuauit pallium Elię, quod ceciderat ei. Reuersusque stetit super ripam Iordanis, & pallio Elię, quod ceciderat ei, percussit aquas, & non sunt diuisæ. Et dixit: Vbi est deus Elię etiam nunc? Percussitque aquas, & diuisæ sunt huc atque illuc, & transiit Elisæus. Videntes autem filij prophetarum qui erant in Iericho, e contra, dixerunt: Requeiuit spiritus Elię super Elisæum. Et venientes in occursum eius adorauerunt eum proni in terram, dixeruntque illi. Ecce cum seruis tuis sunt quinquaginta viri

† 23. 9. 4. 6. 51
illie. 3. Sed o.
bitur. e. Ba
vindicta.
q. 8. c. Legi.
De conlecta,
diftin. 2. cap.
Reuera.
An. 2te Chri.
stum. 914.
Anni mundi
3048.
1014. 9. Istacl.
12. anno post
Achab obiit.

Ios. 9. 41.

1. Mach. 1.
† Becl. 4. 14
† Infr. 1. 14

viri fortes, ⁸ qui possunt ire, & querere] dominum tuum, ne fortè tulerit eum spiritus domini, & proiecerit eum in vnum montium, aut in vnam vallium. Qui ait. ^h Nolite mittere. Coegeruntq; eum, donec ⁹ acquiesceret, & diceret:] Mittite. Et miserunt quinquaginta viros. Qui cum quæssissent tribus diebus, non inuenerunt: Et reuersi sunt ad eum. At ille habitabat in Iericho, & dixit eis: Nunquid non dixi vobis: nolite mittere?

De cons. d. 3. Aquam.

^D ^h ¹ Dixerunt quoque viri ciuitatis ad Elifæum: Ecce habitatio ciuitatis huius ¹⁰ optima est, sicut tu ipse domine perspicias: sed aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis. At ille ait: Afferte mihi ^k vas nouum, & mittite in illum sal. † Quod cum attulissent, egressus ad fontem aquarum, misit in illum sal, & ait: Hæc dicit dominus: Sanauit aquas has, & non erit vltra in eis mors neque sterilitas. Sanatæ sunt ergo aquæ vsque in diem hanc iuxta verbum Elifæi, quod locutus est. Ascendat autem inde Elifæus in Bethel. Cùmque ascenderet per viam, pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illudebant ei, dicentes: ^l Ascende calue, ascende calue. Qui cùm respexisset ^{*} vidit eos, & maledixit eis in nomine domini. Egressique sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadragintaduos pueros. Abiit autem inde in montem Carmeli, & inde reuersus est in Samariam.

⁸ Vade illi quæso, & inquit: [h. Quoniam cer? sum ad quæ transitus sit locum, & quid non inuenierit à vobis, nec reuertetur nisi circa finem mundi ad predicandum cum Enoch contra perfidiam Antichristi. Dion. Carr.]

⁹ Erubesceret. [f. Habitante autè Elifæo in Iericho, venerunt ad eum viri ciuitatis: & dixerunt ei. Ecce habitatio ciuitatis huius valde optima est, vt ipse tu domine perspicias, sed aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis. Euche. ibidem.]

¹⁰ Amena. [k. Cur voluit vasculum nouum habere? forsitan ne ali. quis suspicaretur quod in vase quo vti voluit, fuisset quedam alia vim sanandi aquam habentia: & sic aquæ curatio ascriberetur causæ naturali non diuinæ virtuti, Dionysius.]

^l Quam rem etiam parentibus suis instigantibus fec. sic crediti sunt. Nec enim pueri illi clamarent, si suis parentibus displiceret. Aug. Ser. 204. de Tempore. * Post tergum.

In Moabitis rebelles arma parant Reges Iuda, Israel, & Aedom, quibus in via Elifæus dat aquas, inde victus Rex Moab primogenitum immolat filium. III.

Ios. 33. Anni ante Christu 914. Anni mundi 3048.



Ioram verò filius Achab ^a regnauit super Israel in Samaria, anno decimo-octauo Iosaphat Regis Iudæ: regnauitque duodecim annis, & fecit malum coram domino, sed non sicut pater suus & mater. Tulit enim statuas Baal, quas fecerat pater eius: veruntamen in peccatis Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Israel, adhæsit, nec recessit ab eis. ^b Porro Mesa Rex Moab nutriebat pecora multa: & soluebat Regi Israel centum milia agnorum, & centum milia arietum cum vellibus suis. Cùmque mortuus fuisset Achab, ^l præuaricatus est scædus quod habebat cum Rege] Israel. Egressus est igitur Rex Ioram in die illa de Samaria, & recensuit vniuersum Israel: misitque ad ^c Iosaphat Regem Iuda, dicens: Rex Moab recessit à me, ² veni mecum contra eum ad prælium. Qui respondit: Ascendam. [†] ³ ^d Qui meus est, tuus est:] populus meus populus tuus: & equi mei equi tui. Dixitque: Per quam viam ascendemus? At ille respondit: Per desertum Idumæ. ^e Perrexerunt igitur Rex Israel, & Rex Iuda, & ^e Rex Aedom, & circuierunt per viam septem dierum, nec erat aqua exercitui & iumentis, quæ sequebantur eos. Dixitq; Rex Israel: Heu &— heu heu.] Congregauit nos dominus tres Reges, vt traderet in manus Moab. Et ait Iosaphat: Est ne hic propheta domini, vt [†] deprecemur] dominum per eum? Et respondit vnus de seruis Regis Israel: ^f Est hic Elifæus filius Saphat: qui fundebat aquam super manus Eliæ. Et ait Iosaphat: Est apud eum sermo domini? Descenditque ad eum Rex Israel & Iosaphat Rex Iuda, & Rex Aedom. Dixit autem Elifæus ad regem Israel: Quid mihi & tibi est? Vade ad prophetas patris tui, & matris tuæ. Et ait illi Rex Israel: ^g Quare] congregauit dominus tres Reges hos, vt traderet eos in manus Ioab? Dixitque ad eum Elifæus: [†] Viuit dominus exercituum, in cuius conspectu sto: quòd si non vultum Iosaphat Regis Iudæ ^e erubescerem,] non attendissem quidem te, nec respexissem. Nunc autem adducite mihi psalterem. [†] ^h Cùmque caneret psalteres, facta est super eum manus domini. Et ait. Hæc dicit dominus: Facite ⁷ alueum torrentis huius] fossas & fossas. Hæc enim dicit dominus, Non videbitis ventum neque pluiam: & alueus iste replebitur aquis, & bibetis vos, & ⁸ familiæ vestræ & iumenta vestra. ⁹ Parùmque est] hoc in conspectu domini, insuper tradet etiam Moab in manus vestras. Et percutietis omnem ciuitatem munitam, & omnem urbem electam, & vniuersum lignum fructiferum succidietis, cunctosque fontes aquarum obturabitis, & omnem agrum egregium operietis lapidibus. Factum est igitur mane, quando sacrificium ¹⁰ offerri solet,] & ecce aquæ veniebant per viam Aedom. Et repleta est terra aquis. Vniuersi autem Moabitæ audientes quòd ascendissent] tres

† Reg. 22. a

† Reg. 17. c. d. 18. c.

† Reg. 16. a

^a Hoc est, administrare cepit languente fratre suo Ochozia, atque duobus annis administrauit, quo Iesuntho regnauit Ios. 12. an. & sic. 14. an. regnauit à 18 anno Iosaphat, qui & fecit Iosaphat filij annus er. 17. vt que ad primum annum Iehu. [h. Rebellio regis Moab prima facta est sub Ochozia filio Achab: sed hic reperitur, eò quòd Ioram frater Ochoziæ voluit eum iterum sub tributo redigere: & hoc virtute armorum. De Lyra.]

¹ Rex Moab rebellis fuit Regi.

² Cui filij vniuersi sunt foror sua dicens Rex Moab recessit à me cui concessit se esse suum. Dionysius ibidem.

³ Num venies? ⁴ Sicut enim ego sum, sic tu es: hoc est, vt: me & meos, sic tuus.

^e Quomodo Rex Idumæ dicitur ille cum Ioram, cùm tunc nondum fuerat Rex in Idumæa constitutus à tempore David, qui abstrulerat idumæis regium sceptrum? Vnde infra habetur.

^{8. e.} In diebus illis recessit Aedom ne esset sub Iuda, & constituit sibi regem. Respondetur quod in scripturis Rex sepius vocatur dux, ita hoc loco Rex vocatur dux. Dionysius.

⁴ Sciscitemur.

[†] Exponit R. ib. Sal. de specialibus fustione aquæ à casu super manus Eliæ in monte Carmeli, quòd faciebat aquæ effundi super sacrificium: Et tunc ex digitis Eliæ fluxerunt aquæ abundanter quasi ex fontibus fecundis, sicut dictum fuit lib. 3. ca. 18. Et de hoc factu hic reperitur, quasi dicat: Ille est apertissimus ad suppiendum nobis aquæ defectus, quoniam ante eum funderet aquam super manus Eliæ, aquæ fuerunt multiplicatè miraculo. [De Lyra.]

⁵ Nequaquam, quoniam.

⁶ Reuereret.

[†] Propheta populo sui fatigato, per miraculum consultum, & prophetæ dicta consilium præbent fidelibus, qualiter spiritus illi doctrina animam reseruant. Glof. Ord. post Raban. 6. bid.]

⁷ In planitie hac.

⁸ Pecora vestra.

⁹ Leuèque viliu est.

¹⁰ Offerretur.

1. Ab eo qui poterat accingi gladio, & supra.
2. Super a. 144.

13. Interfecti sunt Reges illi, percussitque quisque proximum suum.
* Igitur.

14. Et cum peruenissent ad castra Israel, succederunt Israelitæ, & percusserunt.
15. Illi vero insequuti sunt eos.

16. Ut solum in ciuitate scilicet dimitterent lapides eius.
[h. Dicit Rab. Sal. quod omnes muros lapideos destruxerit, ut lapides proicerent super eos fructiferos, prout dixerat eis Elifæus. De Lira. Ibidem.]
17. Percusserunt eam.

i. Reges autem videntes hoc factam necessitatis, imò crudelitatis, ex humana compassione recesserunt ab eo. Comestor.

Reges, vt pugnarent aduersus eos, conuocarunt omnes¹¹ qui accincti erant balteo de super,] & steterunt in terminis. ¹² Primòque mane surgentes, & orto iam sole¹² ex aduerso aquarum,] viderunt Moabitæ e contra aquas rubras quasi sanguinem: dixeruntque: Sanguis gladij est. ¹³ Pugnaverunt Reges contra te: & cæsi sunt mutuo.] Nunc¹⁴ perge ad prædam Moab. ¹⁴ Perrexeruntque in castra Israel. Porro confurgens Israel percussit] Moab. At illi fugerunt coram eis. ¹⁵ Venerunt igitur qui vicerant,] & percusserunt Moab: & ciuitates destruxerunt, & omnem agrum optimum mittentes singuli lapides, repleuerunt, & vniuersos fontes aquarum obturauerunt: & omnia ligna fructifera succiderunt, ¹⁶ ita vt muri tantum fictiles remanerent.] Et circumdata est ciuitas à fundibulariis, ¹⁷ & magna ex parte percussa.] Quod cum vidisset Rex Moab, præualuisse scilicet hostes, tulit secum septingentos viros, educentes gladios, vt irumperent ad Regem Ædom, & non potuerunt. Arripiensque filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum: & facta est indignatio magna in Israel. Statimque recesserunt ab eo, & reuersi sunt in terram suam.

2. R. 174 & 18. c.

Elifæus mulierem dicit oleo, cui filium impetrat, hunc mortuum suscitatur, ac sanata olla panes multiplicat. 1111.

a. Quam Hebræi existimant fuisse uxorem Abdie prophete. [b. vnde eundem expositorum catholici & Hebræi vnanimitè asserunt hanc fuisse coniugem Abdie prophete, & erat multum deuota, ideo ad Elifæum tanquam ad dei amici in necessitate sua confugit Dion. Carr.]
1. In fetu.
2. Lagunculam olei.
* Ab his qui foris sunt.
3. Et cum ingressa fueris.
4. Post te, & post filios tuos.

5. Post te, & post.
c. Hæc exigua olei particula per virtutem prophete in manus eius scire non contra naturam potuit. Omnem enim magnitudinem creaturarum de paruitate semper crescere conuenit, cum preferunt specialius hoc in liquoris naturæ pincerari arte fit, vt quædam poculorum genera de parua materia in abundantiam liquoris exundare & feruere sand comprobentur. Aug. de mirabi. sacre scripturæ lib. 2 cap. 23.
* Amplius vas.
d. Sima vel Simem ciuitas est sita ad orientales partes Carmeli montis, non procul à Gelboe monte, in quinto miliario Taber montis. Et mons eiusdem nominis imminens ciuitati, ad quem Philistini contra Saul castrametati sunt.
* Cum parietibus.

6. Est ne tibi loquendum cum Rege, vel eò principe militiæ.

7. Certe filium.

8. In ostio.

9. Tempore isto, & iuxta tempus vite, tu amplexaberis filium.
e. Supernaturale ens fuit quod senex ille genuit, & ite quod Elifæus non solum hoc præsciuit, sed etiam horam determinatam, sed & quod prolem masculinam & non feminam. Dion. ibidem.
10. Illo, iuxta tempus vite, sicut illi.

[f. Spectans quod per eius precibus suscitaretur, quia petierat ab eo filium videtur. De Lira. ibidem.]

Mulier autem quædam, ^b de vxoribus Prophetarum clamabat ad Elifæum, ^A dicens: Seruus tuus vir meus mortuus est: & tu nosti quia seruus tuus fuit timens deum. Et ecce creditor venit vt tollat duos filios meos¹ ad seruiendum] sibi. Cui dixit Elifæus. Quid vis vt faciam tibi? Dic tibi: Quid habes in domo tua? At illa respondit: non habeo ancilla tua quicquam in domo mea: nisi² parum olei quo vngar.] Cui ait: Vade, pete mutuo³ ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca: ³ & ingredere, &] claude ostium tuum, ⁴ cum intrinsecus fueris] tu & filij tui, & mitte inde in omnia vasa hæc: & cum plena fuerint, tolles. Iuit itaque mulier, & clausit ostium ⁵ super se & super] filios suos. Illi offerebant vasa: & illa infundebat. ⁶ Cumque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit: Non habeo. ⁷ Stetitque oleum. ⁸ Venit autem illa & indicauit homini dei. Et ille: vade, inquit, vende oleum, & redde creditori tuo: tu autem & filij tui viuite de reliquo. Facta est autem quædam dies, & transibat Elifæus per^d Sunam ciuitatem. Erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eum vt comederet panem. Cumque frequenter inde transiret, diuertebat ad eam, vt comederet panem. Quæ dixit ad virum suum: animaduerto quod vir dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter. Faciamus ergo ei cœnaculum paruum: ⁹ & ponamus ei in eo lectulum & mensam, & sellam & candelabrum, vt cum venerit ad nos, maneat ibi. Facta est ergo dies quædam: & veniens diuertit in cœnaculum, & requieuit ibi. Dixitque ad Giezi puerum suum: Voca Sunamitiden istam. Qui cum vocasset eam, & illa stetisset coram eo, dixit ad puerum suum: ¹⁰ Loquere ad eam: Ecce sedule in omnibus ministrasti nobis, ¹¹ quid vis vt faciam tibi? ¹² Nunquid habes negotium: & vis vt loquar Regi, siue Principi militiæ?] Quæ respondit: In medio populi mei habito. Et ait: Quid ergo vult vt faciam ei? Dixitque Giezi: Ne quæras: Filium enim] non habet, & vir eius senex est. Præcepit itaque vt vocaret eam: Quæ cum vocata fuisset, & stetisset^a ante ostium,] dixit ad eam: ¹³ In tempore isto & in hac eadem hora si vita comes fuerit, habebis in vtero filium.] At illa respondit: Noli quæso domine mi vir dei, noli mentiri ancillæ tuæ. ¹⁴ Et concepit mulier, & peperit filium in tempore, ¹⁵ & in hora eadem qua] dixerat Elifæus. Creuit autem puer, & cum esset quædam dies & egressus isset ad patrem suum ad messorum, ait patri suo: Caput meum doleo, caput meum doleo. At ille dixit puero: Tolle, & duc eum ad matrem suam. Qui cum tulisset, & adduxisset eum ad matrem suam, posuit eum illa super genua sua vsque ad meridiem, & mortuus est. ¹⁶ Ascendit autem, & collocauit eum super lectulum hominis dei, & clausit ostium. Et egressa vocauit virum suum, & ait: Mitte mecum obsecro vnum de pueris & asinam,

A 106. 9. 3.

f Gene. 18. d.

Infra. 5. f.

Infra. 9. a.

vt excur-

vt excurram vsque ad hominem dei, & reuertar. Qui ait illi: Quam ob causam vadis ad eum? Hodie non sunt Kalendæ neque sabbathum. Quæ respōdit: ¹¹ Vadam.] Strauitque asinam, & præcepit puero: ¹² Mina & propera, ne mihi moram facias in eundo: & hoc age quod præcipio tibi.] Profecta est igitur, & venit ad virum dei, in montem Carmeli. Cùmque vidisset eam vir dei: ¹³ e contra,] ait ad Giezi puerum suum: Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occursum eius, & dic ei: ¹⁴ Rectène agitur circa te & circa virum tuum, & circa filium tuum?] Quæ respondit, ¹⁵ Rectè.] Cùmque venisset ad virum dei in montem, apprehendit pedes eius: Et accessit Giezi vt amoueret eam. Et ait homo dei: Dimitte illā. Anima enim eius in amaritudine est, & dominus celsauit à me, & non indicauit mihi. ¹⁶ Quæ dixit illi: Nunquid petiui filium à domino meo? Nunquid non dixi tibi, ne illudas me? Et ille ait ad Giezi: Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, ¹⁷ non salutes eum: & si salutauerit te quispiam, nō respondeas illi. Et pones baculum meum super faciem pueri. Porrò mater pueri ait: Viuit dominus, & viuit anima tua, non dimittam te. ¹⁸ Surrexit ergo, & sequutus est eam. Giezi autem præcesserat eos, & posuerat baculum super faciem pueri, & non erat vox, neque sensus. Reuersusque est in occursum eius, & nuntiauit ei dicens: Non surrexit puer. Ingressus est ergo Elisæus domum, & ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius: ingressusque clausit ostium super se & super puerum, & orauit ad dominum. ¹⁹ Et ascendit, & incubuit super puerum, posuitque os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius: & incuruauit se super eum, & calefacta est caro pueri. ²⁰ At ille reuersus, deambulabat in domo, semel huc atque illuc: & ascendit, & incubuit super eum. Et oscitauit puer septies, ²¹ aperuitque oculos. Et ille vocauit Giezi, & dixit ei: Voca Sunamitiden hanc. Quæ vocata, ingressa est ad eum. Qui ait: Tolle filium tuū. ²² Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit super terram. Tulitque filium suum, & egressa est, & Elisæus reuersus est in Galgala. Erat autem fames in terra, & filij prophetarum habitabant coram eo, dixitque vni de pueris suis: Pone ollam grandem, & coque pulmētum filiis prophetarum. Et egressus est vnus in agrum, vt colligeret herbas ²³ agrestes.] Inuenitque ²⁴ quasi] vitem syluestrem, & collegit ex ea colocyntidas ²⁵ agri,] & impleuit pallium suum, & reuersus ²⁶ concidit in ollam pulmenti. Nesciebat enim quid esset. Infuderunt ergo ²⁷ focis, vt comederent. Cùmque gustassent de coctione, exclamauerunt, dicentes: ²⁸ Mors in olla vir dei. Et non potuerunt comedere: ²⁹ At ille: afferte, inquit farinam. Cùmque tulissent, misit in ollam, & ait: Infunde turba, vt comedant. Et non fuit amplius quicquam amaritudinis in olla. Vir autem quidam venit de Balsalifa deferens viro dei panes primitiarum, & viginti panes hordeaceos, & frumentum nouum ³⁰ in pera sua.] At ille dixit: Da populo vt comedat. Responditque ei minister eius: Quantum est hoc vt apponam coram centum viris? Rursum ille: Da, ait, populo vt comedat. Hæc enim dicit dominus: Comedent, & supererit. Posuit itaque coram eis. Qui comederunt, & superfuit iuxta verbum domini.

Naaman Syrus septies in Iordane Elisæi consilio lotus, mundatur à lepra: quæ Giezi propter munera ab eo suscepta perpetuo adhæsit.



Naaman Princeps militiæ Regis Syriæ, erat vir magnus apud dominum suum, & honoratus. Per illum enim dedit dominus salutem Syriæ. Erat autem vir ¹ fortis, & diues:] sed leprosus. ² Porrò de Syria egressi fuerant latrunculi:] & captiuam duxerant de terra Israel puellam paruulam, quæ erat ³ in obsequio] vxoris Naaman, quæ ait ad dominam suam: Vtinam fuisset dominus meus ⁴ ad prophetam] qui est in Samaria, profecto curasset eum à lepra quam habet. Ingressus est itaque Naaman ad dominum suum, & nunciauit ei, dicens: Sic & sic locuta est puella de terra Israel. ⁵ Dixitque ei Rex Syriæ, ⁶ Vade,] & mittam literas ad Regem Israel. ⁷ Qui cùm profectus esset, & tulisset secum decem talenta argenti, & sex milia aureos, & decem mutatoria vestimentorum, detulit literas ad Regem Is-

11. Propter salutem.

12. Duce asinam, & vade, nec facias eam tarde incedere, eo quod illi infido, nisi eam dixeris tibi.

13. Procul.

14. Est ne pax tibi & pax viro tuo, & pax puero?

15. Dicunt aliqui quod in hoc sit metira, & quod non oportet eam à metiratio excusari. Veritatem dicitur quod verisimile ipsa respondit. Rectè enim id est iustè circa eam & filium eius acciderat: quoniam deus iusto iudicio ita disposuerat. Dionysius Cart.]

15. Pax.

h. Refinito enim iacebat ad eum contendere, vt celebranda resurrectionis exequeretur officium, ne consabulatione alicuius obui mandato reflecteretur à munere. Ergo & hic non salutationis officium ac sedulitas auferretur, sed obstaculum impediendæ deuotionis aboleretur, vt quando diuina mandantur, sequeretur humana. Am. Luc. 7

i. Frigidus erat puer, calefecit eum Elisæus spiritu suo delecto et vice calore. Condormiuit ei, vt eum calor quiescit qui in syncholo ei consueuerat iurare, excitaret. Amb. Epist. lib. 4. Epist. stola. 17.

k. Helisæus mortuum suscitauit sed alterum, non seipsum. Ecce enim quot annis iacet in monumento, quod à se non potest sperans ab alio suscitari ab eo vique qui triumphauit mortis imperium in seipso. Inde est quod ceteros dicimus suscitatos Christi sum surrexisse, qui solus virtute propria victor proditit de sepulchro. Bernardus in die pasche. Sermo. 1.

16. Agrestes.

17. Qui littere legis intentus vel philosophia studiosus, amaritudinem de lege vel mortiferi de philosophis sumis intermicet veritati euangelica, & in olla cordis coqueat, tale condimentum præparat auditoribus suis. Dicit enim Apostolus. Littera occidit: prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus, vita. Gloriosa Ordinaria.]

17. Viris.

m. Elisæus quidem yates didicerat à magistro parcimoniam, cui filios aleret prophetarum, viciis agrestis grumulis in feno onerabit, & in campis syluestribus oleribus hospitalitatis humanitate implebat officium. Quod si offensus amaritudine eum manducare non possent, leuis farina aspersione omnem illam amaritudinem temperauit, absilentie prophetice munere veneni vires euacuas. Amb. De Elisæo, cap. 6.

18. Adhuc in thecis suis.

a. Cui Naaman regio Syriæ princeps pectus lepra fuisset, & sibi vel cunctis horroret, dolebat Rex Syriæ virum per quem plurima ceterat bella, gentes domuerat, & victorias perpetrarat. Aug. Ser. 207. de tempore, 1. Pelliciosus.

2. Et Syri egressi per cuneos,

3. Ante faciem.

4. Coram propheta.

5. Veni, & ingrederis.

b. Naaman princeps militiæ, qui & leprosus erat, & suggerente ancilla ad beatum Elisæum finandus aduenit, populum Gergisium figurabat.

Luc. 19. g. Ioh. 11.

Reg. 17. d. Ad. 20. e

Luc. 7. e

e. O fides Naaman principis, O istius perfidia Regis. Naaman Syrus fideliter fecerat ad deum, & Rex perfidus suum scidit vestimentum. Diffidunt qui noventant: & qui non aueatit credunt. Chrysol.

* Quæso.

Ed. Non dixit hoc reprehendendo quod vestes suas ex decoratione blasphemis scidit, sed quod verba regis Syriæ alter intelligere potuit, de Lyta.]

6. Equitatu suo, & cum cætribus suis.

7. Ipsum quidem vt leprosum videre sustinuit, vt qui legibus subiectus esset. Imperat autem ei rem propositam. Corporis enim lepra erat, quod corpus ex quatuor elementis constat. Septem vero diebus præsens vita reuoluitur, potè animæ purgatio iuxta numerum sanctæ trinitatis perficitur. Procopius.]

7. Laua te, & infra.

8. Qui alio nomine dicitur Amman.

8. Nōne si locus fuerit in eis mundabori?

* Et dixerunt.

* Mi.

9. Et ideo quod vobis impossibile imperari videtur, deo donare possibile est. Nā & impossibile videbatur, vt peccati ablueretur aqua. Naaman Syrus lepram suam mūdari per aquam posse nō credidit: Sed quod impossibile erat, fecit deus possibile esse, qui cuncta nobis donauit gratiā. Amb. de po. li. 2. c. 2.

10. Mūdandūque illico intellexit non quāsi aliquid quod vniuersi que mūdatur, sed gratiā. Amb. de iis qui mysticis initiantur, cap. 7.

9. Mulorum.

1. De terra Israel quam reputabat sanctam, vt ex illa faceret altare in honorē dei Israel in Syria, ad adorandum deum verū, & non amplius idola.

10. In hac tamen re propicietur dominus.

* Ibi.

11. Quasi per stadium terra.

12. Est ne pax?

13. Pax.

14. Libenter accipe.

15. Cum duabus vestibus mutatoris.

16. Ad locū quēdam secretum.

17. Ambulauit tecum.

18. Putas hoc tempore accipendam esse pecuniam, accipienda vestes.

k. Et lepra eum Giezi à sancto suscipisse se credant Elisæo, qui gradum sacerdotalem æstimat pecuniis comparare. Quibus eū ista diximus, sustinere debuit suam comparandō lepram possidere. Nam sicut validioribus morbis capite vitato, reliquū necesse est corpus inundatione superius morbi localiter irritata, & hi qui caput videntur esse ecclesiæ, morbo pestifero fraterium vitant corpus, vt nihil ex totius corporis conspice infatuatum possit euadere, quod negligentium sacerdotum viciolitas mortale infecerit viciolitas vt videas in ecclesiā passim, quos non merita sed pecunia ad episcopatus ordinē prouexorūt nugacem pondum & iudicium, qui talem sibi atque sunt sacerdotem: quos si peccati ari si videris velis, quis eos preceat si sacerdotem. Respōdebat, pecunia, & fauor, &c. Amb. de dignitate sacerdotali. cap. 5.

rael in hæc verba: Cū acceperepistolam hanc, scito quod miserim ad te Naaman seruum meum, vt cures eum à lepra sua. Cūque legisset Rex Israel literas, scidit vestimenta sua, & ait: Nunquid deus ego sum, vt occidere possim, & viuificare? quia iste misit ad me, vt curem hominem à lepra sua? Animaduertite & videte, quod occasiones quærat aduersum me. Quod cū audisset Elisæus vir dei, scidisse videlicet Regem Israel vestimenta sua, misit ad eum, dicens: Quare scidisti vestimēta tua? Veniat ad me, & sciat esse prophetam in Israel. Venit ergo Naaman cum equis & curribus, & stetit ad ostium domus Elisæi. Misitque ad eum Elisæus nuntium, dicens: Vade & lauare septies in Iordane: & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. Iratus Naaman, recedebat dicens: Putabam quod egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen domini sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me. Nunquid non meliores sunt Abana, & Pharphar fluuij Damasci, omnibus aquis Israel, vt lauer in eis & munder? Cū ergo vertisset se, & abiret indignans, accesserunt ad eum serui sui, & locuti sunt ei: Pater et si rem grandem dixisset tibi Propheta, certe facere debueras. Quanto magis quia nunc dixit tibi lauare, & mundaberis? Descendit, & lauit septies in Iordane, iuxta sermonem viri dei, & restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli: & mundatus est. Reuersusque ad virum dei, cum vniuerso comitatu suo, venit, & stetit coram eo, & ait: Verè scio, quod non sit alius deus in vniuersa terra, nisi tantum in Israel. Obsecro itaque vt accipias benedictionem à seruo tuo. At ille respondit: Viuit dominus ante quem sto, quia non accipiam. Cūque vim faceret, penitus non acquieuit. Dixitque Naaman: Vt vis? Sed obsecro concede mihi seruo tuo, vt tollam onus duorum burdonum de terra. Non enim faciet vltra seruus tuus holocaustum aut victimam diis alienis, nisi domino. Hoc autem solum est de quo deprecaris dominum pro seruo tuo: quando ingreditur dominus meus templum Remmon, vt adoret: & illo innitente super manum meam, si adorauero in templo Remmon, adorante eo in eodē loco, vt ignoscat mihi dominus seruo tuo pro hac re. Qui dixit ei: Vade in pace. Abiit ergo ab eo: electo terræ tempore. Dixitque Giezi puer viri dei: Pepercit dominus meus Naaman Syro isti, vt non acciperet ab eo quæ attulit: Viuit dominus, quia curram post eum: & accipiam ab eo aliquid. Et secutus est Giezi post tergum Naaman. Quem cū vidisset ille currentem ad se, desiliit de curru, in occursum eius, & ait: Recte sunt omnia. Et ille ait: Recte. Dominus meus misit me ad te, dicens: Modo venerunt ad me duo adolescentes de monte Ephraim, ex filiis Prophetarum: Da eis talentum argenti, & vestes mutatorias duplices. Dixitque Naaman: Melius est, vt accipias duo talenta. Et coegit eum, ligauitque duo talenta argenti in duobus saccis: & duplicia vestimenta, & imposuit duobus pueris suis, qui & portauerunt coram eo. Cūque venisset iam vesperi, tulit de manu eorum, & reposuit in domo, dimisitque viros, & abierunt: ipse autem ingressus, stetit coram domino suo. Et dixit Elisæus: Vnde venis Giezi? Qui respondit: Nō iuit seruus tuus quōquam. At ille ait: Nōne cor meum in presenti erat, quando reuersus est homo de curru suo in occursum tuum? Nunc igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, vt emas oliueta, & vineas, & oues, & boues, & seruos, & ancillas. Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo vsque in sempiternum. Et egressus est quasi nix ab eo leprosus.

Ferrum in aqua sub Elisæo natat, Syri exploratores excæcati ducuntur ab Elisæo in Samariam: Samaria obsidio fame adeo grauatur, vt matres filios ederent, & Elisæus iuberetur occidi.

Dixerunt autem filij Prophetarum ad Elisæum: Ecce locus in quo habitamus coram te, angustus est nobis. Eamus vsque ad Iordanem, & tollant singuli de sylua materiam singulas, vt ædificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit: Ite. Et ait vnus ex illis, Veni ergo, & tu cum seruis tuis. Respondit, Ego veniam. Et abiit cum eis. Cūque venissent ad Iordanem, cæde-

2. Filij prophetarum dicebatur prophetarum discipuli, qui sub illis studio theologicum proferebatur, ad quorum notam theologia nunc fit professio.

1. Acquisce quæso, & veni.

† Deut. 32. f.

† Luc. 4. e.

2. Para. 16.

Sup. 4. d. f. 1. quæsit. Qui studet. Cū in eccle. sic. cap. 5. Sicut pro certo.

2. Para. 16.

caedebant ligna. ^b † Accidit autem, vt cum vnus materiam succidisset, caderet ferrum securis in aquam. Exclamauitque ille, & ait: Heu heu] domine mi, & hoc ipsum mutuo acceperam. Dixit autem homo dei: Vbi cecidit? At ille monstrauit ei locum. ^c Percidit ergo lignum, & misit illuc. Natauitque ferrum. ^d Et ait: Tollè. Qui extendit manum, & tulit illud. Rex autem Syriae pugnabat contra Israel, consiliūque inuit cum seruis suis, dicens: In loco illo ^e & illo, ponamus insidias.] Misit itaque vir dei ad Regem Israel, dicens: Cauere ne transeas in locum illum: quia ^f ibi Syri in insidiis sunt.] Misit itaque Rex Israel ad locum, quem dixerat ei vir dei: & ^g praoccupauit eum: & obseruauit se ibi] non semel neque bis. Conturbatumque est cor Regis Syriae pro hac re, & conuocatis seruis suis, ait. Quare non indicatis mihi quis proditor mei sit apud Regem Israel? Dixitque vnus seruatorum eius: Nequaquam domine mi Rex: sed Elisæus propheta, qui est in Israel, indicat Regi Israel omnia verba quaecunque locutus fueris in conclauis tuo.] ^h Dixitque eis: Ite, & videte vbi sit, vt mittam & capiam eum. Annunciauerunt ei, dicentes: Ecce in Dothaim. Misit ergo illuc equos & currus, & robur exercitus. ⁱ Qui cum venissent nocte, circumdederunt ciuitatem. Consurgens autem diluculo minister viri dei ^k egressus est,] viditque exercitum in circuitu ciuitatis, & equos & currus. Nuntiauitque ei, dicens: Heu heu] domine mi quid faciemus? At ille respondit: Noli timere. ^l Plures enim nobiscum sunt, quam cum illis: cumque orasset Elisæus, ait: domine, aperi oculos huius, vt videat. Et aperuit dominus oculos pueri, ^m & vidit, quia ecce mons plenus equorum & curruum igneorum in circuitu Elisæi. Hostes verò descenderunt ad eum. ⁿ Porro Elisæus orauit ad dominum, dicens: † Percute obsecro gentem hanc cæcitate. Percussitque eos dominus ne viderent, iuxta verbum Elisæi. Dixit autem ad eos Elisæus: Non est hæc via, nec ista est ciuitas. Sequimini me, & ostendam vobis virum] quem queritis. ^o Duxit ergo eos in Samariam. Cumque ingressi fuissent in Samariam, dixit Elisæus: Domine aperi oculos istorum, vt videant. Aperuitque dominus oculos eorum, & viderunt se esse in medio Samariæ. Dixitque Rex Israel ad Elisæum, cum vidisset eos: Nunquid ^p percutiam eos pater mi? Et ille ait: Non percuties. ^q Neque enim] cepisti eos gladio & arcu tuo, ^r vt percutias.] Sed ^s pone panem & aquam coram eis, vt comedant, & bibant, & vadant ad dominum suum. Appositaque est eis ciborum magna præparatio. Et comederunt & biberunt, & dimisit eos: abieruntque ad dominum suum. Et vltra non venerunt ^t latrones] Syriae in terram Israel. Factum est autem post hæc congregauit Benadab Rex Syriae vniuersum exercitum suum, & ascendit, & obsidebat Samariam. Factaque est fames magna in Samaria: & ^u tandiu obfessa est,] donec venundaretur caput asini octoginta argenteis: & quarta pars ^v cabi stercoris columbarum quinque argenteis. Cumque Rex Israel transfret per murum, mulier quædam exclamauit ad eum, dicens: ^w Salua me] domine mi Rex. Qui ait: ^x Non te saluet dominus, vnde te possum saluare? ^y De arca,] vel de torculari? Dixitque ad eam Rex: Quid tibi vis? Quæ respondit: Mulier ista dixit mihi: Da filium tuum vt comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras. ^z Coximus ergo filium meum, & comedimus, dixitque ei altera die: Da filium tuum, vt comedamus eum. ^{aa} Quæ abscondit filium suum. Quod cum audisset Rex, scidit vestimenta sua, & transibat per murum. Viditque omnis populus ^{ab} cilicium] quo vestitus erat Rex ad carnem intrinsecus. Et ait Rex: † Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat: si steterit caput Elisæi filij Saphat super ipsum hodie. ^{ac} Elisæus autē sedebat in domo sua, & senes sedebat cum eo. Præmisit itaque virum, & antequam veniret nuntius, ille dixit ad senes: Nunquid scitis quod miserit filius homicidæ huc, vt præcidatur caput meum? Videte ergo cum venerit nuntius, claudite ostium, & ^{ad} non sinatis eum introire.] Ecce enim sonitus pedum domini eius post eum est. Adhuc illo loquente ei, apparuit nuntius qui veniebat ad eum. Et ait, Ecce tantum malum à domino est. Quid amplius expectabo à domino?

1. Si me fuisse munus curare sed nunc doleo vehementer, et non habeam quod pro illo restituam. Dionys. Carr.

2. Vriusque & hæc præter naturæ factum esse cognoscimus. Grauior est enim ferri species, quæ aquarum liquor. Aduertimus igitur maioris esse virtutis gratiam quam naturam, & adhuc tamen prophetice benedictionis numeramus gratiam. Quod si tantum humana valuit benedictio vt naturam conueteret, quid dicimus de ipsa consecratione diuina, vbi verba ipsa domini saluatoris operantur? Næ sacramentum istud quod accipis, Christi sermone consecratur. Amb. De his qui mysticis iurantur, cap. 9.

3. Oculis erit mansio mea.

4. Illic Syri latitant.

5. Montuatur eum, & cauis sibi ab eo.

6. Cubicu: tui.

7. Qui in nequitie armis confidens, Christi famulus insidias parat, nocte perfidie excæcat, bel lum contra ecclesiam gerit. Glo: sa ordi post Rabanum.]

8. Vt egredietur.

9. O fides sancti prophete, non timet aduersarios quos prospicit, quoniam scit angelos fecisse quos credit. Non meruit terrenas insidias, quia ecclesia adesse sibi nouit auxilia. Plures inquit, nobiscum sunt quam cum illis. Mira res, plures è caelo descendentes meretur sanctitas, quæ in tercis oppugnatores adduxit improbitas. Ambr. Sem. 86.

10. Pueri oculi aperiantur, & n. phantasi exercitus excæcatur videt puer que videre non poterat, & exercitus non videt que videbat. Chryso.

11. Ducam vos ad virum.

12. Ducitur captiuus qui propheta venerat captiuus, propheta sanctissimus non pugnat sed vincit, sique sine sanguine videt, sine gladio triumphator, Chryso.

13. Percutendo.

14. Sed quos.

15. Percute.

16. Docuit prior inimicos foueri, docuit primus debere hostibus parci, docuit aduersariis pro pena epulas exhiberi. Chryso, 10. Cunei.

17. Licet Iosaphat amouisset statuam Baal, tamen non amouit cultum vitulorum quos fecerat Jeroboam, vt sup. cap. 3. Ipse etiam & populus Israel multa alia mala faciebant, propter que dominus permisit eos affligi obidione longa. De Lyra.]

18. Ecce illi oppugnabant eam.

19. Cabus sexti patris fati.

20. Sueure.

21. Si non succurrit tibi, Id est, nec à me, nec à deo consequaris auxilium. Hoc dixit ex subita perculatione, & indignatione, putans quod illa mulier quæret sibi vite necessaria dari, quibus & ipse indiguit Dionys. Carr.]

22. De hoc reo.

23. Dæmone cuius dei gens iniqua di scedit, horrida fame comprimitur, & iuna necessitate turbatur, August. Sermo. 111. de Tempore. Proh dolor, in cibum pietas vertitur, in pabulum si scepea soboles commutatur, ante patricidium geritur quam ad iunctas epulas veniatur. Idem ibidem.

24. Saccum.

25. Affligite eum in ostia.

1. De consecratione. Reue. n. 19. 1. Iudic. 11.

2. Ios. 9.

3. Reg. 22. b. 2.

4. Para. 3. d.

5. Genes. 19. a.

6. Ios. 9. 4.

7. Reg. 14. a.

8. Dent. 18. f.

9. Thren. 4. b.

10. Reg. 19. a.

Fugatos à domino Syros ab obsidione Samariæ quatuor leprosi nuntiant, unde prædicente Elisæo fame periclitantibus victus copia succurrit. VII.

A Ios. 9. 4.

D Nuntiat autem propheta sanctissimus ad Regem cælitus vbertatem quam sola fides crederet, & perfidia posse fieri denegaret. Nuntiat in locum famis futuram abundantiam similaginis, nuntiat celsitudinem fame, succelluram vbertatem. Nuntiat subito magnalia dei successura virtute altissimi, & addit proprio sceleris perfidia hominis. Aug. Ser. 21. de tempore.

1. Sielo, & infra.

2. Siquidem etiam quatuor illos, qui cogente fame in castra primi regis Syriæ tenerentur, tradit historia fuisse leprolos: cur igitur non curabat fratres Elisæus, non curabat ciues, non sanabat propheta consortes, cū sanaret alienos, sanaret eos qui obseruantiam legis & religionis confortium non habebant, nisi quia voluntatis est medicina, non genis, & diuinum munus votis eligitur, non naturæ iure deseruit. Amb. Luc. ca. 4.

3. In crepusculo vt ingredierentur.

4. Extremis, & infra.

5. Igitur dum hac geruntur, auditum fecit dominus in castris Syriæ, vt populo promissam tribuere vbertatem, quadrigarū strepitus, eurrus sonitus, & armotum tumultus inimicorum auribus maluit resonare, vt posset iam populum suum liberare. Aug. Ser. 11. de tempore.

6. Suos, arque castra sua vt erant, fugeruntque pro anima sua.

7. Ingressi sunt.

8. Hodie, cū dies sit boni nuntij, & nos tacemus: si expectamus vsque ad lucem matutinam, inueniet nos iniquitas: quapropter.

9. Venientes igitur clamauerunt ad ianitores.

10. Ecce non fuit ibi vir vllus, aut vox hominis, sed equi ligati, & asini ligati.

11. Vt esse solent.

12. Indicabo nunc.

Ixit autem Elisæus: Audite verbum domini. Hæc dicit dominus: ^aIn tempore hoc, cras modius similæ vno ¹statere] erit: & duo modij hordæi statere vno in porta Samariæ. Respondens vnus de ducibus, super cuius manum Rex incumbbat, homini dei, ait: Si dominus fecerit etiam cataractas in cælo, nunquid poterit esse quod loqueris? Qui ait: Videbis oculis tuis, & inde non comedes. ^bQuatuor ergo viri erant leprosi iuxta introitum portæ, qui dixerunt adinuicem: Quid hic esse volumus donec moriamur? Siue ingredi voluerimus ciuitatem, fame moriemur: siue manferimus hic, moriendum nobis est. Venite ergo & transfugiamus ad] castra Syriæ. Si pepercerint nobis, viuemus: si autem occidere voluerint, nihilominus moriemur. Surrexerunt ergo ³vesperi, vt venirent ad] castra Syriæ. Cūque venissent ad ⁴principium] castrorum Syriæ, nullum ibidem reppererunt. ⁵Siquidem dominus ^csonitum audire fecerat in castris Syriæ curruum & equorum ⁸& exercitus plurimi. Dixeruntque adinuicem: Ecce mercede cōduxit aduersum nos Rex Israel Reges Hethæorum, & Ægyptiorum, & venerunt super nos. Surrexerunt ergo, & fugerunt in tenebris, & dereliquerunt tentoria sua, & equos, & asinos in castris, fugeruntque, animas tantum suas saluare cupientes. Igitur cū venissent leprosi illi ad principium castrorum, ingressi sunt vnum tabernaculum, & comederunt & biberunt. Tuleruntque inde argentum & aurum & vestes, & abierunt, & absconderunt, & rursum reuersi ⁶sunt ad] aliud tabernaculum, & inde similiter auferentes, absconderunt. Dixeruntque adinuicem: Non rectè facimus. ⁷Hæc enim dies boni nuntij est. Si tacuerimus & noluerimus nuntiare vsq; mane, sceleris arguemur. Venite eamus, & nuntiemus in aula Regis. ⁸Cūque venissent ad portam] ciuitatis, narrauerunt eis, ^cdicentes: Inuimus ad castra Syriæ, & ⁹nullum ibidem repperimus hominē, nisi equos & asinos alligatos, & fixa tentoria. ¹⁰Ierunt ergo portarij, & nuntiauerunt in palatio Regis intrinsecus. Qui surrexit nocte, & ait ad seruos suos: ¹⁰Dico] vobis, quid fecerint nobis Syri. Sciunt quia fame laboramus, & idcirco egressi sunt de castris, & latitant in agris, dicentes: cū egressi fuerint de ciuitate, capiemus eos viuos, & tunc ciuitatem ingredi poterimus. Respondit autē vnus seruorum eius: Tollamus quinque equos qui remanserunt in vrbe: (quia ipsi tantum sunt in vniuersa multitudine Israel: Alij enim consumpti sunt: & mittentes explorare poterimus. ^dAdduxerunt ergo duos ^eequos: misitque Rex in castra Syrorum, dicens: Ite, & videte. Qui abierunt post eos vsque ad Iordanem. Ecce autē omnis via plena erat vestibus & vasis, quæ proiecerant Syri cum turbarentur. Reuersi que nuntij, indicauerunt Regi. ⁹Et egressus populus, diripuit castra Syriæ: ¹¹factusque est modius similæ statere] vno, & duo ¹²modij hordei statere] vno, iuxta verbum domini. Porro Rex ducem illū in cuius manu incubuerat, constituit ad portam, quem conculcauit turba in introitu portæ, & mortuus est, iuxta quod locutus fuerat vir dei, quando descenderat Rex ad eum. Factumque est secundū sermonem viri dei, quem dixerat Regi, quando ait: duo modij hordei statere vno erunt: & modius similæ statere vno, hoc eodem tempore cras in porta Samariæ, ^equando responderat dux ille viro dei, & dixerat: etiam si dominus fecerit cataractas in cælo, nunquid poterit fieri quod loqueris: & dixit ei: videbis oculis tuis, & inde nō comedes. Euenit ergo ei, sicut prædictum erat: & cōculcauit eū populus in porta, & mortuus est.

d. Streptu percussis inimici fugiunt, sine pugna terga vertunt, vrensilia relinquunt: & Israelites egressi ciuitatem, castra hostium inuadunt deprædantes. Reuerente ergo populo onerato, ille qui non crediderat, cecidit lapsus, & vbertatem vidēs in populo cecidit, & pressus est in porta, & mortuus. Aug. Ser. 21. de tempore.

e. Currum.

11. Factumque est factum similesielo.

12. Sara hordei sielo.

e. Dux ille qui futuram frumēti abundantiam per Elisæum venturam audierat, credere noluit, scribarum acque Pharisæorum gestibus figuram: qui ferilitate in ecclesia diuinitus colatam vidit: & qui credere noluit, ab hac impletate sua mortuus est. Eucherius.

Septennem famem Samamitis Elisæi consilio fugit: mortuo Benadab succedit Azael in Syria, & Iehoram Ochozias in Iuda, yecedente Aedom à Iuda. VIII.

VIII.

a. De hac fame ambiguum est, vtrum præcellerit prædicta obsidionem vel secuta sit Conestor. Hanc autem dicit Rab Salomon fuisse, de qua loel loquitur. loel. 1. Quod nō videtur verum: quoniam Hieronymus hæc eredit Isaiæ contemporaneum, alij sub Manasse post mortem Isaiæ, atque hoc ideo quia nulli profus Israelitici regni metuit, sed tantum de tribus Iudæ captiuitate imminente.

1. Septem annis.



Elisæus autem locutus est ad mulierem, cuius viuere fecerat filium, dicens: ^a Surge, vade tu & domus tua, & peregrinare vbicunque repperis. ^aVocauit enim dominus famem, & veniet super terram septem annis. Quæ surrexit, & fecit iuxta verbum hominis dei, & vadens cum domo sua, peregrinata est in terra Philistiim ¹diebus multis. Cūque finiti essent anni septem, reuerfa

Ios. 9. 4. Sup. 4. 6

uerfa est mulier de terra Philistiim: & ingressa est vt interpellaret Regem pro domo sua, & pro agris suis.^b Rex autem loquebatur cum Giezi puero viri dei, dicens: Narra mihi omnia magnalia, quae fecit Elifaeus.^c Cumque ille narraret Regi, quomodo mortuum suscitasset, apparuit mulier cuius uiuificauerat filium, clamans ad Regem pro domo sua, & pro agris suis. Dixitque Giezi: Domine mi Rex, haec est mulier, & hic est filius eius quem suscitauit, Elifaeus. Et interrogauit Rex mulierem. Quae narrauit ei uera esse. Deditque ei Rex eunuchum vnũ, dicens: Restitue ei omnia quae sua sunt, & vniuersos reditus agrorum, a die qua reliquit terram vsque ad praesens. Venit quoque Elifaeus Damascum: & Benadab Rex Syriae aegrotabat. Nuntiaueruntque ei, dicens: Venit vir dei huc. Et ait Rex ad Azahel: Tolle tecum munera, & vade in occursum viri dei, & consule dominum per eum, dicens: Si euadere potero de infirmitate mea hac? Iuit igitur Azahel in occursum eius, habens secum munera, & omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorum. Cumque stetit coram eo, ait: Filius tuus Benadab Rex Syriae, misit me ad te, dicens: Si sanari potero de infirmitate mea hac? Dixitque ei Elifaeus: Vade dic ei: Sanaberis. Porro ostendit mihi dominus, quia morte morietur. Stetitque cum eo: & conturbatus est vsque ad suffusionem vultus. Fleuitque vir dei. Cuique Azahel ait: Quare dominus meus flet? At ille dixit: Quia scio quae facturus sis filiis Israel mala. Ciuitates eorum munitas igne succendes, & iuuenes eorum interficiet gladio, & paruulos eorum elides, & praegnantes diuides. Dixitque Azahel. Quid enim sum seruus tuus canis, vt faciam rem istam magnam? Et ait Elifaeus: Ostendit mihi dominus te Regem Syriae fore. Qui cum recessisset ab Elifaeo, venit ad dominum suum. Qui ait ei: Quid tibi dixit Elifaeus? At ille respondit: Dixit mihi, recipies sanitatem. Cumque venisset dies altera, tulit stragulum, & infudit aquam: & expandit super faciem eius. Quo mortuo: regnauit Azahel pro eo. Anno quinto Ioram filij Achab Regis Israel, regnauit Ioram filius Iosaphat Rex Iuda. Trigintaduorum annorum erat cum regnare coepisset: & octo annis regnauit in Ierusalem. Ambulauitque in viis Regum Israel: sicut ambulauerat domus Achab. Filia enim Achab erat vxor eius. Et fecit quod malum est in conspectu domini. Noluit autem dominus disperdere Iudam propter Dauid seruum suum, sicut promiserat ei, vt daret illi lucernam, & filii eius cunctis diebus. In diebus eius recessit Aedom, ne esset sub Iuda: & constituit sibi Regem. Venitque Ioram Seira, & omnis exercitus cum eo. Et surrexit nocte, percussitque Idumaeos qui eum circumdederant, & Principes curruum. Populus autem fugit in tabernacula sua. Recessit ergo Aedom, ne esset sub Iuda: vsque ad diem hanc. Tunc recessit & Lobna in tempore illo. Reliqua autem sermonum Ioram, & vniuersa quae fecit: nonne haec scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iuda? Et dormiuit Ioram cum patribus suis, sepultusque est cum eis in ciuitate Dauid: & regnauit Ochozias filius eius pro eo. Anno duodecimo Ioram filij Achab Regis Israel, regnauit Ochozias filius Ioram Regis Iuda. Vigintiduum annorum erat Ochozias cum regnare coepisset: & vno anno regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Athalia filia Amri Regis Israel: & ambulauit in viis domus Achab, & fecit quod malum est coram domino, sicut domus Achab, gener enim domus Achab fuit. Abiit quoque cum Ioram filio Achab ad praeliandum contra Azahel Regem Syriae in Ramoth Galaad, & vulnerauerunt Syri Ioram. Qui reuersus est, vt curaretur in Iezrahel: quia vulnerauerunt eum Syri in Ramoth praeliante contra Azahel Regem Syriae. Porro Ochozias filius Ioram Rex Iuda descendit inuisere Ioram filium Achab in Iezrahel: quia aegrotabat ibi.

Iehu vnctus in Regem occidit Ieroboam Regem Israel, & Ochoziam Regem Iuda ac Iezabelem, quam canes comederunt. IX.

Elifaeus autem propheta vocauit vnum de filiis Prophetarum, & ait illi: Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hanc in manu tua: & vade in Ramoth Galaad. Cumque veneris illuc videbis Iehu filium Iosaphat filij Namfi. Et ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum, & introduces in inte-

Ex hoc videtur quod istud accidit antequam lepra percuteretur: quia non est verum illud quod rex cum Iaproso tandem loqueretur frequenter enim in scriptura sacra prius facta posterius scribunt. Nec ista locutio Giezi cu regē ponitur hic, nisi propter ingressum huius mulieris ad regē. Lyraus ibi.] Nam mox inito certamine Benadab victis aduersariis triū phans sed caelo suo exercitu fugiens domum rediit. Benadab regem Syriae tyrum habuissa diaboli, qui princeps est huius mundi. Ezechielus ibidem.]

Vitendo viues (hoc est, di cete illi poteris vt bono sit animo, quodque adhuc sit diu vitaturus: tamen dominus mihi ostendit, quod sit mortuus, scilicet morte violenta impossibilitate pñi nullis super tunc ius, vnde suffocatus est, egritudo tamen non erat ad mortē, sicut praedixit Elifaeus, nisi violentia afflisset, quam prauidebat dominus. Comest.]

Statuitque ille facientiam suam, & posuit in confusione. Itaque reuersus Azahel ad dominum suum, melius eum habiturum nunciat: & sequenti die recti viuido in eum iniecto, praeforaci à le regiā occupat Iosephus Antiq lib. 9 cap. 4.

Intrauit in aquam. Et mortuus est. Er Iosaphat Regis Iuda. Nam quintus annus Ioram filij Achab est. 22. Iosaphat & sic Ioram filius eius regnauit 22. eo annis 9. à 17. scilicet, anno regni eius, ad 17. an. eiusdem, qui fuit 7. an. alterius Ioram filij Achab. Post mortem vero Iosaphat patris, 5. an. regnauit. 8. scilicet 3. an. viuente patre, quando pater eius regnum resignauit, cum quo prius 6. an. administrauerat.

Rebellis tamen mansit. Lobna vna ciuitatum Leuitarū & fugiit, ab Eleazar e populo 7. milia distans, vna de ciuitatibus Iuda, & tamen propter scelera Ioram fuit eirebellis, & se aduersariis eius contederat. Dionysius.

Qui fuit vltimus annus Ioram patris sui & 12. an. Ioram filij Achab. Athalia soror Achab Regis Israel nupsit Ioram filio Iosaphat Regi Iuda, ex quibus natus Ochozias.

Cum promptum & paratum ac instructum aliquem volunt esse, dicunt: Accinge lumbos, hoc est, strenue age. Vnde ac, cinctos indultrios & paratos: ac distinctos negligētes & desides appellamus.

Voluit enim Elifaeus ipsum Iehu clā vngi, nec eius vnctio- nē ab exercitu sciri, quoniam iuuenis ille qui vnxit abiit, ne quis posset de fautoribus Ioram Regis in iuuenem illū insurgere, ne Ioram hęc perciperet: & item, ne iuuenis ille videretur aliquid emolumentum petere. Dionysius.

1.4.2. Iudi. 66. 13. Reg. 14. 2.

1.4.9. 6. 7. 1. Pat. 11. 2. Anni ante Christum. 910. Anni mudi. 3015. Ioram 8. Ju. 62 an. 8.

7. Reg. 7. b.

7. Par. 22. 4. Anni ante Christum. 902. Anni mudi. 3060. Ochozias. 9. 104 an. 7.

1.4.9. 6. 7. 1. Pat. 11. 2. Anni ante Christum. 902. Anni mudi. 3060. Ochozias. 9. 104 an. 7.

sc. Iehu vero eius vocabulum interpretatur ipse, vel existens filius videlicet Namfi, Apostolorum spiritualiter praesfigurabat personam. Illis quippe horum nominum valde congruit interpretatio. Beati enim Apostoli semper pro certo sunt, qui pro trinitatis confessione, & veridica praedicatione deo & vniuerso orbi perpetuo viuunt. Eucherius. ibidem.]
 d. Iehu Rex ab Elifro vnus omnium domum Achab deleuit, Ioram Regem Israel & Ochoziam Regem Iuda interemit, Iezabel de domo precipitavit, sacerdotes Baal occidit, templumque illius succendit.
 e. Iehu sollicitus vindicauit sanguinem innocentem Naboth in domo Achab. Interfecit & praecipit Iezabel uxore sua, interfecto etiam regulo a quadraginta viris de cognatis suis, & postea a simili peccato non cauit, & inde similitudo in eum vindicauit, & post modicum. Alber. mag. in primis cap. Osee.]
 1. Derelictum.
 2. Est ne pax?
 f. Prophetae domini & Apostoli eius a malis infanti vocantur, sicut theologo ab haereticis.
 3. Vos scitis qualis sit homo, & quale eloquium eius.
 4. Subter eum iuxta instrumentum horologii.
 5. Custodiebat.
 6. Quibus.

7. Discumbetas.

8. Equitatum.

9. Est ne pax.

10. Eques.

11. Retrocede post me, & infra.

12. Equitem alectum.

g. Hoc est pax tibi non debetur cum sis fautor eius qui turbator est communitatis, & iam ex dei praecipio est occidendus. Dionis. ibidem.
 13. Cui infania enim ducit eorum.

h. Hoc est, sunt ne inimici nostri deuicti, quia redit ab oblatione. Cui respondit Iehu, nulla pace dignus es qui nec pace reponis, nec pace peccatoris, nec pace meretricis, qui pacem omnem conturbas. Dionysius.
 14. Impleuit manum suam arcu, id est, tendit arcum totis viribus suis.
 15. In partem agrum.
 16. Simul iuncti in curru uehebantur.

i. Hanc prophetiam praedixit. k. Hoc est, per Eliam praedixit hinc ortum infigendam ipsi Achab, hoc est, ei in filio suo: quia filius est aliquid sui patris. Congruenter autem Iehu seruat metaphoram, dicendo. Leuauerit onus hoc. Dionis. Cartusia, ibid.]

l. Adde tres verbes Iezrahel: in quas occisus & Ioram Rex Israel, & fugit Ochozias Rex Iuda, sed percussus in Gaber, interit in Mageddo. Vnde iste tres verbes sunt sibi inuicem vicinas, quae sunt Gaber, Ieblaam, & Mageddo quae Hebraei vocant Ghur, Iblehem, & Mageddam, sive Mageddo.

rius cubiculum, tenensque lenticulam olei fundes super caput eius, & dices: Hæc dicit dominus: Vnxi te Regem super Israel. Aperiensque ostium, & fugies, & non ibi subsistes. Abiit ergo adolescens puer Propheta in Ramoth Galaad: & ingressus est illuc. Ecce autem Principes exercitus sedebant. Et ait: Verbum mihi ad te o Princeps. Dixitque Iehu: Ad quem ex omnibus nobis? At ille dixit: Ad te o Princeps. Et surrexit, & ingressus est cubiculum. At ille fudit oleum super caput eius: Et ait: Hæc dicit dominus deus Israel. Vnxi te Regem super populum domini Israel: & percussis domum Achab domini tui. Et vlciscar sanguinem seruorum meorum Prophetarum, & sanguinem omnium seruorum domini de manu Iezabel, & perdamque omnem domum Achab. Et interficiam de domo Achab: mingentem ad parietem: & clausum & nouissimum in Israel. Et dabo domum Achab sicut domum Ieroboam filij Nabath, & sicut domum Baasa filij Achia. Iezabel quoque comedent canes in agro Iezrahel: nec erit qui sepeliat eam. Aperuitque ostium & fugit. Iehu autem ingressus est ad seruos domini sui. Qui dixerunt ei: Rectene sunt omnia? Quid venit infans iste ad te? Qui ait eis: Nostis hominem: & quid locutus sit. At illi responderunt: Falsum est: sed magis narra nobis. Qui ait eis: Hæc & hæc locutus est mihi. Et ait: Hæc dicit dominus: Vnxi te Regem super Israel. Festinauerunt itaque, & vnusquisque tollens pallium suum, posuerunt sub pedibus eius in similitudinem tribunalis. & cecinerunt tuba, atque dixerunt: Regnabit Iehu. Cõiurauit ergo Iehu filius Iosaphat filij Namfi contra Ioram. Porro Ioram obsederat Ramoth Galaad, ipse & omnis Israel, contra Azahel Regem Syriae, & reuersus fuerat, vt curaretur in Iezrahel propter vulnera, quia percusserant eum Syri preliantem contra Azahel regem Syriae. Dixitque Iehu: Si placet vobis nemo egrediatur profugus de ciuitate, ne vadat, & nuntiet in Iezrahel. Et ascendit, & profectus est in Iezrahel. Ioram enim egrotabat Ibi: & Ochozias Rex Iuda descendit ad visitandum Ioram. Igitur speculator, qui stabat super turrim Iezrahel, vidit globum Iehu venientis: Et ait: Video ego globum. Dixitque Ioram: Tolle currum, & mitte in occursum eorum, & dicat vadēs: Rectene sunt omnia? Abiit ergo qui ascenderat currum, in occursum eius. Et ait: Hæc dicit Rex: Pacatane sunt omnia? Dixitque Iehu: Quid tibi & paci? Transi & sequere me. Nunciauit quoque speculator, dicens: Venit nuntius ad eos, & non reuertitur. Misit etiam currum equorum secundum, venitque ad eos, & ait: Hæc dicit Rex: Nunquid pax est? Et ait Iehu: Quid tibi & paci? Transi & sequere me: Nunciauit autem speculator, dicens: Venit vsque ad eos: & non reuertitur. Est autem incessus quasi incessus Iehu filij Namfi. Praecepit enim graditur. Et ait Ioram: Iungite currum. Iunxeruntque currum eius. Egressus est Ioram Rex Israel, & Ochozias Rex Iuda, singuli in curribus suis. Egressique sunt in occursum Iehu: & inuenerunt eum in agro Naboth Iezrahelitarum. Cumque vidisset Ioram Iehu, dixit: Pax est Iehu? At ille respondit: Quæ pax? Adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia eius multa vigent. Cõuertit autem Ioram manum suam, & fugiens ait ad Ochoziam: Infidiæ Ochozia. Porro Iehu tetendit arcum manu, & percussit Ioram inter scapulas, & egressa est sagitta per cor eius: statimque corruit in curru suo. Dixitque Iehu ad Badacer ducem: Tolle, proiice eum in agro Naboth Iezrahelitarum. Memini enim, quando ego & tu sedentes in curru sequebamur Achab patrem huius, quod dominus, onus hoc leuauerit super eum, dicens: Si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorum eius quem vidi heri, ait dominus, reddam tibi in agro isto, dicit dominus. Nunc ergo tolle, & proiice eum in agrum, iuxta verbum domini. Ochozias autem rex Iuda videns hoc, fugit per viam domus horri, persecutusque est eum Iehu, & ait: etiam hunc percutite in curru suo. Et percusserunt eum in ascensu Gaber, qui est iuxta Ieblaam. Qui fugit in Mageddo, & mortuus est ibi, & imposuerunt eum serui eius super currum suum, & tulerunt in Ierusalẽ sepelieruntque in sepulchro cum patribus suis in ciuitate Dauid. Anno vndecimo Ioram filij Achab Regis Israel regnauit Ochozias super Iudam, venitque Iehu in Iezrahel. Porro Iezabel introitu eius audito, depinxit oculos suos stibio,

& or-

Anni ante Christum. 901. Anni mudi. 3061. Iehu 10. Iezrahel. an. 28.

13. Reg. 1. f.

13. Reg. 16. a. 13. Reg. 15. b.

1. Sup. 4. g.

13. Reg. 1. a.

& *ornauit caput suum, & respexit per fenestram ingredientem Iehu per portam, & ait: Nunquid pax potest esse? Zamri, qui interfecit dominum suum? Leuauique Iehu faciem suam ad fenestram, & ait: Quae est ista? Et inclinauerunt se ad eum duo vel tres eunuchi, & dixerunt: Haec est illa Iezabel. At ille dixit eis: Praecipitate eam deorsum: & praecipitauerunt eam. Aspersusque est sanguine paries, & equorum vngulae conculcauerunt eam. Cumque interrogatus esset, ut comederet, biberetque, ait: ite & videte maledictam illam, & sepelite eam, quia filia Regis est: Cumque iissent ut sepelirent eam, non inuenerunt nisi caluariam, & pedes, & summas manus. Reuerstique nuntiauerunt ei, & ait Iehu. Sermo domini est, quem locutus est per seruum suum Eliam Thesbiten, dicens: in agro Iezrahel comedent canes carnes Iezabel, & erunt carnes Iezabel sicut sterces super faciem terrae in agro Iezrahel, ita ut praetercuntes dicant: Haecine est illa Iezabel?

Iehu domum Achab delet, & sacerdotes Baal templo eius in cloacam verso, propter peccatum autem Iehu Azael percutit Israel.

Rant autem Achab septuaginta filij in Samaria: Scripsit ergo Iehu literas & misit in Samariam ad optimates ciuitatis, & ad maiores natu, & ad nutritios Achab, dicens: Statim ut acceperitis literas has, qui habetis filios domini vestri, & currus, & equos, & ciuitates firmas, & arma: eligite meliorem, & eum qui vobis placuerit de filiis domini vestri, & eponite super folium patris sui, & pugnate pro domo domini vestri. Timuerunt illi vehementer, & dixerunt: ecce duo Reges non potuerunt stare coram eo, & quomodo nos valebimus resistere ei? Miserunt ergo praepositi domus, & praefecti ciuitatis, & maiores natu, & nutritij ad Iehu, dicentes: Serui tui sumus quaecumque iusseris faciemus, nec constituemus nobis Regem. Quaecumque tibi placent, fac. Rescripsit autem eis literas secundò, dicens: Si mei estis, & obeditis mihi, tollite capita filiorum domini vestri, & venite ad me hac eadem hora cras in Iezrahel. Porro filij Regis septuaginta viri apud optimates ciuitatis nutriebantur. Cumque venissent literae ad eos, tulerunt filios Regis, & occiderunt septuaginta viros, & posuerunt capita eorum in cophinis, & miserunt capita filiorum Regis. Venit autem nuntius ad eum, & indicauit ei, dicens: Attulerunt ad eum in Iezrahel. Venit autem nuntius ad eum, & indicauit ei, dicens: Attulerunt capita filiorum Regis. Qui respondit: Ponite ea ad duos acervos iuxta introitum portae vsque mane. Cumque diluxisset, egressus est, & stans dixit ad omnem populum iusti estis. Si ergo coniueraui contra dominum meum, & interfeci eum, quis percussit omnes hos? Videte ergo nunc quoniam non cecidit de sermonibus domini in terram, quos locutus est dominus super domum Achab: & dominus fecit quod locutus est in manu serui sui Eliae. Percussit igitur Iehu omnes qui reliqui erant de domo Achab in Iezrahel, & vniuersos optimates eius, & notos, & sacerdotes: donec non remaneret ex eo reliquia. Et surrexit, & venit in Samariam. Cumque venisset ad cameram pastorum in via, inuenit fratres Ochozia Regis Iuda, dixitque ad eos: Quisnam estis vos? Qui responderunt: Fratres Ochozia Regis sumus, & descendimus ad salutandos filios regis, & filios reginae. Qui ait: Comprehendite eos viuos: Quos cum comprehendissent viuos, iugulauerunt eos in cisterna iuxta cameram quadraginta duos viros: & non reliquit ex eis quemquam. Cumque abisset inde, inuenit Ionadab filium Rechab in occursum sibi, & benedixit ei. Et ait Iehu ad eum: Nunquid est cor tuum rectum cum corde meo, sicut cor meum cum corde tuo? Et ait Ionadab: Est. Si est, inquit, da manum tuam. Qui dedit ei manum suam. At ille leuaui eum ad se in currum: dixitque ad eum: Veni mecum, & vide zelum meum pro domino. Et impositum curru suo duxit in Samariam. Et percussit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria vsque ad vnum: iuxta verbum domini, quod locutus est per Eliam. Congregauit ergo Iehu omnem populum, & dixit ad eos: Achab coluit Bal parum, ego autem cola Ieum amplius. Nunc igitur omnes prophetas Baal, & vniuersos seruos eius, & cunctos sacerdotes ipsius vocate ad me. Nullus sit qui non veniat.

* Pulchra.
[1. Niquid pacelli tibi sit pax, & est sensus. Rex ut habeas pacem mscum. Et sequitur: Zamri occidit dominum suum, q. d. istud non est nouum quod tu occidisti dominum tuum, quia Zamri similiter fecit. De Lyta.]
17. Fuit.
18. Quis est apud me? Et respexerunt.
19. Sanguis eius ad parietem, & ad equos, & conculcauit.
20. Iezabel inimica veritati, & aduersaria prophetarum eloquijs, ita dilacerata est eorum mortibus, ut nullis eius superesset vestigijs, sed toto corpore suo cum omnibus posteritatis suae insignibus exingeretur. Ambr. Epist. lib. 3. Epist. 12.
20. Extremas manuum cutitates.
21. Fuit itaque caetera Iezabel quafi.
22. Nemo diceret: Haec fuit Iezabel.

a. Vnde constat: Achab multas habuisse uxores vel concubinas, nisi quidam illorum filiorum dicantur eius nepotes. Dionys. r. Iezrahel.
b. Id faciebat, ut experiretur quomodo Samaritae erga se animari essent. Magistra autem & pedagoga lectis literis eximierunt, & cogitantes se huic qui duos maximos reges opprimerat, esse impares, referri perunt ipsum esse dominum, se vero imperata eius paratos facere. Ille rursus rescripsit, ergo Achab filiorum capita praestis ad se mitterent, illi nihil misit nisi iussa peregerunt. Ioseph. Antiq. lib. 9. cap. 6.
2. Penes quos sunt filij domini vestri, sunt & currus & equi apud vos, sed & ciuitatem habetis munitam & arma.
3. Aptiorem.
[c. Quasi diceret: nec ego praecipiendo, nec vos exequendo sumus culpabiles, sed magis iusti & laudabiles: quia de voluntate & mandato domini factum, sicut fuit per Helij praedictum, & mihi iniunctum per eius discipulum. De Lyta. ibid.]
d. Inde Samaritae qui eos occiderunt commendauit q. d. iustè fecistis implendo verbum domini. Comest. ibidem.
e. Ideo non negat Iehu se non coniueraisse contra domum domini sui Iocam, quia dominus deus fecit quod promiserat per eos. Eliae. Comest.
4. Sic dicitur, quod hō caderet.
5. Erant in ipso itinere domus, ubi pastores oues tondabant.
[f. Filios fratrum Ochoziae. Erant enim nepotes sui, ut habetur. Par. 22. qui veniebant in Samariam ignorantes mortuum Ioram, & Ochozia regem Iuda. De Lyta. ibidem.]
6. Iuxta purum qui erat iuxta domum tonstrae ouium.
[g. Non enim ipse tantum viuius & religiosus erat, sed ex pio etiam genere. In tentorijs perpetuo degebant, & ab vsu vini abstinabant Ieremias propheta illorum cum laude mentionem fecit. Procopius ibid.]
h. Est duplicatur enim ad maiorem explicationem.
[i. Cumque cuperet meminera de falsis prophetis & sacerdotibus profanis euadere, dolo vniuersos circumuenit. Conuocato enim populo, ait se omnes Achab religiones duplicare velle. Idque ut ex sententia factuorum ipsius, & prophetarum fiat, debere omnes eius ordines ad se conuenire. Ios. Antiqua. lib. 9. cap. 6.]
7. Donec deleteret eum.
8. Iehu autem coler.

1. Reg. 16. c.

1. Reg. 16. c.

1. Reg. 16. c.

1. Reg. 16. c.

1. Reg. 16. c.

1. Reg. 16. c.

Sacrificium enim grande est mihi Baal. Quicumque defuerit, non viuet: Porro Iehu faciebat hoc insidiosè, vt disperderet cultores Baal. Et dixit: Sanctificate diem solennem Baal. Vocauitque & misit in vniuersos terminos Israel: & venerunt cuncti serui Baal. Non fuit residuus ne vnus quidem, qui non veniret. Et ingressi sunt templum Baal: Et repleta est domus Baal, a summo vsque ad summum. Dixitque iis qui preterant super vestes: Proferte vestimenta vniuersis seruis Baal. Et protulerunt eis vestes. Ingressusque Iehu, & Ionadab filius Rechab templum Baal, ait cultoribus Baal: Perquirite, & videte, ne quis fortè vobiscum sit de seruis domini, sed vt sint serui Baal soli. Ingressi sunt igitur vt facerent victimas & holocausta. Iehu autem prapara- uerat sibi foris octoginta viros, & dixerat eis: Quicumque fugerit de hominibus iis quos ego adduxero in manus vestras, anima eius erit pro anima illius. Factum est autem, cum completum esset holocaustum, prapcepit Iehu militibus, & ducibus suis: Ingredimini, & percutite eos. Nullus euadat. Percusseruntque eos in ore gladij, & proiecerunt milites & duces. Et ierunt in ciuitatem templi Baal, & protulerunt statuam de phano Baal, & combusserunt & comminuerunt eam. Destruixerunt quoque ædem Baal, & fecerunt pro ea latrinas vsque in diem hanc. Deleuit itaque Iehu Baal de Israel: verum tamen a peccatis Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Israel, non recessit, nec dereliquit. Vitulos aureos qui erant in Bethel & in Dan. Dixit autem dominus ad Iehu: Quia studiosè egisti quod rectum erat, & placebat in oculis meis: & omnia quæ erant in corde meo fecisti contra domum Achab, filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel. Porro Iehu non custodiuit, vt ambularet in lege domini dei Israel in toto corde suo. Non enim recessit a peccatis Ieroboam, qui peccare fecerat Israel. In diebus illis cepit dominus tædere super Israel. Percussitque eos Azahel in vniuersis finibus Israel: a Iordane contra orientalem plagam, omnem terram Galaad, & Gad, & Ruben, & Manasse, ab Aroer quæ est super torrentem Arnon & Galaad & Basan. Reliqua autem verborum Iehu, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Israel: Et dormiuit Iehu cum patribus suis, sepelieruntque eum in Samaria, & regnauit Ioachaz filius eius pro eo. Dies autem quos regnauit Iehu super Israel viginti & octo anni sunt in Samaria.

g In dolo, & calidè, vt eos congregaret.
9. Antiam proclamate conuocationem pro Baal.
10. Nec vnus remansit.
11. Ab angulo in angulum.
h. Si Iehu seruum Baal se esse nunciatus est, vt seruus eius occideret: quanto iustus secundum istotum peruersitatem esse pore persecutionis seruus dationum se mentitur serui Christi, ne serui demonum seruos occiderent Christi: & facerent idolis, ne interficerent homines, si sanctificauit ille Baali vt interficeret homines? August. contra mendacium. cap. 11.
12. Ne vnus egrediantur.
i. Hic itaque Baal Tyriorum fuit deus. Achab enim volens parere Cero Iobal, qui Rex Tyriorum tunc erat & Sidonit, templum ei fecit in Samaria, faceretque constituit, & cum omni cultura religionis honorauit. Ioseph. ibidem.
11. Iehu, & a sequela eorum, colens.
*Juxta.
k. Cum vero scriptum sit eum rectum cor non habuisse cum deo, quid ei profuit, quod pro nulla obedientia quam de domino Achab omnino delenda pro cupiditate suæ dominationis aliquantam mercedè transactionem regi temporalis accepit? August. contra mendacium. cap. 11.
14. Excidete Israel.
l. Aroer ciuitas quondam Moabiturum, quam Amoræus illis iure belli tulerat, sita ad ripam torrentis Arnon in valle media, olim potens & nobilis, vnde domina Moab nuncupatur. Ea est quam Ihuas cap. 15. vocauit Ar. Eam Aroepolim dicit Hiero. suo tempore vocatâ hæc autem non admodum celebris. 15. Vique ad.

Athalia omni semine regio præter Ioas extincto per Ioiadam sacerdotem occiditur, atque Ioas Rex Iuda constituitur. XI.



Thalia vero mater Ochoziæ videns mortuum filium suum, surrexit, & interfecit omne semen regium. Tollens autem Iosaba filia Regis Ioram, soror Ochoziæ, Ioas filium Ochoziæ, furata est eum de medio filiorum Regis, qui interficiebantur, & nutricem eius de triclinio: & abscondit eum a facie Athaliæ, vt non interficeretur: Jeratque cum ea sex annis clam in domo domini. Porro Athalia regnauit super terram septem annis. Anno autem septimo misit Ioiada, & assumens centuriones, & milites, introduxit ad se in templum domini, pepigitque cum eis fædus. Et adiurans eos in domo domini, ostendit eis filium regis: & prapcepit illis, dicens: Iste est sermo quem facere debetis: Tertia pars vestrum introeat sabbato, & obseruet excubias domus regis. Tertia autè pars sit ad portam Sur: & tertia pars sit ad portam quæ est post habitaculum scutariorum & custodietis excubias domus Messa. Duæ verò partes è vobis, omnes egredientes sabbato, custodiant excubias domus domini circa Regem, & vallabitis eum, habentes arma in manibus vestris. Si quis autem ingressus fuerit septem templi, interficiatur. Eruntque cum rege introeunte & egrediente. Et fecerunt centuriones iuxta omnia, quæ prapceperat eis Ioiada sacerdos. Et assumens singuli viros suos, qui ingrediebantur sabbatum, cum iis qui egrediebatur è sabbato, venerunt ad Ioiadam sacerdotem. Qui dedit eis hastas, & arma regis Dauid, quæ erant in domo domini. Et steterunt singuli habentes arma in manu sua a parte templi dextera vsque ad partem sinistram

a. Athalia studeuit vt nullum de domo Dauid relinqueret, vt nullus ex eis ad regnum vltèrius perueniret. Omne autè semen regium interfecit præter vnum scilicet Ioas, cuius inuicem postea occisa est. Dio. ex Ioseph.
b. Impi enim est esse, & subditis impietatem obediere & imperare decreuisset, genus regale quippe religiosum funditus delere, & extirpare voluit. Deus autem qui omnia sciet gubernat & dirigit, ordinavit vt iterum regia familia sacerdotali miseretur. Procop. ibidem.
c. Et non est interfecit.
d. Absconditus.
*Principes.
e. Qui ad sabbatum venire debent, custodiam agent domus regis.
f. Sur (quæ erat porta orientalis).
g. Sarcinæ.
h. Custodias ordinatas, & infra.
i. Centuriones Ioiadæ ad hoc facinus alii i peragrata tota regione sacerdotes de Leuitas, & alique in suis tribubus potèntiores Ierosolyma nomine potèntissimos vocatos seruum adducit. Ille habere se velle reipublice consilium esse, aperturumque eis si id apud se continere velint: opus enim esse non silencio tantum, sed etiam auxilio. Ioseph. Antiq. lib. 9. cap. 7.

Intra. 14.
Ios. 9. 7.
I. a. Par. 24.
1. Par. 24. 4.
Anni ante Christum.
901.
Anni mddi.
306.
Athalia in Iud. 10. an. 7.

alta

c altaris & ædis circum Regem. ^d Produxitque filium regis: & posuit super eum diadema, & testimonium, feceruntque eum Regem, & vnixerunt, & plaudentes manu, dixerunt: Viuat Rex. Audiuit autem Athalia vocem populi currentis, & ingressa ad turbas in templum domini, vidit regem stantem super tribunal iuxta morem, & cantores & tubas prope eum, omnemque populum terræ lætatem, & canentem tubis, & scidit vestimenta sua. clamauitque: Coniuratio, coniuratio. Præcepit autem Ioiada centurionibus, qui erant super exercitum, & ait eis: Educite eam extra septa templi, & quicumque eam secutus fuerit, feriatur gladio. Dixerat enim sacerdos: non occidatur in templo domini. Imposueruntque ei manus, & impeerunt eam per viam introitus equorum iuxta palatium, & interfecta est ibi. ^e Pepigit ergo Ioiada fœdus inter dominum & regem, & inter populum: vt esset populus domini, & inter regem & populum. Ingressusque est omnis populus terræ templum Baal, & destruxerunt aras eius, & imagines contriuerunt ⁹ validè.] Mathan quoque sacerdotem Baal occiderunt coram altari. Et posuit sacerdos custodias in domo domini, tulitque centuriones, & ¹⁰ Cerethi, & Pheleti legiones] & omnem populum terræ: deduxeruntque regem de domo domini. Et venerunt per viam portæ ¹¹ scutariorum] in palatium: & sedit super thronum Regum. Lætatusque est omnis populus terræ, & ciuitas conqueiuit. Athalia autem occisa est gladio ¹² in domo] regis: septemque annorum erat Ioas cum regnare cœpisset.

Ioas gazophylacij pecuniam in templi structuram expendit, qui recedente Azazel cum muneribus, a duobus seruis occiditur, cui succedit Amasias filius eius. XII.

Ios 9, 7.
11. Para. 4. d.
Anni ante
Christum.
895.
Anni mædi.
3067.
Ioas 11. Iuda.
an. 40. etatis
suz. anno, 7.



^a Nno septimo Iehu regnauit Ioas. Quadraginta annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Sebia de Berfabee. Fecitque Ioas rectum corā domino, cunctis diebus quibus docuit eum Ioiada sacerdos, veruntamen excelsa non abstulit. Adhuc enim populus immolabat, & adolabat in excelsis incensum. Dixitque Ioas ad sacerdotes: ^b Omnem pecuniam sanctorum, quæ illata fuerit in tēplum domini à prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animæ, & quæ sponte & arbitrio cordis sui inferunt in templum domini, accipiant illam sacerdotes iuxta ordinem suum, & instaurant ^c sartatecta] domus, si quid necessarium viderint instauratione. Igitur vsque ad vicesimum tertium annum regis Ioas, non instaurauerunt sacerdotes ^d sartatecta] templi. ^e Vocauitque Rex Ioas Ioiadam Pontificem & sacerdotes, dicens eis: Quare ^f sartatecta non instauratis templi? Nolite ergo amplius accipere pecuniam ^g iuxta ordinem vestrum,] sed ad instaurationem tēpli reddite eam. ^h Prohibitique sunt sacerdotes] vltra accipere pecuniam à populo, & instaurare sartatecta domus. Et tulit Ioiada pontifex gazophylacium vnum, ⁱ aperuitque foramen dēsuper, & posuit illud iuxta altare ad dexteram ingredientium domum domini: mittebantque in eo sacerdotes qui custodiebant ^j ostia,] omnem pecuniam, quæ deferebatur ad templum domini. Cūque viderent nimiam pecuniam esse in gazophylacio, ascendebat Scriba Regis & pontifex, ^k effundebantque & numerabant] pecuniam, quæ inueniebatur in domo domini: & dabant eam iuxta numerū atque mensuram in manuum eorum, qui præerant cæmentariis domus domini. ^l Qui impendebant eam in fabris lignorum, & in cæmentariis, iis qui operabantur in domo domini, & ^m sartatecta faciebant,] & in iis qui cædebant saxa, & vt emerent ligna, & lapides ⁿ qui excidebantur: ita vt impleretur instauratione] domus domini, ^o in vniuersis quæ indigebant expensâ ad muniendam domum.] Veruntamen non fiebant ex eadem pecunia ^p hydria templi domini & fucinula & thuribula, & tubæ, & omne] vas aureum, & argenteum, ^q de pecunia quæ inferebatur in templum domini. Iis enim qui faciebant opus, dabatur, vt instauraretur tēplum domini. Et nō fiebat ratio iis hominibus, qui accipiebant pecuniā, vt distribuerent eā artificibus, sed in fide tractabāt eam. Pecuniam vero pro delicto, & pecuniā pro peccatis, non inferebant in templum domini, quia sacerdotum erat. ^r Tunc ascendit Azazel Rex Syriæ, & pugnabat contra

d. Ioiada enim pontifex sapientissimus Iosabec filiam Ioram uxorem duxit, vt Geni illa regis generis obseruaretur. Ipsa enim clā subtraxerit nepotē ex fratre Ioram, quē prudens ille sacerdos, post sexm tantem annum regno restituit. Procop. ibidem.]
e. Legem dei cum corona.
f. Iuxta columnam.
* Vt sit intra ordinatas custodias.

8. Donec venit in viam per quam equi ingrediebantur in domū Regis.
f. Pepigit fœdus Ioiada inter dominum & regem & populi vt rex & populus domino seruirent, pepigit inter regem & populum, vt populus erga regem fideliter ageret, & rex cū iustitia populum regeret. Glo. ordinaria.
9. Studiosè.
10. Duces & satellites.

11. Satellitum.

12. Iuxta domum.

a. Consummato tēplo vdecimo anno regni Salomonis ad primum annum Ioas fluxerant anni 126. à quo tēplo Athalia abstulerat quæ poterant esse ad ornatum templi dei sui Baal. Vnde templum reparari præcipitur. De Lyra.
b. Tripliciter meminit pecuniæ, prima erat quæ super quemlibet leuabatur eum opus erat. secunda, quæ quis deo deuotus se redimebat tertia, quæ quis pro suo arbitrio tēplo offerebat.
c. Sartatecta. & infra (scilicet rimas parietum templi)

2. Vllam scissuram.

3. Fracturas, vel scissuras.

4. A notis vestris.

5. Acquisueruntque sacerdotes non.
6. Fecitque foramen in ostio eius.

7. Vasa.

8. Numerabant, & in sicculum recipiebant.

9. Parietes resarciebant.
10. Sculptos, quibus instauraretur fractura.

11. Omni denique qui egrediebatur ad resarciedum templi.
12. Phiale argenteæ pro tēplo domini, instrumenta musica, pelues, tubæ, aur villum.
d. Dicitur. 2. Paral. 24. d. Cūque complessent omnia opera, detulerunt eoram Rege & Ioiada reliquam partem pecuniæ de qua facta sunt vasa templi, &c. Quomodo hic oppositum dicitur? Non est contrarium, quia non de eadē pecunia quæ offerebatur à populo ad instaurationem domus domini. facta fuerunt vasa in ministeriū tēpli: sed de reliqua parte pecuniæ, quæ à aliis donationibus fuerat collata. Rabanus. ibid.

[c. Azael enim Syrorum Rex impetitione in regnum eius facta, & Circa primum direpta arque uerita, mox ipsum Ierosolymis descendens adorauit. Tum Ioas conuerterit omnes thesauros dei priorumque regum exhaustis, & cum eis delecta templo donaria misit ad Syrum, tanti pacem redimens & securitatem, ne oppugnatus in extremum reuerti statum discrimen adduceretur. Ios. Antiquita. Iudaic. lib. 9. cap. 8.]
13. Autum.

Geth, cepitque eam. Et direxit faciem suam, ut ascenderet in Ierusalem. Quamobrem tulit Ioas Rex Iuda omnia sacrificata, quæ consecrauerat Iosaphat & Ioram & Ochozias patres eius, Reges Iuda, & quæ ipse obtulerat, & uniuersum¹³ argentum Iquod inueniri potuit in Theauris templi domini, & in palatio regis: misitque Azaheli Regi Syriæ, & recessit ab Ierusalem. Reliqua autem sermonum Ioas, & uniuersa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? Surrexerunt autem serui eius, & coniurauerunt inter se, percusseruntque Ioas in domo Mello in descensu Sela. Iosachar namque filius Semath, & Iosabat filius Somer serui eius, percusserunt eum, & mortuus est. Et sepelierunt eum cum patribus suis in ciuitate Dauid, regnauitque Amasias filius pro eo.

Ioachaz Rex Israel captus à Syris oratione liberatur, cui mortuo successit Ioas, & hic Elisæi morientis consilio ter Syros deuicit, sepulchro autē Elisæi impositus quidam suscitatur. XIII.

ca. Hoc est rigor Domini & iustitia eius diuina ad punitionem culpæ & additur ipsius Ioachan penitentia docentē eum poenā. Vnde dicitur, Deprecatusque est Ioachan &c. De Lyra. ibidem. j



Anno vicesimotertio Ioas filij Ochoziæ Regis Iudæ, regnauit Ioachaz filius Iehu super Israel in Samaria, decem & septem annis: & fecit malum coram domino. Secutusque est peccata Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Israel, & non declinauit ab eis. Iratusque est furor domini contra Israel, & tradidit eos in manu Azahel regis Syriæ, & in manu Benadab filij Azahel cunctis diebus. Deprecatus est autem Ioachaz faciem domini, & audiuit eum dominus: Vidit enim Angustiam Israel, quia Jatriuerat eos Rex Syriæ. Et dedit dominus saluatorem Israeli, & liberatus est] de manu regis Syriæ: habitaueruntque filij Israel in tabernaculis suis, sicut heri & nudius tertius. Veruntamen non recesserunt à peccatis domus Ieroboam, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulauerunt. Siquidē & lucus permanfit in Samaria: & nō sunt derelicti Ioachaz de populo, nisi quinquaginta equites, & decem currus, & decem milia peditum. Interfecerat enim eos Rex Syriæ, & redegerat quasi puluerem³ in tritura areæ. Reliqua autem sermonum Ioachaz & uniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, nonne hæc scripta sunt in libro sermonū dierum regum Israel? Dormiuitque Ioachaz cum patribus suis, & sepelierunt eum in Samaria, regnauitque Ioas filius eius pro eo. Anno tricesimo septimo Ioas regis Iuda, regnauit Ioas filius Ioachaz super Israel in Samaria, sedecim annis: & fecit quod malum est in conspectu domini. Non declinauit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulauit: Reliqua autem sermonū Ioas & uniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, quomodo pugnauerit contra Amasiam regē Iuda, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Et dormiuit Ioas cum patribus suis: Ieroboam autem sedit super solium eius. Porro Ioas sepultus est in Samaria, cū regibus Israel. Elisæus autē ægrotabat infirmitate, qua & mortuus est. Descenditque ad eum Ioas Rex Israel, & flebat coram eo, dicebatque: pater mi, pater mi, currus Israel & auriga] eius. Et ait illi Elisæus: Affer arcum & sagittas. Cūque attulisset ad eum arcū & sagittas, dixit ad regem Israel: Pone manum tuā super arcum. Et cum posuisset ille manum suam: superposuit Elisæus manus suas manibus regis, & ait: Aperi fenestram orientalem. Cūque aperuisset, dixit Elisæus: Iace sagittam. Et iecit. Et ait Elisæus: Sagitta salutis domini, & sagitta salutis contra Syriam: percuteque Syriam in Aphec, donec consumas eam. & ait: Tolle sagittas. Qui cum tulisset rursum dixit ei: Percute iaculo terram. Et cum percussisset tribus vicibus, & stetit: iratus est vir dei contra eum, & ait: Si percussisses quinquies, aut sexies, & siue septies, percussisses Syriam vsque ad consummationem. Nunc autem tribus vicibus percuties eam. Mortuus est ergo Elisæus, & sepelierunt eum. Latrunculi autem de Moab venerunt in terram in ipso anno. Quidam autem sepelientes hominem, viderunt latrunculos, & proiecerunt cadaver in sepulchro Elisæi. Quod cum tetigisset ossa Elisæi, reuixit homo: & stetit super pedes suos. Igitur Azahel Rex Syriæ afflixit Israel cunctis diebus Ioachaz. Et miseratus est dominus eorum, & reuersus est ad eos, propter pactum suum quod habebat cum Abraham, &

Ios. 9. 7.
Anni ante Christum. 873.
Anni mudi. 3089.
Ioachaz. r. Israel. an. 17.

b. Audiuit eum dominus dando ei subsidium tepotale, quous iniquo. Nam opera bona ex genere facta extra charitatē possunt temporalia bona mereri, non tamen æternam possessionem acquirere vitam. Vnde elicitur quod deus exaudiuit preces Regis magis propter angustias & preffuras atque miseria subditorum, quam propter merita Regis. Nam & in populo illo erant quidam boni, præsertim Elisæus sanctissimus & discipuli eius, qui orabāt pro bono communi. Dionis. lib. d.

1. Qua.
2. Ut egredereatur.
3. Tritura.

c. Annus 37. Ioas Regis Iuda est. 15. annus Ioachaz Regis Israel: Ioas ergo filius eius. 3. annis cum eo in Israel regnauit, & post eum. 16. an.

d. Ambulare in peccatis alicuius, est perseverare in iisdem peccatis in quibus ipse peccauerat.

e. Plus oratione erga deum in hostes poterat, quam currus Israel & equites eius.

4. Equites.

f. Elisæus regem consolatus affert arcum postulat, eumque iubet regem intendere deinde iniecit in eum manu iuber inculati, & un emissis tribus telis destitit. Si inquit plura misisses, poterat totum Syrorū Regnum excudere: nunc quia tribus solis contentus fuisti, totidem preliis vinces Syros, & regionem quam tuo patri ademerunt, recipies. Ioseph Antiquita. lib. 9. cap. 9.

5. Turmam.

6. Turmam.

7. Misericordia motus super.

Anni ante Christum. 877.
Anni mudi. 3105.
Ioas r. Israel an. 16.

Sup. a. b.

† Eccl. 48. b.

Iaac

Isaac & Jacob: & noluit disperdere eos, neque proiicere penitus vsque in præsens tempus.^h Mortuus est autem Azahel Rex Syriae, & regnavit Benadab filius eius pro eo. Porrò Ioas filius Ioachaz tulit vrbes de manu Benadab filij Azahel, quas tulerat de manu Ioachaz patris sui iure prælij. Tribus vicibus percussit eum Ioas, & reddidit ciuitates Israel.

Ioas Rex Israel superato Amasia rege Iuda vastat Ierusalem, in qua seditione facta Amasias fugit in Lachis, vbi occisus est, & zaria sibi succedente in Iuda, & Ieroboam Ioas in Israel.

XIIII.

N Anno secundo Ioas filij Ioachaz Regis Israel, regnavit^b Amasias filius Ioas Regis Iuda. Viginti quinque annorum erat, cum regnare cœpisset: viginti autem & nouem annis regnavit in Ierusalem. Nomen matris eius Ioaden de Ierusalem. Et fecit rectum coram domino: veruntamen non vt Dauid pater eius. Iuxta omnia quæ fecit Ioas pater suus, fecit: nisi hoc tantum quod excelsa non abstulit. Adhuc enim populus immolabat & adolebat incensum in excelsis. Cùmque obtinuisset regnum, percussit seruos suos qui interfecerant Regem patrem suum, filios autem eorum qui occiderant, non occidit, iuxta quod scriptum est in libro legis Moyse, sicut præcepit dominus, dicens: Non morientur patres pro filiis, neque filij morientur pro patribus: sed vnusquisque in peccato suo morietur. Ipse percussit Ædom in valle Salinarum decem milia: & apprehendit petram in prælio: vocauitque nomen eius Iezechel vsque in præsentem diem. Tunc misit Amasias nuntios ad Ioas filium Ioachaz filij Iehu Regis Israel, dicens: Veni & videamus nos. Remisitque Ioas Rex Israel ad Amasiam Regem Iuda, dicens: Carduus Libani misit ad Cedrum, quæ est in Libano, dicens: Da filiam tuam filio meo vxorem. Transieruntque bestix saltus quæ sunt in Libano, & conculcauerunt carduum. Percutens inualuisti super Ædom, & subleuauit te cor tuum. Contentus esto gloria tua: & sede in domo tua. Quare prouocas malum, vt cadas tu & Iudas tecum? Et non acquieuit Amasias. Ascenditque Ioas Rex Israel, & viderunt se, ipse & Amasias Rex Iuda in Bethsames oppido Iudæ. Percussusque est Iuda coram Israel, & fugerunt vnusquisque in tabernacula sua. Amasiam verò Regem Iuda filium Ioas, filij Ochoziæ cepit Ioas Rex Israel in Bethsames, & adduxit eum in Ierusalem. Et interrupit murum Ierusalem à porta Ephraim vsque ad portam anguli, quadringentis cubitis. Tulitque omne aurum, & argentum, & vniuersa vasa, quæ inuenta sunt in domo domini, & in thesauris Regis, & obsides, & reuersus est in Samariam. Reliqua autem verborum Ioas quæ fecit, & fortitudo eius, qua pugnavit contra Amasiam Regem Iuda, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Israel? Dormiuitque Ioas cum patribus suis, & sepultus est in Samaria cum Regibus Israel, & regnavit Ieroboam filius eius pro eo. Vixit autem Amasias filius Ioas Rex Iuda, postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz Regis Israel, viginti quinque annis. Reliqua autem sermonum Amasie, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Iuda? Factaque est contra eum coniuratio in Ierusalem: at ille fugit in Lachis. Miseruntque post eum Lachis, & interfecerunt eum ibi: & asportauerunt in equis, sepultusque est in Ierusalem cum patribus suis, in Ciuitate David. Tulit autem vniversus populus Iudæ Azariam annos natum sedecim: & constituerunt eum Regem pro patre eius Amasia. Ipse edificauit Ahilam, & restituit eam Iudæ postquam dormiuit Rex cum patribus suis. Anno quintodecimo Amasie filij Ioas Regis Iuda regnavit Ieroboam filius Ioas Regis Israel in Samaria quadraginta & vno anno: & fecit quod malum est coram domino. Non recessit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Israel. Ipse restituit terminos Israel ab introitu Emath vsque ad mare solitudinis, iuxta sermonem domini dei Israel, quem locutus est per seruum suum Ionam filium Amathi prophetam, qui erat de Geth quæ est in Opher. Vidit enim dominus afflictionem Israel amaram nimis, & quod consumpti essent vsque ad clausos carceris & extremos: & non esset qui auxilia-

[h. Azahel autē rege extirpato ad Adadam filium Syriae regnum hereditario iure peruenit. Huius Ioas Israelitarum rex tribus patris victo, omnem eam regionem abstulit: quæ vrbes ac vicos de patre in filium captos complexa est quod & ipsum Elifæus iam ante prædixerat Ioseph. Anti. Iudæi l. 9. ca. 9.]
a. A morte patris eius Ioachaz cum solus regnavit.
b. Amasias fecit bonum in conspectu domini, sed non corde perfecto. Bona quippe opera quæ placent deo, fecit, sed non corde perfecto, sed sub simularum specie coram hominibus ostendebat: & sic coram deo accepta non erant. Rabanus ibid. *Quidem.
c. Sunt ablata.
d. Confirmatum esset regnum eius.
e. In quo.
f. Ne intellexit quod in exodo scriptum est, Patrem peccata super liberos. Deum iniustitia simulat. Quæ propter expositionem in super addidit. Procopius ibidem.]
g. Vallis Salinarum vbi sal habebat, vel ex aqua salis calefacta, & ad salis naturam vsque perducta.
h. Petra ciuitas est Arabia nobilissima in terra Ædom: quæ in lib. Nu. Recen dicitur, & à Syris sic appellatur. Sed Iosephus non ciuitatem dicit, sed magnam petram in Arabia constitutam Rabanus ibid.]
i. Facierius.
k. An non.
l. T. Epore enim Ioas & Amasie inter Iudæos curbar illud prouerbium, quando aliquis ardentabat aliquid presumptuorum. Et ideo ipsum applicauit Ioas sibi & Amasie, vocans se ipsum cedrum, & Amasiam carduum: & bellatores ipsius Ioas bestias saltus. De Lyra.]
m. Fruere gloria illa, & mane.

g. Aduerte quatenus Regum placuerunt deo diutius regnauerunt, & prosperari sine, & inimicos: ostendit humilitate deus sub manibus eorum. Quod quocumque autem maligne gesserunt, velociter & à regno & à vita cum amara morte præcipiunt: & illi nullauit eos deus inimicorum. Chryl. hom. 1. super. Mar. [h. Cum enim cepisset Amasiam dominum esse ei mortem, nisi sibi promitteret quod persisteret Ierosolymis, vt se cum exercitu in ciuitatem intrare permitteret. Inde ingressus tulit omne aurum & argentum, &c. Dionis. Caruina. ibidem.]
*Filius.
n. Quindecim annis (vt 2. Para. 25. 5.)

i. Coniuratio facta fuit aduersus Amasiam Regem Iuda. 16. anno regni sui: qui fugit in Lachis, vbi 14. annis remansit, donec ibidem à suis interficeretur, interim autem Azarias qui & Ozias pro patre suo regnavit, ante quem regnum triennio sine rege, patre exulante fuerat, & sic in vita patris, 11. annis regnavit.

Ionæ propheta. hystoria his temporibus gesta est. [h. Hic Rex cum esset vehementer impius, cordisque idolis deditus, nihil sibi non permittebat, Israelitis etiam innumeras calamitates attulit. Et Propheta Ionas prædixit, quod deus sit Syriae ditionem suam esset ampliaturus, prolatis eius terminis ad septentriones vsque Amathem vrhem. Ioseph. Anti. Iuda c. lib. 9. ca. 11.]
6. Gethhepher.
7. Derelictus.

† 1. Par. 24. 4. Anni ante Christum. 836. Anni mundi. 3106. Amasias 12. Iuda. 2m. 29. 1. 9. 7. Coniuratio in Lachis. ven. lit vero vox.

† Deut. 24. 6. 1. Para. 25. 2. Ezech. 19. 6. 2. Para. 25. 6.

10. 3. 10.

Anni ante Christum. 836. Anni mundi. 3124. 12. Par. 26. 4. 10. 9. 11. Anni ante Christum. 822. Anni mundi. 3110. Ieroboam 13. Iudæan. 41.

[1. Denique tantum prosperitatem contulit deus regi Ieroboam, eiusque populo, non propter eorum merita, sed ex sua benignitate immensa qua afflictiſſima Iſraeliticae plebi condidit, & propter crudelitates Syroꝝ in eam, fecit ipſos a Ieroboam deſt. r. Vnde ſubditur vi. Iſr. Dominus & c. Dio. niſ. Caruſa.]
3. Subter celum.

retur Iſrael. Nec locutus eſt dominus vt deleret nomen Iſrael de ſub cœlo:] ſed ſal-
uauit eos in manu Ieroboam filij Ioas. Reliqua autem ſermonum Ieroboam, & vni-
uerſa quæ fecit, & fortitudo eius, qua praliatus eſt, & quomodo reſtituit Damascum
& Emath] Iudæ in Iſrael, nonne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regum
Iſrael? Dormiuitque Ieroboam cum patribus ſuis Regibus Iſrael, & regnauit Zacha-
rias filius eius pro eo.

*Azaria leproſo ſuccedit in Iuda Ioathan, Ioas interfecto ſuccedit Zacharias, cui Sellum, cui
Manahen, cui Phaceia, cui Phacee, cui Ofee. Ioathã vero mortuo ſucceſſit Achaz. XV.*

2. Azarias enim regnauit 29. anno, & vltimo Amasiae patris qui 15. annus fuit Ieroboam: cui annis 11. præcedentibus, exultante patre regnaſſet. Et ſic vel non regnauit pacifice, vtque ad 27. annum Ieroboam, vel, vt ſoluit Hebraei, Ieroboam 41. annis regnauit: qui numerus ex 14. & 27. conſtituitur, & ſic 15. anni inſtituit eſt. 27. an. Sic David Kimhi.
1. Reſum.
2. Non ſunt ablata.
b. Quia præſumpſerit adolere incenſum ad altare.
3. Sequentiſſima.
c. Quomodo poteſt eſſe verum quod Zacharias filius Ieroboam regnauit cœperit 38. anno Azariae, cum Azarias regnato cœperit 17. anno Ieroboam patris Iuius Zachariae, qui tertius regnaſſe 41. an. Dicendum quod a morte Ieroboam regnum Iſrael fuit gubernatum 13. annis per principes, eo quod Zacharias filius Ieroboam adhuc paruulus eſſet. Et ita Zacharias filius Ieroboam anno 38. Azariae Regis Iudæ regna accepit ſuper Iſrael per ſepulchrum, & ſolus ſex menſibus, iuxta verbum domini, qui diſcete Iehu in quarta generationem filios eius regnauit.
4. In conſpectu populi. I. d. Seleſtis ſi fuit Iabes filius, qui occupata vacua Zachariae ſede regia trigefima poſt diem male partem regni male perdidit. Manahen enim dux exercitus, qui per id tempus apud Tharſam urbem erat, au-
ditio Zachariae caſu cum omni-
bus copiis propertuſſent in Sa-
mariam, & pulſio viduum celeſtini interiecit. Deinde auctoritate propria ſumptis regni inſigni-
bus Thapſam cum exercitu vi-
ſitæ proſequus eſt Ioseph. lib. 9. Antiq. Iudæic cap. 11.]
5. Qua coniurauit.
* Percuſſit autem eſ, eo quod.
e. Phul Belochus, primus Rex Babyloniorum poſt mortem Sar-
danapali & deſtructam monar-
chiam Aſſyriorum. Theglath Phallaſar autem ſecundus illi ſucceſſit, quorum & ſequentis Regum Babyloniorum non me-
morat Eusebius in ſuis Chro-
nicis.
6. Terram, & infra.



Nno^a viceſimoſeptimo Ieroboam Regis Iſrael, regnauit Azarias filius A-
maſiæ Regis Iudæ. Sedecim annorum erat cum regnare cœpiſſet: & quin-
quagintaduobus annis regnauit in Ieruſalem. Nomen matris eius Iece-
lia de Ieruſalem. Fecitque quod erat placitum] coram domino, iuxta om-
nia quæ fecit Amasiae pater eius: veruntamen excelsa^b non eſt demolitus.] Adhuc
populus ſacrificabat, & adolebat incenſum] in excelsis. [†] Percuſſit autem domi-
nus Regem, & fuit leproſus vſque in diem mortis ſuæ: & habitabat in domo libera
ſeorum.] Ioathan verò filius regis, gubernabat palatium, & iudicabat populum ter-
ra. Reliqua autem ſermonum Azariae, & vniuerſa quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt
in libro verborum dierum regum Iudæ? [†] Et dormiuit Azarias cum patribus ſuis, ſep-
telieruntque eum cum maioribus ſuis in ciuitate Dauid, & regnauit Ioathan filius
eius pro eo. [†] Anno triceſimo octauo Azariae regis Iudæ regnauit Zacharias filius Ie-
roboam ſuper Iſrael in Samaria ſex menſibus, & fecit quod malum eſt coram domi-
no, ſicut fecerant patres eius. Non receſſit à peccatis Ieroboam filij Nabath, qui pec-
care fecit Iſrael. Coniurauit autem contra eum Sellum filius Iabes, percuffitque eum
palam,] & interfecit, regnauitque pro eo. Reliqua autem verborum Zachariae, non-
ne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iſrael? [†] Iſte eſt ſermo domini
quem locutus eſt ad Iehu, dicens: Filij tui vſque ad quartam generationem ſedebunt
de te ſuper thronum Iſrael. Factumque eſt ita. [†] Sellum filius Iabes regnauit trice-
ſimonono anno Azariae regis Iudæ. Regnauit autem vno menſe in Samaria. Et a-
ſcendit Manahen filius Gaddi de Therſa, venitque Samariam, & percuffit Sellum fi-
lium Iabes in Samaria, & interfecit eum, regnauitque pro eo. Reliqua autem ver-
borum Sellum, & coniuratio eius, per quam tetendit inſidias, nonne hæc ſcripta
ſunt in libro ſermonum dierum Regum Iſrael? Tunc percuffit Manahen Thap-
ſam, & omnes, qui erant in ea, & terminos eius de Therſa. * Noluerunt enim ape-
rire ei. Et interfecit omnes prægnantes eius, & ſcidit eas. Anno triceſimonono Aza-
riae Regis Iudæ, regnauit Manahen filius Gaddi ſuper Iſrael, decem annis in Sama-
ria: fecitque quod erat malum coram domino. Non receſſit à peccatis Ieroboam
filij Nabath, qui peccare fecit Iſrael, cunctis diebus eius. [†] Veniebat Phul Rex Aſ-
ſyriorum in Therſa,] & dabat Manahen Phul mille talenta argenti, vt eſſet ei in au-
xilium, & firmaret regnum eius. Indixitque Manahen argentum ſuper Iſrael cun-
ctis potentibus, & diuitibus, vt daret Regi Aſſyriorum: quinquaginta ſiclos argenti
per ſingulos. Reuerſusque eſt Rex Aſſyriorum, & non eſt moratus in Therſa. Reli-
qua autem ſermonum Manahen, & vniuerſa quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in
libro ſermonum dierum Regum Iſrael? Et dormiuit Manahen cum patribus ſuis,
regnauitque Phaceia filius eius pro eo. Anno quinquageſimo Aſariae Regis Iu-
dæ regnauit Phaceia filius Manahen ſuper Iſrael in Samaria biennio, fecit quod erat
malum coram domino. Non receſſit à peccatis Ieroboam filij Nabath, qui pec-
care fecit Iſrael. [†] Coniurauit autem aduerſus eum Phacee filius Romeliae Dux eius,
& percuffit eum in Samaria, in turre] domus regiae, iuxta Argob & iuxta Ariphe, &
cum eo quinquaginta viros de filiis Galaaditarum, & interfecit eum: regnauitque
pro eo. Reliqua autem ſermonum Phaceiae & vniuerſa quæ fecit, nonne hæc ſcripta
ſunt in libro ſermonum dierum Regum Iſrael? Anno quinquageſimo ſecundo Azariae
regis

[f. Subintelligitur homines po-
tentes. Vnde in Hebraeo habe-
tur. Quinquaginta ſiclos homi-
ni vni cui libet ſecundum no-
dum loquendi Hebraicum. Et
propter hoc libri qui habent
hic per ſingulos annos, in hoc
ſic ſunt, quia libitocorreci non
habent annos. De Lira, ibid.]
[g. Is crudelitate patris perſimi-
lit, duobus tantis annis regna-
uit quibus exactis in conuulſio
cum amicis trucidatus eſt inſi-
dit Phacee tribuni, qui Ro-
melia fuit filius Ioseph. Anti-
quitatum Iudæic. lib. 9. ca. 11.]
7. In palatio.]

1069. 11.
Anni ante
Chriſtum,
828.
Anni mundi
3335.
Azarias 19.
Iuda. an. 52.

[2. Par. 26. d.

Anni ante
Chriſtum,
801.
Anni mudi.
3161.
Zacharias,
14.
Iſrael menſ-
bus, 6.

[Sup. 10. f.
Anni ante
Chriſtum,
800.
Anni mudi.
3161.
Sellum, 15. Iſ-
rael vno me-
ſe.

Anni ante
Chriſtum,
800.
Anni mudi.
3162.
Manahen 19.
Iſrael. an. 50.

Anni ante
Chriſtum,
789.
Anni mudi.
3173.
Phaceia 17.
Iſrael. an. 51.

Anni ante
Christi, 787
Anni mundi
1795
Phacee, 18.
Isael. an. 20.

regis Iudæ, regnauit Phacee filius Romeliæ super Israel in Samaria viginti annis: & fecit quod erat malum coram domino. Non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Israel. In diebus Phacee regis Israel venit Theglath Phalassar Rex Assur, & cepit Ahion, & Abel domum Maacha] & Ianoë, & Cedès, & Afor, & Galaad, & Galilæam, & vniuersam terram Nephtalim, & transtulit eos in Assyrios. Coniurauit autem & tetendit insidias Osee filius Hela, contra Phacee filium Romeliæ: & percussit eum, & interfecit: regnauitque pro eo¹ vicesimo anno Ioathan filij Ozia. Reliqua autem sermonū Phacee, & vniuersa quæ fecit, nōne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Israel? Anno secundo Phacee filij Romeliæ regis Israel, regnauit Ioathan filius Ozia Regis Iuda. Viginti quinque annorum erat cū regnare cōpisset: & sedecim annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Ierusa, filia Sadoch. Fecitque quod erat placitum coram domino. Iuxta omnia quæ fecit Ozias pater suus operatus est, veruntamen excelsa non abstulit. Adhuc populus immolabat, & adolebat incensum in excelsis. Ipse ædificauit portam domus domini sublimissimam. Reliqua autem sermonum Ioathan, & vniuersa quæ fecit, nōne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iuda? In diebus illis cepit dominus mittere in Iudam Rasin regem Syriæ, & Phacee filium Romeliæ. Et dormiuit Ioathan cum patribus suis, sepultusque est cum eis in ciuitate Dauid patris sui: & regnauit Achaz filius eius pro eo.

An. ante Chri
Hum. 786.
Anni mundi
1796.
1. a. Par. 27. 4
Ioath. 1. 14.
Iuda. an. 16.

Achaz filio suo per ignem consecrato, Ierusalem à Syris obfessa ab Assyriis petit auxilium idolis sacrificans, cui successit Ezechias.

XVI.

Ios. 9. 13.
1. a. Par. 28. a
An. ante Chri
Hum. 770.
Anni mundi
1792.
Achaz. 15.
Iuda. an. 15.



Anno decimosextimo Phacee filij Romeliæ, regnauit Achaz filius Ioathan regis Iuda. Viginti annorum erat Achaz cū regnare cōpisset: & sedecim annis regnauit in Ierusalem. Non fecit quod erat placitum in cōspectu domini dei sui sicut Dauid pater eius, sed ambulauit in via Regum Israel. Insuper & filium suum consecrauit transferens per ignem secundum idola gentium, quæ dissipauit dominus coram filiis Israel. Immolabat quoque victimas, & adolebat incensum in excelsis, & in collibus: & sub omni ligno frondoso. Tunc ascendit Rasin Rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ Rex Israel ad præliandum in Ierusalem. Cūque obsiderent Achaz, non valuerunt superare eum. In tempore illo restituit Rasin rex Syriæ Hailam Syriæ: & eiecit Iudæos de Haila. Et Idumæi & Syri venerunt in Hailam, & habitauerunt ibi, vsque in diem hanc. Misit autem Achaz nuncios ad Theglath Phalassar Regem Assyriorum, dicens: Seruus tuus & filius tuus ego sum. Ascende & saluum me fac de manu regis Syriæ, & de manu regis Israel: qui consurrexerunt aduersum me. Et cū collegisset Achaz argentum & aurum quod inueniri potuit in domo domini, & in thesauris Regis, misit regi Assyriorum munera, qui & acquieuit voluntati eius. Ascendit autem rex Assyriorum in Damascum, & vastauit eam, & transtulit habitatores eius Cyrenen: Rasin autem interfecit. Perrexitque rex Achaz in occursum Theglath Phalassar regi Assyriorum in Damascum. Cūque vidisset altare Damasci, misit Rex Achaz ad Vriam sacerdotem exemplar eius & similitudinem, iuxta omne opus eius. Extruxitque Vrias sacerdos altare. Iuxta omnia quæ præceperat Rex Achaz de Damasco, ita fecit sacerdos Vrias, donec veniret Rex Achaz de Damasco. Cūque venisset rex de Damasco vidit altare, & veneratus est illud: ascenditque & immolauit holocausta & sacrificium suum, & libauit libamina, & fudit sanguinem pacificorum, quæ obtulerat super altare. Porro altare æreum, quod erat coram domino, transtulit de facie templi, & de loco altaris, & de loco templi domini: posuitque illud ex latere altaris ad aquilonem. Præcepit quoque rex Achaz Vriæ sacerdoti, dicens: Super altare maius offer holocaustum matutinum, & sacrificium vespertinum, & holocaustum Regis & sacrificium eius: & holocaustum vniuersi populi terræ, & sacrificia eorum & libamina eorum: & omnem sanguinem holocausti, & vniuersum sanguinem victimæ

1792. a

a. Hoc est, in fine 17. anni, sed in principio 18. anni.
b. Qui erga deum impiissimus omnium & peccatorum legi detestator, ad imitationem Iherosolymitanorum regum se contulit, atas Ierofolymis erigit, & in eis idola sacrificans. Ioseph. Antiq. Iudæic. lib. 9. cap. 12.
c. Filium suum consecrauit idolo Moloch, tradens illum per ignem in valle Ben Ennon, alias Gehennon. De qua Iosue 15. 8.
1. Traduxit per ignem, iuxta abominaciones gentium.

2. Recuperauit.
d. Haila vrbis est Arabie Petree de qua Deut. 2. b. vbi eam vocat Elath, quam ædificauerat Azarias. Hanc eripuit Rex Syriæ, & restituit Syriæ, expellens Iudæos & ceteros incolas.
3. Pro Syria.
e. Ierofolymitanus autem Rex postquam cognouit Syros, abiisse domum, putans se Iherosolymitanum regem non inferiorem victimis, eduxit contra eum copias: & cum irato Deo commisit prælium, propter tot impia facta nota victus est. Ceterum enim & viginti milia tunc ceciderunt de Iherosolymitanorum exercitu. Ioseph. lib. 9. cap. 13. Antiq. Iudæic.
ff. Describitur Achaz ut prophanus in religione, & vero dei cultu, quia fecit in arto domini altare sacrilegum, amouens altare quod erat cultui dei consecratum. De Lyra.]

4. Veniens Rex ad altare obtulit super ipsum.
5. Suorum iuxta.

6. Constituitque extra faciem templi, inter altare & inter templum domini.

g. Constat quàm supersticiosissimus fuerit hic Achaz, qui ea sacrificia deputabat idolis, quæ lege iusta erant offerri deo, Dionysius.

ph. Altare holocausti deo dicatum, quod Salomon edificauerat, ut conuerteretur in vsum regi placetrem, Diony. Cartul. 7. A ma iuuiferat.
 8. i. Velum. Hoc est tabernaculum quoddam, quod erat in templo, sub quo manebant sacerdotes in sabato, cū per hebdomadā functi fuissent officio. Et. Ve si Rex Assyrius huc veniret, videret qualiter amouisset cultum dei, & quod nō esset vix de palatio regis ad templū. Vt sic Achaz se ostenderet transisse ad cultum regis Assyriorum De Lira.]

super illud effundes. ^h Altare verò æreum ⁷ erit paratum ad voluntatem meam. Fecit igitur Vrias sacerdos iuxta omnia quæ præceperat rex Achaz. Tulit autē rex Achaz cælatas bases & lutèrem, quæ erat de super: & mare deposuit de bobus æreis, qui sustentabant illud, & posuit super pauimentum stratum lapide. ⁸ ⁱ Musach] quoque sabbati, quod edificauerat in templo, & ingressum Regis exterius conuertit in templum domini, ^k propter regem Assyriorum. Reliqua autem verborum Achaz, & omnia quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Iuda? Dormiuitque Achaz cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid, & regnauit Ezechias filius eius pro eo.

Regnum Israel post multa facinora in Assyrios captiuum sub Osee per Salmanasar abducitur. XVII.

a. Osee anno 4. Achaz, occidit Phacee, & tunc non fuit probatus rex vsque ad 12. annū Achaz à quo regnauit annis 11. vsque ad captiuitatem Israelis: rebellauit autem 14. anno Achaz, à quo solum 9. annis regnauit.
 b. Salmanasar. 3. Babyloniorum rex postquam transiit in Medos & Babylonios.
 1. Et deprehendit Rex Assur in Osee coniurationem, quoniam miserat.
 2. Et non afferebat munus regi Assyriorum de anno in annis, & licet eo tenuit cum rex Assyriorum.
 3. Ascenditque Rex Assur super eum.
 c. Anno 9. rebellionis Osee capta est Samaria, & 10. tribus Israel captiue.
 * Et.
 4. Vt peccarent.
 5. Et timerent.
 6. Studuerunt filij Israel abscondere ea que non erant recta, à domino deo suo.



Nno ^a duodecimo Achaz regis Iuda, regnauit Osee filius Hela in Samaria super Israel nouem annis: fecitque malum coram domino, sed non sicut Reges Israel, qui ante eum fuerunt. Contra hunc ascendit ^b Salmanasar rex Assyriorum, & factus est ei Osee seruus, reddebátque illi tributa. ¹ Cūque deprehendisset rex Assyriorum Osee, quod rebellare nitens misisset] nuncios ad Sua regem Ægypti, ² ne præstaret tributa regi Assyriorum, sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum,] & vincitum misit in carcerem: ³ peruagatusque est,] omnem terram, & ascendens Samariam, obsedit eam tribus annis. ⁴ Anno autem nono Osee cepit rex Assyriorum Samariam: & [†] transtulit Israel in Assyrios, posuitque eos in Hala & in Abor iuxta fluuium Gozam * in ciuitatibus Medorum. ⁵ Factum est autem ⁴ cum peccassent] filij Israel domino deo suo qui eduxerat eos de terra Ægypti de manu Pharaonis regis Ægypti: ¹ coluerunt] deos alienos: & ambulauerunt iuxta ritum gentium, quas consumpserat dominus in conspectu filiorum Israel & Regum Israel, quia similiter fecerant. Et ⁶ irritauerunt filij Israel verbis non rectis dominum deum suum,] & edificauerunt sibi excelsa in cunctis vrbibus suis, à turre custodum vsque ad ciuitatem munitam. Feceruntque sibi statuas & lucos in omni colle sublimi, & subter ⁷ omne ligum nemorosum: & adolebant ibi incensum super aras in morem gentium, quas transtulerat dominus à facie eorum. Feceruntque ⁸ ^d verba pessima] irritantes dominum: & coluerunt immunditias de quibus præcepit eis dominus, ⁹ ne facerent verbum hoc.] Et testificatus est dominus in Israel & in Iuda per manum omnium prophetarum, ¹⁰ & videntium, dicens: [†] [†] Re- ^c uertimini à viis vestris pessimis, & custodite præcepta mea, & ¹⁰ ceremonias:] iuxta omnem legem quam præcipi patribus vestris, & ¹¹ sicut] misi ad vos in manu seruatorum meorum prophetarum. Qui non audierunt, sed indurauerunt ceruicem suam, iuxta ceruicem patrum suorum, qui ¹² noluerunt obedire] domino deo suo. Et ¹³ abiecerunt legitima] eius, & pactum quod pepigit cum patribus eorum, & testificationes quibus contestatus est eos, secutiq; sunt vanitates, & vanè egerunt, & secuti sunt gentes, quæ erant per circuitum eorum, super quibus præceperat dominus eis, vt non facerent sicut & illæ faciebant. Et dereliquerunt omnia præcepta domini dei sui, feceruntque sibi conflatiles duos vitulos, & lucos, & adorauerunt vniuersam malitiam cæli. Seruieruntque Baal, & ¹⁴ consecrauerunt] filios suos, & filias suas per ignem. ¹⁵ Et diuinationibus inseruiebant, & auguriis, & ¹⁵ tradiderunt] se vt facerent malum coram domino, & irritarent eum. Iratusque est dominus vehementer Israeli, & abstulit eos ⁶ à conspectu suo: & non remansit nisi tribus Iuda tantummodo. Sed nec ipse Iuda custodiuit mandata domini dei sui: veruntamen ambulauit ¹⁶ in erroribus Israel, quos operatus fuerat. Proiecitque] dominus omne semen Israel, & affixit eos, & tradidit eos in manu diripientium, donec ^f proiiceret eos à facie sua: ¹⁷ ex eo iam tēpore [†] quo scissus est] Israel à domo Dauid, & constituerunt sibi regem Ieroboam filium Nabath. Separauit enim Ieroboam Israel à domino, & peccare eos fecit peccatum magnum & ambulauerunt filij Israel in vniuersis peccatis Ieroboam, quæ fecerat, & non receperunt

7. Omnem arborem frōdo sam.

8. Res malas.
 d. Frequenter enim in scripturis factus accipitur verbum vel sermo pro re significata per verbum. Ideo verba pessima sunt vitia pessima: vtpote idololatris, quæ dicitur grauissimū peccatorum, sicut nunc hæresis.
 Diony.
 9. Non facietis rem huiuscemodi.
 10. Statuta mea.
 11. Quam.
 12. Non crediderunt.
 13. Respuerunt statuas.
 14. Traduxerunt.
 15. Vendiderunt.
 e. Hoc est, abstulit eos à terra promissionis, cuius incolæ nō lim constiterat speciali pietate aspicere, sicut Deu. 4. Oculi domini dei tui in ea sunt. & Psal. Oculi domini super iustos. Diony. Dicit autem Comestor in historia Æther deest tribus inclusis ab Alexandro infra mōtes Caspios vsque ad finē mundi.
 16. In decretis Israel, quæ ipsi fecerunt. Et scissidit.
 f. Tempore autē quo Theglath Phalassar rex Babylonis duxerat in captiuitatem tres tribus cum simidia, plurimi ex septē aliis tribubus fugerunt ad vicinā regnā, & ibidem se abscōderunt, præcipue in tribu Iuda, ac post recessum Assyriorum redierunt ad propria & pristina loca, vnde scipius sit. mancio de posteritate decem tribuum. Dionysius.
 17. Nam abscissus est.

Iosf 9. 15.
 An. ante Christi
 sum. 759.
 Anni mundi
 3203.
 Osee. 19. 10.
 reuel. anni. 9. 1
 rebellione 66
 tra Assyrios.
 An. ante Christi
 sum. 749.
 Anni mundi
 3213.

† Infra. 18. e.

† 23. 9. 1. e.
 Baal differens
 sig. 8. Item va
 fa. sacca.

† Iere. 25. b.

† 1. Reg. 12. c.

† Iero. 25. b
 † 23. q. 3. §. 16.
 ab aliquo. ibi
 per captiuita. E.
 tem.

recesserunt ab eis, vsquequo dominus auferet Israel à facie sua: † sicut locutus fuerat in manu omnium seruorum suorum Prophetarum. † Translatúsque est Israel de terra sua in Assyrios, vsque in diem hanc. § Adduxit autem rex Assyriorum viros de Babylone, & de Cutha, & de Ahaiath, & de Emath, & de Sefaruáim: & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filiis Israel. Qui possederunt Samariam, & habitauerunt in vrbibus eius. Cúmque ibi habitare cœpissent, non timebant dominum, & immisit eis dominus leones, qui interficiebant eos. Nunciátumque est regi Assyriorum, & dictum: Gentes quas trástulisti & habitare fecisti in ciuitatibus Samariæ, ignorát¹⁸ legitima] dei terræ, & immisit in eos dominus leones, & ecce interficiunt eos: eo quod ignorent ritum dei terræ. ^h Præcepit autem rex Assyriorum, dicés: Ducite illuc vnum de sacerdotibus, quos inde captiuos adduxistis, vt vadat & habitet cum eis, & doceat eos legitima dei terræ. Igitur cùm venisset vnus de sacerdotibus, iis qui captiui ducti fuerant de Samaria, habitauit in Bethel, & docebat eos quomodo ¹⁹ colerent] dominum. § Et vnaquæque gens fabricata est deum suum. Posueruntque eos in fanis excelsis, quæ fecerant Samaritæ, gens & gens in vrbibus suis, in quibus habitabant. Viri enim Babylonij fecerunt Sochoth Benoth, viri autem Cutheni fecerunt Nergel, & viri de Emath fecerunt Asima. Porrò Heuæi fecerunt Nebahah & Tharthac. Ii autem qui erant de Sefaruáim, comburebant filios suos igni Adramelech & Anamelech diis Sefaruáim: ²⁰ & nihilominus colebant dominum. Fecerunt autem sibi de nouissimis] sacerdotes excelsorum: & ponebant eos in fanis sublimibus. Et cùm dominum ²¹ colerent,] diis quoque suis seruibant, iuxta consuetudinem gentium de quibus translati fuerant Samariam. Vsq̄ue in præsentem diem morem sequuntur antiquum. ⁱ Non timent dominum, neque custodiunt ²² ceremonias] eius atque iudicia & legem, & mandatum quod præceperat dominus filiis Iacob: † quem cognominauit Israel, & percusserat cum eis pactum, & mandauerat eis, dicens: § Nolite timere deos alienos, & non adoretis eos, neque colatis eos, & non immoletis eis, sed dominum deum vestrum, qui eduxit vos de terra Ægypti in fortitudine magna, & in brachio extento, ipsum timete, & illum adorete, & ipsi immolate. ²³ Cæremonias] quoque & iudicia, & legem, & mandatum, quod scripsit vobis, custodite, vt faciatis cunctis diebus, & non timeatis deos alienos. Et pactum quod percussit vobiscum, nolite obliuisci, nec colatis deos alienos: sed dominum deum vestrum timete, & ipse eruet vos de manu omnium inimicorum vestrorum. Illi verò non audierunt, sed iuxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant. Fuerunt igitur gentes istæ timentes quidem dominum, sed nihilominus & idólis suis seruientes. Nam filij eorum & nepotes sicut fecerunt patres sui ita faciunt, vsque in præsentem diem.

g. Vnaquæque gens fabricata est deum suum, posueruntque eos in fanis excelsis quæ fecerant Samaritana gens: & gens in vrbibus suis, in quibus habitabant. Viri enim Babylonij fecerunt Sochoth Benoth. Viri autem Cutheni fecerunt Nergel: & viri de Emath vel Emeth fecerunt Asima. Porro Heuæi fecerunt Nebahah & Tharthac. In libro autem locum legitur, quod Benoth & Nergel fuerunt ciuitates quas construxerunt in regione Iudææ Samaritani, qui de Babylonia transferant. Eucherius.
 18. Iudæum, & infra.
 h. Exorta enim sua pestilentia à qua cum popularetur nullam inuenientes opem, oraculo admoniti sunt vt deum maximum colerent: Nam hoc illis presentem salutem allaturum esse. Missis igitur ad Regem Assyrium legatis, petierunt vt sacerdotes aliquos & captiuos Israelitis ad eos remitteret, quo facto legem & dei colendi rationem ab eis edoári diligenter eum cœperunt colere: moxque cessauit pestilentia, permanet nunc quoque in ea religione, Cuthæ vocant Hebræis, Græcis verò Samaritæ. Ioseph. Antiq. Iudæ. li. 9. cap. 14. J. 19. Timerent.
 20. Timebant itaque dominum, feceruntque sibi quosdam.
 21. Timerent.

i. Ceterum noui Samaritæ coloni Cuthæ, ad quinque gentium essent, totidem deos patrios secum attulerunt, quos ritus suo colentes, deum maximum ad indignationem irritauerunt. Exorta est enim sua pestilentia, à qua cum popularetur, nullam inuenientes opem, oraculo admoniti sunt vt deum maximum colerent: Nam hoc illis presentem salutem allaturum esse. Missis igitur ad regem Assyrium legatis, petierunt vt sacerdotes aliquos & captiuos Israelitis ad eos remitteret. Quo facto legem & dei colendi rationem ab eis edoári, diligenter eum cœperunt colere: moxque cessauit pestilentia: permanetque nunc quoque in ea religione Cuthæ vocant Hebræis, Græcis verò Samaritæ. Ioseph. lib. 9. cap. 15.
 22. Statuta.
 23. Statuta.

† Gen. 32. f

Ezechias pietate sublimis ab Assyriis pecunia multatus obsidetur, & multis blasphemis ac minus terretur.
 XVIII.



Anno ^a tertio Osee filij Hela regis Israel, regnauit Ezechias filius Achaz regis Iuda. Viginti quinque annorum erat, cùm regnare cœpisset. & vigintiuem annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Abi filia ^b Zachariæ. Fecitque quod erat bonum coram domino, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. † Ipse dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos, confregitque serpentem æi eum [†] quem fecerat Moyses. Siquidem vsque ad illud tempus filij Israel adolebant ei incensum. Vocauitque nomen eius [†] Nehustan.] Et in domino deo Israel sperauit. Itaque post eum non fuit similis ei de cunctis regibus Iuda, sed neque in iis qui ante eum fuerunt, & adhæsit domino, & non recessit à vestigijs eius: fecitque mandata eius, quæ præceperat dominus Moysi, vnde & erat dominus cum eo: & in cunctis ad quæ procedebat, sapienter se agebat. § Rebellaui quoque contra regem Assyriorum, & non seruiui ei. Ipse percussit Philistæos vsque ad Gazam, & omnes terminos eorum, à turri custodum vsque ad ciuitatem munitam. ^c Anno quarto regis Ezechia, qui erat annus septimus Osee filij Hela regis Israel, ascen-

a. Hoc est, anno tertio rebellionis Osee contra Regem Assyria, quo tributa dare ille recusat.
 b. Hic Zacharias posthumus erat filius Zachariæ filij Ioiada, quem Iosaphat lapidare fecerat inter templum & altare. Comest.
 c. Nehustan (hoc est, rem esse, nihil habens diuinitatis: vt quæ illi pro nomine colebant, in vestigijs eius metallum cum esse, hunc deum agnoscerent. Angelus in eodem ibidem.
 d. Anno. 4. Ezechia, qui septimus fuit annus rebellionis Osee, obsessa est Samaria, & tertio anno capta, & in Assyriam abducta anno. 9. rebellionis Osee, & regni eius 19. anno, Ezechia autem sexto.

A ante Christi
 Anni. 754.
 Anni mundi
 3208.
 §. dist. ca.
 Qui isda. §.
 Verum.
 Ezechias 16.
 Iudæ. an. 29.
 † 1. Par. 29. a
 §. dist. cap.
 Quis sancta.
 4. Verum.
 † Num. 21. c

2. Eam post tres annos.
[d. Hoc enim significat scripto-
rem posteriorum ex prophetis,
qui scripserunt que suis tempo-
ribus acciderunt, historiam trans-
scripsit. Evidenter ante res Sa-
maritanorum, quibus sunt, defeci-
pit unde sunt: & quomodo ex
necessitate legem Moyse custo-
dierint. Procopius ibidem.]
3. Iuxta fluvium.
e. Senacherib 4. rex Babylonio-
rum post diuisam monarchiam
in Medos & Babylonios, licet fa-
cere scriptura vocentur Reges
Assur, vel Assyrii: quos igno-
rauit Euseb. in suis Chronicis.

* Domus.
4. Postes quos operuerat Ezechias
rex Iuda.
f. Anno sequenti cum Ezechias
tantum summam impostam solu-
ere negaret, vel forte non pos-
set, misit rex Assyriorum exerci-
tum suum contra Ierusalem post-
quam deuicit regem Aethiopia.
[g. Hæc Rapsaces dicit, quæ ve-
rum est Hebræum fuisse, &
vel ipse ad Assyrios profugit
se, vel bello captus esse, & ut Af-
syrus suam beneuolentiam o-
stenderet exercitum confirmat-
se. Hebræica enim lingua vsus
oratione habuit Procop. ibid.]
5. Dicite quæso Ezechia.
6. Dicis ne: Certe per verbum
labiorum per consilium & for-
titudinem accingar.
* Contra me.

[h. Vobis inuere Ezechiam, di-
minuisse à Pharaone cultum di-
uinum, & sic non potest confi-
dere in ipsum, cum magis offen-
derit eum quam placuerit. De
Lyra.]

7. Trade obseques domino meo
regi.

[i. Rapsaces ut pauca tantum ob-
sequia ostenderet, duo milia
equorum pollicetur, quorum af-
censores Ezechias non haberet:
non de imbecillitate populi ve-
nit, quasi equitandi ignari, sed
quia deus præcepit rex Israel
equos & viros sibi multiplica-
ret. Raba. ibidem.]

8. Si tamen possis ponere super
eos ascensores.

9. Aneeris facie vnus ductus.

10. Absque domino.

k. Id est, quod necesse est popu-
lum falsis terroribus commoue-
ri, & vanam iactare virtutem. Lo-
quere linguam quam populus
non nouit. Rabanus ibidem.

11. Aquas pedum suorum.

l. Per quod ostendit fame eos &
siti esse capiendos. Similique il-
lecebra mitigat timorem: ut quos
terror non vincit, persuasione
decipiat. Angelomus.

m. Hoc est, facite quod vobis
prosit, & in benedictionem ve-
stram proficiat: & benedicite
regi Assyriorum, & laudate eum
ve dominum, confirmemini, vt
premia consequamini. Euche.

12. Benedictionem.

[n. Hoc est, vnusquisque vineæ
pauca: & quiete in terra ista,
donec veniam & transferam vos
sicut mos est regis Assyriorum
transfere gentem sibi subiectam,
de terra sua nativam ad aliam in
qua sit magis securus. Sic enim
rex Assyriorum iam ante fecerat
de Olee rege Israel & eius
populo De Lyra.]

13. Fumenti, &.

* Quisque.

o. Ostendit hanc ciuitatem
sive gentem diis seruissæ Sama-
ritæ: & quia non erant dii, sed
idola, merito cultores vanitatis
dicebat esse subuersos. Raba-
nus ibidem.

p. Enachi vrbis est Calesyriae,
quæ nunc Epiphania dicitur.

q. Arphat ager Damascenus est,
& eiusdem nominis dicunt ibi
dem esse fluvium & urbem.

dit Salmanasar rex Assyriorum in Samariam: & oppugnauit eam, & cepit. [†] Nam post annos tres] anno sexto Ezechia, id est, nono anno Osee Regis Israel, capta est Samaria: ^d & transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios: collocauitque eos in Hala & in Habor, ³ fluuibus] Gozan in ciuitatibus Medorum: quia non audierat vocem domini dei sui, sed prætergressi sunt pactum eius. Omnia quæ præceperat Moyses seruis domini, non audierunt neque fecerunt. [†] Anno quartodecimo regis Ezechia, ascen- ^c dit Sennacherib rex Assyriorum ad vniuersas ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. Tunc misit Ezechias rex Iuda nuncios ad Regem Assyriorum in Lachis, dicens: Peccavi. Recede à me: & omne quod imposueris mihi, feram. Indixit itaque Rex Assyriorum Ezechia regi Iudæ trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri. Deditque Ezechias omne argentum, quod repertum fuerat in domo domini, & in thesauris ^{*} Regis. In tempore illo confregit Ezechias valuas templi domini, & ⁴ laminas auri, quas ipse affixerat:] & dedit eas regi Assyriorum. ^f Misit autem rex Assyriorum Thartan & Rapsaris & Rapsacen de Lachis ad regem Ezechiam cum manu valida Ierusalem, & steterunt iuxta aquam ductum piscinae superioris, quæ est in via agri fullonis, vocaueruntque regem. ^g Egressus est autem ad eos Eliachim filius Elchia præpositus ^d domus & Sobna scriba, & Ioahel filius Asaph à commentariis, ^g dixitque ad eos Rapsaces: [†] Loquimini Ezechia:] Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum: Quæ est ista fiducia qua niteris? ^h Forsitan inisti consilium, vt præpares te ad prælium.] In quo confidis, vt audeas rebellare? ^{*} [†] An speras in baculo arundineo, atque cōfracto Ægypto? Super quem, si incubuerit homo, comminutus ingreditur manum eius, & perforabit eam. Sic est Pharaon rex Ægypti omnibus qui confidunt in eum. Quod si dixeritis mihi: in domino deo nostro habemus fiduciam: ^h nonne iste est cuius abstulit Ezechias excelsa, & altaria, & præcepit Iudæ & Ierusalem, ante altare hoc adorabitis in Ierusalem? ^h Nunc igitur ⁷ transite ad dominum meum regem] Assyriorum, ⁱ & da- ^b bo vobis duo milia equorum, ⁸ & videte an habere valeatis ascensores eorum.] Et quomodo ⁹ potestis resistere ante vnum Satrapam] de seruis domini mei minimis? An fiduciam habetis in Ægypto propter currus & equites? Nunquid ¹⁰ sine domini voluntate] ascendi ad locum istum, vt demoliret eum? Dominus dixit mihi: Ascende ad terram hanc, & demolire eam. Dixerunt autem Eliachim filius Elchia, & Sobna scriba, & Ioahel, Rapsaces: ^k Precamur vt loquaris nobis seruis tuis Syriacè, siquidem intelligimus hanc linguam: & non loquaris nobis Iudaicè, audiente populo qui est super murum. ^g Responditque eis Rapsaces, dicens: Nunquid ad dominum tuum, & ^f ad te misit me dominus meus, vt loquerer sermones hos, & non potius ad viros qui sedent super murum, vt comedant stercore sua, & bibant ¹¹ vrinam suam] vobiscum? Stetit itaque Rapsaces, & exclamauit voce magna Iudaicè, & ait: Audite verba regis magni, regis Assyriorum. Hæc dicit Rex: Non vos seducat Ezechias. Non enim poterit eruere vos de manu mea, neque fiduciam vobis tribuat super dominum, dicens: Eruens liberabit nos dominus: & nõ tradetur ciuitas hæc in manu regis Assyriorum. [†] Nolite audire Ezechiam. Hæc enim dicit rex Assyriorum: ^m Facite mecum ¹² quod vobis est vtile:] & egredimini ad me. ⁿ Et comedet vnusquisque de vinea sua, & de ficu sua, & bibet aquas de cisternis vestris, donec veniam & transferam vos in terram, ^g quæ similis est terræ vestræ, in terram ¹³ fructiferam & fertilem] vini, in terram pa- ^g nis & vinearum, terram oliuarum & olei ac mellis, & viuētis & non moriemini. Nolite audire Ezechiam, qui vos decipit, dicens: Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dii gentium ^{*} terram suam de manu regis Assyriorum? ^o Vbi est deus ^p Emath & ^q Arphat? Vbi est deus Sefaruaïm Hana & Aua? Nunquid liberauerunt Samariam de manu mea? Quinam illi sunt in vniuersis diis terrarum, qui eruerunt regionem suam de manu mea, vt possit eruere dominus Ierusalem de manu mea? Tacuit itaque populus, & non respondit ei quicquam, siquidem præceptum Regis acceperant: vt non responderent ei. [†] Venitque Eliachim filius Helchia præpositus domus, & Sobna scriba, & Ioahel filius Asaph à commentariis, ad Ezechiam scissis vestibus, & nuntiauerunt

Isa. 9. 14.
An. 26. Chri.
stum 749.
Anni mundi
323.
† Sup. 17. a

Isa. 10.
† 2. Par. 32. a
Isa. 36. a
Eccle. 48. c

† 23. q. 3. c. 1.
Item sic ut le-
gitur.

† 2. Para. 32. a

† Isa. 37. a

tiauerunt ei verba Rapfacis.

Angelus domini centum octoginta quinque milia Assyriorum percussit fugiente Sennacherib in templum idolorum suorum, ubi à filiis interficitur. XIX.

10610.2.
7.12.37.4

Quæ cum audisset Ezechias rex, scidit vestimenta sua, & opertus est sacco, ingressusque est domum domini, & misit Eliachim præpositum domus, & Sobnam scribam, & senes de sacerdotibus opertos saccis ad Isaiam prophetam filium Amos. Qui dixerunt: Hæc dicit Ezechias: Dies tribulationis, & increpationis, & blasphemiarum dies iste. Venerunt filij vsque ad partum, & vires non habet parturientes. Si fortè audiat dominus deus tuus vniuersa verba Rapfacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus, vt exprobraret deum viuentem, & argueret verbis, quæ audiuit dominus deus tuus: & fac orationem pro reliquijs quæ repertæ sunt. Venerunt ergo serui Regis Ezechie ad Isaiam. Dixitque eis Isaias: Hæc dicetis domino vestro, Hæc dicit dominus: Noli timere à facie sermonum, quos audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me. Ecce ego immittam ei spiritum, & audiet nuncium, & reuertetur in terram suam, & deiciam eum gladio in terra sua. Reuersus est ergo Rapfaxes, & inuenit regem Assyriorum expugnantem Lobnam: Audierat enim quòd recessisset de Lachis. Cùmque audisset de Tharacha rege Æthiopiæ, dicentes: ecce egressus est vt pugnet aduersum te, & iret cõtra eum: misit nuncios ad Ezechiam, dicens: Hæc dicite Ezechie regi Iuda: Non te seducat deus tuus, in quo habes fiduciam: neque dicas: non tradetur Ierusalem in manus regis Assyriorum. Tu enim ipse audisti quæ fecerunt Reges Assyriorum vniuersis terris: quomodo vastauerunt eas. Tu ergo solus poteris liberari? Nunquid liberauerunt dii gentium singulos, quos vastauerunt patres mei, Gozam videlicet, & Haran, & Reseph, & filios Eden: qui erant in Thelassar? Vbi est Rex Emath, & rex Arfad, & rex ciuitatis Sefaruaïm Hana & Aua? Itaque cùm accepisset Ezechias literas de manu nuntiorum, & legisset eas, ascendit in domum domini, & expandit eas coram domino, & orauit in conspectu eius, dicens: Domine deus Israel, qui sedes super Cherubim, tu es deus solus regum omnium terræ: tu fecisti cælum & terram. Inclina aurem tuam & audi. Aperi domine oculos tuos & vide, & audi omnia verba Sennacherib, quæ misit, vt exprobraret nobis] deum viuentem. Verè domine, dissipauerunt reges Assyriorum gentes & terras omnium: & miserunt deos eorum in ignem. Non enim erant dii, sed opera manuum hominum, ex ligno & lapide: & perdiderunt eos. Nunc igitur dominus deus noster, saluos nos fac de manu eorum: vt sciant omnia regna terræ, quia tu es dominus deus solus. Misit autè Isaias filius Amos ad Ezechiam: dicens: Hæc dicit dominus deus Israel: quæ deprecatus es me super Sennacherib rege Assyriorum, audiui. Iste est sermo, quem locutus est dominus de eo. Spreuit te, & subannauit te virgo filia Sion, post tergum tuum caput mouit filia Ierusalem. Cui exprobrasti, & quem blasphemasti? Contra quem exaltasti vocem tuam, & eleuasti in excelsum oculos tuos? Contra sanctum Israel. Per manum seruorum tuorum exprobrasti domino, & dixisti. In multitudine curruum meorum ascendi excelsa montium in summitate Libani, & succidi sublimes cedros eius, & electas abietes illius. Et ingressus sum vsque ad terminos eius, & saltum Carmeli eius ego succidi. Et bibi aquas alienas, & siccaui vestigijs pedum meorum omnes aquas clausas. Nunquid non audisti quid ab initio fecerim? Ex diebus antiquis plasmaui illud, & nunc adduxi. Eruntque in ruinam collium compugnantium ciuitates munitæ: & qui sedent in eis humiles manu. Contremuerunt & confusi sunt, facti sunt velut scœnum agri, & vires herba tectorum, quæ arefacta est antequam veniret ad maturitatem. Habitaculum tuum, & egressum tuum, & introitum tuum, & viam tuam, ego præsciui, & furorem tuum contra me. Insanisti in me, & superbia tua ascendit in aures meas. Ponam itaque circulum in naribus tuis, & chamum in labiis tuis, & reducã te in viam per quam venisti. Tibi autem Ezechia hoc erit signum:

a. Mira regis humilitas & prudentia, dimisso regio cultu, & obvolutus sacco ad templum pergit. De palatio principes sacerdotum non solis sed ciliicis amicos misit ad Isaiam, & dicit: Dies hæc tribulationis nostre, & correctionis dei, & blasphemiarum hostium. Rabanus ibidem, & post eum Eucherius.
b. Vt miris, inquit, animo, audister nephãdas illas blasphemias: ceterum penas exuere ab impijs illi hominibus non possumus. Quare deum, qui audiunt blasphemias illas, oramus vti prophanos illos doceat ne vni quidem esse illorum quos deos appellant. Procop. ibidem.

1. Rumorem.
2. Ego prostrabo: in terra sua cadat in gladium.

3. Reuersus est, & iterum.

c. Contra Sennacherib regis blasphemias solita arma Ezechias arripuit, rarissime pergit ad templum, & epistolam expedire coram domino, audacter dominum deprecatur, & solis deo assertit esse viuentem. Euche.
4. Et tu liberaberis.

5. Bithlazar.

d. Vt duo pariter Ezechias quæ optabat audire: se de obsidione & periculo liberandis, & inimicum iratumque Regem in sua terra esse moriturum. Idem.
*Dominic.

6. Qui hunc misit blasphemandum.
[e. Misit igitur ad Isaiam prophetam amicos aliquos & sacerdotibus, rogauit vt pro communis salute precibus deum solliciter ac facerent, vt frangerent inimias spes hostium miseretur sui populi: paruit Propheta, & monitus oraculo iussit. Regem atque amicos bono esse animo, prædicens hostem sine prelio victum discessurum cum ignominia, & posturum feroces animos, & cetera ei moliri perniciem. Iosephus antiq. Iudaic. lib. 10. ca. 1.]
f. Quia cunctis gentibus idola adorantibus, sola consecrat eam, firmitatem religionis vnus dei, Rabanus ibidem.

g. Quæ vel de cunctis gentibus metaphoricè principibusque eorum debemus accipere, vel Ierusalem, quæ interpretatur Libanus. Euche.

7. Lacera.

8. Ingrediar in diuersorium niduli eius: atque in Sylluam planticie eius.

9. Fodi, &c.

10. Lacus obsidionis.

11. Nunc modo adducam eas, vt fiat in desolationem, & munitæ vrbes rediguntur in acervos ruinorum.

12. Plus recens, & scœnum tectorum, aut fages immatura, & vix digne percussa.

13. Fellicem te esse putas, ascendit hoc ad aures meas.

Comede hoc anno quæ repereris, in secundo autē anno, quæ spontē nascuntur. Porro in anno tertio seminate, & metite: plantate vineas, & comedite fructum earum. Et¹³ quodcunque reliquum fuerit de domo Iuda,] mittet radicem deorsum: & faciet fructum sursum. ¹⁴ De Ierusalem quippe egredientur reliquæ, & quod saluetur de monte Sion. Zelus domini exercituum faciet hoc. Quamobrem hæc dicit dominus de rege Assyriorum: Non ingredietur urbem hanc, nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam¹⁴ clypeus: nec circumdabit eam munitio.] Per viam qua venit reuertetur, & civitatem hanc non ingredietur, dicit dominus: ¹⁵ protegāque urbem hanc, & saluabo eam, propter me, & propter David seruum meum. ¹⁶ Factum est igitur in nocte illa, venit angelus domini, & percussit in castris Assyriorū centum octoginta quinque milia. Cūque diluculo surrexisset, vidit omnia corpora mortuorum, & recedens abiit. Et reuersus est Sennacherib rex Assyriorum, & mansit in Niniue. Cūq; adoraret in templo Nefroch deum suum, Adramélech & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio, fugeruntque in terram Armeniorum, & regnavit¹⁷ Afsaraddon filius eius pro eo.

Sol in celo pœnitente Ezechia in infirmitate retrocedit. Ab Assyriis autem muneribus donatus thesauros ostendit, ab Esaiâ taxatus: cui Manasses filius successit. X X.



¹⁸ N^a diebus illis ægrotavit Ezechias vsque ad mortem: & venit ad eum Isaias filius Amos propheta, dixitque ei: Hæc dicit dominus deus: ¹⁹ Præcipe domui tuæ: ²⁰ Moriêris enim tu, & non viues. Qui conuertit faciem suam ad parietem: & orauit dominum, dicens: Obsecro domine, memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto: & quod placitum est coram te fecerim. ²¹ Fleuit itaque Ezechias fleu magno. Et antequam egrederetur Isaias mediam partem atrij, factus est sermo domini ad eum, dicens: Reuertere, & dic Ezechia duci populi mei: Hæc dicit dominus deus David patris tui: ²² Audiui orationem tuam, vidi lachrymam tuam, & ecce sanauit te. Die tertio ascendes templum domini, & addam diebus tuis quindecim annos. ²³ Sed & de manu regis Assyriorum liberabo te, & civitatem hanc: & protegā urbem istam propter me & propter David seruum meum. Dixitque Isaias: Afferte massam ficorum. Quam cū attulissent, & posuissent super vlcus eius, curatus est. Dixerat Ezechias ad Isaiam Quod erit signum, ²⁴ quia dominus me sanabit, & quia ascensurus sum die tertia templum domini? Cui ait Isaias: Hoc erit signum à domino, quod facturus sit dominus sermonem quem locutus est: Vis vt ascendat vmbra decem¹ lineis, an vt reuertatur totidem gradibus? Et ait Ezechias: Facile est vmbra² crescere] decem lineis. ³ Ne hoc volo vt fiat: sed] vt reuertatur retrorsum decem gradibus. Inuocauit itaque Isaias propheta dominum: & reduxit vmbra per lineas quibus iam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus. ⁴ In tempore illo misit⁵ Berodach Baladan filius Baladan Rex Babyloniorum literas & munera ad Ezechiam: Audierat enim quod egrotasset Ezechias. Lætatus est autem in aduentu eorū Ezechias, & ostendit eis domum⁶ aromatatum,] & aurum & argentum, & pigmenta varia, vngueta quoque, & domum vasorum suorum, & omnia quæ habere poterat in thesauris suis. ⁷ Nō fuit verbum quod] non monstrasset eis Ezechias in domo sua: & in omni potestate sua. Venit autem Isaias Propheta ad Regem Ezechiam, dixitque ei: Quid dixerunt viri isti, aut vnde venerunt ad te? Cui ait Ezechias: De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone. ⁸ At ille respondit. Quid viderunt in domo tua? Ait Ezechias: ⁹ Omnia quæcunque sunt in domo mea, viderunt. Nihil est enim, quod non mōsti auerim eis in thesauris meis. Dixit itaque Isaias Ezechia: Audi sermonem domini: Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ sunt in domo tua, & quæ condiderunt patres tui vsque in diem hanc in Babylonem. Non remanebit quicquam, ait dominus. Sed & de filiis tuis, qui egredientur ex te, quos generabis, tollêtur: & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. Dixit Ezechias ad Isaiam: Bonus sermo domini, quē¹⁰ locutus est.]

17. Addet quod saluatum est de filia Iuda, & quod residuum mansit.

h. Quæ implebit terram Iudeam, non sub merito, sed dei misericordiam, imò zelo quo aduersus impios zelatus est populus Iudæ. Ezechielus.

i. Clypeo induratum: nec fundet contra eam aggerem.

i. Licet ipsi indigni sint, & nullâ salutis habeant occasione: uerū quia solitus sum misericorditer agere, propter misericordiam faciam, & propter David puerū meū, qui ante hos annos è vita migravit. Hic auctor est salutis his qui sua sepe perdidit deus desideria. Chryso. homi. 42. super Genesim. k. Afsaraddon, rex Babyloniorum post diuisam monarchiam Assyriorum in Babylonios & Medos.

a Anno 15. regni sui. b. Comenda cupiam viro prudenti domum tuam. c. Ne eleuaretur cor Ezechia post tot incredibiles triphos, infirmitate corporis visitatur, & audit se esse mortuum, vt conuersus ad dominum fleat sententiam. Rabanus. d. Fleuit propter promissionē Domini ad David quam videbat in sua morte peturā: quia nondum Ezechias filium habebat. Nam post mortem eius Manasses eum duodecim esset annorum, regnare cepit, ex quo peripicuū est post tertium annum concessa vitæ Manassen esse generatum Glo. ord. e. Si gratia supplicij corpori ezechianus, cur Ezechias vitæ factus reque probus prorogationem huius vitæ petisset quomodo deus quindecim annos pietate ac lachrymis eius commotus, beneficij loco illi adiecit calamitatē enim potius & cruciatum, quam donum & gratiam, si aliquid veritatis istæ nunc habent, illi contulisse videtur. Sed donū cerē fuit ac gratia prorogatio vitæ, nō ergo ad supplicium animis corpora datur. Cyril. in Euan. Ioan. lib. 1. 1. Gradibus. 2. Declinare. 3. Non autem si vmbra.

f. Non satis compertum habeo quomodo Hebræi hunc vocent hic Berodach, quem Iere. 50. vocauit Mecodach cum cæteris historici. Hic autem 6. est rex Babyloniorum, qui postquam Babylone. 12. regnavit annis, monarchiam transtulit ad Chalduos, vbi regnavit 40. annis. 4. Thesauri sui. 5. Non fuit res vlla quāquam, vel nihil fuit quod.

g. Si iusti dumtaxat memoria est sum potuit, eū & opeta pro ipso fuerint, quæcum nō valebit factus pro defunctis deprecatio? Non timent hæc ab Apostolis sancta fuerunt, vt in tremēdis mysterijs defunctorum agatur commemoratio. Scit enim illis inde multum edingere iurē, vtilitatem multam. Chry. hom. 69. ad populum Antiochanum.

6. Tu loquutus es.

† Tob. 1. d. Eccle. 4. d. Isa. 37. g. 1. Mach. 7. f. 2. Mach. 1. e.

A Isfro. 9. † 2. Par. 32. f. Isa. 38. a. Eccle. 48. d. An. ante Chri. sum. 740. Anni mundi 3222. † De pos. dit. e. Quamobis

† Eccle. 48.

† Isa. 39. a.

Anni ante
Christi, 725.
Anni mundi
3377.
Manasse
Iuda. an. 15.

est. ^h Sit tantum pax & veritas in diebus meis. Reliqua autem sermonum Ezechia, & omnis fortitudo eius, & quomodo fecerit piscinam, & aqueductum, & introduxit aquas in ciuitatem, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Iuda? Dormiuitque Ezechias cum patribus suis, & regnauit Manasses filius eius pro eo.

[h. Penituit enim, & sic accepta uic domini sententiam, supra se, & supra regnum suum, propter quod & pena ista non fuit inducta temporibus suis, sed fuit dilata usque ad tempora Iozabim & Sedechia. Quod cum dictum sibi fuisset per Isaiam, dixit: Sic tantum pax & veritas in diebus meis. De Lyra.]

Quam impie Manasses vixerit, cui mortuo successit Amon patrem imitatus, cui per seruos occiso succedit Iosias filius, in nullo patrem imitatus. XXI.

Iosio. 4.
2. Par. 34. a

A Vodecim annorum erat Manasses cum regnare cepisset: & quinquagintaquinque annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Aphsiba. ^a Fecitque malum in conspectu domini, iuxta ^a idola gentium, quas deleuit dominus a facie filiorum Israel. Conuersusque est, & edificauit excelsa,

a. Manasses impius idola erexit templi abominatus, filio dicit immolauit, Ierusalem innocentium sanguine repleuit, prophetarum vitia in seipsum. Quis ob res Ben Merodach rex Assyrius Iudam inuast, Reges dolo cepit, in Babylonem captum duxit anno. 42. regni sui. Qui captus dominum agnosces post 10. annos, respuit, penitentiam egit, regnoque restitutus idololatriam aboluit, domino seruicus per 4. annos.

1. Reg. 7. b

quæ dissipauerat Ezechias pater eius: & erexit aras Baal, & fecit lucos, sicut fecerat Achab rex Israel: & adorauit omnem militiam cæli, & coluit eam. Extruxitque aras in domo domini, de qua dixit dominus: [†] In Ierusalem ponam nomen meum: & extruxit altaria vniuersæ militiæ cæli, in duobus atrii templi domini. Et traduxit filium suum per ignem, & ^b ariolatus est, & obseruauit auguria, & ² fecit Pytones, & aruspices multiplicauit: vt faceret malum coram domino, & [†] irritaret eum. Posuitque idolum luci, quem fecerat, in templo domini, [†] super quo locutus est dominus ad Dauid & ad

1. Abominaciones.
b. Hæc omnia siue Auguratio, siue auspiciu, siue qualibet immolatio, siue etiam sortitio, aut quicquid motus animi, vel peccatum, & inspecta quædam, que fibarum, aut aliquid quod de futuris videretur ostendere, in operatione demonum fieri nõ dubito. Eucherius.
2. Instituit Pythones, & diuinos multumque malum fecit in oculis domini, vt.
c. Manasses restatur naturam in animatis nõ vincere, sed voluntatem & iudicium. Nam institutum & rationem vite. Itemque administrandi rempublicæ qua pater vitis erat relinquens contrariis secutus est. Proco. ibi.
3. Peiora quam.

1. Reg. 7. b
3. Reg. 8. b

B Salomonem filium eius: [†] In templo hoc & in Ierusalem, quem elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum: & vltra non faciam comoueri pedem Israel de terra, quam dedi patribus eorum, si tamen custodierint opere, omnia quæ præcepi eis, & vniuersam legem, quam mandauit eis seruus meus Moyses. Illi verò non audierunt, sed seducti sunt a Manasse, vt facerent ³ malum super gentes, quas contriuit dominus a facie filiorum Israel. Locutusque est dominus in manu seruatorum suorum prophetarum, dicens: [†] Quia fecit Manasses rex Iuda abominaciones istas pessimas super omnia quæ fecerunt Amorraei ante eum, & peccare fecit etiam Iudam in immunditiis suis, propterea hæc dicit dominus deus Israel: Ecce ego inducam mala super Ierusalem vt Iudam, vt quicumque audierit, tinniant ambæ aures eius. [†] Et ⁴ extendam super Ierusalem funiculum Samariæ, & pondus domus Achab, & ⁴ delebo Ierusalem, sicut [†] deleri solent tabule. Delens vertam & ducam crebrius stilum super faciem eius. Dimittam verò reliquias hereditatis meæ, & tradam eas in manus inimicorum eius, eruntque in vastitatem, & in rapinam cunctis aduersariis suis: eò quod fecerint malum coram me, & ⁶ perseverauerint irritantes me, ex die qua egressi sunt patres eorum ex Ægypto vsque ad hanc diem. ⁶ Insuper & sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis, donec impleretur Ierusalem ⁷ vsque ad os, absque peccatis suis, quibus peccare fecit Iudam, vt faceret malum coram domino. Reliqua autem sermonum Manassæ, & vniuersa quæ fecit, & peccatum eius quod peccauit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Iuda? Dormiuitque Manasses cum patribus suis, & sepultus est in horto domus suæ, in horto

d. Qua mensura mensurauit Samariam, eadem etiam mensurabo Ierusalem.
4. Ab Bergam.
5. Derogit quis patellam, & dexteram vertit in faciem suam.
6. Irritauerunt.
e. Sub Ezechia rege fuerunt multi & boni & iusti ciues in Ierusalem, qui noluerunt huic Manasse cõsentire in vitis memoratis, ideo eos occidit. Diony.
7. Ab angulo in angulum.
[E. Illos enim manibus & medio tollebat qui sese impietati opponerent, & iram dei ei denuntiarent. Hunc autem Isaiam quoque propheta serua fecisse: Manasses verò dicit liber Paralipomenon cum penitentiam ageret, restitutum esse. Proco. ibi.]
g. Amon dum patris opera imitaretur quæ in iuuentute præsumptat, dolium passus a suis peremptus est.
h. Nullus inuenitur grauius peccasse quam Manasses. Vnde patet quod Amon filius eius non commiserit grauiora peccata, nõ enim legitur occidisse prophetas & iustos. Diony.
i. Iosias omnes spureiam idolatorum emendauit, & se in deo cultu strenue exercuit, sicut de illo longè antè prædictum est per prophetam supra lib. 3. ca. 7. 12. his verbis. Ecce filius natus est domui Dauid, Iosias nomen, &c. Rabanus ibidem.]

Ios. cap. 2.
Ios. 1. 9. a

C Ozam: & regnauit Amon filius eius pro eo. ⁸ Vigintiduum annorum erat Amon cum regnare cepisset, duobus quoque annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Messallémeth, filia Arus de Ietheba. ⁸ Fecitque malum in conspectu domini, sicut fecerat Manasses pater eius, & ^h ambulauit in omni via per quam ambulauerat pater eius. Seruiuitque immunditiis quibus seruibat pater eius & adorauit eas, & dereliquit dominum deum patrum suorum, & non ambulauit in via domini. Tenderuntque ei insidias serui sui: & interfecerunt Regem in domo sua. Percussit autem populus terræ omnes qui coniurauerunt contra Regem Amon: [†] & constituerunt sibi Regem Iosiam filium eius pro eo. Reliqua autem sermonum Amon quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Iuda? Sepelieruntque eum in sepulchro suo in horto Ozam, & regnauit Iosias filius eius pro eo.

Iosio. 6.
An. ante Christi
An. 670.
Anni mundi
3392.
Amon. 18.
Iuda. an. 3.

D Ozam: & regnauit Amon filius eius pro eo. ⁸ Vigintiduum annorum erat Amon cum regnare cepisset, duobus quoque annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Messallémeth, filia Arus de Ietheba. ⁸ Fecitque malum in conspectu domini, sicut fecerat Manasses pater eius, & ^h ambulauit in omni via per quam ambulauerat pater eius. Seruiuitque immunditiis quibus seruibat pater eius & adorauit eas, & dereliquit dominum deum patrum suorum, & non ambulauit in via domini. Tenderuntque ei insidias serui sui: & interfecerunt Regem in domo sua. Percussit autem populus terræ omnes qui coniurauerunt contra Regem Amon: [†] & constituerunt sibi Regem Iosiam filium eius pro eo. Reliqua autem sermonum Amon quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Iuda? Sepelieruntque eum in sepulchro suo in horto Ozam, & regnauit Iosias filius eius pro eo.

Iofia pietas in templi instauratione, in Deuteronomij lectione, idololatriæ purgatione, domini consultatione, & eius responsione. X X I I.

1. Iofias supra trecentos annos antequam nasceretur nominatus octavo regni sui anno spurciam idololorum emittit, & se in dei cultu exercuit, sicut de illo fuerat prophetatum, 3. Re. 13. a.

2. Cesset colligere pecunias, quæ inferuntur in domum.
2. Custodes vestibuli.

3. In manus eorum qui faciunt opus, & qui constituti sunt super domum.
4. Instaurationem tuam.

5. Refarciendum.
6. Ratio non exigatur eis de pecunia, quæ data est in manuum eorum, quoniam fideliter agere solent.
[b. Dicit Rab. Sal. Cùm Achaz quæreret libros legis dei ad comburendum, iste fuit absconditus in muro templi. Et sic cùm repararentur muri, fuit inuentus. De Lira.]
7. Verbum.

c. Quidam dicunt hunc librum occultatum fuisse cùm Achaz rex impius quæreret omnes libros legis ad comburendum. Alij quæ tempore Manasse hoc accidit. Alij dicunt hunc datum in arca repositum, & in templo incolumem. Diony.
* Rex.

* Luxa.
8. Propter nos.
[d. Auditis regis maledictis prophetis iuberet ei nunciari quod deus semel contra eos sententiam tulisset, quæ nullis supplicationibus irritari fieri possit, ut populus eiciatur suis propriis sedibus, & omnibus præsentibus modis propter non feceratis leges mandaverit. Iosep. Antiq. Juda. lib. 10. cap. 5.]
9. Domo doctrinæ.
e. Ferunt Hebræi incidisse Regem in lectionem. 29. ca. Deut. 10. Vitriarent.
11. Contra locum istum.

11. Mollitum.
12. Desolationem.
f. Quomodo colligitur in pace, qui occisus in bello? Responde primo in pace pectoris collectus ad patres suos. Secundo quia collectus est cum pace populi, cum nullum in terra bellum. Tertio, quia collectus est ad patres in limbo pacem æternam habentes. Diony. ibid.



Ccto annorum erat Iofias cùm regnare cœpisset: & triginta vno anno renouavit in Ierusalem. Nomen matris eius Idida filia Adaia de Besacht. ^a Fecitque quod placitum erat coram domino, & ambulauit per omnes vias David patris sui. Non declinavit ad dexteram siue ad sinistram. Anno autem octauodecimo Regis Iofia, misit Rex Saphan filium Afsalia filij Mesullam scribam templi domini, dicens ei: Vade ad Helchiam sacerdotem magnum, vt ¹ confletur pecunia, quæ illata est in templum] domini, quam collegerunt ² inuitores templi] à populo: deturque ³ fabris per præpositos domus] domini. Qui & distribuunt eam iis qui operantur in templo domini ad ⁴ instaurationem factam] templi domini, tignariis videlicet & cæmentariis, ⁵ & iis qui interrupta componunt: & vt emanent ligna, & lapides de lapidicinis ad ⁶ instaurationem] templum domini. Veruntamen non supputetur eis argentum quod accipiunt,] sed in potestate habeant & in fide.] Dixit autem Helchias pontifex ad Saphan scribam: ^b Librum legis reperi in domo domini. Deditque Helchias volumen Saphan scribæ: qui & legit illud. Venit quoque Saphan scriba ad Regem: & renunciauit ei ⁷ quod præceperat,] & ait: Conflauerunt serui tui pecuniam, quæ reperta est in domo domini: & dederunt, vt distribueretur fabris ac præfectis operum templi domini. Narrauit quoque Saphan scriba Regi, dicens: ^c Librum dedit mihi Helchias sacerdos. Quem cùm legisset Saphan coram Rege, & audisset Rex verba libri legis domini, scidit vestimenta sua, & ^d præcepit ^e Helchiam sacerdoti, & Ahicham filio Saphan, & Achobor filio Michaiæ, & Saphan scribæ, & Afsaiæ seruo Regis, dicens: Ite, & consulite dominum super me, & super populo, & super omni Iuda de verbis voluminis istius, quod inuentum est. Magna enim ira domini succensa est contra nos, quia non audierunt patres nostri verba libri huius, vt facerent ^f omne quod scriptum est ^g nobis. ^h Ierunt itaque Melchias sacerdos, & Ahichan, & Achobor, & Saphan, & Afsaia, ad Oldam prophetidem, vxorem Sellum filij Thecua, filij Aras, custodis vestium: quæ habitabat in Ierusalem, in ⁱ secunda,] locuti que sunt ad eam. Et illa respondit eis: Hæc dicit dominus deus Israel: Dicite viro qui misit vos ad me, Hæc dicit dominus: ^k Ecce ego adducam mala super locum istum, & super habitatores eius, ^l omnia verba legis quæ legit Rex Iuda: quia dereliquerunt me & sacrificauerunt diis alienis, ^m irritantes] me in cunctis operibus manuum suarum. Et succendetur indignatio mea ⁿ in loco hoc,] & non extinguetur. Regi autem Iuda, qui misit vos, vt consuleretis dominum, sic dicetis: Hæc dicit dominus deus Israel: Pro eò quod audisti verba voluminis, & ^o perterritum est] cor tuum, & humiliatus es coram domino, auditis sermonibus contra locum istum, & habitatores eius, quod videlicet fierent in ^p stuporem,] & in maledictum, & scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me, & ego audiui, ait dominus: idcirco colligam te ad patres tuos, & ^q colligeris ad sepulchrum tuum in pace, vt non videant oculi tui omnia mala quæ introducturus sum super locum istum.

Iofias renouato dei cultu, abiectis prophanis, celebrato pascha solemniter, occiditur in Magedo, cui successit Ioachaz, quem Aegyptus captiuat, & imposita multa in Iuda Ioachum Regem constituit. X X I I I.

a. Stans igitur super gradus legit eundem audientibus omnia verba libri Deuteronomij inuenti, & percussit fœdus coram domino, & compulit omnes sacramenta puritate, vt leges Moisaicas per omnia custodiret. Et deleuit aruspices & maleficos omnes, & omnia vestigia idololatriæ relegit in puluerem. Comestur.
1. Luxa columnam.
2. Statua eius.



R^t renunciauerunt Regi quod dixerat. Qui misit: & ^a congregati sunt ^b ad eum omnes senes Iuda & Ierusalem. Ascenditque Rex templum domini, & omnes viri Iuda, vniuersique qui habitabant in Ierusalem cum eo, sacerdotes & prophetae, & omnis populus à paruo vsque ad magnum. Legitque cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inuentus est in domo domini. Stetitque rex ^c super gradum, & fœdus percussit coram domino vt ambularent post dominum, & custodirent præcepta eius: & testimonia & ^d ceremonias] in omni

Iof. 10. 5
12. Par. 34. a
An. an. Christi
667.
Anni mundi
3291.
Iofias. 19.
Iuda. an. 31.

12. Par. 34. f

in omni corde & in tota anima: & ³ fuscitarent] verba fœderis huius, quæ scripta erant in libro illo. Acquieuitque populus pacto. [†] Et ^b præcepit Rex Helchia pontifici, & sacerdotibus secundi ordinis, & ianitoribus, vt proiicerent de templo domini omnia vasa, quæ facta fuerant Baal, & ⁴ in luco & vniuersæ militiæ] cœli: & cõbulsit ea foris Ierusalem, in conualle Cedron: & tulit puluerem eorum in Bethel. [§] Et ⁵ deleuit aruspices] quos posuerat reges Iuda ad sacrificandum in excelsis per ciuitates Iuda, & in circuitu Ierusalem: & eos qui adolebant incẽsum Baal, & soli, & lunæ, & ⁶ duodecim signis] & omni militiæ cœli. Et ⁷ efferri fecit] lucum de domo domini foras Ierusalem in conualle Cedron, & combulsit eum ibi ^{*} & rededit in puluerem, & proiecit super sepulchra ⁹ vulgi.] Destruxit quoque ædículas effœminatorum, quæ erant in domo domini, ⁹ pro quibus] mulieres texebant ¹⁰ quasi domunculas luci.] Congregauitque omnes sacerdotes de ciuitatibus Iuda, & contaminauit excelsa, vbi sacrificabant sacerdotes, de Gabaa vsque Bersabee. Et destruxit aras portarum, in introitu hostij ¹¹ Iosia.] principis ciuitatis, quod erat ad sinistram portæ ciuitatis. Veruntamen non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare domini in Ierusalem, sed tantum comedebant azyma in medio fratrum suorum. [§] Contaminauit quoque ^c Tophet: quod est in conualle filij Ennon: vt nemo consecraret filium suum aut filiam per ignem ^d Moloch. Abstulit quoque equos, quos dederat reges Iudæ soli, in introitu tẽpli domini, iuxta ^e exedram Nathamelech eunuchi qui erat in ¹² Pharurim,] curus autem solis cõbulsit igni. Altaria quoque quæ erant super tecta cœnacula Achaz, quæ fecerant reges Iuda, & altaria quæ fecerat Manasses in duobus atrijs templi domini, destruxit Rex: & cucurrit inde & disperfit cinerem eorum in torrente Cedron. Excelsa quoque quæ erant in Ierusalem ad dextram partem montis ¹³ offensionis,] [†] quæ ædificauerat Salomon Rex Israel ^f Astaroth idolo Sidoniorũ, & Chamos ¹⁴ offensionis] Moab, & Melchon abominationi filiorum Ammon, polluit Rex, & cõtriuuit ^d statuas, & succidit lucos: repleuitque loca eorum ossibus mortuorum. [§] [†] Insuper & altare quod erat in Bethel, & excelsum quod fecerat Ieroboam filius Nabath qui peccare fecit Israel, [†] & altare illud ^{*} excelsum destruxit, atque cõbulsit, & cõminuit in puluerem: succenditque etiam lucum. Et conuersus Iofias vidit ibi sepulchra, quæ erant in monte: misitque & tulit ossa de sepulchris, & combulsit ea super altare, ¹⁵ & polluit jillud, [†] iuxta verbum domini, quod locutus est vir dei quĩ prædixerat verba hæc. Et ait: Quis est titulus ille quem video? Responderuntque ei ciues vrbs illius: ¹⁵ Sepulchrum est hominis dei, qui venit de Iuda: & prædixit verba hæc quæ fecisti super altare Bethel. Et ait: Dimittite eum: Nemo commoueat ossa eius. Et intacta manserunt ossa illius, cum ossibus prophetæ qui venerat de Samaria. [§] ^h Insuper & omnia phana excelsorum, quæ erant in ciuitatibus Samariæ quæ fecerant reges Israel, ad irritandum dominum, abstulit Iofias: & fecit eis secundum omnia, quæ fecerat in Bethel. Et occidit vniuersos sacerdotes excelsorum, qui erant ibi, super altaria: & combulsit ossa humana super ea. Reuersusque est Ierusalem. Et præcepit omni populo dicens: [†] Facite ⁱ Phasẽ domino deo vestro, secundum quod scriptum est in libro fœderis huius. Nec enim factum est Phasẽ tale, à diebus iudicum, qui iudicauerunt Israel, & omnium dierũ Regum Israel, & Regum Iuda: sicut in] octauo decimo anno regis Iosia factum est Phasẽ istud domino in Ierusalem. Sed & Pythones & ariolos, & figuras idolorum, & immunditias, & abominationes, quæ ¹⁶ fuerunt] in terra Iuda & Ierusalem, abstulit Iofias: vt ¹⁷ statueret] verba legis, quæ scripta sunt in libro, quem inuenit Helchias sacerdos in templo domini. ^k Similis illi nõ fuit ante eum Rex, qui reuerteretur ad dominũ in omni corde suo, & in tota anima sua, & vniuersa virtute sua, iuxta omnem legem Moyse: neque post eum surrexit similis illi. [§] Veruntamen non est auersus dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius cõtra Iudam, propter irritationes quibus prouocauerat eum Manasses. Dixit itaque dominus: Etiam Iudam auferam à facie mea, sicut abstuli Israel, & proiciam ciuitatem hanc quam elegi, Ierusalem, & domum de qua dixi: erit nomen meum ibi. Reliqua

3. Exequerentur.
[b. Idololatriæ destructio, & primo in templo domini que dicitur deputatum diuino cultui, sed reges idololatriæ introduxerant ibi cultum idololatriæ. De Lyra. ibidem.]
4. Pro lucis, & pro vniuersa militia.
5. Cessare fecit ministros Baal.

6. Phœnetis;
7. Eliminauit;
* In torrente Cedron.

8. Filiorum populi (qui scilicet idola coluerant, vt idolum cum suo cultore perire videretur.)
9. In quibus.
10. Cortinas pro luco.

11. Iosie.

c. Locus erat dictus à Toph, quod dicitur tympanum quoniam sacerdotes Moloch, tympanum pulsabant, ne pueri trahentes per ignem ad brachia Moloch à parentibus auerterent, & eorum viscera commouerent.

d. Idolum conatum habens caput vituli, & manus hominis extensas inter duos ignes ad quod impellebantur pueri inter eius brachia comburendi, vt gratum fieret illi sacrificiũ.

e. Cameram.
12. Suburbium.

13. Oliueti.
[f. Astaroth, Astartem significat. Veneris autem statuam intus in Dei templo coluerat. Illud vero in quo mulieres texebant, Aquila sic interpretatur: Vbi indumenta faciebant illis qui à Domino fornicari essent. Procopius ibid.]
14. Idolo.
* Et illud.

15. Vt contaminaret, vel prophanaret.

g. Ea igitur quæ veniens propheta ad Ieroboam, cum ille sacrificaret & omnis populus audirens quæ futura esse prædixerat, hoc modo terminum perciperunt. Iosias. lib. 10. ca. 9.
h. Quia Iudæi decem tribus, qui captiuitatis alii lauerant & postea habitabant in ciuitatibus illis, obediabant Iosie ad commonitionem Ieremie prophetæ, vt dicit Rab. Salo. De Lyra.]

i. Iofias anno 10. regni sui templum instaurari præcepit, sed cum domino legis libro inuenio percussit, & celeberrimum Phasẽ cum vniuerso populo celebravit.

16. Conspiciebantur.

17. Impleat.

k. Licet enim David in aliquibus fuerit deuotior, Salomon sapientior, & Ezechias clementior, hic autem ceteris omnibus innocetior: quia in tali cõtina vt David, vt Salomõ, vt Ezechias non errauit.
[l. Quia sanctitas Iosie non expiauit malitias prædecessorũ suorũ, quæ fuerant minus magna, & quantum ad grauitatẽ criminum, & quantum ad diuertitãtẽ reפורum. De Lyra.]

1. Ecd. 49. a

17. Reg. 11. b

17. Reg. 12. g

17. Reg. 12. g

17. Reg. 13. a

17. Para 35. a
18. Ecd. 1. a
An. ære Chri
sum. 6. 10.
Anni mundi
332.
132. 12. e
Luc. 10. 0

autem sermonum Iosia, & vniuersa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iuda? In diebus eius ascendit Pharaos Nechao, Rex Ægypti contra regem Assyriorum ad flumen Euphratem. Et abiit Iosias rex in occursum eius, & 18^m occisus est in Mageddo, cum vidisset eum. Et portauerunt eum ferui sui mortuum de Mageddo, & pertulerunt in Ierusalem, & sepelierunt eum in sepulchro suo. Tulitque populus terræ Ioachaz filium Iosia, & vixerunt eum, & constituerunt eum Regem pro patre suo. Vigintitrium annorum erat Ioachaz cum regnare cœpisset: & tribus mensibus regnavit in Ierusalem. Nomen matris eius Amithal filia Ieremiæ de Lobna. Et fecit malum coram domino, iuxta omnia quæ fecerant patres eius. Vinxitque eum Pharaos Nechao in Reblatha, quæ est in terra Emath, ne regnaret in Ierusalem. Et imposuit multam terræ centum talentis argenti, & talento auri. Regemque constituit Pharaos Nechao Heliachim filium Iosia pro Iosia patre eius: veritque nomen eius Ioachim. Porro Ioachaz tulit, & 19^o duxit in Ægyptum. Argentum autem & aurum dedit Ioachim Pharaoni, cum indixisset terræ per singulos, vt conferretur iuxta præceptum Pharaonis. Et vnumquemque iuxta vires suas exegit tam argentum quam aurum de populo terræ: vt daret Pharaoni Nechao, Viginti-quinque annorum erat Ioachim cum regnare cœpisset, & vndecim annis regnavit in Ierusalem. Nomen matris eius Zebida filia Phadaia de Ruma. Et fecit malum coram domino, iuxta omnia quæ fecerant patres eius.

Mortuo Ioachim successit Ioachim filius, quem cum thesauris Ierusalem Nabuchodonosor ducit in Babylonem suscepto illi Sedechia. X X I I I I.

IN diebus eius ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & factus est ei Ioachim seruus tribus annis, & rursum rebellauit contra eum. Immisitque ei dominus latrunculos Chaldæorum, & latrunculos Syria, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorum Ammon: & immisit eos in Iudam, vt disperderent eum, iuxta verbum domini, quod locutus fuerat per seruos suos prophetas. Factum est autem hoc per verbum domini contra Iudam, vt auferret eum coram se, propter peccata Manasse, vniuersa quæ fecit, & propter sanguinem innoxium quem effudit, & impleuit Ierusalem cruore innocentium, & ob hanc rem noluit dominus propitiari. Reliqua autem sermonum Ioachim, & vniuersa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Iuda? Et dormiuit Ioachim cum patribus suis, & regnavit Ioachim filius eius pro eo. Et ultra non addidit rex Ægypti vt egrederetur de terra sua. Tulerat enim rex Babylonis, a riuo Ægypti vsque ad fluuium Euphratem, omnia quæ fuerant regis Ægypti. Decem & octo annorum erat Ioachim cum regnare cœpisset, & tribus mensibus regnavit in Ierusalem. Nomen matris eius Nehusta filia Helnathan de Ierusalem. Et fecit malum coram domino, iuxta omnia quæ fecerat pater eius. In tempore illo ascenderunt serui Nabuchodonosor regis Babylonis in Ierusalem: & circumdata est vrbs munitioibus. Venitque Nabuchodonosor rex Babylonis ad ciuitatem, cum seruis suis vt oppugnaræt eam. Egrediusque est Ioachim rex Iuda ad regem Babylonis, ipse & mater eius, & serui eius, & principes eius, & eunuchi eius, & suscepit eum rex Babylonis anno octauo regni sui. Et protulit inde omnes thesauros domus domini, & thesauros domus regis, & concidit vniuersa aurea, quæ fecerat Salomon rex Israel in templo domini, iuxta verbum domini: & transtulit omnem Ierusalem, & vniuersos principes, & omnes fortes exercitus decem milia in captiuitatem, & omnem artificem, & inclusorem: nihilque relictum est exceptis pauperibus populi terræ. Transtulit quoque Ioachim Babylonem, & matrem Regis, & vxores Regis, & eunuchos Regis & iudices terræ duxit in captiuitatem de Ierusalem in Babylonem: & omnes viros robustos septem milia, & artifices, & inclusores, mille, omnes viros fortes & bellatores, duxitque eos Rex Babylonis captiuos in Babylonem. Et constituit Mathathiam patruum eius pro eo, imposuitque nomen ei Sedechiam. Vice simum & primum annum ætatis habebat Sedechias cum regnare cœpisset, & vndecim annis regnavit in Ierusa-

18. m. Ille occidit eum (Iosias Pharaoni Nechao occurrens, ab eo in Mageddo occisus est: de cuius morte Ieremias lamentationes composuit.

h. Hunc dicit Ioseph ex 2. Paral. 35, ca. solū in fine bello succitum, & inde reuocato exercitu Ierusalem remeavit. Quæ plaga tamen defunctus est, magnificè sepelitus in paternis monumentis. Iosephus.

fo. Cum enim Pharaos cœpisset Syriam mandauit Ioachaz vt veniret ad eum in Reblatha, quæ est ciuitas Syria: & illæ nõ audens reuere eo quod non haberet virtutem resistendi, missus est ab eo in Ægyptum, & ibidem mortuus est. De Lyra. ibidem.]

19. Veniens in Ægyptum mortuus est ibi.

* Pecunia.
p. Reliquit Iosias tres filios: Heliam qui & Iechonias, primogenitum 23. annorum, Meiam autem Ioachaz, qui & Sella 23. annorum, & tertium Mathathiam circiter 8. annorum, quem Sedechiam vocauit Nabuchodonosor. Comestor.

a. Hic Nabuchodonosor primus huius nominis, octauus Babyloniorum à monarchia Assyriorum diuisis: & tertius Babyloniorum & Chaldæorum post translationem Babylonis per Merodach ad Chaldæos. Functus & Constantinus Phrigio.

1. Conuersus.
2. Turmas, & infra.
3. Manus seruorum suorum proptertarum.
* Iuxta omnia.

b. Quamobrem igitur nõ idem facit in malis omnibus? Vt hi qui manent, per timorẽ aliorum supplicii reddantur castigatioris, prædicentque dei lenitatem, cuiusque humanitate reuerenti desistat à malitia Chryst. ex Luc. ca. 16. de Laza. hom. 3.

c. Patres eorum in deserto adoraueunt vitulum condantem, & eam à iudicibus regerentur, factus abiecit post deos alienos, & traditi sunt in manus persequentium. Denique cum Regis principatu gubernarentur, frequenter ad modum prolapsi sunt in cultu deorum, vt eandem Babylonicam sint perpessi captiuitatem in scelestis suorum. Cyril. in Ioan. lib. 6. c. 5.
4. Milites.
5. Custodem.

d. Ceterum in illorum interitus ætatis ex abundantia sit occasio salutis, dum metu ex his que illis acciderunt concepto reddatur probiores Chryst. ex Luc. ca. 16. hom. 3. de Laza.
6. Potentes.
7. Custodas.

e. Mathathias vocauit rex Babylonis Sedechiam quod interpretatur iustitia domini. Fecit enim rex Babylonis eum iura re per dominum se seruare sibi fidelitatem & tributum redderet. vt 2. Par. 26. Et propter hoc sic vocauit eum vt esset memor iuramenti quod sibi fecerat, si eum in sum erat. De Lyra.
* Regem, Rex Babylonis.

Iosue. 10. 6.
12. Par. 35. 6.

† 2. Par. 16. e.
Anni ante Christum. 616.
Anni mundi 3326.
Ioachaz 20. Iuda 3. mensibus.

Anni ante Christum. 616.
Anni mundi 3326.
Ioachim 21. Iuda an. 11.

Anni ante Christum. 625.
Anni mundi 3317.
Ioachim 21. mensibus.

† Daniel. 1. 1.
Ester 2. 2.

† 1. q. 2. 4. 9.
Aurum.

† Ester. 1. 1.

† 2. Par. 36. b.

Mathathias qui & Sedechias. Reg. IIII. 323

Jer. 37. a. &
52. a.
Anni ante
Christum.
65.
Anni mudi.
337.

Ierusalem. Nomen matris eius erat Hamithal, filia Ieremiæ de Lobna. Et fecit malum coram domino, iuxta omnia quæ fecerat Ioachim. Irascebatur enim dominus contra Ierusalem & contra Iudam, donec proiiceret eos à facie sua. ^fRecessitque Sedechias à Rege Babylonis.

f. Ex præhabitis elucefcit quæ verè Salomon fit locutus Ecclesiastes 7. Confidera opera dei, quod nemo potest corrigere quem ille defpexerit. Dionysius ibidem.

Ierusalem solo æquata Rex filiis coram se occisis cœcatur, & captivus cum residuo populo ducitur.
X XV.

† Sedech. 23.
Juda. an. 11.
Jer. 39. a.
& 52. a.
Anni ante
Christum.
65.
Anni mudi.
337.
338.
Obfidio Ieru
salem anno. 9.
Sedechia.
Anni ante
Christum.
65.
Anni mudi.
337.
Captivitas
Ierusalem
an. 70.

A Actum est autem anno nono regni eius, mense decimo, decima die mensis, venit ^a Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius in Ierusalem, & circumdederunt eam, & extruxerunt in circuitu eius ^b munitiones.] Et clausa est ciuitas, atque vallata, vsque ad vndecimum annum

Regis Sedechiæ. ² nona die mensis, præualuitque] fames in ciuitate: nec erat panis populo terræ. ^c Et interrupta est ciuitas, & omnes viri bellatores nocte fugerunt per viam portæ, quæ est inter ³ duplicem murum ad] hortum regis. Porro Chaldæi obsidebant in circuitu ciuitatem. Fugit itaque Sedechias per viam quæ ducit ad campestriam solitudinis. ⁴ Et persecutus est exercitus Chaldæorum Regem, comprehenditque eum in planitie Iericho: & omnes bellatores qui erant cum eo, dispersi sunt, & reliquerunt eum.] Apprehensum ergo Regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblátha, qui ^d locutus est cum eo iudicium. Filios autem Sedechiæ occidit coram eo, & oculos eius effodit, vinxitque eum catenis, & adduxit in Babylonem. Mense quinto septima die mensis, ipse est annus nonusdecimus regis Babylonis, venit Nabuzardan, princeps exercitus, seruus regis Babylonis in Ierusalem, & succendit domum domini, & domum Regis, & domos Ierusalem: omnemque domum ^e combussit igni: & ^f muros Ierusalem in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldæorum, qui erat

cum principe militum. ⁶ Reliquam autem populi partem, quæ remanserat in ciuitate, & perfugas qui transfugerant ad Regem Babylonis, & reliquum vulgus transtulit Nabuzardan princeps militiæ: & ⁷ de pauperibus terræ reliquit ⁸ vinitores, & ⁹ agricolas:] columnas autem æreas, quæ erant in templo domini, & bases, & mare æreum, quod erat in domo domini, confregerunt Chaldæi, & transtulerunt æs omne in Babylonem. Ollas quoque æreas, & ¹ trullas, & tridentes, & scyphos, & mortariola,] & omnia vasa ærea, in quibus ministrabant, tulerunt: necnon & ² thuribula, & phialas. ^f Quæ aurea aurea, & quæ argentea argentea, tulit princeps militiæ: id est, columnas duas, mare vnum, & bases quas fecerat Rex Salomon in templo domini.

³ Non erat pondus æris omnium vasorum. ⁴ Decem & octo cubitos altitudinis habebat columna vna, & capitellum æreum super se altitudinis trium cubitorum: & retiaculum, & malogranata, super capitellum columnæ: omnia ærea. Similem & columna secunda habebat ornatum. Tulit quoque princeps militiæ Saraïam sacerdotem primum, & Sophoniam sacerdotem secundum, & tres ⁵ ianitores,] & de ciuitate eunuchum vnum, qui erat præfectus super bellatores viros, & quinque viros, de iis qui steterant coram rege, quos reperit in ciuitate: ⁶ & Sopher principem exercitus, qui probabat tyrones de populo terræ, & sex] viros è vulgo qui inuenti fuerant in ciuitate. ⁷ Quos tollens Nabuzardan princeps militum, duxit ad Regem Babylonis in Reblátha, percussitque eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblátha, in terra Emath.

⁸ Et translatus est Iuda de terra sua. ⁹ Populo autem qui relictus erat in terra Iuda, quem dimiserat Nabuchodonosor rex Babylonis, ¹⁰ præfecit Godoliã filium Aichan filij Saphan. Quod cum audissent omnes duces militum, ipsi & viri qui erant cum eis, videlicet quod constituisset rex Babylonis Godoliã, venerunt ad Godoliã in Maspha, Ismahel filius Nathaniæ, & Iohannan filius Caræ, & ¹ Saraïa filius Thanameth Neophatites, & Iezonias filius Maachati: ipsi & socij eorum. ² Iuravitque Godoliã ipse, & socij eorum, dicens: Nolite timere seruire Chaldæis. Manete in terra, & seruite regi Babylonis, & bene erit vobis. Factum est autem in mense septimo, venit Ismahel filius Nathaniæ filij Elisama, de semine regio, & decem viri cum eo, percusseruntque

a. Hic est magnus Nabuchodonosor, succidus huius nominis. 9. rex Babyloniorum, sed 4. Chaldæorum. venit in Iudæam propter Sedechiæ rebellionem. Cum quo venit Nabuzardan, quæ ibi reliquit in obsidione vsque ad captiuitatem. 1. b. Turrim ligneam (ad expugnandam urbem). 2. In nona mensis præualuit. c. Post obsidionem 18. mensium, & grauem expugnationem capta est Ierusalem 4. mensis die nono. feria 7. & luna 9. dicti mensis, subuersa ciuitas & templum destructum. Rex fugiens captus cum vxoribus & filiis, ductus est ad Nabuchodonosor hunc secundum, qui post multam obuiationem & fracti fœderis impetorem, inter cetera ait illi. Magnus deus, qui odio habens tuam nequitiam, nostro te subiugauit imperio. Ioseph. lib. 10. cap. 10. 3. Dicos muros iuxta. d. Seuerè corripuit eum, quamobrem ausus sit frangere fide. * Magnificam.

f. Qui transfugerat ad regem antequã vrbs caperetur, & ante vrbs incendium. Porro perfugas appellatur, qui fugit de vna parte, de vna vrbe vel de vna regione ad aliam. De Lyr. ibidem. J * Magister militum, vt essent. 4. Agricole.

5. Patas, falces, cochlearia. 6. Pateras carbonarias, & pelues. f. Hoc est, distinxit sortum metalla, vt quæ ex auro erit separaretur: quæ ex argento, ex altera parte: & quæ ex ære, ex altera. Dionys. lib. 10.

7. Custodes sacrorum. 8. Sed & scribam principis militiæ, educens populũ ad pugnam, & sexaginta. 9. Item sub regibus finitimorum bellis ob delicta vexati, postremoque capti, abductique Babylonem, penas impunitas suæ graui sortum pendentes: donec Cys⁹ venisset in regem, qui statim Iudæos restituit edicto. Lactan. lib. 4. cap. 10. h. Tunc præfecit terræ Godoliã filij Aichan, vt præficeret pauperibus, qui relictis erant, & agricolis & vinitoribus, qui redderent singulis annis vectigalia regni Babylonis Comestor. In septimo vero qui appellatur apud nos October, occisus est Godoliã. Hierony. super Zachariam. i. Saraïa filius Saraïæ sacerdotis reueratus est, & pater eius mortuus. Ex quo in eadem ciuitate postea natus est Iesus sacerdos magnus, qui reduxit populum cum Zerobabel. Glo. ordin.

† Ezech. 19. c. 76. d. cap. Ierusalem. 1. 4. di. ca. 1. 2. 11. 71. b.

† Jer. 37. d.

† Reg. 7. b. d. Jer. 52. c. a. 2. Para. 3. d.

† Jer. 40. b. e

† Jer. 40. c. f

Godoliã, qui & mortuus est: sed & Iudæos & Chaldæos qui erant cum eo in Maspha. ^kCó surgensque omnis populus, à paruo vsque ad magnum, & principes militum, venerunt in Ægyptum, timentes Chaldeos. ^g Factum est verò in anno tricesimo septimo transmigrationis Ioachim regis Iudæ, mense duodecimo, vicesima & septima die mensis, subleuauit ¹ Euilmerodach Rex Babylonis anno quo regnare cœperat caput Ioachim regis Iuda de carcere: & locutus est ei benignè. Et posuit thronum eius super thronum Regum, qui erant cū eo in Babylone: & mutauit vestes eius quas habuerat in carcere, & comedebat panem semper in conspectu eius, cuuctis diebus vitæ suæ, annonam quoque constituit ei sine intermissione, quæ & dabatur ei à rege, per singulos dies omnibus diebus vitæ suæ.

INCIPIIT PROLOGVS BEATI HIERONYMI
presbyteri in libros Paralipomenon, qui Hebraicè dicuntur Dibre Haiamim: id est, verba dierum.

HAntus ac talis est liber iste, vt absque illo si quis scientiam scripturarum sibi voluerit ar-
rogare, semetipsum irridcat. Per singula quippe nomina iuncturæque verborum, & præ-
termissa in libris Regum tanguntur historia, & innumerabiles explicantur euangelij
questiones. Sed si septuaginta interpretum pura, & vt ab eis in Græcum versa est, ad-
ditio permaneret, superflue mi Chromati, Episcoporum sanctissime, atque doctissime, impelleres, vt He-
braea volumina Latino sermone transferrem. Quod enim semel aures hominum occupauerat, &
nascentis Ecclesiæ roborauerat fidem, iustum erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc vero
cum pro varietate regionum diuersa ferantur exemplaria, & germana illa antiquaque trãslatio cor-
rupta sit, atque violata: nostri arbitrij putas, aut è pluribus iudicare quid verum sit, aut nouum opus
in veteri opere cudere: illudentibusque Iudæis, cornicum (vt dicitur) oculos configere. Alexandria &
Ægyptus in septuaginta suis Esichium laudat autorem. Constantinopolis vsque Antiochiam ¹ Lu-
ciani] Martyris exemplaria probat. Mediæ inter has prouinciæ Palestinos codices legunt, quos ab
Origine elaboratos Eusebius & Pamphilus vulgauerunt. Totiusque orbis hac inter se trifaria varie-
tate compugnat. Et certe Origenes non solum exemplaria composuit quatuor editionum, è regione
singula verba describens, vt vnus dissenties, statim ceteris inter se consentientibus arguatur: sed, quod
maioris audaciæ est, in editione septuaginta, Theodotionis editionem miscuit, asteriscis videlicet desi-
gnans, quæ minus fuerant: & virgulis, quæ ex superfluo videbantur apposita. Si igitur, aliis licuit nõ
tenere, quod semel susceperant, & post septuaginta cellulas, quæ vulgo sine autore iactantur, singulas
cellulas aperuere, hocque in ecclesiis legitur, quod septuaginta nescierunt: cur me non suscipiant La-
tini mei, qui inuolata editione veteri, ita nouam condidi, vt laborem meum Hebræis, & quod iis ma-
ius est, Apostolis autoribus comprobem? Scripsi nuper librum de optimo genere interpretandi, osten-
dens illa de Euangelio, Ex Ægypto vocani filium meum: & Quoniam Nazareus vocabitur: &
Videbunt in quem compunxerunt: & illud Apostoli, Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, & in
cor hominis non ascenderunt, quæ preparauit deus diligentibus se: cetera que his similia in Hebræorũ
libris inueniri. Certè Apostoli & Euangelistæ, septuaginta interpretes nouerant, & vnde eis hæc
dicere,]quæ in septuaginta non habentur: Christus dominus noster vtriusque testamenti conditor, in
Euangelio secundum Ioannem, Qui credit, inquit, in me, sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius
fluent aquæ viuæ. Vtique scriptum est, quod saluator scriptum esse testatur: Vbi scriptum est: Septua-
ginta non habent. Apocrypha nescit Ecclesia. Ad hebræos igitur reuertendum est: vnde & dominus
loquitur, & discipuli exempla præsumunt. Hæc pace veterum loquor, & obirellatoribus meis
tantum respondeo, qui canino dente me rodunt, in publico detrabentes: & legentes in angulis, iidem
& accusatores, & defensores, cum in aliis probent quod in me reprobant, quasi virtus & vitium
non in rebus sit, sed cum authore mutetur. Ceterum memini editionem septuaginta translatorum,
olim de Græco emendatam, tribuisse me nostris: nec inimicum debere estimari] eorum, quos in con-
uentu fratrum semper edissero. Et quod nunc ³ Dabreiamin,]id est, verba dierum, interpretatus sum,
idcirco feci, vt inextricabiles moras & syluam nominum, quæ scriptorum confusa sunt vitio sen-
suumque barbariem, apertius & per versusum cola digere rem, nihilmetipsi, & meis, iuxta ⁴ Isme-
nium] canens, si aures surdæ sunt cæterorum.

Anni ante
Christum,
579.
Anni mudi,
3373.
Ioachim an-
no. 37. capti-
uitatis sue ex-
cæcis edu-
ctus apud E-
uilmerodach
regem Baby-
lonis in pre-
tio habetur.

[k. Voluerunt inde proficisci
in Ægyptum timentes Baby-
lonios, ne irati propter eadem
præfecti in ea regione à se con-
stituti in illos sentirent. prius
tamen consulendum Jeremiã
rati. Iosep. Antiq. Judaic. lib.
20. cap. 11.]
l. Euilmerodach anno regni
sui primo eductum de carcere
cæcis regibus captiuis pte 30
fuit. Hic autem erat 10. Rex
Babylonis & Chaldæorũ, post
diuisionem in Babylonios & Me-
dos Assyriorum monarchiam.

1. Iuliani,

2. Existimati,
3. Dibre Haiamim,

4. Ismeniam,

Ofc. 11. a.
Zach. 11. a.
Ifa. 61. b.
1. Cor. 1. c.

Ioan. 7. f.

Alius

ALIVS PROLOGVS.

Hieronymus, Domnioni & Rogatiano suis in Christo Iesu salutem. Quomodo Græcorum historias magis intelligunt, qui Athenas viderint: & tertium Virgilij librum, qui à Troade per Leucaten, & Acrocerawnia ad Siciliam, & inde ad ostia Tyberis nauigauerint: Ita sanctam scripturam lucidius intuebitur, qui Iudæam oculis contemplatus sit: & antiquarum urbium memorias, locorumque vel eadem vocabula, vel mutata cognouerit. Vnde & nobis cura fuit cum eruditissimis Hebræorum hunc laborem subire: ut circuiremus prouinciam, quam vniuersæ Christi ecclesiæ sonant. Fateor enim mi Domnion & Rogatione, beatisimi nunquam me in diuinis voluminibus propriis credidisse viribus, nec habuisse opinionem meam: sed ea etiam de quibus scire me arbitrabar, interrogare me solitum. Quantomagis de iis, super quibus anceps eram? Denique cum à me nuper literis flagitassetis, ut vobis Paralipomenon Latino sermone transferrem, de Tyberide quædam legis authorem, qui apud Hebræos admirationi habebatur, assumpsi: & contuli cum eo à vertice (ut aiunt) vsque ad extremum vnguem: & sic confirmatus, ausus sum facere quod iubebatis. Liberè enim vobis loquor. Ita in Græcis & Latinis codicibus hic nominum liber vitiosus est: ut non tam Hebræa quàm Barbara quedam & Sarmatica nomina coniecta arbitrandum sit. Nec hoc septuaginta interpretibus, qui spiritu sancto pleni, ea quæ vera fuerunt transtulerunt, sed scriptorum culpæ adscribendum, dum de emendatis inemendata scriptitant: & sæpe tria nomina, subtractis è medio syllabis, in vnum vocabulum cogunt: vel è regione vnum nomen propter latitudinem suam, in duo vel tria vocabula diuidunt. Sed & ipse appellationes, non homines (ut plerique existimant) sed vrbes & regiones, & saltus, & prouincias sonant: & obliquæ sub interpretatione & figura eorum quedam narrantur historia, de quibus in Regnorũ libro dicitur: Nõme ecce hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iudæ? Quæ vtique in nostris codicibus non habentur. Hoc primum sciendum, quod apud Hebræos Paralipomenon liber vnus sit, & apud illos vocatur Dibre Haiamin, id est, verba dierum, qui propter magnitudinem apud nos diuisus est: quod nonnulli in Bruto etiam Ciceronis dialogo faciunt: ut eum in tres partes fecerit, cum vnus à suo authore sit editus. Deinde etiam illud attendendum, quod frequenter nomina non vocabula hominum, sed rerum (ut dixi) significantias sonant. Ad extremum, quod omnis eruditio scripturarum in hoc libro continetur, ut historia quæ vel prætermisæ sunt in suis locis, vel perstrictæ leuiter, hic per quædam verborum compendia explicentur. Orationum itaque vestrarum adiutus auxilio, nisi librum beneuolis placiturum, tamen inuidis displiciturum esse non ambigo. Optima, quæque enim, ut ait Plinius, malunt contemnere plerique, quàm discere. Si quis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere, interroget Hebræos, suam conscientiam recolat, videat ordinem textumque sermonis: & tunc nostro labori si potuerit detrahat. Vbicunque ergo Asteriscos, id est, stellas, radiare in hoc volumine videritis: ibi sciatis de Hebræo additum, quod in Latinis codicibus non habetur. Vbi vero Obelus, id est, transversa virga, præposita est: illic signatur quid septuaginta interpretes addiderint, vel ob decoris gratiam, vel ob spiritus sancti auctoritatem: licet in Hebræis voluminibus non legatur.

Incipit liber Paralipomenon primus .

Genealogia ab Adam ad Noé & filios eius , ad Abraham , ad Iacob & Esau .
Cap. I.

a. Hunc librum Hebraei vocant **דברי הימים** Dibre Haia-
min, id est verba dierum in-
terpretatur B Hiero. aduersus
Rufinū lib. 2. Græcè verò verò
παράλειπον. Paralipo-
menon, id est, defectuum, vel
omissorum quasi omissorum
supplēs defectus gentium plu-
ralis participij à verbo **παρά-
λειπον**, deficere, relinque-
re, quem Hieronymus Instru-
menti veteris **παράλειπον** dicit,
qui ceteris ac talis est, vt ab ipso
illo, si quis scientiam scriptura-
rum sibi voluerit arguere, se-
ipsum irideat. Per singula
quippa nomina iuncturæque
verborum, & prætermisæ in
Regum libris tanguntur histo-
ria, & innumerabiles explican-
tur euangelij quaestiones. Hie-
ron. Paulino.
b. Non meminit Cain, cuius
generatio tota diluuii profus
obscura est, nec Abel qui sine
generatione mortuus est.
c. Noe decimus ab Adam ap-
pellatur, quia perfectus est.
d. Fuit autem omnes filij Chã,
hoc est, medij filij Noe, qua-
tuor, & nepotes quinque ex v-
no eius filio Chanaan: prone-
potes duo ex nepote vno, & sic
etiam summa videlicet: ac per
hoc in filiis nepotibusque cõ-
putatis de progenie Cham, et
geniti referuntur. Eucherius
super 10. cap. Genesis.

e. Ipsa est Haggar, vnde Hag-
gareni qui se dicunt Sarrace-
nos, à Sara Hier. Hæc enim vt
dicunt Hebraei morena Sara
de concubina transit in vxo-
rem: ne senex nouis arguatur
nuptiis lasciuisset. Rabanus.

f. Esau quinque filij ex tribus
vxoribus: peperit enim Ada
Eliphaz: Basemath genuit illi
Rahuel. Olibama edidit Ie-
hus, Elon & Chore, Euch.

g. Thãna concubina Eliphaz
mater Amalech fuit de gene-
re Horrorum, qui ante Idu-
mos habitauerat in terra Seir
quam vt filiam educavit. Hie-
ron. ibid.

h. Hic fit mentio de regibus
descendentibus ab Esau, & spe-
cialiter propter honorẽ Ithac,
vt ostendatur ab eo reges pro-
cessiss. non solum per Iacob, sed
etiam per Esau, quos Hebraei
dicunt regasseque ad tempo-
ra David qui fecit sibi idem
tributarij, vt patet 2. Reg. 8.
vnde ab illis ab eis nomen re-
gum ponens ibi custodes &
præfectos qui redderet ei ra-
tionem. De Lyra. ibid.]
i. Rooboth ciuitas Atabiz. E-
iusdem nominis est fons vel
puteus Ithac in valle Geraris,
Latine dictus latitudo.
x. Baal Hana.

k. Notandum quod primũ re-
ges dixit de Ædom, postea
duces: et p̄ius duces fuerint,
postea Reges.



A ^a Dam, ^b Seth, Enos, Cainam, Malaleel, Iared, Enoch, Ma-
tufale, Lamech: ^c Noé, Sem, Cham, & Iapheth. ^d Filij Iapheth,
Gómer, Magog, Madai, & Iauan, Thubal, Mósoch, Thiras.
Porrò filij Gómer, Ascenez, & Riphath, & Togorma. Filij au-
tẽ Iauan, Elifa, & Tharsis, Cethim, & Dodanim. Filij Cham,
Chus, & Meftáim, Phut, & Chanáan. Filij autẽ Chus, Saba, &
Euila, Sabatha, & Regma, & Sabathacha. Porrò filij Regma,
Saba, & Dadan. Chus autem genuit Nemroth. ^e Iste cœpit
esse potēs in terra. Meftáim verò genuit Ludim, & Ananim,
& Laabim, & Nepthuum, Phetrufim quoque, & Chaluim,
de quibus egressi sunt Philiftiim, & Capthorim. ^f Chanáan verò genuit Sidonem primogenitum suum, Hethaum quoque & Iebusæum, & Amorrhæorũ, & Gergesæum, Heuauimque, & Arachæum, & Sinæum: Aradium quoque, & Samaræum, & Hemathæum. ^g Filij Sem, Elam, & Assur, & Arphaxad, & Lud, & Aram. ^h Filij Aram, Hus, & Hul, & Gether, & Mafsch. Arphaxad autem genuit Sale, qui & ipse genuit Heber. Porrò Heber nati sunt duo filij: nomen vni Phaleg, quia in diebus eius diuisa est terra, & nomen fratris eius Iectan, Iectan autem genuit Elmodad, & Saleph, & Afarmoth, & Iare, Adoram quoque, & Vzal, & Decla, Ebal etiam, & Abimáel, & Saba, necnon & Ophir, & Euila, & Iobab. Omnes isti filij Iectan: Sem, Arphaxad: Sale, Heber, Phaleg, Ragau, Seruch, Nachor, Thare, Abram. Iste est Abraham. ⁱ Filij autem Abraham: Isaac, & Ismahel. Et hæ generationes eorum: ^j Primogenitus Ismaelis, Nabaioth, & Cedar, & Abdehel, & Mabsan, & Mafma, & Duma, Massa, Addad, & Thema, Iethur, Naphis, Cedma. Hi sunt filij Ismahelis. ^k Filij autem Cethurhæ, concubinae Abraham, quos genuit Zamram, Iecfan, Madan, Madian, Iesboc, & Sue, ^l Porrò filij Iecfan, Saba, & Dadan. Filij autem Dadan, Asurim, & Lathufim, & Laomim. ^m Filij autem Madian, Epha, & Epther, & Enoch, & Abida, & Eldaa. Omnes hi filij Cethuræ. ⁿ Generauit autem Abraham Isaac: cuius fuerunt filij Esau, & Israhel. ^o Filij Esau, Eliphaz, Rahuel, Iefus, Ielon, Chore. Filij Eliphaz, Theman, Omar, Cepphi, Gathã, Cenez, Thamna, Amalech. Filij Rahuel, Naath, Zara, Samma, Meza. Filij Seir, Lothan, Sobal, Sebeon, Ana, Difon, Efer, Difan. Filij Lothan, Horri, Ahohimam. Soror autem Lothan fuit ^p Tamna. Filij Sobal, Alian, & Manáath, & Ebal, & Sephi, & Onan. Filij Sebeon, Ahaja, & Ana. Filij Ana, Difon. Filij Difon, Hamram, & Efeban, & Iethran, & Charran. Filij Efer, Balaan, & Zauan, & Iachan. Filij Difon, Vs, & Aran. ^q Isti sunt Reges qui imperauerunt in terra Ædom, antequam esset rex super filios Israel, Bæla filius Beor, & nomen ciuitatis eius Denaba. Mortuus est autem Bæla, & regnauit pro eo Iobab filius Sare de Borfa. ^r Cúmque & Iobab fuisset mortuus, regnauit pro eo Hufan de terra Themanorum. Obiit quoque & Hufan, & regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in terra Moab, & nomen ciuitatis eius Auith. Cúmque & Adad fuisset mortuus: regnauit pro eo Semla de Mafreca. Sed & Semla mortuus est, & regnauit pro eo Saul de ^s Rooboth, quæ iuxta amnem sita est. Mortuo quoque Saul regnauit pro eo ^t Balaana filius Achobor. Sed & hic mortuus est, & regnauit pro eo Hadad, cuius vrbis nomen fuit Phai, & appellata est vxor eius Mehetabel, filia Matred, filia Mezaab. Adad autem mortuo, ^u duces pro Regibus in Ædom esse cœperunt. Dux Thamna, Dux Aliah, Dux Iethet, Dux Oolibama, Dux Hela, Dux Phinon, Dux Cenez, Dux Theman, Dux Mapfar, Dux Magdihel, Dux Hiran. Hi duces Ædom.

A † Ge. 2. b. 4. d
Gene. 5. a.
† Gene. 10. c.
† Gene. 10. c.
† Gene. 10. d.
12. b.
† Gene. 10. e.
† Gene. 11. d.
† Gene. 25. b.
† Gene. 25. b.
† Gene. 25. c.
† Gene. 26. b.
† Gene. 36. c.
Gene. 37. d.

A **I**lij autem Israel: Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Isachar, & Zabulon, Dan, Ioseph, Benjamin, Neptalim, Gad, & Affer. [†]Filij Iuda, Her, Onam, & Sela. Hi tres nati sunt ei de ¹filia Sue Chananitidis.] Fuit autem Her primogenitus Iuda, malus coram domino, & occidit eum. [†]Thamar autem nurus eius peperit ei Phares & Zaram. Omnes ergo filij Iuda quinque. Filij autem Phares Efron & Amul. Filij quoque Zare, Zamri, & Ethan, & Eman, Chalcol quoque, & Dara, simul quinque. Filij Charmi, [†]b Achar] qui turbauit Israel, ² & peccauit in furto anathematis.] Filij Ethan, Azarias. Filij autem ^cEfron qui nati sunt ei, Iezamehel, & ^dRam, & Calubai: hic est Caleph.] Porro [†]Ram genuit Aminadab, Aminadab autem genuit Naafon principem filiorum Iuda. Naafon quoque genuit ^eSalma, de quo ortus est Booz. Booz verò genuit Obed, qui & ipse genuit ^fIsai. [†]Isai autem genuit primogenitum Heliab, secundum ³Aminadab,] tertium Simmaha, quartum Nathanael, quintum ⁴Raddai,] sextum Ason, septimum Dauid: quorum sorores fuerunt Saruia, & Abigail. ^gFilij Saruiæ, Abisai, Ioab, & Afahel tres. Abigail autem genuit Amasa, cuius pater fuit Gether Ismaelites. Caleb verò filius Efron accepit uxorem nomine Azuba, de qua genuit ^hTeriothi. Fueruntque filij eius, Iaser, & Sobab, & Ardon. Cùmque mortua fuisset Azuba, accepit uxorem Caleb Ephrata, quæ peperit ei ⁱVr. Porro Vr genuit Vri. Et Vri genuit Beselehel. Post hæc ingressus est Efron ad filiam Machir patris Galaad: & accepit eam, cum esset annorum sexaginta. Quæ peperit ei Segub. Sed & Segub genuit ^kIair, & possedit vigintitres ciuitates in terra Galaad. Cepitque Gesur, & Aran, oppida Iair, & Canath, & viculos eius sexaginta ciuitatum. Omnes isti filii Machir patris Galaad. Cum autem mortuus esset Efron, ingressus est ^lCaleb ad Ephrata. Habuit quoque Efron uxorem Abia, quæ peperit ei Assur patrem Techuh.] Nati sunt autem filij Ieramehel primogeniti Efron, Ram primogenitus eius, & Buna, & Aram, & Ason, & Achia. Duxit quoque uxorem alteram Ieramehel nomine Attara, quæ fuit mater ^mOnam. Sed & filij Ram primogeniti Ieramehel, fuerunt Moos, Iamin, & Achar. ⁿOnam autem habuit filios Semei, & Iada. Filij autem Semei, Nadab, & Abisur. Nomen verò vxoris Abisur Abihahil, quæ peperit Ahobban, & Molid. Filij autem Nadab fuerunt Saled, & Apphaim. Mortuus est autē Saled absque liberis. Filius vero Apphaim, Iesi. Qui Iesi genuit Sefan. Porro ^oSefan genuit Ahalai. Filij autem Iadai fratris Semei, Iether, & Jonathan. Sed & Iether mortuus est absque liberis. Porro Jonathan genuit Phalech, & Ziza. ^pIsti fuerunt filij Ieramehel primogeniti Efron.] Sefan autem nō habuit filios, sed filias & seruum Ægyptium, nomine Ieraa. Deditque ei filiam suam uxorem, quæ peperit ei Hethei. ^qHethei autem genuit Nathan, & Nathan genuit Zabad, Zabad quoque genuit Ophal, & Ophal genuit Obed, Obed genuit Iehu, Iehu genuit Azariam, Azarias genuit Helles, & Helles genuit Helasa, Helasa genuit Zizamoi, Zizamoi genuit Sellum, Sellum genuit Iechamiam, Iechamiam autem genuit Elisama. Filij autem Caleb fratris Ieramehel, Mesa primogenitus eius ipse est pater ^rZiph filij Marefa patris Hebron. ^sPorro filij Hebron, Chore, & Taphua, & Recem, & Samma. Samma autem genuit Raam patrem Ierchaam, & Recem genuit Sammai. Filius Sammai, Maon, & Maon pater Bethsur. Epha autem concubina Caleb peperit Aran, & Musa, & ^tGezez. Porro Aran genuit Gezez. Filij Iahaddai, Regom, & Ioathan, & Gesan, Phalech, & Epha, & Saaph. Concubina Caleb, Macha peperit Saber, & Tharana. Genuit autem Saaph pater Madmena, Sue patrem Machbena, & patrem Gabaa, Filia verò Caleb fuit Achsa. Hierant filij Caleb filij Vr primogeniti Ephrata, Sobal pater ^uCariathiarim, Salma pater Bethléhem, Ariph pater Bethgader. Fuerunt autem filij Sobal, patris Cariathiarim, qui videbat dimidium requietionum, & de cognatione Cariathiarim. Iethrai, & Phutai, & Semathai, & Masera. Ex his egressi sunt Saraitæ & Estaholitæ.

¹ Duodecim filij Israel in Mesopotamia dicitur nati ut per synecdochen intelligatur, quia Benjamin prope Bethléhem natus est longo tempore post reditum patris eius à Mesopotamia, sed quia maior eorum pars ibi nata fuit, dicuntur ibi nati. Aug. q. super. 35. cap. Gen. 1. Bathsa Chananitide.

² Qui & Achan Iosue. 7. dicitur.

³ Puzasticatus in snathemate

⁴ Qui & Iephone. Hierony.

⁵ Qui & Aram. vt Matth. 1.

⁶ Qui & Salomon. vt Matth. 1.

⁷ Hic est Iesse pater Dauid.

⁸ Abinadab.

⁹ Iad.

¹⁰ Azuba filiam, &

¹¹ Virum Marie sororis Moyfi & Aaron.

¹² Hic fuit septimus iudex super Israhel, vt Iudicum. 10. a.

¹³ Apud Caleb in Ephrata, genuitque ei vxor Hebron Abia, Assur patrem Techue.

¹⁴ Ipse est Caleb Conzeus de loco qui dicitur Canaz. Ipse duxit uxorem Azuba, ex qua natus est Gerioth. Duxit aliam uxorem nomine Ephrata, ex qua suscepit Hur virum Marie sororis Moyfi, patrem Vri, patrem Beselehel Hero.

¹⁵ Hic Onam per us finitur: Onan vero filius Iuda per n.

¹⁶ Sefan pater Ahalai. qui & Bimelech, dicitur non habuisse filios, quia absque liberis mortuus fuit. Hiero.

¹⁷ Ex hoc patet quòd Aram per quem texitur genealogia Christi nō fuit primogenitus Efron, sicut nec Salomon ipse filius Dauid. De Lyra ibid. 3.

¹⁸ Querendum qualiter id sit, cum in lib. Numero. Dominus dicit: Omnes viri duxerunt de tribu & cognatione sua: & cuiusque femine maritos de eadem tribu accipient. Ad quod respondendum quod ferus ille Ægyptius ad Iudicum conuersus fuit. Dionis. Carthusia 3.

¹⁹ Ab eo dicitur est, quidam locus nomine Ziph, à quo fuerunt Ziphai qui venerunt ad Saul in Gabaa, vt apud est Dauid proderent. 1. Reg. 26. a.

²⁰ Qui & Gezez, alias Nabal Carmelus maritus Abigail. Hiero.

²¹ Locus est eodem nomine dicitur qui & Charatharbe, Cariathbaal, & Hebron dicitur. Hiero.

† Gene. 29. g. & o. 2. 35. c. 1. Gene. 38. a. Int. 4. a.

† Mat. 1. a. Ruth. 4. d.

† Iosue. 7. a. 1. Reg. 16. b.

† Mat. 1. a. Ruth. 4. d.

† 1. Reg. 16. b. 17. b.

p. Sepulchri Sarre & 4. patriarcharum. e. 6. Tirathai, Simathai, Suchathai sunt kenzi, venientes ab Hammath, patre domus Rechab.

Filij Salma, Bethléhem, & Nethophati, coronæ domus Ioab, & dimidium^p requietionis Sarai. Cognationes quoque scribarum habitantium in Iabes, canentes atque resonantes, & in tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinæi, qui venerunt de calore patris domus Rechab.]

Ios. 19. d. Iud. 1. c. 2. Reg. 1. a. 2. Reg. 1. d.

Catalogus Regum Iuda cum filiis & filiabus eorum.

III.

a. Domus Dauid eo magis profectu filiorum gaudebit Ios. 1. q. 10 magis domus Saul persecutionis contra eam fecit: illa autem quotidie deficiens in iniquitate sua tabescent Angelus.



David verò hos habuit filios, qui ei nati sunt in Hebron: † Primogenitum^A Amnon, ex Achinoem Iezrahelitide, secundum Daniel de Abigail Carmelitide: tertium, Abfalom filium Maacha filie Tholmai regis Iessur: quartum, Adoniam filium Haggith: quintum, Saphaciam ex Abithal: sextum, Iethrahamb de Egla vxore sua. Sex ergo nati sunt ei in Hebron: vbi regnavit septem annis, & sex mensibus. Triginta autem & tribus annis regnavit in Ierusalem. † Porro in Ierusalem nati sunt ei filij, Simmaa, & Sobab, & Nathan, & Salomon, quatuor^r de Bethsua, & filia Ammihel. Iebaar quoque, & Helisua, & Eliphaleth, & Noge, & Napheg, & Iaphie, necnon Elisama, & Eliade, & Eliphaleg, novem. Omnes hi filij Dauid absque filiis concubinarum: habueruntque sororem Thamar.

† 2. Reg. 1. a.

b. Hanc ferunt Michol primæ eius vxorē, ideo vxor eius sola vocatur, eo quod in adolescentia primum ipsam fornicatus fuerat in vxorem, que etiam partu occubuisse dicitur. Angelo. super 3. cap. 2. lib. Reg.

c. Ex Bathsua, vel Bethsabee, filia Eliam filij Achitophel: & interpretatur filia septem, filia fatietatis, filia iuramenti. Hiero. ibid.

d. Genealogia saluatoris per Salomonē hinc texitur ad tras migrationem Babylonis, & paulo post eam.

Filius autem Salomonis Roboam, cuius Abia filius genuit Asa. † De hoc quoque natus est Iosaphat pater Ioram, qui Ioram genuit Oziam, ex quo ortus est Ioas, & huius Amasias filius genuit Azariam. Porro Azaria filius Ioatham procreavit Achaz patrem Ezechia, de quo natus est Manasses. † Sed & Manasses genuit Amon patrem^c Iosia. Filij autem Iosia fuerunt, Primogenitus Iohannan: secundus, Ioachim: tertius, Sedechias: quartus, Sellum. † De Ioachim natus est Iechonias, & Sedechias. Filij Iechoniae fuerunt Asir, Salathiel, Melchiram, Phadaia, Sennefer, & Iecemia. Hofama, & Nadabia. De Phadaia, orti sunt Zorobabel & Semei. † Zorobabel genuit Mosolam, Ananiam, & Salomith sororem eorum: Asabam quoque, & Ohol, & Barachiam, & Afadiah, Iosabeseth, quinque. Filius autem Ananiae, Phaltias pater Ieseia, cuius filius Raphaia. † Huius quoque filius Arnan, de quo natus est Obdia, cuius filius fuit Sechenias. Filius Sechenia Semeia, cuius filij Hatthus, & Iegaal, & Baria, & Naaria, & Saphat, & Sefa, sex numero. Filius Naariae, Elioenai, & Ezechias, & Ezricam, tres. Filij Elioenai, Oduia, & Heliasub, & Pheleia, & Accub, & Ioannam, & Dalaia, & Anani, septem.

† 2. Reg. 1. a.

alias Eli, heleg.

† Matth. 1. d.

† Matth. 1. b.

† Matth. 1. b.

d. Hic Sellum est que Nechora Rex Aegypti captivum duxit in Aegyptum. De quo Iere. 22. cap. Quia hæc dicit dominus ad Sellum filium Iosie Regis Iuda, qui regnavit pro Iosia patre suo, &c. Hiero. ibid. Vnde iste dicitur est Iosach Rex Iuda. Hic enim 4 filij Iosie nominantur in 4. vero lib. Reg. tres tantum, vnde videtur hic Sellid vel Iosach vel Iosach. m. vocatus Iaba. e. Qui & Salathiel pater Zorobabel. f. Sechenias habuit filium Semeiam vnicū qui habuit quinque filios. Hatthus. Iegnal, Baria, Naria, & Saphat: qui cum patre suo Semeia, qui vnicus pater erat, sex numeratur. Hiero. ibid.

Posteritas Iuda, & Simeonis, & habitationes eorum.

IIII.

a. Filij Iuda quinque qui iam superius aliis nominibus nominati sunt. Gene. 38. a. Hic autem mutatis nominibus repetitur, Charmi ipse est Er, Hur, qui & Oua, Subal vel Sobal, ipse est Sela. Idcirco quia in peccato suo mortui sunt. Hiero.

1. Zorobabellorum.

2. Est paterna successio.

3. Ab ipso Iezrahel nomen accepit vrbis in qua Nabath habitabat. Hier. de qua scripsimus, 1. Reg. 29. a.

4. Zazleponi.

4. Honorabilior.

c. Id est, dona gratia tuae mihi contuleris, & ea multiplicaveris in me, & dederis mihi virtutem resistendi & prevalendi hostibus, ac peccatis, precipue que ex proposito seu deliberatione contingunt. Ex quibus docemur quod a malitia non opprimi est donum dei. Vnde Enoch rapus & translatus est, ne malitia mutaret intellectum eius, ve dicitur Sap. 4. b. Diogen. 11. s. A malo. d. Ideo dicitur pater vallis artificum, quia de filiis eius fuerunt architecti ad edificandum domum domini. Hiero. ibi. 6. Vel fabricorum.



Slij Iuda, Phares, Efron, & Charmi, & Vr, & Sobal: Rahia vero filius Sobal, genuit Iaad, de quo nati sunt Ahumai, & Laad. Hæ cognationes Sarathi.] Ista quoque stirps] Etham, Iezrahel, & Iesema, & Iedebos. Nomen quoque sororis eorum, Afahel Phuni.] Penuel autem pater Gedor, & Ser pater Osa. Isti sunt filij Vr, primogeniti Ephrata patris Bethléhem. Assur verò patris Thecuę erant duæ vxores, Alaa, & Naara. Peperit autem ei Naara Oozam, & Epher, & Themani, & Aastari. Isti sunt filij Naara. Porro filij Alaa, Séreth, Iesoar, & Ethnan. Choz autem genuit Anob, & Soboba, & cognationem Aharel, filij Harum. † Fuit autem Iabes † inclytus præ] fratribus suis, & mater eius vocavit nomen illius Iabes, dicens: quia peperi eum in dolore. Inuocavit ergo Iabes deum Israel, dicens: Si benedicens benedixeris mihi, & dilataueris terminos meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me à malitia] non opprimi. Et præstitit deus quæ præcatus est. Caleph autem frater Sua genuit Mahir, qui fuit pater Esthon. Porro Esthon genuit Bethrappa, & Pheffe, & Tchinna patrem vrbis Naas. Hi sunt viri Recha. Filij autem Cenez, Othoniel, & Sarai. Porro filij Othoniel, Athat, & Maonathi. Maonathi genuit Ophra. Saraias autem genuit Ioab, patrem vallis artificum. † Ibi quippe artifices erant. Filij vero Caleph filij Iephone, Hir, & Hela, & Nahez. Filij quoque Hela, Cenez. Filij quoque Iahalehel, Elziph, & Zipha, Thiria, & Afrahel. Et filij Esra, Iether, & Mereth, & Epher, & Iahalon. Genuitque Mariam, & Sammai, & Iesbat

† Sup. 1. Gene. 38. d. 49. b.

& Iesbat patrem Esthamo. Vxor quoque eius Iudaia peperit Iareth patrem Gedor, & Heber patrem Zocho, & Ichutiel patrē Zanoa. Hi autē filij Bithiæ filiæ Pharaonis quam accepit Mered: & filij vxoris Odaia sororis Nathan patris Ceila, Garmi, & Esthamo, qui fuit de Machati. Filij quoque Simon, Amnon, & Rinna, filius Anan, & Thilon. Et filij Iesi, Zoeth & Benzoeth. Filij Sella filij Iudæ. Her pater Lecha, & Laa da pater Marcla, & cognationes domus operantium byssum, in domo iuramenti & qui stare fecit solē, virique mendacij, & securus & incedens: qui principes fuerunt in Moab, & qui reuersi sunt in Lahem. Hæc autem verba vetera. Hi sunt figuli habitantes in plantationibus, & in sepibus: apud Regem, in operibus eius, commorati que sunt ibi. Filij Simeon, Namuel, & Iamin, Iarib, Zara, Saul, Sellum filius eius: Mabsam filius eius, Masma filius eius. Filij Masma, Amuhel filius eius, Zachur filius eius, Semei filius eius. Filij Semmei sedecim, & filiæ sex. Fratres autem eius non habuerunt filios multos, vniuersa cognatio non potuit adæquare summam filiorum Iuda. Habitauerunt autem in Bersabee, & Molada, & Hagar Sual, & in Balaa, & in Asom, & in Tholad, & in Bathuel, & in Horma, & in Siceleg, & Beth Marchaboth, & in Asarsufim, & in Beth Berai, & in Saarim. Hæc ciuitates eorum, vsque ad Regem David, villæque eorum, Etham, & Aen, Remmon, & Thocen, & Asan, ciuitates quinque: & vniuersi viculi eorum per circuitum ciuitatum istarum vsque ad Baal. Hæc est habitatio eorum, & sedium distributio. Mosobab quoque, & Iemlech, & Iosa filius Amasia, & Iohel, Iehu filius Iosabai, filij Saraia, filij Afihel, & Elioenai, & Iacoba, & Ifuaia, & Afai, & Adihel, & Isimihel, & Banaia: Ziza quoque filius Sephei, filij Alon, filij Idaia, filij Semri, filij Samaia: isti sunt nominati Principes in cognationibus suis: & in domo affinitatum suarum multiplicati sunt vehementer. Et profecti sunt vt ingrederentur in Gador, vsque ad orientem vallis, & vt quærerent pascua gregibus suis. Inueneruntque pascuas vberes, & valde bonas, & terram latissimam, & quietam, & fertilem: in qua ante habitauerant de stirpe Cham. Hi ergo venerunt, quos supra descripsimus nominatim in diebus Ezechia Regis Iuda: & percusserunt tabernacula eorum, & habitatores qui inuenti fuerant ibi, & deleuerunt eos vsque ad præsentem diem, habitaueruntque pro eis: quoniam vberimas pascuas ibidem repererunt. De filiis quoque Simeon abierunt in montem Seir, viri quingenti: habentes Principes, & Phaltiam, & Naariam, & Raphaiam, & Ozihel filios Iesi: & percusserunt reliquias, quæ euadere non potuerant Amalechitarum: & habitauerunt ibi pro eis vsque ad diem hanc.

Catalogus filiorum Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manassæ, & eorum habitatio, qui percusserunt Haggarenos, sed tandem ducti sunt ad Assyrios.

Filij quoque Ruben primogeniti Israel: (ipse quippe fuit primogenitus eius) sed cum violasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filiis Ioseph filij Israel: & non est ille reputatus in primogenitum. Porro Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius Principes germinati sunt, primogenita autem reputata sunt Ioseph. Filij ergo Ruben primogeniti Israel. Enoch, & Phallu, Efron, & Charmi. Filij Iohel, Samaia filius eius, Gog filius eius, Semmei filius eius, Micha filius eius, Recheia filius eius, Baal filius eius, Beera filius eius, quem captiuum duxit Theglathphalasar Rex Assyriorum: & fuit Princeps in tribu Ruben. Fratres autem eius, & vniuersa cognatio eius, quando numerabantur per familias suas, habuerunt principes Iehihel, & Zachariam. Porro Bala filius Azaz, filij Samma, filij Iohel, ipse habitauit in Aroer, vsque ad Nebo, & Beelmeon. Contra orientalem quoque plagam habitauit, vsque ad introitum eremi, & fluuium Euphratem. Multum quippe iumentorum numerum possidebant in terra Galaad. In diebus autem Saul præliati sunt contra Haggarenos, & interfecerunt illos: habitaueruntque pro eis in tabernaculis eorum, in omni plaga quæ respicit ad orientem Galaad. Filij verò Gad è regione eorum habitauerunt in terra Balan, vsque ad Selcha: Ioseph

6. Secundum Hieronymum iuxta Hebræos, sensus est, quod præfati, qui tamen iure vnus, proprie ipse Moyse variis nominibus designatus, sunt filij filia Pharaonis, quæ Bechia vocatur, quæ mater Moyse nominatur, non quæ sit mater eius naturalis, sed quæ adoptauit eum in filium, & eum trinit: & ipse Mered, id est Moyse dicitur eam accepisse quia ad dei cultum ab Idololatria eam conuertit. Dion. Carr.]

7. Operationis lini in domo Afeba, loquimur quoque & viri Chozeba, Ios, & Zarah, qui nominati sunt in Moab, & Iasubi Lahe.

8. Ponuntur hic quinque filij Simeonis, veruntamen in Gene si ponuntur sex: sed vnus illorum hoc loco omittitur, quia de eo nulla est orta progenies: de quibus dicitur, Num. 26. b. Dionysus ibidem.

8. Hazar susim.

9. g. Dñi David regnauit, Quoniam Sicelech & Beersabe per David in pristinam redierunt hereditatem, Hierony.

10. Propagatio eorum. [h. Hic describitur filij Simeon, qui fuerunt notabilis foreiudicis. Primum contra Chananeos, Secundò contra Amalechitas. Vnde subditur, isti sunt nominati principes, &c. De Lyr.]

11. Plurimum instaurantes domum patrum suorum.

12. Gador præfatus vicus est in 20. milliaro Diopolis ad Eleut heropolim. Videturque eadem eum Cedrone, de qua 1. Mach. 15. g. Et hunc Gador tempore Ezechia Regis occupauerunt Simeonites, pulsit inde quibusdam Chananeis, quod terra hæc aptissima esset gregibus, quibus Simeonites maxime abundabat Dionysus.

13. Orientalem plagam. Erant enim ibi pascua præ quibus suis.

1. Ad hæc Ruben, eo quod patris lezum incestu cogmina cesserit, ut primogenitum amisset, Ioseph verò ipsius loco accepisse docetur. Procopius ibid.]

2. Præuoluit fratribus suis, & ex hac tribu princeps, & primogenitus fuit apud Ioseph.

b. Hic est pater Osee propheta, qui & Beeri dicitur est. Hieron. c. Aroer quæ & Ar. Deut. 2. dicitur & Aroer polis, vrbs est quondam Moabitarum, sita ad ripam torrentis Arnon in valle media, olim potes & nobilis. Alia eiusdem nominis est in tribu, & à Gaditis edificata legitur.

3. Superficie orientalis plagæ Galgala.

d. Selcha, sive iuxta Hebr. Salchach vna est ex 6c. vrribus Balan, iuxta montem Hermon, in qua prius habitabat Raphaim, quibus expugnatis à Moyse hæc habitauerunt Gadita.

4. Erantque Ioseph caput, sive dux.

† Gene. 38. a

† 46. b

† Gene. 35. d. & 49. a

† Gene. 46. b. Exod. 6. c. Num. 26. a

atque legitur, Theglathphalasar, vrbs que Iechiopia est.

hel in capite,] & Saphan secundus, Ianai autem, & Saphat in Basan. Fratres verò eorum secundum domos cognationum suarum: Michael, & Mofollam, & Sebe, & Iori, & Iachan, & Zie, & Heber, septem. Hi filij Abiahil, filij Vri, filij Iara, filij Galaad, filij Michahel, filij Iesefi, filii Ieddo, filii Buz. Fratres quoque filij Abdihel, filij Guni, Principes domus in familiis suis: & habitauerunt in Galaad, & in Basan, & in viculis eius, & in cunctis suburbanis Saron, vsque ad terminos eorum. ⁶ Omnes hi numerati sunt in diebus Ioathan Regis Iuda, & in diebus Ieroboam Regis Israel. Filij Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse, ⁵ viri bellatores,] scuta portantes & gladios, & tendentes arcum, eruditique ad prelia quadragintaquatuor milia, & septingenti sexaginta, procedentes ad pugnam, dimicauerunt contra ⁶ Haggarenos:] Ithuræi verò, & Naphzi, & Nodab, præbuerunt eis auxilium.] Traditque sunt in manus eorum Haggareni, & vniuersi qui fuerant cum eis: quia deum inuocauerunt cum præliarentur, & exaudiuit eos, eò quòd credidissent in eum. Cœperuntque ⁷ omnia quæ possederant, camelorum] quinquaginta milia, & ouium ducenta quinquaginta milia, asinos, duo milia, & animas hominum centum milia. Vulnerati autem multi corruerunt. ⁸ Fuit enim bellum domini. Habitaueruntque pro eis vsque ad transmigrationem. Filij quoque dimidia tribus Manasse possederunt terram, à finibus Basan vsque ^f Baal Hermon, & Sanir, ⁸ &] montem Hermon. Ingens quippe numerus erat. Et hi fuerant Principes domus cognationis eorum. Efer, Iesi, & Heliel, Efriel, & Jeremia, & Odoia, & Iedihel, viri fortissimi, & potentes, & nominati duces in familiis suis. ⁹ Reliquerunt autem] deum patrum suorum, & fornicati sunt post deos populorum terræ, quos abstulit dominus coram eis, & suscitauit dominus Israel spiritum Phul Regis Assyriorum, & spiritum Theglathalasar Regis Assur, & ⁸ transtulit Ruben, & Gad, & dimidiam tribum Manasse, & adduxit eos in Ala, & in Abor, et ^h Ara & fluuium Gozam, vsque ad diem hanc.

Te. Dicunt aliqui quòd nō fuit vna numeratio sed duplex: quia isti reges non fuerit contemporanei. Potest tamen dici quòd fuit eadem numeratio: quia licet Ieroboam filius Nabath rex Israel de quo. 3. Reg. 12. regnauerit longe ante Ioathan tamen alius Ieroboam Rex Israel de quo. 4. Reg. 15. fuit cōtemporaneus ipsi Ioathan quia anno. 27. filius Ieroboam regnauit Ozias, qui etiam dictus est Azarias in Iuda: & sic regnauit 15. annis cum Ieroboam, qui regnauit. 41. an. vt habetur. 4. Reg. 14. Ozias autem fuit pater Iulij lepræ, & extunc Ioathan cepit regnare vniuersæ patre. De Iyza Ibidem.]

5. Fecerunt viri Martis, & 6. Haggarenos Ithuros Naphzi & Nodab. Et adiuti sunt à domino contra illos. 7. Pecora eorum & camelos eorum. f. Idem mons est Sanir, Hermo Baal Hermon, Seon & Sireon: qui pro varietate locorum quibus confinis est, tot varia fortitudo nomina. 8. Vique ad. 9. Sed præuicacitati sunt in. g. Principium captiuitatis decem tribuum, de qua 4. Reg. 15. f. fuit sub Theglathalasar. 2. Rege Babyloniorum regnante in Samaria Phacee filio Romelie h. Ipsi est Ragesi vrbis Medorū, de qua Tob. 1.

Genealogia filiorum Leui & Aaron cum vrbibus eorum atque refugij. VI.

a. Ordo successione summi sacerdotij ab Aaron vsque ad transmigrationem in Babylonem, que ex litera clarè patet.



[†] Filij Leui: Gerson, Gaath, & Merari. Filij Caath: Amram, Isaac, Hebron, & Ozihel. Filij Amram: Aron, Moyfes, & Maria. Filij Aaron: Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar. Eleazar genuit Phinees, & Phinees genuit Abisue, Abisue verò genuit Bocci, & Bocci genuit Ozi: ^b Ozi genuit Zaraia, & Zaraia genuit Meraioth. Porrò Meraioth genuit Amariam, & Amarias genuit Achitob. Achitob genuit Sadoch, & Sadoch genuit Achimaas: Achimaas genuit Azarias: Azarias genuit Iohannan. Iohannan genuit Azariam. Ipse est qui sacerdotio functus est in domo, quam ædificauit Salomon in Ierusalē. Genuit autem Azarias Amariam, & Amarias genuit Achitob. Achitob genuit Sadoch, & Sadoch genuit Sellum. Sellum genuit Helchiam, & Helchias genuit Azaria, Azarias genuit Zaraia, & Zaraia genuit Iofedech. [†] Porrò Iofedech egressus est quādo trāstulit dominus Iudam & Ierusalem per manus Nabuchodonosor. [†] Filij ergo Leui: Gerson Caath, & Merari. Et hæc nomina filiorū Gerson, Lobni & Semei. Filij Caath: Amram, & Isahar, & Hebron, & Oziheli. Filij Merari: Mooli, & Musi. Hæ autem generationes Leui secundū familias eorum. Gerson, Lobni filius eius, Iaath filius eius, Zama filius eius, Ioah filius eius, Addo filius eius, Zara filius eius, Iethrai filius eius. Filij Caath Aminadab filius eius, Chore filius eius, Asir filius eius, Helchana filius eius, Abiasaph filius eius, Asir filius eius, [†] Caath] filius eius, Vriel filius eius, Ozias filius eius, Saul filius eius. Filij Helcana: Amasai, & Achimoth, & Helcana. Filii Helcana: Sophai filius eius, Naath filius eius, Heliab filius eius, Ieroam filius eius, Helcana filius eius. Filii Samuel, primogenitus. [†] Vasseni: & Abia. [†] Filii autem Merari: Mooli, Lobni filius eius, Semmei filius eius, Oza filius eius, Samaa filius eius, Aggia filius eius, Asaia filius eius. Isti sunt quos constituit Dauid super [†] cantores] domus domini, ex quo collocata est arca, & ministrabant coram ^{*} tabernaculo testimonij, canentes donec ædificaret Salomon domum domini in Hierusalem. Stabant autem iuxta ordinem suum in ministrante-

[b. Ab isto Ozi accepit ipse Heli summū sacerdotium ex ordinatione tamen diuina, vt dictum fuit Ruth. 1. & 1. reg. 2. ita quòd fuit simul Iudæ & sumus sacerdos: & descendit ab Ithamar filio Aaron. De Iyza.]

c. Cur ipsum diei sacerdotio fundum in domo domini, eum plurimi ante & post eum successi fuerunt? Respondet Hiero. dicens. Monstrat eundem Azarias restitisse Ozii Regi, quando intrauit in templum domini cum thuribulo, & terræ motus magnus factus est Hiero. Ideo quia viciliter restitit Regi usurpanti sibi sacerdotiale officium, dicitur functus sacerdotio in domo domini. Diony.]

[d. Consequenter describit generationes Gersonitarum. Primo tamē in generali repetit de generationibus Leui: scilicet de fcedit ad Gersonitas describens generationes eorum descendentes. De Iyza Ibidem.]

1. Thath.

e. Qui in libro Regum Tohel nominatur, hic vero Vasseni scribitur, quia Abia filius Samuelis in iudicem constitutus munus acceptor erat. Et quia iste Tohel, qui & Vasseni hoc scilicet & nō contempnabat eum ideo verque fessit dicitur. In hoc vero loco demonstrat eum separatum à fratre suo, quia acceptor munus erat Ilipton. 2. Officia cantorum. * Habituculo, &.

† Gene. 46. b. A Infra. 11. b. Exod. 6. c.

† Exod. 2. c. 6. c. d.

ministerio. Hi vero sunt, qui assistebat cum filiis suis de filiis Caath: Hemā cantor, filius Iohel, filii Samuel, filii Helcana, filii Ieroam, filii Helihel, filii Thou, filii Suph, filii Helcana, & filii Iohel, filii Maath, filii Amasai, filii Helcana, filii Iohel, filii Azaria, filii Sophonia, filii Thaad, filii Afir, filii Abisaph, filii Chore, filii Isaat, filii Caath, filii Leui, filii Israel: & frater eius Afaph: qui stabat à dextris eius. Afaph filius Barachia, filii Samaa, filii Michael, filii Basaia, filii Melchia, filii Athanai, filii Zara, filii Adaia, filii Ethan, filii Zamma, filii Semei, filii Ieth, filii Gerson, filii Leui. Filii autem Merari, fratres eorum ad sinistram. Ethan filii Chusi, filii Abdi, filii Maloch, filii Afabia, filii Amasia, filii Helcia, filii Amasai, filii Bonni, filii Somer, filii Mooli, filii Musi, filii Merari, filii Leui. Fratres quoque eorum Leuitae: qui ordinati sunt in cunctum ministerium tabernaculi domus domini. Aaron verò & filii eius adolebant incensum super altare holocausti, & super altare thymiamatis, in omne opus sancti sanctorum, & ut precarentur pro Israel iuxta omnia quae praeceperat Moyses seruus dei. Hi sunt autem filii Aaron: Eleazar filius eius, Phinees filius eius, Abisue filius eius, Bocci filius eius, Ozi filius eius, Zaria filius eius, Meraioth filius eius, Amaria filius eius, Achitob filius eius, Sadoch filius eius, Achimaas filius eius. Et haec habitacula eorum per vicinos atque confinia filiorum scilicet Aaron, iuxta cognationes Chaathitarum. Ipsis enim forte contigerant. Dederunt igitur eis Hebron in terra Iuda, & suburbana eius per circuitum: agros autem ciuitatis, & villas Caleph filio Iephone. Porro filii Aaron dederunt ciuitates ad confugiendum, Hebron, & Lobna, & suburbana eius: Iether quoque, & Esthemo cum suburbanis suis: sed & Helon, & Dabir cum suburbanis suis: Afan quoque & Beth Semes, & suburbana earum De tribu autem Benjamin, Gabee & suburbana eius, & Almath cum suburbanis suis, Anathot quoque cum suburbanis suis. Omnes ciuitates tredecim per cognationes suas. Filiis autem Caath residuis de cognatione sua, dederunt ex dimidia tribu Manasse in possessionem vrbes decem. Porro filiis Gerson per cognationes suas de tribu Isachar, & de tribu Affer, & de tribu Neptalim, & de tribu Manasse, in Basan vrbes tredecim. Filiis autem Merari per cognationes suas de tribu Ruben, & de tribu Gad, & de tribu Zabulon, dederunt sorte ciuitates duodecim. Dederunt quoque filii Israel Leuitis ciuitates & suburbana earum. Dederuntque per sortem ex tribu filiorum Iuda & ex tribu filiorum Simeon, & ex tribu filiorum Benjamin vrbes has, quas vocauerunt nominibus suis, & iis qui erant ex cognatione filiorum Caath. Fueruntque ciuitates in terminis eorum de tribu Ephraim. Dederunt quoque eis vrbes ad confugiendum Sichein cum suburbanis suis in monte Ephraim: & Gazer cum suburbanis suis: Iecmaam quoque cum suburbanis suis: & Bethoron similiter, necnon & Aialon cum suburbanis suis: & Gethremmon in eundem modum. Porro ex dimidia tribu manasse, Aner & suburbana eius: Balaam & suburbana eius: Iis videlicet qui de cognatione filiorum Caath reliqui erant. Filiis autem Gerson de cognatione dimidia tribus Manasse, Gaulon in Basan & suburbana eius: & Astaroth cum suburbanis suis. De tribu Isachar, Cedec cum suburbanis suis, & Dabereth cum suburbanis suis. Ramoth quoque & suburbana eius: & Anem cum suburbanis suis. De tribu verò Affer: Masal cum suburbanis suis: & Abdon similiter: Hucoc quoque & suburbana eius. Roob cum suburbanis suis Porro de tribu Neptalim, Cedec in Galilaea & suburbana eius: Ammon cum suburbanis suis, & Cariathaim & suburbana eius. Filiis autem Merari residuis, de tribu Zabulon, Remmono & suburbana eius: & Thabor cum suburbanis suis. Trans Iordanem quoque ex aduerso Iericho, contra orientem Iordanis: de tribu Ruben, Bosor in solitudine cum suburbanis suis: & Iasfa cum suburbanis suis: Cademoth quoque & suburbana eius: & Mephaath cum suburbanis suis. Necnon & de tribu Gad Ramoth in Galaad & suburbana eius: & Mahenaim cum suburbanis suis: sed & Eschon cum suburbanis suis: & Iezer cum suburbanis suis.

ff. Nam Heman natus ex Caath filio Leui praefuit turbae cantorum, quae erat in medio: Afaph vero ex Gerson progenitus, primum exstitit chori ad dexteram existentis. Ethan vero ex semine Merari erat super chori cantorum existens ad sinistram. Cantabant autem Psalmos David ordinati, & tempore praefinito, donec edificaret Salomon domum domini, id est, templum in Ierusalem, non quod ipsi vel eorum successores templo constructo cantare cessauerunt. Diony. Cart. ibidem.]

g. Quilibet enim Leuitarum, suis exercebat officium. Quidam ostiarii seu Ianitores erant, alij animalium oblatorum pelles detrahentes, aut alios famulabantur sacrificiis. Nonnulli vasorum custodes, & sic de aliis officiis tabernaculi. Dionysius. j. Ad expandendum Israelitas. h. Vnde non mirum est si verba bona quae pro populo dicuntur in praecipuis, etiam si à malis dicantur Episcopis & exaudiri tamen, non pro peruersitate praepositorum, sed pro deuotione popularum. Aug. Contra epistolam Parmeniani. lib. 2.

4. Refugij. i. Sex erant refugij ciuitates tantum tres circa Iordanem: Hebron, Sichein, & Cedec in Galilaea: & tres trans Iordanem: Bosor, Ramod in Galaad, & Gaulon in Basan, vt Iosue 20. k. Sacerdotes enim & Leuitae non poterant inter alias tribus hereditatem habere: sed sacrificia, decimae atque primitiae erant eis loco hereditatis. Vrbes tamen habuerunt inter fratres ad habitandum, & parua ad pecorae nutriendum. Dionysius. l. Consequenter agitur de habitaculis Gersonitarum, & Merariarum: ostendit quoque ciuitates, & à quibus tribus assignatae sunt eis. Et cum hoc etiam in terminis aliqua de filiis Caath, De Lya. ibidem.]

5. Refugij.

6. Gath Rimmon. m. Gethremmon vel iuxta Hebraeos Gathrimmon ciuitas Leuitarum, in 12 militatio Diopolis ad Eleuteropolim in tribu Dan.

n. Duae enim sunt Cedec, Vna in tribu Isachar, & est haec praefata. Altera in Galilaea in tribu Neptalim, de qua in sequentibus. o. Masal, alias misal, ciuitas separata Leuitis, & peruenit in Carmelum ad mare. p. Iuxta spirituale intelligentiam, per tres principes cantorum, videlicet Heman, Afaph, & Ethan, significatur predicatorum, doctores, praelati, qui sanctae & superbae trinitatis fide & euangelium mundo praedicant. Diony. Cart. ibidem.]

q. Ramoth in Galaad duo vocabula hic, in libro Regum vniuersum nomen est, cum dicit Ramoth Galaad, Regum 22. Et est in tribu Ephraim. Hiero. 7. Mahenaim.

† Ios. 1. b.

† Ios. 1. b.

a. Iacob in. 46. Genes. vocatur Iobab, alijs Iob, Simeron autē vocatur Semron.
* Per familias suas.

b. Filij Israia dicuntur quinque esse, & nō sunt nisi quatuor, sed cum eis annumeratur pater eorum Israia, qui uincit patri suo Ozi fuit, & sunt quinque. Hierony.

1. Cūmil militares & bellicosi.
2. Multiplicauerunt enim.

3. Milites, & infra.
* Per eorum ordinem generationis suae.

4c. Non est intelligendum quod Benjamin nō haberet nisi tres filios, eū in Genesi legatur de eum habuisse filios, sed isti fuerunt tres filij eius seniores. Dionysius Carr. ibidem.]

d. Vbi uicque scribitur in lege: Omnes isti filij, cuiuslibet aut pro meritorum excellentia, aut pro meritorum deterioratione fit. Hieron.

e. Chanaana uero iste est à quo egressi sunt Beniamite qui nephas perpetrauerunt, propter quod magnas caedes in Israel tempore Iudicium factae sunt. Hieron.

a. Quem peperit, sub vxore sua) cōcubina uero eius Azaminia peperit Machir.

5. Ferunt hanc Syra filiam fuisse filij Laban, quae in Aegyptū famis inopia ad uandandum à patre ducta, à Manasse qui horreis praerat, misericorditer suscepta, patri cibariis datis, ab eodem Manasse in coniugium sumpta est, peperitque ei Machir patrem Galaad. Hierony. ibidem. Vnde putatur dicta Syria, quia de Mesopotamia regione Syria, nata fuisse dicitur.

6. Molecher peperit Ishud (q. Fabulantur Hebraei quod filij Ephraim congregata multitudine uisite patre conati sunt ad terram promissionis reuerti, & in Geth Palestinorum occisi sunt. Vnde exerceat tribus per desertum adducuntur, ne uideret ossa fratrum suorum, & in psalmo dicitur 77. Filij Ephraim in tendentes & mitterent arcum, conuersi sunt in die belli. Gloria ordina. ibidem.)
6. Accipient pecora.
7. Vzen Zeta.

h. Elisama patriarcha est de tribu Ephraim, qui in libro Numerorum scribitur, à quo descendit Nun pater Iosue, qui 7. fuit ab Ephraim in generatione sua. Iste est Iosue, qui est Iehoua, Iesus Naue, Iesus Ben-Nun, & Osae minister Moysi fidelis & eius successor. Diony.

8. Viculis eius, & infra.
i. Sara alia Sarath filia Azer dicitur propheta fuisse & ueritorum interrogatus exuberante Hieronymus.

k. Barfaich vel Barfaich alia Birsath de progenie Melchiel de filiis Azer, fuit ditissimus, & ruit primitias Elisae prophetae. In eo impletum fuit quod Moyses de Azer ait Deute. 33. Benedictus in filiis Affer. Sit placens fratribus suis, & incingat in oleo pedem tuum. Hier.

9. Per genealogiam suam.

P

† Orro filii Issachar, Thola, & Phua, ^a Iasub, & Simeron, quatuor. Filii Thola, Ozi, & Raphaia, & Ierihel, & Iemai, & Iepsem, & Samuel, Principes per domos cognationum suarum. De stirpe Thola viri fortissimi * numerati sunt in diebus Dauid: viginti duo milia sexcenti. ^b Filii Ozi: Israia, de quo nati sunt Michael, & Obadia, & Iohel, & Iesia, & quinque: omnes Principes: cū eis per familias & populos suos ¹ accincti ad praelium viri fortissimi] triginta sex milia. ² Multas enim habuerunt] vxores & filios. Fratres quoque eorum per omnem cognationem Issachar robustissimi ³ ad pugnandum:] octoginta septem milia numerati sunt. [†] * ^c Filii Benjamin, Bala, & Bechor, & Iadihel, tres. Filii Bala, Esbon, & Ozi, & Ozihel, & Ierimoth, & Iri, quinque: principes familiarum, & ad pugnandum robustissimi. Numerus autem eorum viginti duo milia & triginta quatuor. Porro filii Bechor, Zamira, & Ioas, & Eliezer, & Helioenai, & Amri, & Ierimoth, & Abia, & Anathot, & Alameth. ^d Omnes hi filii Bechor. Numerati sunt autem per familias suas, Principes cognationum suarum ad bella fortissimi, viginti milia & ducenti. Porro filii Iadihel: Balan. Filii autem Balan: Ieus & Benjamin & Ahoth, & ^e Chanaana, & Zethan, & Tharhis, & Haifaar. ^f Omnes hi, filii Iadihel Principes cognationum suarum, viri fortissimi, decem & septem milia & ducenti ad praelium procedentes: Sepham quoque, & Hapham filii Hir, & Afim filii Aher. Filii autem Neptalim: Iasihel, & Gummi, & Iefer & Sellum filii Bala. Porro filius Manasse: Esrihel, [†] concubināque eius [†] Syra peperit Machir] patrem Galaad. Machir autem accepit vxorem — filius suis] Happphim, & Sepham, & habuit sororem nomine Maacha. Nomen autem secundi Salphaat: Nataque sunt Salphaat filiae. Et peperit Maacha vxor Machir filium, vocauitque nomen eius Phares. [†] Porro nomen fratris eius, Sares: & filii eius Vlam, ^d & Recen. Filii autem Vlam, Bedan. Hi sunt filii Galaad, filii Machir, filii Manasse. Soror autem eius [†] Regma, peperit virum decorum &] Abiēzer & Moola. Erant autem filii Semida, Ahin, & Sechem, & Leci, & Aniam. ⁵ Filii autem Ephraim, Suthala: Bareth filius eius, Thaad filius eius, Elada filius eius, Thaad filius eius, & huius filius Zabad, & huius filius Suthala, & huius filius Ezer, & Elad. Occiderunt autem eos viri Geth indigenae: quia descenderant ut ⁶ inuaderent possessiones] eorum. [†] Luxit igitur Ephraim pater eorum multis diebus, & uenerunt fratres eius ut consolarentur eum. Ingressusque est ad vxorem suam, quae concepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Beria, eo quod in malis domus eius ortus esset. Filia autem eius fuit Sara, quae aedificauit Bethoron inferiorem & superiorem, & ⁷ Ozenzara.] Porro filius eius Rapha, & Reseph, & Thale: de quo natus est Thaan, qui genuit Laadan. Huius quoque filius Ammiud, qui genuit [†] Elisama, de quo ortus est Nun, qui habuit filium Iosue. [†] Possessio autem eorum & habitatio Bethel cum ⁸ filiabus suis:] & contra orientem Noran: ad occidentalem plagam Gazer & filiae eius: Sichem quoque cum filiabus suis, vsque Afa cum filiabus eius: iuxta filios quoque Manasse Bethsan & filias eius: Thanac & filias eius, Mageddo & filias eius, Dor & filias eius. In his habitauerunt filij Ioseph, filij Israel. [†] Filij Affer, Iemna, & Iesua, & Ifuai, & Baria, & [†] Sarah soror eorum. Filij autem Baria: Heber, & Melchiel. Ipse est pater ^k Barfaith. [†] Heber autem genuit Iephlat, & Somer, & Hothan, & Suaa, sororem eorum. Filij Iephlat, Phosech, & Amaal, & Asof. Hi filij Iephlat. Porro filij Somer, Abi, & Roaga, & Iaba & Aram. Filij autem Helem fratris eius: Supha & Iemna, & Selles, & Amal. Filij Supha: Sue, Aruaphed, & Sual, & Beri, & Iamra, Bosor, & Od, & Samma, & Salusa, & Iethram, & Bera. Filij Gether: Iephone, & Phaspha, & Ara. Filij autem Olla: Aree, & Auichel, & Resia. Omnes hi filij Affer, principes cognationum, electi atque fortissimi duces ducum. Numerus autem eorum ⁹ aetatis] quae apta esset ad bellum: vigintisex milia.

† Genes. 46b

† Genes. 46c

d

†

† Genes. 46b

† Gene 49.c
Sup. 7.c

Beniamin autem genuit Bela primogenitum suum: Asbeel secundum, Ahara tertium, Noaha quartum, & Rapha quintum. Fueruntque filij Bela Addar, & Gera, & Abiud, Abisue quoque, & Naman, & Ahoe, sed & Gera, & Sephuphan, & Vram. Hi sunt filij Ahod, Principes cognationum habitantium in Gabaa, qui translati sunt in Manath. Naaman autem & Achia, & Gera, ipse transtulit eos & genuit Oza, & Ahiud. Porro Saarahim genuit in regione Moab, postquam dimisit Husim, & Bara uxores suas. Genuit autem de Hodis vxore sua, Iobab, & Sebia, & Mofa, & Molchom. Iehus quoque & Sechia, & Marmach. Hi sunt filij eius. ¹ Principes in familiis suis. Mehufim] verò genuit Abitob Elphaal. Porro filij Elphaal, Heber, & Misaan, & Samad. Hic edificauit Ono, & Lod, & filias eius. Beria autem & Samma ² Principes cognationum] habitantium in Ahialon. ^d Hi fugauerunt habitatores Gerh. Et Haio, & Sefac, & Ierimoth, & Zabadia, & Aarod, & Heder, Michael quoque & Iespha, & Ioa filij Beria. Et Zabadia, & Mofollam, & Ezecci, & Heber, & Esamari, & Ieslia, & Iobab: filij Elphaal. Et Iacim, & Zechri, & Zabdij, & Helioenai, & Selethai, & Heliel, & Adaia, & Baraia, & Samarath: filij Semei. Et Iespham, & Heber, & Heliel, & Abdon, & Zechri, & Hanan, & Anania, & Aelam, & Anathothia, & Iephdaia, & Phanuel: filij Sefac. ^e Et Samfari, & Sooria, & Othalia, & Iesfia, Helia, & Zechri: filij Ieroam. Hi ³ Patriarchæ & cognationum Principes: qui] habitauerunt in Hierusalem. [†] In Gabaon autem habitauerunt ^c Abi Gabaon, & nomen vxoris eius Maacha, filiusque eius primogenitus Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Nadab, & Gedor quoque & Ahio, & Zacher, & Macelloth. Et Macelloth genuit Samaa. ^f Habitaueruntque ex aduerso fratrum suorum in Hierusalem cum fratribus suis. [†] Ner autem genuit Cis, & Cis genuit Saul. Porro Saul genuit Ionathan, & Melchisue, & Abinadab, & ^g Hesbal. ^h Filius autem Ionathan Meribaal, & Meribaal genuit Micha. Filij Micha Phiton, & Melech, & Thara, Ahaz & Ahaz genuit Ioadaa, & Ioadaa genuit Almath, & Asmoth, & Zamri. Porro Zamri genuit Mofa, & Mofa genuit Baana, cuius filius fuit Rapha, de quo ortus est Elasa, qui genuit Asel. Porro Asel sex filii fuerunt his nominibus: Ezricam, Bochrus, Ismahel, Saria, Abadia, Anan. Omnes hi filij Asel. Filij autem Efech fratris eius. Vlam primogenitus, & Iehus secundus, & Heliaphaleth tertius. Fueruntque filij Vlam viri robustissimi, & magno robore tendentes arcum, & multos habentes filios ac nepotes vsque ad ^b centum quinquaginta milia. **] Omnes hi filii Benjamin.**

† Intra. 9.f

† Reg. 14.g
Intra. 9.g

a. Et notandum quod hie quis que de filiis Benjamin pretermiserit, de quibus necdum progenies creuerat. Hieron. ibid.

b. Dicunt hunc esse Aod alius Ehud, quem & Aioch dixerunt qui fuit Iudex Israel: fuitque filius Gera filij Lemni de tribu Benjamin vrens vtraque manu pro dextera. Dionysius.

c. Saraah dimisit uxores suas in Iudaa, Vsim & Bara, & fugit in terram Mpaab, & accepit vxore Hodis, ex qua suscepit filios hic descriptos, qui fugauerunt habitatores Gerh. Et vbi sunt fratres suos filios Ephraim, qui eorum occiderunt gladio. Hieron. ibidem.

d. Et precipui patres de Husim.

e. Precipui patres. [d. Philistai enim qui habitabant in Gerh, ascenderunt in sortem Benjamin ad depredandam, & ab istis de tribu Benjamin fuerunt debellati & fugati, sicut conuenero filij Ephraim, videntes depredari Gerhaos, ab ipsis fuerunt debellati & occisi, vt dictum fuit cap. precedentij, De Lyra. Ibidem.]

f. Sunt precipui, patres & principes in familiis suis, & illi. c. Significat illum qui pater & dominus suae principis Gabaon erat.

g. Fuerunt enim patres precipui in cognationibus suis. Vbi verò Hierusalem in sorte Benjamin fuit, & pro parte in tribu Iuda. Dionysius Car. Ibidem.] g. Hic autem Hesbal est qui in secundo lib. Reg. dicitur Ioboth, & successit Saul in regno. Fratribus suis cum patre in ceteris. Meribaal autem est Miphiboseth.

h. Nam si in tribu Iuda inuenta sunt quingenta milia pugnatorum, non videtur quin centum quinquaginta milia pugnatorum potuerint esse aut plures, Dionysius.

Sacerdotum & Leuitarum officia, familia Saulis, & filiorum eius.

IX.

Vniuersus ergo Israel ^a dinumeratus est, & summa eorum scripta est in libro Regum Israel & Iuda, ^b translataque sunt in Bahylonem propter delictum suum. Qui autem habitauerunt primi in possessionibus, & in vr-
bibus suis Israel, & sacerdotes, & Leuitæ, & ^c Nathianei, commorati sunt in Hierusalem de filiis Iuda, & de filiis Benjamin. De filiis quoque Ephraim & Manasse. Othei filius Amiud, filius Emri, filij Omrai, filij Bonni. De filiis Phares filij Iuda, & Siloni: Afaia primogenitus, & filij eius. De filiis autem Zara, Iehuel & fratres eorum, ^b sexcenti nonaginta. ^d Porro de filiis Benjamin, Salo filius Mofollam, filij Oduia, filij Afana, & Iobania filij Ieroam, & Helam filij Ozi, filij Mochori, & Mofollam filij Saphacia, filij Rahucl, filij Iebaniae, et fratres eorum per familias suas nongenti quinquaginta sex. Omnes hi ¹ principes cognationum per domos] patrum suorum. De sacerdotibus autem, Iedaia, Ioiarib, et Iachin, Azarias quoque filius. ^e Helchia, filij Mofollam, filij ^f Sadoch, filij Meraioth, filij Achitob, ² pontifex] domus dei. Prrò Adaias filius Ieroam, filij Phasur, filij Melchia, et Maasia, filius Adihel, filij Iezra, filij Mofollam, filij Mofollamith, filij Emmer, fratres quoque eorum principes per familias suas, mille septingenti sexaginta, fortissimi robore ad faciendum opus ministerii in domo

* Per Genealogiam.

a. Hanc numerationem à Ioab David factam ferunt.

b. Hanc translatio non de 20. tribubus, que in Assyrios translatae sunt, sed de tribu Iuda & Benjamin que in Bahylonem translatae sunt. Dionysius.

c. Nathianei, id est, donati. Sunt enim Gabaonite, eo quod ad sacrificium dati sunt ad templum domini à Iosue. Hieron. & conuersi erant ad Iudaismum, de quibus Ios. 9. c. d.

d. Commorati sunt in Hierusalem de filiis Iuda & de filiis Benjamin in reditu de captiuitate Babylonica: solliciti sunt qui presidebant populo, vt ciuitas Hierusalem habitaretur, sed quod ibi reedificatum fuerit templum ad cultum diuinum. De Lyra. Ibidem.]

e. Viri precipui & patres in famillis.

f. Hic dicitur pater fuisse Ieremiae, qui tempore Iosue librum legis tuauit.

g. Hic fuit alius ab illo Sadoch, quem constituit Salomon summum sacerdotem pro Abiathar, & longo tempore posterior. Reg. 2.

2. Principis.

[g. Postquam enumeravit sacer-
dotes, consequenter enumerat
Leuitas secundum nomina & offi-
cia eorum. De Lyra.]

3. In villis.

h. Nethophati nomen loci est,
ubi habitauit Helel filius Bana
Et denominatur à Nethophati
filio Salma de quo supra. ca. 2.

4. Hucusque.

5. Per mansiones filiorum.

* Testimonij.

6. Patres eorum per castra.
7. Antesignanus, etique domi-
nus cum eo.

8. Clari ostiarij vestibulorum.

9. Domus tabernaculi per cu-
stodias.

10. Post septem dies.

* Cum illis.

11. Sub fide enim quatuor infi-
gnium ianitorum erant ipsi Le-
uitae, qui constituti erant super
cameras atque super.

12. Nam custodia eorum erat,
& ipsi habebant clauas ad ape-
riendum mane & mane.

13. Quidam eorum constituti
erant super vasa, atque super
omnia vasa.

14. Per fidem constitutus erat
super his.

* Et de.

15. Duo & duo diuisim coque-
bantur ante tabernaculum secundum
Iosephum, & sabbato mane su-
per mensam ponebatur. De qui-
bus in Leuitico plenè dictum est.
De Lyra Ibidem.]

16. Ordinandos.]

17. Cantores præcipui patres.

18. A bi.

g. Notandum quia inter filios
Iahel, Ner & Cis, vocantur fra-
tres Isaac & Iam, & in Regum
lib. ita habetur. Hic vero dicitur:
Ner genuit Cis, non quod
eum genuerit in lib. Regum
dictum est, sed quod eum edu-
cauerit, eum genuisse dicitur.
Hiero.

h. Isbosech.

i. Miphidosath.

dei. ^g De Leuitis autem, Semeia, filius Assub, & filij Ezricæ, filij Asebia, de filiis Mera-
ri, Bachachaz quoque carpentarius, & Galal, & Mathania filius Micha, filij Zechri, fi-
lij Azaph & Obdia filius Semeiæ, filij Galal, filij Idithun, & Barachia filius Afa, filij
Helcana, qui habitauit in atrijs. ^h Nethophati. Ianitores autem, Sellum, & Achub, &
Thelmon, & Ahiman, & frater eorum Sellum princeps: ⁴ vsque enim ad illud tem-
pus, in porta Regis, ad orientem obseruabant ⁵ per vices suas de filiis] Leui. Sellum
verò filius Chore, filii Abiasaph, filii Chore, cum fratribus suis, & domo patris sui.
⁶ Hi sunt Choritæ super opera ministerij, custodes vestibulorum tabernaculi, * &
⁶ familiæ eorum per vices castrorum] domini, custodientes introitum. Phinees au-
tem filius Eleazar erit dux eorum ⁷ coram domino.] Porro Zacharias filius Mosol-
lamia ianitor portæ tabernaculi testimonij. Omnes hi ⁸ electi in ostiarios per portas]
ducenti duodecim, & descripti in villis propriis, quos constituerunt Dauid & Samuel
videns, in fide sua, tam ipsos quàm filios eorum in ostiis domus domini, ⁹ & in taber-
naculo vicibus suis. [per quatuor ventos erant ostiarij, id est, ad orientem, & ad occi-
dentem, & ad aquilonem, & ad austrum. ^g Fratres autem eorum in viculis moraban-
tur, & veniebant ¹⁰ in sabbatis suis,] de tempore vsque ad tempus. ¹¹ His quatuor Le-
uitis, creditus erat omnis numerus ianitorum: & erant super exhédras, & thesauros
domus domini. Per gyrum quoque templi domini morabantur ¹² in custodiis suis:
vt cum tempus fuisset, ipsi mane aperirent fores.] De horum grege erant & super va-
sa ministerij. Ad numerum enim & inferebantur vasa & efferebantur. ¹³ De ipsis &
qui credita habebant vtensilia] sanctuarij: præerant simila & vino, & oleo, & thuri,
& aromatibus. ^g Filij autem sacerdotum vnguenta ex aromatibus conficiebant: &
Mathathias Leuites, primogenitus Sellum Choritæ, ¹⁴ Præfectus erat eorum,] quæ in
sartagine frigeabantur. Porro de filiis Caath, * fratribus eorum super ¹⁵ panes ¹⁵ erat pro-
positio,] vt semper novos per singula Sabbata præpararent. Hi sunt ¹⁶ Principes
cantorum, per familias] Leuitarum, qui in exhédris morabantur, ita vt die ac nocte iu-
giter suo ministerio deseruirent. Capita Leuitarum per familias suas Principes man-
serunt in Ierusalem. † In Gabaon autem commorati sunt ¹⁷ pater] Gabaon, Iahiel &
nomen vxoris eius Maacha. Filius primogenitus eius Abdon, & Sur, & Cis, & Baal,
& Ner, & Nadab, Gedor quoque, & Ahio, & Zacharias, & Macelloth. ^g Porro ^g
Macelloth genuit Sammaan. Isti habitauerunt è regione fratrum suorum in Ierusa-
lem cum fratribus suis. † ^g Ner autem genuit Cis, & Cis genuit Saul, & Saul genuit Io-
nathan, & Melchissie, & Aminadab, & ^h Esbaal. Filius autem Ionathan ⁱ Meribaal, &
Meribaal genuit Micha. Porro filij Micha: Phiton, & Melech, & Thara, & Ahaz: A-
haz autem genuit Iara, & Iara genuit Alámath, & Azmoth, & Zamri. Zamri auté ge-
nuit Mofa, Mofa vero genuit Baana, cuius filius Raphaia genuit Elasa, de quo ortus
est Azel. Porro Azel sex filios habuit his nominibus: Ezcicam, Bochrus, Ismahel, Saria,
Obdia, Anan. Hi filij Azel.

*Saul cum filiis suis occiditur à Philistæis propter iniquitates suas, & sepelitur à
Galaaditis.*

X.

a. Philistæos.

a. Saul à sagittariis vsque ad
desperationem vulneratus, ma-
luit armigeri sui quam incircu-
cisui gladio perire: quia prin-
cipis regni Iudæorum, sumpto
senel proposito in peccatis
suis moriendi, maluit doctori-
bus suis mandata legis solu-
entibus & sic se docētibus, quàm
gentilibus quos cōmunes & im-
pudicos vocabant confortio se pol-
lētē pecūni. Bed. i. Reg. vltim.
b. Quem credunt fuisse Doech
Idumæum, & puerum qui dia-
demā & amillam Saul deroluit
ad Dauid fuisse filium Doech
Idumæi. Hiero. ibidem.
* Cum eo.

2. Valle, quod fugisset, & quod
mortui essent Saul & filij eius.



† Hilistiim autem pugnabant contra Israel, fugeruntque viri Israel ¹ Pala-
stinos,] & ceciderunt vulnerati in monte Gelboe. ² Cùmque appropinqua-
sent Philistæi persequentes Saul & filios eius, percusserunt Ionathan, & A-
minadab, & Melchissie, filios Saul. Et aggrauatum est prælium contra Saul,
inueneruntque eum sagittarii, & vulnerauerunt iaculis. Et dixit Saul ad ^b armigerum
suum: † Euagina gladium tuum & interfice me: * ne forte veniant incircuncisi isti &
illudant mihi. ^g Noluit autem armiger eius hoc facere: timore perterritus. Arripuit
ergo Saul ensē, & irruit in eum. Quod cum vidisset armiger eius, videlicet mor-
tuum esse Saul, irruit etiam ipse in gladium suum, & mortuus est. Interiit ergo Saul &
tres filij eius, & omnis domus illius pariter cōcidit. Quod cum vidissent viri Israel
qui habitabant in ² campestribus, fugerunt: & Saul & filii eius mortuis] derelique-

† Sup. 8. 4.

† Sup. 8. d.

† 1. Reg. 31. b.

† Iudi. 9. g.
1. Reg. 31. b.
Anni ante
Christū. 1072.
Anni mundi
2890.
Mortuus est
Saul anno
quo Dauid
regnare ce-
pit in Hebræ.

runt vrbes suas, & huc illucque dispersi sunt, veneruntque Philistiim & habitauerunt in eis. ⁶ Die igitur altero detrahentes Philistiim ³ spolia]caesorum, inuenerunt Saul & filios eius, iacentes in monte Gelboe. Cumque spoliassent eum, & amputassent caput, armisque nudassent, miserunt in terram suam, ⁴ vt circumferretur, & ostenderetur idolorum templis] & populis. ⁴ Arma autem eius consecrauerunt in fano dei sui, & ⁵ caput] affixerunt in templo Dagon. Hoc cum audissent viri Iabes Galaad, omnia scilicet ⁶ quae Philistiim fecerant super Saul: ⁶ consurrexerunt singuli virorum fortium, & tulerunt cadauera Saul & filiorum eius, attuleruntque ea in Iabes, & sepelierunt ossa eorum subter quercum, quae erat in Iabes, & ieiunauerunt septem diebus. Mortuus est ergo Saul propter ⁶ iniquitates suas, eo quod praeuaricatus sit mandatum domini, quod praeeperat, & non custodierit illud: sed in super etiam Pythonissam consuluerit, ⁷ nec sperauerit in domino,] propter quod & interfecit eum, & transtulit regnum eius ad Dauid filium Isai.

[6. De morte Saulis dictum est in fine primi libri Regum, & in principio secundi.]
3. Cadauera.
4. Per circuitum vt ostenderetur idolis eorum.
4. Primo Regum lib. legitur quod posuerunt in templo Altaroth dei sui, in memoria scilicet concessae victoriae, ne triumphus ille daretur obliuioni, nec arma ista vsui amplius applicarentur humano. Diony.
5. Caput.

6. Praeuaricationem suam.

7. Et non magis requisit dominum.

Dauid vnctus in Regem electis strenuisque stipatur militibus & principibus. XI.



Angregatus est igitur ^a omnis Israel ad Dauid in Hebron, dicens: Os tuum sumus, & caro tua. Heri quoque & nudius tertius cum adhuc regnaret Saul tu eras qui educebas & introducebas Israel: Tibi enim dixit dominus deus tuus: Tu pasces populum meum Israel, & tu eris Princeps super eum. ^b Venerunt ergo omnes maiores natu Israel ad Regem in Hebron, & iniit Dauid cum eis foedus ^c coram domino. Vnixeruntque eum Regem super Israel: iuxta sermonem domini quem locutus est in manu Samuel. Abiit quoque Dauid & omnis Israel in Ierusalem. Haec est ^c Iebus, vbi erant Iebusaei habitatores terrae. Dixeruntque qui habitabant in Iebus ad Dauid: Non ingredieris huc. ^d Porro Dauid cepit arcem Sion, quae est ciuitas Dauid. Dixitque: Omnis qui percusserit Iebusaeum in primis, erit princeps & ^e dux.] Ascendit igitur primus Ioab filius Saruiae, & factus est princeps. Habitauit autem Dauid in arce, & idcirco appellata est ciuitas Dauid. Aedificauitque urbem in circuitu a Mello vsque ad gyrum: Ioab autem reliqua urbis extruxit. ² Proficiebatque Dauid vadens & crescens:] & dominus exercituum erat cum eo. ¹ Hi principes virorum fortium Dauid, ³ qui adiuuerunt eum vt Rex fieret super omnem Israel,] iuxta verbum domini, quod locutus est ad Israel: & iste numerus robustorum Dauid: Iebaam filius Ahamoni, Princeps inter triginta. ⁴ Iste leuauit hastam suam super trecentos vulneratos vna vice. Et post eum Eleazar filius patruum eius Aboites: qui erat inter tres potentes. Iste fuit cum Dauid in ⁴ Phes Dammim,] quando Philistiim congregati sunt ad locum illum in praelium. Et erat ⁵ ager regionis illius plenus] hordeo: fugerantque populus a facie Philistinorum. ⁴ Hi steterunt in medio agri, & defenderunt eum. Cumque percussissent Philistaeos: dedit dominus salutem magnam populo suo. ¹ Descenderunt autem tres de triginta Principibus ad petram, in qua erat Dauid ad speluncam Odollam: quando Philistiim fuerant castrametati in valle Raphaim. Porro ² Dauid erat in praesidio, & statio Philistinorum in Bethlehem. ⁶ Desiderauit igitur Dauid aquam, & dixit:] O si quis daret mihi aquam de cisterna Bethlehem, quae est in porta. Tres ergo isti per media castra Philistinorum perrexerunt, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, quae erat in porta, & attulerunt ad Dauid ⁷ vt biberet. Qui noluit,] sed magis libauit illam domino, dicens: ⁸ Absit vt in conspectu dei mei hoc faciam:] & sanguinem virorum istorum bibam: ⁹ quia in periculo animarum suarum attulerunt mihi aquam. Et ob hanc causam noluit bibere. ⁹ Haec fecerunt tres robustissimi, Abisai quoque frater Ioab, ipse erat Princeps trium, & ipse leuauit hastam suam contra trecentos vulneratos, & ipse erat inter tres nominatissimus: ⁹ inter tres secundus, inclytus & Princeps eorum.] ⁹ Veruntamen vsque ad tres primos non peruenerat. Banaia filius Ioiadae, viri robustissimi, qui ¹⁰ multa opera perpetrarat de] Capsehel: ipse percussit duos ¹¹. Arihel] Moab. Et ipse descendit & interfecit leonem in media cisterna tempore niuis: & ipse percussit virum Aegyptium, cuius statura erat quin-

a. Hoc est, quidam principalis de singulis tribubus, super quas hucusque non regnauerat, qui videlicet propinqui illi secundum carnem Abisai, Isaac & Iacob. Diony super 5. ca. 2. lib. Regum.

b. Vnixeruntque eum Regem solenniter super populum Israel, quia ante fuerat inunctus per Samuel, sed sciret & vt habetur 1. Reg. 16. & per tribum Iuda. De Lyra. ibidem.]
* Hebron.

c. Quid diuersarum urbium alienigenas comemorem, quos populus Iudaeorum non quirit expellere de vrbibus & sedibus suis: cum ipsa metropolis tua prius Iebus, postea Salem, tertio Ierosolymis, & nunc Aelia, Iebusaeos expellere non valuerit, sed manserint eis in sanctum exemplumque uiciorum: in tantum vt tibi templum eius condidit sit vbi ara Orne fuerit Iebusaei Hieron. Dardano.

1. Caput.
2. Pergens itaque Dauid, pergens credebatur.
3. Et qui vna cum eo stauerunt regni cum vniuerso Israele, vt illum regem constituerent.

4. Pars Dammim.
5. Pars campi pleni.
6. Tres isti fuerunt Abisai filius Saule, & sub hoc Hai Vratites & Ionathan filius Samae fratris Dauid. Hi tres iruperunt castra Philistinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem: quam vix flagellis erudicus lemeripsum protinus cum periculo militum aquam desiderasse reprehendit, eamque domino fundens libauit. Angelo. 2. Reg. 23.
6. Et estuans Dauid desiderio, dicebat.

7. Sed noluit Dauid bibere est.
8. Prohibeat me deus meus ne faciam istud.
* In animabus eorum.

9. Hoc factum intelligitur de appropriatione aquae ipsi Dauid tam periculosa, quod fecerunt tres robustissimi, de quibus videtur intelligi, non de Abisai, De Lyra.]

9. Imo inter tres gloriosior erat duobus: fuit enim cordi caput.
10. Plura opera perpetravit q.

11. Fortis, mox.

† 2. Reg. 5. a. Anni ante christi 1072 Anni mundi 2190. Dauid. 2. lib. 2. an. 40.

† 2. Reg. 23. b

† 2. Reg. 23. b

que cubitorum: & habebat lanceam vt liciatorium textentium. Descendit igitur ad eum cum virga, & rapuit hastam quam tenebat manu, & interfecit eum hasta sua.

f. Iam dictum est quod Abisai fuit inter tres nominatissimos: quomodo ergo idem nunc dicitur de Banaia? Respondetur quod tres fortes primi ordinis, à duobus diuersimodè assignantur, prout 2. Reg. lib. dictum est vbi & huius solutio quaeritur quo tempore acciderit illa historia de altario ne aqua de cisterna Bethlehem quam beatus Gregorius dicit accidisse post adterium Dauid cum vxore Vria. Dio. lib. 12. in consiliu suum.

¶ Hæc fecit Banaia filius Ioiadæ, qui erat inter tres robustos nominatissimus, inter tringinta primus. Veruntamen ad tres vsque non peruenerat. Posuit autem eum Dauid¹² ad auriculam suam.]^g Porro fortissimi viri in exercitu, Afahel frater Ioab, & Eleanam filius patru eius de Bethléhem: Sammoth Arodites, Helles Pelonites, Iras filius Acces Thecutes, Abiézer Anathothites, Sobochai Vfarites, Ilai Abohites, Marai Netophatites, Heleth filius Baana Netophattites, Ethai filius Ribai de Gabaath filiorum Benjamin, Banaia Pharathonites, Hurai de torrente Gaas, Abiel Arbathites, Azmoth Bauranites, Eliaba Salabonites, filij Assen Gezonites, Ionathan filius Saia Ararithes, Abiã filius Sachar Ararithes, Eliphai filius Vr, Ephher Mecheratites, Ahia Phelionites,^h Ezro Carmelites, Naárai filius Azba, Iohel frater Nathan, Mibaar filius A garai, Selech Ammonites, Naárai Berothites armiger Ioab filij Saruia, Iras Iethræus, Gareb Iethræus, Vrias Hethræus, Zabad filius Ooli, Adina filius Siza Rubenites Princeps Rubenitarum, & cum eo triginta, Haanan filius Maacha, & Iosaphat Mathanites, Ozias Astharothites, Semma & Iahihel filij Hothan Araorites, Iedihel filius Zamri, & Ioha frater eius Thosaites, Helihel¹³ Mahumites,] & Ieribai, & Iosioa filij Elnaë, & Iethma Moabites, Elihel & Obeg, & Iasihel de Masobia.

13. Mahanimes.

Sequentes Dauid fugientem Saul, & qui venerunt ad eum in Hebron vbi constituerunt eum Regem.

XII.

1. Absconderetur propter.
2. Auxiliatores in prælio Erant que armati araubus iacentes dextrorsum & sinistrorsum lapides funda, & sagittas arcu. Erantque de fratribus.

3. Elhufai.

4. Hacothim.
5. In præsidium deseret.

a. Hoc est vultu audaces erant que terribiles hostibus per quod datur intelligi quod interior dispositio cordis eorum lucebat in vultu vt reuel. 19. d. Ex visu cognoscitur vir, & ab occurru faciei cognoscitur sensus. Dionysius. ibidem.
6. Persequabatur.
7. Septimo.

b. Hæc autem quæ de Gadditis hic dicuntur, videtur facta post mortem Saulis, cum Dauid viuentis Saulis non inueniret habuisse supra sexcentos milites. Dionysius.

c. Hi contulerant se filiis Iuda veniendo in adiutorium Dauid, vel quis pariter habitabat, vel ne Dauid de Iuda natus quid mali de Benjaminis suspicaretur contribulibus Saulis. Nec ideo immerito Dauid sibi timuerit ab illis ne in Saulis violationem ad eum venirent. Idem.

8. Arguat.
[d. Et dicunt Hebræi quod iste fuit Amasa vterque tamen fuit nepos Dauid, de duabus sororibus eius vt dictum fuit. 2. reg. 17. De lyra lib.]

9. In prælium, etiam si non ferrent eis opem.
[e. Illud secundum humanam consuetudinem dictum fuit, sed vt ait Chrysostomus, super Matth. Implacabilis est ira regis quam accipit contra eos a quibus regno priuari timet. Dionysius. Carth.]
f. Id est, aduersus Amalechitas, qui prædant subitviores eius, & eorum qui cum eo erant, vsque dum fieret cum eo grandis numerus us quasi exercitus dei. Hieronymus. ibidem.
o. Turmam.

I quoque venerunt ad Dauid in Siceleg, cum adhuc¹ fugeret] Saul filium^A Cis, qui erant fortissimi² & egregij pugnatore: tendentes arcum, & vtraque manu fundis saxa iacentes, & dirigentes sagittas. De fratribus] Saul ex Benjamin. Princeps Ahiezer & Ioas filij Samiaa Gabaathites: & Iasihel & Phalleth filij Asmoth: & Baracha & Iehu Anathothites. Samaias quoque Gabaonites, fortissimus inter triginta & super triginta: Ieremias, & Iezihel, & Iohannan, & Iezabad Gaderothites,³ & Elufai,] & Ierimuth, & Baalia, & Samiaia, & Saphatia Haruphites. Helcana, & Iesia, & Azrahel & Ioézer, & Iesbaan⁴ de Careim,] Ioela quoque, & Zabadia filij Ieroham de Gedor: ⁵ sed & de Gaddi transfugerunt ad Dauid⁶ cum lateret in deserto,] viri robustissimi & pugnatore optimi, tenentes clypeum & hastam. ⁷ Facies eorum quasi facies leonis, & veloces quasi capreae in montibus. Ezer Princeps, Obdias secundus, Eliab tertius, Masmana quartus, Ieremias quintus, Ethi sextus, Heliel septimus, Iohannan octauus, Helzebad nonus, Ieremias decimus, Macbanai vndecimus. Hi de filiis Gad Principes exercitus. Nouissimus centum — militibus] ⁸ præerat:] & maximus mille. Isti sunt qui transferunt Iordanem mense⁹ primo,] quando inundare consuevit super ripas suas, ¹⁰ & omnes fugauerunt qui morabantur in vallibus ad orientalem plagam & occidentalem. ¹¹ Venerunt autem & de Benjamin, & de Iuda ad præsidium, in quo morabatur Dauid. Egressusque est Dauid obuiam eis, & ait: Si pacificè venistis ad me, vt auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis: Si autem insidiimini mihi pro aduersariis meis, cum ego iniquitatem in manibus non habeam, videat deus patrum nostrorum & ¹² iudicet.] Spiritus verò & domini] induit¹³ Abisai principem inter triginta, & ait: Tui sumus o Dauid, & tecum fili Isai. Pax, pax tibi, & pax adiutoribus tuis: Te enim adiuet deus tuus. Suscepit ergo eos Dauid, & constituit Principes turmae. ¹⁴ Porro de Manasse transfugerunt ad Dauid, quando veniebat cum Philistiim vt aduersus Saul¹⁵ pugnaret, & non dimicauit cum eis,] ¹⁶ quia inuito consilio remiserunt eum Principes Philistinorum, dicentes: ¹⁷ Periculo capitis nostri reuertetur ad dominum suum Saul. Quando igitur reuersus est in Siceleg, transfugerunt ad eum de Manasse, Ednas, & Iosabab, & Iedihel, & Michahel, & Ednas, & Iosabath, & Heliu, & Salathi, Principes militum in Manasse. ¹⁸ Hi præbuerunt auxilium Dauid aduersus¹⁹ latrunculos.] Omnes enim erant viri fortissimi, & facti sunt Principes in exercitu. Sed & per singulos dies veniebant ad Dauid ad auxili-

alike Amisai.

† 2. Re. 16. b
† 1. Re. 29. b

liandum ei, vsque dum fieret grandis¹¹ numerus] quasi exercitus dei. ^f Iste quoque est numerus principum¹² exercitus,] qui venerunt ad Dauid cum esset in Hebron, vt transferrent regnum Saul ad eum, iuxta verbu[m] domini. Filij Iuda portantes clypeum & hastam, sex milia octingenti expediti ad praelium. De filiis Simeon virorum fortissimorum ad pugnandum, septem milia, centum. De filiis Leui, quatuor milia sexcenti¹³ Ioiada quoque Princeps de stirpe Aaron, & cum eo tria milia septingenti. Sadoch etiam puer¹⁴ egregie indolis,] domus patris eius, ^h Principes vigintiduo. De filiis autem Benjamin fratribus Saul, tria milia. Magna enim pars eorum¹⁵ adhuc sequebatur domum] Saul. Porro de filiis Ephraim, viginti milia octingenti, fortissimi robore, viri nominati in cognationibus suis. ^g Et ex dimidia tribu Manasse, & decem octo milia, singuli per nomina sua venerunt vt constituerent Regem Dauid. De filiis quoque Isachar, ⁱ viri eruditi, qui nouerant singula tempora ad precipiendum quid facere deberet Israel,] Principes ducenti. ¹⁶ Omnis autem reliqua tribus, eorum consilium sequebatur.] Porro de Zabulon qui egrediebantur ad praelium, & stabant in acie instructi¹⁷ armis] bellicis, quinquaginta milia, ¹⁸ venerunt in auxilium, non in] corde duplici. Et de Neptalim Principes mille, & cum eis instructi clypeo & hasta, triginta & septem milia. De Dan etiam preparati ad praelium, vigintiocto milia sexcenti. Et de Affer egredientes ad pugnam¹⁹ & in acie prouocantes,] quadraginta milia. ²⁰ Trans Iordanem autem de filiis Ruben & de Gad, & dimidia parte tribus Manasse, instructi armis bellicis, centum viginti milia. ²¹ Omnes isti viri bellatores, ²² expediti ad pugnandum] corde perfecto, venerunt in Hebron, vt constituerent Regem Dauid super vniuersum Israel, Sed & omnes reliqui ex Israel vno corde erant, vt Rex fieret Dauid: fueruntque ibi apud Dauid tribus diebus, comedentes & bibentes: Preparauerunt enim eis fratres sui. Sed & qui²³ iuxta eos Jerant vsque Isachar, & Zabulon, & Neptalim, afferebant panes in asinis, & camelis, & mulis, & bobus, ad vescendum, farinam, palatas, vnam passam, vinum, Oleum, boues arietes ad omnem copiam. Gaudium quippe erat in Israel.

Arca domini a reducitur Cariathiarim cum morte Oza in Domum Obed Aedom. XIII.

Nuit autem consilium Dauid cum tribunis & centurionibus, & vniuersis principibus, & ait ad omnem ceterum Israel, ^b Si placet vobis, & a domino deo nostro ¹ egredietur sermo quem loquor,] mittamus ad fratres nostros reliquos, in vniuersas regiones Israel, & ad sacerdotes & leuitas, qui habitant in suburbanis vrbium, vt congregentur ad nos, & reducamus arcam dei nostri ad nos. Non enim requisimus eam in diebus Saul. Et respondit vniuersa multitudo vt ita fieret. ² Placuerat enim sermo omni populo. Congregauit ergo Dauid cunctum Israel a³ Sihor Aegypti, vsque dum ingrediaris Emath, [†] vt adduceret arcam dei de Cariathiarim. Et ascendit Dauid & omnis vir Israel ad collem Cariathiarim, qui est in Iuda, vt afferret inde arcam domini dei sedentis super Cherubim, vbi inuocatum est nomen eius. Imposueruntque arcam dei super plaustrum nouum de domo Aminadab. Oza autem & fratres eius⁴ minabant plaustrum ⁵ Porro Dauid & vniuersus Israel ludebant coram³ deo] omni virtute: in canticis, & in citharis & [†] psalteriis,] & tympanis, cymbalis, & tubis. [†] Cum autem peruenissent ad[†] aream] ^d Chidon, tendit Oza manum suam vt sustentaret arcam, ⁶ bos quippe lasciuiens paululum inclinauerat eam.] Iratus est itaque dominus contra Ozam, & percussit eum, [†] eo quod tetigisset arcam, & ⁴ mortuus est ibi coram domino. ⁷ Contristatusque est Dauid, eo quod diuississet dominus Ozam, vocauitque locum illum diuisio Oza, vsque in presentem diem. Et timuit ^{*} deum tunc temporis, dicens: Quomodo possum ad me introducere arcam dei? Et ob hanc causam non adduxit eam ad se, hoc est, in ciuitatem Dauid: sed auertit in domum Obed Aedom Gethæi. Mansit ergo arca dei in domo Obed Aedom tribus mensibus, & benedixit dominus domui eius, & omnibus quæ habebat.

11. Exercitus.
12. Non est mirandum si de alijs quibus tribus alijs in sequentibus ponitur maior numerus venientium ad Dauid in Hebron: quia antequam Dauid veniret in Hebron, maior pars tribus Iudæ adhaererat ei. De Lyra.
13. Qui accincti erant ad militiam.
14. Hunc Ioiada quidam dicunt fuisse patrem Ianae: alij tradunt ipsam fuisse Phitones, ad cuius comparationem Sadoch puer vocatur. Hiero.
15. Fortis & bellicosus.
16. Quod vero dicitur principes cum eis venisse, intelligit sacerdotas vel saltem principes sacerdotum. Id.
17. Ad hoc vsque tempus obseruabant custodiam domus. Qui habebant cognitionem & intelligentiam temporum, scientes quid faciendum esset Israeli.
18. Arque omnes fratres eorum pendebant ab ore eorum.
19. Omnigenis instrumentis.
20. Patari ad bellum absque.

19. Et tenentes aciem belli.
20. Et hæc gesta sunt anno 7. regni eius in Hebron. Ex eo namque tempore illi regnasse dicunt in Hebron. Ex quo deuisis Amalechitis, de spoliis eorum misit dona senioribus Iudæ, his qui erant in Hebron, & his qui erant in Bethel, & reliquis qui erant in his locis in quibus commoratus fuerat Dauid, ipse & viri eius. Inde mortuo Saule viri Iuda vocauerunt eum in Hebron vt regnaret super eos. Hier. super 2. Reg. 5. 6.
21. Aciem belli tenentes.
22. Illis vicini.

12. Reg. 6. a.

1. Reg. 6. a.

1 Num. 4. b.

3. Quoniam Dauid sapientissimus esset & non iniuriose propterea prudentia quam consilium & auxilium ab inferioribus petere super rebus agendis. Dionys.
4. Dauidis regiminis describitur dispositio que quide[m] optima est quando incipit a inferioribus: quia quidam rex qui est in temporalibus est Dei vicarius, bene se habet erga Deum, Deus in agendis diligit eum. De Lyra.
5. Bonum videtur spergemus, &c. Sihor Aegypti fluitans est a Nilo derivatus, vt in Ieremia: Quid tibi ad viam Aegypti ve bibas aquas Sihor? & in Iosue: de Sihor qui est super faciem Aegypti, vsque ad terminos Accaron: Hiero. ibid.

3. Ditebant.
1. Arca dei.
4. Nablis.
5. Hortum.
6. Vbi erat Iosue quando dictum est illi: Leua clypeum contra Hai. Ios. 8. 4.
7. Calcitrabant enim boves.

d. Quia nec portauit arcam humeris suis, nec Chaaritis dedit portandam iuxta iussu[m] Aminadab. Hiero. Traditur enim iste locus esse vbi Iosue stabat, quando dictum est ei: Leua clypeum contra urbem Hai. Id. * Dauid.

*Dauid acceptis lignis ab Hiram pro construenda domo, duo bella in Philistæos
gessit.*

XIIII.

a. Tyriorū gens condita à Phœ-
nicibus fuit, qui terræ motu
vexati relicto patriæ solo, Assy-
riam flagrantissimo, mox mari
proximum litus incolere, cō-
dita ibi vrbe, quā à piscium
vbertate Sidonā appellauerūt.
Nam piscem Sidonem Phœni-
ces vocāt. Post multos deinde
annos à Rege Aſcaloniorū ex-
pugnari, nauibus appulsi Ty-
rum urbem ante annum Tro-
ianæ cladis condiderunt. Iusti.
lib. 13. Huius vrbis Hiram Rex
erat Dauidi contemporaneus
alter ab eo qui salomonē iussit
ad condendum templum da-
mini, quod 12. anno regni illius
posterioris Hiram cepitum esse
dicit Iosephus contra Appio-
nem. lib. 1.
* in sublime.
1. Propter.
[b. Diffamata euangelij gratia,
& regno Christi ubique prædi-
cato, gentes vniūque surrexe-
runt, contradicentes euange-
lio pacis. Glosa ordina. ibid.]



Missit quoque^a Hiram Rex Tyri nuntios ad Dauid, & ligna cedrina, & arti-
fices parietum, lignorumque, vt ædificarent ei domum. Cognouitque Da-
uid, eo quod confirmasset eum dominus in Regem super Israel, & suble-
uatum est regnum suum^{*1} super] populum eius Israel. Accepit quoque
Dauid alias vxores in Ierusalem, genuitque filios & filias. † Et hæc nomina eorum qui
nati sunt in Ierusalem: Sammuā, & Sobab, Nathan, & Salomon, Iebar, & Elisúa, &
Eliphálech, Noga quoque, & Napheg, & Iaphie, Elisama, & Baliada, & Elipháleth.
† Audiētes autem Philistiim quod vnctus esset Dauid in Regem super vniuersum Is-
rael, ascendunt omnes vt quærerent eum. Quod cum audisset Dauid, egressus est
obuiam eis. Porro Philistiim venientes, diffusi sunt in valle Rapháim. Consuluitque
Dauid dominum, dicens: Si ascendam ad Philistæos, & si trades eos in manu mea?
Et dixit ei dominus: Ascende, & tradam eos in manu tua. Cúmque illi ascendissent in
Baalpharaim, percussit eos ibi Dauid, & dixit: Diuisit deus inimicos meos per ma-
num meam, sicut diuiduntur aquæ, & idcirco vocatum est nomen loci illius Baalpha-
raim, dereliqueruntque ibi deos suos, quos Dauid iussit exuri. Alia etiam vice Philis-
tiim irruerunt, & diffusi sunt in valle. † Consuluitque rursum Dauid deum, & dixit
ei deus: Non ascendas post eos, recede ab eis, & venies] contra illos ex aduerso³ py-
rorum, Cúmque audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc egredieris
ad bellum. Egressus est enim deus ante te, vt percutiat castra Philistiim. Fecit ergo Da-
uid sicut præceperat ei deus, & percussit castra Philistinorum de Gabæon vsque Gá-
zera. Diuulgatumque est nomē Dauid in vniuersis regionibus, & dominus dedit pa-
uorem eius super omnes gentes.

*Deducitur arca Dei in Ierusalem cum triumpho & tripudio, iridente Michol filia
Saulis.*

XV.

a. Aliud nouum tabernaculū
fecit, quo istud quod à Moyse
factum fuerat in eremo, coope-
raretur Hier. ibid. Porro fecit Da-
uid tabernaculum iuxta domū
suam ad reponendam arcam,
& posuit in eo quosdam de ve-
teribus cortinis. Comelior. Ta-
bernaculum a ierem. Moysi ad-
huc mansit in excelso Gabæ,
vt infra. a. d. habetur. Dionys.
[b. Vt dirigerent Leuitas in ar-
ca deportatione. ita quod of-
fensio dei non veniret super
eos, quod postea subditur. De
Lyra. ibidem.



† Ecit quoque sibi domos in ciuitate Dauid, & ædificauit locum arcaē dei,
† et tenditque ei tabernaculum. Tunc dicit Dauid: Illicitum est vt^a à quo-
cunque] portetur arca dei nisi à Leuitis, quos elegit dominus ad portan-
dum eam, & ad ministrandum sibi vsque in æternum. Congregauitque
vniuersum Israel in Ierusalem, vt afferetur arca dei in locum suum, quem præpara-
uerat ei. † nec non & filios Aarō & Leuitas. De filiis Caath, Vrihel Princeps fuit, & fra-
tres eius centum viginti. De filiis Mirari, Aſaia princeps & fratres eius ducenti vigin-
ti de filiis Gerson, Iohel Princeps, & fratres eius centum triginta. De filiis Elisaphan,
Semeias Princeps, & fratres eius ducenti. De filiis Hebron, Elihel Princeps, & fratres
eius octoginta. De filiis Ozihel, Aminadab Princeps, & fratres eius centum duode-
cim³ Vocauitque Dauid Sadoch & Abiathar sacerdotes & Leuitas: Vrihel, Aſa-
iam, Iohel Semeiam, Elihel, & Aminadab, & dixit ad eos: Vos qui estis Principes fa-
miliarium Leuitarum, sanctificamini cum fratribus vestris, & afferte arcam domi-
ni dei Israel ad locum qui ei præparatus est, ne vt à principio quia non eratis præsen-
tes, percussit nos dominus, sic & nunc fiat illicitum quid nobis agentibus. † Sancti-
ficati sunt ergo sacerdotes & Leuitæ, vt portarent arcam domini dei Israel. † Et tulerunt
filij Leui arcam dei, sicut præceperat Moyses, iuxta verbū domini, humeris suis
in vectibus. Dixitque Dauid principibus Leuitarum, vt constituerent de fratribus suis
cantores in organis musicorum^c Nablis videlicet, & lyris, & cymbalis, vt resonaret
in excelsis sonitus lætitiæ. Constitueruntque Leuitas Heman filium Iohel, & de fra-
tribus eius Aſaph filium Barachia. † De filiis vero Merari, & fratribus eorum E-
than filium Chafaia, & cum eis fratres eorum. In secundo ordine, Zachariam, &
Ben, & Iazihel, & Semiramoth, & Iehihel, & Aniheliab, & Banaiam, Maasiam, &
Mathathiam, & Eliphalu, & Maceniam, & Obed Ædom, & Iehihel ianitores. Por-
ro cantores Heman, Aſaph, & Ethan, in cymbalis æneis concrepantes. Zacharias
autem

c. Hi sex principes Leuitarum
de genere Aaron, ceteris præ-
fati vtant Leuitis: cōſue ad
opera irromuebant & dirige-
bant, super quos tamen erant
faciedores Hierony. ibid.

a. Quoniā à principio non era-
tis, fecit d. minus deus noster
in nobis diuisionem, eo quod
non requisierimus eum sicut
oportebat.

[d. Consequenter describitur
deuota arca deportatio. scilicet,
cum laudibus diuinis, & sa-
crauentis, deponeret eam de lo-
co vbi erat in Gabæon. De Ly-
ra. ibid.]

e. Plurimum richæza est canō-
ra chorialis aptata, que cō ple-
stro percutitur. Nablum autē
habens duodecim sonos cum
digitis tangitur. Lyra denum
pro symphonia accipitur, sed
nunc pro musico sumitur in-
strumento, quod secundū quoti-
dā est species citharæ. Dionys.

A 2. Reg. 5. b.

† 2. Reg. 5. b.

† 2. Reg. 5. c. d.

c

b

a

A † Num. 4. a.

b.

B

† Sup. 13. d.

† Nu. 4. 2.

C

autem, & Ozihel, & Semiramoth, & Iahihel, & Ani, Eliab, & Maafias, & Banaias, in
²nablis arcana cantabant.] Porro Mathathias, & Eliphalu, & Macenias, & Obed Æ-
 dom, & Iehihel, & Ozaziū in citharis³ pro octaua canebant epinicion.] * Chonenias
 autem Princeps Leuitarum⁴ prophetiæ præerat, ad præcinendam melodiam.] Erat
 quippe valde sapiens. Et Barachias & Helcana, ianitores arcæ. Porro Sebenias, & Io-
 saphat, & Nathanael, & Amasai, & Zacharias, & Banaias, & Eliézer sacerdotes clan-
 gebant tubis coram arca dei: & Obed Ædom, & ^hIehiia erant ianitores arcæ. † Igi-
 tur Dauid & omnes maiores natu Israel, & tribuni ierunt ad deportandam arcam fœ-
 deris domini de domo Obed Ædom cum lætitia. Cùmque adiuuisset deus Leuitas,
 qui portabant arcam fœderis domini, immolabantur septem tauri, & septem arietes.
 Porro Dauid erat indutus⁵ stola byssina,] & vniuersi Leuitæ qui portabant arcam fœ-
 deris, cantorésque & Chonenias Princeps⁶ prophetiæ] inter cantores. Dauid autem
 indutus erat etiam Ephod lineo. Vniuersi⁷que Israel deducebant arcam fœderis do-
 mini in iubilo & sonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, & nablis, & citharis, concrepan-
 tes. Cùmque peruenisset arca fœderis domini vsque ad ciuitatem Dauid, Michol fi-
 lia Saul prospiciens per fenestram, vidit Regem Dauid saltantem, atque ludentem,
 & despexit eum in corde suo.

12. Reg. 6. c. D

Constituta arca in tabernaculo fœderis, constituuntur ministri, & coram arca consiten-
 tur domino. XVI.

11. Reg. 6. d. A

Et tulerunt igitur arcam dei, & constituerunt eam in medio tabernaculi,
 quod tetenderat ei Dauid, & obtulerunt holocausta & pacifica coram deo.
 Cùmque compleisset Dauid offerens holocausta & pacifica, ^abenedixit
 populo in nomine domini, & diuisit vniuersis per singulos à viro vsque
 ad mulierem, tortam panis, & ¹partem assæ carnis bubalæ: & frixam oleo similem.]
^bConstituitque coram arca domini de Leuitis qui ministrarent, & recordarentur o-
 perum eius, & glorificarent, atque laudarent dominum deum Israel: Afaph princi-
 pem, & secundum ²eius] Zachariam. Porro Iahihel, & Semiramoth, & Iehihel, &
 Mathathia, & Eliab, & Banaias, & Obed Ædom, Iehihel, super organa psalterij, & ly-
 ras. Afaph autem vt in cymbalis personaret. Banai verò, & Iahaziel sacerdotes, canere
 tuba iugiter coram arca fœderis domini. In illo die fecit Dauid Principem ad confi-
 tendum domino, ³Afaph & fratres] eius. † Confitemini domino, & inuocate nomen
^Beius, notas facite in populis ⁴adinuentiones] eius. ⁵Cantate ei & psallite ei, & narrate
 omnia mirabilia eius. Laudate nomen sanctum eius, lætetur cor quærentium domi-
 num. Querite dominum, & ⁶virtutem] eius: ^dquærite faciem eius semper. Recordamini
 mirabilem eius quæ fecit, signorum illius, & iudiciorum oris eius. Semen Israel
 serui eius, filij Iacob electi eius. Ipse dominus deus noster, in vniuersa terra iudicia e-
 ius. Recordamini in sempiternum pacti eius: sermonis quem præcepit in mille gene-
 rationes. Quem pepigit cum Abraham, & iuramenti illius cum Isaac. Et constituit il-
 lud ⁷Iacob in præceptum, & Isaac in pactum sempiternum, dicens: Tibi dabo ter-
 ram Chananaan, funiculum hæreditatis vestræ. Cum essent parui numero, ⁸pauci & co-
 loni eius.] Et transferunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum. Non
 dimisit quenquam calumniari eos, sed ⁷inrepaui pro eis] Reges. ⁹Nolite tangere
 Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. † Cantate domino omnis ter-
 ra, annunciate ex die in diem salutare eius. Narrate in gentibus gloriam eius, & in cum-
^Cctis populis mirabilia eius. ⁸Quia magnus dominus & laudabilis nimis, & horribilis
 super omnes deos. Omnes enim dij populorum ⁸Idola:] dominus autem cœlos fecit.
 Confessio & magnificentia coram eo, fortitudo & gaudiū in loco eius. † ^FAfferte
 domino familiæ populorum, afferte domino gloriam & imperium: date domino
 gloriam nomini eius. Leuate sacrificiū, & venite in conspectu eius, & adorare domi-
 num in ⁹decòre sancto.] Commoueat a facie eius omnis terra, ipse enim fundauit
 orbem immobilē. † Latentur cæli & exultet terra, & dicant in nationibus, dominus

11. di. c. 2. De confectio. dist. 1. c. 1.

11. di. c. 10. b. 11. di. a.

11. di. c. 9. a.

11. di. c. 9. a.

11. di. c. 18. a.

11. di. c. 9. b.

2. Super Alamoth (instrum-
 tum est musicum, de quo in ti-
 tulus psalmorum 9. & 45. & su-
 pra dictum est.
 3. Super octauam triumphales.
 * Pro victorias.
 4. In prophetia erat, erudienti
 in prophetia.
 5. Chonenias prophetia præ-
 erat ad præcinendam melodiam,
 quia ipse eis spiritu prophetie
 melodias & verba ad memora-
 riam renocabat. Hierony.
 h. Iehiia, Iehiel, is est de eu-
 ius progenie fuit Aziel prophes-
 tes qui in diebus Iosaphat pro-
 phetauit. Hiero.

5. Indumento lineo.

6. Vel cantus.

7. Cunctis exultantibus, & ad
 arcam introitum hymnis resonan-
 tibus sola Michol filia Saul ab-
 est. Imo in speculis Dauid hæc
 humilitatem despicit, quia cre-
 dentibus in fine ludæis, quidam
 Christum professione, Antis-
 christi sequuntur opere. Cito
 ordinaria.]

8. Hoc est, bona imprecatus est
 eis tanquam Rex & princeps
 eorū feruidi que amator, quā-
 uis benedictio talis proprie spe-
 ciet ad sacerdotes. Inde benedi-
 ctio sacerdotis quantæ stuerit
 ex hac, & benedictione
 Jacob liquecit Diony.
 1. Bonam partem carnis, atque
 lagenam vini
 b. Postea verò Dauid eum mi-
 nisteria domus domini amplia
 res, ianitores & cantores insti-
 tuit. dist. 21. cap. 1.
 2. Post eum.

3. Per manum Afaph & fratres.
 c. Alleluia in hoc psalmo prin-
 cipium sumpsit, quod qui ster-
 perantur, gloria deo creatori
 omnium, verū dicunt. Ad om-
 nes enim gentes imperat nuntiari
 gloriam eius, & enarrari
 omnia mirabilia eius. Quomodo
 ex virgine natus, quo veno
 & exemplo docuit, quomodo
 virtutes exercuit, quomodo in
 cruce pependit, quomodo mor-
 tuus, sepultus, resurrexit, &c. Ar-
 nobius in psal. 104.

4. Operationes.

5. Fortitudinem.

d. Per faciem dei deum ipsum
 circum loquitur, vel diuinam
 indicat custodiam ac protectio-
 nem erga homines, aut ipsum
 fortis vniuersum dei Filiū
 Christum intelligit, qui inco-
 mutabilis est imago dei patris
 & carader substantiæ eius: Eu-
 chymius. Psal. 104.
 * Ipse.

6. Et exigni, peregrinos in ea.

7. Corripit propter eos.

e. Tacum pro vexatione & ini-
 iuria accipe, iuxta id quod le-
 gimus: Nolite tangere Christos
 meos &c. Qui enim sanctos do-
 mini tergerit, sic est quasi ve-
 xare cupiat pupillam oculi eius
 & illum nitatur clara luce pri-
 uare. Hierony. super cap. a. Za-
 charia.

8. Sur et nihilum.

f. Titulus psal. 28. est in cõsum-
 matione tabernaculi Consum-
 matio autem tabernaculi finis
 mundi est in quo offerunt deo
 filij dei filios arietis. Anobius,
 Psal. 28.
 9. Magnificencia sanctiatis,

eg. Inductur autem ista in-
sensibilia ad Dei laudem in ec-
clio quia sunt hominibus ma-
teria diuine laudis, in quantum
quicquid est pulchritudinis &
bonitatis in eis reducendum
est in gloriam conditoris.]
10. Exultabunt arbores syluæ.
11. Triphemus in laude tua.
12. Hoc est, ab eterno usque in
æternum: quia sine fine lauda-
bitur ab eis, de quibus dicitur:
Beati qui habitant in domo tua
domine, in secula seculorum lau-
dabunt te. Propter in Psal. 105.
12. In his que singulis diebus
erant facienda.

1. Hic Gabaon quidam locum
quendam arbitrantur esse in
Ierusalem: ubi à Dauid taber-
naculum fœderis, & arca testa-
menti domini collocata sunt.
Hierony ibidem.
13. Erantque cum eis.
14. Et reliqui electi, quorum
nomina sunt expressa.

regnauit: ⁵Tonet mare, & plenitudo eius: exultent agri, & omnia quæ in eis sunt. Túc
¹⁰laudabunt ligna saltus] coram domino, quia venit iudicare terram. Confitemini
domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius. Et dicite: salua nos
deus saluator noster, & congrega nos, & erue de gentibus, vt cõfiteamur nomini san-
cto tuo, & ¹¹exultemus in carminibus tuis.] ⁸Benedictus dominus deus Israel ^h ab æ-
terno vsque in æternum, & dicat omnis populus amen, & hymnum deo. Dereliquit
itaque ibi coram arca fœderis domini, Asaph & fratres eius, vt ministrarent in consp-
ectu arca iugiter, ¹²per singulos dies, & vices suas.] Porro Obed Ædom & fratres
eius sexaginta octo, & Obed Ædom filium Idithun, & Oza, constituit ianitores. Sa-
doch autem sacerdotem, & fratres eius sacerdotes, coram tabernaculo domini in ex-
celso, quod erat in ¹Gabaon: vt offerrent holocausta domino super altare holocau-
stomatis iugiter, mane & vespere, iuxta omnia quæ scripta sunt in lege domini, quam
præcepit Israeli. ¹³Et post eum:] Heman, & Idithun, & ¹⁴reliquos electos, vnumquen-
que vocabulo suo] ad confitendũ domino, quoniam in æternum misericordia eius.
Heman quoque & Idithun canentes tuba, & quatientes cymbala, & omnia musicorũ
organa ad canendum domino. Filios autem Idithun fecit esse portarios. Reuersusque
est omnis populus in domum suam, & Dauid, vt benediceret etiam domui suæ.

Prohibetur Dauid construere templum domino per Nathan prophetam. XVII.



† Vm autem habitaret Dauid in domo sua, dixit ad Nathan prophetam: A † 1. Reg. 7. 13.

1. Cortinis.

2. Hoc enim Nathan ex se &
non ex sermone domini dixit.
prius enim interrogare deum
debet. Hic enim demonstra-
tur quod spiritus prophetie
prophetarum mentes non sem-
per irradiat, quia sicut de spiri-
tu sancto scriptum est. Io. 3. Spi-
ritus vbivult spirat. Hinc est et-
iam quod Elifaus cũ sentem
multicem cerneret, causamque
nesciret, ad puerum hanc pro-
hibentem dixit. Dimicte eam,
quia anima eius in amaritudi-
ne est, & dominus celauit me,
& n. v. indicauit mihi. Ang-
lo super 7. cap. 2. lib. Regum.

3. Dicendum quod quilibet
dux Israel fuit de aliqua tri-
bu Israel, vt patet ex decursu
libri iudicum, & tunc tempo-
ris quilibet eorum in sua tribu
erat dux principalis. De Ly: a.
ibidem.]

4. Hanc promissionem qui pu-
tat in Salomone completã, er-
rat. Attendat quod dictum est:
Hic edificabit mihi domum,
quia Salomon nobile templũ
exeruit, & non attendit quod
dicitur, fidelis erit domus eius
&c. August. in Glos. ordina.]

5. Sed hæc vt Iudei non intel-
ligerent, illa fuit causa, quod Sa-
lomon filius Dauid deo templũ
edificauit, & ciuitatem, quam
de suo nomine Ierosolymam
nuncupauit. Itaque ad ipsum
que dicta sunt à propheta, retu-
lerunt. Iacob. lib. 4. cap. 3.
2. Quod me fecisti venire vt
que hæc.

3. In longinquum.

4. Aspexit me iuxta præstan-
tiam hominis alicuius magni.
Nam & hoc est speciale do-
mini dei scire beneficia eius:
similiter futurũ prænoscere.
Propter quod loquitur Paulus:
Non spiritum huius mundi ac-
cepimus, sed spiritum qui ex deo
est, vt sciamus que à deo dona-
ta sunt nobis. Dionysius in 2.
Reg. 7.

5. Pones tibi nomen magni-
ficum atque terribile, et cetero.

Ecce ego habito in domo cedrina, arca autem fœderis domini sub ¹pellibus] est. ^aEt ait Nathan ad Dauid: Omnia quæ in corde tuo sunt, fac. Do-
minus enim tecum est. Igitur nocte illa factus est sermo domini ad Na-
than, dicens: Vade & loquere Dauid seruo meo: Hæc dicit dominus: [†] Non ædifica-
bis tu mihi domum ad habitandum. Neque enim mās in domo ex eo tempore, quo
eduxi Israel de terra Ægypti vsque ad diem hanc: sed fui semper mutans loca taber-
naculi, & in tentorio manens cum omni Israel. Nunquid locutus sum saltem vni iu-
dicum Israel quibus præceperam, vt pascerent populum meum, & dixi: quare non
ædificasti mihi domum cedrinam? Nunc itaque sic loqueris ad seruum meum Da-
uid: Hæc dicit dominus exercituum: ⁸Ego tuli te cum in pascuis sequeris gregem, ⁹
vt esses ^bDux populi mei Israel: & fui tecum quocumque perrexisti, & interfeci omnes
inimicos tuos coram te, fecique tibi nomen quasi vnus magnorum, qui celebrantur
in terra. Et dedi locum populo meo Israel. Plantabitur, & habitabit in eo, & vltra non
commouebitur: nec filij iniquitatis atterent eos, sicut à principio, ex diebus quibus
dedi iudices populo meo Israel, & humiliavi vniuersos inimicos tuos. Annuntio
ergo tibi, quod ædificaturus sit tibi dominus domũ. ^c Cũque impleueris dies tuos,
vt vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te, quod erit de filiis tuis, & sta-
bilitatem regnum eius. [†] Ipse ædificabit mihi domum, & firmabo solum eius vsque
^d in æternum. [†] Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, ² & misericordiam
meam non auferam ab eo, sicut abstuli ab eo qui ante te fuit. ⁵ Et statuam eum in
domo mea, & in regno meo vsque in sempiternum: & thronus eius erit firmissimus
in perpetuum. Iuxta omnia verba hæc: & iuxta vniuersam visionem istam, sic locu-
tus est Nathan ad Dauid. Cũque venisset Rex Dauid, & sedisset coram domino,
dixit: Quis ego sum domine deus? & quæ domus mea, vt præstares mihi talia? Sed &
hoc parum visum est in conspectu tuo. Ideoque locutus es super domum serui tui
³ etiam in futurum,] & ⁴ fecisti me spectabilem super omnes homines.] Domine
deus meus, quid vltra addere potest Dauid, cum ita glorificaueris seruum tuum, &
cognoueris eum? Domine propter famulum tuum iuxta cor tuum fecisti omnem
magnificentiam hanc, & nota esse voluisti vniuersa magnalia. Domine non est similis
tui, & nõ est alius deus absque te, ex omnibus quos audiimus auribus nostris. ⁶ Quis
enim est alius, vt populus tuus Israel, gens vna in terra, ad quã perrexit deus, vt libera-
ret & faceret populum sibi, & magnitudine sua atque terroribus eiiceret] nationes à fa-
cie eius

† Infr. 10. 4.

† Infr. 13. 5.
† Infr. 10. 4.

cie eius quem de Ægypto⁶ liberarat:] Et posuisti populum tuum Israel tibi in populum vsque in æternum:& tu domine factus es deus eius. Nunc igitur domine, sermo quem locutus es⁷ famulo tuo,] & super domum eius, cõfirmetur in perpetuum, & fac sicut locutus es: permaneâtque⁸ &] magnificetur nomen tuum vsque in sempiternũ, & dicatur, dominus exercituum deus Israel,* & domus Dauid serui eius permanens coram eo. Tu enim domine deus meus^d reuelasti auriculam serui tui, vt ædificares ei domum, & idcirco inuenit seruus tuus fiduciam, vt oret coram te: Nunc ergo domine, tu es deus, & locutus es ad seruum tuum tanta beneficia,⁹ & cõpisti] benedicere domui serui tui, vt sit semper coram te. Te enim domine benedicente, benedicta erit in perpetuum.

6. Liberasti.

7. Super seruo tuo.

8. Vt.

*Deus est Israelis.

d. Hoc est, auri⁹ meis per Nathan prophetam denunciasse voluntatem tuam super domum ædificanda. Dionys.

9. Nunc igitur placeat tibi.

Prælia Dauid & tributam gentes atque officiarj eius.

XVIII.

† 1. Reg. 3. a. A

Actum est autem post hæc, vt percuteret Dauid Philistiim, & humiliaret eos, & tolleret Geth, & ^a filias eius de manu Philistiim: percuteretque Moab, & fierent Moabitæ serui Dauid, offerentes ei munera. Eo tempore percussit Dauid etiam ¹ Adadézer Regem Soba, ² regionis Hemath,] quando perrexit, vt dilataret imperium suum vsque ad flumẽ Euphraten. Cõpiti ergo Dauid mille quadrigas eius, & septem milia equitum, ac viginti milia virorum peditem. Subneruauitque omnes equos curruum, ³ exceptis centum quadrigis quas seruaui sibi. ⁴ Superuenit autem & Syrus Damascenus, vt auxilium præberet Adadézer Regi Soba. Sed & huius percussit Dauid vigintiduo milia virorum. Et ⁵ posuit milites in Damasco: vt Syria quoque seruiret sibi & offeret] munera. Adiuuítque dominus eum in cunctis ad quæ perrexit. Tulit quoque Dauid⁶ pharetras aureas quas] habuerant serui Adadézer, & attulit⁷ eas] in Ierusalem: nec non de Thebath & Chun vrbibus Adadézer aris plurimum, de quo fecit Salomon mare æneum, & columnas ⁸ & vasa ænea. Quod cum audisset Thou Rex ⁹ Hemath ¹⁰ percussisse videlicet Dauid omnem exercitum Adadézer Regis Soba, ¹¹ misit Adoram filium suum ad Regem Dauid, vt postularet ab eo pacem, & congratularetur ei, eo quod percussisset, & expugnasset Adadézer. Aduersarius quippe erat Thou Adadézer. Sed & omnia vasa aurea & argentea & ænea consecrauit Dauid Rex domino, cum argento & auro quod tulerat ex vniuersis gentibus, tam de Idumæa, & Moab, & filiis Ammon, quam de Philistiim & ¹² Amalech,] ¹³ Abisai verò filius Saruiæ percussit Ædom in valle Salinarum, ¹⁴ decem & octo milia, & constituit in Ædom præsidium, vt seruiret Idumæa Dauid, Saluauitque dominus Dauid in cunctis ad quæ perrexit. Regnavit ergo Dauid super vniuersum Israel, & faciebat iudicium atque iustitiam cuncto populo suo. Porro Ioab filius Saruiæ erat super exercitum, & Iosaphat filius Ahiluth ¹⁵ a commentariis. Sadoch autẽ filius Achitob, & Abimélech filius Abiathar sacerdotes, & Susa scriba. Banaias quoque filius Ioiadæ super legiones Cerethi & Phelethi. Porro ¹⁶ filij Dauid primi ad manum Regis.

a. In lib. 2. Reg. 3. dicitur: Et tulit Dauid frenũ tributũ de manu Philistiim quod idẽ est dicere, tulit Geth metropolim & filias eius, reliquas videlicet ciuitates Philistiim. Frenum autem tributũ quinque ciuitates Philistiim erant quæ sepius Israel sibi tributariũ faciebant quas eis tulit Dauid, & fecit sibi tributarias. Angelomus.

1. Adadézer, & iustia.

2. In Hemath.

3. Et residuos fecit ex eis centũ currus.

4. Sui egit Dauid Syriam Damalci, factique sunt Syri serui Dauid pendentes.

5. Clypeos aureos, quos.

6. Hos.

b. Hemath dici parat Hieronymus eam partẽ Syriæ quæ Ciliciam attingit, quæ Antiochia illa magna dicitur, in quarta parte syriæ quæ Roob dicitur.

c. Thou interpretatur error eorum, quia filium suum in dolo ad Dauid mitebat, idcirco nominis immutatio facta est. Hieronymus ibid.

7. Amalech.

d. Multi enim errore decepti duodecim milia habent, eo quod in Psal. scribitur: duodecim milia sed illic duodecim milia Iob occidit: perhibetur hic decem & octo milia Abisai: & propter regalis nominis dignitatem, Dauid victoria adscribitur Hieronymus.

e. Commentatores, qui ad honoris rebus & causis, eas Regi ad memoriam referebant. Idẽ, f. Filij Dauid erant ad officia regia, quæ erant. Primus vt esset super omnes maiores regni, qui Regi assidebant. Secundum super Zanedrim quod erat collegium sacerdotum & doctorum legis Tertium vt dõmus Regis debite regeretur. Io. Annus super Philonem.

a. Contra quem primo Saul pugnavit in labe Gataad & vicis 1. Reg. 11

1. Misericordiam.

2. Honorat patrem tuũ in presentia tua, pro eo quod.

3. Tollens seruos Dauid, eos.

b. Vnde colligitur eos decalugos fuisse, & barbas raras eos habuisse, & vestimenta auro & sero præfata. Hiero.

Hanon Ammonita seruis Dauid contumelia affectis à Davide inuaditur, & cum auxiliariis suis vincitur.

XIX.

† 2. Reg. 3. a. A

Accidit autem, vt moreretur ¹ Naas Rex filiorum Ammon, & regnaret Hanon filius eius pro eo. Dixitque Dauid: Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas Præstitit enim mihi pater eius² gratiam. ³ Misitque Dauid nuntios, ad consolandum eum super morte patris sui. Qui cum peruenissent in terram filiorum Ammon, vt consolarentur Hanon, dixerunt Principes filiorum Ammon ad Hanon: Tu forsitan putas quod Dauid ⁴ honoris causa in patrem tuum,] miserit qui consolarentur te: nec animaduertis, quod vt explorent, & inuestigent, & scrutentur terrã tuam, venerint ad te serui eius. Igitur Hanon⁵ pueros Dauid⁶ decaluauit] & rasit: & præcidit tunicas eorũ à natibus vsque ad pedes, & dimisit ⁷ eos. ⁸ Qui cũ abissent, & hoc mandassent Dauid, misit in occursum eorum, (Grandẽ

enim contumeliam sustinuerunt) & præcepit vt manerent in Iericho, donec cresceret barba & capilli eorum, & tunc reuenterentur. ^cVidentes autem filij Ammō, quòd iniuriam fecissent] Dauid, tam Hanon quàm reliquus populus, miserunt mille talenta argenti, vt conducerent sibi de Mesopotamia, & de Syria, Maacha, & de Soba currus & equites. Conduxeruntque trigintaduo milia curruum, & ^d regem Maacha, cum populo eius. Qui cum venissent, castrametati sunt è regione Medaba. Filij quoque Ammon congregati de vrbibus suis, venerunt ad bellum. Quod cum audisset Dauid, misit Ioab, & omnem exercitum virorum fortium. ^eEgressisque filij Ammon direxerunt aciem iuxta portam ciuitatis Reges autem qui ad auxilium eius venerant separatim in agro steterunt. Igitur Ioab intelligens ^f bellum ex aduerso, & post tergum contra se fieri:] elegit viros fortissimos de vniuerso Israel, & perrexit contra Syrum. Reliquam autem partem populi dedit sub manu Abisai fratris sui, & perrexerunt contra filios Ammon. Dixitque: Si vicerit me Syrus, auxilio eris mihi, si autem superauerint te filij Ammon, ero tibi in præsidium. ^g Confortare & ^h agamus viriliter] pro populo nostro, & pro vrbibus dei nostri. Dominus autem quod in conspectu suo bonum est, faciat. Perrexit ergo Ioab & populus qui cum eo erat, contra Syrum ad prælium, & fugauit eos. ⁱ Porro filij Ammon videntes quòd fugisset Syrus, ipsi quoque fugerunt Abisai fratrem eius: & ingressi sunt ciuitatem. Reuersusque est etiam Ioab in Ierusalem. Videns autem Syrus quòd cecidisset coram Israel, misit nuntios, & adduxit Syrum qui erat trans fluuium. ^k Sopher autem princeps militiæ Adadézer erat dux eorum. Quod cum annunciatum esset Dauid, congregauit vniuersum Israel, & transiit Iordanem: irruitque in eos, & direxit ex aduerso aciem, illis contra pugnantibus. Fugit autem Syrus ^l Israel, & interfecit Dauid de Syris septem millia curruum, & quadraginta millia peditum, & ^m Sopher exercitus principem. Videntes autem serui Adadézer se ab Israel esse superatos, ⁿ transfugerunt ad Dauid,] & seruiuerunt ei, noluitque vltra Syria auxilium præbere filiis Ammon.

Dauid contra Ammon & Philistæos.

XX.

^a Hi Reges possunt intelligi qui precedente anno à Ioab & fratre suo victi fuerant, & tunc rursus contra Dauid procedebant: Rex Ammō, & Rex Robob, Ithob, & Soba, & Maacha Reges Syriæ conducti mercede à Rege Moab vt pugnarent contra Dauid.

^b Melchom idolum Ammonitarum, de quo etiam in 2. li. Regum, & in Sophonia. Et interpretatur Rex eorum. De simulachro enim illius idoli tulit Dauid diademam. Illicitum autem erat Iudæis de idolis aliquid appetere auri vel argenti per legem, sed vt ipsi tradunt Ethai Iethæus qui de gète Philistinorum ad Dauid venerat, ipse diademam diripuit de capite Melchom, vt liceret Hebræis de manu hominis capere, quod de capite idoli non licebat. Hiero. ibid.

¹ Regis eorum.
² Discepsit fetra & castris ferreis & ferratilibus.
³ Elhanan filius Iair Lahmi.
⁴ Probis afficiebat.

^e Qui & Nathan propheta, qui duos fratres habuit Ioel & Ionadab.

^a Scribitur 2 Reg. 24. Addidit furor domini israel contra Israel, & omni tempore Dauid in eis, & c. Furor domini videtur quod hic exponere dicitur: confortavit Sathan a Iesusus Israel, & incitauit Dauid, & c. Comestor. Quid in hoc factum. Aliud demonstratur, nisi quia sic pro qualitatibus subditorum disponuntur acta regentium, vt sepe pro malo gregis vitam viri boni delinquant in vita pastoris Eucher. 2. Reg. 24.



[†] Actum est autem post anni circulum, eo tempore quo solent ^a Reges ad bella procedere, congregauit Ioab exercitum, & robur militiæ: & vastauit terram filiorum Ammon. Perrexitque & obsedit Rabba. Porro Dauid manebat in Ierusalem quando Ioab percussit Rabba, & destruxit eam [†] Tulit autem Dauid coronam ^b Melchom] de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentum, & preciosissimas gemmas, fecitque sibi inde diademam. Manubias quoque vrbis plurimas tulit. Populum autem qui erat in ea, eduxit: & ^c fecit super eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta transire: ita vt dissecarentur, & contererentur.] Sic fecit Dauid cunctis vrbibus filiorum Ammon, & reuersus est cum omni populo suo in Ierusalem. [†] Post hæc initum est bellum in Gazer aduersum Philistæos, in quo percussit Sobochai V sathites Saphai de genere Raphaim, & humiliavit eos. Aliud quoque bellum gestum est aduersum Philistæos, in quo percussit ^d Adeodatus filius Saltus Bethlemites,] fratrem Goliath Gethæ: cuius hastæ lignum erat quasi licitorium textentium. ^e Sed & aliud bellum accidit in Geth, in quo fuit homo longissimus, fenos habens digitos, id est, simul vigintiquatuor: qui & ipse de Raphaim fuerat stirpe generatus. Hic [†] blasphemauit] Israel, & percussit eum ^f Ionathan filius Samaa fratris Dauid. Hi sunt filij Raphaim in Geth, qui ceciderunt in manu Dauid, & seruatorum eius.

Dauid populum numerando deum offendens percutitur peste, donec deum placaret oratione, & altare erigeret in area Ornan Iebusæi.

XXI.



[†] Onsurrexit autem Sathan contra Israel, & incitauit Dauid vt numeraret Israel. Dixitque Dauid ad Ioab & ad Principes populi: Ite, & numerate Israel à Bersabee vsque Dan, & afferte mihi numerum vt sciam. Responditque Ioab: Augeat dominus populum suum centuplum quàm sunt. Nonne domine mi

† 2. Reg. 24. 2.

4. Re. 14. 2.
& 24. b.

mi Rex, omnes serui tui sunt? Quare hoc querit dominus meus, quod in peccatum reputetur Israeli? Sed sermo Regis magis preualuit. Egressusque est Ioab & circuiuit vniuersum Israel, & reuersus est Ierusalem. Deditque Dauid numerum eorum quos circuierat, & inuentus est omnis numerus Israel mille milia, & centum milia virorum educentium gladium. De Iuda autem quadringenta septuaginta milia bellatorum. Nam Leti & Benjamin non numerauit, eo quod Ioab inuitus exequeretur Regis imperium. Displicuit autem deo quod iustum erat, & percussit Israel. Dixitque Dauid ad deum: peccaui nimis, vt hoc facerem. Obsecro aufer iniquitatem serui tui, quia insipienter egi. Et locutus est dominus ad Gad videntem Dauid, dicens: Vade, & loquere ad Dauid, & dic ei: Hæc dicit dominus: Trium tibi optionem do, vnum quod volueris elige, vt faciam tibi. Cumque venisset Gad ad Dauid, dixit ei: Hæc dicit dominus: Elige quod volueris. Aut tribus annis pestilentiam, aut tribus mensibus te fugere hostes tuos, & gladium eorum non posse euadere: aut tribus diebus gladium domini, & mortem versari in terra, & angelum domini interficere in vniuersis finibus Israel. Nunc igitur vide quid respondeam ei qui misit me. Et dixit Dauid ad Gad: Ex omni parte me angustia premunt. Sed melius mihi est vt incidam in manus domini, quia multæ sunt miserationes eius, quam in manus hominum. Misit ergo dominus pestilentiam in Israel, & ceciderunt de Israel septuaginta milia virorum. Misit quoque angelum in Ierusalem vt percuteret eam. Cumque percuteretur, vidit dominus, & misertus est super magnitudine mali, & imperauit angelo qui percutiebat: Sufficit, iam cesset manus tua. Porro angelus domini stabat iuxta aream Ornan Iebusæ: leuansque Dauid oculos suos, vidit angelum domini stantem inter cælum & terram, & euaginatam gladium in manu eius, & versum contra Ierusalem, & ceciderunt tam ipse quam maiores natu vestiti ciliciis, proni in terram. Dixitque Dauid ad deum: Nonne ego sum, qui iussi vt numeraretur populus? Ego qui peccaui, ego qui malum feci. Iste grex quid commeruit? Domine deus meus vertatur obsecro manus tua in me, & in domum patris mei, populus autem tuus non percutiatur. Angelus autem domini præcepit Gad, vt diceret Dauid, vt ascenderet, extrueretque altare domino deo in area Ornan Iebusæ. Ascendit ergo Dauid iuxta sermonem Gad, quem locutus ei fuerat ex nomine domini. Porro Ornan cum suspexisset, & vidisset angelum, quatuorque filij eius cum eo, absconderunt se. Nam eo tempore terebat in area triticum. Igitur cum veniret Dauid ad Ornan, conspexit eum Ornan: & processit ei obuiam de area, & adorauit eum pronus in terram. Dixitque ei Dauid: Da mihi locum areæ tuæ, vt ædificem in ea altare domino, ita vt quantum valet argenti accipias, & cesset plaga a populo. Dixit autem Ornan ad Dauid: Tolle, & faciat dominus meus Rex quodcunque ei placet. Sed & boues do in holocaustum, & tribulas in ligna, & triticum in sacrificium, omnia libens præbebo. Dixitque ei Rex Dauid: Nequaquam ita fiet, sed argentum dabo quantum valet. Neque enim tibi auferre debeo, & sic auferre domino holocausta gratuita. Dedit ergo Dauid Ornan pro loco siclos auri iustissimi ponderis sexcentos, & ædificauit ibi altare domino, obrulitque holocausta & pacifica, & inuocauit deum, & exaudiuit eum in igne de cælo super altare holocausti. Præcepitque dominus angelo, & conuertit gladium suum in vaginam. Protinus ergo Dauid videns, quod exaudisset eum dominus in area Ornan Iebusæ, immolauit ibi victimas. Tabernaculum autem domini quod fecerat Moyses in deserto, & altare holocaustorum ea tempestate erat in excelso Gabaon, & non præualuit Dauid ire ad altare, vt ibi obsecraret deum. Nimio enim fuerat timore perterritus, videns gladium angeli domini.

1. Re. 24. 6.
1. Re. 1. 6. E.
dicitur, item
Dauid.

1. b. Afferunt autem Hebræi hunc numerum ab Ioab inuentum esse, sed scriptores voluisse ostendere, nisi quantum in Samuclis libris scribitur, in quantum eadi suspensum continentur. Glosa ordin. lib. 1. Ipsi Ioab abominabile videbatur verbum Regis.
c. Ergo qui penitentiam agit, offerre se debet ad penam, vt hic puniatur à domino, non ad supplicia æterna seruetur: nec expectare tempus, sed occurrere diuine indignationi. Vide facta Dauid precibus concurre. Offenderat dominum, quia numerari iussit populum. Confectione præuenit dei iudicium peccatis se valde, & nimis stulte fecisse commemorans: non quasi adiuuaret ablitum, sed quasi vrgeret mortem, ne diutius commotionem desisteret ostent. Peccaui, inquit, valde, quoniam hoc verbum feci, &c. Ambro. in Psal. 37.
2. Quoniam stultus in dno sum nimis.
3. Tria ego extendo super te.
4. Famen.
5. Extermineris à facie hostium tuorum, apprehendatque te gladius eorum.
6. Cadam huius.
7. Non cadam autem.
8. Cur vindictam populus Dauid peccante suscepit? Quia videlicet secundum meritum plebis disponitur corda rectorum. Iustus vero iudex peccantis vitium ex ipsorum animaduersione corripuit, ex quo quæstio peccauit. Eucher. 2. Reg. 24.
9. Ad gratitudinem in ea.
e. Vide autem quia quando vult dominus ignoscere, dat gratiam & fiduciam deprecandi. Et vidit Dauid ferentem angelum, & dixit: Ego sum qui peccaui: & ego pastor male feci: & isti in hoc grege quid fecerunt? Ambro. in Psal. 37.
10. Saccis in facies suis.
f. Sed quia ipse voluntate sua superbiens à culpa alicuius non fuit, vindictam culpæ etiam sibi se suscepit. Nam ita senties que corporaliter populum percutit rectorem quoque populi intimo cordis dolore prostrauit. Certum vero est, quod ita sibi iniucem & rectorum merita connectantur, & plebis, vt sepe ex culpa pastoris deterior fiat culpa plebis: & sepe ex merito plebis mutetur vita pastorum. Eucher. 2. Reg. 24.
11. Non autem in populo tuo, vt plagam ferat.
g. Ornan, qui apud Iosephum Orphan, & lib. 2. Reg. 24. Arcum dicitur, mons est Moria vt dicitur Hebræi, in quo Abraham voluit immolare filium suum, loco cuius, ait et immolauit Comestor.
12. Accipe pro te.
13. Emendo etiam pro plena pecunia.
h. Ea tempestate tabernaculum & altare quod fecerat Moyses in deserto, erant in excelso Gabaon, licet arca esset in Ierusalem ibid.
13. Consulere.

Materia ad constructionem templi queritur, quod iniunxit Dauid Salomoni, principes
hortando in adiutorium eius. XXXI

d. Dauid autem cum animaduertisset se exaudivit, & gratum fuisse sacrificium, decrevit totum illum locum altare universi populi appellare, & deo templum ibi exedificare: quia eius vocem deus in futuro ratam esse voluit. Mox enim propheta ad eum misso, illic templum extruendum prædixit a filio, quem regni successorem esset iudicaturus Ioseph. Antiq. Iuda li. 7. ca. 33.

1. Copiam aeris cuius non erat pondus.

2. Quæ habeat nomen magnificum, excellent, & gloriosum in cunctis terris.

[b. Hoc est, de omnibus aliis: quia Salomon multas addidit, sicut dicitur. Omne animal fuit in arca Noe, quia de singulis speciebus fuerit aliqua indidua. De Lyra.]

3. Disposuit plurima.

c. Hanc tam grandem promissionem qui punit in Salomone completam, multum erat. Attendit enim quod dictum est, hic ædificabit mihi domum quoniam Salomon templum illud nobile stuxit & non attendit: fidelis erit domus eius, & regnum eius in æternum coram me Euchæ.

4. Dabo enim ei quietem.

5. Salomon.

6. In.

[d. Ex hoc enim quod aliquis ponit diligenti ad obedientiam Deo, dicitur dignus de congruo, ut deus dirigat eum in operibus. De Lyra. ibid.]

7. De tibi præcepta ad Israel, ut custodiat.

e. Talentum tripliciter esse ponderis dicitur. Minimum, librum 50. medium, librum 72. summum, librum 120. Keda super a. lib. Etd. c. p. 9.

8. Est enim plurimum.

9. Quibus tu adire poteris.

* Qui exequantur opus.

10. Plurimos qui industrij sunt ad omne opus. Auri & argenti, æris & ferri.

11. In manu mea habitatores terræ.

f. Querentibus deum omnia elementa ministrant. Chryso. super a. cap. Matth.



Dixitque Dauid. Hæc est domus dei, & hoc altare in holocaustum Israel. Et præcepit ut congregarentur omnes profelyti de terra Israel, & constituit ex eis latomos ad cædendos lapides & poliendos, ut ædificaretur domus dei. Ferrum quoque plurimum ad clauos ianuarum, & commissuras atque iuncturas præparavit Dauid, & æris pondus innumerabile. Ligna quoque cedrina non poterant aestimari, quæ Sidonij & Tyrij deportauerant ad Dauid. Et dixit Dauid: Salomon filius meus puer paruulus est, & delicatus. Domus autem quam ædificare volo domino, talis esse debet: ut in cunctis regionibus nominetur. Præparabo ergo ei necessaria. Et ob hanc causam ante mortem suam omnes præparavit impensas. Vocauitque Salomonem filium suum, & præcepit ei, ut ædificaret domum domino deo Israel. Dixitque Dauid ad Salomonem: Fili mi, voluntatis meæ fuit, ut ædificarem domum nomini domini dei mei, sed factus est sermo domini ad me, dicens: Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti, non poteris ædificare domum nomini meo tanto effuso sanguine coram me. Filius qui nascetur tibi, erit vir quietissimus. Faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum: & ob hanc causam pacificus vocabitur: & pacem & ocium dabo in Israel cunctis diebus eius. Ipse ædificabit domum nomini meo, & ipse erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem, firmaboque solium regni eius super Israel in æternum. Nunc ergo fili mi, sit dominus tecum, & prosperare, & ædifica domum domino Deo tuo, sicut locutus est de te. Detque tibi dominus prudentiam & sensum, ut regere possis Israel, & custodire legem domini dei tui. Tunc enim proficere poteris, si custodieris mandata & iudicia quæ præcepit dominus Moyse ut doceret Israel. Confortare, & viriliter age: ne timeas, neque paueas. Ecce ego in paupertate mea præparavi impensas domus domini, auri talenta centum milia, & argenti mille milia talentorum, æris verò & ferri non est pondus, vincitur enim numerus magnitudine. Ligna & lapides præparavi ad vniuersa impendia. Habes quoque plurimos artifices, latomos, & cæmentarios, artificesque lignorum, & omnium artium ad faciendum opus prudentissimos, in auro & argento, & ære, & ferro, cuius non est numerus. Surge igitur & fac, & erit dominus tecum. Præcepit quoque Dauid cunctis principibus Israel, ut adiuuarent Salomonem filium suum: cernitis, inquiens, quod dominus deus vester vobiscum sit, & dederit vobis quietem per circuitum, & tradiderit omnes inimicos vestros in manus vestras, & subiecta sit terra coram domino, & coram populo eius. Præbete igitur corda vestra & animas vestras, ut queratis dominum deum vestrum: & confurgite & ædificate sanctuarium domino deo, ut introducatur arca fœderis domini, & vasa domino consecrata in domum quæ ædificatur nomini domini.

Dauid senex Salomone Rege designato, Leuitas & eorum officia statuit. XXIII.

a. Plenus dierum Latine depositus vel decrepitus appellatur. Inde senectus non dicitur vltima ætas, sed dierum plenitudo. Unde licet Dauid 70. annorum tantummodo esset, quam vltimam hominis dixit edere, vltimas vero decrepitum, variis quæstionibus fractus curis & laboribus citius peruenit ad decrepitum, & dierum plenitudinem: inoe in 70. anno dicitur, lenus dierum. Rucher.

1. A triginta annis.

2. Fuit numerus eorum, & summa eorum.

3. Quisdam exequantur opus.

4. Quatuor milia laudantium dominum.

5. Que ego feci ad laudandū.

6. Præcipuus.

[b. Aligui dicunt quod custodes vasorum aut thesaurorum vocantur prepositi, qui & ratione ætatis & experientia atque maiori potestate iuniores Leuitas dirigere ac docere, iudices quoque eos appellant, qui populum erudiebant: quod tamen ad sacerdotem scribas magis pertinet: cansecut. Dionis. Caeth.]

7. Eunt ipse ministrant.



Dixitque Dauid senex & plenus dierum, Regem constituit Salomonem filium suum super Israel. Et congregauit omnes principes Israel, & sacerdotes, atque Leuitas. Numerati que sunt Leuitas a viginti annis, & supra, & inuenta sunt triginta octo milia virorum. Et his electi sunt & distributi in ministerium domus domini vigintiquatuor milia, prepositorum autem & Iudicum sex milia. Porro quatuor milia ianitores, & totidem Psaltes canentes domino in organis, quæ fecerat ad canendum: & distribuit eos Dauid per vices filiorum Leui, Gerson videlicet, & Caath, & Merari. Filij Gerson, Leedan & Semei. Filij Leedan, Principes Iehihel, & Zethan, & Iohel: tres. Filij Semei, Salomith, & Ozihel, & Aran, tres. Isti principes familiarum Leedan. Porro filij Semei, Leeth, & Zina, & Iaus, & Baria. Isti filij Semei quatuor. Erat autem Leeth prior, Zina secundus. Porro Iaus, & Baria non habuerunt plurimos filios, & idcirco in vna familia vnæque domo computati sunt. Filij Caath, Amram, & Isaar, Hebron, & Ozihel, quatuor. Filij Amram, Aaron, & Moyse. Separatusque est Aaron, ut ministraret in sancto sanctorum, ipse & filij eius in sempiternum, & adoleret incensum domino secundum ritum suum, ac bene-

a. Reg. 7. a. 1. q. ca. si quiromnem. De cõf. dist. 1. ca. 1.

2. Reg. 7. b. 3. Reg. 7. a. Sup. 17. b. Infra 28. b.

† a. Reg. 7. a. Heb. ca. 3. Reg. 7. b.

Anni iuxta Christum. 1031. Anni mudi. 2330. Salomon. Iuda an. 40.

† Sup. 6. a.

† Exod. 1. a. 6. c. Heb. 5. b. Sup. 6. d.

benediceret⁸ nomini eius] in perpetuum Moysi quoque hominis dei filij annumerati sunt in tribu Leui. Filij Moysi, Gerson, & Eliézer. Filij Gerson⁶ Subuhel primus. † Fuerunt autem filij Eliézer, Roobia primus: & non erant Eliézer filij alij. Porro filij Roobia multiplicati sunt nimis. Filij Isaar, Salomith primus. Filij Hebron, Ieriau primus, Amarias secundus, Iazihel tertius, Iecmaan quartus. † Filij Ozihel, Micha primus, Iesia secundus. Filij Merarij, Mooli, & Musi. Filij Mooli, Eleázar, & Cis. Mortuus est autem Eleazar, & non habuit filios, sed filias: acceperuntque eas filij Cis fratres earum. Filij Musi, Mooli, & Eder, & Ierimoth, tres. Hi filij Leui in cognationibus & familiis suis: Principes⁹ per vices, & numerum capitum singulorum,] qui faciebant opera ministerij domus domini, † a viginti annis & supra. Dixit enim Dauid: Requiem dedit dominus deus Israel populo suo, † & habitationem] Ierusalé vsque in æternum: † nec erit officij Leuitarum] vt vltia^{*} portent tabernaculum, & omnia vasa eius ad ministrandum. Iuxta præcepta quoq; Dauid nouissima, † supputabitur] numerus florum Leui, a viginti annis & supra⁸ & †¹³ erunt] sub manu filiorum Aaron in cultū domus domini, in vestibulis & in exedris & in loco purificationis & in sanctuario, & in vniuersis operibus ministerij templi domini †¹⁴ Sacerdotes autem super panes] propositionis, & ad simile sacrificium, ad lagana & azima, & sartagine[m], & ad feruentem simlam,] †¹⁵ & ad torrendum,] & super omne pondus atque mensuram. †¹⁶ Leuitæ verò vt stent] mane ad confitendum, & canendum domino: similiterque ad vesperam: tam in oblatione holocaustorum domini quàm in sabbatis, & Kalendis & solennitatibus, & reliquiis:] iuxta numerum & †¹⁷ ceremonias] vniuscuiusque rei, iugiter coram domino, & custodiant obseruationes tabernaculi fœderis, & ritum sanctuarij, & obseruationem filiorum Aaron fratrum suorum, vt ministrent in domo domini.

8. In nomine eius vsque

6. Subuhel vel Seuhel fuisse, ferunt qui in Iudic lib. c. 18. g. Ionathâ dicitur, filius Gerson filij Moysi, qui fuit sacerdos in tribu Dan. De quo ibidem scribitur, quod ipse & filij eius fuerunt sacerdotes in tribu Dan, vsque ad diem captiuitatis suæ. Hieron. ibidem.

9. Patrum secundum officia sua, & iuxta numerum nominum, & iuxta summam eorum. Quod diu tabernaculum domini de loco ad locum mutabatur, principes a 20. annis eligebantur. Postquam verò templi domini ædificatum est, a 30. annis Hieron.

10. Vt habitet in.

11. Leuitis quoque dedit requiem Non.

12. Erant.

13. In officio eorum erat.

14. In panibus.

15. In fixorio.

16. Et vt starent per singulos dies.

17. Ritum.

Eleazar & Ithamar, familia & vices eorum.

XXIII.

D† Orrò filiis Aaron, hæ partitiones erant: Filij Aaron, Nadab, & Abiu, & Eleázar, & Ithamar. Mortui sunt autem Nadab & Abiu ante patrem suum. absque liberis: sacerdotioque functus est Eleázar & Ithamar. † Et diuisit eos Dauid, id est Sadoch de filiis Eleazari, & Abimélech de filiis Ithamar, secundum¹ vices suas & ministerium,] inuentique sunt multo plures filij Eleazar in principibus viris quàm filij Ithamar. Diuisit autem eis, hoc est, filiis Eleazar principes per familias sedecim: & filiis Ithamar per familias & domos suas, octo. Porro diuisit vtrasque inter se & familias sortibus: Erant enim principes sanctuarij & principes dei, tam de filiis Eleazar quàm de filiis Ithamar. † Descripsitque eos² Semeias filius Nathanael scriba Leuites coram Rege & Principibus, & Sadoch sacerdote & Achimélech filio Abiathar. Principibus quoque familiarum, sacerdotalium & Leuitarum vnā domum quæ cæteris præerat Eleazar: & alteram domum quæ sub se habebat cæteros Ithamar. † Exiuit autem fors prima Ioarib, secunda Iedeia, tertia Harim, quarta Seorim, quinta Melchia, sexta Maimnan, septima Acchos, octaua Abia, nona Iesu, decima Sechenia, vndecima, Eliasib, duodecima Iachim, tridecima Hoppha, decimaquarta Iebaab, † decimaquinta Belga, decimasexta Emmer, decimasextima Ezir, decimaoctaua Aphses, decimanona Phetaia, vicesima Ezechiel, vicesima prima Iachim, vicesimasecunda Gamul, vicesimatertia Dalaiáhu, vicesimaquarta Maziáhu. Hæ³ vices eorum secundum ministeria sua,] vt ingrediantur domum dei & iuxta ritum suum, sub manu Aaron patris eorum: sicut præceperat dominus deus Israel. † Porro filiorum Leui aui reliqui fuerant, de filiis Amram erat Subahel: & de filiis Subahel, Iedeia. De filiis quoque Roobia Princeps Iesias. Isaris verò filius Salemoth, filiúsque Salemoth Iahath, filiúsque eius Ieriahu primus. † Amarias secundus Iazihel tertius, Iechmáam quartus. Filius Ozihel, Micha. filius Micha, Samir. Frater Micha, Iesia: filiúsque Iesia, Zacharias. Filij Merari, Mooli, & Musi. Filius Osiáhu, Beno, filius quoq; Merari Ozihau, & Soem, & Sachur, & Hebri. Porro Mooli filius Eleazas,

† Leuit. 10. 4.

† De consec. 2. lib. 1. c. 1.



1. Cuius Dauid Salomoni omnia que ad impensas domus domini pertinebant, præparasset, auri decem milia talenta, argenti verò centum milia, ferri autem & æris supra numerum, lapidum quoque & lignorum maximam copiam. Leuitas etiam diuisi in tres ordines, in Aaronitas, Moises, & Leuitas. Aaronitas quoque diuisi per generationes, & inuenit de Eleazar. 16. & de Ithamar. 8. Et elegit ex vnaque que vnū pontificem, precipiens vt singuli ministrarent à sabbato in sabbatum. Sadoch autem & Abiathar præferebant vnueris, & c. Comestor, cap. 2. lib. Reg. 1. Officia sua in ministerio suo. [Semeias descripsit ex posteritate Eleazari vnū videlicet Sadoch cæteris familiis Eleazari præfidentem, vt dictum est. Et simili modo fecit de Ithamar. Dion. Cart.]

2. Per Moysen quidē dominus vnū constituit summum sacerdotem, cui mortuo vnus per ordinem succedere iussit. Et hoc ad Dauid vsque tempora seruatum est, a quo plures fieri dno nihilominus agere decesserunt. est, qui vicissim ministrantes tempore vicis suæ castimonie suaderet, domusque suæ omnino non tangrent. Echi 24. erant super quos nihilominus vnus summus erat. Vnde Zacharie patri Ioannis vicem suam agenti apparuit angelus domini. Be da super 1. ca. Luc. 2. Sunt ordinationes eorum in ministerijs eorum.

3. Sunt ordinationes eorum in ministerijs eorum. [Id. ubi videtur fuisse de filiis Moysi, quia Aaron & Moyses fuerunt filij Amram. De Lyra ibidem.]

v. Hoc est, in ordine doctoratus ab iudiciali auctoritate constituebatur per fortes sicut presertim in ordine ministrum sacerdotum. Dionysius ibidem.

qui non habebat liberos. Filius vero Cis, Ieramehel. Filij Musi, Mooli, Eder, & Ierimoth. Isti filij Leui secundum domos familiarum suarum. Miseruntque & ipsi fortes contra fratres suos filios Aaron, coram Dauid Rege, & Sadoch & Abimelech, & Principibus familiarum sacerdotium & Leuiticarum: tam maiores quam minores omnes fors æqualiter diuidebat.]

Cantores, psalteres, & citharædi ac vices & sortes eorum.

XXV.

a. Quemadmodum per fortes vel vices. 24. dilinxit Dauid sacerdotes & Leuitas, ita & cantores, qui pro vicibus sui ordine cantoris fungerentur officio. Hi vero de genere erant Asaph, Hemã & Idithun. quorum propheta & cantica plerique psalmis insinuantur, quibus nomina eorum preponuntur. Eucherius. 1. Nablis, & Infra. 2. Iustū Regis prophetantis. 3. Idithū iste fuit filius primi, ita quod est nomen equiuocū ad patrem & filium. Et eodem modo dicendum est de Eman, cum subditur. 2. man quoque filij Eman. De Lyra. 3. Pro confessionibus & hymnis domini. 4. Regie dignitatis, sub. 4. Iuxta manus regis. 5. Verumtamen cum Idithun hic annumeretur ipsi Asaph & Heman cantoribus, cum supra nō Idithun sed Ethan illis duobus annumeretur? Dicendum quod ille qui supra Ethan vocatur, hic Idithun appellatur quia binominis fuit. Dionysius. 5. Eruditi erant in canticis. 6. Hoc est, illi 24. cantores tam magistri quā discipuli inter se æqualiter fortes miserunt qui eorum primus esset. Erat enim singuli apud ad musicis, sed quidem in comparatione exteriorū doctores. Considerant quoque quod ex directione diuine providentia fors iusta caderet super vnumquemque iuxta aptitudinem suam ad suum officium. Vnde Proverb. 16. 5. Sortes mittuntur in suum, sed à domino temperantur. ibid. 6. Pro officio custodiæ inter se. 7. Discipulus. 8. Pro Ioseph in Asaph. 9. Nam vnusquisque illorum viginiquatuor canorum, habuit sub se duodecim sibi assignatos, cum quibus suum exercuit officium est sacrorum suæ hebdomadæ. Erant enim viginiquatuor sacerdotes præcipui, de quibus dictū est capite præcedenti, quorum quilibet suam habuit septimanam, utpote primus primam, secundus secundam, sicque deinceps idem fuit ordo canorum. Istos: Ex quibus eluceat huius capitis sensus. Dionysius Carr.]



Mitur Dauid & magistratus exercitus segregauerunt in ministerium filios Asaph & Heman, & Idithun, qui prophetarent in citharis, & psalteriis, & cymbalis, secundum numerum suum, dedicato sibi officio seruientes. De filiis Asaph, Zachur, & Ioseph, & Nathania, & Asarela. Filij Asaph sub manu Asaph² prophetantis iuxta Regem,]^b Porro Idithun: filij Idithū, Godolias, Sori, Ieseias, & Hazabias, & Mathathias, lex, sub manu patris sui Idithū: qui in cithara prophetabat³ super cōfidentes & laudates dominū.] Hemã quoque. Filij Heman: Bocciāhu, Mathaniāhu, Ozihel, Subuhel, & Ierimoth. ⁵ Ananias, Anani, Eliatha, Geldelthi, & Romethi Ezer, & Iesbacasa, Mellóthi, Othir, Mahazioth. Omnes isti filij Heman, videntis Regis in sermonibus dei, vt exaltaret cornu. * Deditque deus Heman filios quatuordecim, & filias tres: vnuerſi sub manu patris sui, ad cantandum in templo domini distributi erant, in cymbalis, & Psalteriis, & citharis in ministeria domus domini ⁴ iuxta Regem:] Asaph videlicet, & Idithun, & Heman. Fuit autem numerus eorum cum fratribus suis qui ⁵ erudiebant canticum] domini, cuncti doctores, ducenti octoginta octo ^d Miserunt sortes ^e per vices suas ex æquo,] tam maior quam minor, doctus pariter & ⁷ indoctus.] ⁸ Egressaque est fors prima ⁸ Ioseph, qui erat de Asaph:] secunda Godolias, ^e ipsi & filii eius & fratribus eius duodecim: tertia Zachur, filiis & fratribus eius duodecim: quarta Isari, filiis & fratribus eius duodecim: quinta Nathania, filiis & fratribus eius duodecim: sexta Bocciāhu, filiis & fratribus eius duodecim: septima Isehela, filiis & fratribus eius duodecim: octaua Iesaias, filiis & fratribus eius duodecim: nona Mathania, filiis & fratribus eius duodecim: decima Semeias, filiis & fratribus eius duodecim: vndecima Azarel, filiis & fratribus eius duodecim: duodecima Asabias, filiis & fratribus eius duodecim: tertiadecima Subahel, filiis & fratribus eius duodecim: ⁹ quartadecima Mathathias, filiis & fratribus eius duodecim: quintadecima Ierimoth, filiis & fratribus eius duodecim: sextadecima Ananias, filiis & fratribus eius duodecim: septimadecima Iosbacasa, filiis & fratribus eius duodecim: octauadecima Anani, filiis & fratribus eius duodecim: nonadecima Mellóthi, filiis & fratribus eius duodecim: vicesima Eliatha, filiis & fratribus eius duodecim: vicesima prima Othir, filiis & fratribus eius duodecim: vicesima secunda Geddelthi, filiis & fratribus eius duodecim: vicesima tertia Mahazioth, filiis & fratribus eius duodecim: vicesima quarta Romethi Ezer, filiis & fratribus eius duodecim.

1. di. e. 1. & 2. De conf. dist. 1. c. 1. Sup. 16. a

Ianitorum templi, & præfectorum thesaurorum officia.

XXVI.

a. Dauid autē volēs cum totius populi regē declarare, cōuocauit principes ierusalem, vna cum sacerdotibus ac Leuitis: quibus recensitis, inuenit eorum qui trigessimū annū excederēt 38000. ex quibus assignauit curatores ædificij templi. 23000. Iudices verò populi & scribas eorum, 6000. ianitores verò domus dei. 4000. tantūdemque eorū qui hymnos deo canerent, & instrumentis musicis à Dauid, vt diximus, in hoc preparatis vicerentur. Ioseph. Antiq. Iuda. lib. 7. cap. 15.] b. Istud ponitur ad ostendendum rationem quare iste Obed Ædom ita multiplicatus erat in prole, prout tangitur in textu. Iste enim secundum doctores fuit ille Obed Ædom, in cuius domo posita est arca domini, vt 2. Reg. 6. Propterea benedixit dominus Obed Ædom & domui eius. De Lyra ibid.]



Diuisiones autem ianitorum: de Choritis, Mesellemia filius Chore, de filiis Asaph. Filij Mesellemia: Zacharias primogenitus, Iadihel secundus, Zabadias tertius, Iathanael quartus, Elam quintus, Iohannan sextus, Helioenai septimus. Filij autem Obed Ædom: Semeias primogenitus, Iozabad secundus, Iohaa tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus, Amihel sextus, Isachar septimus, Phollathi octauus, quia benedixit illi dominus. Semeias autem filio eius nati sunt filij præfecti familiarum suarum: erant enim viri fortissimi. ^b Filij ergo Semeias: Othin, & Raphael, & Obeth, Elzabad, & fratres eius viri fortissimi, Helui quoque & Samachias. Omnes hi de filiis Obed Ædom, ipsi & filij & fratres eorum, fortissimi ad ministrandum sexagintaduo de Obed Ædom. Porro Mesellemia filij & fratres eorum, robustissimi, decem & octo. De Hofa autem, id est, de filiis Merari: Semri

°Semri princeps. (Non enim habuerat primogenitum, & idcirco posuerat eum pater eius in principem.) ° Helchias secundus, Tabelias tertius, Zacharias quartus. Omnes hi filij & fratres Hofa tredecim. Hi diuisi sunt in ianitores, vt semper principes custodiarum, sicut & fratres eorum, ministrarent in domo domini. Missæ sunt ergo fortes ex æquo: & paruis & magnis per familias suas in vnamquamque portarum. Cecidit ergo fors orientalis Selemiæ. Porro Zaehariæ filio eius, viro prudentissimo & erudito, fortitò obtigit plaga septentrionalis. Obed-Ædom verò³ & filiis eius ad austrum: in qua parte domus erat seniorum concilium: Saphim] & Hofa ad occidentem, iuxta portam quæ ducit ad viam⁴ ascensionis: custodia, contra custodiam. Ad orientem verò Leuitæ sex: & ad aquilonem quatuor per diem, atque ad meridiem similiter in die quatuor: & vbi erat concilium, bini & bini. In cellulis quoque ianitorum ad occidentem, quatuor in via, binique per cellulas. ° Ad septentrionem verò, & ad meridiem, quaterni per dies singulos mutabantur, & ad Basilicam concilij ad occidentem bini, habentes subiectos alios in via, binique per cellulas.] Hæ sunt diuisiones ianitorum filiorum Chore & Merari. ° Porro * Achias erat super thesauros domus domini, & vasa⁵ sanctorum.] Filij quoque Laadan, filij Gersonni: De Laadan principes familiarum: Laadan, & Gersonni, Ieheli. Filij Ieheli, Zathan & Iohel fratres eius super thesauros domus domini, Amramitis & Isaaritis, & Hebronitis & Hohihelitis. Subahel autem filius Gerson filij Moyfi præpositus thesauris: frater quoque eius Eliézer, cuius filius Raabia, & huius filius Isaias, & huius filius Ioram, huius quoque filius Zechri, & huius filius Selemith. Ipse Selemith & fratres eius^f super thesauros sanctorum, quæ sanctificauit Dauid Rex, & principes familiarum, & tribuni, & Centuriones, & duces exercitus: de bellis, & manubiis præliorum, quæ consecrauerant, ad iustaurationem, & supellectilem templi domini. ° Hæc autem vniuersa sanctificauit Samuel videns, & Saul filius Cis, & Abner filius Ner, & Iohab filius Saruix: omnesque sanctificauerant ea per manum Salemith, & fratrem eius. Isaaritis verò præerat Chonenias, & filij eius, ad opera forinsecus super Israel: ° ad docendum & iudicandum eos.] Porro de Hebronitis, Asabias & fratres eius viri fortissimi, mille septingenti præerant Israeli trans Iordanem contra occidentem, in cunctis operibus domini, & in ministerium Regis. Hebronitarum autem princeps fuit Ieria secundum familias, & cognationes eorum. ° Quadragesimo anno regni Dauid recensiti sunt & inuenti sunt viri fortissimi in Iazer Galaad, fratresque eius, robustioris ætatis duo milia septingenti, Principes familiarum. Præposuit autem eos Dauid Rex Rubenitis, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manassæ, in omne ministerium dei & Regis.

Præfecti principes Regi ministrantes, officarij atque præfecti substantiæ eius.
X X VII.

Alij autem Israel secundum numerum suum, Principes familiarum, Tribuni, & Centuriones, & Præfecti, qui ministrabat Regi iuxta turmas suas: ingredientes & egredientes per singulos menses, in anno, vigintiquatuor milibus singuli præerant.]^b Primæ turmæ in primo mense Iesboan præerat filius Zabdiel: & sub eo vigintiquatuor milia. De filiis Phares, princeps cunctorum principum in exercitu^c mense primo. Secundi mensis habebat turmam Dudi Aohites, & post se alter nomine Macelloth, qui regebat partem exercitus vigintiquatuor milium. Dux quoque turmæ tertiæ in mensæ tertio, erat Banaias filius Ioiaðe sacerdos: & in diuisione sua vigintiquatuor milia: Ipse est Banaias fortissimus inter triginta, & super triginta. Præerat autem turmæ ipsius^d Amizabad filius eius. Quartus, mense quarto, Afahel frater Ioab, & Zabadias filius eius post eum, & in turma eius vigintiquatuor milia. ° Quintus, mense quinto, princeps Samaoth Iezerites: & in turma eius vigintiquatuor milia. Sextus, mense sexto, Hifa filius Acces Thecuites, & in turma eius vigintiquatuor milia. Septimus, mense septimo, Helles, Phallonites de filiis Ephraim, & in turma eius vigintiquatuor milia. Octauus, mense octauo,

[e. Circa hoc scribit quidam quod istud dupliciter possit exponi. Primo ad satisfaciendum quæstioni, qua queri potest quare Hofa ponit istum filium nomine Semri in principem. Ad quod litera ista responderet, quia non habuit primogenitum. Secundo exponitur quod ideo ponit istum in principem, quia non habuit primogenitum aptum ad principatum. Dion. Cart. ibid.]

1. E regione fratris suorum, scilicet.

2. Prosecerunt fortes, exiitque fors eius ad septentrionalem partem.

3. Ad austrum, & pro filiis eius domus Assupim pro Suppim vero.

4. Superiorem. [d. Ianitores binos & binos dicit esse in cellulis atque in via, quia sicut in cellulis cordis sui curam gerant, sicut in via exteriorum verbum dei exponant, duo præcepta claritatis, & regulam veritatisque testamenti omnino seruant. Glo. ordi.]

5. Agitur de ordinatione sacrarium & præceptorum. Sacrificij autem dicebantur, qui custodiebant vasa diuino cultui deputata, & sacerdotum ornamenta, & quæ erant in sacrificiis & cultu diuino necessaria, & aurum & argentum & similia quæ fuerant ex deuotione domino consecrata. De Lyra.]

* Leuitæ.

5. Sanctificatorum.

f. Hoc est, thesauros atque pecunias templi ordinatas ad usum ex eis formanda, componenda aut recuperanda: quæ sanctificauit Dauid rex, &c. Dum enim Reges Israel & principes habuerunt victorias, conueniunt preciosa quæque inter spolia reperta deo consecrate & offerre in templo, vt applicarentur vitijs sacris: & hoc faciebant pro gratiarum actione altissimi exhibenda. Et hæc à Samuele, Saule, & Dauid fuerant consecrata, & à Samuele sanctificata. Dion.

6. Erant exaceres & iudices.

g. Prædictæ numerationes & distinctiones Leuitarum factæ fuerunt quadagesimo anno regni Dauid, qui fuit vltimus annus vite sue. Istud autem hic exprimitur, quia numeri & ordines bellatorum, qui ponitur capite sequenti fuerunt à principio regni Dauid. De Lyra ibidem.]

[a. Qualiter prudentissimus Dauid ordinata atque distinguerat exercitum suum per cunctos particulares eorumque principes, quibus tamen omnibus præfuit vnus militiæ princeps. Dionysius Cart.]

1. Antiqui, etiamque in diuisione vna vigintiquatuor milia.

[b. In ordine igitur istarum cohortum, ostenditur hic qui fuerit princeps in prima cohorte, & quis in secunda, & sic de aliis. De Lyra.]

c. Ita quod in suo mense non solum præerat suæ turmæ, sed & ceterarum turmarum principibus. Deinde exprimitur in textu principes aliarum turmarum, & qualiter illi principes habuerunt quosdam sub se, quasi vicarios, qui præerant, quando principes illi personaliter non aderant. Dionysius.

[d. Scilicet sub patre suo, & quando pater non poterat intendere, quia erat regis consiliarius, vt habetur supra 2. cap. De Lyra. ibidem.]

te. De numeratōis ab eo Dauid, loab fecit bonam partē propter eandē causam propterquā dimisorat numerare partem populi, scilicet ne Dauid nimis se perbiret ex maiori numero sibi tradito, propter quam superbiā timebat loab dei itam venire super populum & regem, sicut dicitur super 21. ca. & dein. cap. 24. De Lyra ibidem.]

ff. Consequenter describitur numeratio popularis, quæ accipitur secundum tribus, quia cuiuslibet tribus præerat vnus præfatus ex parte regis, qui leuabat censum ad prouidendum regi & domui eius. Idem.]

g. Vtū enim erit, vt si quando numerarentur à 20. annis & supra, numerarentur hi qui ad bella poterant procedere, aut aliquo ministerio fungi. Hieron. a. Et infra.

3. Ad numerum annalium. h. Quia superueniente indignatione dei, omnis iste numerus conturbatus est: & non fuerunt attributi per ministeria, neque ad alia officia. Hieronymus. i. Thesauros in hoc loco nō solum pecuniā, sed & omnes substantias nominat Hieronymus. [k. In his oliuæ & ficus sunt, & significat ceteros sanctorum, qui misericordie oleum habent in pectore, & mansuetudinis dulcedinem in immortalitate. Que virtutes in campestribus, quæ in propatulo & prælo sunt omnibus. G. lo. ord. ibid.]

4. Sycamoros. l. Ipse est Nathan propheta: partitus vere, honore & propinquitate causā vocatur. Hieron. 5. Erat scriba.

6. Socius.

Sobochai Vfathtes de stirpe Zarai: & in turma eius vigintiquatuor milia. ^o Nonus, mēse nono, Abiezer Anathotites de filiis lemini: & in turma eius vigintiquatuor milia. Decimus, mēse decimo, Marai & ipse Netophatites de stirpe Zarai: & in turma eius vigintiquatuor milia. Vndecimus mēse vndecimo, Banaias Pharathonites de filiis Ephraim: & in turma eius vigintiquatuor milia Duodecimus, mēse duodecimo, Holdai Nethophatites de stirpe Gothoniēl: & in turma eius vigintiquatuor milia. ^f Porro tribubus præerant in Israel: Rubenitis, Dux Eliēzer filius Zechri. Simeonitis, Dux Saphacias, filius Macha. ^g Leuitis, Afabias filius Chamuel: Aaronitis, Sadoch: Iudaitis, Heliu frater Dauid: Isaharitis, Amri filius Michahel: Zabulonitis, Iesmais filius Abdiæ: Neptalitibus, Ierimoth filius Oziel: Filiis Ephraim, Osēe filius Ozaziu: Dimidiæ tribui manassæ, Iohel filius Phadaie: & dimidiæ tribui Manassæ in Galaad, Iaddo filius Zacharie: Benjamin autem, Iasihel filius Abner: Dan verò, Ezrihel filius Ieroam. Hi principes filiorum Israel. [†] ^g Noluit autem Dauid numerare eos à viginti annis ² inferius,] quia dixerat dominus vt multiplicaret Israel quasi stellas cœli. loab filius Sarui cœperat numerare, [†] nec cōpleuit, quia super hoc ira dei irruerat in Israel: & idcirco numerus eorum qui fuerant recensiti] non est relatus ³ h in fastos] Regis Dauid. Super thesauros autem Regis fuit Azmoth filius Adihel: ⁱ Iis autem thesauris qui erant in vrbibus, & in vicis, & in turribus, præfidebat Ionathan filius Ozie. Operi autem rustico & agricolis qui exercebant terram, præerat Ezri filius Chelub. ^g Vinearumque cultoribus, Semeias Romathites: Cellis autem vinariis, Zabdias Aphonites. ^k Nam super oliueta, & ⁺ ficeta,] que erant in campestribus, Balanan Gederithes. Super apothecas autem olei, Ioas. Porro armentis que pascebantur in Sarona, præpositus fuit Sethrai Saronites. Et super boues in vallibus, Saphat filius Adli. Super camelos verò, Vbil Hismahelites. Et super asinos, Iadias Meronathites. Super oues quoque Iazig Agarenus. Omnes hi principes substantiæ Regis Dauid. [†] Ionathan autem patruus Dauid, consiliarius vir potens, prudens, [†] & literatus,] ipse & Iahihel filius Achamoni erant cum filiis Regis. [†] Achitophel etiam cōsiliarius Regis, & Chusai Arachites [†] amicus] Regis. Post Achitophel fuit Ioiada filius Banaie & Abiathar. Princeps autem exercitus Regis erat loab.

† 2. Reg. 24. a

† Sup. 21. a

† 2. Reg. 16. d

Exhortatio Dauidis ad Salomonem & populum pro construendo templo. XXVIII.



Onuocauit igitur Dauid omnes Principes Israel, duces tribuum, & præpositos turmarum, qui ministrabant Regi: Tribunos quoque & Centuriones, & qui præerant substantiæ & possessionibus Regis: filiosque suos cum ² Eunuchis, & potentes, & robustissimos quosque, in exercitu Ierusalem. Cūque surrexisset Rex [†] & stetit,] ait: Audite me fratres mei, & populus meus: [†] Cogitani, ^{*} vt ædificarem domum in qua requiesceret arca fœderis domini, & scabellum pedum domini dei nostri: & ad ædificandum omnia preparauī. Deus autem dixit mihi: [†] Non ædificabis domum nomini meo, eò quòd sis vir bellator, & sanguinem fuderis: sed elegit dominus deus Israel me, ² de vniuersa domo patris mei, vt essem Rex super Israel in sempiternum. De Iuda enim elegit ³ Principes.] Porro de domo Iuda domum patris mei, & de filiis patris mei ⁴ placuit ei,] vt me eligeret Regem super cunctum Israel. [†] ^g sed & de filiis meis (filios enim mihi multos dedit dominus,)] ^b elegit Salomonem filium meum, vt sederet in throno] regni domini super Israel, dixitque mihi: [†] Salomon filius tuus ædificabit domum [†] meam] & atria [†] mea.] Ipsum enim elegi mihi in filium, & ego ero ei in patrem, & firmabo regnum eius vsque in æternum: si perseverauerit facere præcepta mea & iudicia, sicut & hodie. Nunc ergo coram vniuerso cœtu Israel ⁶ audiente deo nostro custodite, & perquirite cuncta mandata domini dei nostri, vt possideatis terram bonam, & ^{*} relinquatis eam filiis vestris post vos vsque in sempiternum. Tu autem Salomon filii mi, scito deum patris tui, & ⁷ serui ei] corde perfecto & animo ⁸ voluntario.] [†] Omnia enim corda scrutatur dominus, & ⁹ vniuersas mentium cogitationes intelligit.] Si quæ-

A Sup. 21. e
3. Reg. 7. a
2ap. 9. a

† 2. Reg. 7. a
Sup. 17. a
22. b
† 1. q. 7. ca. Si quis omnē. De ceter. di. 1. cap. 1. Sup. 22. a. b

B † 2ap. 9. b.

† Sup. 17. b. & 21. b

† Iere. 17. b

a. Querri potest cur hic Eunuchi ad tam grande cōsiliū vocātur, cū israelitas abscindi lex prohiberet, & alienigenæ non facile admittantur ad tam grande cōsiliū. Tradunt Hebræi hic illos vocari eunuchos, qui ab omnibus seculi a. & ab aliis, orationi tantū & lectioni vacabant & ab vxoribus abstinebant, quos Iosephus dicit fuisse vocatos Ethenos. Hiero. ibid.
1. Super pedes suos.
2. In corde meo.
3. Præ omni.
4. Duces.
5. Complacuit sibi in me.

b. Circa hoc aliqui dicunt quòd Salomon fuit sycamoros ad regnum, nō solum voluntate humana, sed etiam diuina: & hęc ordinationem nūciavit Nacha propheta regi Dauid. vt 2. Reg. 7. Ad quod dicendū quòd re vera electus est electione diuina. in generali nūciavit Nathan Regi, non in speciali tamen expresse Dionysius.
3. Super solium.
4. Congregationis domini, & in auribus dei nostri.
5. Hereditatem.
6. Cole eum.
7. Flagranzi.
8. Omne signum cogitationum aduersis.

Si quaesieris eum, inuenies: si autem de reliqueris eum proiciet te in aeternum. ¹⁰ Nunc ergo ^{*} quia elegit te dominus, vt edificares domum sanctuarij: confortare & ¹⁰ perfice ⁸] Dedit autē Dauid Salomoni filio suo descriptionem porticus ¹¹ & templi, & cellariorum, & cœnaculi, & cubiculorum in adytis] & domus propitiationis, necnon & omnium quæ cogitauerat ¹² atriorum] & exedrarum per circuitum ¹³ in thesauros domus domini, & in thesauros sanctorum:] diuisionumque sacerdotium & Leuiticarum, in omnia opera domus domini: & in vniuersa vasa ministerij templi domini, aurum in pondere, per singula vasa ministerij, argenti quoque pondus pro vaforum, & operum diuersitate, sed ¹⁴ & in candelabra aurea, & ad lucernas] aurum pro mensura vniuscuiusque candelabri & lucernarum, similiter & in candelabra argentea in lucernas eorum pro diuersitate mensuræ, pondus argenti tradidit.] Aurum quoque dedit in mensas propositionis, pro ¹⁵ diuersitate mensarum:] similiter & argentum in alias mensas argenteas. Ad fuscinas quoque, & phialas, & ¹⁶ thuribula,] ex auro purissimo, ¹⁷ & leunculos aureos pro qualitate mensuræ pondus distribuit, in leunculum & leunculum: similiter & in leones argenteos diuersum argenti pondus separauit.] Altari autem in quo adoletur incensum aurum purissimum dedit: & vt ex ipso fieret similitudo quadrigæ Cherubim extendentium alas, & velantium arcam fœderis domini. ¹⁸ Omnia, inquit venerunt scripta manu domini ad me, vt intelligerem vniuersa opera exemplaris. Dixit quoque Dauid Salomoni filio suo: Viriliter age, & confortare, & fac,] ne timeas & ne pauas. Dominus enim deus meus tecum erit, & non dimittet te, nec derelinquet, donec perficias omne opus ministerij domus domini. Ecce diuisiones sacerdotum & Leuitarum, ^{*} in omne ministerium domus domini, ¹⁸ assunt tibi, & parati sunt: & nouerunt tam Principes quam populus facere omnia præcepta tua.

Impense domus domini à Dauid præparatæ, quibus populus donaria adiicit, vngit- que secundò Salomonem, & Dauid moritur.

X X I X.

A Ocutusque est Dauid Rex ad omnem Ecclesiam: Salomonem filium meum vnum elegit dominus adhuc ^a puerum & tenellum: Opus enim grande est: neque enim homini præparatur habitatio, sed deo. Ego autem totis viribus meis præparaui ¹ impensas domus] domini dei mei, aurum ad vasa aurea, & argentum in argentea, æs in ænea, ferrum in ferrea, ligna ad lignea: lapides onychinos & ² quasi stibinos,] diuersorum colorum, omnemque præciosum lapidem, & marmor Parium abundantissimè, & super hæc quæ obtuli in domum dei aucti, de peculio meo aurum & argentum do in templum dei mei: exceptis iis quæ preparauit ³ in ædem sanctam,] tria milia talenta auri de auro Ophir, ⁴ & septem milia talentorum argenti probatissimi, ad deaurandos parietes templi, & ubicunque opus est aurum de auro, & ubicunque opus est argentum de argento. Opera fiant per manus artificum, & si quis sponte offert, impleat manum suam hodie: & offerat quod voluerit domino. ⁴ Polliciti sunt itaque] principes familiarum & proceres tribuum Israel: Tribuni quoque, & Centuriones, & principes ⁵ principum possessionum] Regis: dederuntque in opera domus domini auri talenta quinque milia, & solidos decem milia: argenti talenta decem milia, & æris talenta decem & octo milia: ferri quoque centum milia talentorum: & apud quemcunque inuenti sunt lapides, dederunt in thesauros domus domini, ⁶ per manum Iehiel Gersonitis. ⁷ Lætatusque est populus, cum ⁶ vota sponte promitterent, quia corde toto offerebant ea] domino. ⁷ Sed & dauid Rex lætatus est gaudio magno, & benedixit domino coram vniuersa multitudine, & ait: benedictus es domine deus Israel patris nostri, ab æterno in æternum. Tua est domine magnificentia & potentia, & gloria, atque victoria, & tibi laus. Cuncta enim quæ in cælo sunt & in terra, tua sunt. Tuum domine regnum, & tu es super omnes ⁷ Principes. Tuæ diuitiæ, & tua est gloria,] tu dominaris omnium. In manu tua virtus & potentia: in manu tua ⁸ magnitudo & imperium omnium.]

sc. Dauid & ceteri patres etc. ca. ita. figuris & enigmatibus designabant vniuersa que verus paterificus in ecclesia facturus erat. Quomodo omnes nationes per fidem baptismi introitum in ecclesia habuerunt: qualis ecclesia factus esset facturus, qualis sanctorum perfectio, & in regno cælesti remuneratio cuius que pro meritis reddenda per diuersas cellas, & exedras: quia in regno dei mansiones multe sunt. [Ios. Ordinaria.]

* Vide.
10. Viriliter age.
11. Domuncularum eius, thesaurum eius, cœnaculorum eius, cubiculorum eius interiorum.
12. Pro atrijs domus domini.
13. Pro thesauris domus domini, & pro thesauris consecratorum.
14. Pondus auri pro candelabris, & aurum pro lucernis eorum.
15. Mensa & mensa, hoc est, pro singulis mensis.
16. Candelabra.

17. Et pro peluibus aurum in pondere pro pelui & pelui, sic pro peluibus argenti in pondere pro pelui & pelui.
18. Quomodo dicitur dicitur ostendit Moyli in monte Sinai tabernaculi formam, illique dixit: O fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est, ita deus ostendit ista Dauid per celestem reuelationem imaginaria visione, aut per prophetas illi familiares, Samuel, Nathan, vel Gad, Diony.

* Sicut ordinatæ.
18. Tecum sunt in omni opere, cum omni experto sapientia, pro quocunque ministerio. Habes & principes atque vniuersum populum pro quibuscunque necessitatibus tuis.

a. Grandis olim questio fuit cuius ætatis erat Salomon cumregnare cepisset, cum Iosephus dicat illi fuisse tantum duodecim annorum, quia hic & supra dicitur paruulus & puer tenellus. Respondetur hoc esse valde difficile. Tum quod Roboam. 41. annis fuit in morte patris, genitus igitur fuisse. 2. annis antequamregnaret Salomon, & sic 10. annorum ætatis eius. Nec video repugnantiam si fuisse dicitur Salomon 20. annorum vel amplius cumregnare cepisset, cum circa 20. regni sui annum Dauid Ben Sabee accepisset. Nec obstat quod Salomon dicitur paruulus vel tenellus, cum Ioseph dicitur puer, & tamen 17. sit annorum: & Bèiamia cum iam haberet 9. pueros. Dionysius.

1. Pro domo.
2. Et qui includunt lapides retinantes.
3. Pro domo sanctuarij.
4. Obtrulerunt se itaque spontaneos.

5. Qui præsent operi.
[b. Vili est supra cap. 26. quod Selemoth erat supra thesauros regis. Sed dicendum quod iste Selemoth fuit custos thesaurorum domus domini. quantū ad ea que fuerunt de prædis hostium consecrata: iste vero Iehiel thesaurarius eorum que fuerunt sponte oblata. De Lira ibidem.]

6. Sponte tribuerat sua, & obtulerunt corde perfecto.
7. Lætatus est Dauid ex contemplatione diuina, ex populi sui deuotione, ex filij sui promotione, & ex prospero proposito suo de templi dei edificatione. Dionysius.

8. Veluti omnium caput. Diuitiæ & gloria à conspectu suo sunt.
8. Est magnificentia & robora omnia.

9. Magnificencia tua.
 10. Offerre sponte.
 11. Atque de manu tua ea tribui-
 mus tibi.
 [Id. Per hoc ostendit Dauid qd
 patria nostra propria ad est hic
 infelix, sed in caelestibus. Et
 hoc intellexerunt patres anti-
 qui, vt Heb. 11. Nō habentis hic
 manentem ciuitatem, sed futu-
 ram inquitimus. De Lyra.]
 12. Totum tuum est.
 13. Acquitatem.
 14. Rectitudine.
 15. Offerre tibi sponte & cum
 letitia.

16. Hoc in æternum ob primor-
 dium cognationum cordis po-
 puli tui, & preparata cor eorum
 ad te.
 17. Statuta tua.

e. Dauid collecta ecclesie om-
 nem dispositionem suam indi-
 cauit, deposcent filios suos, vt
 non grauerentur minimū,
 id est, Salomonē inter eos subli-
 matum: quia deus sic iudicauit,
 sicut & ipse Dauid, minimū
 inter fratres iunctus fuerat. Co-
 messor.
 * Nunc, vel quæso.
 18. Sacrificia multa propter om-
 nem Israel.

* Regem.
 [f. Hoc est, ad dei honorem vn-
 xerunt Salomonem in Regem,
 & Sadoe in pontificem. Abia-
 thar namque iam desinuit à
 Salomone & ad pontificatu
 eisdem per Salomonē vnctus est
 Sadoe in presulem. Dionysius
 Catenianus ibidem.]
 19. Prosperit egit.
 20. In dignitate videntibus cū-
 ctis Israelitis.

fg. Significat eum copia virtu-
 tum, & operibus lucis virā fuis-
 se presentem dignum quiete fu-
 tura, & caelestis regni gloria.
 Glofa ordina. ibidem.

* Dauid.
 h. Quando regnabat in Ebron.
 i. Quando regnabat in Ierusalē.
 21. Super eum atque super Israe-
 lem, & super cuncta regna ter-
 rarum.

Nunc igitur deus noster, confitemur tibi, & laudamus nomen⁹ tuum inclitum.]
 * Quis ego, & quis populus meus, vt possimus hæc tibi vniuersa¹⁰ promittere:] Tua
 sunt omnia:¹¹ & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. d¹² [Peregrini enim sumus
 coram te, & aduenæ, sicut omnes patres nostri. † Dies nostri quasi vmbra super terrā,
 & nulla est mora. Domine deus noster, o mnis hæc copia, quam parauimus, vt ædifi-
 caretur domus nomini sancto tuo, de manu tua est, & ¹² tua sunt omnia.] Scio deus
 meus, quòd probes corda, & ¹³ simplicitatem] diligas: vnde & ego in ¹⁴ simplicitate]
 cordis mei latus obtuli vniuersa hæc, & populum tuum, qui hic repertus est, vidi ¹⁵
 cum ingenti gaudio tibi offerre donaria.] * Domine deus Abraham, & Isaac, & Israel¹⁶
 patrum nostrorum, custodi ¹⁶ in æternum hanc voluntatem cordis eorum, & sem-
 per in venerationem tui mens ista permaneat.] Salomon quoque filio meo da cor
 perfectum, vt custodiat mandata tua, & testimonia tua, & ¹⁷ ceremonias tuas,] & faci-
 at vniuersa, & ædificet ædem cuius impensas paraui. c Præcepit autem Dauid vni-
 uersæ Ecclesiæ: Benedicite* domino deo nostro. Et benedixit omnis Ecclesia do-
 mino deo patrum suorum, & inclinauerunt se & adorauerunt deum, & deinde Re-
 gem. Immolaueruntque victimas domino, & obtulerunt holocausta die sequenti,
 tauros mille, arietes mille, agnos mille, cum libaminibus suis, ¹⁸ & vniuerso ritu abū-
 dantissimè in omnem Israel.] * Et comederunt & biberunt coram domino in die illo¹⁹
 cum grandi lætitia: & vnixerunt secundò Salomonem filium Dauid. * Vnixerunt au-
 tem eum domino in Principem, & Sadoch in pontificem. † Seditque Salomon super
 solium domini in Regem pro Dauid patre suo, & ¹⁹ cunctis placuit,] & paruit illi om-
 nnis Israel. Sed & vniuersi principes & potentes, & cuncti filij regis Dauid, dederūt
 manum, & subiecti fuerunt Salomoni Regi. Magnificauit ergo dominus Salomo-
 nem ²⁰ super omnem Israel.] & dedit illi gloriam regni qualē nullus habuit ante eum
 Rex Israel. Igitur Dauid filius Isai regnauit super vniuersum Israel: † & dies quibus
 regnauit super Israel, fuerunt quadraginta anni. In Hebron regnauit septem annis, &
 in Ierusalem annis triginta tribus. ²¹ & mortuus est in senectute bona plenus dierum,
 & diuitiis & gloria, & regnauit Salomon filius eius pro eo. Gesta autem * Regis^h prio-
 ra & ⁱ nouissima scripta sunt in libro Samuel videntis, & in libro Nathan prophetæ,
 atque in volumine Gad videntis: vniuersique regni eius & fortitudinis, & temporum
 quæ transferunt ²¹ sub eo, siue in Israel, siue in cunctis regnis terrarum.

† Gene. 15.6

† Sap. 2.6

† Reg. 1.6

† Reg. 1.6

Secundus liber Paralipomenon.

Hebraicè Dibre Haiamin, id est, Verba dierum.

Oblatis hostiis à Salomone in Gabaon, dominus illi nocte apparens, dat illi petitam
Sapientiam, inde currus & equites congregat. Cap. I.

a. Cōfortatus est Salomon, quia
 legitime institutus, & à deo ad
 regnandum electus, atque à toto
 populo econditè acceptatus,
 nec quisquē se ei opposuit: quia
 dominus erat eum eo per gra-
 tiam & virtutem. Dionys. ibidē.
 * Deus eius.
 [b. Gabaon fuit ciuitas metropo-
 lis Eneorū, ceciditque in for-
 tem Beniamin. Et fuit separata
 Leuitis. Mirum ergo est quòd
 Iosephus dicit quòd Salomon
 venit in Hebrō vt iactificaret in
 altari aëo quòd fecerat Moy-
 ses: nisi forte ipsam Hebron ex-
 celsum Gabaon intelligi volue-
 rit, eò quòd ibi primò regna-
 uerit. Glofa ordi. ibidem.]
 c. De domo Aminadab, vbi re-
 manserat 20. an. ad vsque 8. an-
 num Dauid.

* Ibi vel illuc.
 * In conspectu domini quod
 erat.



† a Onfortatus est ergo Salomon filius Dauid in re-
 gno suo, & dominus* erat cum eo, & magnificauit
 eum in excelsum. Præcepitque Salomon vniuerso
 Israel, tribunis, & centurionibus, & ducibus, & iudi-
 cibus omnis Israel, & Principibus familiarū, & abiit
 cum vniuersa multitudine in excelsum^b Gabaon: vbi
 erat tabernaculū fœderis domini, † quod fecit Moy-
 ses famulus dei in solitudine. Arcam autē dei adduxe-
 rat Dauid^c de Cariathiarim in locū quem preparaue-
 rat ei, & vbi fixerat illi tabernaculū, hoc est, in Ierusa-
 lem. & Altare quoque æneum, quod fabricatus fuerat^h
 Beseleel filius Uri filij Vr, ibi erat coram tabernaculo domini, quod & requisit Salomon
 & omnis Ecclesia. Ascenditque Salomon* ad altare æneum* coram tabernaculo

† Reg. 1.4
Anni ante
Christi. 1033
Anni mundi
2930.

† Exod. 31.2

naculo fœderis domini, & obtulit in eo mille hostias. Ecce autem in ipsa nocte apparuit ei deus, dicens: ^d Postula quod vis, vt dem tibi. Dixitque Salomon deo. Tu fecisti cum Dauid patre meo misericordiam magnam, & constituisti me regem pro eo. Nunc ergo domine deus, impleatur sermo tuus quē pollicitus es Dauid patri meo: Tu enim me fecisti regem super populum tuum multum ¹ qui tam innumerabilis est, quā[m] puluis terræ. ^e Da mihi sapientiam & intelligentiam, vt ingrediar & egrediar coram populo tuo. Quis enim potest hunc populum tuum ² digne qui tam grandis est, iudicare? Dixit autem deus ad Salomonem: Quia hoc magis placuit cordi tuo, & non postulasti diuitias; & substantiam & gloriam, neque animas eorum qui te oderant, sed nec dies vitæ plurimos, petisti autem sapientiam & scientiam, vt iudicare possis populum meum, super quem constitui te Regem: sapientia & scientia data sunt tibi: Diuitias autem & substantiam & gloriam dabo tibi, ita vt nullus in Regibus, ante te, nec post te fuerit similis tui. ^f Venit ergo Salomon ab excelso Gabaon, in Ierusalem, coram tabernaculo fœderis, & regnauit super Israel. Congregauitque sibi currus & equites: & facti sunt ei mille quadringenti currus, & duodecim milia equitum: & fecit eos esse in ^g vrbibus quadrigarum, & cum rege in Ierusalem. Præbuitque Rex argentum & aurum in Ierusalem quasi lapides, & cedros quasi sycomoros, quæ nascuntur in cæpestribus multitudine magna. ^h Adducebantur autem ei equi de Ægypto, ² de Choa à negotiatoribus regis: qui ibant & emebant precio quadrigam equorum sexcentis argenteis, & equum centum quinquaginta. Similiter de vniuersis regnis Hethæorum & a Regibus Syriæ emptio celebrabatur.

Conductis operariis mittit Salomon Ad Hiram pro lignis ad templi structuram mittendis.

II.

D ^a Ecreuit autem Salomon ædificare domum nomini domini, & palatium sibi. Et numerauit septuaginta milia virorum ¹ portantium humeris, & octoginta milia qui cæderent lapides in montibus, præpositosque eorum tria milia sexcentos. ^b Misit quoque ad Hiram regem Tiri, dicens: ^c Sicut egisti cum Dauid patre meo, & misisti ei ligna cedrina, vt ædificaret sibi domum in qua ² & habitauit: sic fac mecum, vt ædificem domum nomini domini dei mei, & consecrem eam, ad adolendum incensum coram illo, & fumiganda aromata, & ad propositionem panum sempiternam, & ad holocaustomata mane, & vespere, sabbatis quoque, & neomeniis, & solennitatibus domini dei nostri in sempiternum, quæ mandata sunt Israeli. Domus enim quam ædificare cupio, magna est. ^d Magnus est enim deus noster super omnes deos. ^e Quis ergo ³ poterit præualere, vt ædificet, ei dignam domum? Si cælum & cæli cælorum capere eum nequeunt, quantus ego sum, vt possim ædificare ei domum? Sed ad hoc tantum, ^f vt adoleatur incensum coram illo. Mitte ergo mihi virum eruditum, qui nouerit operari in auro & argento, ære & ferro, purpura, coccino & hyacinto, & qui sciat sculperæ cælaturas, cum iis artificibus quos mecum habeo in Iudæa & in Ierusalem, quos præparauit Dauid pater meus. Sed & ligna cedrina mitte mihi, & ⁴ artheutina] & pinea de Libano, scio enim quod serui tui nouerint cædere ligna de Libano. ^e Et erunt serui mei cum seruis tuis: vt parentur mihi ligna plurima. Domus enim quam cupio ædificare magna est ⁶ nimis & incluta. ^f Præterea operariis qui cæsuri sunt ligna, seruis tuis dabo in cibaria tritici coros viginti milia, & hordei coros totidem: & vini viginti milia metretas, olei quoque sata viginti milia. Dixit autem Hiram Rex Tyri per literas quas miserat Salomoni: Quia dilexit dominus populum suum, idcirco te regnare fecit super eum. Et addidit dicens: Benedictus dominus deus Israel, qui fecit cælum & terram, qui dedit Dauid regi filium sapientem, & eruditum, & sensatum, atque prudentem, vt ædificaret domum domino, & palatium sibi. Misit ergo tibi virum prudentem, & ^g scientissimum, Hiram patrem meum] filium ^h mulieris de filiabus Dan, cuius pater fuit Tyrius, qui nouerit operari in auro & argento, ære & ferro, & ⁷ mar-

*Causale pro
tea Laing, ex
tem.*

d. Gratia dei liberum hominis acquirit arbitrium. Vnde quicquid vult oratione suam ante deum non frustrari, hoc ab eo postulet, quod Salomon quaesivit, id est, sapientia, scientia, & intelligentiam. Diuitias vero & gloria temporalis, atque animas inimicorum & dies plurimos vite presentis, malorum est querere, non iustorum. Hæc enim inquit Christus, gentes inquirunt. Sed primū quaerite regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia adicientur vobis, scilicet temporalia prædicia. Angelomus, 3. Reg. 3.

e. Velur iste egressus intelligitur ad bella pro defensione populi, ingressus vero ad iudicia, ad præcendenda populi litigia. De Iyra.]

f. His verbis in aliquibus textibus, additur coram tabernaculo fœderis: quod difficultatem inducit: cum dictum sit quod tabernaculum fœderis Domini adhuc fuit in Gabaon. Idcirco hic intelligitur tabernaculum vbi erat arca Domini. Et sic exponit Hieronymus hoc loco. Dionys. Carth. ibid.]

g. Coros erant in Ierusalem ædificæ ad stationem currui. Hierony.

h. Per conglutatos negotiatores, vel a cōfederatis negotiatoribus, vt 3. Reg. 10. d. vtrouique enim eadem sunt Hebraica verba.

† 1. Para. 28. a
Sap. 9. b
3. Reg. 3. b
16. di. c. Qui
ecce saluatis.

† 3. Reg. 10. d

† 3. Reg. 10. d

† 12. 1. 4. ca.
Salomon.

† 3. Reg. 5. a

A

B

C

a. Primo studuit Salomon templum domini construere, dei honorē propriis præferens cōmodis. Dionys. ibid.

1. Qui portarent onera.

b. Ceterum Salomon Rex accepsit regis Tyriorum literas, & facillimum eius & beneuolentia collaudauit: & insuper quibus ipsum cupere intellexit, præmiis est eum remuneratus, frumenti annuos bis mille coros mittendo, & rotidem olei batos. Batos autē capis sextarios. 72. parem quoque vini modum illi exhibuit. Ioseph. lib. 8. cap. 5. Antiq. Iudæic.

2. Habitatet.

c. Hoc est, nullus sufficiens est construere templum tantæ eminentiæ quantæ eminentiæ templo dignus est deus, & quantæ excellentiæ domum deo ei ædificari per respectum ad suæ maiestatis immensitatem. Dionys.

3. Tanta præditus est virtute.

* Aedifico domum,

4. d. Abiegna (vetusta exemplaria habent tina & pinea.

e. Ideo omnium Salomon seruos Hiram cædere sibi ligna voluit, quia doctores erant seruis suis ad cædendū: sed etiam seruos suos adesse voluit, vt cædētibz ostēderent cuius mensuræ ligna fieri debent. Apostoli enim certius verba euangelij ab ipso Domino nouerunt sed gentes ab erroribus ad veritatem euangelij conuersi, certius gentium errores nouerunt: & Ideo subtili expugnauerunt. Glō. ordi Ibi 3.

5. Excellenter.

6. Notissimum patri meo Hiram.

f. Matrem eius dicit de filiabus Dan, de genere Salomith. sororis Ooliah, filij Aizanias. Hic.

ibidem.

7. Lapidibus.

more,] & lignis, in purpura quoque & hyacintho, & byssino & cocco: & qui sciat ^D cælare omnem sculpturam, & adinuenite prudenter quodcunque in opere necessarium est, cum ^S artificibus tuis, & cum artificibus] domini mei David patris tui. ^B Triti cum ergo & hordeum, & oleum & vinum, quæ pollicitus es domine mi, mitte seruis tuis. Nos autem cædemus ligna de Libano quot necessaria habueris, & applicabimus ea ratibus per mare in ^h Ioppe,] tuum autem erit transferre ea in Ierusalem. ⁱ Numeravit igitur Salomon omnes viros Profelytos, qui erant in terra Israel, post dinumerationem quam dinumeravit David pater eius: & inuenti sunt centum quinquaginta, & tria milia sexcenti. Fecitque ex eis septuaginta milia qui humeris onera portarēt & octoginta milia qui lapides in montibus cæderent: tria autem milia & sexcentos ^o præpositos operum populi.]

³ Sapientibus tuis, & sapientibus.

[g. Supra non fecit mentionem de vino, sed quia hic repetitur, tenendum quod à principio fuit sub pacto sicut & alia. De Lyra.]
9. h. Iapho, qui etiam nunc Iaspha dicitur.
[i. Fuerunt operarii] domus domini de filiis Israel, de profelytis, de gentibus. De filiis Israel triginta milia, qui ad cædendas de Libano cedros misii sunt. Glof. ordi.]
10. Exatores qui sollicitaret populum ad operandum.

Templum extruitur cum porticu, velo, & duabus columnis.

III.



Et cœpit Salomon ædificare domum domini in Ierusalem in monte ^a Moria, qui demonstratus fuerat David patri eius, in loco quem parauerat David in area [†] Hornan Iebusæi. Cœpit autem ædificare in mense secundo, ^{*} anno quarto regni sui. Et hæc sunt fundamenta, [†] quæ iecit Salomon vt ædificaret] domum dei: longitudinis cubitos ^b in mensura prima, sexaginta, latitudinis cubitos viginti: ^c Porticum verò ante frontem quæ tendebatur in longum, iuxta mensuram latitudinis domus, cubitorum viginti. Porrò altitudo centum viginti cubitorum erat. Et deauravit eam intrinsecus auro mundissimo. ^d Domum quoque maiorem textit tabulis ligneis abiegnis, ^e & laminas auri obrizi affixit per totum. Sculptisque in ea palmas, & quasi catenulas seinuicem complectentes. Strauit quoque pavimentum templi preciosissimo marmore, decore multo.] Porrò aurum erat probatissimum: de cuius laminis textit domum, & trabes eius, & postes, & parietes, & ostia,] & cælavit ^f Cherubim] in parietibus. Fecit quoque domum sancti sanctorum, longitudinem iuxta latitudinem domus cubitorum viginti, & latitudinem similiter viginti cubitorum. Et laminis aureis textit eum, & quasi] talentis sexcentis, sed & clauos fecit aureos, ita vt singuli clavi ficos quinquagenos appenderent. ^g Cœnacula quoque textit auro. Fecit etiam in domo sancti sanctorum ^h Cherubim duos opere ⁱ statuario,] & textit eos auro. Alæ Cherubim viginti cubitis extendebantur: ita vt vna ala haberet cubitos quinque, & tangeret parietem domus, & altera quinque cubitos habens, alam tangeret alterius Cherub. Similiter Cherub alterius ala, quinque habebat cubitos, & tangebatur parietem, & ala eius altera quinque cubitorum, alam Cherub alterius contingebat. Igitur alæ vtriusque Cherub expansæ erant, & extendebantur per cubitos viginti. ^j Ipsi autem stabant ^k erectis pedibus, & facies eorum erant versæ ad exteriorem domum: [†] Fecit quoque velû ex hyacintho, purpura, cocco & bysso, & intexuit ei ^l Cherubim.] Ante fores etiam templi duas columnas, quæ triginta & quinque cubitos habebant altitudinis. Porrò ^m capita] earum quinque cubitorum, necnon & quasi catenulas in oraculo, & superposuit eas capitibus columnarum. ⁿ Malo-granata etiam centum, quæ catenulis interposuit. Ipsas quoque columnas posuit in vestibulo templi, vnâ à dextris à alteram & sinistris. Eam quæ à dextris erat, vocavit Iachin: & quæ ad læuam, vocavit Booz.

a. Mons Moria fuit demonstratus Davidi ab angelo tenente gladium, & percussente populum supra arcem Ornan Iebusæi, vbi empta arce ædificauit altare. Angelomus super 3. Re. 6.
*Secundus, sub die.
1. Quibus Salomon instruitus fuit ad ædificandum.
b. Quæ Moyses in deserto tabernaculum mensas est.
[c. Tripartita enim fuit fabricæ distinctio, hoc est, porticus ante templum, & templum ipsum, in quo altare thyanamatis, mensa propositionis, & candelabrum luminis erant: & oraculum, hoc est, sanctum sanctorum, vbi arca testamenti, & cherubim post velum collocata. Porticus autem ante templum, antiquorum figuram gestat fidelium, ipsum verò templum, eorum qui post incarnationem domini in mundum venerunt. Domus autem interior, regni celestis gaudia verisque data. Glof. ord.]
2. Quas textit auro oprimo, superindecons sculpturas palmaram & catenarum. Et textit domum lapide precioso ad decorem.
3. De Peruiam. Textitque domus, trabes, postes, & parietes eius, & ostia eius auro.
4. Picturas.
d. Cherub masculinum singulare, cuius plurale Cherubim. Sed Græca cōsuetudo quæ nullam terminationem habet in m, neutro genere ponit Cherubin per n, pl. Verum nosse interpretis masculinū posuit per. m, dicens Cherubim duos aureos. Beda de tabernaculo, cap. 5.
e. Imaginem.
[f. Hoc est, erectis pedibus, quia super pedes suos recte stabant, ita quod vtriusque Cherubim pedes super pavimentum stabant. De Lyra.]
g. Picturas.
7. Capiteilla.
f. Malo-granata vel malagrana, aut mala punica, id est. Sed grænata propter granorum multitudinem, punica vero quia in Aphrica maximè abundat. Beda super Cantica.

A [†] 3. Reg. 6. a
Anni ante
Christi. 1029
Anni mundi
2933.
Templi do-
mini ædifica-
tio.
† 3. Reg. 24. a
1. Para. 21. d

† Iere. 51. e. f.
Math. 27. f.

Constructio altaris æneis, maris, candelabrorum, & mensæ ad panes propositionis.

IIII.



Ecit quoque altare æneum, viginti cubitorum longitudinis, & viginti cubitorum latitudinis, & decem cubitorum altitudinis. ^a Mare etiam æneum fusile, decem cubitis à labio vsque ad labium, rotundum per circuitum. Quinque cubitos habebat altitudinis: & funiculus triginta cubitorum am- bibat per gyrum eius. Similitudo quoque boum erat subter illud. ^b Et decem cubitis quædam extrinsecus cælaturæ: quasi duobus versibus labium maris circuibant. Boues autem

a. Mare illud æneum in figura lauacri saluatoris, quo in remissionem peccatorum emundamur, factum est. Angelomus in 7. cap. 3. Reg.
* Per circuitum, qui ambiabant ipsum.
7. Circumscribebant mare per circuitum, etiamque duo ordines boum, qui subter erant constituti futura.

A [†] 3. Reg. 7. a
d. c.

autem erant fusiles,] & ipsum mare super duodecim boues impositum erat, quorum tres respiciebant ad aquilonem, & alij tres ad occidentem. Porro tres alij meridiem, & tres qui reliqui erant, orientem: habentes mare superpositum. Posteriora autem bouum erant intrinsecus sub mari. Porro vastitas eius habet mensuram palmi: & labium illius erat quasi labium calicis, vel repandi lilij, capiebátque tria milia metretas. Fecit quoque conchas decem, & posuit quinque à dextris, & quinque à sinistris, vt lauaret in eis omnia quæ in holocaustum oblaturi erant. Porro in mari sacerdotes lauabantur. Fecit autem & candelabra aurea decem, secundum speciem quam iusserat fieri, & posuit ea in templo, quinque à dextris, & quinque à sinistris. Phialas quoque aureas centum. Fecit etiam atrium sacerdotum & basilicam grandem, & ostia in basilica quæ texit ære. Porro mare posuit in latere dextro contra orientem ad meridiem. Fecit autem Hiram lebetes, & creagras, & phialas: & compleuit omne opus Regis in domo dei: hoc est, columnas duas, & epistylia, & capita: & quasi quædam retiacula: quæ capita tegerent super epistylia. Malo granata quoque quadringenta, & retiacula duo: ita vt bini ordines malo granatorum singulis retiaculis iungerentur, quæ protegerent epistylia, & capita columnarum. Bases etiam fecit, & cõchas quas superposuit basibus: mare vnum, boues quoque duodecim sub mari: & lebetes & creagas & phialas. Omnia vasa fecit Salomoni Hiram pater eius, in domo domini ex ære mundissimo. In regione Iordanis fudit ea Rex, in argillosa terra, inter Sochot, & Saredata. Erat autem multitudo vasorum innumerabilis, ita vt ignoraretur pondus æris. Fecitque Salomon omnia vasa domus dei, & altare aureum, & mensas, & super eas panes propositionis. Candelabra quoque cum lucernis suis, vt lucerent ante oraculum iuxta ritum, ex auro purissimo, & florentia quædam] & lucernas, & forcipes aureos. Omnia de auro mundissimo facta sunt. Thymiamateria quoque & thuribula] & phialas & mortariola] ex auro purissimo, & ostia cælauit] templi interioris, id est, in sancto sanctorum, & ostia templi forinsecus aurea. Sicque completum est omne opus quod fecit Salomon in domo domini.

Donariis non paucis oblati, arca in oraculum inducitur, vnde gloria domini impleuit domum.

(b. Hi sunt duodecim Apostoli, & eorum vicarij successores qui mare impositum portant, cum in iudicium sibi predicando officium prompta deuotione perficiunt & in quadam orbe paribus fidem sanctæ trinitatis aliuant. Glosa interuentis.]
1. Terga singula eorum crana vestis maris.
2. Crastitudo.
3. Lauera.
4. Conchas hic vocat quas in lib. Reg. Luterus vocauit. vt si que cauum erat, vbi abiebantur pedes & intestina animalium immolatorum. Dion.

5. Crateres quoque aureos.
6. Aliud atrium magnum.
7. Ad orientem contra meridiem.
8. Scopas & pelues.
9. Et coronas duas super capita columnarum.

*Duar.

10. Labra quæ.

11. Et palas atque fuscinulas.
12. Pro domo.

13. Et fecit Salomon cuncta vasa ista in magna multitudine, quia non inuestigabitur.

14. Quas accenderent.

15. Flores quosdam.

16. Falces & pelues.

17. Cochlearia & receptacula.

16. q. 7. Et hoc diximus. De consecra. dist. 1. ca. 1. 2. q. 4. Salom.

† 1. Reg. 7. g. 2. a.

Ntulit igitur Salomon omnia quæ vouerat] David pater suus, argentum & aurum: & vniuersa vasa, posuit in thesauris domus domini. Post quæ congregauit maiores natu Israel & cunctos Principes tribuum, & capita familiarum de filiis Israel in Ierusalem, vt adducerent arcam fœderis domini, de ciuitate David, quæ est in Sion. Venerunt itaque ad Regem omnes viri Israel in die solenni, mensis septimi. Cùmque venissent cuncti seniorum Israel, portauerunt Leuitæ arcam: & intulerunt eam, & omnem paraturam tabernaculi. Porro vasa sanctuarij] quæ erant in tabernaculo, portauerunt sacerdotes cum Leuitis. Rex autem Salomon & vniuersus cœtus Israel, & omnes qui fuerunt congregati ante arcam, immolabant arietes & boues absque vlllo numero: tanta enim erat multitudo victimarum. Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis domini in locum suum, id est, ad oraculum templi, in sancta sanctorum, subter alas Cherubim: ita vt Cherubim expanderet alas suas super locum in quo posita erat arca, & ipsam arcam tegerent cum vectibus suis. Vectium autem quibus portabatur arca quia paululū longiores erant, capita parebant ante oraculum. Si verò quis paululū fuisset extrinsecus, eos videre non poterat. Fuit itaque arca ibi vsque in præsentē diem, Nihilque erat aliud in arca nisi duæ tabulæ, quas posuerat Moyses in Horeb, quando legē dedit dominus filiis Israel, egredientibus ex Ægypto. Egressis autem sacerdotibus de sanctuario (omnes enim sacerdotes qui ibi potuerant inueniri, sanctificati sunt, nec adhuc in illo tempore vices, & ministeriorum ordo inter eos diuisus erat) tam Leuitæ quam

1. Perfecit Salomon omne opus quod cepserat in domo domini, & intulit omnes diuitias quas David pater suus consecrauerat templo in honore domini & eas reposuit in thesauros domus domini, ad vsum repli & sacrificiorum. Angelomus: 1. Consecrauerat.

* Et. b. Vbi remanserat ab octauo anno regni eius vsque ad vnde cimum annum regni Salomonis.

2. Deduxerunt autem arcam, & tabernaculum testimonij, atque cuncta vasa sancta.

c. Hæc festiuitas latius patet.

3. Reg. 8. cum suis sacrificijs & diebus, sed prouincis totius regni ab introitu Emath, perque intelligit septentrionalem plagam vsque ad riuum seu torrentem Ægypti, per quem intelligit auxiis. Angelomus, super 7. cap. 3. lib. Reg.

4. Et prominebant vectes, apparebantque capita vectium extra arcam intra oraculum, & non videbantur foris.

[d. Paulus tamen ad Hebræ. 9. alia constituit in arca, dicens. Et arcam testamenti circūtectā ex omni parte auro, in qua vna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronderat, & tabulæ testamenti. Glosa ordinaria.]

* Impletum est sanctuarium fumo.

† 47. dist. c. disciplina. ver. Hoc nimirum. Exod. 14. d. 3. Reg. 8. b. Hebr. 9. a.

re. Istenim erant tres principes cantores ceteris praesidentes, sicut in primo lib. cap. 24. dicitur est. Dionis. Carruc. libid. 4. Nabilis.

5. Clangerent, & cantarent, per sonarentque vox eorum unanimis in laude, & confessione domini, extollerentque vocem cum tubis & cymbalis, & aliis instrumentis musicorum, & laudarent dominum quoniam bonus.
6. Impleta est.
7. Nec poterant.

cantores, id est, & qui sub Asaph erant, & qui sub Heman, & qui sub Idithun, filij & fratres eorum vestiti byssinis, cymbalis, & psalteriis, & citharis concrepabant stantes ad orientalem plagam altaris, & cum eis sacerdotes centumviginti canentes tubis. Igitur cunctis pariter & tubis & voce & cymbalis & organis, & diuersi generis musicorum concinentibus, & vocem in sublimem tollentibus, longe sonitus audiebatur: ita ut cum dominum laudare coepissent, & dicere: Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in aeternum misericordia eius, impleretur domus dei nube: ne possent sacerdotes stare & ministrare propter caliginem. Compleuerat enim gloria domini domum dei.

† Paral. 10. 19.

Salomonis exhortatio ad populum, & oratio ad deum.

VI.



Vnc Salomon ait: Dominus pollicitus est ut habitaret in caligine: ego autem aedificaui domum nomini eius: ut habitaret ibi in perpetuum. Et conuertit Rex faciem suam, & benedixit vniuersae multitudini Israel. Nam omnis turba stabat intenta: Et ait: Benedictus dominus deus Israel, qui quod locutus est Dauid patri meo, opere compleuit, dicens: A die qua eduxi populum meum de terra Aegypti non elegi ciuitatem de cunctis tribubus Israel, ut edificaretur in ea domus nomini meo. neque elegi quenquam alium virum, ut esset Dux in populo meo Israel: sed elegi Ierusalem, ut sit nomen meum in ea: & elegi Dauid, ut constituerem eum super populum meum Israel. Cumque fuisset voluntatis Dauid patris mei, ut aedificaret domum nomini domini dei Israel, dixit dominus ad eum: Quia haec fuit voluntas tua, ut aedificares domum nomini meo, bene quidem fecisti huiusmodi habere voluntatem: sed non tu aedificabis mihi domum, verum tamen filius tuus qui egredietur de lumbis tuis, ipse aedificabit domum nomini meo. Compleuit ergo dominus sermonem suum quem locutus fuerat, & ego surrexi pro Dauid patre meo, & sedi super thronum Israel sicut locutus est dominus, & aedificaui domum nomini domini dei Israel, & posui in ea arcam, in qua est pactum domini, quod pepigit cum filiis Israel. Stetit ergo coram altari domini ex aduerso vniuersae multitudinis Israel, & extendit manus suas. Siquidem fecerat Salomon Basin aeneam, & posuerat eam in medio basilicae: habentem quinque cubitos longitudinis, & quinque latitudinis, & tres cubitos altitudinis. Stetitque super eam, & deinceps flexis genibus contra vniuersam multitudinem Israel, & palmis in caelum leuatis, ait: Domine deus Israel, non est similis tui deus in caelo & in terra, qui custodis pactum & misericordiam cum seruis tuis qui ambulant coram te in toto corde suo, qui praestitisti seruo tuo Dauid patri meo quaecunque locutus fueras ei: & quae ore promiseras, opere complesti, sicut & praesens tempus probat. Nunc ergo domine deus Israel, imple seruo tuo patri meo Dauid quaecunque locutus es, dicens: Non deficiet ex te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel, ita tamen si custodierint filij tui vias meas, & ambulauerint in lege mea, sicut & tu ambulasti coram me. Et nunc domine deus Israel, firmetur sermo tuus quem locutus es seruo tuo Dauid. Ergo ne credibile est ut habitet deus cum hominibus super terram: Si caelum & caeli caelorum non te capiunt, quanto magis domus ista quam aedificaui? Sed ad hoc tantum facta est, ut respicias orationem serui tui, & obsecrationem eius domine deus meus, & audias preces, quas fundit famulus tuus coram te: ut aperias oculos tuos super domum istam diebus ac noctibus, super locum, in quo pollicitus es ut inuocetur nomen tuum, & exaudires orationem quam seruus tuus orat in eo: & exaudias preces famuli tui & populi tui Israel. Quicumque orauerit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo, id est, de caelis & propitiare. Si peccauerit quisquam in proximum suum, & iurare contra eum paratus venerit, seque maledicto constrinxerit coram altari in domo ista: tu audies de caelo, & facies iudicium seruorum tuorum, ita ut reddas iniquo viam suam in caput proprium: & viciscaris iustum, retribuens ei secundum iustitiam suam. Si superatus fuerit populus tuus

† 1. Reg. 8. 1. & 2. Reg. 7. 2.

† De consec. di. 1. cap. 4.

† 2. Mac. 1. 1.

† 1. Mac. 1. 1.

† 1. Reg. 8. 1.

i. Mansio tibi, & habitaculum pro sessione tua perpetua.
2. Templum habet deus. nam & Salomon rex & propheta iussus est aedificare templum deo: quia ergo templum aedificauit deo, ostendit se colere deum. Et vnde aedificauit de lignis & lapidibus: quia dignatus est deus facere sibi per seruum suum domum in terra, vbi rogaretur vbi moraretur. Aug. de symbo. lo ad Carethum lib. 1.
3. Vbi esset nomen meum.
4. Consecrationem ecclesiarum, & missam celebrationem, non alibi quam in sacris Domino locis absque magna necessitate fieri debere liquet omnibus quibus sunt notaveris & noui testamenti praecipua. De consec. di. 1. cap. 1.

c. Erant quidem omnia templi veteris admiranda. Nam erant ibi sancta sanctorum erat etiam veneranda & haec quae in Sina monte facta referuntur, ignis, tenebrae, caligo, procella: visus est, inquit, deus in monte Sina, & omnia haec olim cum admiratione memorabantur. Chryso. in 12. cap. ad Hebr. hom. 12.
1. Lauterum aeneum, posueratque illud.
2. Arxij. habebatque.

d. Salomonis oratio imprimis ad deum dirigitur, quae a maximo Ioseph, exequitur vbi supra. Deinde seipsum deo commendat, & postremo proximum. Quo ad proximum, longius profert petitiones, ut quicumque orauerit in loco isto, exaudi eum & propitiare ei. Si peccauerit quisquam in proximum suum, si superatus fuerit populus tuus Israel ab inimicis: si clauso caelo pluuia ob populi delicta non fluxerit: si fames orta fuerit in terra vel pestis: quicquid peccauerit in te, & deprecari faciant in templo tuo, dicentes peccauimus, iniquo peccauimus, iniquitatem fecimus, exaudi preces nostras, & dimittas populo tuo, quantum peccatorum. Angelorum.
5. Minus.
6. Respicere ergo digneris ad.
7. Quia in principio induxerat populum ad agendum deo gratias secum, inde Deum precatur ne sit eorum peccatio inanis. Glof. ordina. ibidem.
8. Aduertas clamorem & orationem quam orat.
9. Quas.

† Hinc ser. alias subdit precationes iuxta ordinem descriptum 1. lib. 3. De Lira. ibid. 7.
9. Et leuauerit iuramentum contra eum, & adiurauerit eum, peruenitque iuramentum.

90. Contraxit.

tuus Israel ab inimicis (peccabunt enim tibi) & conuersi¹¹ egerint pœnitentiam:] & obsecrauerint nomen tuum, & fuerint deprecati in loco isto: tu exaudies de cœlo, & propitiare peccato populi tui Israel, & reduc eos in terram quã dedisti eis, & patribus eorũ. Si clauso cœlo pluuia nõ fluxerit propter peccata populi tui, & deprecati te fuerint in loco isto: & confessi nomini tuo; & conuersi à peccatis suis, cum eos afflixeris, exaudi de cœlo domine, & dimitte peccata seruis tuis & populi tui Israel, & doce eos viam bonam, per quam ingrediantur, & da pluuiam terrã quam dedisti populo tuo ad possidendum. †⁸ Fames si orta fuerit in terra, & pestilentia,¹² h¹³ ærugo,] & arugo, & locusta, & brucus, & hostes¹³ vastatis regionibus portas obsederint ciuitatis,] omnisque plaga & infirmitas presserit: si quis de populo tuo Israel fuerit deprecatus, cognoscens plagam & infirmitatem suam, & expanderet manus suas in domo hac: tu exaudies de cœlo, de sublimi scilicet habitaculo tuo, & propitiare, & redde vniciueque secundum vias suas, quas nosti eum habere in corde suo. ^k Tu enim solus nosti corda filiorum hominum, vt timeant te & ambulent in viis tuis cunctis diebus quibus viuunt super faciem terrã, quam dedisti patribus nostris. Externum quoque, qui non est de populo tuo Israel, si venerit de terra longinqua propter nomen tuum magnum, & propter manum tuam robustam, & brachium tuum extentum, & adorauerit in loco isto, tu exaudies de cœlo, firmissimo habitaculo tuo, & facies cuncta pro quibus inuocauerit te ille peregrinus, ^m vt sciant omnes populi terrã nomen tuum, vt timeant te sicut populus tuus Israel, & cognoscant quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc quam ædificauit. ⁸ Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra aduersarios suos, per viam in qua miseris eos, adorabunt te contra viam in qua ciuitas hæc est, quam elegisti, & domus quam ædificauit uomini tuo, vt exaudias de cœlo preces eorum & obsecrationem, & ¹⁴ vlciscaris] ⁿ Si autem peccauerint tibi, († neque enim est homo qui non peccet,) & iratus fueris eis, & tradideris hostibus, & captiuos duxerint eos in terram longinquam, vel certè quã iuxta est, & conuersi in corde suo in terra ad quam captiuu ducti fuerant, egerint pœnitentiam, & deprecati te fuerint in terra captiuitatis suã, dicentes: ^o peccauius, iniquè fecimus, iniuste egimus, & reuersi fuerint ad te in toto corde suo & tota anima sua, in terra captiuitatis suã, ad quam ducti sunt, adorabunt te contra viam terrã suã, quam dedisti patribus eorum, & vrbs quam elegisti, & domus quam ædificauit nomini tuo: tu exaudies de cœlo, hoc est, de firmo habitaculo tuo, preces eorum, & facias iudicium, & dimittas populo tuo quauis peccatori. ⁸ Tu es enim] deus meus. Aperiantur quãso oculi tui, & aures tuã intentã sint ad orationem quã fit in loco isto. ^p Nunc igitur confurge domine deus in requiem tuam, tu & arca fortitudinis tuã. † Sacerdotes tui domine deus induantur salutem, & sancti tui lætentur in nobis. Domine deus meus ne auerferis faciem Christi tui. Memento misericordiarum Dauid serui tui. ¹ Cũque compleisset Salomon fundens preces, ignis descendit de cœlo, & deuorauit holocausta & victimas, & ¹⁶ maiestas] domini impleuit domum, nec poterant sacerdotes ingredi templum domini, eo quòd impleisset maiestas domini templum domini. Sed & omnes filij Israel videbant descendentem ignem, & gloriam domini super domum: & corruentes proni in terram super pauimentum & stratum lapide:] adorauerunt ¹⁷ & laudauerunt dominum, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Rex autem & omnis populus immolabant victimas coram domino.

Domini maiestas apparens, Salomonis preces admisit.

VII.

M Actauit igitur Rex Salomon hostias, boum viginti duo milia, arietum centum viginti milia. † Et dedicauit domum dei Rex & vnuerfus populus. Sacerdotes autem stabant in officiis suis, & Leuitã in organis cæminum domini, quẽ fecit Dauid Rex ad laudandum dominũ, quoniam in seculum misericordia eius, hymnos Dauid canetes per manus suas. Porro sacerdotes canebant tubis ante eos, cunctusque Israel stabat. †^b Sãctificauit quoque Salomon

11. Laudauerunt nomen tuum.

g. Cum ad orationem pergitur à peccatis conuertendum est Hiero.

12. Corruptio frugum. Ch. In 3. li. dicitur rubigo. quia arugo est autã corripens segetes rubigine generans. De Lyrã.]

13. Fames contingere potest ex multis causis, vt ex sterilitate terrã, vel ex tempestate fructus deuantante, vel ex aduersariis bona destruentibus idem. 3. Reg. 8.]

13. Angustiam fecerint ei in terra portarum eius. k. 1. fuis enim solius est cordis atcã prospicere, cui soli humanorum cordium cognitio est qui formauit ea. Chr. super Ioan. homi. 21.]

l. Nec solis Hebræis erantibus hanc opem à te precor sed etiam ab extremis orbis finibus aliqui venerint, aut vadeunquẽ profecti in hoc loco boni quippiam impetrare à te voluerint, exoratus illis largire Ioseph. Antiqu. Iudai. lib. 8. ca. 4.]

m. Multi enim gentes audientes in diuersis partibus orbis mirabilia quã fecit deus, qui colebatur in Ierusalem, ascendent illuc causa orationis, vt habetur Ioannis. 12. De Lyrã.]

14. Facias iudicium eorum. n. Quippe in Genesi c. 8 dicitur: Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua ostendere volens quia prã omnibus malis homo est pessimum malum. Nam si bestis cõparare volueris eum, peiorẽ inuenies, &c. Chryso. super 10. cap. homi. 14.]

16. Huc verba repetebant tres pueri in fornace Babylonis, de quo Danielis 3.]

15. Nunc.

p. Hoc est, in hoc templo deus, ceptus habitare digneris. Propterea illud gratiosè ingredere, in quo est sedes tua scilicet propitiatorum, & quod tibi factum est, vt in eo requiescas, id est, per pietatis tuã effectus ostendas te inuariabilem, & in circumscribitilem deum ibi adesse, & arca fœderis tui cũ populo tuo. Dionys.]

16. Sanguine suo mundauit, & spiritali gratia sanctificauit Christus, & diuersis donis virtutum multiplicauit hancque dedicant filij Israel: quia quique fidelis secundum donum sibi Deo collatum verbo & exemplo proximis ad meliora & perfectiora conuerit & proficiat. Glo. ordina.]

16. Gloria, & infra.

17. Confitentes domino.

18. Rex igitur Salomon per manus sacerdotum occidit & obtulit hostiarum multa millia, de quibus satis dictum supra 3. Reg. ca. 8. & 9. Dionys. ibid.]

1. In instrumentis musicis.

b. Quoniam altare nõ sufficebat capere hostias oblatas. Hiero.

† Infr. 10. b. E

† 1. Io. 1. c. Eccl. 7. c. 3. Reg. 8. c. Pro. 20. lb. De pœnit. dist. 2. ca. Si enim. De pre sumpt. Ex istu diu.

† Psal. 131. a.

† 1. Msc. a. c. A 3. Reg. 8. g.

† De cons. dist. 1. cap. 1.

medium atrij, ante templum domini. Obtulerat enim ibi holocausta & adipēs pacificorum, quia altare æneum quod fecerat, non poterat sustinere holocausta & sacrificia & adipēs. Fecit ergo Salomon solennitatem in tempore illo septem diebus, & omnis Israel cum eo. Ecclesia magna valde, ab introitu Emath vsque ad torrentē Ægypti. Fecitque die octauo collectam, eo quod dedicasset altare septem diebus: & solennitatem celebrasset diebus septem. Igitur in die vicesimatertia mensis septimi, dimisit populos ad tabernacula sua lætantes, atque gaudentes super bono quod fecerat dominus Dauid & Salomoni, & Israel populo suo. Compleuitque Salomon domum domini, & domum Regis, & omnia quæ disposuerat in corde suo vt faceret in domo domini, & in domo sua, & prosperatus est. Apparuit autem ei dominus nocte, & ait: Audiui orationem tuam, & eligi locum istum mihi in domum sacrificij. Si clausero cœlum, & pluuia non fluxerit, & mandauero & præcepero locustæ vt deuoret terram, & misero pestilentiam in populū meum, conuersus autem populus meus, super quos inuocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciem meam, & egerit pœnitentiam à viis suis pœsimis, & ego exaudiam de cœlo & propitius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum. Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius qui in loco isto orauerit. Elegi enim & sanctificaui locum istum, vt sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meū ibi cunctis diebus. Tu quoque si ambulaueris corā me, sicut ambulauit Dauid pater tuus, & feceris iuxta omnia quæ præcepi tibi, & iustitias meas iudiciāque seruaueris, suscitabo thronum regni tui: sicut pollicitus sum Dauid patri tuo, dicens: Non auferetur de stirpe tua vir, qui non sit Princeps in Israel. Si autem auersi fueritis, & dereliqueritis iustitias meas, & præcepta mea, quæ proposui vobis: & abeuntes serueritis diis alienis, & adoraueritis eos: euellam vos de terra mea quam dedi vobis, & domum hanc quam sanctificaui nomini meo, proiciam à facie mea, & tradam eam in parabolam & in exemplum cunctis populis, & domus ista erit in prouerbiū vniuersis transeuntibus & dicent stupentes: Quare fecit dominus sic terræ huic & domui huic? Respondébuntque: Quia dereliquerunt dominum deum patrum suorum, qui eduxit eos de terra Ægypti: & apprehenderunt deos alienos, & adorauerunt eos & coluerunt, & idcirco venerunt super eos vniuersa hæc mala.

Instaurat Salomon ciuitates quas Hiram sibi donauit.

VIII.

R Xpletis autem viginti annis, postquam ædificauit Salomon domum domini & domum suam: ciuitates quas dederat Hiram Salomoni, ædificauit: & habitare ibi fecit filios Israel. Abiit quoque in Emath Suba: & obtinuit eam, & ædificauit Palmiram in deserto, & alias ciuitates munitissimas ædificauit in Emath Extruxitque Bethoron superiorem, & Bethoron inferiorem, ciuitates muratas, habentes portas, & vectes, & seras. Balaath etiam & omnes vrbes firmissimas, quæ fuerunt Salomonis, cunctasque vrbes quadrigarum & vrbes equitum. Omnia quæcumque voluit fecit Rex Salomon atque disposuit, ædificauit in Ierusalem, & in Libano, & in vniuersa terra potestatis suæ. Omnem populum qui derelictus fuerat de Hethæis, & Amorrhæis, & Pherezæis, & Heuæis & Iebusæis, qui non erant de stirpe Israel, de filiis eorum & de posteris, quos non interfecerant filij Israel, subiugauit Salomon in tributarios vsque in diem hanc. Porro de filiis Israel non posuit vt seruiret operibus regis. Ipsi enim erant viri bellatores & Duces primi, & Principes quadrigarum & equitum eius. Omnes autem Principes exercitus Regis Salomonis fuerunt ducenti quinquaginta, qui erudiebant populum. Filiam verò Pharaonis transtulit de ciuitate Dauid, in domum quam ædificauerat ei. Dixit enim: Non habitabit vxor mea in domo Dauid Regis Israel, eo quod sanctificata sit: quia ingressa est in eam arca domini. Tunc obtulit Salomon holocausta domino, super altare domini, quod extruxerat ante porticum: vt per singulos dies offerretur in eo iuxta præceptum Moyse in sabbatis &

in Ka-

c. Sed puto non aliud hic velle intelligi, nisi quod expletis diebus septem dedicationis templi, subsecuti sunt dies scenopægiæ, quæ à 15. die mensis septimi, secundum legem in coanbatui, & in die 22. habebantur. Vtriusque ergo festiuitatibus ritibus, & scenopægiæ octaua die finita, dimisit rex Salomon populos ad sua. Angelomus super 3. Reg. 8.
d. Quæ in octaua paschæ & in octaua tabernaculorum fieri solebat. Hiero.

e. Hic videtur orationis vim & efficaciam, quæ cœlū aperit & claudit. Nam ecclesiastica oratio soluit vincula Petri, & Pauli dilatauit prædicationis fiduciam. Oratio caminum ignis extinxit, oratio cœlestis leonum, oratio seditionem cōpescuit, oratio paradisi aperuit, oratio cœli cardines reuerauit, oratio sterilem terram fecit, oratio Cornelij cœlos penetravit, oratio Publicanum iustificauit. Chryso. de reditu suo ab Asia. homi. 11.
[f. Id est, in tempore futurum absque determinatione, supposita tamen conditione quod Salomon & populus debeant in obedientia dei permanere. De Lyra ibid.]
a. Statuta mea.

g. Dum Salomon quidē in curis fuit, & perturbatione de principatu generis illius consultans, illa visione dignus est habitus: vt vero nactus est desitias in ipsum malitia barathrū delapsus est. Chryso. ad populum. Antio. homi. 66.
3. In fabulam.
4. Et super domū istam, quæ sui reuoluit, obstupescet omnis qui transierit, dicēque.

5. Induxit.

a. Palmira dicta Hebræa lingua Tamor, ædificata à Salomone rege Hebræo. Vrbs maxima, & sic nobilis, diuini solo, vasto vndique ambitu, arenis includente inus agros aquis irriguos & amenos, fontibusque & puteis nimis abundantes, cū in circūiacente regione aquæ nusquā inueniuntur. Abest à Syria superiore duorum dierum itinere, ab Euphrate vniuersa. Sicut iuxta Parthos 1576. passuum.
2. Cunctas ciuitates pro thecis.
3. Hecurum.
b. Quæ in Salomone figurata sunt in Christo iā adimpleta sunt. Nō rex noster pacificus quam liberæ, in potestate sua coniecit, & singulis vitur ad propriū seruitiū. Sicut enim Iudæi siue gentes siue heretici siue schismatici, in eius dominationem consistunt & illis vitur interdum vsibus ecclesiæ suæ: filios verò libere nō seruire sinit: id est, aut Iudeorum ritibus, vel hereticorum legibus & erroribus. Angelomus.
3. Præerat populo.
c. In legationem vereri erant 7. solennitates, & vna continua. vt patet Leuit. 23. Nume. 28. & 29. quoti 3. arde præcipue hæde per Moysem ordinare, in quibus oportebat quilibet Hebræi visitare templum in loco quæpla curi domino eligere ex cunctis locis, vt ibi dictū est amplius.

in Kalendis, & in festis diebus, ter per annum, id est, in solennitate azymorum, & solennitate hebdomadarum, & in solennitate tabernaculorum. Et constituit iuxta dispositionem Dauid patris sui officia sacerdotum in ministeriis suis, & Leuitas in ordine suo: Jyt lauderent & ministrarent coram sacerdotibus iuxta ritum vniuscuiusque diei: & ianitores in diuisionibus suis per portam & portam. ⁸ Sicut enim praeceperat Dauid homo dei. ⁹ Nec praetergressi sunt de mandatis Regis tam sacerdotes quam Leuitae: ex omnibus quae praeceperat. Et in custodiis thesaurorum omnes impensas praeparatas habuit Salomo, ex eo die quo fundauit domum domini vsque in diem, quo perfecit eam. Tunc abiit Salomon in Asiongaber, & in Hailath ad oram maris rubri, quae est in terra Aedom. Misit ergo ei Hiram per manus seruorum suorum naues, & nautas gnaros maris: & abierunt cum seruis Salomonis in Ophir. Tuleruntque inde quadringenta quinquaginta talenta auri, & attulerunt ad regem Salomonem.

Regina Saba datis susceptisque muneribus discessit. Salomon scuta aurea & argentea, & alia vasa, soliumque construxit, & tandem moritur.

IX.

1. Reg. 10. n.
Matth. 12. f.
Luc. 11. d.
8. q. 1. c. Ve.
100.

R ^a Regina quoque Saba cum audisset famam Salomonis, venit ut tentaret eum in aenigmatibus in Ierusalem, cum magnis opibus, & camelis qui portabant aromata, & auri plurimum, gemmasque preciosas: Cumque venisset ad Salomonem, locuta est ei quaecunque erant in corde suo. Et exposuit ei Salomon omnia quae proposuerat, nec quicquam fuit quod non perspicuum ei fecerit. Quae postquam vidit sapientiam scilicet Salomonis, & domum quam aedificauerat: nec non & cibaria mensae eius, & habitacula seruorum, & officia ministrorum eius, & vestimenta eorum, pincernas quoque & vestes eorum, & victimas quas immolabat in domo domini, non erat praestupore ultra in ea spiritus. ^b Dixitque ad regem: Verus est sermo quem audieram in terra mea, de virtutibus & sapientia tua. Non credebam narrantibus, donec ipsa venissem, & vidissent oculi mei, & probassem vix medietatem sapientiae tuae mihi fuisse narratam. Vicisti famam virtutibus tuis. Beati viri tui, & beati serui tui: Ij qui assunt coram te omni tempore, & audiunt sapientiam tuam. Sit dominus deus tuus benedictus, qui voluit te ordinare super thronum suum, ad regem domini dei tui. Quia diligit deus Israel, & vult seruare eum in aeternum, idcirco posuit te super eum Regem, ut facias iudicia atque iustitiam. ^c Dedit autem regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas preciosissimas. Non fuerunt aromata talia, ut haec quae dedit Regina Saba regi Salomoni. Sed & serui Hiram cum seruis Salomonis attulerunt aurum de Ophir, & ligna thina, & gemmas preciosissimas. De quibus fecit Rex, de lignis scilicet thinis, gradus in domo domini, & in domo regia, citharas quoque & psalteria cantoribus. Nunquam visa sunt in terra Iuda ligna talia. Rex autem Salomon dedit Reginae Saba cuncta quae voluit, & quae postulauit: & multo plura quam attulerat ad eum. ^d Quae reuersa abiit in terram suam cum seruis suis. Erat autem pondus auri quod afferebant Salomoni per singulos annos, sexcenta sexaginta sex talenta auri, excepta ea summa quam legati diuersarum gentium & negociatores afferre consueuerant, omnesque reges Arabiae & Satrapae terrarum, qui comportabant aurum & argentum Salomoni. ^e Fecit igitur rex Salomon ducentas hastas aureas, de summa sexcentorum aureorum, & qui in singulis hastis expendebantur. Trecenta quoque scuta aurea trecentorum aureorum: quibus tegebantur singula scuta. Posuitque ea Rex in armamentario quod erat constitutum nemore. ^f Fecit quoque Rex solium eburneum grande, & vestiuit illud auro mundissimo. ^g Sex quoque gradus quibus ascendebatur ad solium, & scabellum aureum, & brachiola duo altrinsecus, & duos leones stantes iuxta brachiola: sed & alios duodecim leuculos stantes super sex gradus ex vtraque parte. Non fuit tale solium in vniuersis regnis. Omnia quoque vasa conuiuij regis erant aurea, & vasa domus saltus libani, ex auro purissimo. Argenti enim in diebus illis pro nihilo reputabatur. Si quidem naues regis ibant in Tharsis cum seruis Hiram semel in tribus annis: & deferebant

[d. Salom6 festa celebrati iestite sabbarum in memoria creationis mundi. Calendas in memoriam gubernationis. Hebdomadarum, continuationis, & tribus aliis festis ter per annum. Pasche. Pentecostes, & tabernaculorum.]
4. In custodiis suis.

[e. Secundum conuenientiam cuiusque temporis omnia in ecclesia disponit, ut vniuersique ordo officio suo sanctus dignè ministret. Glosa ordin.]

[f. Asiongaber portus est maris rubri, non procul ab Elana villa in Idumaea, nec longe distans ab Haila: vbi elasis Iosabab vi temptatis est aurum, & Salomonis instructa ad navigationem in Ophir. Vnde & ceteri reges ad Iudaeas navigationes eo portu vsi sunt. Et est mansio. ja. & vltima solitudinis in Pharan.

a. Quia sic exponit: Regina Saba cum audisset sapientiam Salomonis non esse naturalem, quia est sapientia Philosophorum, Magorum, & id genus hominum, sed a deo data, venit ut tentaret illum, & differentiam inter naturalem & diuinam sapientiam agnosceret. Vnde Hier. ad Priam c. 17. Quis loquar de regina Saba quae venit a finibus terrae audire sapientiam Salomonis, & testimonio domini condetrata est omnes viros Ierusalem ibidem.

1. Cum exercitu magno
2. Ascensum eius per quem ascendebat in domum.

b. Consideratis vndique adificiis cum illorum ornatu, multo magis mirabatur Salomonis sapientiam, numerum, & ordinem sacerdotum, Leuitarum, praepositorum, ianitorum, cantorum, ac omnium ministrantium in domo domini qui supra designati sunt. Paralip. 22. Iosaph.

3. De rebus tuis.
4. Quam audiri.

c. Sunt qui dicunt qd Regina Saba postquam remeauerat ad propria, scripsit Salomoni quod presentia haec ei dicere timuit, se vidisse in domo saltus Libani quoddam lignum in quo suspensus erat quidam, pro cuius morte lignum Iudaeorum periret: & curis iudicis illud regi indicauit. Quod timens Salomo, illud in probaticam piscinam profundis terrae visceribus occultat fecit. Sed quomodo circa tempora Christi in eadem probatica piscina supernatauerit, incertum est. Et creditur hoc fuisse lignum dominice crucis, ut habetur in spec. histo.

5. Nabla.
6. Omnem rem desiderabilem quam illa petiit, sed non tantum quantum illa attulit.
7. Lustratores.

8. Ducentas peltas ex auro ductili, expoliteque, sunt pro pelatina sexcenti aurei ductiles, vt 3. Reg. 10. c.

9. Domo saltus Libani.

[d. In senario bonorum operum perfectio designatur. Sed enim diebus fecit mundus deus: & senarius est primus perfectus numerus, bonis vero & peccatis operibus ad caelum ascenditur. Glos. ordinat.]

* Et haec fixa haerebant ad solium.

10. Salomonis.
e. Tharsis vel est regio Indiae, vel vult Iosephus, vel certe omne pelagus Tharsis appellatur. Hiero. super ro. ca. Hieronima.

[f. Hic consequenter describitur diffusio fanae Salomonis orinibus terrae regibus. Sententia vero istarum partium patet ex lib. Regū 3, De Lyra ibid.] 11. Sapientia.

12. Quatuor milia praefepium pro equis & quadrigis.

g. Euphrates ferentē a fontibus in quendam pronū locum, Ion gēque procedens iactat: non quōd sub terram iactat, sed mira quadam causa. Super enim aqua fit limus altus longitudine stadiorum 50. latitudine 20, adeoque durefcit, vt continent videatur, super quo pedites, equites, currūsque securi ambulānt. Super eodem calami numerosi nascuntur, quos accollē quotannis ad radices secundo flante vento comburunt ne viam impediāt. Deinde fluvius emergens iterum in Beldēnam regionem procedit, in Taurus vrbem.

* In copia.
h. Antequā praeraticatus fuit.
i. Postquam praeraticatus est.
13. In prophetia.
14. Iaddo.

a. Israelite hunc locum elegerūt, vt facilius in domū Dauid conspirarent, & electionem impeditent, occasione nacti in Roboam infelici vtando auspicio. Eucher.
* Ieroboam.

b. Ea quodd vigintiquatuor milia per vicēs mensibus singulis morabantur cum rege in Ierusalem Hiero. it. id.

c. Ille post triduum ad postulata responsurum se pollicitus, statim in suspicionem venit, quodd sine mora votis eorum annuisset. Ioseph. Antiq. Iud. lib. 3 cap. 1.

2. Si fueris bonus erga hūc populum, & te affabilem eis praebuēris, locutūque fueris ad eos verba bona.

d. Roboā filius Salomonis, qui viliū seniorū relicto consilio, adolescentiū consilium secutus est, licet de domo Dauid fuerit, tamen in via eius non gradebatur. Fecit enim Iudas teste scriptura 1. Reg. 14. f. in illis diebus malū corā dño, & iri rauerūt eū super omnibus quę fecerant patres eorū in peccatis suis quibus peccauerūt. Adificauerūt sibi aras, & statuas & lucos super omnē collē excellentium, & subter omnē arbore frondosam. Angelo. sup. er. 3. Reg. 12.

* Quod ei dederant.
[e. Hic significat malos peccatores in e. clerica, qui terrenis cupiditatibus dediti, curā subditorū negligūt, & gaudent in multitudine sibi obsequentiū. Glof. ordina. ibid.]

2. Consilium, dicens.

3. Occasio à deo, vt suscitaret dominus verbū suum, quod.

[f. Ichi enim velut terro rā duris verbis non secus ac si à minis ad eū lā esset peruenrū: per indignationem vno ore exclamāt, nihil sibi futurū amplius cum Dauidis progenie. Habes templū quod: pater extruxisset, manifestē defectionē in pra se ferentes. Adeoque petri nax irā fuit, vt Adoramū quastorem regium missum ad excusandū iuuenilis linguae petulantia placidūque cōcitatū vulgi animos, ne audiret quiddē lapidibus abruerint. Ioseph. Ant. Iudae. lib. 8. ca. 3.]

4. Vide.
1. Sarept.
g. Hic textus ex 3. Reg. 12, cap. de promptu est.

inde aurum & argentum & ebur & simias & pauos. Magnificatus est igitur Salomon super omnes reges terrae, pra diuitiis & gloria. Omnēsque reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis, vt audirent sapientiam quam dederat deus in corde eius. Et deferebant ei munera, vasa argentea & aurea, & vestes, & arma, & aromata, equos & mulos per singulos annos. Habuit quoque Salomon quadraginta milia equorum in stabulis, & curruum] equitumque duodecim milia. Constituitque eos in vrbibus quadrigarum, & vbi erat Rex in Ierusalem. Exercuit etiam potestatem super cunctos reges à flumine Euphrate vsque ad terram Philistinorum, & vsque ad terminos Aegypti. Tantamque copiam praebuit argenti Ierusalem quasi lapidum: & cedrorum, tantam multitudinem velut sycomorum quae gignuntur in campestribus. Adducebantur autem ei equi de Aegypto cunctisque regionibus: Reliqua autem operum Salomonis, priorum & nouissimorum, scripta sunt in verbis Nathan Prophetae, & in libris Ahia Silonitis, in visione quoque Iaddo] vidētis contra Ieroboam filium Nabath. Regnavit autem Salomon in Ierusalem super omnem Israel, quadraginta annis. Dormiuitque cum patribus suis: & sepelierūt eum in ciuitate Dauid: regnavitque Roboam filius eius pro eo.

Roboam seniorum spreto consilio, regnum in duo scidit, Ieroboam in alteram partem vocato. X.



Profectus est autem Roboam in Sichein. Illuc enim cunctus Israel conuenerat, vt constituerent eum Regem. Quod cum audisset Ieroboam filius Nabath qui erat in Aegypto, fugerat quippe illuc ante Salomonem, statim reuersus est. Vocaueruntque eum & venit cum vniuerso Israel: & locuti sunt ad Roboam, dicentes: Pater tuus durissimo iugo nos presit: tu leuiora impera patre tuo qui nobis imposuit grauem seruitutem, & paululum de onere subleua, vt seruiamus tibi. Qui ait: Post tres dies reuertimini ad me. Cumque abiisset populus, iniit consilium cum senibus qui steterant coram patre eius Salomone dum adhuc viueret, dicens: Quod datis consilium vt respondeam populo? Qui dixerunt ei: Si placueris populo huic, & lenieris eos verbis clementibus, seruient tibi omni tempore. At ille reliquit consilium senum, & cum iuuenibus tractare coepit, qui cum eo nutriti fuerant, & erant in comitatu illius. Dixitque ad eos: Quid vobis videtur, vel respondere quid debeo populo huic, qui dixit mihi subleua iugum, quod imposuit nobis pater tuus? At illi responderunt vt iuuenes & nutriti cum eo in deliciis, atque dixerunt: Sic loqueris populo qui dixit tibi pater tuus aggrauauit iugū nostrum, tu subleua, & sic respondebis eis: Minimū digitus meus grosior est lumbis patris mei. Pater meus imposuit vobis graue iugum, & ego maius pondus apponam. Pater meus caecidit vos flagellis, ego verò caedam vos scorpionibus. Venit ergo Ieroboam, & vniuersus populus ad Roboam die tertio, sicut praecerat eis. Responditque Rex dura, derelicto consilio seniorū: locutusque est iuxta iuuenū voluntatē. Pater meus graue vobis imposuit iugum, quod ego grauius faciā: Pater meus caecidit vos flagellis, ego verò caedam vos scorpionibus. Et non acquieuit populi precibus: Erat enim voluntatis dei, vt cōpleretur sermo eius, quem locutus fuerat per manum Ahia Silonitis ad Ieroboam filium Nabath. Populus autem vniuersus Rege duriora dicēte sic locutus est ad eum: Nō est nobis pars in Dauid: neque haereditas in filio Isai. Reuertere in tabernacula tua Israel. Tu autem pascē domum tuam Dauid. Et abiit Israel in tabernacula sua. Super filios autem Israel, qui habitabant in ciuitatibus Iuda, regnavit Roboam. Misitque Rex Roboam Adoram, qui praecerat tributis & lapidauerunt eum filij Israel, & mortuus est. Porro Rex Roboam currum festinauit ascendere, & fugit in Ierusalem. Recessitque Israel à domo Dauid vsque ad diem hanc. Factum est autem cum audisset omnis Israel quod reuersus esset Ieroboam, miserunt & vocauerunt eum, congregato cœtu, & constituerunt eum Regem super omnem Israel, nec secutus est quisquam domum Dauid praeter tribum Iuda solam.

Disquadetur

1. Re. 10. 1

11. Reg. 11. g.

11. Reg. 11. d. An. de Christi sum. 992. Anni mundi 2970. Roboam 4. Iuda. an. 17.

11. Reg. 11. d.

11. Reg. 11. f.

1. q. 1. De nique.

11. Reg. 11. d.

Hoc exhib. Reg. 1. ca. 12. f. huc nistum est. Anni ante Christum. 692. Anni mudi. 2970. Ieroboam 4. II. an. 22.

Dissuadetur Roboam bellare contra Israel, qui multis viribus instauratis, multas duxit uxores & concubinas.

X I.

†Eccle. 47. e.
1. Reg. 12. d.
Deut. 17. d.
Canti. 6. e.
Exod. 34. b.



† Enit autem Roboam in Ierusalem, & conuocauit Vniuersam domum Iuda & ^a Beniamin, centum octoginta milia electorum atque bellantium, vt dimicaret contra Israel, & conuerteret ad se regnum suum. Factusque est sermo domini ad Semeiam hominem dei dicens: Loquere ad Roboam filium Salomonis Regem Iuda, & ad vniuersum Israel, qui est in Iuda & Beniamin: Hæc dicit dominus. ^b Non ascendetis neque pugnabitis contra fratres vestros: reuertatur vnusquisque in domum suam, quia mea hoc gestum est voluntate. Qui cum audissent sermonem domini, reuersi sunt, nec perrexerunt contra Ieroboam. ^c Habitauit autem Roboam in Ierusalem, & ædificauit ciuitates muratas in Iuda: extruxitque Bethléhem & Erham & Thecue, Bethsur quoque, & Socco, & Odollam, necnon & Geth, & Marefa, & Ziph, sed & Aduram, & Lachis, & Asecha. Saraa quoque, & Abialon & Hebron quæ erant in Iuda, & Beniamin, ciuitates munitissimas. ^d Cùmque clausisset eas muris, posuit in eis Principes ciborumque horrea, ^e hoc est, olei & vini. ^f Sed & in singulis viribus fecit armamentaria scutorum & hastarum, firmavitque eas summa diligentia: & imperauit super Iudam & Beniamin. Sacerdotes autem & Leuitæ qui erant in vniuerso Israel, venerunt ad eum, de cunctis sedibus suis: ^g relinquentes suburbana & possessiones suas, & transeuntes ad Iudam & Ierusalem, ^h eò quòd abieciisset eos Ieroboam & posterius eius, ne sacerdotio domini fungerentur, qui constituit sibi sacerdotes excelsum & dæmoniorum vitulorumque quos fecerat. Sed & de cunctis tribubus Israel quicumque dederant cor suum, vt quærerent dominum deum Israel, venerunt in Ierusalem ad immolandum victimas suas domino deo patrum suorum, & roborauerunt regnum Iuda, & confirmauerunt Roboam filium Salomonis per tres annos: Ambulauerunt enim in viis Dauid, & Salomonis, annis tantum tribus. ⁱ Duxit autem Roboam uxorem Mahalath, filiam Hierimoth filij Dauid, Abiail quoque filiam Heliab filij Isai: quæ peperit ei filios, Iehus, & Sernariam, & Zoom. ^k Post hanc quoque accepit Maacham filiam Absalom: quæ peperit ei Abia, & Atthai, & Ziza, & Salomith. Amavit autem Roboam Maacham filiam Absalom super omnes uxores suas & concubinas: ^l Nam uxores decem & octo duxerat, concubinas autem sexaginta: & genuit vigintio octo filios, & sexaginta filias. ^m Constituit verò in capite Abiam filium Maacha, ducem super omnes fratres suos, ⁿ ipsum enim Regem facere cogitabat, ^o quia sapientior fuit & potentior super omnes filios eius, & in cunctis finibus Iuda & Beniamin, & in vniuersis ciuitatibus muratis. ^p Præbuitque eis escas plurimas, & multas petiuit uxores.

Rex Aegypti Ierusalem spoliata, aurea & argentea scuta Salomonis aufert, pro quibus Roboam aenea construxit.

X II.

†1. Reg. 14. g.



† Vmque roboratum fuisset regnum Roboam & confortatum, ^a detulit legem domini, & omnis Israel cum eo. Anno autem quinto regni Roboam, ascendit Sefac Rex Aegypti in Ierusalem, quia peccauerat domino, cum mille ducentis curribus, & sexaginta milibus equitum. Nec erat numerus vulgi, quod venerat cum eo ex Aegypto: Libyes scilicet, & Trogloditæ & Aethiopes, cœpitque ciuitates munitissimas in Iuda, & venit vsque in Ierusalem. Semeias autem Propheta ingressus est ad Roboam, & Principes Iuda, qui congregati fuerant in Ierusalem fugientes Sefac: dixitque ad eos: ^b Hæc dicit dominus: Vos reliquistis me, & ego reliqui vos in manu Sefac. Consternatique Principes Israel & Rex, dixerunt: Iustus est dominus. Cùmque vidisset dominus quòd humiliati essent, factus est sermo domini ad Semeiam, dicens: Quia humiliati sunt, non disperdam eos, dabòque eis pauxillū auxiliij, & non stillabit furor meus super Ierusalem per manū Sefac. Veritamen seruiet ei, vt sciant distantia seruitutis meæ & seruitutis regni terrarū. ^c Recessit

z iij

a. Tribus Beniamin scuta est Roboam occasionaliter, quid non poterat se separare à tribu Iuda, in medio cuius habitabat. Similiter tribus Leui: quoniam locus diuini cultus, & sacri fieriorum videlicet templi domini erat in Ierusalem. Dionys. ibidem.

b. Et cum voluisset Roboam tanquàm tyrannidē diuina illius patris bello persequi, prohibitus est populus pugnare cum fratribus suis, dicente evo per prophetam se hoc fecisse. Vnde apparuit nullis in ea re, vel Ierusalem Regis, vel populi fuisse peccata, sed voluntatē dei vindicantis impletam esse. Quia cognita pars vtriusque, inter se pietati conueniunt: non enim religionis, sed regni fuerat causa diuina. Aug. de ciuit. de. lib. 18. c. 21. Itē deus tamen hoc nisi per ipsorum hominum voluntates facere noluisset, sine dubio habetis humanorum quòd placeret animorum inclinandi potestatem. Sic ergo est voluerit Reges in terrā deus constituit, magis habet in potestate voluntates hominum, quàm ipsi suas voluntates. Eucher. super 4. Reg. 1.

1. Roborauit quoque populum.

2. Vinum quoque & oleum, se. Quia sicut erant eis concessæ ciuitates ad habitandum, sic etiam suburbana ad animalia nutriendum: Similiter etiam homines deuoti de aliis tribubus qui volebant egredere Dominum ascendebant in Ierusalem ad immolandum Domino, sicut legitur de Tobia Tob. 1. De Lyta. ibidem.

d. Roboam cum ex priorē matrimonio cognate cuiusdam mulieris tres liberos suscepisset, super duxit postea cognatam aliam Maacham, & Thamarē Absalom filii progenitam, Ex qua Abia pater factus est. Et quantum etiam ex aliis vxoribus liberos haberet, præ quibus tantē amavit Maachā, Ioseph. lib. 8. cap. 10.

e. Quid mirum si & in idololatriam incidit, habuit ergo proles octoginta octo, videlicet 8. filios, & 65. filias, Dion. Castus. ibid.

3. Vt regno præficeret.

4. Et erudiebat & dispergebat omnes filios suos in omnes terras Iuda & Beniamin in omnes vrbes muratas.

a. Vides quā periculosa sit diuinitas affluentia, & quā facile ciuitas est cuius rector sapiens & iustus cuius vices sapiens Ecclesiasticus profert: secundum iudicij populi, sic & ministri eius. Et quā is est rector ciuitatis, tales & habitates in ea. Rex insipientis perdet populum suum. Ille vtrique Rex de quo dictū est. Eccle. 10. d. Vt tibi terra cuius Rex puer est, & cuius principes mane comedunt: quia talis Rex perdet populum suum, hoc est, omnes sibi obediunt in barathrum secum præcipit in inferi. Rabanus super 10. ca. Ecclesiasticus.

1. Et ascendit Sefac Rex Aegypti in Ierusalem, & tulit auro.

[b. Hic Sefac, alias Sufacus Aegyptiorum Rex quinto anno Roboami regni numerofiffimum exercitum contra illum adduxit. In quo fuisse ferunt cunctos m. cc. equites. It. m. p. dies coc. m. Eius miles maxime ex Afriis confistat ac Aethiopiibus. &c. Iof. Anti. Iudai. lib. 8. ca. 4.]
 *Roboam.
 2. Curforum.
 3. Curfores.
 4. Et refifterunt eos in conclaue fatellitum.
 c. Quoniam vt plurimum patrem fequitur fua proles: Salomon multiplicauit fibi mulieres & concubinas. Sic Roboam 18 vxores habuit, & 10. concubinas, vnde 28. filios habuit, & 60. filias. Comeflor.
 [d. Quauis enim vt precedit pater capite, Roboam & populus eius in exordio regni fui ceffauit a bello contra Iero-boam, concepto tamen tempore procedente contra fe inuicem pugnauerunt. Et fuit inter eos difplicitia, auerfo atque elatio multiplex. Dionif. Cartuf. ibidem.]
 5. Iaddo.
 6. Genealogiam texentis.

itaque^b Sefac Rex Aegypti ab Ierufalem fublatis thefauris] domus domini, & domus Regis, omniaque fecum tulit, & clypeos aureos quos fecerat Salomon, pro quibus fecit Rex^a aeneos: & tradidit illos Principibus² fcutariorum, qui custodiebant vestibulum palatij. Cumque introiret Rex domum dei, veniebant³ fcutarij, & tollebant eos: iterumque referebant eos ad armamentarium suum.] Veruntamen quia humiliati sunt, auerfa est ab eis ira domini: neque deleti sunt penitus: Siquidem & in Iuda inuenta sunt opera bona. [†] Confortatus est ergo Rex Roboam in Ierufalem: atque regnauit. Quadraginta autem & vnus anni erat, cum regnare coepisset, & decem & septem annis regnauit in Ierufalem vrbe quam elegit dominus, vt confirmaret nomen suum ibi, de cunctis tribubus Israel. [§] Nomen autem matris eius Naama Ammonitis. ^d Fecitque malum, & non praeprauiuit cor suum vt quaereret dominum. Opera vero Roboam prima & nouissima, fcripta sunt in libris Semeiae prophetae, & [†] Addo] videtis: & ⁶ diligenter exposita.] Pugnaueruntque aduersum se Roboam & Iero-boam cunctis diebus, & dormiuit Roboam cum patribus suis, fepultusque est in ciuitate Dauid: & regnauit Abia filius eius pro eo.

Abia patri fuccedens in Iuda, expugnato Iero-boam ex multis vxoribus plurimos accepit filios & filias. X III.



[†] Nono octauodecimo regis Iero-boam regnauit Abia super Iudam. Tribus annis regnauit in Ierufalem: Nomenque matris eius^a Michaiia filia Vrieli de Gabaa, & erat bellum inter Abiam & Iero-boam. [†] Cumque inisset Abia certamen, & haberet bellicosissimos viros, & electorum quadraginta milia: Iero-boam instruxit e contra aciem¹ octoginta] milia virorum: qui & ipsi electi erant & ad bella fortissimi. Stetit ergo Abia super montem Semeron, qui erat in Ephraim, & ait: Audi Iero-boam & omnis Israel: ² Num ignoratis,] quod dominus deus Israel dederit regnum Dauid super Israel in fempiternum, ipsi & filiis eius^b in pactum falis: Et surrexit Iero-boam filius Nabath, feruus Salomonis filij Dauid, [†] & rebellauit contra dominum suum. Congregati que sunt ad eum viri vanissimi, & filij Belial, & praualuerunt contra Roboam filium Salomonis. [§] Porro Roboam erat³ rudis, & corde pauido:] nec potuit resistere eis. Nunc ergo vos dicitis, quod resistere possitis regno domini, quod possidet per filios Dauid. Habetis que grandem populi multitudinem, atque vitulos aureos, quos fecit vobis Iero-boam in deos. [†] Et eiecistis sacerdotes domini filios Aaron atque Leuitas, & fecistis vobis sacerdotes, sicut omnes populi terrarum. Quicumque venerit & ⁴ initiauerit manum suam in[†] tauro, in bobus,] & in arietibus septem, fit sacerdos eorum qui non sunt dij. ^d Noster autem dominus deus est, quem non relinquimus. Sacerdotes que ministrant domino de filiis Aaron, & Leuitae sunt in ordine suo, holocausta quoque offerunt domino per singulos dies, mane & vespere, & thimiama ⁶ iuxta legis praecipita confectum,] & proponuntur panes in mensa mundissima. [§] Est que apud nos candelabrum aureum, & lucernae eius, vt accedantur semper ad vespeream. Nos quippe custodimus⁷ praecipita] domini dei nostri, quem vos reliquistis. Ergo in exercitu nostro dux deus est: & sacerdotes eius qui clangunt tubis, & resonant contra vos. Filij Israel, nolite pugnare contra dominum deum patrum vestrorum, quia non⁸ vobis expedit.] Hac illo loquente: Iero-boam^c retro moliebatur insidias. Cumque ex aduerso hostium staret, ignorantem Iudam suo ambiebat exercitu. Respiciensque Iudas, vidit instare bellum ex aduerso & post tergum, & clamauit ad dominum, ac sacerdotes tubis canere coeperunt, omnesque viri Iuda vociferati sunt. Et ecce illis clamantibus, [†] perterritus deus Iero-boam & omnem Israel qui stabat ex aduerso Abia & Iuda, fugeruntque filij Israel Iudam, & tradidit eos deus in manu eorum. [§] Percussit ergo eos Abia & populus eius plaga magna, & corruerunt vulnerati ex Israel⁹ quinquaginta milia virorum fortium. Humiliati que sunt filij Israel in tempore illo, & vehementissimè confortati filij Iuda, eo quod ¹⁰ sperassent in domino deo patrum suorum. [§] Per-

a. Hac in 3. lib. Reg. c. 14. dicitur Maacha filia Absalonis, ex Thamar filia Absalonis, vt ibidem dicit Iosephus, cuius equiuocationem facit nomen pluralitas.

1. Octingenta.

2. An non vobis est notum.

b. Pactum falis in quibusdam locis pro lege ponitur, quae omnium condimentum est, & in hoc loco pro dono Dauid, vniuerso Israeli condimentum fuit Hiero. lib. 1.

3. Puer tenero corde. ^c Vnde elicitur qd Abia intendebat aduersariis persuadere, vt sine bello abirent, vel regnum sibi paci redderent: ad quod diuersa inducit motiua, quorum primum est, quod dominus contulit Dauid ac posteris eius Israeliticum regnum in perpetuum. Veruntamen haec promissio facta fuit sub conditione qua perpetuo perseverarent in regno fideles. Dionys. ibidem.

4. Consecrauerit. ^d Iuueno filio bovis. ^e Qui est deus solus, vltra quem nullus est vt deus adorandus, sacerdotes autem illi tanquam Domino ministrantes elegit Aaron, vt habetur Exodus. 28. & Leuitas atque cantores in ordine suo seruientes Dauid tempore suo ordinauit. 1. lib. 25. De Lyra.]

6. Aromaticum.

7. Custodiam.

8. Prosperè succedat vobis.

c. Adhuc Abia loquente quosdam illic Iero-boam latenter inuisit, vt Abiam ex aliquibus partibus circumdaret quos exercitus non videret. Qui cum inter hostes apparissent, exercitus quidem conturbatus expaui, Abias autem confortabat eos, & vt in domino spem haberent exposcebat, &c. Ioseph. lib. 8. cap. 11.

f. Non obstantibus insidiis Iero-boam factum est praelium inter Abiam & Iero-boam in loco quem Iosephus monet vocat Ausertotum, & habuit Abia contra spem Iero-boam insidias, Comestor. lib. 3. Reg. cap. 11.

9. Quingenti.

10. Iuxta essent super dominum deum.

† 1. Reg. 14. 2.

A Anni ante Christum. 975. Anni mudi. 2987. † 1. Reg. 16. Abia, 5. Iuda. an. 1. † 3. Reg. 14.

† 1. Reg. 16.

† 3. Reg. 14.

§ Per-

Persecutus est autem Abia fugientem Ieroboam: & cepit ciuitates eius, Bethel & filias eius, & Iesana cum filiabus suis, Ephron quoque & filias eius. Nec valuit vltra resistere Ieroboam in diebus Abia. Quæ percussit dominus & mortuus est. Igitur Abia confortato imperio suo, & accepit vxores quatuordecim, procreauitque viginti duos filios, & sedecim filias. Reliqua autem ¹¹ sermonum Abia viarumque & operum eius, scripta sunt diligentissimè in libro Addo Prophetæ.

Mortuo Abia successit Asa filius eius, qui pugnavit contra Aethiopes.

XIIII.

Dormiuit autem Abia cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid. Regnavitque Asa filius eius pro eo: in cuius diebus quieuit terra annis decem. Fecit autem Asa quod bonum & placitum erat in cõspectu dei sui, & subuertit altaria ¹ peregrini cultus,] & ^b excelsa: & confregit statuas, lucosque succidit, & præcepit Iudæ, vt quæretet dominum deum patrum suorum, & faceret legem, & vniuersa mandata. Et abstulit de cunctis vrbibus Iudæ aras & phana: & regnavit in pace. ² Edificauit quoque vrbes munitas in Iudæa, quia quietus erat, ^a & ³ nulla temporibus eius bella surrexerant,] pacem domino largiente. ⁴ Dixit autem Iudæ: ⁵ Edificemus ciuitates istas, & vallemus muris, & roboremus turribus, & portis, & ferris: donec à bellis quieta sunt omnia, eò quòd quæserimus dominum deum patrum nostrorum, & dederit nobis pacem per gyrum. ⁶ Edificauerunt igitur, & nullum in extruendo impedimentum fuit. ⁷ Habuit autem Asa in exercitu suo portantium scuta & hastas, de Iudæa trecenta milia. De Benjamin vero scutariorum & sagittariorum ducenta octoginta milia. Omnesque isti viri fortissimi. Egressus est autem contra eos Zara Aethiops cum ⁸ exercitu suo decies centena milia,] & curribus trecentis, & venit vsque Marefa. ⁹ Porro Asa perrexit obuiam ei, & instruxit aciem ad bellum in valle Sephata, quæ est iuxta Marefa: ¹⁰ & inuocauit dominum deum, & ait: Domine, non est apud te vlla distantia, vtrum in paucis auxiliieris, an in pluribus, adiuua nos domine deus noster, ¹¹ In te enim & in tuo nomine habentes fiduciam, venimus] contra hæc multitudinem. Domine deus noster tu es: non præualeat contra te homo. ¹² Exterruit itaque dominus Aethiopes coram Asa & Iudæ. Fugeruntque Aethiopes, & persecutus est eos Asa & populus qui cum eo erat vsque Gêrara. ¹³ Etruerunt Aethiopes vsque ad interuersionem: quia domino cædente contriti sunt, & exercitu illius præliante. Tulerunt ergo spolia multa: & percusserunt ciuitates omnes per circuitum Gêrara. ¹⁴ Grandis quippe cunctos terror inuaserat. ¹⁵ Et diriperunt vrbes, & multam prædam asportauerunt: sed & caulas ouium destruentes, tulerunt pecorù infinitam multitudinem, & camelorum, reuersique sunt in Ierusalem.

Commendantur Rex & populus Iudæ ob vitæ integritatem, quod toto corde querant dominum.

XV.

Azarias autem filius ^a Obed factus in se spiritu dei, egressus est in occursum Asa, & dixit ei: Audite me Asa & omnis Iudæ, & Benjamin: Dominus vobiscum, ¹ quia fuistis] cum eo. Si quæseritis eum, inuenietis. Si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. ² Transibunt autem multi dies in Israel absque deo vero, & absque sacerdote: absque doctore quoque & absque lege. ³ Cùmque reuersi fuerint in angustia sua, & clamauerint ad dominum deum Israel, & quæserint eum, reperient eum. In tempore illo non erit pax egredienti & ingredienti, sed ⁴ terrores] vndique in cunctis habitatoribus terrarum. ⁵ Pugnabit enim gens contra gentem, & ciuitas contra ciuitatem, quia dominus conturbabit eos in omni angustia. ⁶ Vos ergo ⁷ confortamini,] & non dissoluantur manus vestræ, erit enim merces operi vestro. ⁸ Quod cùm audisset Asa, verba scilicet, & prophetiam Azariæ filij Obed Prophetæ, confortatus est: & abstulit Idola de omni terra Iudæ, & de Benjamin, & ex vrbibus quas ceperat montis Ephraim: & dedicauit altare domini, quod erat ante porticum domini: congregauitque vniuersum Iudam & Benjamin, & aduenas cum

g. Ad hanc regis vocem reditus est militum animus, & inuocata ope numinis ad sacerdotum, classica ingenti clamore & tubarum alacritatis indice in hostem irruunt. Nec desuit celestis auxilium, quod hostium vigorem repulit, Abianis longe præpolentibus. Ioseph. Antiqu. lib. 8. cap. 11. Gestis.

1. Reg. 15. b. An. ante Christi sum. 972. 1. Anni mundi 2990. Asa. 6. Iudæ. 21. 41.

12. Reg. 24. a

13. Reg. 15. e

1. Math. 24. 1. Marc. 13. b. Luc. 21. c

a. Desudans est autem Abia non multo post hæc victoriam, ex quo tertio principatus sui anno, sepultusque est Ierusalem in matris suorum cæditiois, relicta filij viginti duobus, filiabus sedecim. Ioseph. Antiqu. Iudæ. lib. 8. cap. 11.

1. Aliena.
b. Asa abstulit excelsa in quibus antea idolis sacrificabatur. Reliquit tamen excelsa in quibus populus suus obtulit deo sacrificia quædam, præsertim spontanea seu votiuâ. Hinc est, quod 3. Reg. 15. dicitur: Excelsa autem non abstulit. Aliqui tamen affirmant quod non abstulit excelsa seu Phana que Salomon fecit diis vxorum suarum in monte oliueti, quod intelligit. 3. lib. Reg. Dionysius ibidem.
2. Nec esset bellum cetera eum in annis illis.
c. Habuit autem Asa in exercitu suo portantium, id est, habitum scientiam & vium præliandi in scutis & hastis: quibus egressus victoriâ à domino miraculosam est adeptus. De Lyca ibidem.
3. Mille milibus armigerorum.

4. Non refert apud te auxilium forte vel multis, vel quibus non est fortitudo.

5. Super te enim innitimur, & in nomine tuo pergitur.

6. Asa. 10. anno regni sui percussit Zaram Regem Aethiopiæ magna grandi, qui irruerat in terram Iudæ, & redeuntis Asa à victoriâ, occurrit Azarias propheta, de quo in sequenti capite, dicens victoriam sibi à deo cõcessam, quia legitima eius ierubac. Cap. 1. Reg. 24.
7. Eo quod timor domini esset super eos.

1. Obed factus qui & Iaddo vel Ado) missus à deo in Samariam ad Ieroboam.

2. Est quando vos estis, multos enim diebus in Israel, nemo deum verum, & nemo sacerdotem docentem, & nemo legem, sub. quæsiuit.

3. Seditiones.

4. Contrita est enim gens à gēte, & ciuitas à ciuitate.

5. Sicut enim nemo est qui gaudere nolit, ita nemo est qui pacem habere nolit. Quandoquidem & ipsi qui bella volūt, nil aliud quam vincere volunt. Ad gloriosam ergo pacem bellando capiunt peruenire. Nam quid est aliud victoriâ, nisi subiectio repugnantium? Quod cùm factus fuerit, pax erit. August. de ciuitate dei lib. 19. cap. 12. & rursum hanc pacem requirunt laboriosa bella, hæc adipsam que patet gloriosa victoriâ. Quod autem vincit qui causa iustior pugnant, quis dubitet gratulandam esse victoriâ & promeritam esse pacem? Hæc bona sunt, & sine dubio dei dona sunt. Idem ibidem lib. 15. ca. 4.
6. Vigiliter agite.

Z Y

[Hoc est, eo qui in regio decem tribuum relictis aureis vitulis confugerunt ad eum cum plurimis de tribubus Ephraim & Manasse & Simeon. Dionysius Carr.]

6. Inerant.

d. Deus est sine fine querendus quia sine fine amandus: quare enim est amare. Caritas enim & inuenit eum per fidem, & cum querit habere per spem. Aug. super psal. 104.

7. Et laetati sunt omnes in Iuda de iuramento.

8. Abstulit ne esset domina.

9. Horrendum.

10. Ex cuius aqua ignis processit & simulachrum combussit, vt dicunt Hebraei.

10. Consecratur.

eis de Ephraim, & Manasse, & de Simeon: Plures enim ad eum confugerant ex Israel, videntes quod dominus deus illius esset cum eo. Cumque venissent in Ierusalem mense tertio, anno decimo quinto regni Afa, immolauerunt domino in die illa de manubiis, & praeda quam adduxerant, boues septingentos, & arietes septem milia. Et intravit ex more ad corroborandum] foedus, vt quaterent dominum deum patrum suorum in toto corde, & in tota anima sua. Si quis autem, inquit, non quaesierit dominum deum Israel, moriatur a minimo vsque ad maximu, a viro vsque ad mulierem. Iuraueruntque domino voce magna in iubilo, & in clangore tubae, & in sonitu buccinarum, omnes qui erant in Iuda cum execratione. In omni enim corde iurauerunt, & in tota voluntate quaesierunt eum, & inuenerunt. Praestititque eis dominus requiem per circuitum. Sed & Maachan matrem Afa regis, ex augusto deposuit imperio, Jed quod fecisset in luco simulachrum Priapi, quod omne contriuit, & in frustra comminuens combussit in torrente Cedron. Excelsa autem derelicta sunt in Israel. Attamen cor Afa erat perfectum cunctis diebus eius. Ea que quaerit voverat] pater suus, & ipse intulit in domum domini, argentu & aurum, vasorumque diuersam suppellestem. Bellum vero non fuit vsque ad tricesimum quintum annum regni Afa.

Pugnante Baasa Rege Israel contra Afa Regem Iuda, vocauit Afa Benadab Regem Syriae adiutorem, & Anani prophetam, ipsum increpantem in neruum coniecit. X VI.

a. Annus enim 36. diuisionis regni Israel a morte Salomonis qui & 17. annus Afa fuit, cum Baasa anno 26. Afa mortuus sit. [3. Reg. 15. in fine dicitur: Anno tertio Afa regis Iuda regnauit Baasa. & statim subditur quod regnauit vltimum 24. an. Ex quo sequitur quod mortuus fuit 26. anno regni Afa. & sic videtur impossibile quod venerit contra Afa 36. anno regni eius, cum iam esset mortuus decem annis ante De Lyr.]

1. Initiauit.

e. Dan, fons est ad Panium antrum in 4. milario Caesareae Pannadis, unde oritur Iordanis eunibus Tyrus. Hoc loco Abraham a Isaacus Syros, cecidit. Ex eo loco fuit miles sanata per Christum a fluxu sanguinis in monte inministe est civitas diuina Caesarea Philippi a filijs Dauid olim ibi condita & Lesen Dan nscupata. Postea a Philippo fratre Herodis instaurata, & nomine Caesaris Caesarea ab eo vocata. De qua Iudic. 18.

2. Montioia oppida Neptalim.
3. Magis innixus es super.
4. Super domino innixus es.
Id. Hoc est, sapientia & intellectus dei vniuersos terre habitatores inspicit, & plene cognoscuntque corporalem & spiritalem in bello praebent fortitudinem. Dionys. Carr. ibid.]

5. Domum carceris.

e. Tadem itaque a deo punitus est ob quandam conspiratione, quam relicta in deum fiducia, inierat cum Benadab rege Syriae. Ideo podagrico humore a deo correptus est Hieron. ibid. * Estaque morbus eius valde intentus.
f. Quis morti, alij occisi vel interfecti, boni vero dormite dicuntur: quia sanctorum mors somnus dicitur. Hieron. in Matt. cap. 25.

6. Aromaticis, & odoriferis.
7. Propter eum maximam combustionem.



Nno autem a tricesimo sexto regni eius, b ascendit Baasa Rex Israel in Iudam, & muro circundabat] Rama, vt nullus tute] posset egredi & ingredi de regno Afa. Protulit autem Afa argentum & aurum de thesauris domus domini, & de thesauris regis, misitque ad Benadab Regem Syriae, qui habitabat in Damasco, dicens: Foedus inter me & te est. Pater quoque meus & pater tuus habuere concordiam: quam obrem misi tibi argentum & aurum: vt rupto foedere quod habes cum Baasa Rege Israel, facias eum a me recedere. Quo comperito Benadab misit principes exercituum suorum ad vrbes Israel, qui percusserunt A-hion, & Dan, & Abelmaim, & vniuersas vrbes muratas Neptalim. Quod cum audisset Baasa desinit aedificare Rama, & intermisit opus suum. Porro Afa rex assumpsit vniuersam Iudam, & tulerunt lapides de Rama & ligna, quae aedificationi preparauerat Baasa: aedificauitque ex eis Gabaa, & Maspha. In tempore illo venit Anani Propheta ad Afa Regem Iuda, & dixit ei: quia habuisti fiduciam in Rege Syriae & non in] domino deo tuo, idcirco euasit Syriae Regis exercitus de manu tua. Nonne Aethiopes & Lybes multo plures erant quadrigis & equitibus & multitudine nimia: quos cum in domino credidisses, tradidit in manu tua? Oculi enim domini contemplantur vniuersam terram: & praebent fortitudinem iis qui corde perfecto credunt in eum. Stulte igitur egisti, & propter hoc etiam praesenti tempore aduersum te bella cofurgunt. Iratusque Afa aduersus videntem, iussit eum mitti in neruum. Valde quippe super hoc fuerat indignatus, & interfecit de populo in tempore illo plurimos. Opera autem Afa prima & nouissima, scripta sunt in libro Regum Iuda & Israel. Egrotauit etiam Afa anno tricesimonono regni sui dolore pedum vehemētissimo, & nec in infirmitate sua quaesuit dominum, sed magis in medicorum arte confusus est. Dormiuitque cum patribus suis, & mortuus est anno quadagesimo primo regni sui, & sepelierunt eum in sepulchro suo quod foderat sibi in ciuitate Dauid. Posueruntque eum super lectulum suum plenum aromatibus & vnguentis meretriciis, quae erant pigmentariorum arte confecta: & combusserunt super eum ambitione nimia.]

Iosaphat patri mortuo succedens pius erga deum fuit, diuitiis potens, & armis XVII.

71. Reg. 15. f
Anni ante
Christi. 931.
Anni mundi
1931.
Iofaphat. 7.
Rex Iuda.
20. 25.



Regnauit autem Iofaphat filius eius pro eo, & inualuit contra Israel. Con-
stituitque militum numeros in cunctis urbibus Iuda quæ erant vallatæ mu-
ris, præsidiaque disposuit in terra Iuda, & in ciuitatibus Ephraim, quas ce-
perat Afa pater eius. Et fuit dominus cum Iofaphat, quia ambulauit in viis
Dauid patris sui primis, & non sperauit in Baalim, sed in deo patris sui: & perrexit in
præceptis illius, & non iuxta peccata Israel. Cõfirmauitque dominus regnum in ma-
nu eius, & dedit omnis Iuda munera Iofaphat, factæque sunt ei infinitæ diuitiæ, &
multa gloria. ² Cũque sumpisset cor eius audaciam propter] vias domini, etiam
excelsa & lucos de Iuda abstulit. ^b Tertio autem anno regni sui misit de principibus
suis Benail, & Abdiam, & Zachariam & Nathanael, & Micheam, vt docerent in ciui-
tatibus Iuda, & cum eis Leuitas, Semeiam, & Nathaniam, & Zabadiam, Asahel quo-
que, & Semitamoth, & Ionathan, Adoniamque, & Thobiam, & Thobadoniam Le-
uitas, & cum eis Elisama, & Ioram sacerdotes. ³ Docebantque populum in Iuda, ha-
bentes librum legis domini, & circuibant cunctas vrbes Iuda, atque erudiebant po-
pulum. Itaque factus est pavor domini super omnia regna terrarum, quæ erant per
gyrum Iuda: nec audebant bellare contra Iofaphat. Sed & Philistæi Iofaphat munera
deferabant, & vestigal argenti. Arabes quoque adducebant pecora, arietum septem
milia septingentos, & hircos totidem. Creuit ergo Iofaphat & magnificatus est vsque
in sublime, atque ædificauit in Iuda domos ad instar turrium, vrbesque muratas,]
multa opera parauit in urbibus Iuda. ⁴ Viri quoque bellatores & robusti erant in Ier-
usalem: quorum iste numerus per domos atque familias singulorum: In Iuda ⁵ Prin-
ceps exercitus, Ednas Dux,] & cum eo robustissimi viri trecenta milia. Post hunc Iohannam Princeps, & cum eo ducenta octoginta milia. Post illum quoque Amasias fili-
us Zechri, consecratus domino, & cum eo ducenta milia virorum fortium. ⁶ Hunc
sequebatur robustus ad prælia] Eliada: & cum eo tenentium arcum & clypeum du-
centa milia. Post istum etiam Iozabad, & cum eo centum octoginta milia, ⁷ expedi-
torum militum.] Hi omnes erant ⁷ ad manum] Regis, exceptis aliis quos posuerat in
urbibus muratis, & in vniuerso Iuda.

*Impio Achab pius Iofaphat fert auxilium in bello, quo ipse Achab Michea in carcerato
cecidit.* XVIII.

71. Reg. 22. a



Vit ergo Iofaphat diues & inclytus multum, & affinitate coniunctus
est Achab: descenditque post annos ad eum in Samariam. Ad cuius ad-
uentum mactauit Achab arietes & boues plurimos, ipsi & populo, qui ve-
nerat cum eo, persuasitque illi vt ascenderet in Ramoth Galaad. Dixitque
Achab Rex Israel ad Iofaphat Regem Iuda: Veni mecum in Ramoth Galaad. Cui il-
le respondit: vt ego & tu: sicut populus tuus, sic & populus meus: tecũque erimus in
bello. Dixit Iofaphat ad Regem Israel: cõsule obsecro ² in præsentiarum sermonem
domini. Congregauit igitur Rex Israel Prophetarum quadringentos viros, & dixit ad
eos: In Ramoth Galaad ad bellandum ire debemus, an ³ quiescere? ⁴ At illi: ascende,
inquiunt, & tradet deus in manu Regis. Dixitque Iofaphat: Nunquid non est hic Pro-
phetes domini: vt ab illo etiam requiramus? Et ait Rex Israel ad Iofaphat: Est vir vnus
⁵ à quo possumus quærere domini voluntatem, sed ego odi eum: quia non prophe-
tat mihi bonum: sed malum ⁶ omni tempore. Est autem micheas filius Iemla. ^b Di-
xitque Iofaphat: Neloquaris Rex hoc modo. Vocauit ergo Rex Israel vnum de eu-
nuchis, & dixit ei: Voca cito Micheam filium Iemla. Porro Rex Israel & Iofaphat Rex
Iuda vterque sedebant in folio suo, vestiti cultu regio. Sedebant autem in area iuxta
⁷ portam Samariæ: omnẽsque prophetæ vaticinabantur coram eis. ⁸ Sedechias ve-
rò filius Chanaana fecit sibi cornua ferrea, & ait: Hæc dicit dominus: His ventilabis
Syriam, donec conteras eam. Omnẽsque prophetæ similiter prophetabant, ⁹ atque
dicebant, Ascende in Ramoth Galaad, & prosperaberis: & tradet eos dominus in ma-
nu Regis. Nuntius autem qui ierat ad vocandum Micheam, ait illi: En verba omnium

a. Iofaphat interpretatur domi-
nus iudex, vel domini iudiciũ.
Puto quod Afa pater eius cõm-
propter iusticiam eius cum do-
minis prosperasset in omnib;
& inimicos eius cõstregisset an-
te faciem eius, sicut scriptum est
statut Regiorum, quia in ipso
nomine filij sui cõstestationem
offerens deo suo iudici iusto,
vocaui eum dominus iudex.
Nam verè iusti iudicis est bene
agentem remunerare, & negli-
gentem corrigere. Chryso. in 1.
cap. Math. hom. 1.
1. Non requisit Baalim, sed
deum patris sui quaesit.
2. Et leuaui cor suum ad
deum.
3. Cõsidera quã religiose Rex
sacrã vindicet, ac in sũ quaque
locum reuocet. Vide quã sol-
licitè cõstituit synagoge dia-
conis præcipit super legem man-
dato, cõmouit iustitiam & iu-
dicio, nec minus iustè ciuilia
curat: ita vt nec immerito Iosa-
phat dñs iudex interpretatur:
quoniam iustus in omnibus iu-
dex exitit propterea dominus
illum exaltauit sicut patrem e-
ius Afa, & adhuc amplius. Idẽ
vbi supra.
4. Hic rex perpetuo propitium
& auxiliatorem deum habuit,
quod esset vir iustus & pius, &
per singulos dies dabat operam
vt aliquid gratum deo faceret.
Quo factum est vt & ipsi à cir-
cũque vicinis regibus multus
honor haberetur: id quod
misticandis muneribus ad eum
declauerunt, vt hinc quoque
tam diuitia regis quã fama
non mediocre incrementũ ca-
perent. Ioseph. Antiquita. Iuda.
lib. 8. cap. 9.
5. Arces & vrbes munitas.
6. Tribuni Adna princeps.
7. Ex filiis autem Benjamin for-
tissimus athleta.
8. Expedi ad militiam.
9. Parati ad obsequium.

1. Gloria abundans.
a. Quia accepit filio suo Ioram
Godoliano. sive Athaliam filia
Iezabelis & Achab in vxorem,
vnde domum ad iracundiam
in se conuertit. Vide itaque
quia nec oportuit dare auxilium
inimicis dei, nec accipere. Pri-
mò nos docet historia præsentis
in cap. sequenti. Secundum do-
cuit historia Afa sup. ca. 16. Qui
enim petit auxilium ab inimi-
cis dei, desperat, validiores sibi
existimans inimicos dei quã
deum. Qui autem dat auxilium
inimicis dei, aduersatur deo.
deo enim volente conterere ini-
micum suum, ipse eum defen-
dere tenet. Chryso. super 1. ca.
Math.

2. Hæc ipsa die, vel hodie.

3. Desistere deo.

4. Per quem sciscitemur domi-
num.

5. Per omnes dies suos,

6. Iofaphato suboluit stercus ex
eorum verbis, & quod falsi va-
tes essent, percutiatque est A-
chabum, nam quẽ alium pater-
etæ Prophetam habebat vt cer-
tius etiam futura prædicte vas-
leant: Respondit, esse quidem
& alium dictum Micheam, sed
sibi iniustum, quod malum e-
uentum prædicat. Ioseph. Anti.
lib. 8. cap. 14.

6. Oritur poster.

7. In hunc modum dicentes.

8. Sic quasi vnus ex illis, vt loquaris bonum.
 9. A pijs viris queritur pij propheta, vnde pius Iosaphat qui quaesuit consilium domini per pijs prophetam, significat eos qui fideles querunt predicatores. De Lyrā.
 10. Hæc autem ironice locutus est Micheas Regi zelo iusticie, quia rex impius indignus fuit vero responso, ab eo quem saluum esse credebat. Micheas tamen adiuratus cõfessus est, sed pomis affligus. Dion. j. Reg. 22.

9. Malum.

10. Quid est quod exercitus cœli à dextris, & à sinistris dei stare perhibetur? eum deus sit extra omnia & intra omnia, vt nec dextra, nec sinistra cõcludatur. Sed dextra dei pars angelorum cœli, sinistra dei pars angelorum reproba designatur. A dextra ergo dei & sinistra angelorum exercitus stat, quia electorum voluntas dei pietati concordat: & reprobatorum iudicio eius obtemperat. Vnde & mox fallax spiritus in medijs prostratus, per quẽ Achab exigentibus eius meritis decipiatur. Neque enim fas est credere bonum spiritum fallacia defecisse voluisse, vt dicitur: egredietur & zero spiritus mendax in ore, &c. Ang. 1. j. Re. 22.
 * Suis.
 10. Contra te malum.
 11. Intra cubiculum.

12. Panem afflictionis, & aquam angustia.
 * Reuertendo.

13. Transmutabor procedens ad bellum.

14. Principibus currum.

15. Currum sub Regem.

* Deus.
 16. Principes currum.
 17. Et quidam existens aream quantum excedere possit, percussit Regem Israel inter iungentis, & inter loricas.
 f. Accepto vulnere mortali iussit se teneri, ne deprehenderetur ab hostibus quod vulneratus esset, & illius ruina & hostibus victoriam, & populo fugæ periculum inueneret. Hieron. ibi dem.

1. Impium iuisti, & odiões do minum diligis, & ideo super te ira à conspectu domini.
 a. Quis enim vestrum dicit peccatorem adiuvandum ad hoc in quo peccate vult, sicut ipse Achab quando eum adiuvit Iosaphat, quando eum in preliu, cum ille Micheas propheta veracia verba contemneret? Et tamen nec sic obfuit innocentia Regis Iosaphat pessimum meritum regis Achab. Quia illum acclamantem à periculo belli liberavit, Achab facilegium in manu hostium venire permisit. Aug. lib. 2. cõtra Epist. Parme.
 2. Pro Homine, sed pro deo iudicia decernitis, quippe qui iuxta vos est in causa iudicij.
 b. Personarum quidem deus acceptor non est, quia novit omnia: nos autem omnibus quid debemus misericordiam: sed quia plerique fraude eam querunt, & singulorum: ideo ubi causa manifestatur, persona cognoscitur, tempus verget, laqueus se debeat profundere misericordia. Ambros. offi. 4. c. 30.

prophetarum vno ore bona Regi annuntiant. Quæso ergo te, vt & sermo tuus ab eis non dissentiat, loquarisque prospera. Cui respondit Micheas: Viuit dominus, quia quodcunque dixerit mihi deus meus, hoc loquar. Venit ergo ad Regem. Cui Rex ait: Micheas, ire debemus in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? Cui ille respondit: Ascendite, cuncta enim prospera vobis euenient: & tradentur hostes in manus vestras. Dixitque Rex, iterum atque iterum te adiuro, vt mihi non loquaris nisi quod verum est in nomine domini. At ille ait: Vidi vniuersum Israel dispersum in montibus, sicut oves absque pastore. Et dixit dominus: Non habent isti dominos, reuertatur vnusquisque in domum suam in pace. Et ait Rex Israel ad Iosaphat: Nonne dixi tibi, quod non prophetaret iste mihi quicquam boni: sed ea quæ mala sunt? At ille: idcirco ait, audite verbum domini: Vidi dominum sedentem in folio suo: & omnem exercitum cœli assistentem ei à dextris, & à sinistris. Et dixit dominus: Quis decipiet Achab Regem Israel, vt ascendet, & corruat in Ramoth Galaad? Cùmque diceret vnus hoc modo, & alter alio: processit spiritus, & stetit coram domino, & ait: Ego decipiam eum. Cui dominus, In quo, inquit, decipies? At ille respondit: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius. Dixitque dominus: Decipies, & præualebis: egredere & fac ita. Nunc igitur, ecce dominus dedit spiritum mendacij in ore omnium Prophetarum tuorum: & dominus locutus est de te mala. Accessit autem Sedechias filius Chanaana: & percussit Micheas maxillam, & ait: Per quam viam transiit spiritus domini à me, vt loqueretur tibi? Dixitque Micheas: Tu ipse videbis in die illo, quando ingressus fueris cubiculum de cubiculo, vt abscondaris. Præcepit autem Rex Israel, dicens: Tollite Micheam, & ducite eum ad Ammon Principem ciuitatis, & ad Ioas filiũ Amelech, & dicetis: Hæc dicit Rex, Mittite hunc in carcerem: & date ei panis modicum, & aquæ pauillum, donec reuertar in pace. Dixitque Micheas: Si reuersus fueris in pace, non est dominus locutus in me. Et ait: Audite omnes populi. Igitur ascēderunt Rex Israel & Iosaphat Rex Iudæ in Ramoth Galaad, dixitque Rex Israel ad Iosaphat: Mutabo habitum, & sic ad pugnam vadā: tu autem induere vestibus tuis. Mutatoque Rex Israel habitu venit ad bellum, Rex autem Syriæ præceperat ducibus equitatus sui, dicens: Ne pugnetis contra minimum, aut contra maximum, nisi contra solum Regem Israel. Itaque cùm vidissent Principes equitatus Iosaphat, dixerunt: Rex Israel est iste. Et circumdederunt eum dimicantes. At ille clamauit ad dominum, & auxiliatus est ei: atque auertit eos ab illo. Cùm enim vidissent duces equitatus quod non esset Rex Israel, reliquerunt eum. Accidit autem vt vnus è populo sagittam in incertum iaceret: & percuteret Regem Israel inter ceruicem & scapulas. At ille aurigæ suo ait: Conuerte manum tuam, & educ me de acie, quia vulneratus sum. Et finita est pugna in die illo. Porro Rex Israel stabat in curru suo contra Syros vsque ad vesperam: & mortuus est occidente sole.

Iosaphat à Iehu propheta correptus bonos iudices populo præficit.

XIX.

Reuerfus est autem Iosaphat Rex Iudæ in domum suam pacificè in Ierusalem. Cui occurrit Iehu filius Anani videns, & ait ad eum: Impio præbes auxilium, & iis qui oderunt dominum, amicitia iungeris: & idcirco iram quidem domini merebaris: sed bona opera inuenta sunt in te, eo quod abstuleris lucos de terra Iudæ, & præparaueris cor tuum, vt requireres dominum deum patrum tuorum. Habitauit ergo Iosaphat in Ierusalem. Rursusque egressus est ad populam, de Bersabee vsque ad montem Ephraim: & reuocauit eos ad dominum deum patrum suorum: constituitque iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iudæ munitis, per singula loca: & præcipiens iudicibus, videte ait, quid faciatis. Non enim hominis exercetis iudicium sed domini: & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Non est enim apud dominum deum nostrum iniquitas nec personarum acceptio, nec cupido munerum. In Ierusalem quoque constituit Iosaphat Leuitas & sacerdotes & Principes familia-

13. Re. 22. b.

11. 6. a
 1. Reg. 22. e
 1. Reg. 22. a

Ios. 11.

1. Deut. 10. d
 Sap. 6. b
 Rom. 2. b
 Iob. 34. b
 Gal. 2. b
 Eph. 6. b
 A. 8. 10. f
 Colloc. 1. d
 Eccle. 35. b
 1. Pet. 1. e

miliarum ex Israel, vt iudicium & causam domini iudicarent habitatoribus eius: præcepitque eis dicens: Sic ageris in timore domini, fideliter & corde perfecto. ⁶ Omnem causam quæ venerit ad vos fratrum vestrorum qui habitant in urbibus suis, inter cognationem & cognationem vbicumque quæstio est de lege, de mandato, de ³ceremoniis, de iustificacionibus,]⁸ ostendite eis vt non peccent in dominum, & ne veniat ira super vos & super fratres vestros. Sic ergo agentes non peccabitis. Amarias autem Sacerdos & Pontifex vester, in iis quæ ad deum pertinent, præsidebit. Porro Zabadias filius Ismael qui est Dux in ⁴domo Iuda, super ea opera erit, quæ ad Regis officium pertinent. Habetisque magistros Leuitas coram vobis: confortamini, & agite diligenter, & erit dominus vobiscum in bonis.

Ammonitæ, Moabitæ, & Syri orante Iosaphat & Iahihel propheta, se mutuo cædunt, verum Iosaphat inito fœdere cum Ocholia, corripitur ab Eliezer propheta. X X.

A Ost hæc congregati sunt filij Moab & filij Ammon, & cum eis ^{*} de ²Ammonitis ad Iosaphat, vt pugnarent contra eum: veneruntque nuntij, & indicauerunt Iosaphat dicentes: Venit contra te multitudo magna de iis locis, quæ trans mare sunt, & de Syria: & ecce consistunt in ^bAsafonthamar, quæ est Engaddi. Iosaphat autem timore perterritus, totum se contulit ad rogandum dominum, & prædicauit ieiunium vniuerso Iuda. Congregatusque est Iudas ad deprecandum dominum: sed & omnes de urbibus suis venerunt ad obsecrandum eum. Cùmque stetit Iosaphat in medio cœtu Iudæ & Ierusalem, in domo domini ante atrium nouum, ait: ^c Domine deus patrum nostrorum, tu es deus in cœlo, & dominaris cunctis regnis gentium. In manu tua est fortitudo & potentia, nec quisquam tibi potest resistere. ⁸ Nonne tu deus noster interfecisti omnes habitatores terræ huius coram populo tuo Israel, & dedisti eam semini Abraham amici tui in sempiternum? Habitaueruntque in ea: & extruxerunt in illa sanctuarium nomini tuo dicentes: [†] Si irruerint super nos mala, gladius iudicij, pestilentia, & fames, stabimus coram domo hac in conspectu tuo, in qua inuocatum est nomen tuum, & clamabimus ad te in tribulationibus nostris, & exaudies nos, ² saluosque facies.] Nunc igitur ecce filij Ammon & Moab & ^d mons Seir, per quos non concessisti filiis Israel vt transirent, quando egrediebantur de Ægypto, sed declinauerunt ab eis & non interfecerunt illos, e contrario agunt: & nituntur eiicere nos de possessione quam tradidisti nobis deus noster. Ergo non iudicabis eos? In nobis quidem non est tanta fortitudo vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos: ³ sed cùm ignoremus quid agere debeamus, ⁸ hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.] Omnis vero Iuda stabat coram domino, cum paruulis, & vxoribus, & liberis suis. ^e Erat autem Iahihel filius Zachariæ filij Banaïæ, filij Iehihel, filij Mathaniæ, Leuites de filiis Asaph, super quem factus est spiritus domini in medio turbæ, & ait: ^f Attēdite omnis Iuda, & qui habitatis in Ierusalem, & tu Rex Iosaphat: Hæc dicit dominus vobis: Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem. Non est enim vestra pugna, sed dei. Cras descendis contra eos: ⁴ Ascensuri enim sunt per cliuum nomine Ziz,] & inuenietis illos [†] in summitate] torrentis, qui est contra solitudinem Ieruhel. Non enim ^e eritis vos qui dimicabitis: sed tantummodo confidenter stete, & videbitis auxilium] domini super vos. ⁵ O Iuda & Ierusalem, nolite timere nec paueatis: cras egrediemini contra eos: & dominus erit vobiscum. Iosaphat ergo & Iuda & omnes habitatores Ierusalem ceciderunt proni in terram coram domino: & adorauerunt eum. Porro Leuitæ de filiis Caath, & de filiis Chore, laudabant dominum deum Israel voce magna in excelsum. Cùmque mane surrexissent, egressi sunt per desertum Thecæ: profectisque eis stans Iosaphat in medio eorum dixit: Audite me viri Iuda, & omnes habitatores Ierusalem: Credite in domino deo vestro, ⁷ & securi eritis: credite prophetis eius, & cuncta euenient prospera. Deditque consilium populo, & statuit cantores domini, vt laudarent ⁸ eum in turmis suis, & antecederent exercitum: ac voce consona dice-

^c. Lelius rogantibus omnibus iustitiam defendere aggressus, asseruit quantum potuit, nil in inimicum quam iniustitiam ciuitati: nec omnino nisi magna iustitia geri aut stare posse rem publicam Aug. lib. 2. c. 21. de ciuit. dei. Remota itaque iustitia, quid sunt regna nisi magna latrocinia? quæ & ipsa latrocinia quid sunt nisi parua regna? lib. 4. c. 3. Statutus & iudicij, 4. De ciuitate dei.

^{*} Alij orti.

^a. Ammonites Idumæos vult intelligi, quia ob reuerentiam fratrum nominis volebant in pristino habitu arma mouere contra Israel, sed transiit ab se in habitum Ammonitarum. Hieronymus.

^b. Asafonthamar quæ & Engaddi, vel secundum Iosaphum Gad. ciuitas est palmarum, 300. stadiis distans ab Ierosolymis.

¹. Posuit faciem suam vt confus leter.

^c Si bellum sit in placis si pugna sit, quippe res quotidianæ fluctuatio sunt & tempestates. Opus itaque nobis est armis. Maiora autem arma sunt oratio. Propterea opus est nobis oratione: maxime autem matutina & nocturna. Chrysost. in ca. 8. ad Hebr. h. 14. Nam sicut nec miles sine armis est aliquid, nec arma sine milite: sic nec oratio sine ieiunio, nec ieiunium sine oratione: hæc autem duo iunxit Iosaphat, ideo finem consecutus est oratum. Idem super math. homil. 5. ex cap. 6.

². Opem ferat.

^d. Hoc est habitatoris montis Seir, qui dicuntur Idumæi, & eadem veritate dicitur Ammonitæ: quia acceperunt signa Ammonitarum, & coniunxerunt se exercitui eorum. Dionys. lib. 1.

³. Ignoramus etiam quid agere debeamus, nisi quod ad te sunt oculi nostri.

^e. Hæc illo orante in templo cōfortauit eum Iahihel propheta filius Zachariæ. Vnde crastina die egressus percussit hostes & fugauit. Comestor ca. vi. 3. Re.

^f. Quia de manifesto auxilio dei quod consulit sperantibus in se, incensus est alienigenis pauper vndique. Glos. otth. lib. 1.

⁴. Ipsi enim ascēdunt per ascēsum Ziz.

⁵. In fine.

⁶. Est vt vos pugnetis in hoc prelio, sed stantes manete, & videte salutem.

⁷. Veros alloquitur Iudæos nō litera, sed spiritu: semen Abraham, cuius multiplicatio, sicut promissa legitur, sic videtur impleta. Neque enim filij carnis, sed filij promissionis deputantur in semine. Sed nec illi Ierusalem dicimus que occidit prophetas: illi que de cœlo noua descendit. Bernar. in vigilia Natalis do. Ser. 2.

⁷. Vt fideles inueniamini.

⁸. Magni scientiam sanctorum.

Ios. 5. 1.

A

D

Ost hæc congregati sunt filij Moab & filij Ammon, & cum eis ^{*} de ²Ammonitis ad Iosaphat, vt pugnarent contra eum: veneruntque nuntij, & indicauerunt Iosaphat dicentes: Venit contra te multitudo magna de iis locis, quæ trans mare sunt, & de Syria: & ecce consistunt in ^bAsafonthamar, quæ est Engaddi. Iosaphat autem timore perterritus, totum se contulit ad rogandum dominum, & prædicauit ieiunium vniuerso Iuda. Congregatusque est Iudas ad deprecandum dominum: sed & omnes de urbibus suis venerunt ad obsecrandum eum. Cùmque stetit Iosaphat in medio cœtu Iudæ & Ierusalem, in domo domini ante atrium nouum, ait: ^c Domine deus patrum nostrorum, tu es deus in cœlo, & dominaris cunctis regnis gentium. In manu tua est fortitudo & potentia, nec quisquam tibi potest resistere. ⁸ Nonne tu deus noster interfecisti omnes habitatores terræ huius coram populo tuo Israel, & dedisti eam semini Abraham amici tui in sempiternum? Habitaueruntque in ea: & extruxerunt in illa sanctuarium nomini tuo dicentes: [†] Si irruerint super nos mala, gladius iudicij, pestilentia, & fames, stabimus coram domo hac in conspectu tuo, in qua inuocatum est nomen tuum, & clamabimus ad te in tribulationibus nostris, & exaudies nos, ² saluosque facies.] Nunc igitur ecce filij Ammon & Moab & ^d mons Seir, per quos non concessisti filiis Israel vt transirent, quando egrediebantur de Ægypto, sed declinauerunt ab eis & non interfecerunt illos, e contrario agunt: & nituntur eiicere nos de possessione quam tradidisti nobis deus noster. Ergo non iudicabis eos? In nobis quidem non est tanta fortitudo vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos: ³ sed cùm ignoremus quid agere debeamus, ⁸ hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.] Omnis vero Iuda stabat coram domino, cum paruulis, & vxoribus, & liberis suis. ^e Erat autem Iahihel filius Zachariæ filij Banaïæ, filij Iehihel, filij Mathaniæ, Leuites de filiis Asaph, super quem factus est spiritus domini in medio turbæ, & ait: ^f Attēdite omnis Iuda, & qui habitatis in Ierusalem, & tu Rex Iosaphat: Hæc dicit dominus vobis: Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem. Non est enim vestra pugna, sed dei. Cras descendis contra eos: ⁴ Ascensuri enim sunt per cliuum nomine Ziz,] & inuenietis illos [†] in summitate] torrentis, qui est contra solitudinem Ieruhel. Non enim ^e eritis vos qui dimicabitis: sed tantummodo confidenter stete, & videbitis auxilium] domini super vos. ⁵ O Iuda & Ierusalem, nolite timere nec paueatis: cras egrediemini contra eos: & dominus erit vobiscum. Iosaphat ergo & Iuda & omnes habitatores Ierusalem ceciderunt proni in terram coram domino: & adorauerunt eum. Porro Leuitæ de filiis Caath, & de filiis Chore, laudabant dominum deum Israel voce magna in excelsum. Cùmque mane surrexissent, egressi sunt per desertum Thecæ: profectisque eis stans Iosaphat in medio eorum dixit: Audite me viri Iuda, & omnes habitatores Ierusalem: Credite in domino deo vestro, ⁷ & securi eritis: credite prophetis eius, & cuncta euenient prospera. Deditque consilium populo, & statuit cantores domini, vt laudarent ⁸ eum in turmis suis, & antecederent exercitum: ac voce consona dice-

Ios. 6. e.

Ios. 2. a.

rent:† Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius. Cumque cœpissent laudes canere, vertit dominus insidias eorum in semetipfos, filiorum scilicet Ammon & Moab, & montis Seir, qui egressi fuerant, vt pugnarent contra Iudam: & percussi sunt. Namque filij Ammon & Moab confurrexerunt aduersum habitatores montis Seir, vt interficerent & delerent eos. Cumque hoc opere perpetrassent, etiam in semetipfos versi mutuis concidère vulneribus. Porro Iudas cum venisset ad speluncam, quæ respicit solitudinem, vidit procul omnem latè regionem plenam cadaueribus: nec superesse quemquam qui necem potuisset euadere. Venit ergo Iosaphat & omnis populus cum eo ad detrahenda spolia mortuorum: inueneruntque inter cadauera variam supellectilem, vestes quoque & vasa preciosissima: & diripuerunt, ita vt omnia portare non possent: nec per tres dies spolia auferre præ prædæ magnitudine. Die autem quarto congregati sunt in valle Benedictiōnis vsque in præsentem diem. Reuersusque est omnis vir Iuda & habitatores Ierusalem & Iosaphat ante eos in Ierusalem cum lætitia magna, eo quod dedisset eis dominus gaudium de inimicis suis. Ingressique sunt in Ierusalem cum psalteriis, & citharis & tubis, in domum domini. Irruit autem pauor domini super vniuersa regna terrarum, cum audissent quod pugnasset dominus contra inimicos Israel. Quieuitque regnum Iosaphat: & præbuit ei pacem dominus per circuitum. Regnavit igitur Iosaphat super Iudam, & erat trigintaquinque annorum cum regnare cœpisset: viginti autem & quinque annis regnavit in Ierusalem: & nomen matris eius Azuba filia Selahi. Et ambulavit in via patris sui Acha, nec declinavit ab ea, faciès quæ placita erant coram domino. Veruntamen excelsa non abstulit, & adhuc populus non direxerat cor suum ad dominum deum patrum suorum. Reliqua autem gestorum Iosaphat priorum & nouissimorum, scripta sunt in verbis Iehu filij Anani: quæ digessit in libro Regum Israel. Posthæc iniit amicitias Iosaphat Rex Iuda cum Ochozia Rege Israel, cuius opera fuerunt impiissima: & particeps fuit vt faceret naues quæ irent in Tharsis: feceruntque classem in Asiongaber. Prophetavit autem Eliezer filius Dodahu, de Marefa ad Iosaphat, dicens: Quia habuisti fœdus cum Ochozia percussit dominus opera tua, contritæque sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis.

8. Deus vero terrorem & tumultum immisit Ammonitis, & eorum sociis, ita vt alij in alios ruentes, hostiliter in se in vicem debacharentur, tanto furor, vt ne vnus quidem ex rotantibus reliquis heret. Iosaph. Antiq. lib. 9. cap. 11.
9. Habitatores Seir. Sic sic dominus misit in spiritum vestigis & furoris, inqueruident contentiois & litis, sic quod contra se in vicem coritari, superbie, ac insanite ceperunt, quod deo permitte per angelos malos factu creditur. Diony. ibidem.
10. Ad speculam deserti, respexerunt multitudinem, & ecce facti sunt cadauera incensia in terra, nec vnus euasit.
11. Et per tres dies diripere spolia, tanta erit eorum copia.
12. Visum est prius quemadmodum per ieiunia, & orationes, per sacrificia, laudes, & gratiarum actiones exererunt corda sua ad dominum: quibus plerique eorum adhuc contra legis præceptum obulerat sacrificia deo alibi quam in templo, vepore in excelis. Idem ibidem.
13. Nablis.
14. Hic consequenter describitur effectus, quia per istam videtur deo datum populo, hi qui fuerunt in circuitu regni Iosaphat fuerunt exterriti, ita quod non audebant regnum Iosaphat infestare. De Lyra.
15. m. Silai. (Iste est Anan propheta filius Iaddo, qui & Ado. Hierony.
16. Superius visum est de grandi Iudeorum deuotione ad deum sub Acha & Iosaphat, sub quibus percussissent factus cum domino, & in toto corde suo domino iurauerunt, eumque inueniunt. Diony. Cat. ibidem.
17. Non sunt ablata.
18. Piora & postiora.
19. Ochozias enim filius Achab & ideo frater vxoris filij sui Ioram: & sic quemadmodum Acha pater eius in sine vitæ suæ defecit. Idem.
20. Interrupit.

Mortuo Iosaphat successit Ioram filius eius impius in deum & in proximum, ambulansque per vias Achab, cui per literas Elias aduersa & mortem comminatus est. XXI.

a. Iosaphat est anno Regni sui 17. constituit Regi Achab aduersus Syros fecit subsidium filium suum Ioram Regem Iudæ designauerat, accipiendo filio suo Athalia filiam Achab in vxorem. Anno vero 18. Regni sui, qui iam secundus filij sui Ioram erat, regnavit Ioram filius Achab super Israel. Anno vero 22. Iosaphat, qui est 3. Ioram filij Achab, confirmavit filium suum Ioram in regem Iudæ, qui patre viuente 4. annis regnavit, mortuo autem patre a suis quatuor. Functus ibidem. x. Peculia.
b. Imò viginti duorum annorum: sed decem tribuuntur filio suo. Hieronymus.
c. Antequam fratres occideret: postea vero miserè regnavit 20 annis.
d. In imitatione filia Achab erat Athalia vxor Ioram, quia filia erat Amri. Hieron.
e. Accidit intem, vt Idumæi ab eius imperio desicerent ex ore regis suo qui Iosaphato hæten patuerat, & nouo in eius solium inposito, quam iniuriam vltimus Ioram cum equitatu qui tunc ad manum erat & curribus in Idumæam noctu irrupit: & exultis vicis finitimis non est antus vitentis progredi, nec tamen hæc expeditione quicquid profecerit, nisi populus desidia. nec scute sunt, exententibus eius iugis, & illis qui Labemæ regionem incolunt. Iosaph. Antiqui. lib. 9. cap. 35.



Orniuit autem Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate David, regnavitque Ioram filius eius pro eo. Qui habuit fratres, filios Iosaphat: Azariam, & Iahihel, & Zachariam, & Azariam, & Michael, & Saphaciam. Omnes hi filij Iosaphat Regis Iuda. Deditque eis pater suus multa munera argenti & auri, & pensationes, cum ciuitatibus munitissimis in Iuda: regnum autem tradidit Ioram, eo quod esset primogenitus. Surrexit autem Ioram super regnum patris sui. Cumque se confirmasset, occidit omnes fratres suos gladio, & quosdam de Principibus Israel. Triginta duorum annorum erat Ioram cum regnare cœpisset, & octo annis regnavit in Ierusalem, ambulavitque in viis Regum Israel sicut egerat domus Achab. Filia quippe Achab erat vxor eius. Et fecit malum in conspectu domini. Noluit autem disperdere domum David propter pactum quod inierat cum eo: & quia promiserat, vt daret ei lucernam & filiis eius in omni tempore. In diebus illis rebellauit Ædom, ne esset subditus Iudæ, & constituit sibi Regem. Cumque transfret Ioram cum principibus suis, & cuncto equitatu qui erat secum: surrexit nocte, & percussit Ædom qui se circunderat: & omnes duces equitatus eius. Attamen rebellauit Ædom, ne esset sub ditione Iudæ vsque ad hanc diem. Eo tempore & Lobna recessit ne esset sub manu illius. Dereliquerat enim dominum deum patrum suorum, insuper & excelsa fabricatus est in vrbibus Iudæ, & fornicari fecit habitatores Ierusalem, & præuaricari Iudam. Allatæ sunt autem ei literæ ab Elia

† Pal. 106.1
† 1. Reg. 22. 3
4. Reg. 3. 2
Anni anno
Christum.
910.
Anni mēdi.
2032.
Iorā. 8. Iuda.
an. 8.
† 3. Reg. 8. b
† 2. Reg. 7. 6
† 4. Reg. 8. f
Elia

Elia Propheta, in quibus scriptum erat. Hæc dicit dominus deus David patris tui: Quoniam non ambulasti in viis Iosaphat patris tui, & in viis Ase Regis Iuda, sed incessisti per iter Regum Israel, & fornicari fecisti Iudam & habitatores Ierusalem, imitatus fornicationem domus Achab, insuper & fratres tuos domum patris tui meliores te occidisti: ecce dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo, & vxoribus, filiis tuis, vniuersaque substantia tua. Tu autem ægrotabis pessimo languore vteri, donec egrediantur vitalia tua paulatim per singulos dies. Suscitauit ergo dominus contra Ioram spiritum Philistinorum & Arabum, qui confines sunt Æthiopicis: & ascenderunt in terram Iuda, & vastauerunt eam, diripueruntque cunctam substantiam, quæ inuenta est in domo Regis, insuper & filios eius & vxores. Nec remansit ei filius, nisi Ioachaz qui minimus natu erat. Et super hæc omnia percussit eum dominus alui languore insanabili. Cumque diei succederet dies, & temporum spatia voluerentur, duorum annorum expletus est circulus, & sic longa consumptus est tabe: ita vt egereret etiam viscera sua, languore pariter & vita caruit. Mortuusque est in infirmitate pessima: & non fecit ei populus secundum morem combustionis exequias, sicut fecerat maioribus eius. Trigintaduorum annorum fuit cum regnare cœpisset, & octo annis regnauit in Ierusalem. Ambulauitque non recte: & sepelierunt eum in ciuitate David, veruntamen non in sepulchro regum.

Ioram mortuo regnauit Ochozias filius eius, quem Iehu cum Ioram Rege Israel occidit.

X XII.



Onstituerunt autem habitatores Ierusalem Ochoziam filium eius minimum Regem pro eo. Omnes enim maiores natu qui ante eum fuerant, interfecerant latrones Arabum qui irruerant in castra. Regnauitque Ochozias filius Ioram Regis Iuda. Quadragintaduorum annorum erat Ochozias cum regnare cœpisset: & vno anno regnauit in Ierusalem: & nomen matris eius Athalia filia Amri. Sed & ipse ingressus est per vias domus Achab: Mater enim eius impulsit eum, vt impiè ageret. Fecit igitur malum in conspectu domini, sicut domus Achab. Ipsi enim fuerunt ei consiliarij post mortem patris sui in interitum eius, ambulauitque in consiliis eorum. Et perrexit cum Ioram filio Achab Rege Israel in bellum, contra Asahel Regem Syriæ in Ramoth Galaad. Vulneraueruntque Syri Ioram, qui reuersus est vt curaretur in Iezrahel: multas enim plagas acceperat in supradicto certamine. Igitur Ochozias filius Ioram Rex Iuda descendit vt inuiseret Ioram filium Achab in Iezrahel ægrotantem. Voluntatis quippe fuit dei aduersus Ochoziam, vt veniret ad Ioram: Et cum venisset & egrederetur cum eo aduersum Iehu filium Namsi, quem vnxit dominus vt deleret domum Achab. Cum ergo euerteret Iehu domum Achab, inuenit Principes Iuda & filios fratrum Ochoziæ, qui ministrabant ei, & interfecit illos. Ipsum quoque perquirens Ochoziam comprehendit latitantem in Samaria, adductumque ad se occidit, & sepelierunt eum, eò quòd esset filius Iosaphat, qui quæsierat dominum in toto corde suo. Nec erat vltra spes aliqua, vt de stirpe quis regnaret Ochoziæ. Siquidem mater eius Athalia videns quòd mortuus esset filius suus, surrexit, & interfecit omnem stirpem Regiam domus Ioram. Porro Iosabeth filia Regis tulit Ioas filium Ochoziæ, & furata est eum de medio filiorum Regis cum interficerentur, absconditque eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum: Iosabeth autem quæ absconderat eum, erat filia Regis Ioram, vxor Ioiadæ pontificis, soror Ochoziæ, & idcirco Athalia non interfecit eum. Fuit ergo cum eis in domo dei absconditus sex annis, quibus regnauit Athalia super terram.

Vncto Ioas in Regem à Ioiada pontifice Athalia occiditur.

X XIII.



In anno autem septimo, confortatus Ioiada, assumpsit centuriones, Azariam videlicet filium Ieroham, & Ismael filium Iohannam, Azariam quoque filium Obed, & Maasiam filium Adaia, & Elisaphat filium Zechri, & inuit cum eis foedus. Qui circumeuntes Iudam, congregauerunt Leuitas

[d. Dicunt Hebræi quòd iste Ithor fuerunt ei allate post translationem Eliæ in cæli: de qua habetur 4. Reg. 2. Et hoc videtur satis rationabiliter dictum, quia in illis literis sebat mentio de occasione fratrum Iuorum. Illos autem non occidit viuente patre eius Iosaphat, vt satis patet ex principio huius capituli, nec Iosaphat permisisset eum esse sanctus & bonus. Elias verò raptus fuit ante mortem Iosaphat, quod patet ex hoc quòd Hiasus, qui remansit loco Eliæ post eius raptum, prophetauit tribus regibus de aqua eis danda, propter reuerentiam ipsius Iosaphat regis Iuda qui erat ibi, vt patet 4. Reg. 1. De Lyra.]
 2. Populum tuum, vxores tuas, & filios tuos, & cunctam substantiam tuam.
 3. Intestina tua pro dolore.
 4. Qui & Ochozias & Azarias dicitur est.
 5. In vitceribus eius morbo incurabili.
 6. Egressa sunt intestina eius in ipso morbo eius.
 [f. Ecce ex hoc decem capitulo quam sancta & memenda sine dei iudicia, & quòd nemo potest de parentum suorum electione aut sanctitate præsumere: quoniam optimus Rex ille Iosaphat tam sceleratissimum & reprobatissimum habuit filium, Dionysius.]
 6. Fecerunt ei combustionem iuxta combustionem patrum eius.
 7. Et vixit miserabiliter.

a. Qui supra dicitur est Ioachaz & infra dicitur Azarias qui cepit regnare anno 12. regni Ioram regis Israel, quem cum inuiseret eum ægrotantem cum illo occidit Iehu postquam vno anno rexerat.
 1. Turma.
 2. Hunc Regem & reliquos vt quod Oziæ prætermittit Mattheus, quia patrum suorum cultum prætermiserunt. Comest.
 c. Itaque viginti anni quibus Ioram regnauit iniquè, qui 4. Regum tractatur, hoc loco nequatur annis vitæ filij eius. Dionysius Carth. ibidem.]
 2. Consilio suo inducebat eum.
 3. Propter vulnera quibus percusserunt eum in Rama dum pugnet contra Hazael Regem Syriæ: Azarias autem.
 d. Cùmque visisset Ochozias Ioram Regem Israel, Iehu vnctus in Regem Israel, percussit Ioram, Ochoziam fugientem insecutus est, & vulnerauit eum in ascensu Gaber. Qui vulneratus fugit in Mageddo, & mortuus est ibi: & tulerunt eum in Ierusalem & sepultus est in ciuitate David. Comestor.
 4. Domini Ochoziæ vis vltra qua regnum retineret.
 c. Erat Ochoziæ germana soror Iosabetha nomine, pontifici Ioado nupta. Hæc regis ingressa eum inter caeterum caduera lactem nutrice opera anniculum puerum Iosaphat comprehendisset, ablatum surrexit domi in suo cubiculo abscondit, & solo marito conficio sex annis in templo clamauit. Iosep. Antiq. Iudic. lib. 9. cap. 7.
 a. Athalia regnauit septem annis in Ierusalem. Anno autem septimo Ioiada secretum suum quinque centurionibus referauit, qui totum circueuntes Iudam adducerent in Ierusalem Leuitas sacerdotes, & principes familiarum de cunctis vrbus Iuda, cum quibus pactum iniit de constituendo Ioas in Regem, & de occidenda Athalia. Quos cum in tres partes ordinasset, suum intentum demandauit executioni. Dionysius ibid. 4. Reg. 11.
 1. Sumens animum.

Anniante Christi. 902. Anni mundi 5060. Ochozias. 9. Iuda. an. 1. 4. Reg. 8. f.

4. Reg. 11. a. An. ante Christi. 901. Anni mundi 5061. Athalia 10. Iuda. an. 7.

4. Reg. 11. a.

de cunctis vrbibus Iuda, & principes familiarum Israel, veneruntque in Ierusalem. Iniit ergo omnis multitudo pactum in domo dei cum Rege. Dixitque ad eos Ioiada: Ecce filius regis regnabit sicut locutus est dominus, super filios David. Iste est sermo quem facietis: Tertia pars vestrum² qui veniunt ad sabbatum sacerdotum, & Leuitarum, & ianitorum, erit in portis, tertia vero pars ad domum regis, & tertia ad portam — quæ appellatur] fundamenti. Omne vero reliquum vulgus sit in atriis domus domini, nec quisquam alius ingrediatur domum domini, nisi sacerdotes & qui ministrant de Leuitis. Ipsi tantummodo ingrediantur: quia sanctificati sunt: & omne reliquum vulgus obseruet custodias domini. Leuitæ autem circudent Regem^{*} habentes singuli arma sua: & si quis alius ingressus fuerit templum, interficiatur: sintque cum Rege, & intrante & egrediente. Fecerunt ergo Leuitæ & vniuersus Iuda iuxta omnia quæ præceperat Ioiada Pontifex. Et assumpserunt singuli viros qui sub se erant, & veniebant³ per ordinem sabbati] cum iis qui impleuerant sabbatum & egresfuri erant. Siquidem Ioiada pontifex non dimiserat abire turmas: — quæ sibi per singulas hebdomadas subcedere consueuerant.] Deditque Ioiada sacerdos Centurionibus lanceas, clypeosque, & peltas, regis David, quas consecrauerat in domo domini. Constituitque omnem populum tenentium pugiones à parte templi dextra, vsque ad partem templi sinistram, coram altari, & templo per circuitum Regis. Et eduxerunt filium Regis, & imposuerunt ei diadema & testimonium, & dederuntque in manu eius tenendam legem,] & constituerunt eum Regem, Vnixitque illum Ioiada pontifex, & filij eius:] imprecati quoque sunt ei] atque dixerunt: Viuat Rex. Quod cum audisset Athalia, vocem scilicet currentium atque laudantium Regem, ingressa est ad populum in templum domini. Cumque vidisset Regem stantem super gradum in introitu, & Principes, turmasque] circa eum, omnemque populum terræ gaudentem atque clangentem tubis, & diuersi generis organis concinentem, vocemque laudantium,] scidit vestimenta sua, & ait. Infidie infidiæ.] Egressus autem Ioiada Pontifex ad centuriones & principes exercitus, dixit eis: Educite illam extra septa templi: & interficiatur foris gladio.] Præcepitque sacerdos, ne occideretur in domo domini. Et imposuerunt ceruicibus eius manus. Cumque intrasset portam equorum domus Regis, interfecerunt eam ibi. Pcepit autem Ioiada foedus inter se vniuersumque populum & Regem, vt esset populus domini. Itaque egressus est omnis populus domum Baal, & destruxerunt eam: & altaria & simulachra illius confregerunt: Mathan quoque sacerdotem Baal interfecerunt ante aras. Constituit autem Ioiada præpositos in domo domini, & sub manibus sacerdotum, & Leuitarum, quos distribuit David in domo domini, vt offerrent holocausta domino, sicut scriptum est in lege Moyfi in gaudio & canticis iuxta dispositionem] David. Constituit quoque ianitores in portis domus domini, vt non ingrederetur eam immundus in omni re. Assumpsitque Centuriones, & fortissimos viros, ac principes populi, & omne vulgus terræ: & fecerunt descendere Regem de domo domini, & introire per medium portæ superioris in domum regis, & collocauerunt eum in solio Regali. Latatusque est omnis populus terræ: & vrbs quieuit. Porrò Athalia interfecta est gladio.

fb. Athalia quæ semel David conabatur extinguere, & regiam suam delere, significat impietatem synagoga, quæ per nequitiam mentis, semini Christi inficitur in exacerabili odio feruens, quæ aliquando regnare videbatur, cum legis ceremonias temporalis obseruabat. Glosa ordinaria.]
2. Veniens Sabbato ad sacerdotem, Leuitas, & ianitores vestibulum.

* Per circuitum.

* In manibus suis.

e. Dux partes, hoc est, tam Leuitas, sacerdotes, cantores, ac ianitores, qui expleto officio sue hebdomada exire sabbato templum, quia illi qui egrediuntur domos suas, vt ingrediuntur templum, diluculo sabbati ad ministrandum per suam hebdomadam vigilabant in templo intenti. Dionysius supra.]
3. Sabbato.

d. Hic est phylacteria, in quibus decem verba legis erant. Hieronymus.]

* Legis.
e. Inter quos erat Zacharias, quem tamen postea idem oas successit.
f. Dicitur aliqui quod iste gradus erat basis tæna super quam orauit Salomè, vt habetur super sexto: & vocatur gradus, quia ad eam ascendebatur per aliquot gradus, quia habebat tres cubitos in altitudine. Secundum alias vero erat quedam sedes notabilis in porticu templi, vbi rex sedebat quando veniebat ad domum domini. De Lyra ibidem.]

4. Tubasque.
5. Conueniant in strum eris musicis, atque docebant laudare.
6. Coniunctio, coniunctio.
7. Qui sequutus fuerit eam, interficiatur gladio.
8. Scipsum in loco dei, & legis collocaus populum & regem, vt obedirent deo & legi eius: populum inquam vt fideliter eam regem ageret & Regi obediret, & Regem vt populum cui iustitia regetet, & deo seruiret. Hieronymus.]

h. Magnanimitas erat salutaris, que prudens, vt post tyrannicam impique necem Regis, succedenti in regnum filio regis legitimo, cui ipso regni habitu simul disciplina legis dei seruanda committeretur: & qui se prælatum populo regedo videret, ipse se regedum diuinis legibus subdi debere meminisset. Angel. super 4. Reg. 11.
8. Ordinationem.

Ioas viuente Ioiada, bonus, mortuo autem, malus, Zachariam Ioiada filium occidit, à seruis vero suis tandem occisus.
X X I I I I.



Septem annorum erat Ioas cum regnare cœpisset, & quadraginta annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Sebia de Bersabee. Fecitque quod bonum est coram domino, cunctis diebus Ioiadæ sacerdotis. Acccepit autem ei Ioiada vxores duas, è quibus genuit filios & filias. Post quæ placuit Ioas vt instauraret domum domini: congregauitque sacerdotes & Leuitas, & dixit eis: Egredimini ad ciuitates Iuda, & colligite de vniuerso Israel pecuniam, ad sartatecta templi] dei vestri per singulos annos, festinatòque hoc facite. Porrò Leuitæ egere negligentius. Vocauitque Rex Ioiadam principem, & dixit ei. Quare tibi non fuit

a. Nec erat ætas illa sufficiens ad regnandum, cum scriptum sit: Vx terra cuius Rex puer est. Sed necessitate urgente sapientissimus potifex Ioiada vnxit puerum in Regem, vt finis imponeretur pessimo regimini detestandæ Athaliæ. Et quoniam Ioiada erat sufficiens in deo factus illius ueri implere, & eum in cunctis dirigere. Dionysius ibidem.
a. Ad instaurandum domum.

Anni ante Christum. 805.
Anni mudi, 3067.
Ioas. II. Iuda. an. 40.

† 4. Reg. 11. 4

fuit curæ vt cogeres Leuitas inferre de Iuda & de Ierusalem pecuniam quæ cõstituta est à Moysse seruo domini: vt inferret eam omnis multitudo Israel in tabernaculũ testimonij: Athalia enim impiissima & filij eius destruxerũt domũ dei, & de vniuersis quæ sanctificata fuerant in templo domini, ornauerunt phanum Baalim. Præcepit ergo Rex, & fecerunt arcam, posuerũntque eam iuxta portã domini forinsecus. Et prædicatũ est in Iuda & Ierusalem: vt deferrent singuli pretiũ domino^c quod constituit Moyses seruus dei super omnẽ Israel in deserto. Latatũque sunt cuncti Principes, & omnis populus: & ingressi contulerũt in arcam domini atque miserunt, ita vt impleretur.^d Cũque tempus esset vt deferrent arcã coram Rege] per manus Leuitarum, (videbant enim multam pecuniã,) ingrediebatur scriba Regis, & quem primus sacerdos constituerat, effundebantque pecuniã quæ erat in arca. Porro arcam reportabant ad locũ suum: sicque faciebant per singulos dies. Et congregata est infinita pecunia, quã dederunt Rex & Ioiada iis qui præerant operibus domus domini. At illi cõducebant ex ea cæsores lapidum, & artifices operum singulorum, vt instaurarent domum domini, fabros quoque ferri & æris, vt quod cadere cõperat, fulciretur.^e Egerũntque^f ij qui operabantur industriẽ: & obducebatur parietum cicatrix per manus eorũ, ac fuscitauerunt domũ domini in statũ pristinum, & firmiter eam stare fecerũt. Cũque complessent omnia opera, detulerunt coram Rege & Ioiada reliquã partẽ pecuniæ: de qua facta sunt vasa tẽpli in ministerium ad holocausta, phialæ quoque & cætera] vasa aurea, & argentea. Et offerebantur holocausta in domo domini iugiter cunctis diebus Ioiadæ. Senuit autem Ioiada, plenus dierum^g & mortuus est cum] centum triginta esset annorum: sepelierũntque eum in ciuitate Dauid cum Regibus, eò quod fecisset bonum^h cum Israel & cum domo eius.ⁱ Postquam autem obiit Ioiada, ingressi sunt Principes Iuda, & adorauerunt Regem. Qui delinitus obsequiis eorum] acquieuit eis. Et dereliquerunt templum domini dei patrum suorũ, seruierũntque lucis & sculptilibus, & facta est ira dei contra Iudam & Ierusalem propter hoc peccatum. Mittebatque eis Prophetas, vt reuerterentur ad dominum, quos protestantes illi audire nolebant. Spiritus itaque dei induit Zachariam filium Ioiadæ^k sacerdotem: & stetit in conspectu populi, & dixit eis: Hæc dicit dominus deus: Quare transgredimini præceptum domini, quod vobis non proderit, & dereliquistis dominum vt dereliqueret vos?^l Qui congregati] aduersus eum miserunt lapides iuxta Regis imperium, in atrio domus domini. Et non est recordatus Ioas Rex misericordiæ quam fecerat Ioiada pater illius secum, sed interfecit^m filium eius. Qui cum moreretur, ait, Videat dominus, & requirat. Cũque euolutus esset annus, ascendit contra eum exercitus Syriæ, venitque in Iudam & Ierusalem, & interfecit cunctos Principes populi, atque vniuersam prædam miserunt Regi in Damascum. Et certè cum permodicus venisset numerus Syrorum, tradidit dominus manibus eorumⁿ infinitam multitudinem: eò quod dereliquissent dominum deum patrum suorũ.^o In Ioas quoque] ignominiosa exercere iudicia: & abeuntes dimiserunt eum in lãguoribus magnis. Surrexerunt autem contra eum serui sui: in vltionẽ sanguinis Zachariæ filij] Ioiadæ sacerdotis, & occiderunt eum in lectulo suo & mortuus est: sepelierũntque illum in ciuitate Dauid, sed non in sepulchris Regũ.^p Insidiati verò sunt ei, Zabad filius Samaath Ammonitidis, & Iozabad filius Semarith Moabitidis. Porro filij eius ac summa pecuniæ quæ adunata fuerat sub eo, & instauratio domus dei, scripta sunt diligentius in libro Regum. Regnauit autem Amasias filius eius pro eo.

Amasias post felicem pugnam in Idumæos adorauit deos illorum, illicque in Lachis occiso succedit Ozias filius eius.

X X V.

14. Reg. 14. a
Anni ante
Christum.
866.
Anni mundi
3106.
Amasias 12.
Iuda 21. 29.



Viginti quinque annorũ erat^a Amasias cũ regnare cepisset, & viginti nouem annis regnauit in Ierusalem: Nomen matris eius Ioaden de Ierusalem. Fecitque^b bonum] in conspectu domini, veruntamen non in corde perfecto. Cũque roboratum sibi videret imperium, iugulauit seruos^c qui

A

[b. Filij Athalia non possunt hic intelligi fratres Ochose filij sui, quia omnes fuerũt interfecti, nec filij Ochose, quia illos interfecit Athalia vt 22. ca. in fine. Et ideo filij eius hic dicitur sacerdos idolorũ, nõ natura, sed imitatione filij dicitur. De Lira.]

c. Hoc enim lege à Moysse sanctũ est, quod per singulos annos dare consueuerunt, id est, singuli dimidios sielos: quod à diebus Regni Athaliæ nõ dederant Hiero. ibid.

d. Cũque appareret plurima pecunia in gazophylacio, scriba regis & pontifex effundebant eam, & dabat his qui præerant cœmentis domus domini. Et non fiebat cum eis ratio, sed in fide tractabant. Nec fiebat ex pecunia illa vas aliud in domo domini, nisi de eo quod erat restidum sarisse dicit. Comestor.

2. Ad eos qui erant in officio Regis.

[c. Hoc faciunt Apostoli quãdo per subiectos sibi discipulos verbi diuini seminaper mũdum sparserunt, vt operarios voluntarij dei idoneos auditoribus præferrent: quorum alij fabricant ligna, cum se & sibi obediẽtes ligna fructifera in domo Domini præparant. Alij saratista faciebant quãdo illa que per barbam vel schinara rupta fuerant, reedificabant. Glof. ordin.]

3. Illi artifices opus.

4. Cochlearia.

5. Obiit, sicut enim in morte sua.

f. Cum Israhel inquam, quem ab idololatria reuocauit: cum deo, quia idola subuertit: cum domo eius, quia minas & scilicet: furas restaurauit. Hiero.

* Cum deo, &c.

6. Sacerdotis.

7. Et conspirauerunt.

8. Scilicet Zachariam filium Ioiadæ, qui & Barachias, de quo Matt. 23. d. Ex illo tempore vt B. piphanius ait, non accepit populus Iudæorum responsum diuinum manifeste, nec ex Dabit, nec ex Ephod vt ante. Porro Dabit secundum Iosephum fuit gemma quadra duorũ digitorum magnitudinẽ habens, in medio rationali inter alias sita: cuius radius mutatioque coloris signũ erat diuine propitiationis & subuertionis seu exauditionis. Dionis. ibid.

8. Exeritum validissimum.

9. Propter sanguines filiorum.

10. h. Ibi vero sunt qui conspirauerunt in eum. (Quia filij alienigenarum vni sunt sanguinem Zachariæ, & non Iudæi.)

a. Hebræi dicunt huius Amasias fratrem fuisse Amos patrem Iosaiæ propheta: qui non fuit de sacerdotibus, sed de Regia tribu natus. Ideo in isto capite prophetae suæ Iosaiam. i. Regem vocat patrem suum.

b. Quod rectum est.

b. Amasias paulo melior exitit quã Ioas pater eius. nam Amasias filius eius imprimis placuit deo sicut Ioas, sed postea malignatus est sicut Ioas secundũ hoc fuit melior quã Ioas pater suus: quia Ioas corripientem se prophetam lapidibus interfecit: & hoc ob filium Ioiadæ sacerdotis registratoris sui. Amasias autem est misisset ad eum deus Balaam prophetam dicentem: Quare quæsisti deos, qui non liberauerunt populum suum de manu tuã non inverteis, sed comminatus respondit ei. Nihilquid consiliarium regis dedit tibi: ne flagelleris. Christus cap. Matt. hom. 11.

* Suos.

Te. Quia licet dignus esset mor-
te tamen auctoritatem non
habebat illum occidendi,
hac autem littera expressa est.
4. Reg. cap. 14. sed breuiter
hic vero satis diffusè repetit.
Dionis. Caru. libidem.]
2. In leges, & libro.
3. Pro.
4. Patrum.
4. Trecenta milia electorum.

[d. Quia idolis seruebant, &
propter eorum peccata deus sub-
traxisset auxiliū suū Amasias:
eo quod idololatris esset can-
sibus. Ideo princeps Christianus
non debet in adiutorio suum
promouere homines sceleratos.
Idem. libidem.]
5. Sed si fuerit incredulus, veni
& apprehendat praeliū, & præ-
cipitabit te deus corā hoste.
6. Profertere.

* In ira indignationis.
7. Confortatus duxit.
e. In hac valle Iob etiam duo-
decim Idumæorum percussit
se legitur. Nec prætereundum
quod pro valle salinarum ve-
tus editio quasi nomen regio-
nis Gemela posuit. Angelo-
mus 4. Reg. 14.
8. Viuorum.
f. Amasias deos quos tulerat
de Amalech postea adorauit
quia audiuit eos clarescētes
h. Ideo petiisse Amalech, quia
negligentes fuerat in cultu
eorum. Pro quo tali poena per-
cussus est. Comestor. in 4. Reg.
19.
9. Quasiuisti.
* Populi.

g. Nec multo post Amasias fe-
licitatem suam, cuius tamē au-
thorem deum nō agnoscebat,
non capiens, sed fastu inflatus,
scripsit loq. Regi Israelitarum,
vt ipsius imperata faceret cum
suo populo, sicut antea idem
populus maioribus eius Dau-
id, & Salomoni, paruit. Quod
si velit vltro facere officii, hel-
lo esse decernendum de impe-
rij viribus. Ioseph. lib. 9. ca. 10.
10. Eleuat te cor tuum vt glo-
rieris.

11. Mutuo se viderunt ipse &
Amasias Rex Iuda in Bethsa-
mes, quæ est in Iuda.

h. Semper quidem timere pec-
cantes oportet, maximè vero
cum græte patimur nihil. Cū
enim particulares poenas deus
exigit, leuē nobis facit ex his
retributionem. Cum autem in
singulis peccatorum longani-
miter agit, ad magnam nos in
talibus permanentes vltionem
ferat. Nani si bene viuētibz
necessarium est regulari, mul-
to magis peccantibus. Chry-
sostomus ad populum Antioche. Homi-
46.

12. Ioachas qui est idem qui &
Azarias.
i. Ex eo videlicet tempore quo
prophetam neglexit audire.
Hicronymus.

a. Qui & Azarias in libris Re-
gum dicitur, & itē zacharias,
in omnia nimirum legitur.
b. Quintum annum agebat, in
morte patris: interim tamē vs-
que ad 16. annos eius, admini-
stratum est Regnum eius per
Senatum quem vocabant za-
uedridæ: 12. anno regni sui
16. annorum fuit, & regnū so-
lus administrare cepit Euche-
rius.

occiderant Regem patrem suum: sed filios eorū non interfecit, sicut scriptum est ² in libro legis] Moyse, vbi præcepit dominus, dicens: † Non occidentur patres pro filiis, neque filij pro patribz suis, † sed vnusquisque in suo peccato morietur. Congregauit igitur Amasias Iudam, & constituit eos per familias. ³ * Tribunósque & centuriones in vniverso Iuda & Beniamin, & recēfuit à viginti annis sursum, inuenitque ⁴ triginta milia iuuenū] qui egrederentur ad pugna, & tenerent hastam & clypeū. Mercede quoque conduxit de Israel centū milia robustorum cētum talentis argenti. Venit autē homo dei ad illū, & ait: ^d O Rex ne egrediatu tecū exercitus Israel. Non est enim dominus cum Israel, & cūctis filiis Ephraim. Quod si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet deus ab hostibus. Dei quippe est, & adiuuare & ^e in fugam conuertere. ^f Dixitque Amasias ad hominem dei: Quid ergo fiet de centum talentis quæ dedi militibus Israel? Et respondit ei homo dei: Habet dominus vnde tibi dare possit multo iis plura. Separauit itaque Amasias exercitum qui venerat ad eum ex Ephraim, vt reuertetetur in locum suum. At illi contra Iudā vehementer irati, reuersi sunt in regionem suam. ^g Porro Amasias ⁷ confidenter eduxit populū suum, & abiit in ^e vallem salinarum, percussitque filios Seir decem milia. Et alia decem milia ⁸ viro- rum] ceperunt filij Iuda, & adduxerunt ad præruptum cuiusdam petra, præcipitaueruntque eos de summo in præceps: qui vniuersi crepuerūt. ⁹ At ille exercitus quē remiserat Amasias ne secū iret ad præliū, diffusus est in ciuitate Iuda, à Samaria vsque ad Bethorō: & interfectis tribus milibus diripuit prædam magnā. Amasias quoque post cædem Idumæorū & allatos deos filiorum Seir, statuit illos in deos sibi: & ^f adorabat eos, & illis adolebat incensum. Quamobrem iratus dominus contra Amasiam, misit ad illum Prophetam qui diceret ei: Cur ⁹ adorasti deos, ^{*} qui non liberauerunt populum suum de manu tua? Cūque hæc ille loqueretur, respondit ei: Num consiliarius Regis es? Quiesce, ne interficiam te. ⁹ Discedensque Propheta, scio inquit, quod cogitauerit dominus occidere te, qui & fecisti hoc ⁹ malum, & insuper non acquieuisisti consilio meo. [†] Igitur Amasias Rex Iuda inito ⁹ pessimo consilio, misit ad Ioas filiū Ioachaz filij Iehu Regē Israel, dicēs: Veni videamus nos mutuo. At ille remisit nuntios, dicens. Carduus qui est in Libano, misit ad Cedrum Libani, dicens: Da filiam tuā filio meo vxorem. Et ecce bestia quæ erant in sylua Libani, transierunt & conculcauerunt Carduum. Dixisti percussi Ædom, & idecirco ¹⁰ erigitur cor tuum in superbiā:] Sede in domo tua ⁹ Cur malū aduersum te prouocas, vt cadas & tu & Iudas tecū? Noluit audire Amasias, eò quod domini esset voluntas, vt traderetur in manus hostium propter deos Ædom. Ascendit igitur Ioas Rex Israel, & ¹¹ mutuos sibi præbuere conspexit. Amasias autē Rex Iuda erat in Bethsames Iudæ.] Corruitq; Iudas corā Israel, & fugit in tabernacula sua. ^h Porro Amasias Regem Iuda filiū Ioas filij ¹² Ochozia] cepit Ioas Rex Israel in Bethsames, & adduxit in Ierusalē: destruxitque murū eius à porta Ephraim vsque ad portā anguli quadringentis cubitis. ⁹ Omne quoque aurū & argentum, & vniuersa vasa quæ repererat in domo dei, & apud Obed Ædom, in thesauris etiā domus regia, necnon & filios obsidū, reduxit in Samariā. Vixit autē Amasias filius Ioas Rex Iuda postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz Rex Israel, quindecim annis. Reliqua autem sermonū Amasias priorum & nouissimorū, scripta sunt in libro Regum Iuda & Israel. Qui postquam recessit à domino, tetenderunt ei insidias in Ierusalē. Cūque fugisset Lachis, miserunt, & interfecerunt eum ibi, reportantēque super equos sepelierunt eum cum patribz suis in ciuitate Dauid.

Ozias multa potitus victoria insolescit, qui cū adolere præsumeret lepra percussus interiiit.
XXVI.



† Mnis autem populus Iuda filium eius ^a Oziam, annorum sedecim constituit Regem pro Amasia patre suo. Ipse ædificauit Ahilat, & restituit eam ditioni Iudæ, postquam dormiuit Rex cum patribz suis. ^b Sedecim annorum erat Ozias cum regnare cœpisset, & quinquaginta duobz annis regnavit.

† Deut. 24. c.
4. Reg. 4. b.
† Escc. 18. c.

† 4. Reg. 14.

† 4. Reg. 14. c.
Anni ante
Christum.
828.
Anni mōdi
373.
Ozias qui &
Azarias 17.
Iuda 20. 51.

regnauit in Ierusalem: Nomen matris eius Iecelia de Ierusalem. ^c Fecitque quod erat rectum in oculis domini, iuxta omnia quæ fecerat Amasias pater eius, & exquisiuit dominum in diebus ^d Zachariæ intelligentis & videntis deum. Cùmque requireret dominum, direxit eum in omnibus. Denique egressus est & pugnavit contra Philistiim, & destruxit murum Geth, & murum labnæ, murumque Azoti. Aedificauit quoque oppida in Azoto & Philistiim. Et adiuuit eum deus contra Philistiim, & contra Arabas qui habitabant in ^e Gurbaal, & ² contra Ammonitas ^f Appendebantque Ammonitæ munera Ozias: & diulgatum est nomen eius vsque ad introitum ^g Egypti ³ propter crebras victorias. Aedificauit quoque Ozias turres in Ierusalem super portam anguli, & super portam vallis, & ⁴ reliquas in eodem muri latere: firmavitque eas. Extruxitque turres in solitudine, & effodit cisternas plurimas eo quòd haberet multa pecora, tam ⁵ in campestribus quàm in eremi vastitate. Vineas quoque habuit & vitatores in montibus, & in Carmelo. Erat quippe homo agriculturæ deditus. ^f Fuit autem exercitus bellatorum eius qui procedebant ad prælia ^{*} sub manu Iehiel scribæ, Maasiasque ⁶ doctoris, & sub manu Ananiæ qui erat de ducibus Regis. Omnisque numerus Principum per familias virorum fortium, duorum milium sexcentorum: & sub eis vniuersus exercitus trecentorum, & septem milium, quingentorum, qui erant apti ad bella, & pro rege contra aduersarios dimicabant. ^g Præparauit quoque eis Ozias, id est, cuncto exercitui clypeos, & hastas, & galeas, & loricas, arcusque, & fundas ad iaciendos lapides, & fecit in Ierusalem diuersi generis machinas, ⁸ quas in turribus collocauit, & in angulis murorum, vt mitterent sagittas & saxa grandia. Egressumque est nomen eius procul, eò quòd ⁷ auxiliaretur ei dominus, & corroborasset illum. Sed cum roboratus esset, eleuatum est cor eius in interitum suum, & ⁸ neglexit dominum deum suum, ingressusque templum domini, adolere voluit incensum super altare thymiamatis. Statimque ingressus post eum ^h Azarias sacerdos, & cum eo sacerdotes domini octoginta, viri fortissimi, restiterunt Regi, atque dixerunt. ⁱ Non est tui officij Ozia, vt adoleas incensum domino: sed sacerdotum, hoc est, filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiusmodi ministerium. [†] Egredere de sanctuario, ne contempseris, quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à domino deo. ^k Iratusque Ozias, & tenens in manu thuribulum vt adoleret incensum, minabatur sacerdotibus. Statimque orta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus in domo domini, super altare thymiamatis. Cùmque respexisset eum Azarias pontifex, & omnes reliqui sacerdotes, viderunt lepram in fronte eius, & festinato expulerunt eum. ¹⁰ Sed & ipse perterritus accelerauit egredi, eò quòd sensisset ilico plagam domini. ^{††} Fuit igitur Ozias Rex leprosus vsque ad diem mortis suæ, & habitauit in domo separata plenus lepra, ob quam eiectus fuerat de domo domini. Porro Ioathan filius eius rexit domum regis: & iudicauit populum terræ. Reliqua autem sermonum Ozias ^m priorum & nouissimorum scripsit Isaias filius Amos propheta. Dormiuitque Ozias cum patribus suis, & sepelierunt eum ⁿ in agro regalium sepulchrorum, eò quòd esset leprosus: regnavitque Ioathan filius eius pro eo.

Ioathan Ozia patri succedens Regem Ammon deuicit, & huic morienti succedit Achaz.

XXVII.

† 4. Re. 16. g. A
Anni ante
Christum,
786.
Anni mundi
3176.
Ioathan 14.
Iuda an. 16.



[†] Iginti quinque annorum erat ^a Ioathan cum regnare cœpisset, & ^b decem annis regnauit in Ierusalem: Nomen matris eius Ierusa, filia Sadoch, Fecitque quod rectum erat coram domino iuxta omnia quæ ^b fecerat Ozias pater suus: excepto quòd non est ingressus ^{*} templum domini: ^g & adhuc populus [†] delinquebat.] Ipse aedificauit portam domus domini excelsam, & in muro ² Ophel] multa construxit. Vrbes quoque aedificauit in montibus Iuda: & in saltibus ³ castella] & turres. Ipse pugnavit contra Regem filiorum Ammon, & ⁴ vicit eos.] ^g Dederuntque ei filij Ammon in tempore illo centum talenta argenti, & decem milia choros tritici, ac totidem coros hordei. Hæc ei præbuerunt filij

A ij

f. Quandiu enim reat exit diuina ope adiutus, plurima bella feliciter commisit, & de hostibus triumphauit. Glo. ordi. 7. d. Hic Zacharias filius fuit Zachariæ, filij Iosada, qui post mortem patris sui posthumi nomen sortitus est. Hicco. 1. Qui curabar timere.

e. Ipsa est Gerara in qua Abraham peregrinatus est. 2. Haimmehunim.

3. Quòd viriliter ageret supra modum. 4. In reflexu muri.

5. In vallibus & planitijs: agricolæ & vitatores.

f. Quandiu ille regnum tenuit in Iudæa, propheta oculos non leuauit in celum: non sunt ei reuerata caelestia, non apparuit dominus Sabaoth, nec in mysterio fideliter nomen dei sancti auditum est. Angelom. 4. Reg. 15. * Iuxta numerum præfecturæ suæ. 6. Ducis.

g. Ibi enim efficaciores sunt defensionem eo quòd ex angulis possunt defendi duo patres muri hinc & inde. De i. ysa. 7. Tam excellens esset in auxilio vt fortissimus fieret.

8. Præuaticatus est in.

h. Pater zaraia patris Esdrae.

i. Significum sacerdotum principatus est ipso etiam regno veneratorabilis ac maius.

9. Quia præuaticatus es, & non est tibi pro gloria. k. Tantum in alium est arrogancia, que persuadet vt quisque semetipsum ignorat Chryl. de verbis Isa. hom. 3.

10. Impulsusque est ad egrediendum.

† Si leprosus sic ciuilitate mortuus fuit: de qua morte illud in Isaiæ ponitur: in anno quo mortuus est Rex Ozias. Dionis. ibidem.

m. Ante arrogantiam & post arrogantiam.

n. Non in eodem loco proprio cum Regibus, sed cum eis in eodem loco communi, hoc est, in agro in quo etiam sepulchra regalia. Idem.

a. Huic regi nulla virtus de fuit erga deum pio, iusto erga homines & republicam studio. Quicquid enim instauratione opus habebat, diligenter facientium curauit. Ioseph. Antiq. lib. 9. cap. 13. b. Vidit enim patris sui terribilem ac subitanam plagam ex qua maiori timore effectus est. Dionis. Cartusa. ibid.]

* Temeraria in. 1. Peruertere agebat. 2. Vbi erat propugnaculum. 3. Arces.

4. Fortior illis fuit.

e. In diebus illis cepit dominus mittere in Iudam Razim Regem Syriae & Phacee filium Romelie, ad castiganda quedam peccata populi Iude qui a tempore Salomonis & deinceps non cessauerunt adoleere & imolare in excelsis: quod templo constructo non licuit, quousque fieret ad dei honorem. Dionis super 4. Reg. 15.
5. Conuersatio eius, ecce hæc.

Ammon, in anno secundo & tertio. Corroboratusque est Ioathan eò quòd direxisset vias suas coram domino deo suo. Reliqua autem fermonum Ioathan, & omnes pugnae eius, & opera scripta sunt in libro Regum Israel & Iuda. Vigintiquinque annorum erat cum regnare cepisset, & sedecim annis regnavit in Ierusalem. Dormiuitque Ioathan cum patribus suis, & sepelicerunt eum in ciuitate Dauid: & regnavit Achaz filius eius pro eo.

Pro sceleribus Achaz spoliata est domus domini in Ierusalem ab Assyriis, & cum diis alienis sacrificasset, interit miserimus. XXVIII.

[a. Regnum ad Achazen Ioathani filium hereditario iure peruenit, qui erga deum impiissimus omnium, & patriarum legum defensor ad imitationem Itracliticorum regum se contulit, aras Ierolymis erigens, & in eis idolis sacrificans, quibus propterea etiam filii holocausto obulit ritu Chanaanorum, & his similia multa perpetravit. Ioseph. Antiq. Iudaic. lib. 9. cap. 12.]
1. Fecit.
2. Combustis suis filios in idolo Moloch iuxta agrum Acheldemach.
3. Quapropter tradidit.
4. Achaz bis obfessus fuit a Rasin Rege Syriae, & Phacee filio Romelie. In prima autem obfessione Ierusalem Achaz congreffus est & vidus, ac filius eius Zacharias occisus est, multaque milia fecum. Sed & Rex Israel fecit duxit captiua multa milia mulierum & puerorum ac puellarum. In secunda vero obfessione Achaz valde expauit, sed per Isaiam confortatus noluit credere Prophetae, nec signum perere, sed ad Regem confugit Assyriam, qui in eius auxilium veniens cepit Damascum & Rasin eius Regem occidit. Comestor.
5. Post regem.
6. Spolia plurima diripuerunt ab eis.
7. In ira, quae pertinet usque ad caelum.
8. Et nonne vobis culpa sunt apud deum?
9. Vnde increpati ab Obed propheta, & ad consiliu Barachia, qui magnus erat in Israel, mutauerunt propositum & magna captiuis exhibuerunt hospitalitatem, sed & eos liberos remiserunt. Dionisius.
10. Quia vos inducistis super nos culpam erga deum.
11. His auditis milites permiserunt illos quicquid vellent arbitratu suo agere. Tam praedicti viri assumptos captiuos exemerunt vinculis, & curas eorum corporibus adiutos vario remiserunt domum incoler. Nihilominus quatuor hi deduxerunt eos vsque Ierichunt, & vterius. Cumque non longe abessent à Ierolymis, respecterunt Samariam. Ioseph. Antiq. Iudaic. lib. 9. cap. 22.]
12. Surrexeruntque.
13. Postissent eos.
14. Et duxissent eos in assinis.
15. Rursum.
16. Abduxerunt captiuitatem.
17. Qui denudauit Iudam, & prauaricando prauaricatus est in dominum. Venit insuper ad eum.
18. Rex.
19. Magis quam roborauit eum.
20. Cumque vidisset Achaz altare Damasci, misit ad Vicam sacerdotem in Ierusalem exemplar eius, ut extrueret ei similia: quo facto est, rediit Achaz in Ierusalem altare aeneum transfudit facie septem ad aquilonem, & super altare nouum obulit holocausta & pacifica de altari vero aeneo fecit illud horologium famosum ut quidam dicunt. Comestor.

Viginti annorum erat Achaz cum regnare cepisset, & sedecim annis regnavit in Ierusalem. Non fecit rectum in conspectu domini, sicut Dauid pater eius, sed ambulauit in viis Regum Israel: insuper & statuas fudit Baalim Ipse est qui adoleuit incensum in valle Ben Hennon: & lustrauit filios suos in igne, iuxta ritum gentium, quas interfecit dominus in aduentu filiorum Israel. Sarcriticabat quoque, & thymiama succandebat in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso. Tradiditque eum dominus deus eius in manu Regis Syriae: qui percussit eum, magnamque praedam cepit de eius imperio: & adduxit in Damascum. Manibus quoque Regis Israel traditus est, & percussus plaga grandi. Occiditque Phacee filius Romelie de Iuda centum viginti milia in die vno, omnes viros bellatores, eò quòd reliquissent dominum deum patrum suorum. Eodem tempore occidit Zechri vir potens ex Ephraim Maasiam filium Regis, & Ezricam Ducem domus eius, Helchanam quoque secundum a Rege. Ceperuntque filij Israel de fratribus suis ducenta milia mulierum puerorum & puellarum, & infinitam praedam: pertuleruntque eam in Samariam. Ea tempestate erat ibi propheta domini, nomine Obed: qui egressus obuiam exercitui venienti in Samariam, dixit eis: Ecce iratus dominus deus patrum vestrorum contra Iudam, tradidit eos manibus vestris, & occidistis eos atrociter, ita ut ad caelum pertingeret vestra crudelitas. Insuper filios Iuda & Ierusalem vultis vobis subicere in seruos & ancillas: quod nequaquam factò opus est. Peccastis enim super hoc, domino deo nostro. Sed audite consilium meum, & reducite captiuos quos adduxistis de fratribus vestris, quia magnus furor domini imminet vobis. Steterunt itaque viri de Principibus filiorum Ephraim, Azarias filius Iohannan, Barachias filius Mosollamoti, Ezechias filius Sellum, & Amasias filius Hadali, contra eos qui veniebant de praedio: & dixerunt eis: non introducetis huc captiuos, ne peccemus domino. Quare vultis adiacere super peccata nostra, & vetera cumulare delicta? Grande quippe peccatum est, & ira furoris domini imminet super Israel. Dimiseruntque viri Israel bellatores praedam, & vniuersa quae ceperat coram principibus & omni multitudine: steteruntque viri quos supra memorauimus, & apprehendentes captiuos, omnesque qui nudi erant, vestierunt de spoliis. Cumque vestissent eos, & calceassent, & refecissent cibo ac potu, unxissentque propter laborem, & adhibuissent eis curam, quicumque ambulare non poterant, & erant imbecillo corpore, imposuerunt eos iumentis, & adduxerunt Iericho ciuitatem palmarum ad fratres eorum, ipsique reuersi sunt in Samariam. Tempore illo misit Rex Achaz ad regem Assyriorum, postulans auxilium. Veneruntque Idumaei & percusserunt multos ex Iuda: & ceperunt praedam magnam. Philistinum quoque diffusi sunt per vrbes campestris, & ad meridiem Iuda, ceperuntque Bethsames, & Aialon, & Gaderoth, Socho quoque & Thamnam, & Gamzo cum viculis suis, & habitauerunt in eis. Humiliauerat enim dominus Iudam propter Achaz Regem Iuda, eò quòd nudasset eum auxilio, & contemptui habuisset dominum: adduxitque contra eum Thelgathphalnar Regem Assyriorum: qui & afflixit eum, & nullo resistente vastauit. Igitur Achaz spoliata domo domini & domo Regum ac Principum, dedit regi Assyriorum munera: & tamen nihil ei profuit. Insuper & in tempore angustiae suae auxit contemptum in dominum. Ipse per se Rex

14. Reg. 16. a
Anni ante
Christum.
770.
Anni mundi
3192.
Achaz 15.
Iuda 2116.

Rex Achaz, immolauit diis Damasci, & victimas percussoribus suis, & dixit: dii Regum Syria auxiliantur eis, quos ego placabo hostiis, & aderunt mihi: cum è contrario ipsi fuerint ruinae ei & vniuerso Israel. Direptis itaque Achaz omnibus vasis domus dei atque contractis, clausit ianuas templi dei, & fecit sibi altaria in vniuersis angulis Ierusalem. In omnibus quoque vrbibus Iuda extruxit aras ad cremandum thus: atque ad iracundiam prouocauit dominum deum patrum suorum. Reliqua autem sermonum eius, & omnium operum suorum priorum & nouissimorum, scripta sunt in libro Regum Iuda & Israel. Dormiuitque Achaz cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Ierusalem: neque enim receperunt eum in sepulchra Regum Israel: Regnauitque Ezechias filius eius pro eo.

Impio patri pius succedens filius Ezechias, abolitum dei cultum aperto dei templo, & restitutus sacerdotibus instaurauit.

X X I X.

A **T** Gitur a Ezechias regnare coepit cum vigintiquinque esset annorum, & viginouem annis regnauit in Ierusalem: Nomen matris eius Abia filia Zachariae. Fecitque quod erat placitum in conspectu domini, iuxta omnia quae fecerat Dauid pater eius. In ipso anno & mense primo regni sui aperuit valuas domus domini, & instaurauit eas: adduxitque sacerdotes atque Leuitas, & congregauit eos in plateam orientalem: dixitque ad eos: Audite me Leuitae, & sanctificamini, mundate domum domini dei patrum vestrorum, & auferte omnem immunditiam de sanctuario. Peccauerunt patres nostri, & fecerunt malum in conspectu domini dei nostri, dereliquentes eum, auerterunt facies suas à tabernaculo domini dei nostri, & praebuerunt dorsum, clauserunt ostia quae erant in porticu, & extinxerunt lucernas, incensumque non adoleuerunt, & holocausta non obtulerunt in sanctuario deo Israel. Concitatus est itaque furor domini super Iudam & Ierusalem: iradiditque eos in commotionem, & in interitum, & in sibilum, sicut ipsi cernitis oculis vestris. En, corruerunt patres nostri gladiis: filij nostri, & filiae nostrae, & coniuges captivae ductae sunt propter hoc scelus. Nunc ergo placet mihi, vt ineamus foedus cum domino deo Israel, & auertat à nobis furorem irae suae. Filij mei nolite negligere. Vos elegit dominus, vt stetis coram eo, & ministretis illi, colatisque eum, & cremetis ei incensum. Surrexerunt ergo Leuitae, Maath filius Amasai, & Iohel filius Azariae de filiis Caath. Porro de filiis Merari, Cis filius Abdi, & Azarias filius Ialalehel. De filiis autem Gerson, Ioha filius Zemina, & Eden filius Ioah. At verò de filiis Elizaphan, Samri, & Iahihel: De filiis quoque Afaph, Zacharias & Mathanias: Nec non de filiis Heman, Iahihel, & Semei: Sed & de filiis Idithun: Semeias, & Ozihel. Congregaueruntque fratres suos, & sanctificati sunt, & ingressi sunt iuxta mandatum Regis & imperium domini, vt expiarent domum dei. Sacerdotes quoque ingressi templum domini, vt sanctificarent illud, extulerunt omnem immunditiam, quam intro repererant in vestibulo domus domini, quam tulerunt Leuitae & asportauerunt ad torrentem Cedron foras. Coeperunt autem prima die mensis primi mundare, & die octaua eiusdem mensis ingressi sunt porticum domus templi domini, expiaueruntque templum diebus octo, & in die sextadecima mensis eiusdem, quod coeperant, impleuerunt. Ingressi quoque sunt ad Ezechiam Regem, & dixerunt ei: Sanctificauimus omnem domum domini, & altare holocausti, vasaque eius, necnon & mensam propositionis cum omnibus vasis suis, cunctamque templi supellectilem quam polluerat Rex Achaz in regno suo postquam prauaricatus est, & ecce exposita sunt omnia coram altari domini. Confurgensque diuiculo Ezechias Rex, adunauit omnes Principes ciuitatis, & ascendit in domum domini: obtuleruntque simul tauros septem, & arietes septem, agnos septem, & hircos septem, pro peccato, pro regno, pro sanctuario, pro Iuda. Dixitque sacerdotibus filiis Aaron, vt offerrent super altari domini. Mactauerunt igitur tauros & susceperunt sanguinem sacerdotes, & fuderunt illum super altare. Mactauerunt etiam

[g. Et hoc fuit quado iussit obuiam Theglaphalar in Damascum ad faciendum sibi reuerentiam, eo quod occiderat Rasim aduersarium suum. vt habetur 4. Re. 16. De Lyca. ib.]

15. Fecit excelsa ad adolendum diis alienis.

[h. Post has infanas impietates tandem moritur cum vixisset annos triginta sex, & ex his regnauerit sedecim relicto haerede Ezechia filio. Ios. Antiq. Iud. lib. 9. ca. 13.]
i. Non in sepulchro patris suorum, quo erat insignis, sed alio loco.

a. Tempore quo Roma condita est, Rex erat in Iuda Ezechias, quem quidem constat optimum & piissimum Regem Romuli regnasse temporibus. In ea vero his temporibus Hebraei populi parte, quae appellatur Israel, regnare coepit Osee. August. de ciui. dei. lib. 18. c. 22.
b. Posthumi filij Zachariae quos Ioas interfecit.

c. Idola quae Achaz posterat.
d. Quod plene scribitur in Ezech. cap. 8. f. Et ecce in ostio templi domini inter vestibulum & altare quasi vigintiquinque viri, dorsa habentes contra templum domini & facies ad orientem & adorabant ad ortum solis. Hiero.

[e. Retrocedendo totaliter à diuino cultu. Aliqui autem exponunt aliter, scilicet quod adorabant veram faciem ad ortum solis eo posteo modo quam fiebat adoratio in templo, vt i f. h. ait vestis occidentem. Sed prima expositio magis consonat literae praecedenti & sequenti. De Lyca. ibid.]

f. In stuporem.
g. Socordes esse.

h. His regis moniti accessit sacerdotum templum aperire, & eisdem Iude inquinamentis, adornatisque sacris vasis, victimas patrio ritu in altare inferunt. Ioseph. Antiq. Iudaic. lib. 9. ca. 14.

[g. Nam ipsum templum scilicet sancta & sancta sanctorum Leuitis non licuit introire, sacerdotes vero intrabant in sancta, hoc est in exteriorem templi partem Dionis. Cartu. ibi.]

3. Mundauerunt.
h. Iude patet quanta fuerint scordes, in quibus expurgandis die diu fuerunt occupati. Dionis. ibid.

4. Primi.
5. Dimisit.

6. Praeparauimus & sanctificauimus.

* De capris in oblationem.

i. Hoc est, pro Rege & maioribus ac domesticis eius, pro repleti ministris & pro communitate. In Leuitico habetur quid pro peccato sacerdotis, quid pro peccato multitudinis, & quid pro peccato principis, & quid demum pro peccato cuiuslibet de populo fuerat offerendum. Dionis. ibid. Sed hic contra morem factum est. In omnibus enim locis, vnus pro peccato hircus offerri solebat. sed quia multa erant peccata, & peccatorum generum, circa septem hircos offerre debuerunt. Hiero. ibid.

A iij

† 4. Re. 18. a. Anni ante Christum.
754. Anni mundi.
3208. Ezechias.
16. Iuda. an.
39.

[k. Immolauerunt agnos, & super altare sanguinem fuderunt. Er quidam sacerdotes ex parte omnium posuerunt manus super hircos immolandos prout in Leuitico habetur, quod offerens manum imponeret super hostiam immolendam: ubi rationes horum inducuntur sunt literales ac spirituales. Dion. ibi.]
[l. Non enim in tali oblatione inuenitur præceptum in lege quod fieret talis iubilatio: sed Dauid hoc ordinauit, & propheta à Deo inspiratus, & propheta quod dicitur Dei prophetis ita credendum est sicut & legi. De Lyra. ibid.]
7. Nablis.

8. Vericem.

9. Nunc consecratis.

10. Quicquidque liberali erat corda.

* Quæ erant pro holocausto domini.

11. Sacerdotes.

12. Maiori cordis integritate ad sanctificationem.

13. Completum est ministerium.
14. Quod deus idoneum fecisset populum, & quod tam repente impletum esset opus.

arietes, & illorum sanguinem super altare fuderunt: ^kImmolaueruntque agnos, & fuderunt super altare sanguinem. Applicuerunt hircos pro peccato coram Rege, & vniuersa multitudo: Imposueruntque manus suas super eos, & immolauerunt illos sacerdotes, & asperferunt sanguinem eorum coram altari pro piaculo vniuersi Israel: pro omni quippe Israel præceperat Rex vt holocaustum fieret pro peccato. ^lConstituit quoque Leuitas in domo domini cum cymbalis & ⁷ psalteriis] & citharis: secundum dispositionem Dauid Regis & Gad videntis & Nathan Prophetæ: siquidem domini præceptum fuit, per manum prophetarum eius. Steteruntque Leuitæ tenentes organa Dauid & sacerdotes tubas: & iussit Ezechias, vt offerret holocausta, super altare. ⁸Cumque offerrentur holocausta, cœperunt laudes canere domino, & clangere tubis, atque in diuersis organis quæ Dauid Rex Israel præparauerat concrepare. ⁹Omni autem turba adorante, cantores, & ij qui tenebant tubas erant in officio suo, donec compleretur holocaustum. Cumque finita esset oblatio, incuruatus est Rex, & omnes qui erant cum eo, & adorauerunt. Præcepitque Ezechias, & principes Leuitis, vt laudarent dominum sermonibus Dauid & Asaph videntis: qui laudauerunt deum magna lætitia, & incuruato ⁸ genu adorauerunt. Ezechias autem etiam hæc addidit: ⁹Implestis manus vestras domino, accedite, & offerite victimas, & laudes in domo domini. Obtulit ergo vniuersa multitudo hostias, & laudes, & holocausta, ¹⁰ mente deuota.] ⁸Porro numerus holocaustorum, quæ obtulit multitudo, hic fuit, tauros septuaginta, arietes centum, agnos ducentos, ^{*} sanctificaueruntque domino boues sexcentos, & oues tria milia. Sacerdotes verò pauci erant, nec poterant sufficere vt pelles holocaustorum detraherent. Vnde & Leuitæ fratres eorum adiuuerunt eos, donec impleretur opus, & sanctificarentur ¹² antistites.] Leuitæ quippe ¹² faciliori ritu sanctificantur, quam sacerdotes. Fuerunt ergo holocausta plurima, adipis pacificorum & libamina holocaustorum: & ¹³ completus est cultus] domus domini. Lætatusque est Ezechias & omnis populus, ¹⁴ eo quod ministerium domini esset expletum: de repente quippe hoc fieri placuerat.]

11. Para. 15. d.

Ezechias per totum regnum mandat solenne pascha celebrari atque ipse celebrat. XXX.

a. Rex vero dimisit per totam ditionem suam nuncios, populum Ierosolyma ad Azymorim celebratam conuocat, multo iam tempore in ierusalem propter impiam superbiorum regum incuriam Ioseph. Antiq. lib. 9. ca. 14.

1. Poterant ipsum.

2. Sufficerent.

3. Statuerunt verbum, vt diuulgarent per.

4. Iamdudum enim non fecerant iuxta scriptam legem.

b. Ipse rex & principes ac seniores, & patres familias Ierusalem celebrato super hoc consilio diffinierunt celebrare solennitatem paschalem mense secundo anni illius, non obstante quod Do. in Exodo iussisset eam celebrari quaredecima die mensis primi. Dionis. Car. ibid.]

5. De manu Regis.

6. Præuaticari sunt in domini deum.

7. Desolationem.

c. Propter hoc autem exquirat ab hominibus seruitutem, vt quoniam est bonus & misericors, benefaciat eis qui persequuntur in fortitudine eius. Hæc est gloria hominis perseuerare & manere in dei seruitute Irenæus. lib. 4. cap. 28.

8. Illis.

d. Quia inter illos de Regno Israel remanserant aliqui viri boni, qui non coluerant idola, secundum quod dixit Dominus ad Eliam. 3. Reg. 19. Dere-linguam mihi in Israel septem nulla virorum, quorum genua non sunt incuruata ante Baal. De Lyra. ibid.]

9. Humiliati.



^aItaque Ezechias ad omnem Israel & Iudam, scripsitque epistolas ad Ephraim & Manassen, vt venirent ad domum domini in Ierusalem, & facerent Pascha domino deo Israel. Inito ergo consilio Regis & principum & vniuersi cœtus Ierusalem, decreuerunt vt facerent Pascha mense secundo. Non enim ¹ occurrerant] facere in tempore suo, quia sacerdotes ² qui possent sufficere,] sanctificati non fuerant, & populus nondum congregatus fuerat in Ierusalem. Placuitque sermo Regi & omni multitudini, & ³ decreuerunt vt mitterent nuncios in] vniuersum Israel, de Barabee vsque Dan, & venirent vt facerent Pascha domino deo Israel in Ierusalem. ^{4b} Multi enim non fecerant sicut lege præscriptum est.] Perrexeruntque cursores cum epistolis] ex Regis imperio] & Principum eius, in vniuersum Israel & Iudam, iuxta id quod Rex iusserat, prædicantes: Filij Israel reuertimini ad dominum deum Abraham, & Isaac, & Israel, & reuertetur ad reliquias quæ effugerunt manus Regis Assyriorum. ⁵ Nolite fieri sicut patres vestri & fratres, qui ⁶ recesserunt à domino deo] patrū suorum: tradidit eos] in interitum, vt ipsi cernitis. Nolite indurare ceruices vestras sicut patres vestri. Tradite manus domino: & venite ad sanctuarium eius, quod sanctificauit in æternum. ⁶ Seruite domino deo patrum vestrorum, & auertetur à vobis ira furoris eius. Si enim vos reuersi fueritis ad dominum, fratres vestri & filij habebunt misericordiam coram ⁸ dominis suis, qui illos duxerunt captiuos: & reuertentur in terram hanc. Pius enim & clemens est dominus deus vester, & non auertet faciem suam à vobis, si reuersi fueritis ad eum. Igitur cursores pergebant velociter de ciuitate in ciuitatem per terram Ephraim & Manasse vsque ad Zabulon, illis irridentibus & subsannantibus eos. ^d Attamen quidam viri ex Asser & Manasse & Zabulon ⁹ acquiescentes consilio] venerunt Ierusalem. In Iuda ve-

10

ro facta est manus domini, vt daret eis cor vnum, vt facerent iuxta præceptum Regis & Principum, * verbum domini. * Congregatique sunt in Ierusalem populi multi, vt facerent solennitatem azymorum in mense secundo. * Et surgentes destruxerunt altaria quæ erant in Ierusalem: atque vniuersa¹⁰ in quibus idôlis adolebatur incensum, subuerentes,] proiecerunt in torrentem Cedron. Immolauerunt autem Phafe quarta decima die mensis secundi: Sacerdotesque atque Leuitæ¹¹ tandem sanctificati, obtulerunt holocausta in domo domini: steteruntque in ordine suo iuxta dispositionem & legem Moyfi hominis dei. Sacerdotes verò suscipiebant effundendum sanguinem de manibus Leuitarum, ¹² eò quòd multa turba sanctificata non esset, & idcirco immolarent Leuitæ Phafe iis qui non occurrerant sanctificari domino.] Magna etiam pars populi de Ephraim, & Manasse, & Isachar, & Zabulon quæ sanctificata non fuerat, comedit Phafe, non iuxta quòd scriptum est, & orauit pro eis Ezechias, dicens: Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt dominum deum patrum suorum: & non¹³ imputabit eis quòd minus sanctificati sunt. Quem exaudiuit dominus, & ¹⁴ placatus est populo. * Feceruntque filij Israel, qui inuenti sunt in Ierusalem solennitatem azymorum septem diebus in lætitia magna, laudantes dominum per singulos dies: Leuitæ quoque & sacerdotes per organa quæ suo officio congruebant. Et locutus est Ezechias ad cor omnium Leuitarum, qui habebant intelligentiam bonam super domino, * & comederunt septem diebus solennitatis, immolantes victimas pacificorum, & ¹⁵ laudantes dominum deum] patrum suorum. * Placuitque vniuersæ multitudi, vt celebrarent etiam alios dies septem, quod & fecerunt * cum ingenti gaudio. ¹⁶ Ezechias autem Rex Iuda præbuerat multitudi mille tauros, & septem milia ouium: Principes verò dederant populo tauros mille, & oues decem milia. Sanctificata ergo est sacerdotum plurima multitudo, & hilaritate perfusa omnis turba Iuda, tam sacerdotum & Leuitarum, quàm vniuersæ frequentiæ quæ venerat ex Israel, profelytorum quoque de terra Israel, & habitantium in Iuda. Factaque est grandis celebritas in Ierusalem, qualis à diebus Salomonis filij David regis Israel in ea vrbe non fuerat. Surrexerunt autem sacerdotes atque Leuitæ benedicentes populo: & exaudita est vox eorum, peruenitque oratio * in habitaculum¹⁷ sanctum cæli.]

Sacerdotibus ad sua restitutis officia populus largus est ad offerendum. XXXI.

A Vmque hæc fuissent ritè celebrata, egressus est omnis Israel, qui inuentus fuerat in vrbebus] Iuda, & fregerunt simulachra, succideruntque lucos, demoliti sunt¹⁸ excelsa, & altaria destruxerunt, non solum de vniuerso Iuda & Benjamin, sed & de Ephraim quoque & Manasse, donec penitus euerterent. Reuersique sunt omnes filij Israel in possessiones & ciuitates suas. Ezechias autem constituit turmas sacerdotales, & Leuiticas¹⁹ per diuisiones suas,] vnumquemque in officio proprio, tam sacerdotum videlicet quàm Leuitarum ad holocausta & pacifica, vt ministrarent & confiterentur, canerentque in portis castrorum domini. Pars autem Regis erat, vt de propria eius substantia offerretur holocaustum mane semper & vespere, sabbatis quoque, & ²⁰ Kalendis, & solennitatibus cæteris: sicut scriptum est in lege²¹ Moyfi.] Præcepit etiam populo habitantium Ierusalem, vt darent partes sacerdotibus & Leuitis, ²² vt possent vacare legi domini. * ²³ Quod cum percubisset in auribus multitudinis plurimas obtulere primitias filij Israel,] frumenti, vini, & olei, mellis quoque & omnium quæ gignit humus, * decimas obtulerunt. Sed & filij Israel & Iuda, qui habitabant in vrbebus Iuda, obtulerunt decimas bouum, & ouium, decimasque sanctorum quæ vouerant domino deo suo: atque vniuersa portantes fecerunt acruos plurimos. Mense tertio cœperunt acruorum iacere fundamenta, & mense septimo compleuerunt eos. Cùmque ingressi fuissent Ezechias & Principes eius, viderunt acruos, & benedixerunt domino, ac populo Israel. Interrogauitque Ezechias sacerdotes & Leuitas, ²⁴ cur ita iaceret acruus.] Respondit illi

A iij

10. Vasa suffragationis tulerunt.

11. Multi enim erant in cætu, qui non erant sanctificati, & Leuitæ immolabant Phafe pro omni eo qui non erat mîdus, & qui non potere sanctum domini exequi opus.

12. Secundum puritatem sanctitatis.

13. Sanauit populum.

14. Confortans eos.

15. Confortans domino deo.

16. H. Ista offerbantur in hostias pacificas quarum magna pars erat offerentium & de illis comedere potest.

17. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

18. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

19. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

20. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

21. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

22. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

23. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

24. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

25. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

26. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

27. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

28. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

29. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

30. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

31. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

32. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

33. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

34. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

35. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

36. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

37. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

38. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

39. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

40. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

41. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

42. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

43. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

44. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

45. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

46. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

47. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

48. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

49. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

50. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

51. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

52. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

53. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

54. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

55. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

56. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

57. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

58. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

59. Per quos ostenditur quod ministri ecclesie mundi & puri præceteris esse debent ad offerendum.

60. Excelsa nominata sunt feruptura loca in collibus fronsentibus postquam obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lira.

Leuit. 24. c.
Nume. 28.

Azarias sacerdos primus de stirpe Sadoch, dicens: Ex quo coeperunt offerri primitiæ in domo domini, comedimus⁶ & saturati sumus,⁷ & remanserunt plurima: eò quòd benedixerit dominus populo suo. ⁸ Reliquiarum autem est copia ista, quam cernis: c. Præcepit igitur Ezechias, vt præpararent horrea in domo domini. Quod cū fecissent intulerunt tam primitias quàm decimas, & quæcunque⁷ vouerant] fideliter. Fuit autè præfectus eorum Chonenias Leuita, & Semei frater eius secūdus: post quem Iehihel, & Azarias, & Nahad, & Afael, & Jerimoth, Iozabat quoque & Elihel, & Iesmachias, & Maath, & Banaias, præpositi sub manibus Chonenias, & Semei fratris eius ex imperio Ezechias Regis, & Azarias Pontificis domus domini:] — ad quos omnia pertinebant.]⁹ Chore verò filius Iemna Leuites, & Ianitor orientalis portæ, præpositus erat iis quæ sponte offerebantur domino, ⁹ primitiisque & consecratis in sancta sanctorum:] & sub cura eius Eden, & ¹⁰ Benjamin,] Iesue & Semeias, Amarias quoque, & Sechenias, in ciuitatibus sacerdotum: vt fideliter distribuerent fratribus suis partes, minoribus atque maioribus, exceptis maribus, ab annis tribus & supra, cunctis qui ingrediebantur templum domini. ¹¹ Et quicquid per singulos dies conducebant in ministerio, atque obseruationibus iuxta diuisiones suas: sacerdotibus] per familias, & Leuitis à vicessimo anno & supra per ordines & turmas suas, vniuersæque multitudini, tam vxoribus quàm liberis eorum vtriusque sexus, fideliter cibi de iis quæ sanctificata fuerant, præbebantur. Sed & filiorum Aaron * per agros, & suburbana vrbium singularum dispositi erant, viri qui partes distribuerant vniuerso sexui masculino, de sacerdotibus & Leuitis. * Fecit ergo Ezechias vniuersa quæ diximus in omni Iuda, operatusque est bonum & rectum & verum coram domino deo suo, ¹² in vniuersa cultura ministerij] domus domini, ¹³ iuxta legem & ceremonias, volens requirere] deum suum in toto corde suo. Fecitque & prosperatus est.

6. Ad saturitatem.
 Id. Scilicet de primitiis & decimis habito suscitenti vietu sacerdotum & leuitarum. Eo vero quòd benedixit Do. populo suo, abundare fecit in temporalibus bonis. Et ideo dabant abundanter decimas & primitias, & quia tunc erant magis deuoti, vt patet ex prædictis.
 De Lyra. ibid.
 7. Consecrata erant.
 8. Erant constituti per Chonenias, Semei autem frater eius erat in perfectura Regis Ezechias, & Azarias erat princeps in domo domini.
 9. Viri isti Leuitæ erant præfecti Chore subiecti in ciuitatibus sacerdotum, in quibus scilicet sacerdotes morabantur non dominabantur. Dionis. Carus. ibid.
 10. Equæ veluti congregata dabatur domino, & super sancta sanctorum.
 11. Rem diei in die suo, pro ministerio eorum, & pro custodiis eorum, & pro diuersis ordinibus eorū. Successioni quoque sacerdotum.

*Sacerdotum, qui erant.

*Iuxta genealogiam suam.

12. In omni opere quod cepit pro ministerio.
 13. Pro lege, & præceptis quærebatur.

Assyriorum exercitu ab angelo vna nocte deleto, Sennacherib fugiens, in templo dei sui a filiis suis occisus est: vnde exaltatus Ezechias, à domino humiliatus est. XXXII.



Post quæ & huiusmodi^a veritatem, venit Sennacherib Rex Assyriorum, & ingressus Iudæ obsedit ciuitates munitas, volens eas capere. Quod cum vidisset Ezechias, venisse scilicet Sennacherib, & totum belli impetum verti contra Ierusalem, inito cum Principibus consilio virisque fortissimis, vt obturarentur capita] fontium qui erant extra urbem, & ² hoc omnium decernente sententia: congregauit plurimam multitudinem,] & obturauerunt cunctos fontes, & riuum qui fluebat in medio terræ, dicentes: Ne veniant Reges Assyriorum, & inueniant aquarum abundantiam. ³ Edificauit quoque agens industrie omnem murum qui fuerat dissipatus,] & ⁴ extruxit turres desuper:] & forinsecus alterum murum. ⁵ Instaurauitque Mello in ciuitate David: & fecit vniuersi generis armaturam & clypeos.] Constituuitque Principes bellatorum in exercitu, & couocauit vniuersos in platea portæ ciuitatis, ac locutus est ad eos, dicens: Viriliter agite, & confortamini, ^b nolite timere, nec paueatis regem Assyriorum, & vniuersam multitudinem quæ est cum eo: ^c Multo enim plures nobiscum sunt, quàm cum illo. Cum illo enim est brachium carneum, nobiscum dominus deus noster, ^d qui auxiliator est noster, pugnatque pro nobis.] Confortatusque est populus huiusmodi verbis Ezechias regis Iudæ. Quæ postquam gesta sunt, misit Sennacherib Rex Assyriorum seruos suos Ierusalem, (ipse enim cum vniuerso exercitu obsidebat Lachis,) ad Ezechiam regem Iudæ, & ad omnem populum qui erat in vrbe, dicens: ^e Hæc dicit Sennacherib Rex Assyriorum: In quo habentes fiduciam, sedetis obsessi in Ierusalem? ^f Num Ezechias ^g decepit] vos? vt tradat morti, in fame, & siti, affirmans, quòd dominus deus vester liberet vos de manu Regis Assyriorum? Nunquid non ille est Ezechias qui destruxit excelsa illius & altaria, & præcepit Iudæ & Ierusalem, dicens: Coram altari vno adorabitis, & in ipso comburetis incensum? An ignoratis quæ ego fecerim, & patres mei cunctis terrarum populis? Nunquid ^h præualuerunt dii gentium — omniumque] terrarum,

a. Hoc est, post triplicem veritatem quæ in Ezechia erat, veritatem inquam vite, veritatem iustitiæ, & veritatem doctrinæ, ventusque rex Assyriorum ad eas veritates exercendas in Ezechia, Dionis. ibid.

a. A quas.
 2. Fuerunt ei auxilio. Congregati enim sunt multi ex populo.

3. Et sumpto animo edificauit omnem murum in quo erat interruptio.

4. Ordinauit super turres, neccelsaria sub.
 5. Gladios & clypeos in magna copia.

b. Veruntamen ipse Ezechias primo timuerat illum, mittendo 300. talenta argenti, & 30. talenta auri: sed visa infidelitate eius, qua factus cum Ezechia inuitum de recedendo accepta pecunia fugit Ezechias suspexit in deum maiore fiduciam, sperans diuinam iustitiam non relicturam illum infidelitatem inultam. Dionis. ibid.
 6. Vt auxilietur nobis, & pugnet prælia nostra.

7. Incitat.
 c. Sed rursus adigit mendaciam veritati, quod abutulerit Ezechias excelsa illius & altaria, hoc enim non contra dominum sed pro domino fecerat, videlicet altaria, & vniuersa que destruxerunt dominum adorari in Ierusalem, vbi erat templum eius. Eucherius 4. Reg. 18.
 * Posuerunt aut.

† 4. Reg. 18. 6. Isa. 36. 1.

† 4. Reg. 6. 6.

† 4. Reg. 18. 17.

terrarum, liberare regionem suam de manu mea? Quis est de vniuersis diis gentium, quas vastauerunt patres mei, qui potuerit eruere populum suum de manu mea, vt possit etiam deus vester eruere vos de hac manu? Non vos ergo decipiat Ezechias, nec vana persuasione deludat, Inequae credatis ei. Si enim nullus potuit deus cunctarum gentium atque regionum liberare populum suum de manu mea, & de manu patrum meorum: consequenter nec deus vester poterit seruere vos de hac manu. Sed & alia multa locuti sunt serui eius contra dominum deum, & contra Ezechiam seruum eius. Epistolae quoque scripsit plenas blasphemiae in dominum deum Israel: & locutus est aduersum eum: Sicut dii gentium ceterarum non potuerunt liberare populum suum de manu mea, sic & deus Ezechiae eruere non poterit populum suum de manu ista. Insuper & clamore magno lingua Iudaica contra populum qui sedebat in muris Ierusalem personabat, vt terreret eos, & caperet ciuitatem. Locutusque est contra deum Israel, sicut aduersum deos populorum terrae, opera manuum hominum. Orauerunt igitur Ezechias Rex & Elaias filius Amos Prophetes aduersum hanc blasphemiam, ac vociferati sunt vsque in caelum. Et misit dominus angelum suum, qui percussit omnem virum robustum & bellatorem, & Principem exercitus Regis Assyriorum, reuersusque est cum ignominia in terram suam. Cumque ingressus esset domum dei sui, filij qui egressi fuerant de vtero eius, interfecerunt eum gladio. Saluauitque dominus Ezechiam & habitatores Ierusalem de manu Sennacherib Regis Assyriorum, & de manu omnium: & praestitit ei quietem per circuitum. Multi etiam deferebant hostias, & sacrificia domino in Ierusalem, & munera Ezechiae Regi Iuda. Qui exaltatus est post haec coram cunctis gentibus. In diebus illis aegrotauit Ezechias vsque ad mortem, & orauit dominum: Exaudiuitque eum, & dedit ei signum: sed non iuxta beneficia quae acceperat, retribuit: quia eleuatum est cor eius. Et facta est contra eum ira, & contra Iudam & Ierusalem. Humiliatusque est postea, eod quod exaltatum fuisset cor eius, tam ipse quam habitatores Ierusalem, & idcirco non venit super eos ira domini in diebus Ezechiae. Fuit autem Ezechias diues & inclytus valde: & thesauros sibi plurimos congregauit argenti & auri, & lapidis preciosi, aromatum & armorum vniuersi generis, & vasorum magni precij: apothecas quoque frumenti, vini, & olei: & praesepia omnium iumentorum. Caulasque pecoribus, & vrbes sex aedificauit. Habebat quippe greges ouium, & armentorum innumerabiles, Ieo quod dedisset ei dominus substantiam multam nimis. Ipse est Ezechias qui obturauit superiorē fontem aquarum Gihon, & auertit eas subter ad occidentē vrbs Dauid. In omnibus operibus suis fecit prosperē quae voluit. Attamen in legatione principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum, vt interrogarent de portento, quod acciderat super terram, dereliquit eum dominus, vt tentaretur, & nota fierent omnia quae erant in corde eius. Reliqua autem sermonum Ezechiae, & misericordiarum eius, scripta sunt in visione Isaiae filij Amos prophetae: & in libro Regum Iuda & Israel. Dormiuitque Ezechias cum patribus suis, & sepelierunt eum supra sepulchra filiorum Dauid. Et celebrauit eius exequias vniuersus Iuda, & omnes habitatores Ierusalem: Regnauitque Manasses filius eius pro eo.

Impius Manasses per flagella ad pietatem reductus agit poenitentiam. XXXIII.

Dodecim annorum erat Manasses cum regnare coepisset, & quinquagintaquinque annis regnauit in Ierusalem. Fecit autem malum coram domino, iuxta abominationes gentium, quas subuertit dominus coram filiis Israel, & conuersus instaurauit excelsa quae demolitus fuerat Ezechias pater eius: construxitque aras Baalim, & fecit lucos, & adorauit omnem militiam caeli, & coluit eam. Aedificauit quoque altaria in domo domini, de qua dixerat dominus, in Ierusalem erit nomen meum in aeternum. Aedificauit autem ea cuncto exercitui caeli, in duobus atrijs domus domini, transireque fecit filios suos per ignem

8. De manu mea. Nunc itaque non vos seducat.
9. Vos taliter iaciter.

10. Quanto minus poterunt dii vestri.

d. Ipso siquidem tempore scripsit Ezechias Assyrius epistolae, in quibus fatuum eum esse dicebat, credentem quia eius seruitus posset euadere, qui multas gentes & maximas subdidit. Et interminabatur funditus se eum disperdere dum caperet vrhem, nisi portas aperit sponte in Ierosolymis exercitum eius reciperet Ioseph lib. 10. cap. 1.

11. Ad blasphemandum.

* Dicens.

12. Terrarum.

13. Mēa, & clamauerūt voce magna Iudaicē.

* Pavidūque redderet.

* Ducent.

e. Tradunt enim Hebraei angolum illi rasisse barbā & crines.

f. Cūque in eadem nocte angelus domini percussisset in castris Assyriorum 185000. timens Sennacherib fugit cum 20. viris, vt aīte Hebraei, & rediit in Nininē. Cūque adoraret in templo Nesrach deum suum, Adramelch & Cerab filij eius percussissent eum gladio, & fugerunt in Aarath partē Armeniam castrum ad radicē montis Tauri, & regnauit Assaradad filius eius pro eo Comestor.

14. Eduxit eos.

15. Audire illo admirando tris pho, ex quo omnipotentium & prouidentiam atque iustitiam Dei pensabant, gratiasque ei reddebant, quod impiissimum illum tyrannum, qui tantū vexauerat vniuersae regna terrarū, tam gloriosē ac mercedē denicet. Dionis. Carthuf.

* Ezechias.

16. Clypeorum & omnium vasorum desiderabilium.

17. Fecit quoque thecas.

18. In magna copia.

19. Superioris.

20. Prosperatus est.

h. Chaldaei vigebar in astronomia, nec poterant inuenire secundum artem suam quare dies fore in duplum protēta fuerat: & tandem audierunt hoc pro rege Ierosolymorum factum esse, miserunt ad eum, vt sciscitarentur rei veritatem. Praeterea Chaldaei adorabant Solem, & miserant Regi munera, vt honorarent hominem quem honorauerat deus eorum. Et Ierutus est Ezechias in aduentu eorum, & iterum elatus est in animo suo, nec fuit in domo sua, nec in omni potestate sua, quod non offenderet eis. Comestor.

21. Cum principes Babylonis misissent eum oratores.

* In digniori loco.

a. Tradunt Hebraei eundem Manassem filium fuisse Isaiae prophetae. Et quod ille occidere fecit aium suū, hoc in causa fuit, quia eos appellauerat principes Sodomorum & Gomorrh. Isa. 1. cap. Hierony.

b. Scilicet. 12. signa Zodiaci, 7. planetas, & ceteras stellas nominibus designatas.

c. Prouidentia dei ideo sic Manassem dispensauit vocari, quia obliturus erat omnem conuersationem patris sui sanctam, & omnia beneficia dei pro merito eius collata in ipsum: & stimulat ab insurgente diabolo, qui solet insurgere super genus humanum ad euertendum, gustus omnia que deum ad iracundiam prouocaret. Chryst. ia 1. cap. Matth. Homi. 7.

† 4. Reg. 19. B
16. 47. B

† 4. Reg. 20. a
16. 38. a

† 4. Reg. 21. a

† 4. Reg. 21. a
An. ant. Christi
An. 725.
Anni mundi
2237.
Manas. 17.
Iuda. an. 55.

† 4. Reg. 7. b

d. Sive Gehēnon quæ est vallis filiorum Ennon, à qua Gehenna nomen accepit Hieron.
 1. Hæc ariolus, obferuabat.
 fe. Obferuabat fomnia, quorū aliquid erat vana, aliqua à daemōnibus immitta. Et diuinare de futuris per talia illicitū est. Et dicitur de hac materia plinius Gen. 4. cap. 7
 ff. Hīs tam nefcīis facinoribꝫ concitatus deus ad iracūdiā, mittebat vnum post alium propheta ad Regem simul atque populum, per quos eādem illis cōminabatur calamitates, quas propter cōtemptum religionis fratres ipsorū Ifraēlites aliquando ante percipi fuerūt. Ioseph. Antiq. Iudaic. lib. 10. cap. 4. 7
 a. Statuta.

* Per cōpedes.

g. Cū esset in vase perforato igni admoto, orauit oēs deos quos colebat, à quibus eū nō liberaretur, inuocauit deū quē à patre suo sepe aud. erat inuocari. Hierony.
 3. Faciem domini dei sui, humiliatūque est.
 h. Quid memorē Manasse regem Iuda post effusum sanguinem prophetarum, & sordidū idolorum cultum, cū esset captiuitate conclusus, clamasse ad dominum, & obtenta venia, regnōque recepto, vitam in melius commutasse? Quis igitur reus pœnitentiā abstulit, quā nouimus tantum homini fructum afferre, vt eum deo reconciliet, in gratiāque reducat. Cyril. in Ioan. lib. 5. cap. 17.
 4. Exoratus est ab eo.
 x. Quāquam.

[1. Pater quiddam iste liber apud nos non habetur, quia ista 4. li. Reg. non ita exstiterunt vt hie dicitur, & eodem modo dicendum de eo quod sequitur. Scripta sunt in sermonibus Ozai. De Lyra ibidem 1.
 5. Preuaricatio eius.
 6. Videntium..

K. Amon fuit valde iniquus, vt extant opera sua maligna, quibus imitatus fuerat Manasse, vt etiam deum se posse fallere existimaret, dicens: Pater meus multa ex iuuentute sua iniqua fecit, & in senectute sua pernituit: & ego nunc ambulabo secundum quod desiderat anima mea, & postmodum cōuertar ad dominum. Chryl. cap. 1. Matth. hom. 1.
 7. Humiliatus, & infra.

in valle^d Benhennon.¹ Obferuabat^e somnia, sectabatur^f auguria, maleficis artibus inferuebat. Habebat secum Magos, & incantatores, multaque mala operatus est coram domino, vt irritaret eum. Sculptile quoque & conflatile signum posuit in domo domini, [†] de qua locutus est dominus ad Dauid & ad Salomonem filium eius, dicēs. ^{ff} In domo hac & in Ierusalem quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum: & mouere non faciam pedem Israel de terra quam tradidi patribus eorum, ita duntaxat si custodierint facere quæ præcepi eis, cunctamque legem & ² ceremonias atque iudicia quæ mandauit per manum Moysi. Igitur Manasses seduxit Iudam & habitatores Ierusalem, vt facerent malum super omnes gentes, quas subuerterat dominus à facie filiorum Israel. Locutusque est dominus ad eum & ad populum illius, & attendere noluerunt. Idcirco superinduxit eis Principes exercitus regis Assyriorum, cœperuntque Manassem, * & vinctum catenis, & atque cōpedibus duxerunt in Babylonem. [†] ³ Qui postquam coangustatus est, orauit³ dominum deum suum, & ^h egit pœnitentiā valde coram deo patrum suorum. [§] Deprecatusque est eum, & ⁴ obsecrauit intentē, & exaudivit orationē eius, reduxitque eum Ierusalem in regnum suum, & cognouit Manasses quod dominus ipse esset deus. Post hæc ædificauit murum extra ciuitatem Dauid ad occidentem Gihon, in conualle ab introitu portæ piscium, per circuitum vsque Ofel, & exaltauit illum vehementer. Cōstituitque Principes exercitus in cunctis ciuitatibus Iuda munitis: & abstulit deos alienos, & simulachrum de domo domini, aras quoque quas fecerat in monte domus domini & in Ierusalem: & proiecit omnia extra urbem. Porrò instaurauit altare domini, & immolauit super illud victimas, & pacifica, & laudem: præcepitque Iudæ vt seruiret domino deo Israel. Attamen adhuc populus immolabat in excelsis, * domino deo suo. Reliqua autem gestorum Manassæ & obsecratio eius ad deum suum, verba quoque videntium qui loquebantur ad eum in nomine domini dei Israel, continentur in ¹ sermonibus regum Israel. [§] Oratio quoque eius & exauditio, & cuncta peccata atque ¹ cōtemptus: loca etiam in quibus ædificauit excelsa, & fecit lucos, & statuas antequam ageret pœnitentiā, scripta sunt in sermonibus ⁵ Ozai. Dormiuit ergo Manasses cum patribus suis, & sepelierunt eum in domo sua: regnauitque pro eo filius eius^k Amon. Vigintiduorum annorum erat Amon cū regnare cœpisset: & duobus annis regnauit in Ierusalem. Fecitque malum in conspectu domini sicut fecerat Manasses pater eius: & cunctis idōlis quæ Manasses fuerat fabricatus, immolauit, atque seruiuit: & non est ⁷ reueritus] faciem domini sicut reueritus est Manasses pater eius: & multo maiora deliquit. Cūque coniurassent aduersus eum serui sui, interfecerunt eum in domo sua. Porrò reliqua populi multitudo cæsis iis qui Amon percusserant, constituit Regem Iosiam filium eius pro eo.

† 1. Reg. 7. b. 3. Reg. 8. b

† 1. q. 7. ea. 2. De pœnit. dist. 2. ca. Si enim. versu Manasse.

An. ante Christum. 670. Anni mundi 3292. Amon. 18. Iuda an. 31.

Iofias templum instaurans, reperto legis libro fœdera cum domino percussit. XXXIII.

a. Iofias lōge laudatissimus quātumuis puer, Iudam Ierusalē, & omnem sibi subiectā regionem ab idōlis & excelsis purgauit, aliisque abominaciones à Iuda abstulit: & fecit omnes quæ residuæ erāt in Israel seruire domino suo. Cunctis diebus eius non recesserunt à domino deo patrum suorū. Beda super ea. 2. 11. 2.
 b. Cœpit mundare. lb. Quomodo ergo reges domini seruauit in timore, nisi ea quæ contra domini iustā sunt religioſa seueritate prohibēdo atque plectendo. Sicut seruauit Iofias aras Baalim & simulacra, & lucos atque sculptilia succidit. Augu. Psal. 2. 7

* Per circuitum.
 c. Notandum quōd arca domini elata de templo fuit, quā modo in templum rediit Iofias præcepit. Hieron.



[†] Cto annorum erat ^a Iofias cū regnare cœpisset, & triginta & vno anno regnauit in Ierusalem. Fecitque quod erat rectum in conspectu domini, & ambulauit in viis Dauid patris sui, non declinauit neque ad dexteram neque ad sinistram. Octauo autem anno regni sui, cū adhuc esset puer, cœpit quærere deum patris sui Dauid, & duodecimo anno postquam cœperat, mundauit Iudam & Ierusalem ab excelsis & lucis, simulacrisque, & sculptilibus. ^b Destrueruntque coram eo aras Baalim, & simulachra quæ superposita fuerant, demoliti sunt. Lucos etiam & sculptilia succidit atque comminuit: & super tumulos eorum qui eis immolare consueuerant, fragmenta disperſit. Oſſa præterea sacerdotum combussit in altaribus Idolorum, mandauitque Iudam & Ierusalem. [§] Sed & in urbibus Manassæ, & Ephraim & Simeon vsque Neptalim, cuncta subuertit. ^{*} Cūque altaria dissipasset, & lucos, & sculptilia contriuisset in frustra, cunctaque delubra demolitus esset de vniuersa terra Israel, reuersus est in Ierusalem. ^c Igitur anno

† 4. Reg. 22. De pœnit. dist. 2. c. Si enim. An. ante Christum. 667. Anni mundi 3295. Iofias. 19. Iuda an. 31.

anno octauodecimo regni sui mundata iam terra & templo domini, misit Saphan filium Eseliæ & Maasiam Principem ciuitatis, & Ioha filium Ioachaz à commentariis, vt instaurarent domum domini dei sui. ^d Qui venerunt ad Helchiam sacerdotem magnum, acceptaque ab eo pecunia quæ illata fuerat in domo domini, & quam congregauerant Leuitæ & ianitores * de Manassæ & Ephraim & vniuersis reliquiis ^q Israel, ab omni quoque Iuda & Beniamin, & habitatoribus Ierusalem, & tradiderunt in manibus eorum qui præerant operariis in domo domini, vt instaurarent templum & infirma quæque sarcirent. At illi dederunt eam artificibus & cæmentarijs, vt emerent lapides ² de lapidicinis, & ligna ad commissuras ædificij, & ad contignationem domorum quas destruxerant Reges Iuda. Qui fideliter cuncta faciebant. Erant autem præpositi operantium Iahat, & Abdias de filiis Merari, Zacharias & Mosollam, de filiis Caath, qui vrgebant opus, omnes Leuitæ scientes organis canere. Super eos verò qui ad diuersos vsus onera portabant, erant Scribæ, & magistri de Leuitis ianitores. Cumque efferrent pecuniam quæ illata fuerat in templum domini, reperit Helchias sacerdos ^f librum legis domini ³ & datum] per manum Moyfi, & ait ad Saphan ^d scribam: ^g Librum legis inueni in domo domini: & tradidit ei. ⁴ At ille] intulit volumen ad Regem, & nunciauit ei dicens: Omnia quæ dedisti in manu seruatorum tuorum, ecce complentur. Argentum quod repertum est in domo domini, conflauerunt, datumque est præfectis artificum & diuersa opera fabricantium: * præterea tradidit mihi Helchias sacerdos hunc librum. Quem cum Rege presente recitasset, audissetque ille verba legis, scidit vestimenta sua: & præcepit Helchiæ & Aichan filio Saphan, & Abdon filio Micha, Saphan quoque scribæ, & Afaia seruo Regis, dicens: ^e Itē & orate] dominum pro me, & pro reliquiis Israel & Iuda, super vniuersis sermonibus libri istius qui repertus est. ^h Magnus enim furor domini stillauit super nos: eò quòd non custodierint patres nostri verba domini, vt facerent omnia quæ scripta sunt in isto volumine. Abiit ergo Helchias & ij qui simul à Rege missi fuerant, ^b ad Oldam Prophetam idem, vxorem ^h Sellum, filij Thechuat, filij Aras, custodis vestium: quæ habitabat in Ierusalem in secunda: & locuti sunt ei ^c verba quæ suprà narrauimus. At illa respondit eis: Hæc dicit dominus deus Israel: dicite viro qui misit vos ad me: Hæc dicit dominus, Ecce ego inducam mala super locum istum, & super habitatores eius: cunctaque maledicta quæ scripta sunt in libro hoc, quem legerunt coram Rege Iuda: quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt diis alienis, vt me ad iracundiam ^f prouocarent in cunctis operibus manuum suarum. ^h Idcirco stillabit furor meus super locum istum, & non extinguetur. ⁱ Ad Regem autem Iuda, qui misit vos pro domino deprecando, sic loquimini: Hæc dicit dominus deus Israel, ⁷ Quoniam audisti verba voluminis, atque emollitum est cor tuum, & humiliatus es in conspectu domini, super iis quæ dicta sunt contra locum hunc, & habitatores Ierusalem, reuertitque faciem meam scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me: ^k ego quoque exaudivi te, dicit dominus. Iam enim colligam te ad patres tuos, & infereris in sepulchrum tuum in pace, nec videbunt oculi tui omne malum, quod ego inducturus sum super locum istum, & super habitatores eius. ^l Retulerunt itaque Regi ⁸ cuncta quæ dixerat. [†] At ille conuocatis vniuersis maioribus natu Iuda & Ierusalem, ascendit in domum domini, vnâque omnes viri Iuda & habitatores Ierusalem, sacerdotes & Leuitæ, & cunctus populus à minimo vsque ad maximum. Quibus audientibus in domo domini legit Rex omnia verba ⁹ voluminis: & stans in tribunali suo percussit fœdus coram domino, vt ambularet post eum, & custodiret præcepta & testimonia & ¹⁰ iustificationes] eius in toto corde suo, & in tota anima sua: faceretque quæ scripta sunt in volumine illo, quod legerat. Adiurauit quoque super hoc omnes qui reperti fuerant in Ierusalem & Beniamin, & fecerunt ^m habitatores Ierusalem iuxta pactum domini dei patrum suorum. Abstulit ergo Iofias cunctas abominationes de vniuersis regionibus filiorum Israel, & fecit omnes qui residui erant in Israel seruire domino deo suo. Cunctis diebus vitæ eius non recessunt à domino deo patrum suorum.

d. Postquâ Principes eius seruari sunt vrbes & villas, inde seruari sunt domos, ne quid latere maneret suspectum in illis, misitque in totam prouinciam vt deferrent ad reparationem templi munera pro sua voluntate vniuersique. Et præpositus huic operi Helchias sacerdotem magnum, & Amasiam qui erat supra ciuitatem, & Saphan scribam, & facta est reparatio templi. Comestor. 4. Reg. 34.

* Vestibuli.

2. Sectos

3. Constituit etiam certos magistratus & morum censes, qui priuata quoque negotia sic disponerent vt in omnibus non minorem iustitiam quam vitæ ipsius rationem haberent. Dimisit deinde per totam diuisionem nuncijs, iussit vt quiunque vellent conferrent aurum & argentum in reparationem templi, idque suo quisque arbitratu, veneno grauaretur. Ioseph. Antiq. Iud. lib. 10. cap. 5. f. Cumque Helchias diligenter omnia seruari, inuenit librum Moyfi in templo. Fortè aperuit arcam, & inuenit Deuteronomium quod Moyse reponi fecerat in arca, & misit eum ad Regem per manum Saphan scribæ. Qui cum legisset coram Rege, scidit Rex vestimenta sua. Audiuit enim maledictiones scriptas in transgressores legis, & crebras comminationes dei. Quod si sequerentur idola eiecisset eos de terra, quod dederat eis, sicut eiecerat Amorreos à facie eorum. Et irabatur quomodo adhuc essent in terra illa, & verebatur imminere captiuitatem. Comestor. 4. Reg. 36.

3. Qui datus fuerat.

4. Saphan vero.

* Nunciauit insuper Saphan scriba Regi dicens.

5. Consultate.

6. Circa hæc oritur questio, cur Iofias Rex non consultauit dominum per Pontificem prout David facere consuevit: imò ipsum Helchiam Pontificem ceteris misit ad feminam prophetissam. Ad quod Epiphanius ait, quòd à die qua Iofias rex fecit Zachariam filium Ioadæ lapidari in templo, dominus ultra non dedit solito more responsa Diony. 4. Reg. 22. h. Auunculi Ieremie propheta.

6. Sic & sic.

7. Atramem propter bonitatem regis ditatum Dauid aliquantisper imminente calamitate, sed ab eius obitu presinita iam ante mala in populum immissura. Ioseph. Antiq. Iud. lib. 10. cap. 5.] sunt.

7. Verba quæ audisti sub, mea [k. Circa hoc queri potest, cur contra Iofiam & plebem ipsius fuerit ira dei successa, eò quod patres eorum fuerunt Deo inobedientes, sed non ipse Iofias, cum filius non portet iniquitatem patris. Dionysius Carthusianus ibidem.]

8. Hoc mulieris vaticinium Regi renunciauit, qui ad eum missi fuerant, ille circum omnia oppida missis nuncijs, iussit Ierusalem conuenire sacerdotes, & Leuitas & omnes omnis ætatis homines. & cum congregati essent omnes, primò eis sacros libros legit: deinde stans in edictori loco in medio populi, sacramentò adiecit vniuersos ad cultum diuini numinis, & seruandas leges Moysicas, quæ illi humano consensu facturos se receperunt. Ioseph. Antiq. Iudic. lib. 10. c. 5. l. 8. Verbum. Misit præterea Rex & congregauit omnes maiores

9. Libri fœderis inuenti, in domino domini.

10. Statuta.

m. Habitatores Ierusalem dicit dimidiam tribum Manassæ, qui plerumque in tribu Beniamin computantur. Hierony.

† 4. Reg. 23. a

† 4. Reg. 24. a

Iofias pascha solenni celebrato perit in bello, multum à plebe deplo-
ratus.

XXXV.

a. Ceterum iustrata ad hunc modum regione vniuersa, populi Ierosolyma conuocauit ad celebrandum festum azymorum, quod dicitur pascha. Ioseph. li. 10. c. 5. Antiq. Iudaic.

x. Confirmatque eos in ministerio domus domini. Et ait ad Leuitas qui erudiebant omnem Israel, & erant sancti domino.

b. Tempore Achaz quando simulachra in templum missa sunt, elata est inde arca, & ducta in domum Seltum viri Oide auctori Jeremia: vbi permansit vsque ad tempus Iosie. Nec enim poterat arca dei esse in loco vbi simulachra introducta fuerant: & gesticulus eius & ritus nephadissimus obferuabatur. Hieronymus ibidem.

a. Scripsit.

3. Secundum distinctionem domus patrum, iuxta fratres vestros, filios populi in diuisione: quæ est in cognatione patrum leuitarum. immolata pascha & sanctificata. Et præparate. Scilicet Helchias rexim pater fuit & post eum alij erant sacerdotes præcipui, qui dederunt pecora diuersarum specierum, quorum quedam erant oues, arietes, siue agni, quedam caprae aut hœdique omnia simul fuerunt duo milia sexcenta. Quidam tamen exponunt commixtum. i. communitate seu pariter: quia præfati simul accepti tot pecora conuertunt. Dionys. Cat. ibidem.]

4. Manus suas sanguine. d. Nec immerito Iofias domini hostias vel sacrificium interpretatur. Providentia enim dei fecundum quod futurus fuerat Iofias, dispensauit ei nomen imponi. Tale enim sacrificium obtulit domino, quale nec ante eum nec post eum oblatum est Chrysof. super 1. cap. Matthæi hom. 11.

5. Et quæ sacrificata erant. e. Ideo propheta Regis dicebatur, quia cum Rege David cantabant Hiero. ibidem.

f. Quia omnes qui inuenti sunt in illa festiuitate, ibi septem diebus commorati sunt, & omnes sufficienter de Regis substantia, & de his quæ supra memorata sunt epulati sunt. Hiero.

6. Et sacerdotes, & Leuitæ, & omnis Iuda.

7. Habitantes. g. Nechao rex Aegypti contra regem Assyriorum ascendit, quæ audierat debilitatum, eo quod Medi & Babylonij ab illius recessissent monarchia, ideo putauit se posse regnum Syria de facili obtinere. Sed primo voluit egressi aduersus Adadrem regnantem in Carchamis: qui simul eum Iofia disposuit acies contra Nechao regem Aegypti. Dionys. ibid. post Ioseph. & Comestorem.

8. Qui magis deliberauerat illi bellum inferre.

* Dixit autem Rex seruus suis. h. Et plangit eum vniuersus Iuda & Ierusalem, & maxime Ieremias qui super exequiis eius scripsit Threnos lamentabiles: Quomodo sedet sola ciuitas pleina populo, &c. quibus utebantur cantores & cantatrices super exequiis Iosie. Et longis temporibus in Iudæa supra Iosiam replicabant Comestor.

i. Tanta verò hominis vitæ erat, vt cantoribus & cantatricibus lamentandi ipsum persona sit imposita, ac singulis annis ipsius memoria sit celebrata. Procop. ibidem.



† Eicit autem Iofias in Ierusalem Pascha domino, quod immolatum est quartadecima die mensis primi. Et constituit sacerdotes in officiis suis, hortatusque est eos vt ministrarent in domo domini. Leuitis quoque, ad quorum eruditionem omnis Israel sanctificabatur domino, locutus est:]

b. Ponite arcam in sanctuario templi quod ædificauit Salomon filius Dauid Rex Israel. Nequequam enim eam vltra portabitis. Nunc ergo ministrare domino deo vestro & populo eius Israel, & præparate vos per domos & cognationes vestras in diuisionibus singulorum, sicut præcepit] Dauid Rex Israel, & descripsit Salomon filius eius: & ministrare in sanctuario per familias turmasque Leuiticas: & sanctificati immolate Pascha. Fratres etiam vestros vt possint iuxta verba quæ locutus est dominus in manu Moyfi facere, præparate. Dedit præterea Iofias omni populo qui ibi fuerat inuentus in solennitate Pasche, agnos & hœcos de gregibus, & reliqui pecoris triginta milia, bouumque tria milia. Hæc de Regis vniuersa substantia. Duces quoque eius sponte quod vouerant, obtulerunt tam populo quam sacerdotibus & Leuitis. Porro Helchias, & Zacharias, & Iehiel, Principes domus domini dederunt sacerdotibus ad faciendum Pascha, pecora & comixtum] duo milia sexcenta, & boues sacretos. Chonebias autem & Semias etiam & Nathanael fratres eius, necnon Asabias, & Iehiel, & Iozabab Principes Leuitarum, dederunt cæteris Leuitis ad celebrandum Pascha, quinque milia pecorum, & boues quingentos. Præparatumque est ministerium, & steterunt sacerdotes in officio suo. Leuitæ quoque in turmis iuxta Regis imperium, & immolatum est Pascha. Asperferuntque sacerdotes manu sua sanguinem, & Leuitæ detraxerunt pelles holocaustorum, & separauerunt ea vt darent per domos & familias singulorum, & offerrentur domino sicut scriptum est in libro Moyfi. De bobus quoque fecerunt similiter. Et Assauerunt Pascha super ignem, iuxta quod in lege scriptum est. Pacificas verò hostias coxerunt in lebetibus, & cacabis, & ollis, & festinatò distribuerunt vniuersæ plebi: sibi autem & sacerdotibus postea parauerunt. Nam in oblatione holocaustorum, & adipum, vsque ad noctem sacerdotes fuerunt occupati, vnde Leuitæ sibi & sacerdotibus filijs Aaron parauerunt nouissimis. Porro cantores filij Asaph stabant in ordine suo iuxta præceptum Dauid & Asaph & Eman & Idithun Propheta Regis Dauid. Ianitores verò per portas singulas obseruabant, ita vt ne puncto quidem discederent à ministerio. Quamobrem & fratres eorum Leuitæ parauerunt eis cibos. Omnis igitur cultura domini ritè completa est in die illa, vt facerent Pascha, & offerrent holocausta super altare domini iuxta præceptum Regis Iosie. Feceruntque filij Israel qui reperti fuerant ibi, Pascha in tempore illo, & solennitatem azymorum septem diebus. Non fuit Pascha simile huic in Israel, à diebus Samuelis propheta, sed nec quisquam de cunctis Regibus Israel fecit Pascha sicut Iofias sacerdotibus & Leuitis & omni Iudæ & Israel qui repertus fuerat, & habitantibus in Ierusalem. Octauodecimo anno regni Iosie hoc Pascha celebratum est. Postquam instaurauerat Iofias templum, ascendit Nechao Rex Aegypti, ad pugnandum in Carchamis iuxta Euphratē, & processit in occursum eius Iofias. At ille missis ad eum nuntiis, ait: Quid mihi & tibi Rex Iuda? Non aduersum te hodie venio, sed contra aliam pugno domum: ad quam me deus festinatò ire præcepit. Desine aduersum deum facere, qui mecum est, ne interficiat te. Noluit Iofias reuerti, sed præparauit contra eum bellum, nec acquieuit sermonibus Nechao ex ore dei, verum perrexit vt dimicaret in capo Mageddo, ibique vulneratus à sagittariis dixit pueris suis, Educite me de prælio, quia oppidò vulneratus sum. Qui transtulerunt eum de curru in alterum currum qui sequebatur eum—more regio,] & asportauerunt eum in Ierusalem, mortuusque est, & sepultus in Mausoleo patrum suorum: & vniuersus Iuda & Ierusalem luxerunt eum. Ieremias maxime, cuius omnes cantores atque cantatrices

† 4. Reg. 23. e
3. Hier. 1. a
An. ante Christi
Anni mundi
3312.
Solenne Pascha dño celebrat Iofias.
18. ann. regni sui.

† 4. Reg. 23. f

† De pontificiis.
† Si enim.
† Zacharia. 12. d

ces

Ioachaz, Sedechias. Paralipo. II. 381

ces vsque in presentem diem lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israel: Ecce scriptum fertur in lamentationibus. Reliqua autem sermonum Iosiae & misericordiarum eius, quae lege precepta sunt domini, opera quoque illius prima & nouissima, scripta sunt in libro Regum Iuda & Israel.

[Lamentationes Ieremieque threni vocantur: Quis sic inchoat Quomodo sedet solus ciuitas plena populo. Quia de hac re patrum scripti sunt. De Lira.]

Rex Babylonis vrbe Ierofolyma spoliata, templum vrberumque incendit, & populum ducit captiuum.

X X X V I.

4 Reg. 23. f.
Anni ante
Christi. 636.
Anni mundi
3126.
† Matth. 1. b
Ioachaz. 20.
Juda. 3. men.
Anni ante
Christum.
616.
Anni mudi.
3326.
Ioachim. 21.
Juda. an. 11.
An. ante Chri
stum. 625.
Anni mundi
3117.



Igitur ergo populus terrae Ioachaz filium Iosiae, & constituit Regem pro patre suo in Ierusalem. Vigintitrium annorum erat Ioachaz cum regnare coepisset: & tribus mensibus regnavit in Ierusalem. Amouit autem eum Rex Aegypti — cum venisset in Ierusalem, & condemnauit terram centum talentis argenti, & talento auri. Constituitque pro eo Regem Eliachim fratrem eius super Iudam & Ierusalem, & vertit nomen eius Ioachim. Ipsum verò Ioachaz tulit secum, & adduxit in Aegyptum. Viginti quinque annorum erat Ioachim cum regnare coepisset: & vndecim annis regnavit in Ierusalem: fecitque malum coram domino deo suo. Contra hunc ascendit Nabuchodonosor Rex Chaldaeorum, & vincitum catenis duxit in Babylonem, ad quam vasa domini transtulit, & posuit ea in templo suo. Reliqua autem verborum Ioachim, & abominationes eius quas operatus est, & quae inuenta sunt in eo, continentur in libro regum Iuda & Israel. Regnavit autem Ioachim filius eius pro eo. Octo annorum erat Ioachim cum regnare coepisset, & tribus mensibus ac decem diebus regnavit in Ierusalem: fecitque malum in conspectu domini. Cumque anni circulus volueretur, misit Nabuchodonosor Rex nuncios, qui & adduxerunt eum in Babylonem: asportatis simul preciosissimis vasis domus domini. Regem verò constituit Sedechiam patrum eius super Iudam & Ierusalem. Viginti & vnus anni erat Sedechias cum regnare coepisset, & vndecim annis regnavit in Ierusalem. Fecitque malum in oculis domini dei sui: nec erubuit faciem Ieremiae Prophetae loquentis ad se ex ore domini. A Rege quoque Nabuchodonosor recessit, qui adiurauerat eum per deum, & induit ceruicem suam & cor: vt non reuerteretur ad dominum deum Israel. Sed & vniuersi Principes sacerdotum & populus, praeuaricati sunt iniquè iuxta vniuersas abominationes gentium, & polluerunt domum domini, quam sanctificauerat sibi in Ierusalem. Mittebat autem dominus deus patrum suorum ad illos per manum nuntiorum suorum, de nocte confurgens & quotidie commonens: eo quòd parceret populo & habitaculo suo. At illi subsannabant nuncios dei, & paruipendebant sermones eius, illud ebantque Prophetis, donec ascenderet furor domini in populum eius, & esset nulla curatio. Adduxit enim super eos Regem Chaldaeorum: & interfecit iuuenes eorum gladio in domo sanctuarij. Non est misertus adolescentis, & virginis, & senis, nec decrepiti quidem: sed omnes tradidit in manibus eius: vniuersaque vasa domus domini tam maiora quam minora, & thesauros templi Regis & Principum transtulit in Babylonem. Incenderuntque hostes domum dei, destruxeruntque murum Ierusalem, vniuersas turres combusserunt, & quicquid preciosum fuerat, demoliti sunt. Si quis euaserat gladium, ductus in Babylonem seruiuit Regi & filiis eius: donec imperaret Rex Persarum, & compleretur sermo domini ex ore Ieremiae: & celebraret terra sabbata sua. Cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum, vsque dum complerentur septuaginta anni. Anno autem primo Cyri Regis Persarum, ad explendum sermonem domini, quem locutus fuerat per os Ieremiae, suscitauit dominus spiritum Cyri Regis Persarum: qui iussit praedicari in vniuerso regno suo, etiam per scripturam, dicens: Haec dicit Cyrus Rex Persarum: omnia regna terrae dedit mihi dominus deus caeli: & ipse praecipit mihi vt aedificarem ei domum in Ierusalem, quae est in Iudaea. Quis ex vobis est in omni populo eius? Sit dominus deus suus cum eo, & ascendat.

f. a. Mortuo Iosia regnum suscepit filius eius Ioazus anno aratis vigesimo tertio, regiam habens Ierofolyms. Iosoph. Anti. Iudae. lib. 10. cap. 6.
b. Reuertens Necho Rex Aegypti à Syriavicta, reuocauit ad se Ioachaz in Reblatha, ad quem cum venissent vincitum est ab eo & sic missus in Aegyptum: deinde missis legatis in Ierusalem, instituit Ioachim fratrem suum cum debita multa. Dionys. 4. Reg. 23.
1. Necho.
c. Notandum qd de eodem Ioachim filio Iosiae in Regum lib. ita scriptum est. Dormiuit Ioachim cum patribus suis, regnavitque Ioachim filius eius pro eo, quem dixit textus fratrem. Glofa ordina.
2. Vincitum cum duabus catenis, & vinceret eum.
d. Cum autem malignatus fuisset in deum, quasi verè impius in condemnationem adiudicatus est à deo, & postea preparatus ad euerfionem Iuda, secundum iracundià dei veniens rex Assyriorum adduxit eum in Babylonem, & factus est rex in loco eius Ieconias filius eius. Chrysolto. super Matth. cap. 1.
* In Babylone.
3. Celta.
4. Duxit.
5. Hic Sedechias dicitur tertius filius Iosiae: quantum in textu dicitur patris Ioachim, in Hebraeo verò dicitur frater eius. De Lira ibidem.
6. Est humiliatus à conspectu.
7. Hic est ille magnus Nabuchodonosor secundus huius nominis, nonus Rex Babylonis post destructam monarchiam Assyriorum per Arbaceum Medum.
* Obtinuit Ium.
8. Quia ad militiam regis secuta est malitia in omnibus aliis, vt Ezech. 10. Rex insipiens perdit populum suum. De Lira. lbi. 7. Sacerdotes.
9. Mansurgendo & mittendo quoniam parcerat.
10. Donec nullus esset remedijs.
h. Nulla curatio erat respectu poenae qua infligenda erat ex determinatione diuina sententiae, tamen respectu culpae semper potest esse curatio, quando homo habet in hac vita vsum liberi arbitrij. Idem.
i. Hoc est tam distictè vltus est deus crimina populi sui, qd nec miserabilibus personis quibus solet parci in bellis, pepercit. Dionysius ibidem.
* Eorum.
10. Domus dñi, & thesauros.
* Eius.
* Igni.
k. Aliqui tamen Iudaei, qui non resisterunt Chaldaeis perniciter vt Godolias, & qui ei commissi fuerunt, & qui confugerunt ad eum remanserunt in terra Iudae ad tempus. Dionysius Carr. ibidem.
11. Donec frueretur terra sabbatis suis.
12. Quienit.
1. Quo Assam subegit. 16. autem an. Persarum.
13. Cum consummatum esset verbum domini.
m. Cyri nomen longo tempore ante eius natiuitatem praedictum esse scribitur. Isa. 45. a. Quod quidem & Ioseph in 11. Iudae. Antiquita. volumine refert, Iegisse Cyrum ab Isaia de certo varicinarum nomine: & idcirco Iudaeos quasi dei familiares plurimum dilexisse. Hieron. 10. 45. cap. Isaia.

41. Reg. 42. d.
Iere. 17. a.
52. a.
Ioachim. 22.
Juda. 3. mens.
Iere. 3. 8. a.
Anni ante
Christum.
625.
Anni mudi.
3117.
Sedechias 23.
Juda. an. 11.
4. Re. 24. d.

† Iere. 25. c. &
29. c.
An. ante Chri
stum. 544.
Anni mundi
3418.
† Ezech. 1. a.
Zorobabel
es. 4370. li.
berare dona
tus in Ierusa
le. 3. Cyro re
mittitur.

Oratio Manassés Regis Iuda cum captus teneretur in Babilone.

Domine deus omnipotens patrum nostrorum Abraham, Isaac, & Iacob, & seminis eorum iusti, qui fecisti cælum & terram cum omni ornatu eorum, qui signasti mare verbo præcepti tui, qui conclusisti abyssum, & signasti terribili & laudabili nomini tuo, quem omnes pauent, & tremunt à vultu virtutis tuæ: & insustentabilis ira super peccatores comminationis tuæ, & immensa verò & inuestigabilis misericordia promissionis tuæ: quoniam tu es dominus altissimus super omnem terram, longanimis & multum misericors, & penitens super malitiam hominum. Tu autem domine secundum bonitatem tuam promisti penitentiam remissionis peccatorum, & tu deus iustorum, non posuisti penitentiam iustis, Abraham, Isaac, & Iacob, iis qui tibi non peccauerunt, & quoniam peccavi super numerum arenae maris, multiplicatae sunt iniquitates meae: incuruatus sum multo vinculo ferri, & non est respiratio mihi: quia excitavi iracundiam tuam, & malum coram te feci, statuens abominationes & multiplicans offensiones, & nunc flecto genua cordis mei, precans ad te bonitatem domine. Peccavi domine, peccavi, & iniquitatem meam agnosco. & Peto rogans te domine, remitte mihi, remitte mihi, ne simul perdas me cum iniquitatibus meis, neque in aeternum reserves mala mihi: quia indignum saluabis me secundum magnam misericordiam tuam: & laudabo te semper omnibus diebus vitæ meae: quoniam te laudat omnis virtus cælorum: & tibi est gloria in secula seculorum Amen.

Incipit præfatio beati Hieronymi presbyteri in librum Esdræ.

Verum difficilius sit, facere quod poscitis, an negare, necdum statui. Nam neque vobis aliquid imperantibus abnuere sententia est: & magnitudo oneris impositi ita ceruices præmit, ut ante sub fasce ruendum sit, quam leuandum. Accedunt ad hoc inuidorum studia, qui omne quod scribimus, reprehendendum putant. Et interdum contra se conscientia repugnante, publicè lacerant, quæ occultè legunt: intantum ut clamare cõpellant & dicere: Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. Tertius annus est, quod semper scribitis atque rescribitis ut Esdræ librum, & Ester vobis de Hebræo transferat: quasi non habeatis Græca & Latina volumina, aut quicquid illud est quod à nobis vertitur, non statim ab omnibus conspuendum sit. Frustra autem, ut ait quidam, nisi neque aliud fatigando, nisi odium querere, extrema demerita est. Itaque obsecro vos mi Domnion & Rogatiane charissimi, ut priuata lectione contenti libros non efferratis in publicum: nec fastidiosus cibos ingeratis: vitetisque eorum supercilium, qui iudicare tantum de aliis, & ipsi facere nihil nouerunt. Si qui autem fratrum sunt quibus nostra non displicent, iis tribuatis exemplar, admonentes ut Hebræa nomina (quorum grandis in hoc volumine copia est,) distinctè & per interualla transcribant. Nihil enim proderit emendasse librum, nisi emendatio librorum diligentia conseruetur. Nec quenuquam moueat quod vnus à nobis liber editus est, nec apocryphorum tertij & quarti libri somniis deletetur: quia & apud Hebræos Esdræ Nebemiæque sermones, in vnum volumen coarctantur: & quæ non habentur apud illos, nec de vigintiquatuor senibus sunt procul abiicienda. Si quis autem septuaginta vobis opposuerit interpretes, quorum exemplaria varietas ipsa lacerata & inuersa demonstrat: nec potest vtrique verum asseri quod diuersum est, mitte eum ad Euangelia, in quibus multa ponuntur quasi de veteri testamento, quæ apud septuaginta interpretes non habentur: velut illud, quoniam Nazareus vocabitur, & ex Aegyptio vocauit filium meum, & videbunt in quem cõpunerunt: Multique alia, quæ latiori operi reservamus, & querite ab eo vbi scripta sint. Cumque proferre non potuerit, vos legite de iis exemplaribus quæ nuper à nobis edita maledicorum quotidie linguis confodiuntur. Sed ut ad compendium veniam, certe quod illatarius sum, æquisimum est. Edidi aliquid quod non habetur in Græco, aut aliter habetur quam à me versum est. Quid interpretem laniant: interrogent Hebræos, & ipsis autoribus translationi meæ vel arrogent vel derogent fidem. Porro aliud est si clausis (quod dicitur) oculis mihi volunt maledicere, & non imitantur Græcorum studium & beneuolentiam: qui post septuaginta translatores, iam Christi Euangelio coruscante, Iudæos & Hebræos legis veteris interpretes, Aquilam videlicet, & Symmachum, & Theodotionem, & curiose legunt, & per Origenis laborem in Hexaplis Ecclesiæ dedit carunt.

carunt. Quanto magis Latini grati esse deberent, quod exultantem cererent Græciam à se aliquid mutuari: primum enim magnorum sumptuum est & infinitæ difficultatis, exemplaria posse habere omnia: deinde etiam qui habuerint, & Hebræi sermonis ignari sunt, magis errabunt, ignorantes quis è multis verius dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidam nuper apud Græcos accidit: ut interdum scripturæ sensum relinquens, vniuersum libet interpretis sequeretur errorem. Nos autem qui Hebrææ linguæ saltem parvam habemus scientiam, & Latinus nobis ut cunque sermo non deest, & de aliis magis possumus iudicare: & ea quæ ipsi intelligimus, in nostrâ lingua promere. Itaque licet Hydra sibilet, visorque Simon incendia iactet, nunquam meum iuuante Christo, silebit eloquium: etiam preciosa lingua balbutiet. Legant qui volunt, qui nolunt, abiciant. Euentilent apices, literas calumnientur. Magis vestra charitate prouocabor ad studium, quam illorum detractioe & odio deterrebor.

Incipit liber Esdræ primus.

Cyrus diuinitus inspiratus, redditis vasis templi Salomonis captiuitatem relaxat Israelitis. Cap. I.

16. n. 1. 7. h. 4. 1. e. 25. e. 4. 3. & 29. a. 2. 1. 2. 3. d. 1. 3. Esdræ. 2. a. An ante Christi sum. 544. Anni mundi 3418. Primus annus libertatis post 70. annos expletos. 7. 3. Para. 36. d. 1. h. 45. a. 1. e. 25. c.



† N^o Anno primo Cyri Regis Perfarum, vt completeretur verbum domini ex ore Ieremiæ † fuscitauit dominus spiritum Cyri regis Perfarum: & transduxit vocem in omni regno suo, etiam per scripturam, dicens: Hęc dicit Cyrus rex Perfarum: ^b Omnia regna terræ dedit mihi dominus deus cœli, & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa. ^c Quis est in vobis de vniuerso populo eius? Sit dominus illius cum eo. Ascendat in Ierusalem quæ est in Iudæa, & ædificet domum dei Israel, ipse est deus qui est in Ierusalem. Et omnes reliqui in cunctis locis vbicunque habitant, adiuuent eum viri, de loco suo, argento & auro, & substantia & pecoribus, ^c excepto quod voluntariè offerunt templo dei, quod est in Ierusalem. ^d Et surrexerunt Principes patrum de Iuda & Benjamin, & sacerdotes & Leuitæ, & omnis cuius fuscitauit deus spiritum, vt ascenderet † ad ædificandum templum domini, quod erat in Ierusalem. Vniuersi que qui erant in circuitu adiuuerunt manus eorum in vasis argenteis, & aureis, in substantia, in iumentis, in supelleciliis, exceptis iis quæ sponte obtulerant. † Rex quoque Cyrus protulit vasa templi domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Ierusalem, & posuerat ea in templo dei sui. ^e Protulit autem ea Cyrus rex Perfarum per manum Mithridatis † filij Gazabar, & annumerauit ea ^e Sababasar principi Iudæ: & hic est numerus eorum, Phialæ aureæ triginta, Phialæ argenteæ mille cultri vigintinouem, scyphi aurei triginta, scyphi argentei secundi * quadringentidecem: vasa alia mille. Omnia vasa aurea & argentea quinque milia quadringenta: Vniuersa tulit Sababasar, cum iis qui ascendebant de transmigratione Babylonis in Ierusalem.

Numerus reuertentium è captiuitate Babylonica in Ierusalem.

II.

† 16. q. 7. cap. Et hoc diximus.

† 3. Esdræ. 2. d.

2. Esdræ. 7. b. 3. 4. d. 5. a.

A ^a sunt autem ^a prouinciæ filij, qui ascenderunt de captiuitate quam transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem, ^b & reuersi sunt in Ierusalem & Iudæam, vnusquisque in ciuitatem suam, qui venerunt cum Zorobabel & Iesua, Nehemia, Saraia, Rahelaia, Mardochai, Belsan, Mesphar, Beguai, Reum, Baana. Numerus virorum populi Israel: Filij Phares, duo milia centum septuaginta duo. Filij Arethi, septingenti septuagintaquinque. Filij Gersaphatia, trecenti septuagintaquinque. Filij Saphatia, trecenti septuaginta duo. Filij Area, septingentis septuagintaquinque. Filij Phetmoab filiorum Iosue Ioab, duo milia octingentiduodecim. Filij Helam, mille ducenti quinquagintaquatuor. Filij Zethua,

a. Hoc est anno primo quo monarcha fuit, & regnavit Assyria Balthasaro rege eorum interfecto in Babylonia. 16. tamè regni eius anno vel 22. iuxta alios, apud Perfas qui supputatur primus annus libertatis Iudæarum post 70. annos captiuitatis expletos. 1. Vna cum munere voluntario pro. [b. Innotuit ei Isaie propheta 45. ca. Hęc dicit dominus christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius Gentes & domum regum vertam & aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudetur. De Lyra.] c. Magna in his fides Regis, magna clarè pietas. Fides quidè, & populum Israel præ cæteris nationibus dei esse populum intellexit. Pietas pro nullo profecto excepto omnes qui vellent liberos patriæ redire permisit. Fides, quod eundem dominum deum & habitare in cœlis, & esse in Ierusalem, & cum singulis reuertentibus de Babylone, Beda super Esdr. cap. 1. [d. Iste enim tres tribus scilicet Iuda, Benjamin & Levi, fuerit vltimo captiuatè per Nabuchodonosor regem Babylonis, & primo rediit sunt de captiuitate. De Lyra.] 2. In supelleciliis, 3. atque muneribus. c. Zorobabeli secundum Hebræos, quo nomine eum Assyrij vocabantur interpretatur gaudium in tribulatione & angustia. Per istum autè Zorobelem dimissi sunt omnes filij Israel. Chry. in 1. cap. Matth. 5. Pelus aureæ. * Ordinis. a. Filios prouinciæ Iudææ dicit, non Babyloniæ. Ad hanc enim non pertinebant tantummodo illi qui de ea in Babyloniam transmigrati fuerant, sed etiam qui ex illorum stirpe in Babylonia orti sunt, animo tamen toto Iudæam & Ierusalem suam persequantur. Quorum figuram gerebat Dux eorū Zorobabel. 18. annos vt dicunt, natus. Qui nomine quidem ipso, qd sit ortus in Babylone demōstrat, sed intentione & actibus quod sit eius Ierusalemitanus ostendit. Beda super 1. c. Esdræ. b. Poterit ascendere in Ierusalem vel in Iudæam alios horabantur, sed paucos iuenerunt qui assentiret eis. Et propterea tam in exhortatione quâ in apparatu tres annos completerunt. Igitur in anno tertio Cyri regressi sunt sub Zorobabel ducem, & Iesu magno sacerdote adhortatibus eos, Zacharia propheta, & Haggæo iuuenis. Co. messor de reedificatione templi. cap. 17.

se. Catalogo populi Israel sacerdotum, Leuitarum, cantorum, Ianitorum, Nachineorum, & filiorum Ierosolymitanorum trecenti decem & septem. Post catalogum ducum consequenter numerus populi: Post recensitum populi summam, dicitur dei gratia in ordine sequuntur. Populum autem Israel tribum Iuda & Benjamin dicit, & quicunque de aliis Assyriorum tribubus quondam euaserunt manus, sed cum his à Babyloniis comprehensit nihilominus in captiuitate fuerit abducti. Beda. ibi.] 1. Nonagintaquinque.

fd. Consequenter inferitur numerus Leuitarum, & inchoatur à sacerdotibus, qui erant principes in tribus Leui, cui dicitur Sacerdotes filij Iadaia in domo Iesue: nomina sunt patrum Leuitarum autem filij Iesue. Ibi inuolunt sacerdotes eis ministrando in oblationibus sacrificiorum. Cantores filij Aphas, isti cantabant diuinas laudes quoad esse rebanditur libamina sacrificiorum. Filij Ianitorum qui custodiebant portas atrij sacerdotum ad quatuor partes orbis. Ve Lyra.] 2. Filiorum Iedaia de domo Iesue.

e. Hoc in loco etiam iuxta litteram gratia dei, etiam qua in veteri testamento gentes ad salutem recipiebantur, ostenditur, dum exposito catalogo eorum quos veraciter ad populum dei pertinere constabat: adiuncti sunt etiam aliqui ex eis, qui verum ex Israel an ex profelytis essent ignorabatur, eorumque inter filios Israel numerus exponitur. Beda. vbi supra.

3. Addan & Immer.
f. Pincerna Regis. Sic est Nechemias, de quo postea.

4. In Viris & Thummin.

5. Trecenti sexaginta.

6. Septingenti & triginta sex.

*Scipio.

7. Drachmas sexaginta.

a. Septembris nostro respondet, in quo transiunt altare domino consecrauerunt, qui & totus per ceteris mensibus legali obseruatione solennis sicut septimus dies hebdomadae, & septimus annus.

b. Vtebantur enim ad opus diuini cultus magister Iosue qui & Iesus, & Zorobabel, qui ante hoc ut supra diximus, vnam eandemque dicit, ac saluatoris nostri figuram complent, Iosue videlicet propter sacerdotium & Zorobabel propter regnum, qui de regia stirpe descendit.

c. Festiuitas erat septem dierum in memoriam mansionis patrum suorum in tabernaculis per desertum post exitum eorum de Aegypto. In illis septem diebus Iosue est populus exire domos, & facere sibi ex pulcherrimis figuribus tabernaculum, in quibus per hos septem dies manerent, & quotidie decreta legis diuinae seruantes holocausta domino offerrebant. Beda ibidem.

hua, nonagintaquadragintaquinque. Filij Zachai, septingentis sexaginta. Filij Bani, sexcenti quadraginta duo. Filij Bebai, sexcenti triginta sex. Filij Azgad, mille ducenti triginta duo. Filij Adoniam, sexcentis sexaginta sex. Filij Beguai, duo milia quinquaginta sex. Filij Adin, quadringenti quinquaginta quatuor. Filij Ather, qui erant ex Ezechia, nonaginta octo. Besai, trecenti triginta tres. Filij Iora, centum duodecim. Filij Hasun, ducenti triginta tres. Filij Gebar, nonaginta quinque. Filij Bethléhem, centum triginta tres. Viri Nethupha, quinquaginta sex. Viri Anathot, centum triginta octo. Filij Azmaueth, quadraginta duo. Filij Cariathiarim, Cephira & Beroth, septingenti quadraginta tres. Filij Rama & Gabaa, sexcenti triginta tres. Viri Machmas, centum triginta duo. Viri Bethel, & Haai, ducenti triginta tres. Filij Nebo, quinquaginta duo. Filij Megbis, centum quinquaginta sex. Filij Helam alterius, mille ducenti quinquaginta quatuor. Filij Arim, trecenti triginta tres. Filij Lodhadid & Ono, septingenti triginta tres. Filij Iericho, trecenti triginta tres. Filij Senaa, tria milia sexcenti triginta. Sacerdotes filij Iadaia in domo Iesue, nonaginta septem. Filii Emmer, mille quinquaginta duo. Filij Pheshur, mille ducenti quadraginta septem. Filij Arim, mille decem & septem. Leuitae filij Iesue, & Sepmihel filiorum Hodauia, septuaginta quatuor. Cantores: Filij Aphas, centum triginta octo. Filij Ianitorum: Filii Sellum, filii Ather, filii Thelmon, filii Accub, filii Attita, filii Sobai: vniuersi centum triginta nouem. Nathinnai: Filii Sia, filii Afupha, filij Tabbaoth, filij Ceros, filij Saa, filij Phadon, filij Lebana, filij Agaba, filij Accub, filij Agab, filij Semlai, filij Anan, filij Gaddel, filij Gaer, filij Raahia, filij Rasin, filij Nechoad, filij Gazem, filij Aza, filij Phasea, filij Befee, filij Afena, filii Munim, filii Nephusim, filii Bacbuc, filii Acupha, filii Harur, filii Besluth, filii Maida, filii Arfa, filii Bercos, filii Sifara, filii Thema, filii Nafia, filii Athipha, filii seruorum Salomonis, filii Sothai, filii Sophéret, filii Pharuda, filii Iala, filii Dercon, filii Geddel, filii Saphatia, filii Athil, filii Phocereth, qui erant de Asebaim, filii Amin. Omnes Nathinnai, & filii seruorum Salomonis trecenti nonaginta duo. Et ii qui ascenderunt de Thelme-la, Thelarsa, Cherub, & Addom & Emer, & non potuerunt indicare domum patrum suorum & semen suum, vtrum ex Israel essent: Filii Dalaia, filii Thobia, filii Nechoda, sexcenti quinquaginta duo. Et de filiis sacerdotum filii Hobia, filii Accos, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis uxorem, & vocatus est nomine eorum. Hi quesierunt scripturam genealogiae suae, & non inuenerunt: & eieci sunt de sacerdotio. Et dixit Atherfatha eis, vt non comederent de sancto sanctorum, donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus. Omnis multitudo quasi vir vnus quadraginta duo milia trecentis sexaginta:] exceptis seruis eorum & ancillis, qui erant septem milia trecentis triginta septem: & in ipsis cantores atque cantatrices ducenti Equi eorum sexcentis triginta sex,] muli eorum ducenti quadraginta quinque, cameli eorum quadringenti triginta quinque: asini eorum sex milia septingenti triginta. Et de principibus patrum cum ingrederentur templum domini quod est in Ierusalem, sponte obtulerunt in domum dei ad extruendam eam in loco suo. Secundum vires suas dederunt impensas operis, auri solidos quadraginta milia & mille, argenti minas quinque milia, & vestes sacerdotales centum. Habitauerunt ergo sacerdotes, & Leuitae, & de populo, & cantores, & ianitores, & Nathinnai in vrbibus suis, vniuersisque Israel in ciuitatibus suis.

Vniuersi Israelitae templum erigunt, & festos dies celebrant. III.



Amque venerat mensis septimus, & erant filii Israel in ciuitatibus suis. Congregatus est ergo populus quasi vir vnus in Ierusalem, & surrexit Iosue filius Iosedech, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius, & aedificauerunt altare dei Israel, vt offerrent in eo holocausta, sicut scriptum est in lege Moyse viri dei. Collocauerunt autem altare dei super bases suas, deterrentibus eos per circuitum populis terrarum, & obtulerunt super illud holocaustum domino mane & vespere. Feceruntque solennitatem tabernaculi.

f. Esdræ 6. c. 30. distim. cap. Iosue.

†. Esdræ 6. c. 3. Esdræ 9. c.

Templi ædificatio. Esdræ. I. Artaxerxes, 385

tabernaculorum sicut scriptum est: & holocaustum diebus singulis per ordinem secundum præceptum, Jopus diei in die suo, & post hæc holocaustum iuge, tam in Kalendis quam in vniuersis solennitatibus domini, quæ erant cõsecratæ, & in omnibus in quibus vltro offerebatur munus domino. ^d A primo die mensis septimi cœperunt offerre holocaustum domino. Porro templum dei nondum fundatum erat. Dederunt autem pecunias latõmis, & cæmentariis, cibum quoque & potum & oleum Sidoniis Tyriisque, vt deferrent ligna cedrina de Libano ad mare Ioppen: iuxta quod præceperat Cyrus rex Persarum eis. Anno autem secundo aduentus eorum ad templum dei in Ierusalem mense secundo, cœperunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedech, & reliqui de fratribus eorum sacerdotes & Leuitæ: & omnes qui venerant de captiuitate in Ierusalem: & constituerunt Leuitas à viginti annis & supra, vt virgerent opus domini. Stetitque Iosue & filij eius & fratres eius, Cedmihel & filij eius, & filij Iuda quasi vir vnus: vt instarent super eos qui faciebant opus in templo dei: filij Enadab, & filij eorum, & fratres eorum Leuitæ. ^e Fundato igitur à cæmentariis tẽplo domini, steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis, & Leuitæ filij Asaphin cymbalis, vt laudarent deum per manus Dauid regis Israel. Et concinebant in hymnis & confessione domino, quoniam bonus, quoniam in æternũ misericordia eius super Israel. Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando dominum, eò quod fundatum esset templum domini. Plurimi etiam de sacerdotibus & Leuitis, & Principes patrum, & seniores qui viderant tẽplum prius cum fundatum esset, & hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna, & multi vociferantes in latitia eleuabant vocem, nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris latantium, & vocem fletus populi. Commixtim enim populus vociferabatur clamore magno, & vox audiebatur procul. ^f Audierunt autem hostes Iudæ & Benjamin, quia filij captiuitatis ædificarent templum domino deo Israel: & accedentes ad Zorobabel, & ad Principes patrum, dixerunt eis: Ædificemus vobiscum: quia ira vt vos, quærimus deum vestrũ. Ecce nos immolauimus victimas à diebus Assoraddan Regis Assur, qui adduxit nos huc. Et dixit eis Zorobabel, & Iosue, & reliqui Principes patrum Israel: Non est nobis & vobis vt ædificemus domum deo nostro, sed nos ipsi soli ædificabimus deo nostro: sicut præcepit nobis Cyrus Rex Persarum. Factum est igitur vt populus terræ impediret manus populi Iudæ, & turbaret eos in ædificando. Conduxerunt autem aduersus eos consiliatores: vt destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri Regis Persarum, & vsque ad regnum Darij Regis Persarum.

1. Iuxta numerum & ritum, &

Id. Quia tunc primo erectum est altare holocaustorum: ante cuius erectionem nõ poterant talia offerre. De Lira. ibidem. Ab exordio diuine scilicet inspectionis, qua humana conscientia immutatur, & voluptatibus neglectis in ea sola que Domini sunt inadescit. Sicut Apostoli qui spiritu sancto inspirantur, quasi holocausti facti omnibus linguis predicabant magnalia Dei. Hinc apud Hebræos septimus mensis nomen annus vocatur: quia per spiritum sanctum fidelibus datur vt noui charitatis impleat mandatum, & caritatem noui in ædificatione domus Dei redant. Glof. ordina.]

e. Anno primo regni sui Cyri Rex decreuit vt templum dei cum altari Ierosolymis ædificaretur. altitudincubitorum sexaginta & totidem latitudine. quod haberet ordines è lapidibus politis tres, & lignis vnũ è macerie quam fert ea regio. Et sumptus in hoc ex ærario regis præberentur. Ioseph. Antiq. Iudaic. lib. 11. ca. 4.]

f. Hi dum templi fundamenta iaciunt, & in hoc ædificando toti sunt, suntque gentes, præcipue Chuthæi, quibus olim è Perside ac Media traductis Samaritanæ Assyriorũ Rex in Samaria, Israelicis inde sublati, nouas sedes dederat: rogabant Satrapas, & eos quibus cõmendata erat hæc ædificatio, vt Indæos impedirent: quominus vrbem ac templum instaurare valeant. Illi vero pecuniis etiã corrupti viderunt Chuthæis suam circa demandatũ officii cessationem & negligentiam, Cyro nesciente, vtpote in alia distracto negotio, qui demum Massagetico bello perit Ioseph. Antiq. lib. 11. cap. 2.

Israelis hostes, templi & vrbis instauracionem impedire nituntur. IIII.

In principio regni eius scripserunt accusationem aduersus habitatores Iudæ & Ierusalem. Et in diebus Artaxerxis scripsit Besellam Mithridates & Thabeel, & reliqui qui erant in consilio eorum, ad Artaxerxem regem Persarum. [†] Epistola autem accusationis scripta erat Syriacè: & legabatur sermone Syro. ¹ Reum Beeltheem,] & Semlái scriba, scripserunt epistolam vnã de Ierusalem Artaxerxi Regi, huiusmodi: Reum Beeltheem & Samlái Scriba, & reliqui consiliatores eorum, Dinæi, & Apharsathæi, Therphalæi, Arphasæi, Herchuæi, Babylonij, Susannachæi, Diæui & Elamitæ: & cæteri de gentibus quas transtulit Asenaphar magnus & gloriosus, & habitare eas fecit in ciuitatibus Samarię, & in reliquis religionibus trans flumen in pace. ² Hoc est exemplar epistolæ, quam miserunt ad eum: ^b Artaxerxi Regi serui tui viri qui sunt trans fluuium, salutem dicunt. Notum sit Regi, quia Iudæi qui ascenderunt à te, ad nos venerunt in Ierusalem ciuitatem rebellem & pessimam: quam ædificant ex tructes muros eius, & parietes cõponentes. Nũc igitur notũ sit Regi, quia si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri eius instaurati, tributũ & vectigal & annuos redditus non dabunt & vsque ad Reges hæc noxa perueniet.] Nos autem memores salis, quod in palatio,

a. Vicesimo ens anno quo Cyrus regnare cepit apud Persas, quinto vero postquã Babylone capta monarcha tãtus est: exercitũ suum duxit in Massagetis relicto filio suo Cãbyse, qui hic dicitur Assuerus, siue Artaxerxes, impedita est tẽpli Ierosolymitani ædificatio à Chuthæis & circumiacentibus populis. Mortuo autẽ Cyro postquam 30. annis Persis imperauit, successit ei filius eius Cãbytes, qui acceptis literis à gubernatoribus Syriæ & Palestinae, impediti penitus templi eiusdem ædificationis vsque ad primum annũ Darij filij Hyrsafpistin eius anno. 6. ædificatũ est. Iosephus vero ait perfectũ Darij 9. sui regni anno.

1. Regum à commentariis & infra. [b. Artaxerxes cui suaderet, & suasis præcepit ne Ierusalem ædificetur. quemlibet gentiliũ principum, ecclesie inimicum persecutorem significat. Glof. ordina ibid.]

2. Regum tributum damnato patitur.

B

Anni ante: B
Christum.
511.
Anni mudi.
3421.
Anno tertio
libertatis con-
secutur Iudæi
restituere tẽ-
plum.

11. Esd. 5. d.

11. Esd. 2. d.

Jos. 11. 2.
11. Esd. 2. d.
1. Esd. 5. g.

3. Contemptum.

[6. Quia tempore David & Salomonis plura regna fuerunt ei subiecta. vt patet 2. Reg. 8. & 3. Reg. 4. Quamobrem ciuitas illa destructa est propter rebellionem contra Regem Nabuchodonosor. vt habetur 4. Reg. vltimo. De Lyra.]

4. Rebelliones sunt in medio eius ab omni zuo.

* Posthac.

5. In Sela & Cheher. Epistola. d. Lectis quas misit litteris, iussi inspicere muros meos, commentarios, ubi inuentu est, vrbē istā semper inimicā fuisse regibus, habitatorūque eius seditiones perpetuo studuisse concitatis bellis & certum no uitate. Quōdque reges habuerint potentes ac violentos, qui cōtinuis tributū exactio nibus Phoenicē & Cauā Syriam vexauerūt. Ioseph. Antiq. Judaic. lib. ii. cap. 2.

6. Facere edictum.

7. Decretum fuerit depositum. [8. Patet ordo historiarū quōd huius populi Dei primo opus sanctum persequendo impeditur: deinde consilium regū intentionis eorum prauis consiliis dissipare tentabant, nec omnino ab opere retrahere valebant. Beda.]

comedimus: quia ³lesiones] regis videre nephās ducimus: idcirco misimus & nuntiauimus regi, vt recenseas in libris historiarum patrum tuorum, ⁸ & inuenies scriptum in commentariis, & scies quoniam vrbs illa, vrbs rebellis est, & nocens regibus, & prouinciis, & ⁴ bella concitantur in ea, ex diebus antiquis, quamobrem & ciuitas illa destructa est. Nunciamus nos regi: quoniam si ciuitas illa edificata fuerit, & muri ipsius instaurati: ⁵ possessionem trans fluuium non habebis. Verbum misit Rex ad Reum Beeltheem, & Sempai Scribam, & ad reliquos qui erant in consilio eorum habitatores Samarie, & ceteris trans fluuium, salutem dicens & pacem. ⁶ Accusatio quam misistis ad nos, manifeste lecta est coram me, & a me preceptum est: & recensuerunt, inueneruntque quoniam ciuitas illa à diebus antiquis aduersum reges rebelat, & seditiones & praelia concitantur in ea. ⁷ Nam & reges fortissimi fuerunt in Ierusalem, qui & dominati sunt omni regioni quæ trans fluuium est. Tributum quoque, & vestigal, & reditus accipiebant. Nunc ergo ⁸ audite sententiam,] vt prohibeatis viros illos, & vrbs illa non edificetur, donec si forte à me iussum fuerit. Videte ne negligenter hoc impleatis: & paulatim crescat malum contra Reges. Itaque exemplum edicti Artaxerxis regis lectum est coram Reum Beeltheem, & Samai Scriba, & consiliariis eorum, & abierunt festini in Ierusalem ad Iudæos, & prohibuerunt eos in brachio & robore. Tunc intermissum est opus domus domini in Ierusalem, & non fiebat vsque ad annum secundum regni Darij regis Persarum.

Anni ante Christum, 329. Anni mundi 3433. Cadytes, qui & Asserius sine Artaxerxe, templū & vrbs edificatiōnem prohibuit.

Aggei & Zachariae exhortatione templi adificatio repetitur, hoc conantibus impeditur principibus Assyriorum.

a. Cum audisset itaque Zorobabel Darij filij Hyarioris regna re, fiducialiter aggressus est edificare templū Haggeō & Zachariae exhortationibus populū Qui predicabant deum offensum eis, eō quōd habitarent in domibus laqueatis, & domus domini esset desolata. Hoc autem signū iræ dei esse dicebat, quod multum feminabant, & inferebant parum. Comestor ca. 3. de historia Iudith.

7. Mandatum.

2. Donec.

b. Scilicet aduersariis per litteras quas à Cyro Rege seruabat supertempli reedificatione.

3. Vniuersa.

4. Ponderoso, siue marmoreo

c. Vel lapide dicit impolitum nouū quē ipsi fodientes impolitū inuenerūt, sed ipsum politū de apertū edificio domus dei teceunt. Vel de veteribus superioris tēplū dispersis, nec de nouo politis alterū templum sit edificatum. Beda vbi supra.

d. Principes igitur Regis Persarum qui erant trans flumen, interdicebant reedificationē.

e. Cūque respondissent seniores Iudæa quod deus suus hoc eis preceperat, cui nephās est cōtra dicere: placuit vtrisque vt res ad Darij referretur. Et ascendit Zorobabel cū nūciis principū ad Regem, & honoratus est ab eo supra quā speraret. Nā in cubiculo Regis dormiebat eū duobus alitis qui proposuerunt res quæstiones, de quibus

3. Eisdem. Comest. 1. cap. de histo. Iudith.

f. Inuentus est apud Ecbatana castrū Mediae libert, in quo hæc scripta continebatur. Anno primo regni sui Cyrus rex decreuit vt tēplū dei eū altari Ierosolymis edificaretur altitudine cubitorū 60 & eisdem latitudine: quod haberet ordines d lapidibus politis tres, & lignū vnum d macerie quæ fert ea regio. Et sumptus in hoc ex arario regis præbentur. Ioseph. Antiq. lib. xi. ca. 4. licet paulo secus cap. sequenti continetur. Hoc autem decretum à Cyro fuerit 39. annis ante facultatē à Darij concessam.

Rophetauerunt autem Haggeus Propheta & Zacharias filius Addo, ^a prophetantes ad Iudæos qui erant in Iuda & Ierusalem, in nomine dei Israel. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedech, & coeperunt edificare templum domini in Ierusalem: & cum eis prophetae dei adiuuantes eos. In ipso autem tempore venit ad eos Thatannai qui erat dux trans flumen, & Starbuzannai, & consiliarij eorum: sicque dixerunt eis, Quis dedit vobis ¹ consilium] vt domum hanc edificaretis, & muros eius instauraretis? Ad quod respondimus eis, quæ essent nomina hominum authorum adificationis illius. Oculus autem dei eorum factus est super senes Iudæorum, & non potuerunt inhibere eos. ² Placuitque vt] res ad Darij referretur, & tunc ^b satisfacerent aduersus accusationem illam. Exemplar epistolæ quam misit Thatannai Dux regionis trans flumen, & Starbuzannai & consiliatores eius Apharsathæi, qui erant trans flumen, ad Darij Regem. Sermo quem miserant ei, sic scriptus erat: Darij regi pax ³ omnis.] Notum sit regi esse nos ad Iudæam prouinciam, ad domum dei magni quæ edificatur lapide ⁴ impolito:] & ligna ponuntur in parietibus: opusque illud diligenter extruitur & crescit in manibus eorum. Interrogauimus ergo senes illos, & ita diximus eis: Quis dedit vobis potestatem, vt domum hanc edificaretis, & muros hos instauraretis? ⁵ Sed & nomina eorū quæsumimus ab eis vt nunciaremus tibi, scripsimusque nomina eorum virorum, qui sunt Principes in eis. Huiusmodi autem sermonem responderunt nobis, dicentes: ^d Nos sumus serui dei cæli & terræ: & edificamus templum quod erat extructum ante hos annos multos, quodque rex Israel magnus edificauerat & extruxerat. Postquam autem ad iracundiam prouocauerunt patres nostri deum cæli: tradidit eos in manus Nabuchodonosor Regis Babylonis Chaldæi: domum quoque hanc destruxit: populum eius transtulit in Babylonem. ^e Anno autem primo Cyri Regis Babylonis Cyrus rex proposuit edictum: vt domus dei edificaretur. ^f Nam & vasa templi dei aurea & argentea quæ Nabuchodonosor tulerat de tēplo quod erat in Ierusalem, & asportauerat ea in templum Babylonis, protulit Cyrus Rex de templo Babylonis: & data sunt Sasabasar vocabulo, quem & Principem constituit, dixitque ei: Hęc vasa tolle & vade, & pone ea in tem-

1. Eisdem.

2. Satisfacerent

3. Omnis

in tem-

in templo quod est in Ierusalem, & domus dei ædificetur in loco suo. Tunc itaque Sababasar ille venit, & posuit fundamenta templi dei in Ierusalem: & ex eo tempore vsque nunc ædificatur, & necdum completum est. Nunc ergo si videtur Regi bonum, recenseat in bibliotheca Regis, quæ est in Babylone, vtrumnam à Cyro Rege iussum fuerit, vt ædificaretur domus dei in Ierusalem, & voluntatem super hac remittat ad nos.

f. Hoc est anno primo monarchie sue, in quo Balthazar regem Babyloniæ capti vrbis occidit, & regnum eius transiit ad Persas anno. 22. vel eo circa, regni sui, postquam regnum etiam Medorum transiit ad Persas victo Astinge suo suo.

Darius euolutis bibliothecis templum extrui mandat, & ceptum opus consummari, quod consummatum dedicauerunt, & Pascha celebrarunt. VI.

13. Ed. 6. c.



† Vnc Darius Rex præcepit, & recenseuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone, & inuentum est in Ecbatanis, quod est castrum in Medena prouincia, volumen vnum, talisque scriptus erat in eo commentarius. Anno primo Cyri Regis, Cyrus Rex decreuit vt domus dei ædificaretur quæ est in Ierusalem, in loco vbi immolant hostias, & vt ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta, & latitudinem cubitorum sexaginta: ordinis de lapidibus impositis tres: & sic ordines de lignis nouis. Sumptus autem de domo Regis dabuntur. Sed & vasa templi dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo Ierusalem, & attulerat ea in Babylonem, reddantur, & referantur in templum Ierusalem in locum suum: quæ & posita sunt in templo dei.

¶ Nunc ergo Thatannai Dux regionis quæ est trans flumen, & Starbuzannai & consiliarij vestri Apharsathai qui estis trans flumen, procul recedite ab illis: & dimitte fieri templum dei illud à duce Iudæorum & à senioribus eorum: & domum dei illam ædificent in loco suo. Sed & à me præceptum est quid oporteat fieri à presbyteris Iudæorum illis, vt ædificetur domus dei, scilicet, vt de arca Regis, id est, de tributis quæ dantur de regione trans flumen, studiose sumptus dentur viris illis: ne impediatur opus. Quod si necesse fuerit, & vitulos, & agnos, & hœdos in holocaustum deo cœli, frumentum, sal, vinum, & oleum, secundum ritum sacerdotum qui sunt in Ierusalem, detur eis per singulos dies, ne sit in aliquo querimonia: & offerant oblationes deo cœli, orentque pro vita Regis & filiorum eius. A me ergo positum est decretum, vt omnis homo qui hanc mutauerit iussionem, tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, & configatur in eo, domus autem eius publicetur. Deus autem qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnia regna, & populum qui extenderit manum suam, vt repugnet & dissipet domum dei illam, quæ est in Ierusalem. Ego Darius statui decretum, quod studiose impleri volo. Igitur Thatannai Dux regionis trans flumen, & Starbuzannai, & consiliarij eius, secundum quod præceperat Darius Rex: sic diligenter executi sunt. Seniores autem Iudæorum ædificabant: & prosperabantur iuxta prophetiam Aggæi Prophetæ & Zachariæ filij Addo. Et ædificauerunt & construxerunt iubente deo Israel, & iubente Cyro & Dario, & Artaxerxe Regibus Persarum, & compleuerunt domum dei istam, vsque ad diem tertium mensis Adar: qui est annus sextus regni Darij regis. Fecerunt autem filij Israel sacerdotes & Leuitæ, & reliqui filiorum transmigrations, dedicationem domus dei in gaudio: & obtulerunt in dedicatione domus dei vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato totius Israel duodecim, iuxta numerum tribuum Israel. Et statuerunt sacerdotes in ordinibus suis, & Leuitas in vicibus suis super opera dei in Ierusalem, sicut scriptum est in libro Moyse. Fecerunt autem filij Israel transmigrations Pascha, quartadecima die mensis primi. Purificati enim fuerant sacerdotes & Leuitæ, quasi vnus, omnes mundi ad immolandum Pascha vniuersis filiis transmigrations, & fratribus suis sacerdotibus, & sibi. Et comederunt filij Israel qui reuersi fuerant de transmigrations, & omnes qui se separauerant à coinquinatione gentium terræ ad eos, vt quærent dominum deum Israel. Et fecerunt solennitatem azymorum septem diebus in lætitia, quoniam lætificauerat eos

a. Citatur quidem Ecbatanis, sed quam ædificauit Arphaxat Persarum Rex Seleucus, vt habet Plinius in Medæ regni caput. Tale scriptum in eo erat memoriale.

b. Ordine hanc varietate forte templi Persarum habebant & etiam in templo Profolymano parauit Darius obseruandam, vel intellige de arto circa templum vt i. Reg. 7. 2. Ponderosus vel marmoreis. 3. Ordinem vnum.

c. Talis est ergo textus quasi Darij perleclis Cyri literis, eas sua autoritate confirmat, ita vt omnes aduersarios illorum compescens templum dei prout illis legebatur, in loco suo ædificare iubere, cultusque illi ipse in omnibus deuotissima mente ad seruandis illius voluntate iuaret. Beda ibid.

d. Hoc est nullum necumentum illis inferte, sed magis adiutorium illis prabere. Et subditur, vt de arca Regis, id est, de tributis quæ in illa regione dantur regi. De Lyra.

e. De arca regis ad opus dei sumptus tribuuntur, cum ex familia secularium principum aliqui ipsi fauentibus ad fidem Christi veniunt, qui velut in arca regis erant, cum regalium arcenori consesserint. Beda.

f. Absque illa mora. 7. Stet quilibet propter hoc sit. 6. Omnem Regem.

g. Hæc cum Darius in Cyri commentariis inuenisset, referripse Sismi & collegis eius (hoc modo Rex Darij Sismi, magistris equitum, & Starbuzani, ceterisque magistratibus Salarem. mitto ad vos exemplar epistole Cyri quam in ipsius commentariis inueni, voloque vt omnia fiant quemadmodum in ea continentur. Valere. Ioseph. Antiq. lib. 11. cap. 4.

g. Qui & Artaxerxes infra 7. a. ab Esdra vocatur.

h. Conueniunt autem filij Israel ad dedicationem templi, & ædificauerunt illud mente duodecimo, qui Latinis interdum Februarii, interdum Martio correspondet. Et hæc est secunda dedicatio templi vernalis. Comestor cap. 3. in histo. Iudic.

i. Quod pertinet ad historiam de celebratione Pasche post ædificatam domum domini referret Nisi forte pro tera de Pascha facta specialiter referre voluit: vt admoneret lectorem: quia filij transmigrations dedicationem templi eadem qua comperant mensis deuotione compleverint. Beda ibid.

Anni ante Christum. 521. Anni mundi 3441. Darij rursus Iudæis facultate redditi candi templi concessit.

† Ed. 7. a. Anni ante Christum. 516. Anni mundi. 3446. Aedificatum est templi. 3. die mensis. Adar, qui Februarius est. 6. dediturque in sum, Pascha que mense frequenti celebrauerunt.

† Leuit. 23. Nume. 2. b. 8. b.

dominus, & conuerterat cor Regis Assur ad eos, vt adiuuaret manus eorum in opere domus domini dei Israel.

Artaxerxes misit Esdram Ierosolymam cum literis edicti sui super templi & ministrorum libertate.

VII.



D [†] Ost hæc autem verba in regno Artaxerxis Regis Persarum, Esdras filius Saraia, filij Azaria, filij Helchia, filij Sellum, filij Sadoch, filij Achitob, filij Amaria, filij Azaria, filij Maraioth, filij Zaria filij Ozi, filij Bocci, filij Abiue, filij Phinees, filij Eleazar, filij Aaron sacerdotis ab initio, ipse Esdras ascendit de Babylone, & ipse scriba velox in lege Moyfi quam dominus deus dedit Israel. Et dedit ei Rex secundum manum domini dei eius bonam super eum, omnem petitionem eius. ^b Et ascenderunt de filiis Israel, & de filiis sacerdotum, & de filiis Leuitarum, & de cantoribus; & de ianitoribus, & de Nathinnæis in Ierusalem anno septimo Artaxerxis Regis, & venerunt in Ierusalem mense quinto: ipse est annus septimus Regis: quia in primo die mensis primi cœpit ascendere de Babylone, & in primo die mensis quinti venit in Ierusalem, iuxta manum dei sui bonam super se. Esdras autem parauit cor suum, ut inuestigaret legem domini, & faceret & doceret in Israel præceptum & iudicium. ^g Hoc est autem exemplar epistolæ edicti, quod dedit Rex ^o Artaxerxes Esdræ sacerdoti, Scribæ erudito in sermonibus & præceptis domini, & ceremoniis eius in Israel: Artaxerxes Rex Regum, Esdræ sacerdoti ^d Scribæ legis dei cœli doctissimo salutem. A me decretum est, vt cuicumque placuerit in regno meo de populo Israel, & de sacerdotibus eius, & de Leuitis ire in Ierusalem, tecum vadat. A facie enim Regis, & septem consiliatorum eius missus es, vt visites Iudæam Ierusalem in lege dei tui quæ est in manu tua: & vt feras argentum & aurum quod Rex & consiliatores eius sponte obtulerunt deo Israel: cuius in Ierusalem ² tabernaculum] est. ^e Et omne argentum & aurum quodcunque inueneris in vniuersa prouincia Babylonis, & populus offerre voluerit, & de sacerdotibus qui sponte obtulerint domui dei sui quæ est in Ierusalem, liberè accipe, & studiose eme de hac pecunia vitulos, arietes, agnos & sacrificia, & libamina eorum, & offer ea super altare templi dei vestri quod est in Ierusalem. ^g Sed & siquid tibi & fratribus tuis placuerit de reliquo argento & auro vt faciatis iuxta voluntatem dei vestri facite. Vasa quoque quæ dantur tibi in ministerium domus dei tui, trade in conspectu dei in Ierusalem. ^f Sed & cætera quibus opus fuerit in domum dei tui, quantuncunque necesse est vt expandas, dabis de thesauro, & de fisco Regis, & à me. Ego Artaxerxes Rex statui atque decreui omnibus custodibus arcæ publicæ, qui sunt trans flumen, vt quodcunque petierit à vobis Esdras sacerdos, Scriba legis dei cœli absque mora detis, vsque ad argenti talenta centum, & vsque ad frumenti coros centum, & vsque ad vini batos centum, & vsque ad bathos olei centum: sal verò absque mensura. Omne quod ad ritum dei cœli pertinet, tribuatur diligenter in domo dei cœli, ne forte irascatur contra regnum ³ Regis, & filiorum eius.] ^g Vobis quoque notum facimus de vniuersis sacerdotibus, & Leuitis, cantoribus, & ianitoribus, Nathinnæis, & ministris domus dei huius, ^g vt vectigal, & tributum, & annonas, non habeatis potestatem imponendi super eos. Tu autem Esdra secundum sapientiam dei tui quæ est in manu tua, constitue iudices, & præsides, vt iudicent omni populo qui est trans flumen, iis videlicet qui nouerunt legem dei tui, sed & imperitos docete liberè. Et omnis qui non fecerit legem dei tui, & legem Regis, diligenter ⁴ iudicium erit] de eo, siue in mortem siue in exilium, siue in condemnationem substantiæ eius, vel certè in carcerem. ^h Et dixit Esdras scriba: Benedictus dominus deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde Regis, vt glorificaret domum domini quæ est in Ierusalè: & in me inclinauit misericordiã suam coram Rege & consiliatoribus eius, & vniuersis Principibus Regis potentibus: Et ego confortatus manu domini dei mei qui erat in me, congregaui de Israel Principes qui ascenderent mecum.

a. Inærea captiuitatis tempore completo, quod dicitur per prophetas implendum esse prædixerat, reuersione populi sui & captiuitatis solutione per Cyri regis clementiam præparabat. Quo tempore Esdras dei sacerdos combutam à Chaldeis in Archiis templi restituit legem. Nempe qui eodem spiritu quo antea scripserat fuerat, plenus fuit. Aug. de mirab. sacre scip. lib. 2. cap. 33.

1. Primi.

b. Notandum quod in capite huius libri scriptum est quod ad permissionem Cyri ascenderunt de Babylone Zorobabel & Iosue, & de filiis Iuda & Benjamin cum sacerdotibus & Leuitis omnes quorum deus suscitauit spiritum. De quibus additum est quod essent de captiuitate &c. Hic autè sub Esdra dicitur nulla Iudæ & Benjamin vel Nabuchodonosor: sed tantum de filiis Israel sic mentio Beda. in Glof. ordi.]

c. xerxes apud Græcos idem quod bellator. Artaxerxes, quod magnus bellator. Herod. lib. 6.

d. Scribæ legis dei cœli doctissimum nominat, quia & ad ipsum Regem fama peruenerat diuina virtutis, per quam ille incensam à Chaldeis legem, eisdem quibus prius sermonibus, tamen alio literarum charactere nouauerit. Hic autè cœli nominat ad distinctionem illorum, quos de hominibus mortuis, aut certè nonnullis stultis miserorum vesaniã in situat se nouterat. Beda. ibidem.

2. Habitatione.

e. De hac pecunia fideles in ecclesia sua bona opera clarere cupiunt, vt per hoc partem, cum sanctis habeant & alij ipsorum exemplo proficiant. Glof. ordi. ibidem.]

f. Et scripsit Darius principibus suis per epistolam trans flumen, vt nullatenus impediunt Iudæos, sed de sumptibus Regis inuident eos, dantes eis per singulos dies hostias, similam, vinum, & sal, vt offerant ea deo cœli: & orent pro vita Regis, & filiorum eius. Et addidit: Qui hanc mutauerit in suam, tollatur lignum de domo eius & configatur in eadem: domus autem eius publicetur. Ego Darius statui decretum, quod si iudicium impleri volo. Comelt. cap. 3. in hist. Iudith.

3. Et Regem, & filios eius.

g. Hoc est privilegium quo sacerdotibus, Leuitis, & cæteri domus dei ministri à vectigalibus immunes redduntur, manifestè ostenditur quod carera plebs filiorum Israel ad partiam perueniens tributa Regi pendebat. Quod discreta omnimoda prouisione Rex fecisse cognoscitur, vt hi qui in diuino seruitio semper occupati erant, à suo essent seruitio liberi, & ab his nemo tributa soluenda exigeret. Ex quibus omnibus aperte inuidentur probatur, rex non solum dilexisse, sed & optime didicisse quæ diuine seruitutis potestates essent. Beda. ibid.

4. Iudicium facit.

h. His literis acceptis Esdras gaudens adorauit deum, & gratias egit, illi benignitatem gratiam acceptam referens, & illum maxime dignum cui gratia agantur existimans. Ioseph. Antiq. lib. 11. cap. 5.

A. Ios. 1. r. 3. Esdr. 8. Anni ante Christum. 55. Anni mundi. 3447. Esdras est in genti copia Iudæorum reueritur: & Babylone in Iudæam.

Esdras

*Esdra cum multis captiuis Ierusalem reuertitur, plurima secum dona afferens
& vasa. VIII.*

†. Esd. 8. c.



^a† I sunt ergo Principes familiarum, & genealogia eorum qui ascenderunt mecum in regno ^b Aataxerxis Regis de Babylone. De filiis Phinees, Geslon. De filiis Ithamar, Daniel. De filiis Dauid, Hattus. De filiis Sechenia, & de filiis Pharos, Zacharias: & cum eo numerati sunt viri centum quinquaginta. De filiis Phethmoab, Helioenai filius Zareæ: & cum eo ducenti viri. De filiis Sechenia, filius Ezechiel, & cum eo trecenti viri. De filiis Addan, Nabeth filius Ionathan: & cum eo quinquaginta viri. De filiis Helam, Isaias filius Athalia: & cum eo septuaginta viri. De filiis Saphatia, Zebedia filius Michael: & cum eo octoginta viri. ^c De filiis Ioab, Obedia filius Iehihel: cum eo ducentidecem & octo viri. De filiis Selomith, filius Iosphia: & cum eo centum sexaginta viri. De filiis Bebai, Zacharias filius Bebai: & cum eo vigintiocto viri. De filiis Ezgad, Iohannan filius Ezechthan: & cum eo centumdecem viri. De filiis Adonicam, qui erant nouissimi: & hæc nomina eorum: Heliphélet, & Ieiel, & Samaias: & cum eis sexaginta viri. De filiis Beggui, Vthai, & Vachur: & cum eis septuaginta viri. Congregauit autem eos ad fluuium qui decurrit ad Ahaua, & mansimus ibi tribus diebus. Quæsiuimusque in populo ^c & in sacerdotibus de filiis Leui, & non inueni ibi. ^d Itaque misi ^d Heliezer, & Ariel, & Semeam, & Helnathan, & Arib, & * alterum Helnathan, & Nathan: & Zachariam, * & Mofollam, principes, & Ioarib, & Helnathan sapientes: & misi eos ad Heddo, qui est primis in Casphia loco: ^e Et posui in ore eorum verba quæ loquerentur ad Heddo, & ad fratres eius Nathinnæos in loco Casphia, vt adducerent nobis ministros domus dei nostri. Et adduxerunt nobis per manum dei nostri bonam super nos, virum doctissimum de filiis Mooli, filij Leui, filij Israel, & Sarabiam, & filios eius & fratres eius decem & octo, & Afabiam, & cum eo Isaiam de filiis Merari, fratresque eius & filios eius viginti. ^f Et de Nathinnæis quos dederat Dauid, & Principes ad ministeria Leuitarum: Nathinnæos ducentos viginti. Omnes hi suis nominibus vocabantur. ^f Et ^g prædicauit ibi ieiunium iuxta fluuium Ahaua, vt affigeremur coram domino deo nostro, & peteremus ab eo viam rectam nobis, & filiis nostris, vniuersæque substantiæ nostræ. ^g Erubui enim petere à Rege auxilium & equites, qui defenderent nos ab inimico in via: quia dixeramus Regi: Manus dei nostri est super omnes qui quærunt eum in bonitate: & imperium eius, & fortitudo eius, & furor super omnes qui derelinquunt eum. ^h Ieiunauimus autem, & rogauimus deum nostrum pro hoc: & euenit nobis prosperè. ^h Et separauit de Principibus sacerdotum duodecim, Sarabiam, & Afabiam, & cum eis de fratribus eorum, decem. Appendi que eis argentum & aurum, & vasa consecrata domus dei nostri, quæ obtulerat Rex & consiliatores eius, & Principes eius, vniuersisque Israel eorum qui inuenti fuerant. Et appendi in manibus eorum argenti talenta sexcenta quinquaginta, & vasa argentea centum, * auricentum talenta, & crateras aureas viginti, quæ habebant ⁱ solidos millenos, & vasa aris fulgentis optimi duo pulchra vt aurum. Et dixi eis: Vos ⁱ sancti domini, & vasa sancta, & argentum & aurum quod sponte ^j oblatum est domino deo patrum nostrorum: ^k vigilate & custodite, donec appendatis coram principibus sacerdotum, & Leuitarum, & ducibus familiarum Israel in Ierusalem, in thesaurum domus domini. Susceperunt autem sacerdotes & Leuitæ pondus argenti, & auri, & vasorum, vt deferrent Ierusalem in domum dei nostri. Promouimus ergo à flumine Achaua duodecima die mensis primi, vt pergeremus Ierusalem. Et manus Dei nostri fuit super nos, & liberauit nos de manu inimici, & insidiatoris in via. Et venimus Ierusalem, & mansimus ibi diebus tribus. Die autem quarta appensum est argentum, & aurum, & vasa in domo dei nostri per manum ^l Meremoth filij Vriæ sacerdotis, & cum eo Eleazar filius Phinees, cumque eis Ioabed filius Iosûe, & Noadaia filius Bennoi Leuitæ, iuxta numerum & pondus omnium.

B iij

a. Diligenter principes qui secum de Babylone ascendit enumerat, & genealogiam eorum explicat. Numerus autem eorum ad 1440. pertinet. Bada ibid.

b. Potèd Esdras inuenit gratiam in oculis Artaxerxis, & petiit ab eo licentiam ascendendi in Ierusalem, vt in lege quæ reparauerat, populum suum erudiret. Dedit ergo ei licentiam redeundi, & tradidit ei epistolam ad principes suos trans flumem, & ad custodes arcæ publicæ. Comest in histo. Iudith. ca. 5. 1. Ducis Moab.

c. Descendit consequenter legationis excurio, quæ confisit in recessu de Babylone, & accessu in Ierusalem. De Iyra. Merito autem Esdras congregat quosdam de Babylone Ierusalem adiuuat, qui manum Dei qua confortetur, ipse habere in se cognoscitur. Bada ibidem.]

d. Ipsi Heliezer, atque ipsi Ariel, & ita de aliis.

* Ad.

* Ad.

e. Hæc igitur quemadmodum & ipse Esdras deliberauerat, processerunt, deo eum, vt arbitror, dignum in his quæ voluit iudicare propter iustitiam ac benignitatem eius. Ioseph. lib. 11. cap. 5.

f. Debita dispositio ad proficiendum per viam periculosa, primo fuit per ieiunium, & orationem vt impetraretur ditionem diuinam.]

g. Index

g. Exemplum ieiunandi & orandi cum aliquid magne virtutis incipere volumus. Et quia nunquam fallit fides in domini sper, neque fieri potest vt quod iustum à pio auxiliatore per continentiam atque orationis cum fide quærimus, non impetremus. Bada ibidem.

h. Ceterum ad Esdram magna multitudo conuenit tæ sacerdotum & Leuitarum, quàm sanctorum sacerdotumque, vel sanctorum, vel ministrorum. Ille vero omnes qui ex captiuitate, in patriam reuerti volebant, ad Euphratem congregauit: vbi peracto triduo ieiuniorumque pro incoluntate & felici itinere concepsit, &c. Ioseph. Antiq. lib. 11. cap. 5.

* Talenta.

4. Drachmas mille.

i. Consecrati domino, sicut & vasa sunt illi consecrata.

k. Oportet enim vt doctores ecclesiæ nunquam obliuiscantur sanctimoniam, qua ipsi sunt domino consecrati per spiritum sanctum in die redemptionis: ad quam suscipiendam etiam suos auditores instituant, vt qui iam domino oblatis sunt per rudimenta fidei, etiam per eorum qui in fide precesserunt exempla, ac moniti magis magisque confirmantur, ac superæ ciuitatis innoteri dignificiantur. Bada ibidem.

[i. Magna deuotio & religio ostenditur cum petentes ad templum primo omnium holocausta offerunt, non tantum pro seipsis, sed etiam pro omni Israel, pro eis qui iam domum reuerſi fuerant, & pro eis qui adhuc exulabant. Beda cum Gloſ. ordin.]

Descriptumque est omne pondus in tempore illo. Sed & qui venerant de captiuitate filij transmigrationis, obtulerunt holocausta deo Israel, vitulos duodecim pro omni populo Israel, arietes nonaginta sex, agnos septuaginta septem, hircos pro peccato duodecim, omnia in holocaustum domino. Dederunt autem edicta Regis Satrapis qui erant de conspectu Regis, & ducibus trans flumen, & eleuauerunt populum & domum dei.

Conqueritur Esdras Iudaeos cum gentibus contraxisse matrimonia.

IX.

a. Dum ita pius sacerdos lachrymatur cum eo cecru, qui ad eum conueniens mixtus ex uiris & mulieribus atque pueris, accessit eo quidam primarius Ierolymita nomine Achonius, offensionis se peccatū qui alienigenas uxores duxerat: fuisseque ei ut omnes adiuret, ut uxores cum nata ex illis prole abicerent. Et si quis legi parere noler, in eum animaduerteret. Qui secutus uiri consilium, exegit super hac re iussum ad principes Leuitarum & sacerdotum, & tribuum Israeliticarum. Ioseph. Antiq. lib. 11. ca. 5.

b. Tunc scidit Esdras vestimenta sua, & fletus, & orans inuit in terra usque ad sacrificij uespertinum. Tunc accesserunt ad eum principes, dicentes: Surge tuū est dicere quid agamus manus nostra erit tecum. Comest. c. 5. in hist. Iudith.

c. Parauit se per compunctionem cordis, & affectionem corporis ut dignus efficeretur auditu supernae pietatis, & in hac uerba orationis rupit. Curuar autem genua, expandit manus, & iudit: ecce in tempore sacrificij uespertini scians esse grati quod sit in spiritu humilitatis & in animo contrito quam quod carnibus & sanguine peccatum offertur. Gloſ. ordin. ibid. j.

d. Clausus. Hebr. [i] iated clausus. Graec. [i] firmamentum quorum neutri pacē signat, ut recentiores interpretantur.

3. Septem uel murum.

e. Dominus iussit ne cōiugia sibi in diuersa religionis copularentur, & ipsi adhibuisti testimonij domini dicentis: Non accipies uxorem filio tuo à filiabus alienigenarum, ne tradat eū post deos suos, & peccat anima eius, addidit enim uerba Apostoli ubi dixit: Mulier alligata est quādiu uir eius uiuit. Quod si mortuus fuerit uir eius, liberata est, cui uult nubat: cauet in domino. Quod ita exposuisti re adiungeres, id est, Christiano. Hoc erit preceptū domini tam in ueteri quā in nouo testamento, ut non nisi uetus religionis & fidei coniugia sibi maneant. Aug. de ad. diu. concing. ca. 21.

4. An non merito. [f. Id est, totalem populi delentionem q. d. hoc demerimus, nisi eua liberalitate saluemur. De Lyra.] [g. Humilitati congruit redēproris nostri, qui in similitudine carnis peccati ut peccata mundi tollerent, apparuit Beda ibidem.] 5. Dies hęc, sub. manifestat.

Postquam autem hæc completa sunt, accesserunt ad me Principes di-
centes: Non est separatus populus Israel & sacerdotes & Leuitæ à populis terrarum, & de Jabominationibus eorum: Chananæi uidelicet, & Hethæi, & Pherezæi, & Hiebuzaei, & Ammonitarum, & Moabitarum, & Ægyptiorum, & Amorrhæorum. Tulerunt enim de filiabus eorum sibi, & filiis suis uxores, & commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum. Manus etiam Principum & magistratum fuit in transgressione hac prima. Cumque audissem sermonem istum, scidi pallium meum & tunicam, & euelli capillos capitis mei & barbæ, & sedi mœrens. Conuenerunt autem ad me omnes qui timebant uerbum dei Israel, pro transgressione eorum qui de captiuitate uenerant: & ego sedebam tristis, usque ad sacrificium uespertinum, & in sacrificio uespertino surrexi de afflictione mea, & scisso pallio & tunica, curuauit genua mea, expandi manus meas ad dominum deum meum, & dixi: Deus meus confundor, & erubescō leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt usque ad cœlum, à diebus patrum nostrorum. Sed & nos ipsi peccauimus grauius usque ad diem hanc, & in iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi, & Reges nostri, & sacerdotes nostri in manum Regum terrarum, & in gladium, & in captiuitatem, & in rapinam, & in confusionem uultus, sicut & die hac: & nunc quasi parum & ad momētum facta est deprecatio nostra apud dominum deum nostrum, ut dimitterentur nobis reliquæ, & daretur^a paxillus nobis in loco sancto eius: & illuminaret oculos nostros deus noster, & daret nobis uitam modicam in seruitute nostra, quia serui sumus, & in seruitute nostra non dereliquit nos deus noster: & inclinauit super nos misericordiam coram Rege Persarum: ut daret nobis uitam & sublimaret domum dei nostri, & extrueret solitudines eius, & daret nobis^b septem] in Iuda & Ierusalem. Et nunc quid dicemus domine deus noster post hæc? quia dereliquimus mandata tua, quæ præcepisti in manu seruatorum tuorum Prophetarum, dicens: Terra ad quam uos ingredimini ut possideatis eam, terra immunda est iuxta immunditiam populorum cæterarumque terrarum, abominationibus eorum, qui repleuerunt eam ab ore usque ad os in coinquinatione sua. Nunc ergo filias uestras ne detis filiis eorum, & filias eorum ne accipiatis filiis uestris: & non quæratu pacem eorum, & prosperitatem eorum usque in æternum^c ut confortemini, & comedatis quæ bona sunt terræ, & hæredes habeatis filios uestros usque in seculum. Et post omnia quæ uenerunt super nos in operibus nostris pessimis, & in delicto nostro magno, quia tu deus noster liberaſti nos de iniquitate nostra, & dedisti nobis salutem sicut est hodie, ut non conuerteremur, & irrita faceremus mandata tua, neque matrimonia iungeremus cum populis abominationum istarum. Nūquid iratus es nobis, usque ad^d consummationem, ne dimitteres nobis reliquias ad salutem? Domine deus Israel iustus es tu: quoniam derelicti sumus, qui saluaremur sicut die hac.] Ecce coram te sumus in delicto nostro. Non enim stari potest coram te super hoc.

Israelitæ pœnitentia Ducti alienigenas repudiant uxores, & filios earum.

X.

Stic

Esd. 8. g.

Sic ergo orante Esdra, & implorante deum, & flente, & iacente] ante templū dei, collectus est ad eum de Israel cœtus grandis nimis virorū & mulierū & puerorum: Et fleuit populus multo fletu. Et respondit Sech-nias filius Iehiel de filiis Helam, & dixit Esdra: Nos præuaricati sumus in deum nostrum, & duximus vxores alienigenas de populis terræ: & nunc si est pœnitentia in Israel super hoc, percutiamus fœdus cū domino deo nostro, vt proiciamus vniuersas vxores, & eos qui deis nati sunt: Iuxta voluntatem domini, & eorum qui timent præceptum domini dei nostri, secundum legem fiat. Surge, tuum est discernere, nosque erimus tecum. Confortare, & fac. Surrexit ergo Esdras, & adiurauit Principes sacerdotum, & Leuitarum, & omnem Israel, vt facerent secundum verbum hoc: ¹ Et iurauerunt. Et surrexit Esdras ante domum dei, & abiit ad cubiculum Iohānan filij Eliasib, & ingressus est illuc. Panem non comedit, & aquam non bibit. Lugebat enim transgressionem eorum qui venerant de captiuitate, & missa est vox in Iuda & in Ierusalem omnibus filiis transmigrationis, vt congregarentur in Ierusalem, & omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta consilium Principum & seniorum, auferetur vniuersa substantia eius, & ipse abiicietur de cœtu transmigrationis. Conuenerunt igitur omnes viri Iuda, & Benjamin in Ierusalem tribus diebus, ipse est mensis nonus, vicesima die mensis: & sedit omnis populus in platēa domus dei, trementes pro peccato & pluuiis: & surrexit Esdras sacerdos, & dixit ad eos: Vos transgressi estis, & duxistis vxores alienigenas, vt adderetis super dictum Israel, & nunc date confessionem domino deo patrum vestrorum, & facite placitum eius, & separamini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis: & respondit vniuersa multitudo, dixitque voce magna: Iuxta verbum tuum ad nos sic fiat, veruntamen quia populus multus est, & tempus pluuiæ, & non sustinemus stare foris, & opus non est diei vnus vel duorum (vehementer quippe peccauius in sermone isto,) ^d constituantur Principes in vniuersa multitudine, & omnes in ciuitatibus nostris qui duxerunt vxores alienigenas, veniant in temporibus statutis, & cum iis seniores per ciuitatem in ciuitatem, & Iudices eius, donec auertatur ira dei nostri à nobis super peccato hoc. ^e Igitur Jonathan, filius Afahel, & Iaazia filius Thecue, steterunt super hoc, & Mesollam, & Sebethai Leuites adiuuerunt eos. Feceruntque sic filij transmigrationis. Et abierunt Esdras sacerdos, & viri Principes familiarum in domos patrum suorum, & omnes per nomina sua, & federunt in die primo mensis decimi, vt quærerent rem. ² Et conuocati sunt omnes viri qui duxerunt vxores alienigenas, vsque ad diem primam mensis primi. ^e Et inuenti sunt de filiis sacerdotum, qui duxerunt vxores alienigenas, de filiis Iosue filij Iosedech, & fratres eius Maasia, & Eliézer, & Iarib, & Godolia. ^f Et dederunt manus suas, vt eicerent vxores suas, & pro delicto suo arietem de ouibus offerrent: Et de filiis Emmer, Anniani, & Zebedia. Et de filiis Harum, Masia, & Helia, & Semeia, & Iehiel, & Ozias. Et de filiis Phesur, Helioenai, Maasia, Ismael. Nathanael, Iosabeth, & Helasa. Et de filiis Leuitarum, Iosabeth, & Semei, & Celaia: ipse est Calithaphathaia, Iuda, & Eliezer. Et de cantoribus, Eliasib. Et de ianitoribus, Sel-lum, & Thelem, & Vri. ^g Et ex Israel, de filiis Pharos, Remeia, & Iezia, & Melhia, & Miamim, & Eliézer, & Melchia, & Banea. Et de filiis Elam, Mathania, Zacharias, & Iehiel, & Abdi, & Ierimoth, & Helia. Et de filiis Zethua, Helioenai, Eliasib, Mathania, & Ierimuth, & Zabath, & Aziza. Et de filiis Bebai, Iohannam, Anania, Zabbai, Athalai. Et de filiis Bani, Mosalla, & Melluch, & Adaias, Iasub, & Saal & Ramoth. Et de filiis Phetmoab, Edna, & Chalaad, Banaias, & Maasias, Mathanias, Beselehel, Bennui, & Manasse. Et de filiis Erem, Eliézer, Iesue, Melchias, Semeias, Simeon, Benjamin, Maloch, Samarias. Et de filiis Afom, Mathanai, Mathata, Zabad, Elpheleth, Iermai, Manasses, Semei. De filiis Bani, Maadi, Amram, & Huel, Baneas, & Badaias, Cheliau, Vania, Marimuth, & Eliasib, Mathanias, Mathanai, & Iasi, & Bani, & Bennui, Semei, & Salmias, & Nathan, & Adaias, Mechedabai, Sifai, Sarai, Ezrel, & Selemiau, & Semeria, Sellum, Amaria, Ioseph. De filiis Nebo,

B iiij

a. Quantum oratio, fletus, & lamentatio Esdra profecit, ostenditur, cum mox ad eum cœtus fletu permaximus vtriusque sexus, & omnis ætatis collectus esse pehibetur. Flebant autem vel hi qui peccauerant, penitentia sui reus agentes, vel illi qui in castitate peccauerant, de fratrum suorum præuaricatione & casu dolentes. Beda ibidem.

1. Cum conisteretur flens, & iacens prostratus.

b. Quo facto Esdras exiit templum, & contulit se in domicilium Joannis & Eliasib, ibique totam eam diem ieiunans præ more exegit. Ioseph. lib. 11. ca. 5. Antiq. Iudaica.

[Decenter docet quomodo sic apud maiores cœlis agendum, vt scilicet quisque pro suo sensu quod optimum intellexerit, vel sibi intellexisse videbitur dicat. Et tamē ei qui præest locum discernendi relinquatur: paratus obtemperare omnibus que ille secundum voluntatē & legem Dei agenda decreuerit. Glof. ordinā. ibid.]

c. Dimiserunt Israelite vxores alienas quicunque tunc habere poterunt, per quas scibat, vt & ipsi ad alienos seducerentur deos, non vt ille per maritos vero acquireretur deo. Nōdum enim tāta gratia saluatoris illuxerat, vt promissis temporalibus veteris testamenti adhuc iustitaret illius populi multitudo. Vnde iusserat dominus per sanctum Moysen, ne quis alienigenam vxorem duceret. Mortuo ergo quas duxerat domino prohibente, domino iubente dimiserunt. Aug. de adulterinis coniugiis. lib. 1. cap. 18.

[d. Hoc est, constituantur homines sapientes iusti & diligentes, qui vadant de ciuitate in ciuitatem, diligenter inquirendo de transgressoribus, & corrigantur per alienigenarum vxorum electionem. De Lyra. ibidem.]

2. Et perfecerunt opus cum omnibus viris.

e. Hebraei huic loco aptat illud Zacha. 3. Et ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo. &c.

f. Primo à se abiciunt vxores illicitas, & sic pro se arietē offerunt, vt ablato scelere ad altare mundi accederent. Discei le nanque est eius accepta esse deo victimam, qui non prius culpā pro qua offerri, relinquere contendit dicente Iſaia. 1. c. Qui scite agere pruerit, difcite benefacere. Beda ibidem.

g. Inuenti sunt in Ierusalē primo apud filios Iesu filij Iosedech, & fratres eius, & fratrum vicinā sunt. Nec enim credendum est Iesum magnum sacerdotem habuisse alienigenam. Et quod vitiosus est à Zacharia foeditis vestibus indutus, ad filios eius referendum est: vel quia cum pontifex esset populum non arguebat. Id ipsum fecerunt per vniuersum Israel. Et offerebat vnusquisque apud quem inuenta erat hæc transgressio, arietē pro declinatione peccati. Comest. in hist. Iudaica. ca. 5.

Ahiel, Mathathias, Zabeth, Zabina, Ieddu, & Iohel, & Banai. Omnes hi acceperant uxores alienigenas, & fuerunt ex eis mulieres quæ pepererant filios.

Incipit Liber Nehemix, qui est

Esdrae secundus.

Nehemias audit a Iudeorum qui à captiuitate residui erant, afflictione affligitur & ipse, & cum abstinentia misericordiam à deo petit. Cap. I.

a. Casleu vel kisseu, nonis mensis est Hebræorum nostro respondens Nouembri, in cuius die celebrant diem enegoniorum vel dedicationis, quam celebravit iudas Machabeus cum purgaret contaminationem quæ fecerat Antiochus. Vnde Ios. 10. Facta sunt enegonia Ierosolymis, & hys erat. b. Hic annus est vicefimus Darius filij Hystaspis, quem & Xerxes & Artaxerxes vocat Esdras & Nehemias, qui postquam Esdræ facultatem templi reedificandi fecerat, reedificandæ ciuitatis Nehemias fecit. c. Erat pincerna Regis Artaxerxis Nehemias de filiis ephraimitarum. Qui dum esset in Susis castro audiuit peregrinos Hebræos loquentes: & accedens sciscitatus est ab eis de statu Iudææ, & Ierosolymæ. Et accepit ab eis urbem esse sine muris, & habitare in ea populum dei in afflictione. Nam per dies sustinebant hostium impetus, & iocibus intrabant latroneuli, & plateas implebant cadaueribus occisorum. Comestor in hist. Iudic. ca. 6. 1. Peccauimus. 2. Statuta. 3. Dispergam. [d. Hoc nondum erat adimpletum, licet fuisset inchoatâ per Cyrum & Artaxerxem, vt patuit supra 1. Esdr. 1. 8.]

e. Ideo si oraueris, & ieiunaueris, & elemosynam iuste feceris complesti pretium, redemisti peccata tua, remissa sunt crimina, reparata est uis tua. Duo era minima uisum in arcam dei, & prelatâ est uoluntatis. Chryl. de penitentia.



Erba Nehemix filij Helchix. Et factum est in mense Casleu, Anno vicefimo: & ego eram in Susis castro. Et venit Anani vnus de fratribus meis, ipse & viri Iuda: & interrogauit eos de Iudæis, qui remanserant, & supererant de captiuitate, & de Ierosolyma. Et dixerunt mihi: Qui remanserunt & derelicti sunt de captiuitate ibi in prouincia, in afflictione magna sunt, & in opprobrio: & murus Ierosolymæ dissipatus est, & portæ eius combustæ sunt igni. Cumque audissem uerba huiusmodi, sedi, & fleui, & luxi diebus multis, & ieiunabam, & orabam ante faciem dei cæli, & dixi: Quæso domine deus cæli, fortis, magne, atque terribilis, qui custodis pactum & misericordiam cum iis qui te diligunt, & custodiunt mandata tua, fiant aures tuæ auscultantes, & oculi tui aperti, vt audias orationem serui tui, quam ego oro coram te hodie nocte & die pro filiis Israel seruis tuis, & confiteor pro peccatis filiorum Israel, quibus peccauerunt tibi & ego & domus patris mei peccauimus, vanitate seducti sumus, & non custodiimus mandatum, & ceremonias, & iudicia, quæ præcepisti Moyfi famulo tuo. Memento uerbi quod mandasti Moyfi seruo tuo dicens: Cum transgressi fueritis, ego disperdam uos in populos, & si reuertamini ad me, & custodiatis præcepta mea, & faciatis ea, etiam si abducti fueritis ad extrema cæli, inde congregabo uos, & reducam in locum quem elegi, vt habitaret nomen meum ibi. Et ipsi serui tui & populus tuus, quos redemisti in fortitudine tua magna, & in manu tua valida: Obsecro domine, sit auris tua attendens ad orationem serui tui, & ad orationem seruorum tuorum qui uolunt timere nomen tuum, & dirige seruum tuum hodie, & da ei misericordiam ante uirum hunc. Ego enim eram pincerna Regis.

Nehemias impetratis à Rege literis uenit Ierosolymam, atque ad murorum instaurationem hortatur. II.

a. Nisan primus mensis anni Hebræorum in quo Pascha celebrare consueuerunt quem nos Martio interdum, & interdum Aprilis attribuimus. Iudæi uero nostri temporis annum fatum à Septembri mense incipiunt, & sic Nisan apud eos septimus mensis esset. Seda ibidem. 1. Nec Iosobam esse tristis. b. Et fleuit Nehemias, & cibum desiderabilem non gustauit, nocte & die clamans ad dominum. Cuique Rex staret in mensa, & Nehemias leuaret uinum Regi, apparuit quæ si languidus ante eum, & ait Rex: Quare tristis es quod uel malum latet in corde tuo? Et respondit reuertens: Quia ciuitas sepulchri patrum meorum deserta est. Si bonum tibi uideatur mitte me, & reedificabo eam. Et ait Regina quæ sedebat iuxta Regem: Quando reuertentis? Et constituit tempus reuertendi. Comestor ca. 6. in c. 6. in hist. Iudic. 2. Patrum meorum, & infra. c. Templum enim iam extructum erat, sed portæ ciuitatis, & domus atrij nondum reparatæ erant pro quibus reparandis ligna postulat.



Actum est autem in mense Nisan, anno vicefimo Artaxerxis Regis, & uinum erat ante eum. Et leuaui uinum & dedi Regi, & eram quasi languidus ante faciem eius. Dixitque mihi Rex: Quare uultus tuus tristis est, cum te ægrotum non uideam? Non est hoc frustra, sed malum nescio quod in corde tuo est. Et timui ualde ac nimis: & dixi Regi: Rex in æternum uiue. Quare non morereat uultus meus, quia ciuitas domus sepulchrorum patris mei] deserta est, & portæ eius combustæ sunt igni? Et ait mihi Rex: Pro qua re postulas? Et orauit deum cæli: & dixi ad Regem: Si uidetur Regi bonum, & si placet seruus tuus ante faciem tuam, vt mittas me in Iudæam ad ciuitatem sepulchri patris mei: & ædificabo eam. Dixitque mihi Rex, & Regina quæ sedebat iuxta eum: vsque ad quod tempus erit iter tuum, & quando reuertentis? Et placuit ante uultum Regis, & misit me. Et constitui ei tempus, & dixi Regi: Si Regi uidetur bonum, epistolas det mihi ad duces regionis trans flumen, traducant me, donec ueniam in Iudæam: & epistolam ad Afaph, custodem saltus Regis vt det mihi ligna, vt tegere possim portas templi, turres, domos, & muros ciuitatis, & domum, quam ingressus fuero. Et dedit mihi Rex iuxta manum dei mei bonam mecum. Et ueni ad duces regionis

Anni ante Christum. 502. Anni mudi. 3460. Nehemias frater regis Darius quem Artaxerxes uocat Ierosolyma rediit. + D. 9. 2. infra. 9. f. + Deut. 10.

A. Ios. 11.

regionis trans flumen, dedique eis epistolas regis. Miserat autem Rex mecum Principes militum, & equites. ^dEt audierunt Sanaballath Oronites, & Tobias seruus Ammanites, & contristati sunt afflictione magna, quod venisset homo qui quaereret prosperitatem filiorum Israel. Et veni Ierusalem: & eram ibi tribus diebus. ^eEt surrexi nocte ego & viri pauci mecum, & non indicaui cuiquam, quid deus dedisset in corde meo, ut facerem in Ierusalem, & iumentum non erat mecum, nisi animal cui sedebam. Et egressus sum per portam uallis nocte, & ante foueam draconis, & ad portam ^fstercoris: & considerabam murum Ierusalem dissipatum, & portas eius consumptas igni. Et tranfui ad portam fontis, & ad aqueductum regis: & non erat locus iumento cui sedebam, ut tranfret. Et ascendi per torrentem nocte, ^g& considerabam murum, & reuersus veni ad portam uallis, & redij. Magistratus autem nesciebant quod abiissem, aut quid ego facerem. Sed & Iudaeis, & sacerdotibus, & optimatibus, & magistratibus, & reliquis qui faciebant opus, vsque ad id loci nihil indicaueram. ^hEt dixi eis: Vos nostis afflictionem in qua sumus, quia Ierusalem deserta est, & portae eius consumptae sunt igni. Venite, & aedificemus muros Ierusalem: & non simus vltra opprobrium. Et indicaui eis manum dei mei, quod esset bona mecum, & verba Regis quae locutus est mihi, & ⁱaio:] Surgamus, & aedificemus: & confortatae sunt manus eorum in bono. Audierunt autem Sanaballath Oronites & Tobias seruus Ammanites, & Gosem Arabs, & subsannauerunt nos, & despexerunt, dixeruntque. *Quae est haec res quam facitis? Nunquid contra regem vos rebellatis? & reddidi eis ^k sermonem,] dixique ad eos: Deus caeli ipse nos ^l iuuat.] & nos serui eius sumus. Surgamus, & aedificemus: vobis autem non est pars & iustitia & memoria in Ierusalem.*

*Ierusalem in muris, turribus & portis aedificatur a multis viris fide dignissimis.
& nomine.*

III.

ET surrexit Elias sacerdos magnus, & fratres eius sacerdotes, & aedificauerunt ^a portam gregis: Ipsi sanctificauerunt eam, & statuerunt valuas eius, & vsque ad turrim ^b centum cubitorum, sanctificauerunt eam, & vsque ad turrim Ananehel. Et iuxta eum aedificauerunt viri Iericho, & iuxta eos aedificauit Zachur filius Amri. ^c Portam autem piscium aedificauerunt filij Afsnaa, ipsi ^d texerunt eam,] & statuerunt valuas eius, & seras & vectes. Et iuxta eos aedificauit Marimuth filius Vriae, filij Accus. Et iuxta eos aedificauit Sadoch filius Baana. ^e Et iuxta eum aedificauerunt Thecueni: Optimates autem eorum, non supposuerunt colla sua in opere domini dei sui. Et portam veterem aedificauerunt Ioia da filius Phafea, & Mosollam filius Besodia: ipsi ^f texerunt eam: & statuerunt valuas eius, & seras, & vectes. Et iuxta eos aedificauerunt Melchias Gabaonites, & Iadon Meronaites, viri de Gabaon & Maspha, pro duce qui erat in regione trans flumen. Et iuxta eum aedificauit Eziel filius Araia aurifex: Et iuxta eum aedificauit Ananias filius pigmetarii, & ^g dimiserunt] Ierusalem vsque ad murum plateae latioris. ^h Et iuxta eum aedificauit Raphaia filius Ahur, Princeps ⁱ vici] Ierusalem. Et iuxta eum aedificauit Iedaia filius Aromath: contra domum suam: Et iuxta eum aedificauit Hatthus filius Aseboniae. Mediam autem partem vici aedificauit Melchias filius Erez, & Azub filius ^k Phetmoab:] & turrim furnorum. Et iuxta eos aedificauit Sellum filius Aloes, Princeps mediae partis ^l vici] Ierusalem: ^m Osee & filii eius.] Et portam uallis aedificauit Annun & habitatores Zanoe: ipsi aedificauerunt eam, & statuerunt valuas eius, & seras, & vectes, & mille cubitos in muro, vsque ad portam sterquilini. ⁿ Et portam sterquilini aedificauit Melchias filius Rechab, princeps vici Bethacharen. Ipse aedificauit eam, & statuit valuas eius, & seras, & vectes. Et portam fontis aedificauit Sellum filius Colozai, princeps pagi Maspha: Ipse aedificauit eam, & textit, & statuit valuas eius, & seras, & vectes: & muros piscine Sylloe in hortum Regis, & vsque ad gradus qui descendunt de ciuitate Dauid. Post eum aedificauit Nehemias filius Azboth, princeps dimidiae partis vici Bethsur, vsque contra

^d. Notanda etenim est animorum feruorque diluciditas: quia supra dicta sunt hi qui romanizant de captiuitate in Iudaeam afflictione magna & opprobrio fuisset, sed & Nehemiam longum cum fletu & precibus duxisset ieiunium, quod quod muros Ierusalem dissipatos, & portas illius igne combustas audiret: & nunc versa vice hostes eiusdem sanctae ciuitatis ceteritati, & in magna sunt afflictione constituti, quod quod aedificia illius restauranda simul & ciues intelligerent ab insulationibus hostium esse subleuandos, Beda. ibid.

^e. Sterquilini.

^f. Diuersa destruxit vrbis loca iudicando peruenitur, & singula quomodo debent reparari sollicitate scrutatur. Docteri quoque spiritualium est sapientius non de fugere, & solerti indagare statum ecclesiae quiescentibus caeteris inspicere: ut vigilanter inquirant quomodo ea quae viciotum bellis sordidata sunt vel deiecta, corrigant & erigant. Mures autem Ierusalem dissipatus iacet & conuersatio fidelium terris & infinitis foedit affectibus.

Portae sunt igni consumptae: hi qui aliis introitum vitae pandere debuerant, relicto veritatis magistro communi cum caeteris ignavia torpent, & teporalibus curis interueniunt. Glo. ord.]

^g. Aiuunt.

^h. Rationem.

ⁱ. Prosperitate facit.

An. ante Christi
flum. 502.
Anni mundi
3460.
Nehemias pater
restitutus, muros re
aedificare ciuitatis ince
pit.

^a. Alia translatio habet: aedificauerunt portam ad probaticam piscinam. Haec est porta iuxta templum per quam inducebatur greges ad offerendum. Haec alibi turris gregis dicitur. Fuit autem altera turris gregis in via Bethel. 3. vbi Iacob pascuit greges & pecora sua, & pastores vigilantes super gregem suum viderunt multitudinem militiae caelestis filij autem Afsnaa aedificauerunt portam piscium, & statuerunt valuas eius, & seras & vectes. Haec respicit Ioppen & Diospolim, per quam inferbatur copia piscium. Haec secundum Ioseph postea dicta est porta Dauid. Comest. cap. 7. in histo. Iudith.

^b. Meah sumptuose reparauerunt.

^c. Huius portae meminit Sophonias propheta, dicens: Vox clamantis a porta piscium, & vultus in secunda. Quia hoc quod adiunxit secunda, fecit in auri in eodem climate portam significat. Nam temporibus Ezechiae dupliciter fuisse murum ciuitatis, verba dierum narrant, a Para. 32. a. Aedificauit quoque agens industrie omnem murum qui fuerat dissipatus, &c. Beda ibidem.

^d. Trabes eius posuerunt, & infra.

^e. Infraauerunt.

^f. Mediae partis.

^g. Ducis Moab.

^h. Ipsi & filii eius.

ⁱ. Et vocabatur sic ista porta, eo quod immunditiae ciuitatis per illam immitterentur in torrente Cedron tempore pluuiarum. Ciuitas enim Ierusalem sita est in decliu montis: & ideo aquae pluuiales descendentes, & secum trahentes immunditias ciuitatis habebant cursum versus illam portam. De Lyra.

d. Nota David Regem non in Bethlechem, sed in Ierusalē, con-
stat fuisse sepultum. A. B. 2. 2.
Et quia natus in Bethlechem,
& sepultus in Ierusalē ita Chri-
stum in Bethlechem nasciturus,
& in Ierusalē sepeliendum,
præfigurauit. Beda.

e. Hucusque primus ciuitatis
murus extruitur, hinc mensura
secunda, hoc est muri interioris:
vnde in hac descriptione di-
citur, quia fructum plurimum
contra domum suam ædifica-
uerunt: muro namque ciuitatis
plurimæ domus erant coniu-
ctæ. Beda.

f. Armamentarii angularis.
ff. Quod capitur exclusiue,
quia domus sumi sacerdotis
erat intra murum interiorem,
qui erat intermedium inter ha-
bitationem sacerdotum & no-
bilium, quæ claudebatur muro
secundo, de quo hic agitur. De
lyra ibidem.

g. Que erit iuxta atrium.

9. Munitione.

g. Thecueni à thecua vel tuba
buccinatores interpretatur, hinc
locum ædificauerunt. Beda.

10. Arcis.

h. Porta iudicialia potuit esse
porta vetus, quæ in fronte ciui-
tatis, prior eminebat. Porta ve-
ro aquarum, potuit esse porta
secunda. Porta vero equorum non
fuit porta ciuitatis, sed statuta
erat ante atria templi, vsque ad
quam ascendere in equis licitum
erat. Comestor cap. 7. in histo-
ria Iudith.

sepulchrum David, & vsque ad piscinam quæ grandi opere constructa est, & vsque
ad domum fortium. Post eum ædificauerunt Leuite: Reum filius Benni. Post eos
ædificauit Asebias, princeps dimidiæ partis vici Ceile in vico suo. Post eum ædificaue-
runt fratres eorum, Becui filius Enead princeps dimidiæ partis Ceile. Et ædificauit
iuxta eum Azer filius Iosue, Princeps Maspha mensuram secundam, contra ascen-
sum firmissimi anguli. Post eum in monte ædificauit Baruch filius Zachai men-
suram secundam, ab angulo vsque ad portam domus Eliazib sacerdotis magni. Post eum
ædificauit Merimuth filius Vrie filii Hacos mensuram secundam, à porta domus Elia-
sib: donec extendiretur domus Eliasib. Et post eum ædificauerunt sacerdotes, viri de
campestribus Iordanis. Post eos ædificauit Benjamin & Asub, contra domum suam.
Et post eos ædificauit Azarias, filius Maasie filii Ananiae contra domum suam. Post
eum ædificauit Bennui filius Ennadad, mensuram secundam, à domo Azarie vsque
ad flexuram, & vsque ad angulum. Post eum ædificauit Phael filius Ozi, contra flexu-
ram & turrum, quæ eminent de domo Regis excelsa, id est, in atrio carceris. Post eum
Phadaia filius Pharos. Nathinnæi autem habitabant in Ofel, vsque contra portam
aquarum ad orientem, & turrum quæ prominebat. Post eos ædificauerunt Thecueni
mensuram secundam à regione à turri magna & eminenti, vsque ad murum templi.
Sursum autem ad portam equorum, ædificauerunt sacerdotes, vnusquisque
contra domum suam. Post eos ædificauit Sadoch filius Emmer, contra domum suam.
Et post eum ædificauit Semeia filius Sechenie, custos portæ orientalis. Post eum ædi-
ficauerunt Anania filius Semelie & Anon filius Zalaph sextus, mensuram secundam.
Post eum ædificauit Mesollai filius Barachie, contra gazophylacium suum. Post eum
ædificauit Melchias filius aurificis, vsque ad domum Nathinnæorum & scuta vendē-
tium, contra portam iudicalem: & vsque ad cœnaculum anguli. Et inter cœnaculum
anguli in porta gregis ædificauerunt aurifices & negotiatores.

*Sanaballath & Tobias inuitis Iudæi altera manu ædificant, altera gladium
tenent.*

IIII.

a. Audientes autem murorum
ædificationem accelerari Am-
monite & Moabite, vel Sama-
rite & omnes qui inferiorem
Syriam habitabant, moleste fe-
rebant, & meditabantur eis in-
sidias contexere, quatenus vo-
luntatem eorum impedirent:
multosque interficiebant Iu-
dæos ipsum etiam Nehemiam
dilacerare querebant. Ioseph.
liber. 11. cap. 5.

* Et dixit Nehemias.
b. Simile est quod scribitur de
peccatore Ps. 7. d. Super quod
Aug. Non enim voluit ipse
peccatum euadere, sed factus
est sub peccato tanquam ser-
uus diegente domino Ioan. 8. d.
Omnis qui facit peccatum
seruus est peccati. Erat ergo ini-
quitas eius super ipsum, cui ipse
iniquitati suæ subditus. Ita er-
go ipse inferior erit, ve eius ini-
quitas sit superior, & in illi de-
scendat: quia grauius illum &
onerat, & ad requiem sanctorum
euolare non sinit. Hæc Aug.
Que omnia impetratur. Ne-
hemias hostibus Iudæorum, quod
vobis ædificationem impedirent
1. Conspirauerunt.

2. Conspirationem multum.

c. Et consummatum est opus
per annos duos & quatuor me-
ses, licet in multa angustia, &
plurimis impedimentis. Primò
enim finitimæ nationes in ma-
nu fori aggrediebantur eos. Ne-
hemias vero mediâ parte po-
puli armatam statuit extra ciui-
tatem, vt sustinerent impetu
aggredientium: altera vero ma-
nû pars ædificabat, vna manu
ponens lapidem, altera gladium
tenens. Comestor cap. 7. in hi-
sto. Iudith.
3. In demissiora loca post murum
in locis petrosi populum per
familias.



Actum est autem cum audiisset Sanaballath, quod ædificaremus murum,
iratus est valde: & motus nimis subannauit Iudæos, & dixit coram fratri-
bus suis, & frequentia Samaritanorum: Quid Iudæi faciunt imbecilles?
Num dimittent eos gentes? Num sacrificabunt, & complebunt in vna die?
Nunquid ædificare poterunt lapides de aceruis pulueris, qui combusti sunt? Sed &
Tobias Ammonites proximus eius, ait: Aedificent. Si ascenderit vulpes, transfiliet mu-
rum eorum lapideum. Audi deus noster, quia facti sumus despectui. Conuerte op-
probrium super caput eorum, & da eos in despectionem in terra captiuitatis. Ne ope-
rias iniquitatem eorum, & peccatum eorum coram facie tua non deleatur: quia irrise-
runt ædificantes. Itaque ædificauimus murum, & coniunximus totum vsque ad par-
tem dimidiam: & prouocatum est cor populi ad operandum. Factum est autem cum
audiisset Sanaballath, & Tobias, & Arabes, & Ammonitæ, & Azotii, quod obducta es-
set cicatrix muri Ierusalem, & quod cœpissent interrurpta concludi: irati sunt nimis.
Et congregati sunt omnes pariter vt venirent, & pugnarent contra Ierusalem, & mo-
hrentur insidias. Et orauimus deum nostrum: & posuimus custodes super murum die
ac nocte contra eos. Dixit autem Iudas: Debilitata est fortitudo portantis, & humus
nimia est, & nos non poterimus ædificare murum. Et dixerunt hostes nostri: Nesciatis,
& ignoratis, donec veniamus in medium eorum: & interficiamus eos, & cessare facia-
mus opus. Factum est autem venientibus Iudæis, qui habitabant iuxta eos, & dicen-
tibus nobis per decem vices, ex omnibus locis quibus venerant ad nos, statui in lo-
co post murum per circuitum, populum in ordinem cum gladiis suis & lanceis &
arcibus. Et Perspexi atque surrexi: & aio ad optimates & Magistratus, & ad reliquam
partem vulgi: Nolite timere à facie eorum, Domini magni & terribilis memento te,
& pugnate pro fratribus vestris, filiis vestris, & filiabus vestris, & vxoribus vestris, &
domibus

domibus vestris. Factum est autem cum audissent inimici nostri, nunciatum esse nobis: dissipauit deus consilium eorum. ^dEt reuersi sumus omnes ad muros, vnusquisque ad opus suum. Et factum est à die illa, media pars iuuenum eorum faciebat opus, & media parata erat ad bellum, & lanceæ, & scuta, & arcus, & lorice: & principes post eos in omni domo Iuda ædificantium muros, & portantium onera & imponentium, vna manu sua faciebat opus, & altera tenebat gladium. ^eÆdificantium enim vnusquisque gladio erat accinctus renes. Et ædificabant, & clangebant buccina iuxta me. Et dixi ad optimates, & ad Magistratus, & ad reliquam partem vulgi: Opus græde est & latum, & nos separati sumus in muro procul alter ab altero. In loco quocunque audieritis clangorem tube: illuc concurrite ad nos. Deus noster pugnabit pro nobis: & nos ipsi faciamus opus. Et media pars nostrum teneat lanceas, ab ascensu auroræ, donec egrediantur astra. In tempore quoque illo dixi populo: Vnusquisque cum puero suo ^fmancat in medio Ierusalem, & sint vobis ^gvices per noctem & diem ad operandum. Ego autem & fratres mei, & pueri mei & custodes, qui erant post me, non deponebamus vestimenta nostra: vnusquisque tantum nudabatur ad baptismum.

Nehemias tempore famis vsuras prohibet, sua indigentibus liberè largiens.

V.

ET factus est clamor populi & vxorum eius magnus, aduersus fratres suos Iudæos: Et erant qui dicerent: ^aFilij nostri & filie nostræ multæ sunt nimis. Accipiamus—pro pretio eorū frumentum: & comedamus & viuamus. Et erant qui dicerent: Agros nostros & vineas & domos nostras ^bopponamus: & accipiamus frumentum in fame. Et alij dicebant: ^bMutuo sumamus pecunias in tributa Regis, demusque agros nostros & vineas. Et nunc sicut carnes fratrum nostrorum sic carnes nostræ sunt: & sicut filij eorum, ita & filij nostri. Ecce nos subiugamus filios nostros & filias nostras in seruitutem: & de filiabus nostris sunt famule, nec habemus vnde possint redimi, & agros nostros & vineas nostras alij possidēt. Et iratus sum nimis, cum audissem clamorem eorum secundū verba hæc. ^cCogitauitque cor meū mecum. Et increpui optimates & Magistratus, & dixi eis: ^dVsuræ sine singuli à fratribus vestris exigitis? Et congregaui aduersum eos concionē magnam, & dixi eis: Nos—vt scitis] redemimus fratres nostros Iudæos, qui venditi fuerant gentibus secundum possibilitatem nostram: & vos igitur venditis fratres nostros, & redimemus eos? Et siluerunt, nec inuenerunt quid responderent. Dixique ad eos: Non est bona res, quam facitis. Quare non ^e in timore dei nostri ambulatis, ne exprobretur nobis à gentibus inimicis nostris? Et ego & fratres mei & pueri mei, commendauimus plurimis pecuniam & frumentum. Non repetamus in commune istud. —Aes alienum concedamus, quod debetur nobis.] Reddite ^e eis hodie agros suos, & vineas suas, & oliuetas suas & domos suas. ^fQuin potius & centesimam pecuniæ, frumenti, vini, & olei, quam exigere soletis ab eis, date pro illis. Et dixerunt: ^gReddemus, & ab eis nihil quæremus sicque faciemus vt loqueris. Et vocaui sacerdotes, & adiuraui eos vt facerent iuxta quod dixeram. Insuper excussi sinum meum, & dixi: Sic excutiat deus omnem virū qui non compleuerit verbum istud, de domo sua & de laboribus suis. Sic excutiat, & vacuus fiat. Et dixit vniuersa multitudo. Amen. Et laudauerūt deum. Fecit ergo populus sicut erat dictum: ^hA die autem illa qua præceperat Rex mihi, vt essem dux in terra Iuda, ab anno vicesimo vsque ad annum tricesimum secundum Artaxerxis Regis per annos duodecim, ego & fratres mei annonas quæ ducibus debebantur, non comedimus. ⁱDuces autem primi qui fuerunt ante me, grauauerunt populum, & acceperunt ab eis in panē, & vino, & pecunia, quotidie siclos quadraginta. Sed & ministri eorum ^jdeprefferant populum.] Ego autem non feci ita propter timorem dei. ^kQuin potius in opere muri ædificaui: & agrum non emi: & omnes pueri mei congregati ad opus erant. ^lIudæi quoque & magistratus cētumquinquaginta viri, & qui veniebant ad nos de gentibus, quæ in circuitu nostro sunt, in mensa mea erant. Parabatur autē mihi per dies singulos bos vnus, arietes sex electi, exceptis volatilibus, & inter

^dReuersi sumus ad muros adificandos destructo consilio Samaritanorum. Ex quo patet quod timore eorum opus ceptū intermisserunt, vt melius ab eis se defenderet. De Lyra, ibidem.]

^eAduerte quod cum David & Salomon hanc ciuitatem primò ædificarent, nil de armatis structoribus vel aduersariis impugnantibus refertur: verū destructa ob scelera eorum ciuitas maiore labore ac industria indiget vt restauraretur. Quia & talis est ædificatio spiritalis, quæ in cuiusdam salute quæritur. Beda ibidem.]

^fNon est per hoc intelligendum quod operarentur de nocte: quia hoc non possit bene fieri, vt patet ex dictis, sed alij per vices erant ordinati ad vigilandum de nocte pro custodia ciuitatis, qui iratibus hostibus possent alios excitare. De Lyra ibidem.]

^gIn custodiam.]

^aIsta famis, naturalis quidam morbus est, quia natura nobis facta est pœna ex vindicta. Primo huiusmodi quod erat pœna, natura nobis est vnde dicit Apostolus fuimus & nos natum filij iræ, sicut & ceteri. Natura filij iræ, id est portans, vindictam Augu. Mal. 37.]

^bNos &.

^cOppigneremus. ^bDesiderabat populus mortem constituere ciuitatis, sed famis magnitudine pressus ab opere sicto præpellebatur. Quæ videlicet famem non solum frugū penuria, sed & principum auaritia fecerat, cum à populo maiora quam exolvere possent, tributa exigebat: quod apud nos quotidie fieri videtur. Beda ibi dem.]

^dQuisque consilium intra me. ^eVt subreperit tenuere cor rationem meam rationabilē. De Lyra, ibidem.]

^fPostquā venditi fuerunt nobis.

^gTimor beatitudinis particeps est his, qui in dei viis ambulat, & metunt ne quid de bono quo beatificatur, amittant, spe gaudentes, & in retributione patientes. Prosper in Psal. 127.]

^hQuisio.

ⁱBoni patres qui statuerunt pignora debitorum esse reddenda: boni etiā feneratores qui responderunt, quod & pignora redderent, & pecuniam non requirerent quæ dedissent. Ambr. de Tobia cap. 20.]

^lIpse autem Nehemias nocte circumiens ciuitatem, minime aut operibus, aut somno aut cibo fatigabatur: nihil autem horum inuenerat, sed sub necessitate uebatur. Quos labores sustinuit per 12. annos, & menses quatuor. Nam tanto tempore Ierolymorum muri sunt perfecti. Ioseph. lib. 11. ca. 5. Antiquit. Iudaic.]

^mDominari sunt populo.

ⁿAliqui de Iudæis quibus debebantur expensæ à populo ratione communis status vel officij: & similiter gentes qui erant ad custodiam terræ, quibus populus debebat de expensis pro uideri. De Lyra.]

dies decem vina diuersa: & alia multa tribuebam. Insuper & annonas ducatus mei nõ quæsiui, valde enim erat attenuatus populus. † Memento mei deus meus in bonum, secundum omnia quæ feci populo huic.

† Infra, 13. d.

Sanaballath cum sociis Iudæos insidiosis literis ad fœdus incitans, ac aedificationem impedire tentans, non terret Nehemiam. VI.

^a Post impedimenta hostium & famis, sequitur tertium impedimentum, quo principes trās flumen, qui in iudebant ei, corruerunt muneribus quosdam seniorum qui erant in Ierusalem, ve eū morti traderet. Quod cum nequiter, variis eum terrebant rumoribus, vt sic ab opere cessarent, dicentes: Multi conuauerunt aduersum te: vade, & abscondere ab eis. Rursūque aiebant: Delatum est ad Regē quod velis rebellare, & facere te Regem in Iudæa. Noli exasperare dominum tuum. Cūque multā confugerent in hunc modum, nõ preualuerit, quia manus domini erat cum eo. Comest. cap. 7. in historia Iudic.

* Opus.

* Apertam.

[b. Fama communi divulgata est, istud erat scriptum in littera sibi missa, & ea quæ sequuntur. Vnde iste Gozen qui erat de principalibus inter gentiles hæc scripta habuit in epistola sua. De Lyra ibidem.]

[c. Pulsatus insidiis hostiū Nehemias domum Samaia quasi amici & fratris ingreditur, sed ipsum insidiatorem & hostem inuenit tanquā externorū domus & amicitia corruptum. Sēper enim electi habet foris pugnas, intrus timores, nec solunt Apostoli, sed & prophete periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis ex fallis fratribus, suspicam vitam agebant. Glosa ordinaria.]

1. Conforta.

2. d. Qui erat sequstratus, vel clausus, hoc est clausus erat in gens se spiritum dei habere.

3. Conueniamus in domum.

4. Prophetiam loquutus esset super me.

e. Elul iuxta antiquos Hebræos sexus mēsis erat, nostro respondens Augusto: iuxta verò recentiores annum 4 Septembris incipientes, duo decimus est.

f. Faustrum Tobie Iudæo, sed apostate, qui magis gentibus quam populo suo fauebat.

j. Atah.



^a Actum est autem cū audisset Sanaballath & Tobias, & Gosen Arabs, & ceteri inimici nostri, quod aedificassem ego murum, & non esset in ipso residua interruptio: (vsque ad tempus autem illud valuas non posueram in portis,) miserūt Sanaballath, & Gosen Arabs ad me, dicētes: Veni & percutiamus fœdus pariter in viculis in campo Ono. Ipsi autem cogitabant vt facerent mihi malum. Mihi ergo ad eos nuntios, dicens: Opus grande ego facio: & nõ possum descendere, ne fortē negligatur * cū venero & descendero ad vos. Miserunt autem ad me secundum verbum hoc per quatuor vices, & respondi eis iuxta sermonē priorem. † Et misit ad me Sanaballath iuxta verbum prius quinta vice puerum suum, & epistolam habebat * in manu sua, scriptam hoc modo: ^b In gentibus auditum est, & Gosen dixit, quod tu & Iudæi cogitatis rebellare, & propterea aedifices murum: & leuare te velis super eos Regem: propter quam causam & Prophetas posueris qui prædicent de te in Ierusalem, dicentes: Rex in Iudæa est. Auditurus est Rex verba hæc. Idcirco nunc veni, vt ineamus consilium pariter. Et misi ad eos, dicens: Non est factum secundum verba hæc, quæ tu loqueris: De corde enim tuo tu componis hæc. Omnes enim hi terrebant nos, cogitantes quod cessarent manus nostræ ab opere, & quiesceremus. Quam ob causam magis cōfortaui] manus meas. † Et ingressus sum domum ^c Samaia, filij Dalaia, filij Metabehel ^d & secretò.] Qui ait: ^e Tractemus nobiscum in domo] dei in medio templi, & claudamus portas aedis: quia venturi sunt vt interficiant te, & nocte venturi sunt ad occidendum te. Et dixi: Num quisquam similis mei fuit? Et quis vt ego ingredietur templum, & viuet? Non ingrediar. Et intellexi quod deus non misisset eū, sed quasi ^f vaticinans locutus esset ad me,] & Tobias & Sanaballath conduxissent eum: acceperat enim pretium, vt territus facerem, & peccarem, & haberent malum quod exprobrarent mihi. Memento mei domine pro Tobia & Sanaballath, iuxta opera eorum talia: sed & Noadiae Prophete & ceterorum Prophetarū, qui terrebant me. † Completus est autem murus vicesimo quinto die mensis ^e Elul, ^d quinquagintaduobus diebus. Factum est ergo cū audissent omnes inimici nostri, vt timerent vniuersæ gentes, quæ erant in circuitu nostro, & conciderent intra semetipso, & scirent quod à domino factum est opus hoc. Sedet in diebus illis multæ ^f optimatum Iudæorū epistolæ mittebantur ad Tobiam: & à Tobia veniebant ad eos. Multi enim erant in Iudæa, habentes iuramentum eius, quia gener erat Secheniæ filij Iorei: & Iohannam filius eius acceperat filiam Mosollam filie Barachia. Sed & laudabant eum coram me: verba mea nuntiabāt ei. Et Tobias mittebat epistolas, vt terreret me.

† Sup. 13. d.

Consummatum dedicauerunt templum, & azymorum festum celebrauerunt. VII.

^a Postquam muri perfectionē acceperunt, Nehemias & reliqua multitudo sacrificauerunt deo pro eorum aedificatione, ac per octo dies sunt epulati. Gentes autem quæ Syriam habitabant, audientes perfectionem murorum constructionem, grauitate angēbatur. Nehemias autē in ciuitate videns paucos homines habitare, rogauit sacerdotes & Leuitas, vt vicis relinquentes ad ciuitatē migrarent, & in ea manerent, fabricas eorum domicilia propriis expensis. Ioseph. 11. 1.

1. Genealogia.



^a Postquam autem aedificatus est murus, & posui valuas, & recensui ianitores & cantores & Leuitas, præcepi Aneni fratri meo & Annie Principi domus de Ierusalem (ipse enim quasi] vir verax & timens deum plus ceteris videbatur.) Et dixi eis: Non apperiantur portæ Ierusalem vsque ad calorem solis. Cūque adhuc assisterent, clausæ portæ sunt & oppilate. Et posui custodes de habitatoribus Ierusalem singulos per vices suas: & vnum quemque contra domum suā. Ciuitas autem erat lata nimis & grandis, & populus paruus in medio eius: & non erant domus aedificatæ. † Deus autem dedit in corde meo: & congregaui optimates, & magistratus, & vulgus, vt recenserem eos. † Et inueni librum ^b census] eorum ^b qui ascenderant primum: & inuentum est scriptum in eo. Isti filij prouinciæ, qui ascenderunt

An. ante Christi. Anni mundi 3472. An. 12. Post Nehemiam aduentum ciuitatis Ierusalem ex integro in flaurata est. Eccl. 4. 9. d.

† 1. Eccl. 11.

derunt de captiuitate migrantium, quos transtulerat Nabuchodonosor Rex Babylo-
nis, & reuersi sunt in Ierusalem & in Iudeam, vnusquisque in ciuitatem suam: ^b qui ve-
nerant cum Zorobabel, Iosue, Nehemias, Azarias, Raamias, Naamin, Mardocheus,
Belsar, Mespharat, Beggoai, Naum, Baana. Numerus virorum populi israel. Filij Pha-
ros, duo milia centum septuagintaduo. Filij Saphacia, trecentisepuagintaduo. Filij
Area, sexcentiquinquagintaduo. Filij Phetmoab filiorum Iosue & Ioab, duo milia
c octingentidecem & octo. Filij Helam, mille ducentiquinquagintaquatuor. ^d Filij Ze-
thua, octingenti quadragintaquinque. Filij Zachai, septingentissexaginta. Filij Bennui,
sexcentiquadraginta octo. Filij Bebai, sexcentiugintiocto. Filij Azgad, duo milia tre-
centiugintiduo. Filij Adonicam, sexcentissexaginta septem. Filij Beguai, duo milia sex-
aginta septem. Filij Adin, sexcentiquinquaginta quinque. Filij Ather filij Ezechie, no-
naginta octo. Filij Afem, trecentiugintiocto. Filij Besei, trecentiugintiquatuor. Filij
Areph, centuoduodecim. Filij ^d Gaboon, nonagintaquinque. Filij Betlehé, & Nethupha,
centu octoginta octo. Viri Anathot, centuugintiocto. Viri Bethamoth, quadraginta-
d. duo. Viri Cariathiarim, Cephira & Beroth, septingenti quadragintatres. ^e Viri Ra-
ma & Nebo, sexcentiugintiuus. Viri Machmas, centumugintiduo. Viri Bethel &
Chai, centumugintitres. Viri Nebo alterius, quinquagintaduo. Viri Helam alterius,
mille ducentiquinquaginta quatuor. Filij Arem, trecentiuginti. Filij Iericho, trecenti-
quadragintaquinque. Filij Lodadin & Ono, septingentiugintiuus. Filij Senaa, tria
milia nongentitriginta. ^f Sacerdotes: Filij Idai in domo Iesua, nongentisepuaginta-
septem. Filij Emmer, mille quinquagintaduo. Filij Phefur, mille ducentiquadraginta-
septem. Filij Arem, mille decem & septem. ^g Leuite: Filij Iesue & Cedmihel, filiorum
Oduie, septuagintaquatuor. ^h Cantores: Filij Asaph, centumquadraginta octo. ⁱ Iani-
tores: Filij Sellum, filij Ather, filij Thelmon, filij Accub, filij Athita, filij Sobai, cen-
t. tum triginta octo. ^k Nathinnæi: Filij Soa, filij Asupha, filij Thebaoth, filij Ceros, filij
Siaa, filij Phadon, filij Lebana, filij Azaba: filij Selmon, filij Anan, filij Gedded, filij Gaer,
filij Raahia, filij Rafin, filij Nechoda, filij Iezem, filij Asa filii Phasea, filij Befai, filii
Munim, filii Nephufim, filii Bechue, filii Acupha, filii Azur, filii Besluth, filii Maida,
filii Arsa, filii Berchos, filii Zizara, filii Thema filii Nafia, filii Atupha, ^k filii seruorum
Salomonis, filii Sothái filii Sophérech, filii Pheruda, filii Iahala, filii Darcon, filii Ge-
del, filii Saphata, & filii Achil filii Focereth qui erat ortus ex Asbaim filio Ammon. Om-
nes Nathinnæi, & filii seruorum Salomonis trecentinonagintaduo. ^l Hi sunt autem
qui ascenderunt de Thelmala, Thelarsa, Cherub, Adon, & Emmer, & non potuerunt
indicare domum patrum suorum, & semen suum, vtrum ex Israel essent. Filii Dalaia,
filii Thobia, filii Nechoda, sexcentiquadragintaduo. ^m Et de sacerdotibus, filii Iobia,
filii Accos, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditidis vxorem, & vo-
catus est nomine eorum. Hi quaerunt scripturam suam ⁿ in censu, ^o & non inue-
nerunt, & ⁿ eieci sunt de sacerdotio. Dixitque Atherfatha eis, vt non manducarent de
sanctis sanctorum, donec staret sacerdos & doctus & eruditus. ^p Omnis multitudo
quasi vir vnus, quadragintaduo milia trecentissexaginta: absque seruis & ancillis eo-
rum, qui erant septem milia trecentitriginta septem: & inter eos cantores & cantatri-
ces ducentiquadragintaquinque. Equi eorum septingentitriginta septem, muli eorū
c ducentiquadragintaquinque: cameli eorum quadringentitrigintaquinque, asini sex
milia septingentiuginti. ^q Hucusque refertur quid in commentario scriptum fue-
rit, et in Nehemie historia textitur. ^r Nonnulli autem de Principibus familiarum de-
derunt in opus. Atherfatha dedit in thesaurum, auri drachmas mille, ^s phialas ^t quin-
quaginta: tunicas sacerdotales quingentas triginta. Et de Principibus familiarum de-
derunt in thesaurum operis, auri drachmas viginti milia, & argenti minas duo mi-
lia ducentas. Et quod dedit reliquus populus auri drachmas viginti milia, & argenti
minas duo milia, & tunicas sacerdotales sexaginta septem. Habitauerunt autem sacer-
dotes & Leuitæ & ianitores, & cantores, & reliquum vulgus, & Nathinnæi, & omnis
Israel in ciuitatibus suis.

^b Hæc virorum primatum no-
mina qui populum sub Cyro
duce Zorobabel reduxerunt Ie-
rosolymam, paulo diuersius le-
guntur. Eisd. 2. Eadem tamē
iunt.

^c Descripta ciuitatis clausura
hic cōsequenter describitur po-
puli summa. Quod fecit Nehemias
ex inspiratione diuina, vt
videretur qui habitaturi essent in
Ierusalē, & qui extra. Et de ha-
bitantibus in Ierusalem qui &
qualiter deberet edificare muros
interiores & domos ad ha-
bitandum: & ista numeratio po-
puli habetur supra i. Eisd. 2. ita
quod hic & ibi est idem nume-
rus totius multitudinis, licet in
aliquibus varietur secundum
partes, & secundum nomina nu-
meratorum: quod factum est,
quia plures eorum erant bino-
mij, & hic nominantur vno
nomine, & ibi alio. Et ideo ex-
ponitur litera sicut ibi fuit ex-
posita. De Lira ibidem.]

^d Omnes hæc ciuitates vt pluri-
mum sunt foris Iudæ vel Ben-
iamin. Vnde constat hos qui re-
dierunt, tribus fuisse vel Iudæ
vel Bëiamin, præter sacerdotes
& Leuitas, qui inter eos mixti
erant.

^e Sacerdotes sextum gradum
tenent in ecclesia, qui & presby-
teri, id est, seniores dicuntur, qui
præsent ecclesie dei, & eius sa-
cramenta conficiunt. Hierony.
de septem gradibus ecclesie.
^f Leuitæ quantum gradum tenent,
& hi diaconi dicuntur, quo-
rum fors deus est. Idem ibid.
^g Cantores, qui & lectores di-
cuntur, tertium gradum in ec-
clesia tenent, quorum est mu-
nus prophetias populo exponere
Idem vbi prius.

^h Ianitores, qui & ostiarii, por-
tis Ierusalem præerant, succes-
sores eorū portis præerant, qui
secundum gradum in ecclesia
obtinent. Idem.

ⁱ Nathinnæi, qui & subdiaconi
quartum ecclesie gradum tenent
in humilitate domino seruientes.
Idem.

^k Filij seruorum Salomonis di-
cebantur authores templi, qui
curam habebant ad sartatecta
resicienda, aut quæcumque iussit
vexata per eos deus de sacra
pecunia restaurarentur. Beda.

^l Hic ponitur numerus profes-
sorum, et licet profelyti pro-
prie loquendo dicantur qui de
gentilitate conuersi sunt ad Iu-
daismum, tamen hic large di-
cuntur profelyti, qui non potue-
runt sufficere indicare cer-
titudinem suæ genealogiæ: &
ideo dubium erat de aliquibus
eorum vtrum essent de filiis Is-
rael à principio vel non, tamen
non fuerunt eieci à populo Is-
rael, quia fides non negabatur
gentilibus volentibus conuerti.
De Lira in 2. cap. i. Eisd. 2.
2. m. Et lineam generationis,
(scilicet, qua eorum genealo-
gia recenseretur.

^m In Eadem cautela filij rranfmi
grationis erga sacerdotes, quæ
erga populum. Curabant enim
vt distinctè pateficeret qui verè
ad populum Israel vel ad genus
sacerdotale pertineret, qui aut
suspecti sunt certa profelytari-
id est, aduenarum essent. Hæc
procreati. Sacerdotes ergo sus-
pectos ab altaris mouerunt of-
ficio vsque dum certius eorum
origo claresceret, sed tamen in
societate transmigrationum vna-
nimi se cum pace seruauerunt.
Beda. i. Eisd. 2.]

ⁿ Consurgeret sacerdos portæ
Vrim & Thummin.

^o Pelus.

Esdras cum plurimis ascendens a Babylone, legem dei explicat, & populum ad penitentiam commonefacit. VIII.

a. Notanda est populi detotio simul & cœcordia, qui quasi vir vnus, hoc est, vna eadēque fide & dilectione ad tēpium domini conuenit. Rogaturque pōtiffem suū, vt allato libro mandaret sibi legis, quæ agere deberent explicaret: vt eum ciuitate edificata operis quoque placiri deo structura confurgeret ne fieret antea p negligentia religio nis ciuitatis enani ruina sequeretur. Beda ibid.

a. Aufcultantium. b. Stetit ergo Esdras super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum iuxta portam aquarum, id est portam acrij, locus quam erant iuxta, & legit de mane vsque ad medium diem. Leuita vero duodecim silentij faciebāt in populo. Flebat autē omnis populus, & dixit ad eos Esdras: Nolite contristari, quia sanctus dies domini est: sed ite, comedite pingua, & bibite mulsum, & date partes eis qui non preparauerunt sibi. Comestor cap. 9. in historia Iudith. 2. Magno.

j. Intelligere faciebant populi. c. Nō est per hoc intelligendū quōd isti omnes simul loquerentur, quia est magis confusio intellectus audientū quam instructio nisi forsan in diuersis locis, & diuersis partibus populi sic loquerentur quod vnus nō impediret alterum: quod tamen nō videtur verum: quia in principio huius capituli dicitur. Congregatus est omnis populus quasi vir vnus ad plateam quæ est ante portam aquarum. Ex quo videtur quōd totus populus cōgregatus erat in loco vno. Solutus igitur Esdras legem legebat, & obscura decla rabat. De Lyra. j.

d. Erat olim hoc festum veneta bile, cū iuxta legē fieret, de quo iustū, nunc autem non amplius, eō quōd tota illius dignitas sublata est, eō quōd contra dei mentem celebratur. Chrysostomus aduersus Iudæos, oratione quarta.

e. Quantum licet sensus patet, ipsa quidem scenopegia septem diebus agi solebat, id est a quinta ad decimam die septimi mensis lunæ, vsque ad vicesimam primā. Deidē octauo die. i. 22 die eiusdē mēsis collecta po iuli deno agebatur maiori festiuitate insignis, vt scriptum est Leuiti ci. 23. Beda ibidem.

f. Quia audierat in lege: Ammonites & Moabites non intrabūt ecclesiam dei, separauerunt ab ecclesia alienigenas: & in murationem suam stauerunt in castinum generale ieiunium, vt affligerent animas suas homines & iumenta vsque ad pueros septem dies, & conuenerunt octidie ad audiendam legem, quater in die, & quater in nocte. Lectio terminata prosternebatur populus ad orandū, & fiebant preces super eum: & tēdē benedictio sacerdotis. Et ex his vt dicit Beda, ecclesia tra xit exemplum. Comestor. cap. 9. in hist. Iudith. * In gradu suo.

B† Venerat mensis septimus sub Esdra & Nehemia: Filij autē israel erant in ciuitatibus suis. * Congregatusque omnis populus quasi vir vnus ad plateam, quæ est ante portam aquarum, & dixerunt Esdræ Scribæ, vt afferret librū legis Moyfi quam præceperat dominus Israeli. Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine virorum & mulierum, cunctisque qui poterant intelligere, in die prima mensis septimi. Et legit in eo aperte, in platea quæ arat ante portam aquarum, de mane vsque ad mediam diem, in conspectu virorum, & mulierum, & sapientium. † Et aures omnis populi erant erectæ ad librum. † Stetit autem Esdras Scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum, & steterunt iuxta eum Mathathia, & Semeia & Ania, & Vria, & Elchia, & Maasia ad dextram eius: † Et ad sinistram, Phadaia, Misahel, & Melchia, & Asum, & Asephdana, Zacharia, & Mossollam. Et aperuit Esdras librum coram omni populo. Super vniuersum quippe populum eminebat. Et cum aperuisset eum stetit omnis populus. Et benedixit Esdras domino deo voce magna. † Et respondit omnis populus, amen, amen, eleuans manus suas. Et incuruati sunt, & adorauerunt deum proni in terram. Porrō Iosue, & Baani, & Serabia, Iamin, Accub, Septhái, Odia, Maasia, Celita, Azarias, Iozabed, Anani, Phalasia, Leuitæ silentium faciebant in populo. † ad audiendam legem. Populus autem stabat in gradu suo, & legerunt in libro legis dei distinctè, & aperte, ad intelligendum, & intellexerunt cum legeretur. Dixit autem Nehemias, (ipse est Atherathsath) & Esdras sacerdos & Scriba, & Leuitæ interpretantes vniuerso populo: † Dies sanctificatus est domino deo nostro. Nolite lugere, & nolite flere. † Flebat enim omnis populus, cū audiret verba legis, & dixit eis, Ite, comedite pingua, & bibite mulsum, & mittite partes eis, qui non preparauerunt sibi, quia sanctus dies domini est, & nolite contristari. Gaudium etenim domini est fortitudo nostra. Leuitæ autem silentium faciebant in omni populo, dicentes: Tacete, quia dies sanctus est, & nolite dolere. Abiit itaque omnis populus, vt comederet, & biberet, & mitteret partes, & faceret lætitiā magnā, quia intellexerant verba quæ docuerat eos. Et in die secundo congregati sunt Principes familiarum vniuersi populi, sacerdotes, & Leuitæ ad Esdras Scribam, vt interpretaretur eis verba legis. † Et inuenerunt scriptum in lege, præcepisse dominum in manu Moyfi, vt habitent filij Israel in tabernaculis in die solenni mēsis septimi, & vt prædicent & diuulgent vocem in vniuersis vrribus suis, & in Ierusalem, dicentes. † Egre dimini in montē, & afferte frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi, frōdes myrti, & ramos palmarū, & frondes ligni nemorosi, vt fiant tabernacula sicut scriptum est. Et egressus est populus & attulerunt, feceruntque sibi tabernacula, vnusquisque in domo suo, & in atrijs suis, & in atrijs domus dei, & in platea portæ aquarū, & in platea portæ Ephraim. † Fecit ergo vniuersa Ecclesia eorum, qui redierant de captiuitate, tabernacula, & habitauerunt in tabernaculis: Non enim fecerant a diebus Iosue filii Nun, taliter filij Israel, vsque ad diem illum: Et fuit lætitia magna nimis. Legit autem in libro legis dei per dies singulos, a die primo vsque ad diem nouissimum: & fecerūt solennitatem septem diebus, & in die octauo collectam, iuxta ritum.

Alienigenis expulsis vxoribus & filiis, enarrat Esdras dei beneficia, principum scelera, & cum domino fœdus ineunt. IX.

N† In die autem vicesimoquarto mensis huius, conuenerunt filij Israel in ieiunio, & in sacco, & humus super eos. Et separatim est semen filiorum Israel ab omni filio alienigena, & steterunt & confitebantur peccata sua, & iniquitates patrum suorum. Et confurrexerunt ad standum, * & legerunt in volumine legis domini dei sui quater in die, & quater in nocte confitebantur, & adorabant dominum deum suum. Surrexerunt autem super gradum Leuitarum

Ios. 11. 5. † Esdr. 3. 1. Esdr. 9. 4.

† Esdr. 9. 4.

† Leuit. 23. 6.

Ios. 11. 6. † Esdr. 9. 4.

rum Iosue & Bani, & Cedmihel, Remni, Sabnia, Abani, Sarebias, Bani, Chanani, ^b & clamauerunt magna voce ad dominum deum suum. Et dixerunt Leuitae, Iosue, & Chedmihel, Bonni, Afebia, Serebia, Arebia, Odaia, Sebna, Phataia: Surgite, benedicite domino deo nostro, ab aeterno usque in aeternum. Et benedicant nomini gloriae tuae excelso in omni benedictione & laude. — Et dixit Esdras:] Tu ipse domine solus, tu fecisti caelum & caelum caelorum & omnem exercitum eorum, terram & vniuersa quae in ea sunt, maria & omnia quae in eis sunt. ^c Et tu viuificas omnia haec: & exercitus caeli te adorant. ^d Tu ipse domine deus, qui elegisti Abram, & eduxisti eum de igne Chaldaeorum: & ^e posuisti nomen eius Abraham, & inuenisti cor eius fidele coram te, & percussisti cum eo foedus, ut dares ei terram Chanaan, Hethaei, Heuaei, & Amorrhaei, & Pherezaei, & Iebusaei, & Gergesaei, ut dares semini eius: & implesti verba tua, quoniam iustus es: & ^f vidisti afflictionem patrum nostrorum in Aegypto, clamoremque eorum audisti super mare rubrum: & dedisti signa & portenta in Pharaone, & in vniuersis seruis eius, & in omni populo terrae illius: Cognouisti enim quia superbe egerant contra eos, & fecisti tibi nomen, sicut & in hac die, & mare diuististi ante eos: & transferunt per medium maris in sicco: ^g Persecutores autem eorum proiecisti in profundum, quasi lapidem in aquas validas: & ^h in columna nubis ductor eorum fuisti per diem, & in columna ignis per noctem: ut appareret eis via, per quam ingrediebantur. ⁱ Ad montem quoque Sinai descendisti, & locutus es cum eis de caelo, & dedisti eis iudicia recta & legem veritatis, ^k ceremonias, & praecipua bona, & sabbatum sanctificatum tuum ostendisti eis, & mandata & ceremonias, & legem praecipisti eis in manu Moysi serui tui. Panem quoque de caelo dedisti eis in fame eorum, & aquam de petra eduxisti eis sitientibus, & dixisti eis, ut ingrederentur & possiderent terram, super quam leuasti manum tuam, ut traderes eis. Ipsi vero & patres nostri superbe egerunt, & indurauerunt ceruices suas, & non audierunt mandata tua, & noluerunt audire, & non sunt recordati mirabilia tuorum, quae feceras eis, & indurauerunt ceruices suas, & dederunt caput ut conuerterentur ad seruitutem suam, ^l quasi per contentionem.] Tu autem deus propitius, clemens, & misericors, longanimis, & multae miserationis, non dereliquisti eos. Et quidem cum fecissent sibi vitulum constabilem, & dixissent: ^m iste est deus tuus, qui eduxit te de Aegypto: feceruntque blasphemias magnas: tu autem in misericordiis tuis multis non dimisisti eos in deserto. ⁿ Columna nubis non recessit ab eis per diem, ut duceret eos in viam, & columna ignis per noctem, ut ostenderet eis iter, per quod ingrederentur. Et spiritum tuum bonum dedisti qui doceret eos, & manna tuum non prohibuisti ab ore eorum: & aquam dedisti eis in siti. ^o Quadraginta annis pauisti eos in deserto, nihilque eis defuit. Vestimenta eorum non inueterauerunt, & pedes eorum ^p non sunt attriti.] Er dedisti eis regna & populos, & partitus es eis fortes. Et possederunt terram Seon, & terram Regis Efebon, & terram Og Regis Basan. Et multiplicasti filios eorum sicut stellas caeli, & adduxisti eos ad terram, de qua dixeras patribus eorum, ut ingrederentur & possiderent. Et venerunt filii, & possederunt terram: & humiliasti coram eis habitatores terrae Chanaan, & dedisti eos in manu eorum, & Reges eorum, & populos terrae: ut faceret eis sicut placebat illis. ^q Ceperunt itaque vrbes munitas, & humum pinguem, & possederunt domos plenas cunctis bonis, cisternas ab eis fabricatas, vineas & oliueta, & ligna pomifera multa. Et comederunt & saturati sunt, & impinguati sunt, & abundauerunt delitiis in bonitate tua magna. Prouocauerunt autem te ad iracundiam, & recesserunt a te, & proiecerunt legem tuam post terga sua. Et prophetas tuos occiderunt, qui contestabantur eos ut reuerterentur ad te: feceruntque blasphemias grandes. Et dedisti eos in manum hostium suorum, & affixerunt eos. Et in tempore tribulationis suae clamauerunt ad te, & tu de caelo audisti, & secundum miserationes tuas multas dedisti eis saluatores, qui saluarent eos de manu hostium suorum. Cumque requieuissent, reuersi sunt ut facerent malum in conspectu tuo: & dereliquisti eos in manu inimicorum suorum, & possederunt eos. ^r Conuersi que sunt & clama-

† Gen. 11. d

† Ibid. 17. a
† Ibid. 19. a

† Exod. 13. b

† Exod. 14. g

† Ibid. 13. d

† Exod. 19. a

† Exod. 32. a

† Exod. 13. d
† Ibid. 10. 4. d

† Deut. 20. a
Exod. 16. g
Iudith. 5. c
Psal. 77. e

b. Sicut enim capite praecedenti dictum est, singulis diebus in tabernaculo audierunt legem: & sic perceperunt eam transgressos fuisse iungendo matrimonium cum alienigenis: & inde transacta die collecta qua fuit 22. dies mensis septimi, in crastino separauerunt semen filiorum Israel ab alienigenis, & 24. die ieiunauerunt in uictis facis, & aspersi capita puluere in signum vere poenitentiae & humiliationis. De Lyra. lib. de i.

1. vi.

c. Cor Aegyptiorum non dea deprauavit a recto, sed cum ipse te mali essent, & tales ut possent inuidere facibus, in odium illos Hebraeos conuertit beneficia sua qua populum suum multiplicabat, beneficiendo autem suis sed istis bona, quae malos uerent largiendo. P. Collet. Psal. 104.

d. Quando Iudaei de Aegyptiorum dominatione, & tyrannide sunt liberati, & effugientes manus Pharaonis ad crenum perreuerunt in terram Chanaan, repletam idolorum cultibus, adorationum signa & lapides, legem acceperunt, ut cum fuissent in grege, non acciperent filias eorum in matrimonio, neque conubia mutuo iungerent, neque conubia societate per societatem mutua auerterent illos a mandatis domini, & deprauarent mores eorum. Chryso. ex variis in Matth. lo. eis homil. 16.

2. Statuta.

3. Ob rebellionem suam.

e. Tu autem deus propitius & clemens ex tua bonitate eos supportasti, cum tamen essent exterminatione digni, & specialiter propter hoc quod subitur. Et quidem cum fecissent sibi vitulum constabilem in quo fecerunt blasphemias magnas, vitulum deum uenando, & ea tanquam duo immolando. De Lyra. ibi.]

4. No timuerunt.

f. Interfectiones quidem regum & gentium aduertantium populo dei, ita ut narratur, impleti sunt: sed quia propheticus est textus historiae, non carent figuris scripturae nominum qualitates ut per interpretationum significationem cognoscatur ecclesia, quorum maxime hostis caelestis saluatur. Interpretatur namque Seon tentatio colorum, & Amorrhaei interpretantur amaricantes. Cuiusque itaque tentatio colorum non sit nisi mendacium, quod ut facilius obrepat colorem sibi veritatis adsumit, quid mirum si amaricantes mendacis Regis simulatione ducuntur quoniam & ipse diabolus mendacij patet, transfiguratur se in angelum lucis, Prosper in Psal. 134. g. Qui terrena, atque humilia uotis non expetunt, sed caelestia atque sublimia, tamen lingua sileant, mente tamen ac spiritu palam clamant, & eorum clamor quam facillime peruenit ad aures dominum: unde eius exauditur, & ab omni crispatur tentatione ac miseria, vel quit ab omni aduersitate a deo liberatur, vel quia fortitudine atque constantia omnem afflictionis impetum superant: qua etiam liberatio dicitur, & iustitiam in Psal. 33.

[h. Clamauerunt ad te tempore Samuelem & liberaſti eos de manibus Philistinorum. Samuele pro eis orante, vt i. Reg. 7. Et cōteſtatus es eos vt reuerterentur ad legem tuam per Samuelem, Dauid, & ceteros prophetas. De Lyra.]

6. Non ſit parua in cōſpectu tuo omnis hæc moleſtia quæ.

k. Simile eſt quod faceret Dan. 9. Peccauimus, iniquè egimus, impiè egimus, & receſimus & declinauimus à mandatis tuis atque iudiciis. Vnde peccata populi, quia vnus è populo eſt, enumerat ex perſona ſua. Hierony ibidem.

l. Prima, ergo ſeruitutis cauſa, peccatum eſt vt homo homini cōditionis vinculo ſubderetur, quod non fit niſi deo iudicante, apud quem nõ eſt iniquitas, & nouit diuerſas penas meritis diſtribuere delinquentium. Aug. de ciuit. dei lib. 19. ca. 15. 8. Fructum eius & bona.

uerunt ad te. ^h Tu autem de cœlo exaudiſti, & liberaſti eos in miſericordiis tuis multis temporibus: & conteſtatus es eos, ut reuerterentur ad legem tuam. ⁱ Ipsi verò ſuperbè egerunt, & non audierunt mandata tua, & in iudiciis tuis peccauerunt, quæ faciet homo, & viuet in eis. Et dederunt humerum ^r recedentem, & ceruicem ſuam induerunt, nec audierunt. Et protraxiſti ſuper eos annos multos, & conteſtatus es eos in ſpiritu tuo per manum Prophetarum tuorum, & non audierunt: & tradidiſti eos in manum populorum terrarum. In miſericordiis autem tuis plurimis non feciſti eos in conſumptionem, nec dereliquiſti eos: quoniam deus miſerationum, & clemens es tu. ^t Nunc itaque deus noſter, magne, fortis, & terribilis, cuſtodiens pactum & miſericordiam: ⁶ ne auertas à facie tua omnem laborem qui inuenit nos, Reges noſtros, Principes noſtros, & ſacerdotes noſtros, & Prophetas noſtros, & patres noſtros: ^g & omnem populum tuum, à diebus Regis Aſſur vique ad diem hanc. Et tu iuſtus es in omnibus quæ venerunt ſuper nos, quia veritatem feciſti. ^k Nos autem impiè egimus. Reges noſtri, Principes noſtri, ſacerdotes noſtri, & patres noſtri non fecerunt legem tuam, & non attenderunt mandata tua & testimonia tua quæ teſtificatus es in eis. Et ipſi ⁷ in regnis ſuis bonis, & in bonitate tua multa quam dederas eis, & in terra latiſſima & pingui, quam tradideras in conſpectu eorum, non ſeruiert tibi, nec reuerſi ſunt à ſtudiis peſſimis. Ecce nos ipſi hodie ^l ſerui ſumus, & terra quã dediſti patribus noſtris, vt comederent ⁸ panem eius, & quæ bona ſunt ^j eius: & nos ipſi ſerui ſumus in ea. Et fruges eius multiplicantur Regibus, quos poſuiſti ſuper nos propter peccata noſtra, & corporibus noſtris dominantur & iumentis noſtris, ſecundum voluntatem ſuam: & in tribulatione magna ſumus. Super omnibus ergo his noſiſi percutimus ſcœdus & ſcribimus, & ſignant Principes noſtri, Leuitæ noſtri, & ſacerdotes noſtri.

†Sup. 1. b

Iurantes Hebræi ſe legem domini ſeruaturus, primitias & decimas de terris & operibus ſuis domino offerunt.

X.

a. Nehemias binomi⁹ erat: quia hic & pluribus huius libri locis Atherſatha dicitur, vt ſup. cap. 7. & 9. Esdræ. 2. eum dicitur. Dixit autem Nehemias, ipſe eſt Atherſatha: & Esdras ſcriba. Be. da. ibidem.

[b. Hic conſequenter oſtenditur quid ſacerdotes & principales populi nomine ſuo & omnium aliorum promiſerunt domino: quid primo promiſerunt obſeruationem legis generaliter, & vniuerſa mandata quantum ad moralia, & iudicia, quantum ad præcepta ceremonialia. Et ſub iſtis rebus continentur omnia legis præcepta. vt oſtenſum eſt Exod. 2. De Lyra.]

c. Et nobis ſabbatum ſpiritale ſemper agendum, ſemper à ſerui opere, hoc eſt, à peccato feriandum, ſemper vacandum, & videndum, quoniam dominus ipſe eſt deus, vt poſt tale ſabbatum liberati à peccatis conſcientiæ, peruenire poſſumus ad ſabbatum future in cœlis gloriæ. Be. da.

d. Nobis quoque ſabbatū ſpirituale agendum eſt, ſed quæritur populi terræ noſtrum prophane ſabbatum venialia inferendo in die ſanctificata. Idem.]

e. De ſuſuſi obſeruatione ſabbati, & de vindicta temporalis mortis, iam multa dicta ſunt. Si cut enim tēpore charitatis, bonitas, ſe tempore timoris ſeuertitas dei maximè commendatur. Et cum adhuc nõ oporteret an te ad ſcœdum domini nudare populo legitimarum ſacramenta figurarum, non inuitabatur ſignificata intelligere, ſed iuſta cogebantur implere. Aug. contra Adimantum Manichæum. cap. 22.



Ignatores autem fuerunt ^a Nehemias Atherſatha, filius Achelai, & Sedechias, Saraias, Azarias, Hieremias, Pheſſur, Amarias, Melchias, Hatthus, Sebenia, Melluc, Maarem, Merimuth, Obdias, Daniel, Genton, Baruch, Moſollā, Abia, Miamim, Maſia, Belga, Semeia: ^b hi ſacerdotes. Porro Leuitæ: Joſue filius Azariæ, Bennui de filiis Enadad, Cedmihel, & fratres eorum, Sechenia, Odeuia, Celita, Phalaia, Anan, Micha, Roob, Aſebia, Zacchur, Serebia, Sabania, Odia, Bani, Baninu. Capita populi: Pheros, Phethmoab, Elam, Zethu, Bani, Bonni, Azgad, Bebai, Adonia, Beggoái, Adin, Ather, Ezechia, Azur, Odeuia, Aſum, Beſai, Areph, Anathot, Nebái, Mechphia, Moſollā, Azir, Meſizabel, Sa doch, Ieddua, Phelthia, Anan, Ania, Oſec, Anania, Aſub, Aloes, Phaleam, Sobech, Reum, Aſebna, Madſia, Ethaia, Anan, Mellucharem, Baana: & reliqui de populo. ^g Sacerdotes, Leuitæ, ianitores, & cantores, Nathinnæi, ^c & omnes qui ſe ſeparauerunt de populis terrarum ad legem dei, vxores eorum, filij eorum, & filia eorum: omnes qui poterant ſapere ſpondentes pro fratribus ſuis, optimates eorum, & qui veniebant ad pollicendum & iurandum, vt ambularent in lege domini, quam dederat in manu Moyſi ſerui ſui, vt facerent & cuſtodirent vniuerſa mandata domini dei noſtri, & iudicia eius, & ceremonias eius, & vt non daremus filias noſtras populo terræ, & filias eorum non acciperemus filiis noſtris. ^d Populi quoque terræ qui important venalia, & omnia ad vſum per diem ſabbati vt vendant, non accipiemus ab eis in ^e ſabbato, & in die ſanctificato. Et dimitemus annum ſeptimum, & exactionem vniuerſæ manus. ^f Et ſtatuemus ſuper nos præcepta, vt demus tertiam partem ſicli per annum, ad opus domus dei noſtri: ad panes propoſitionis, & ad ſacrificium ſempiternum, & in holocauſtum ſempiternum, in ſabbatis, in Kalendis, in ſolennitatibus, & in ſanctificatis, & pro peccato: vt exoretur pro Iſrael, & in omnē vſum domus dei noſtri. Sortes ergo miſimus ſuper oblationem lignorum inter ſacerdotes, & Leuitas, & populum, vt inferrentur in domum

domum dei nostri, per domos patrum nostrorum, per tempora ¹ à temporibus anni usque ad annum:] vt arderent super altare domini dei nostri, sicut scriptum est in lege Moyli. Et vt afferremus ² primogenita] terræ nostræ, & primitiua vniuersi fructus omnis ligni, ab anno in annum, in domo domini: & ³ primitiua] filiorum nostrorum & pecorum nostrorum, ⁴ sicut scriptum est in lege: & primitiua bouum nostrorum, & ouium nostrorum, vt offerrentur in domo dei nostri sacerdotibus qui ministrant in domo dei nostri. Et primitias ciborum nostrorum, & libaminum nostrorum, & poma omnis ligni, vindemiæ quoque, & olei afferemus sacerdotibus ad gazophylacium dei nostri, & decimam partem terræ nostræ Leuitis. ⁵ Ipsi Leuitæ decimas accipient ex omnibus ciuitatibus operum nostrorum. Erit autem sacerdos filius Aaron cum Leuitis in decimis Leuitarum: & Leuitæ offerent decimam partem decimæ suæ in domo dei nostri, ad gazophylacium in domo thesauri: ad gazophylacium enim deportabunt filij Israel, & filij Leui primitias frumenti, & vini, & olei, & ibi erunt vasa domini sanctificata, & sacerdotes, & cantores, & ianitores, & ministri,] & non dimittemus domum dei nostri.

Incole Ierusalem & ciuitatum Iuda post instaurationem.

XI.

A Abitauerunt autem Principes populi in Ierusalem. Reliqua verò plebs misit sortem, vt tolleretur vnâ partem de decem qui habitaturi essent in Ierusalem ciuitate sancta, nouem verò partes in ciuitatibus. Benedixit autem populus omnibus viris, qui se sponte obtulerant vt habitarent in Ierusalem. ^b Hi sunt itaque principes prouinciarum, qui habitauerunt in Ierusalem & in ciuitatibus Iuda. Habitauit autem vnusquisque in possessione sua in vrbibus suis Israel, sacerdotes Leuitæ, Nathinnæi, & filij Ieruorum Salomonis, ^c & in Ierusalem habitauerunt de filiis Iuda, & de filiis Benjamin. De filiis Iuda, Athaias filius Aziam, filij Zachariæ, filij Amariæ, filij Saphatiæ, filij Malalehel. De filiis Phares: Maasia, filius Baruch, filius Coloza, filius Azia, filius Adaia, filius Ioarib, filius Zachariæ, filius Silonites. ^d Omnes hi filij Phares, qui habitauerunt in Ierusalem: quadringentissexaginta ¹ nouem] viri fortes. Hi sunt autem filij Benjamin: Sellum filius Mosollam, filius Ioed, filius Phadaia, filius Golaia, filius Masia, filius Etheel, filius Isaia. Et post eum Gabbai Sellai: nongentiuigintiocto. ² Et Ioel] filius Zechri Præpositus eorum, & Iudas filius Sennua super ciuitatem secundus. Et de sacerdotibus: Idaia filius Ioarib, Iachin, Saraia filius Helchiæ, filius Mosollam, filius Sadoch, filius Meraioth, filius Achitob: Principes domus dei, & fratres eorum facientes opera templi, octingentivigintiduo. Et Adaia filius Ieroam, filius Pheleia, filius Amfi, filius Zachariæ, filius Phefsur, filius Melchiæ: & fratres eius Principes patrum, ducentiquadragesimaduo: & Amasai, filius Azrihel, filius Azi, filius Mosollamoth, filius Emmer, & fratres eorum potentes nîmis: centumuigintiocto: & Præpositus eorum, Zabdiel filius potentium, ³ & de Leuitis, Sebenia filius Afob, filius Azaricam, filius Afabia, filius Boni, & Sabathai, & Ioazabeth, super omnia opera quæ erant forinsecus in domo dei à Principibus Leuitarum: & Mathania filius Micha, filius Zebedæi, filius Afaph, ⁴ Princeps ad laudandum, & ad confitendum in oratione:] & Becbecias secundus de fratribus eius, & Abda filius Samuha, filius Galal, filius Idithun. Omnes Leuitæ in ciuitate sancta, ducentioctoginta quatuor: & ianitores, Accub, Telmon, & fratres eorum qui custodiebant ostia, centumseptuagintaduo: & reliqui ex Israel, sacerdotes & Leuitæ in vniuersis ciuitatibus Iuda, vnusquisque in possessione sua. & Nathinnæi qui habitabant in ⁵ Ofel, & Siah, & Gaspah. ⁶ De Nathinnæis, & episcopis] Leuitarum in Ierusalem: Azzi, filius Banni, filius Afabiæ, filius Mathaniæ, filius Michæ. De filiis Afaph: cantores in ministerio domus dei. ⁷ Præceptum quippe Regis super eos erat, & ordo in cantoribus per dies singulos, & Fathaia filius Mefezebel, de filiis Zara, filij Iuda in manu regis ⁸ iuxta omne verbum populi:] & in domibus per omnes regiones eorum. De filiis Iuda habitauerunt in Cariatharbe, & ⁹ in filiabus eius:] & in Dibon, & in filiabus eius

¹. Statuta per singulos annos.

². Primitias.

³. Agricultorum plebem decimas in vrbem conferre iussit, vt esset vnde sacerdotes ac Leuitæ viverent, nec auocarentur à diuino cultu ac ceremoniis: quod quidem illi peribenter fecerunt, & hoc pacto factum est vt vrbis magis frequentaretur in posterum. Ioseph. lib. xi. cap. 5.

⁴. Primogenita & infusa.

⁵. Decima pars terræ dabitur Leuitis ad eorum sustentationem. Tamen isti Leuitæ de istis decimis à populo receptis dabant partem decimam summo sacerdoti. Ideo subditur, & Leuitæ offerent decimam partem decimæ. De Lyra. ibid.]

^a. Porro Nehemia: videns vrbem fere vacuum factâ habitantibus, rogauit optimates vt habitarent in Ierusalē: & benedixit eis qui se sponte obtulerunt. Reliqua vero multitudo misit sortem, & decimum caput fecit habitare in Ierusalē. Comest. in historia Iudith. cap. 10.

^b. Nunc completa est dispositio, quæ mox facta ciuitate erat inchoata, sed vsque ad hoc tempus nequibat cõsummari, priusquam recensito populi numero, & expletis solenni septimi mensis, qui videlicet in ipsa sancta ciuitate, qui & in alijs vrbibus habitare deberent: Boda. ibidem.

^c. Notandum iuxta fidem sacre historie, quia non alij erant qui in Ierusalē habitare dicuntur, quam de tribu Iuda & Benjamin, & Leuitæ: qui vero de decem tribubus redierunt, in vrbibus quique suis habitauerunt in quibus etiam sacerdotes & Leuitæ decetam sibi ex lege portionem tenebant. Tribus namque Benjamin in Ierusalē antiquitus manebat: quoniam huic ciuitati illa forte prouenit. Tribus autem Iuda illuc inuenit à reprobis David, et eam totius Israelitici populi & regni metropolim fecit. Quibus & Leui tribus addita est, ex quo ibidem arca testamenti introducta est, & altare ac templum dei ibidem constructum est. Boda. ibidem.

¹. Ocho.

². Ioel.

³. De Leuitis simplicibus, qui ministrabant sacerdotibus, Sebenia. Et Ioazabeth super omnia opera, quæ erant forinsecus in domo Dei, quia de his quæ erant intra templum intro mittebant se sacerdotes. A principibus enim Leuitarum fuit isto Ioazabeth ad prædicta destinatus. De Lyra. ibidem.]

⁴. Erant constituti super Nathinnæos. Et præpositus.

⁵. In omni causa populi.

⁶. In viculis eius, & infra.

C

[Hic incipit versus secundum Hebraeos, ubi sic habetur, & in villis campestribus de filiis Iuda ubi ostenditur ubi inhabitauerunt filij Iuda. De Lyra, ibidem.]
f. Bersabee ad australem plagam terminus erat tribus Iudae: villis autem filiorum Ennon ad aquilonem iuxta Ierusalem, versus tamen orientem. Idem. 7. A Geba.

& in Capseel, & in viculis eius, & in Iesue, & in Molada, & in Bethfaleth, & in Aferfual, & in Bersabee, & in filiabus eius, & in Siceleg, & in Mochona, & in filiabus eius: & in Remmon, & in Sara, & in Ierimuth, Zonóa, Odollam, & in villis earum: Lachis, & in regionibus eius: Azecha, & in filiabus eius: & manserunt in Bersabee usque ad vallem Ennon. Filij autem Benjamin, Ageba, Mechmas, & Hai, & Bethel, & filiabus eius: Anathor, Nob, Anania, Asor, Rama, Gethai, Madid, Seboim, Neballath, & Ono valle artificum, & de Leuitis, portiones Iudae & Benjamin.

Sacerdotum & Leuitarum nomina & officia, atque custodum thesaurorum. XII.

a. Hic principes sacerdotum una cum fratribus suis, id est minoribus sacerdotibus, ac Leuitae describuntur, qui cum Zorobabele & Iosue filio Iosedech de captiuitate Babylonis ascenderunt. Beda ibidem.
[b. Hic principes, i. principales sacerdotum, sed fratres eorum minus principales erant, ideo sub nomine communi exprimitur. Et eodem modo dicitur de Leuitis, & eorum fratres, qui fuerunt tempore Iosue, de quibus subditur. Porro Iosue &c. a quo describitur Genealogia sumorum pontificum. Iosue usque ad Iadudon qui fuit summus sacerdos tempore Alexandri magni. De Lyra, ibidem.]
* Qui erat.
i. Capita patrum.

I sunt autem sacerdotes & Leuitae, qui ascenderunt cum Zorobabel filio Salathiel, & Iosue: Saraia, Ieremias, Esdras, Amaria, Melluch, Hatthus, Sechenias, Reum, Merimuth, Addo, Genthon, Abia, Miamin, Madia, Belgag, Semeia, & Ioarib, & Idaia, Sellum, Amoth, Elceia, Adaia. ^b Isti Principes sacerdotum & fratres eorum in diebus Iosue. Porro Leuitae Iesua, Bennui, Cedmihel, Sarabia, Iuda, Mathanias, * super hymnos ipsi & fratres eorum, & Becbecia, atque Ethanni, & fratres eorum unusquisque in officio suo. Iosue autem genuit Ioachim, & Ioachim genuit Eliasib, & Eliasib genuit Ioiada, & Ioiada genuit Ionathan, & Ionathan genuit Iaddua. In diebus autem Ioachim erant sacerdotes ¹ Principes familiarum,] Saraiae, Maariae, Ieremiae, Ananiae, Esdrae, Mosollam, Amariae, Iohannan, Milico, Ionathan, Sebenia, Ioseph, Aran, Edna, Maraioth, Elci, Adaia, Zacharia, Genthon, Mosollam, Abia, Zecheri, Miamin, & Moadia, Felti, Belgae, Sammua, Semeia, Ioathan, Ioarib, Mathanai, Iedaia, Azzi, Sellai, Celaia, Mochober, Elchia, Afebia, Idaia, Nathanael, Leuitae in diebus Eliasib, & Ioiada, & ² Ionathan,] & Ieddo, ^B

2. Iohannan, & infra.

c. Ceterum tribus sola honorata sacerdotio negotiis ad vicium pertinentibus liberata erat, neque colebant agros, neque tractabant officia, neque praeter ea huius generis quicquam exercebant. Chrysol. aduersus Iudas. ora. 4.
3. In praesentia eorum.

& scripti Principes familiarum, & sacerdotes in regno Darij Persae. ^c Filij Leui Principes familiarum scripti in libro verborum dierum, & usque ad dies Ionathan, filij Eliasib. Et Principes Leuitarum: Afebia, Serebia, & Iesue filius Cedmihel, & fratres eorum per vices suas,] ut laudarent & confiterentur iuxta praecipuum Dauid viri dei, & obseruarent aequè per ordinem Mathania, & Becbecia, & Obedia, Mosollam, Thelmon, Accub: Custodes portarum, & vestibulorum ante portas. Hi in diebus Ioachim filij Iosue, filij Iosedech, & in diebus Nehemiae Ducis, & Esdrae sacerdotis Scribaeque. ^d In dedicatione autem muri Ierusalem requisierunt Leuitas de omnibus locis suis, ut adducerent eos in Ierusalem, & facerent dedicationem & laetitiam, in actione gratiarum, & cantico, & in cymbalis, ^p psalteriis,] & citharis. Congregati sunt autem filij cantorum, & de campestribus circa Ierusalem, & de villis Netuphati, & de domo Galgal, & de regionibus Geba, & Asmaueth: quoniam villas aedificauerunt sibi cantores in circuitu Ierusalem. ^e Et mundati sunt sacerdotes & Leuitae, & munda-

d. Post aliquod tempus congregati sunt in Ierusalem ad dedicationem muri. Et ascenderunt sacerdotes & Leuitae, & ceteros cum musicis instrumentis, & psallentes incedebat per murum, Esdras vero precedebat, Nehemias & optimares cum eo super alteram partem muri incedebant psallentes. Reliqua vero multitudo sequebatur eos super terram, & ducebant choros Comell. ca. 10. in histo. Iudich.
4. Nabilis.

e. Mundati sunt autem sacerdotes & Leuitae orationibus & oblationibus victimarum, simul & ab vxoribus continentis. Et mundauerunt populum eandem continentiam praedicando. Mundaerunt & portas & murum cum tibiis & canticis psalmodum comitantes ipse populo circum eundo. Expleto vero circumcivitate victimas magnas pro statu civitatis obtulerunt. Beda ibidem.

[f. Hoc est, in instrumentis musicis secundum quod ordinaverat Dauid r. Para. 25. instrumenta enim cuiuslibet artis vocantur vasa in Hebraeo. De Lyra.]
[g. Hoc est, usque ad portam orientalem templi, quia in illa parte erat ingressus ad templum, & eip acris quod intendebat intrare ad sacrificia immolanda.]
5. Meah.

[h. Perambulatis mœnibus & portis civitatis in carne lactis, & organis musicorum reddunt ad templum domini, ut ibi quoque stantes laudem Domino consonantibus tubis referant: & oblatas victimas vota dedicationis implent, Beda in Glo. sa ordinaria.]

uerunt populum, & portas & murum. Ascendere autem feci Principes Iuda super murum: & statui duos magnos choros laudantium. Et ierunt ad dextram super murum ad portam sterquilinij. Et iuit post eos Osaia, & media pars Principum Iuda, & Azarias, Esdra, & Mosollam, Iuda, & Benjamin, & Semeia, & Ieremia. Et de filiis sacerdotum in tubis: Zacharias filius Ionathan, filius Semeiae, filius Mathaniae, filius Michai, filius Zechur, filius Asaph, & fratres eius, Semeia, & Azarel, Malalai, Galalai, Maai, Nathanael, & Iuda, & Anani in vasis cantici Dauid viri dei: & Esdras Scriba ante eos in porta fontis. Et contra eos ascenderunt in gradibus civitatis Dauid in ascensu muri, super domum Dauid, & usque ad ² portam aquarum ad orientem. Et chorus secundus gratias referentium ibat ex aduerso, & ego post eum. Et media pars populi super murum & super turrim furnorum, & usque ad murum latissimum, & super portam Ephraim, & super portam antiquam, & super portam piscium, & turrim Ananehel, & turrim ¹ Emath,] & usque ad portam gregis: & steterunt in porta custodiae. ^h Steteruntque duo chori laudantium in domo dei, & ego & dimidia pars magistratuorum mecum. ^g Et sacerdotes: Eliachim, Maasia, Miamin, Michae, Elieoenai, Zacharia, & Anania in tubis, & Maasia & Semeia, & Eleazar, & Azi, & Iohan-

& Iohannan, & Melchia, & Elan, & Ezer. Et clare cecinerunt cantores, & Iezraia præpositus. Et immolauerunt in die illa victimas magnas, & lætati sunt. Deus enim lætificauerat eos lætitiâ magna. Sed & vxores eorum, & liberi gauisi sunt: & audita est lætitiâ Ierusalem procul. Recensuerunt quoque in die illa viros super Gazophylacia] thesauri ad libamina, & ad primitias, & ad decimas, vt introferrent per eos principes ciuitatis, in decore gratiarum actiones, sacerdotes, & Leuitas: quia lætificatus est Iuda in sacerdotibus, & Leuitis assistantibus. Et custodierunt obseruationem dei sui, & obseruationem expiationis, & cantores & ianitores, iuxta præceptum Dauid & Salomonis filij eius, quia in diebus Dauid & Asaph ab exordio, erant Principes constituti cantorum, in carmine laudantium & confitentium deo. Et omnis Israel in diebus Zorobabel & in diebus Nehemiæ dabant partes cantoribus & ianitoribus per dies singulos: & sanctificabant Leuitas, & Leuitæ sanctificabant filios Aaron.

Lectio Deuteronomio eiciuntur alienigenæ, partes Leuitis assignantur, & sabbati violatores puniuntur. XIII.

IN die autem illo lectum est in volumine Moyfi audiente populo. Et inuentum est scriptum in eo, quod non debeant introire Ammonites & Moabites in Ecclesiam dei vsque in æternum, eò quod non occurrerint filiis Israel cum pane & aqua, & conduxerunt aduersum eos Balaam, ad maledicendum eis, & conuertit deus noster maledictionem in benedictionem. Factum est autem cum audissent legem, separauerunt omnem alienigenam] ab Israel. Et super hoc erat Eliasib sacerdos, qui fuerat Præpositus in gazophylacio domus dei nostri, & proximus Tobia. Fecit ergo sibi gazophylacium grande, & ibi erant ante eum reponentes] munera, & thus, & vasa, & decimam frumenti, vini, & olei, partes Leuitarum & cantorum & ianitorum, & primitias sacerdotales. In omnibus autem his non fui in Ierusalem: quia in anno tricesimo secundo Artaxerxis regis Babylonis veni ad Regem: Et in fine dierum rogavi regem, & veni in Ierusalem. Et intellexi malum quod fecerat Eliasib Tobia: vt faceret ei thesaurum in vestibulis] domus dei, & malum mihi visum est valde. Et proieci vasa domus Tobia foras de Gazophylacio: præcepique, & emundauerunt Gazophylacium. Et retuli ibi vasa domus dei sacrificium & thus. Et cognoui quod partes Leuitarum non fuissent datæ, & fugisset vnusquisque in regionem suam, de Leuitis, & cantoribus, & de iis qui ministrabant: & egi causam aduersum magistratus, & dixi: Quare dereliquimus domum dei? Et congregavi eos, & feci stare in stationibus suis. Et omnis Iuda apportabat decimam frumenti, vini, & olei, in horrea. Et constituimus super horrea, Selemiam sacerdotem, & Sadoch Scribam, & Phadaiam de Leuitis, & iuxta eos] Anam filium Zacchur, filium] Mathania: quoniam fideles comprobati sunt, & ipsis creditæ sunt partes fratrum suorum. Memento mei deus meus pro hoc, & ne deicas miserationes meas, quas feci in domo dei mei, & in ceremoniis eius. In diebus illis vidi in Iuda calcantes torcularia in sabbato, portantes acervos, & onerantes super asinos vinum, & vvas, & ficus, & omne onus, & inferentes in Ierusalẽ die sabbati. Et contestatus sum vt in die qua vendere liceret, venderent. Et Tyrij habitauerunt in ea, inferentes pisces, & omnia venalia. Et vendebant in sabbatis filiis Iuda & Ierusalem. Et obiurgavi optimates Iuda, & dixi eis: Quæ est hæc res mala quam vos facitis, & prophanatis diem sabbati? Nunquid non hæc fecerunt patres nostri, & adduxit deus noster super nos omne malum hoc, & super ciuitatem hanc? Et vos additis iracundiam super Israel, violando sabbatum. Factum est autem cum quieuisset portæ Ierusalem die sabbati, dixi, & clauerunt ianuas, & præcepi, vt non aperirent eas vsque post sabbatum. Et de pueris meis constitui super portas, vt nullus inferret onus die sabbati. Et manserunt negotiatores & vendentes vniuersa venalia foris Ierusalem semel & bis, & contestatus sum eos, & dixi eis. Quare manetis] ex aduerso muri? Si secundo hoc feceritis, manum mittam in vos. Itaque ex tempore illo non venerunt in sabba-

[1. Deus enim lætificauerat eos lætitiâ magna, eò quod murus esset adificatus, & dedicatus ad securitatem populi, & refectionem cultus diuini. De Lyra. ibidem.]
[2. Constituti sunt autem in die illa viri super adiculas.]
[3. Quas inferbant in eas ex agris ciuitatum, portiones legis sacerdotum & Leuitarum.]

k. Præceptum Dauid patet 3. Reg. 1. & 1. Paralip. 21. quomodo & quo numero ordinauerit principes sacerdotum, sacerdotes, Leuitas & ianitores.

a. Constat Ammonitas & Moabitas quia de incesto nati sunt, hereticorum figuram tenent: idèque talium proles, hoc est, sectatores heresum nullam vnam in ecclesia domini partem habere queunt. Beda ibidem.

1. Omne promiscuum vulgus.

b. Tobias enim erat Ammonites inimicus populi dei vt supra cap. 4. a.
2. Vbi antea reponentur.
3. Leuitationes sacerdotum.

4. Obtinui precationem à Rege. c. In superciliis gestis filice vrbis & muri adificatione, & eorum dedicatione Nehemias interfuit: quibus peractis rediit ad regem Artaxerxem sicut illi pollicitus fuerat. In his autem que fecit Eliasib, conficiendo gazophylacium, & reponendo in illud tam que licita erant, quam que illicita: non interfuit Nehemias, donec reuerfus ea corrigeret, & que non deceret, auferret. Beda ibidem.
5. Faciendo ei camera in atrijs,
6. Ad agrum suum.
7. Derelinquitur domus.

8. Fuit super manum eorum.

9. Filij.

[d. Hoc dixit Nehemias, quia talia faciebant, non propter fastidium humanum, sed propter fastidium diuinum. De Lyra. ibidem.]
[e. Sex diebus operari per legem que necessaria sunt, in septimana iubemur quiescere. Glossa ordina. ibidem.]
10. In ipsa Ierusalem.

f. Sabbati autem obseruatio magnas utilitates contulit populo: mitis enim atque humanus aliterum ad alterum reddidit prouidentiam dei atque creationem rerum, vt ait Ezechiel, docuit, castigauit paulisper & à malignitate semouit, ac spiritalibus rebus attentiores efficit. Nam quando lex de sabbato dabatur, si scriptis fuisset, bona quidem in sabbato faciatis, mala vero non faciatis, non confiterentur legem Iudæ: quocirca necesse fuit ab omnibus eodem modo competere. Nihil enim in die sabbati faciatis neque tam men sic detineri potuerunt. Chrysof. homil. 4. in 12. cap. Matth. 12.

11. Pernoctauerunt.
12. Pernoctatis.

C ij

fg. Mundati eos à quotidiano operis exercitio necesse est, qui portasensum ab incurfu turbulenta cogitationis custodie cupiunt. Qui cupit diem sabbati sanctificare, iocum orationis psalmodia, lectionis sancta, & lachrymarum sibi utilem facere, necesse est vt mundetur eius conscientia multa solertia, vt intentionem bonae actionis consummare valeat. Quod etiam allegorico sensu de doctis fidelium recte potest accipi. Glosfordin. ibi. j. Exeratus sum eos.

fh. Quasi dicat. Manifestum est quod sic si duxerimus mulieres alienigenas, cum multum desideramus à sapientia Salomonis, & eius perfectione. De Lyra. ibidem. j. Vobis igitur cōsentimus, vt faciatis.]

to. Dixique Leuitis vt mundarentur, & venirent ad custodiendas portas, & sanctificandam diem sabbati. Et pro hoc ergo memento mei deus, & parce mihi secundum multitudinem miserationum tuarum. Sed & in diebus illis vidi Iudaeos, ducentes vxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas. Et filij eorum ex media parte loquebantur Azoticè: & nesciebant loqui Iudaicè, & loquebantur iuxta linguam populi & populi. Et obiurgavi eos: & ¹³ maledixi, & cecidi ex eis viros, & decalcaui eos, & aditurai in deo, vt non darent filias suas filiis eorum, & non acciperent de filiabus eorum filiis suis, & sibimetipsis, dicens: [†] Nunquid non in huiuscemodi peccauit Salomon Rex Israel? & certè in gentibus multis non erat Rex similis ei, & dilectus deo suo erat, & posuit eum deus regem super omnem Israel: & ipsum ergo duxerunt ad peccatum mulieres alienigenae. ^{h 14} Nunquid & nos inobedientes faciemus] omne malum grande hoc, vt praeuaricemur in deo nostro, & ducamus vxores peregrinas? De filiis autem Ioiada filij Elia sibi sacerdotis magni, gener erat Sanaballath Horonites, quem fugavi à me. Recordare domine deus meus aduersum eos, qui polluant sacerdotium, iusque sacerdotale, & Leuiticum. Igitur mundavi eos ab omnibus alienigenis, & constitui ordines sacerdotum & Leuitarum, vnumquenque in ministerio suo: & in oblatione lignorum in temporibus constitutis, & in primitiis. [†] Memento mei deus meus in bonum, — Amen.]

†3. Reg. 11.

†Sup. 5. d

Incipit Liber Esdrae tertius.

*hic liber non est
canonicus.*

Gesta Iosiae, Iechoniae, Ioaachim, & Sedechiae, Regum Iudae, eorumque & populi captiuitas, vrbisque subuersio.
Cap. I.

a. Iosias facturus Pascha anno regni sui 18. purgavit terram & templum, & cecit figuras idolorum: quomodo ad Eucharistiam accessuri purgare debet terram, id est corpus ab iniquitatibus forditum, & templum id est animam, quae dei templum esse debet, & eicere à corde figuras idolorum, id est, turpes imaginationes rerum immundarum vt seruire possimus deo viuenti. Sicque ei grati pascha celebremus: non vtique in fermento maliciae & nequitiae sed in azymis sinceritatis & veritatis. Angelomus super 4. Reg. 23.

b. Causa vero huius festiuitatis haec erat, vt omnia secundum leges antiquam traditionem paterna solennitatis efficerentur: & quae prius perperam obseruata erant, in melius reformarentur. Ioseph. lib. 10. cap. 5. [c. Duces quoque eius sponte quod vouerant obtulerunt tam populo quam sacerdotibus & Leuitis. Et non exprimitur ibi quid vel quantum dederunt. Hic autem exprimitur eum dicitur. Haec suple quae sequuntur, de regalibus data sunt. i. de bonis dieum regalium, secundum promissionem Deo factam. Propter quod dicitur lib. Para. 2. quod vouerant obtulerunt. Quia vult est promissio facta Deo. Sed quae hic numerantur non erant expressa in lib. Paralip. quemadmodum hic exprimitur. De Lyra. ibid.]



[†] T fecit Iosias Pascha in Ierosolymis domino, & immolauit Pascha quartadecima luna primi mensis, statuens sacerdotes per vices dierum stolis amictos in templo domini. Et dixit Leuitis sacris seruis Israel, vt sanctificarent se domino in positione sanctae arcae domini in domo quam aedificauit Salomon filius Dauid Rex. Non erit vobis tollere super humeros eam. Et nunc deseruite domino vestro, & curam agite gentis illius Israel, ex parte secundum pagos & tribus vestras, secundum scripturam Dauid Regis Israel, & secundum magnificentiam Salomonis filij eius, omnes in templo, & secundum particulam principatus paternam vestram, eorum qui stant in conspectu fratrum filiorum Israel. Immolatur Pascha, & sacrificia parata fratribus vestris, & facite secundum praecipuum domini, quod datum est Moyse. [†] Et donauit Iosias in plebe quae inuenta est, ouium, agnorum, & hedorum, & caprarum, triginta milia, vitulos tria milia. Haec de regalibus data sunt, secundum promissionem, populo, & sacerdotibus in pascha: oues numero duo milia, ac vituli centum. Et Iechonias, & Semeias, & Nathanael fratres, & Afabias, & Oziel, & Choraba in Pascha, oues quinque milia, vitulos quingentos. Et haec cum fierent eleganter, steterunt sacerdotes & Leuitae, habentes azyma per tribus. Et secundum partes principatus patrum in conspectu populi offerebant domino, secundum ea quae in libro Moyse scripta sunt. Et assauerunt Pascha igni, prout oportebat, & hostias coxerunt in emolis & in ollis cum beneuolentia. Et attulerunt omnibus qui erant ex plebe, & post haec parauerunt sibi, & sacerdotibus. Sacerdotes enim offerebant adipem, vsque dum finita esset hora: & Leuitae parauerunt sibi, & fratribus suis filiis Aaron. Et sacri cantores filij Asaph erant per ordinem, secundum praecipuum Dauid, & Asaph, & Zacharias, & Ieddimus qui erat à Rege: & ostiarii per singulas ianuas, ita vt non praeuaricaretur vnusquisque suam. Fratres enim eorum parauerunt illis. Et consummata sunt quae pertinebant ad sacrificium domini. In illa

†4. Reg. 23. a. Para. 24.

illa die egerunt Phasē, & offerebant hostias super domini sacrificium, secundum præceptum Regis Iosias. ^dEt egerunt filij Israel, qui inuenti sunt in tempore illo, Phasē: & diem festum azymorum per dies septem. ^eEt non est celebratum Phasē tale in Israel à temporibus Samuel Prophetæ, & omnes Reges Israel non celebrauerunt tale Phasē, quale egit Iosias, & sacerdotes, & Leuitæ, & Iudæi, & omnis Israel qui inuenti sunt in commoratione Ierosolymis. Octauodecimo anno regnante Iosia celebratum est Phasē. ^fEt directa sunt opera Iosie in conspectu domini sui in corde pleno metuetia, ^g& quæ circa illum quidem conscripta sunt in pristinis temporibus, de eis qui peccauerunt: quique irreligiosi fuerunt in dominum præ omni gente, & qui non quæsierunt verba domini super Israel. ^hEt post omnem actum hunc Iosias, ascendit Pharaon Rex Ægypti veniens in Carchamis ab itinere super Euphraten, & exiit obviam illi Iosias. Et misit Rex Ægypti ad Iosiam, dicens: Quid mihi & tibi est Rex Iudæ? Non sum missus à domino, vt pugnem contra te. Super Euphraten enim bellum meum est. Festinans descende, ⁱ& non est reuersus Iosias super currum, sed expugnare eum conabatur, ^jnon attendens verbum Prophetæ ex ore domini: sed constituit ad eum bellum in campo Mageddo, & descenderunt Principes ad Regem Iosiam, & dixit Rex pueris suis: Amouete me à prælio, infirmatus sum enim valde. Et statim amouerunt eum pueri ipsius de acie, & ascendit super currum secundarium suum, & perueniens Ierosolymam, vita functus est: & sepultus est in paterno sepulchro: ^k& in tota Iudæa lugebant Iosiam, & qui præsidebant cum vxoribus lamentabant eum vsque in hunc diem, & datum est hoc fieri semper in omne genus Israel. ^lHæc autem præscripta sunt in libro historiarum Regum Iudæ, & singula gesta, actus Iosias, & eius gloria, & intellectus eius in lege domini: quæque gesta sunt ab eo, & quæ non scripta sunt in libro Regum Israel & Iudæ. ^mEt assumptus qui erat ex gente, Iechoniam filium Iosias, constituerunt Regem pro Iosia patre suo, cum esset annorum trigintatriū: & regnavit super Israel mensibus tribus. Et amouit eum Rex Ægypti, ne regnaret in Ierosolymis, & mulctauit gentem argenti talenta centum, & auri talentum vnum. Et constituit Rex Ægypti Ioachim, fratrem ipsius, Regem Iudæ & Ierusalém, & alligauit Magistratus Ioachim & Zaracelem fratrem suum, & apprehendens reduxit in Ægyptum. Annorum erat Ioachim viginti quinque cum regnare cœpisset in terra Iuda & Ierusalém, & fecit malum in conspectu domini. Post hunc autem ascendit Nabuchodonosor Rex Babylonis, & alligans eum in æreo vinculo, perduxit in Babyloniã, & sacra vasa domini accepit Nabuchodonosor, & tulit, & consecrauit in templo suo in Babylonia. ⁿNam de immunditia illius, & irreligiositate, scriptum est in libro temporum Regum. Et regnavit Ioachim filius eius pro eo. Cum autem constitutus esset Rex, erat annorum octodecim. Regnavit autem menses tres & dies decem in Ierusalém, & fecit malum in conspectu domini. Et post annum mittens Nabuchodonosor transmigravit eum in Babyloniam simul cum sacris vasis domini, & constituit Sedechiã Regem Iuda & Ierusalém, cum esset annorum viginti vnius. Regnavit autem annis vndecim, ^o& fecit malum in conspectu domini: & non est veritus à verbis quæ dicta sunt ab Ieremia Propheta ex ore domini, & adiuratus à Rege Nabuchodonosor periurans discessit, & indurata ceruice sua, & corde suo, transgressus est legitima domini dei Israel, & duces populi domini multa iniquè gesserunt, & impiè egerunt super omnes immunditias gentium, & polluerunt templum domini quod sanctum erat in Ierosolymis, & misit deus patrum ipsorum per angelum suum reuocare eos, propter quod parceret illis & tabernaculo suo. ^pIpsi verò subsannabant in angelis suis, & qua die locutus est dominus, erant illudentes Prophetis eius. Qui vsque ad iracundiam concitatus est super gentem suam, propter irreligiositatem suam, & præcepit ascendere Reges Chaldæorum. Hi occiderunt iuuenes eorum in gladio in circuitu sancti templi eorum, & non pepererunt iuueni, & seni, & virgini, & adolescenti: sed omnes traditi sunt in manus ipsorum, & omnia sacra vasa domini, & regales apothecas resumentes tulerunt in Babyloniam: & incenderunt domum domini, & demolierunt muros Ierusalém: & turres eius incende-

[d. Non fuit tale Phasē à diebus Samuelis prophetæ. A diebus iudicum, quia Samuel fuit vltimus iudex.]

[e. Quia omnes qui inuenti sunt in illa festiuitate, ibi septē diebus commorati sunt: Et omnes sufficienter de regis substatia, & de his quæ supra memorata sunt, epulati sunt. Hiero. 2. Paralip. 35.]

[f. Hoc non est in Paralip. sed immediatè subditur bellū Pharaonis contra ipsum. De Lyra. ibidem.]

[g. Quoniam ablatis figuris in die iudicij transibit Iosias de morte ad vitam. De corruptione ad gloriam, & in conspectu conditiōis sui in caelesti Ierusalém in æternū gaudebit: quia videbitur deus deorū in Sion. Post mirifica vero Iosias opera mortem à malis perpetuis est premia magna pro operibus suscepturus. Glos. ordi.]

[h. Iosias vir sanctus, non solum peccatorē populū suū suis virtutibus non saluauit, sed & ipse in peccatis illius mortuus est. Hiero. in 1. ca. Ezechielis.]

[i. Quia Ieremias propheta uerax, quod ille atteriturus erat in Carchamis, & victoria portiturus, quæ propheta Regē Necho minime latuit. Beda.]

[k. Vniuersus Iuda & Ierusalém luxerunt eum propter bonitatem vitæ suæ & regiminis, vt patet ex prædictis. De Lyra.]

[l. Fidem igitur diligite, quoniam per fidem & deuotionē Iosias magnum sibi abvniuersis amorem acquisiuit: quoniam celebrauit pascha domini, eū esse annorū decem & octo, quædam dum nemo ante eū. Zelo itaque vt vici superiores, ita & vos filij zelum dei sumite. Ambro. Officio. lib. 3. cap. 1.]

[m. Reliqui autē tres filios Heliam, qui & Iechonias primogenitum 23. annorū, mediū autē Ioachim, qui & Seltum dictus est 23. annorū, quem tunc hic rexit: 3. annorum fuisse perhibet, cōtra 23. cap. 4. Reg. & tertium Mathaniã, quæ Nabuchodonosor vocauit Sedechiã.]

[n. Tulit itaque populus terre Iosiaz malum suum, & constituit eum Regem pro patre suo, qui tribus in mensibus tantum regnavit in Ierusalém. Nam vt dicitur. 2. Paralip. 36. veniens Pharaon Necho rex Ægypti in Ierusalém amouit eum: & imposuit mulctā terræ 100. talenta argenti, & vnum auri. Et constituit regē pro eo fratrem eius primogenitum Heliam sibi tributariū. Et mutato nomine vocauit eum Ioachim, vt mutatio nominis signum esset subiectionis. Et dixit Ioachim in dolo se eum in Ægyptum. Comest. in 4. Reg. cap. 38. iuxta computationem suam.]

[o. Mali sunt retores qui mune & dono diuino abutuntur, & tallo sibi nomen iustitiæ usurpant. Mathania vel Mathanias enim interpretatur munus sue donum. quod primū Sedechiã nomen erat inde Sedechiã iustus Domini vndecim annis regnavit, quia tri ingressor legis fuit, quæ significatur denario numero. Nouenarius enim qui minus habet denario imperfectionem significat legis, sicut vndecimarius transgressionem. Reddē ergo Nabuchodonosor in nono anno regni Sedechiã obediētiã ciuitatem mense decimo, & decima die mensis, quia mali pastores eū decalogi mandata quæ scientiam tenent opere & doctrinā perficere negligunt, necesse est vt plebem sibi committam antiquis hostis cum suo exercitu oblatione circumdet. Glosa. ordina. 4. Reg. 24.]

† 4. Reg. 23. f. D
2. Par. 35. c

† 4. Reg. 23. f.
2. Par. 36. a

† Hiero. 22. f

m Hoc est, illos qui gladium euaserunt Babylioniorum duxerunt in Babylionem cum rege suo. De Lyra]

runt igne, & consummauerunt omnia honorifica eius, & ad nihilum redegerunt: & reliquos à gladio duxerunt in Babylionem, & erant serui illius vsque dum regnarent Persæ † in repletionem verbi domini in ore Ieremiæ, quousque benignè ageret terra sabbata sua. Omni tempore desertionis suæ sabbatizauit in applicatione annorum septuaginta septem.

† Iere. 25. 6.
29. 6.

Cyrus Iudeos in Babylone captiuos in terram suam remittit.

II.

a. Cyrus Cambyses filius ad notam Christi, tempus dei Ierosolymitani instaurauit. Nam cum Babylonica seruitute Cyrus Isaac liberasset, mox Zorobabel Salathielis filius ex tribu Iuda, Iesúsque Iosedech filius magnus sacerdos duces quodam modo principisque populi creati fuerunt: quos deus Haggai propheta oraculo admonet, ut eum Ierosolymis sint, templum dei condentem atque ornarent. Sic enim sacris litteris scriptum est, Haggai. 2. a. In die vicesima & quarta mensis, in sexto mensis, in anno secundo Darij regis, &c. Cyrus in Genesim. lib. 5. super 14. Genesim.

b. Cyrus omnia permisit imo precepit in Ierusalem ascendere, & edificare Domum Domini, sed tantum de Iuda & Benjamin & tribu Leui ascendere voluerunt. Nam deest tribus sub Ieroboam rege à templo Dei & cultu pietatis sunt alienate, & ideo à regibus Assyriorum iuerunt captiuata, nec vquam ut perhibent omnes in patriâ remissis. Glo. ordin.]

c. Audierat enim prophetam Iesai. 45. Hec dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, ut subiciat ante faciem eius gentes, & Regem dorsa subuertam. Esdras scriba hæc et legit, & idcirco duxit hoc sibi à domino præceptum de cunctis regibus terrarum. Hi duo per prophetiam antequam nasceretur propriis nominibus vocati sunt, id est, Iosias & Cyrus. Iosias, ut destrueret idola, & cultum dei renouaret, Cyrus ut ruinas templi instauraret. Hiero. 2. Para. vii. d. Hic est Cambyses impius & maleuolus prædidi Cyri pij & beneuoli filius, qui patri mortuo succedens, templi instauracionem prohibuit, à quibusdã Iudeorum amulis prouocatus Beda.

e. O inuidiam omni fera crudeliorem, & exitium omnibus intentantem. Caritas enim viuificat, & beneficia largitur: ac lior eius penitentiam infert & mortem, cuiusque rabie veneni omnia commaculat & enecat. Cyrillus. In Ioannem. lib. 3. ca. 8. I. Iudæi qui accipiuntur à Samaritanis apud regem viros designant ecclesiasticos, Samaritanam vero qui accipiunt, hæreticos. Vnde congrua sibi voce Ierusalem ciuitatem rebellem & pessimam vocant, talis enim indicant catholicam vilitatem, quam impugnant. Reuera autem rebellis est, & muros parietesque si. ei recte lapidibus testimoniorum caesum aduersus tela impugnatum componit: De quibus dicit Iesaias. ca. 60. Occupabit muros tuos, & portas tuas laudatio. Nō est autem pessima dicenda nisi ab illis qui ab optima electione propria sententia sunt auersi. Glo. ordin. post venerabilis Bedam.]

Regnante Cyro Rege Persarum in consummatione verbi domini, & in ore Ieremiæ suscitauit dominus spiritum Cyri Regis Persarum: & prædicauit in toto regno suo simul per scripturam, dicens: Hæc dicit Cyrus Rex Persarum: Me constituit Regem orbi terrarum dominus Israel, dominus excelsus, & significauit mihi ædificare domum sibi in Ierusalem quæ est in Iudæa. Siquis est ex genere vestro dominus ipseus, ascendat cum eo in Ierusalem. Quotquot ergo circa loca habitant, adiuuent eos, qui sunt in loco ipso, in auro, & argento, in dationibus, cum equis, & iumentis: cumque aliis quæ secundum vota apponuntur in ædem domini quæ est in Ierusalem, & stantes Principes tribuum, pagorum, & Iudææ ex tribu Benjamin, & sacerdotes, & Leuitæ: quos excitauit dominus ascendere & ædificare domum domini quæ est in Ierusalem: & qui erant in circuitu eorum adiuuerunt in omni auro & argento eius, & iumentis, & votis quàm pluribus: multi quoque sensus excitatus est, & Cyrus Rex protulit vasa sacra domini, quæ transtulit Nabuchodonosor Rex Babylonis ex Ierusalem, & consecrauit ea Idolo suo. Et proferens ea Cyrus Rex Persarum, tradidit Mithridato qui erat super thesauros ipsius. Per hunc autem tradita sunt Salmanasaro Præsidi Iudææ. Horum autem hic numerus: Libatoria argentea duo milia quadringenta, athiscæ argenteæ triginta: phialæ aureæ triginta: ite argenteæ duo milia quadringentæ: & alia vasa mille. Omnia autem vasa aurea, & argentea quinque milia octingentasexaginta. Et enumerata sunt Salmanasaro simul cum iis qui ex captiuitate Babyloniæ venerant in Ierosolymam. In Artaxerxis autem Regis Persarum temporibus scripserunt ei de iis qui inhabitabant in Iudæa & Ierusalem: Balsamus, & Mithridatus, & Sabellius, & Rathimus, Balthemus, Samelius & scriba: & reliqui inhabitantes in Samaria, & cæteris locis, subiectam epistolam Regi Artaxerxi: Domine pueri tui Rathimus ab accidentibus, & Sabellius scriba, & reliqui curiæ tuæ Iudices in Cœlesyria & Phœnice: Et nunc notum sit domino Regi, quoniam Iudæi qui ascenderunt à vobis ad nos venientes in Ierusalem ciuitatem refugam, & pessimam, edificant furnos eius: & statuunt muros, & templum suscitant. Quod si ciuitas ista & muri cõsummati fuerint, non tantum tributa non sustinebunt pendere, sed etiam regibus resistent. Et quia id agitur circa templum, rectè haberi arbitrati sumus, non despiciere hoc ipsum, sed notum facere domino Regi, ut si videbitur Rex, quæretur in libris patrum tuorum, & inuenies in admonitionibus scripta de iis: & scies quoniam ciuitas ista fuit refuga, & Reges & ciuitates concutiens, & Iudæi refuge, & prælia committentes in ea ab æterno: ob quam causam ciuitas ista deserta est. Nunc ergo notum facimus domine Rex: quoniam si ciuitas hæc edificata fuerit, & huius muri erecti fuerint: descensus tibi non erit in Cœlesyriam, & Phœnicem. Tunc scripsit Rex Rathimo qui scribebat accidentia, & Balthemo & Sabellio scribe: & cæteris constitutis & inhabitantibus in Syria, & Phœnice, ea quæ subiecta sunt: Legi epistolam quam misistis mihi. Præcepi ergo inquiri: & inuentum est quoniam ciuitas illa est ab æquo regibus resistentis & homines refuge, & prælia in ea efficientes: & Reges fortissimi erant in Ierusalem, dominantes & tributa exigentes à Cœlesyria & Phœnice. Nunc ergo præcepi prohibere homines illos edificare ciuitatem, & prohibere ne quid ultra hæc fiat: sed nec procedant in plurimum: ex quo sunt malitiæ, ita ut Regibus molestia importetur.

† 1. Para. 36. d.
1. Esdra. 1. 6.

† 1. Esdr. 1. 6.

† 1. Esdr. 4. 4.

Dario

Dario splendida caena celebrata dormiente, tres corporis eius custodes problema mouerunt, num vinum, mulier, Rex, veritas, praesent.

III.

Ioh. 11.

A Vnc recitatis iis quae à Rege Artaxerxe scripta fuerant^a Rathimus, & Sa- bellius scriba, & qui cum iis constituti erant, iungentes festinanter vene- runt in Ierusalem, cum equitatu & turba, & agmine, coeperuntque aedifi- cantes prohibere. Et vacabant ab aedificatione templi in Ierusalem, vsque secundo anno regni Darij Regis Persarum.^b Rex Darius fecit coenam magnam omni- bus vernaculis suis, & omnibus Magistratibus Mediae & Persidis, & omnibus purpu- ratis, & praetoribus, & Consulibus, & praefectis sub illo ab India vsque Aethiopia, centumuigintiseptem prouinciis. Et cum manducassent & bibissent, & satiati reuer- terentur, tunc Darius Rex ascendit in cubiculum suum, & dormiuit, & expergesa- ctus est.^c Tunc illi tres iuuenes corporis custodes, qui custodiebant corpus Regis: dixerunt alter alteri: Dicamus vnusquisque nostrum sermonem qui praecellat: & cuiuscunque apparuerit sermo sapientior alterius, dabit illi Rex Darius dona magna, purpura cooperiri, & in auro bibere, & super aurum dormire, & currum aureo fræno, & cydarim byssinam, & torquem circa collum: & secundo loco sedebit à Dario propter sapientiam suam, & cognatus Darij vocabitur.^d Tunc scribentes singuli suum verbum signauerunt, & posuerunt subtus ceruicem Darij Regis, & dixerunt: Cùmque surrexerit Rex dabimus illi scripta nostra: & quodcunque iudicauerit Rex è tribus, & Magistratus Persidis, quoniam verbum eius sapientius est, ipsi dabitur victoria, si- cut scriptum est.^e Vnus scripsit: Forte est vinum. Alius scripsit: Fortior est Rex. Tertius scripsit: Fortiores sunt mulieres: super omnia autem vincit veritas.^f Et cum surrexisset Rex acceperunt scripta sua. Et dederunt illi, & legit. Et mittens vocauit omnes Ma- gistratus Persarum, & Medos, & purpuratos, & praetores, & praefectos, & sederunt in concilio: & lecta sunt scripta coram ipsis. Et dixit: Vocate adolescentes, & ipsi iudi- cabunt verba sua. Et vocati sunt, & introierunt. Et dixit illis: Iudicate nobis de iis quae scripta sunt. Et coepit prior, qui dixerat de fortitudine vini.^g Et dixit: viri, quam prae- ualet vinum omnibus hominibus qui bibunt illud? Seducit mentem. Itemque Re- gis & orphanis facit mentem vanam.^h Item serui ac liberi pauperis ac diuitis, & om- nem mentem conuertit in securitatem, & iucunditatem, & non meminit omnem tristitiam & debitum, & omnia praecordia facit honesta, & non meminit Regem, nec Magistratum, & omnia per talenta loqui facit.ⁱ Et non meminerunt cum biberint ami- citiam nec fraternitatem: sed non multum post sumunt gladios: & cum à vino mer- cerint, & surrexerint, non meminerunt quae gesserunt. O viri, num praecellit vinum? Quis sic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto.

+8. dist. c. 66
suetudo.

Palmam obtinuit qui veritatem praesentare monstrauit.

IIII.

Ioh. 11.

A T inchoauit sequens dicere, qui dixit de fortitudine Regis.^a O viri, num praecellunt homines, qui terram & mare obtinent, & omnia quae in eis sunt? Rex autem super omnia praecellit, & dominatur eorum: & omne quodcunque dixerit illis, faciunt. Et si miserit illos ad bellatores, vadunt, & demoliuntur montes, & muros, & turres. Iugulantur & iugulant, & Regis verbum non praetereunt. Nam si vicerint, afferunt Regi omnia quaecunque praedati fue- rint. Similiter & alij omnes, & quotquot non militant, nec pugnant, sed colunt ter- ram, rursus cum fuerint metentes, afferunt tributa Regi.^b Et ipse vnus solus si dixerit, occidite, occidunt: dixerit, remittite, remittunt: dixerit, percutite, percutiunt: dixerit, exterminate, & exterminant: dixerit, aedificate, aedificant: dixerit, excidite, excidunt: dixerit, plantate, plantant: & omnis plebs & virtutes eum obaudiunt: & super hoc ipse recumbit, & bibit & dormit.^c Hi autem custodiunt in circuitu eum, & non pos- sunt ire singuli & facere opera sua: sed in dicto obaudientes sunt ei. Viri, quomodo non praecellit Rex, qui sic diffamatur? Et tacuit.^d Tertius qui dixerat de mulieribus &

C iiii

2. Cambyses seruorum literis se- ductus prohibuit Iudaeos neve- rem & templi aedificare per- gere. Itaque dilatum est opus per annos novem, vsque in se- cundum annum regni Darij Persarum regis. Cabytes enim cum per exemplum regnasset, subacta interim Aegypto, re- uertens ab ea expeditione apud Damascum est mortuus. Ad Da- rium igitur forte fortuna reuer- sus Zorobabel ab Ierusalymis, qui captiuorum Iudaeorum dux declaratus fuerat. Nam erat ve- rus regis amicus. Quamobrem inter satellites cum aliis duo- bus assumptus, speratum hono- rem consecutus est. Ioseph. An- tiq. lib. 11. cap. 3.

3b. Secundum Latinos & Gre- cos iste fuit filius Histaspis, se- cundis Hebraeos vero ipse fuit filius Assueri & Esther regis. secundum quod dixi plenius in piseipio libri Esther, & 1. Es- drae. 4. & Dan. 9. ubi secutus sum in hoc dictum Hebraeorum tanquam verius iudicio meo. De Lyra.]

c. Porro Darius Rex censum ex- hibuit Sacerdotibus Persarum, & praefectis Indiae & Aethiopiae, & magistratibus. 127. prouincia- rum. Eadem nocte expergescit- us noctem ducit in somnum, & proposuit quaestionem tribus custodibus corporis sui. Comest. 3. Iudith.

d. Rex enim volebat vigilare, & ex hoc custodes corporis sui habuerunt occasionem propo- nendi inter se quaestionem ad faciendum regi solatium: Et ex hoc patet prudentia regis, qui magis volebat transire tempus in aliquo velle quam in ludis inhonestis, aut nullius utilita- tis. De Lyra. ibid.]

e. Fit nonnunquam grauior tu- mulus, quia vino mens perue- titur ebriosis, & non meminit regis nec magistratus, & omnia aperta facit loqui, & non me- morat cum liberet amicitiae nec necessitudinis. Ambr. De Elia & ieiunio. cap. 15.

f. Item cum homo non praesit ceteris nisi animi fortitudine vinum superat animi fortitu- dinem. Comest. ubi prius.

a. Proposita itaque quaestione quod de tribus fortius videretur, de Rege sollicitus vino & mu- liere, promittens munera & ho- norem qui sapientius respon- deret. Couocatis autem magna- tibus in crastinum, primus leui- no vi supra dictum est differuit. Alter vero de rege dixit: quia qui mare ac terras, & omnia quae in eis sunt cogunt coeperit sibi seruire, etiam ipsi homi- nes sub manu regis ac potesta- te degunt. Ioseph. 11. 3.

b. Esdras in eo. Christus prophe- tasse intelligendus est, quod inter iuuenes quosdam orta quaestione, quid amplius valeret in rebus: cum rex vnus dixisset, alter vinum, tertius mulieres, quae plerumque regibus impera- rent. Idem tamen tertius veri- tatem super omnia demonstra- uit esse virtutem. Consulto au- tem euangelio Christum cogno- scimus esse veritatem. Aug. de ciuit. dei. lib. 18. cap. 36.

c. Tertius vero est Zoroba- bel, qui mulierem utroque forti- ore asseruit. Nam & regibus & his qui vites plantant, mulie- res & vitae coeunt & alimoniam, & ad robur vsque perducunt, & pro mulieribus homines ani- mas ponere non timet. Resulit quoque se vidisse concubinam cuiusdam regis, alapas regi im- ponentem. Comest. Iudith. 3.

[d. Cœpit loqui pro sue opinio-
nis confirmatiōe. Et primo
remouet aliorum sententiam,
dicens: Viri, non magnus rex,
& multi homines, id est, non
præcellit rex ratione sui, nec
ratione populi sibi subiecti, sicut
dixerat secundus. Nec vi-
num præcellit, sicut dixerat pri-
mus. Quis est ergo qui domi-
natur eorum? scilicet, regis, po-
puli & vini. Et tunc respondet.
Nōne mulieres genuerunt re-
gem, & omnem populū? quasi
dicat, manifeste patet quod he
præcellunt, quoniam cautā est
pocior suo effectu. Licet enim
mulier in generatione proles
habeat rationem passiuū mini-
strando materiam, tamen in a-
lio se habet in ratione actiui,
scilicet materiam preparando
& conceptum factum fouendo
& nutriendo ante partū & post
partum & sic repellit dictum
secundū. Cum verō dicitur: Eos
qui plantauerunt vineas ex qui-
bus fit vinum repellit dictum
primū, quia quod præcellit ma-
ius, præcellit minus. quoniam
plantatores vinearum maio-
res sunt ipso vino. De Lyra,
ibidem.]

e. Inuenies multos qui emerūt
sibi puellas formæ eleganti-
oris, quam amare capti turpi
seruitio sese dederunt. Ambr.
Epist. lib. 2. Epist. 7.

f. Zorobabel igitur dixit: Ni-
hil fortius est quam mulieres
& veritas. Quibus de hoc sine
sine certantibus, ventum est vi-
que ad sententiam Darij Re-
gis, quo residente cum princi-
pibus suis ad iudicandam, &
iudicis Darij & omnium prin-
cipum pronuntiatum est, om-
nibus fortior veritas est. Chy-
sost. super 1. ca. Matth. homi. 1.
Quæ ista agunt.

g. Multi enim reges, mulieres,
& homines fecerunt iniquita-
tes, accipiendo iniquitatem pro
crimine enormi, & sic est ibi
hyperbole. Sicut cum dicitur:
Omnes de ciuitate vadunt ad
tale spectaculum, id est, multi.
Si autem accipiatur iniquitas
pro peccato quocunque, sic ge-
neraliter omnes homines sunt
iniqui, excepto homine Chri-
sto & beata virgine, de quibus
non loquebatur Zorobabel.
De Lyra, ibidem.]

h. Cūque omnes iudicassent
fortiorem omnibus esse verita-
tem, dixit Rex ad Zorobabel
ve peteret ab eo quod vult. Et
postulauit Zorobabel fieri tē-
pū reedificationem, & vasa do-
mini remitti in Ierusalem. Et
gaudius est rex. Nam id ipsum
meminit se vouisse. Comestor,
vbi supra.

i. De voto Darij dicitur cōmu-
niter quod cum videret Zoro-
babel reuerſum ab Ierusalem
in Persas propter impeditū rē-
dificium, vouit quod si aliquā-
do contingeret ipsum in Regē
eſſe, ipse perficeret ipsum rē-
dificiū: imo rotam vrbis. Et hoc
vouerat eorum Zorobabele a-
mice suo conuincenti. Beda.
[k. Hinc sequitur petitionis cō-
cessio, cum surgens Darius o-
ſculatus est Zorobabel in ſi-
gnum amicitie, & concessionis
petitiū. Unde sequitur &
ſcripſit epistolam ad omnes
diſpenſatores & c. regalium ne-
gociorum. De Lyra, ibidem.]

veritate, hic est Zorobabel, cœpit loqui: ^d Viri, nō magnus Rex, & multi homines, nec
vinum præcellit. Quis est ergo, qui dominatur eorum? Nōne mulieres genuerunt
Regem, & omnem populū, qui dominatur mari & terræ? & ex illis nati sunt, & ipsæ
educauerunt eos qui plantauerunt vineas, ex quibus vinum fit? Et ipsæ faciunt stolas
omnium hominum, & ipsæ faciunt gloriam hominibus, & non possunt homines se-
parari à mulieribus. Si congregauerint aurum & argentum, & omnem rem specio-
sam, & viderint mulierem vnā bono habitu, & bona specie, omnia hæc relinquen-
tes in eam intendunt, & aperto ore conspiciunt, & eam alliciunt magis, quàm aurum
& argentum, & omnem rem pretiosam. [†] Homo suum patrem relinquit, qui enutriit
illum, & suam regionem, & ad mulierem se coniungit. [†] Et cum muliere remittit ani-
mam, & neque patrem meminit, neque matrem, neque regionē. Et hinc oportet vos
scire, quoniam mulieres dominantur vestri. Nōne doletis? Et accipit homo gladium
suum, & vadit in viam facere furta & homicidia, & mare nauigare, & flumina, & leo-
nem videt, & in tenebris ingreditur, & cum furtum fecerit, & fraudes, & rapinas, ama-
bili suæ affert. Et iterum, diligit homo vxorem suam, magis quàm patrem aut matrē.
Et multi dementes facti sunt propter vxores suas, & serui facti sunt propter illas: &
multi perierunt & iugulati sunt, & peccauerunt propter mulieres: & nunc credite mi-
hi, quia magnus est Rex in potestate sua, quoniam omnes regiones verentur tangere
eum. ^e Videbam tamen Apemen filiam Bezacis mirifici concubinam Regis seden-
tem iuxta Regem ad dexteram, & auferentem diadema de capite eius, & imponen-
tem sibi, & palmis cædebat Regem de sinistra manu. Et super hæc aperto ore intue-
batur eam: & si arriserit ei, ridet: nam si indignata ei fuerit, blanditur, donec reconci-
lietur in gratiam. ^f O viri, cur non sunt fortiores mulieres? Magna est terra, & ex-
celsum est cœlum: [†] Quis ista agit?] Et tunc Rex, & purpurati intuebantur in alter-
utrum. Et inchoauit loqui de veritate: O viri, nōne fortes sunt mulieres? Magna est
terra, & excelsum est cœlum, & velox cursus solis, conuertit in gyro cœlum in locum
suum in vna die. Nōne magnificus est, qui hæc facit? Et veritas magna, & fortior præ
omnibus. Omnis terra veritatem inuocat, cœlum etiam ipsam benedicit, & omnia
opera mouentur & tremunt eam, & non est cum ea quicquam iniquum. Vinum in-
quum, ^g iniquus Rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filij hominum, & iniqua illorum
omnia opera, & non est in ipsis veritas. Et in sua iniquitate peribunt, [†] & veritas man-
et, & inualeſcit in æternū, & viuit, & obtinet in secula seculorum. Nec est apud eam
accipere personas, neque differentias: sed quæ iusta sunt facit omnibus iniustis ac ma-
lignis, & omnes benignantur in operibus eius. Et non est in iudicio eius iniquum, sed
fortitudo, & regnum, & potestas, & maiestas omnium æuorum. ^h Benedictus deus
veritatis. Et desiit loquendo. ^h Et omnes populi clamauerunt, & dixerunt. Magna est
veritas, & præualet. Tunc rex ait illi: Pete si quid vis amplius quàm quæ scripta sunt, &
dabo tibi secundū quod inuētus es sapientior, & proximus mihi sedebis, & cognatus
meus vocaberis. Tunc ait regi: Memor esto voti tui, quod vouisti, ædificare Ierusalē,
in die qua regnū accepisti, & omnia vasa quæ accepta sunt ex Ierusalē remittere, quæ
separauit Cyrus quando maſtinauit Babyloniam, & voluit remittere ea tibi. Et tu ⁱ vou-
isti ædificare templū, quod incenderunt Idumæi, quando exterminata est Iudæa à
Chaldæis. Et nūc hoc est quod postulo domine, & quod peto, hoc est maiestas quod
à te postulo, vt facias votū quod vouisti Regi cœli ex ore tuo. ^k Tunc surgens Darius
Rex, osculatus est illum, & scripsit epistolas ad omnes dispensatores, & Præfectos, &
purpuratos, vt deducerent eū, & eos qui cum illo erant, omnes ascendentes ædificare
Ierusalem. ^l Et omnibus præfectis qui erant in Syria, & Phœnice, & Libano, scripsit
epistolas, vt traherent ligna cedrina à Libano in Ierusalē: vt ædificarent cum eis ciui-
tatem: Et scripsit omnibus Iudæis qui ascendeabant à regno in Iudæā pro libertate om-
nem potentē, & magistratum, & præfectū non superuenire ad ianuas ipsorum: &
omnem regionem quam obtinuerant esse immunē eis, & Idumæi relinquunt castella
quæ obtinent Iudæorū, & inſtructuram templi dare per singulos annos talēta vigin-
ti,

† Gen. 2. d.
Marth. 19. a.
Marc. 10. 2.

† 8. distinc.
Cōſuetudo.

ti, vsque dum perædificaretur: & super sacrarium¹ holocaustomata hostilare quoti-
die, sicut habent præceptum, alia talenta decem offerre per singulos annos, & omni-
bus qui procedunt à Babylonia condere ciuitatem: vt esset libertas tam ipsis quam
filiis eorum, & omnibus sacerdotibus qui præcedunt. Scripsit autem & quantitatem,
& sacram stolam iussit dari in qua deseruissent, & Leuitis scripsit dare præcepta, vs-
que in diem qua consummabitur domus, & Ierusalem extruetur: & omnibus custo-
dientibus ciuitatem, scripsit dari ei sortes & stipendia. Et dimisit omnia vasa quæ se-
parauerat Cyrus à Babylonia, & omnia quacunque dixit Cyrus, & ipse præcepit fie-
ri: & mitti Ierusalem. Et cum processisset ille^m adolescens, eleuans faciem in Ierusa-
lem, benedixit Regem cæli, & dixit: Abs te est victoria, & abs te est sapientia, & cla-
ritas, & ego seruus tuus sum. Benedictus es, qui dedisti mihi sapientiam, & tibi confi-
tebor domine deus patrū nostrorum. Et accedit epistolas: & profectus est in Babylo-
niam, & venit & nuntiauit fratribus suis omnibus qui fuerunt in Babylonia: & bene-
dixerunt deum patrum suorum, quoniam dedit illis remissionem & refrigerium, vt
ascenderent & ædificarent Ierusalem, & templum vbi nominatum est nomen eius in
ipso, & exultauerunt cum musicis & lætitia diebus septem.

Redeuntēs à Babylonica captiuitate in Ierusalem & Iudam.

V.

11. Esdræ. 2. 1 A



D Post hæc autem lecti sunt, vt ascēderent Principes pagorum per domos,
per tribus suas, & vxores illorum, & filij & filię eorum, & serui & ancillę
ipforum, & pecora illorum. Et^b Darius Rex misit vnā cum eis equites mil-
le donec deducerent eos in Ierusalem cum pace, & cum musicis, & cum
tympanis, & tibijs, & omnes fratres erant ludentes, & fecit eos ascendere simul cum
eis. Et hæc sunt nomina virorum, qui ascēderunt per pagos suos in tribus & in par-
tem principatus ipforum. Sacerdotes: filij Phinees, filij Aaron, Iesus filius Iosedech,
Ioachim filius Zorobabel, filij Salathiel, de domo Dauid, ex progenie Phares, de tri-
bu autem Iuda, qui locutus est sub Dario rege Persarum sermones mirificos in secun-
do anno regni ipsius, mense Nisan primo. Sunt autem ij, qui ascēderunt ex Iudæa
de captiuitate transmirationis, quos transmigravit Nabuchodonosor Rex Babylo-
nię in Babylonem, & reuersus est in Ierusalem. Et requisit partem Iudææ vnusquis-
que in ciuitatem suam, qui venerunt cum Zorobabel, & Iesu: Nehemias, Areores,
Elimeo, Emmanio, Mardocheo, Beelsuro, Mechpsatochor, Olioro, Emonia, vnus
de principibus eorum: & numerus à gentibus eorum, ex præpositis eorum. ^d Filij pha-
res: duo milia centumseptuagintaduo. Filij Ares, tria milia quinquagintaseptem.
^b Filij Femo, centumquadragesimaduo. In filiis Iesu, & Ioabes, mille trecentiduo. Fi-
lij Demu, duo milia quadringentisepuaginta. Filij Choraba, ducentiquinque. Filij
Banica, centumsexaginta octo. Filij Bedech, quadringentitres. Filij Archad, quadrin-
gentiugintiseptem. Filij Chan, trigintaseptem. Filij Zoroar, duo milia sexagintasep-
tem. Filij Adin, quadraginta sexaginta vnus. Filij Aderectis, centum octo. Filij Ciaso,
& Zelas, centumseptem. Filij Azoroc, quadringentitrigintanouem. Filij Iedarbone,
centumtriginta duo. Filij Ananię, centumtriginta. Filij Asoni, nonaginta. Filij Mar-
sar, quadringentiugintiduo. Filij Zabarus, nonagintaquinque. Filij Sepolemon, cen-
tumugintitres. Filij Nepopas, quinquagintaquinque. Filij Hechanatus, centum-
quinquaginta octo. Filij Cebethamus, centumtrigintaduo. Filij Crearpatros, qui
Enocadies, & Modie, quadringentiugintitres. Qui ex Gramas, & Gabea, centumui-
ginti vnus. Qui ex Besselon, & Ceagge, sexagintaquinque. Qui ex Bastaro, centumui-
gintiduo. Qui ex Bechenobes, quinquagintaquinque. Filij Liptis, centumquinqua-
gintaquinque. Filij Labonni, trecenti quinquagintaseptem. Filij Sicheu, trecentise-
ptuaginta. Filij Suadon, & Cliomus, trecentisepuaginta octo. Filij Ericus, duo mi-
lia centumquadragesimiquae. ^e Filij Anaas, trecentisepuaginta. ^f Sacerdotes: Filij
Ieddus, filij Euther, filij Elia sib, trecentisepuagintaduo. Filij Emerus, ducenti quin-
quagintaduo. Filij Phasurij, trecenti quinquagintaseptem: filij Caree, ducentiuginti-

[1. Hoc est, sacrificia offerre, quæ
uis alij dicunt hostias offerre &
immolare. Et hoc quotidiū, vt
habetur Exod. 29, vbi habetur
quotidie vno agnum mane, &
alterū vespere esse immolandum
in holocaustum. Tria enim erant
Iudeis sacrificia, vt notatum est
2. Paral. 31. cap. De Lyra ibid.]

m. Vnde si à Dario Medo mit-
tatur Zorobabel 2. anno monar-
chię Cyri, vt perique volūt, ni-
hil est difficultatis vt vocetur a-
dolescens. Cū tunc dicitur fuisse
18. annorum vel eo circa. Sin
verò à Dario filio Hytaspis, qui
post monarchiā Cyri 17. annis
regnavit, tunc fuisse 35. annorū
& adhuc adolescens. Si verò à
Xerxe vt vult Iosephus, vel aliis
sequentibus, fuisse plusquā 86.
annorum, & ita non amplius a-
dolescens.

n. Et ideo inuentus est redē se-
cundum, prouidentiam dei nomi-
natus Zorobabel, id est, do-
ctor Babylonis, vel alienus, aut
extraneus à cōsuetudine, quod idē
est. Quę enim maior doctrina
est qui ostendere veritatem do-
minatricem esse omnium rerū
Chrylost. Hom. 1. super Marth.
a. Et scripsit principib⁹ suis Da-
rius per epistolam trans flumē,
vt nullaten⁹ impediret ludgos,
sed de sumptibus regis iuaret
eos, dantes eis per singulos dies
hostias similes, vinum, & sal: vt
offerant ea deo cæli, & orent vi-
ta regis, & filiorum ei. Comest.
cap. 3. Iudith.

b. Videtur alia esse huius comi-
tatus ab ea de qua in primo Es-
dræ, quia hæc videtur ex textu
facta 2. anno Darij ad perficien-
dum templum quod iam dudū
captum erat, altera autem sub
Cyro, cū primo profecti sunt
ad templū incipiendum. In hoc
etiam cap. vocatur Darius rex
Persarum & non Medorum, in
eius anno secunde mense Ni-
san locutus est Zorobabel ser-
mones mirificos, vt patet de mu-
liere & veritate.

c. Scilicet illam partem in qua
erat hereditas patrum suorum,
scilicet vnusquisque ciuitatem
suam, qui venerunt cum Zoro-
babel. Vnde nomina istorū ex-
primuntur, quia fuerunt perso-
næ potabiles & principales: Alij
autem comprehenduntur sub
nominibus patrum vel ciuitatū
vnde fuerant. De Lyra.]

[d. Circa quod sciendum est, quod
aliqua nomina hic exprimitur,
de quibus certum est quod sunt no-
mina ciuitatum. De quibus in-
fra dicitur: Filij Bethlhem fi-
lij Cariathiarim, & filij Iericho
& similia. Et aliqua de quibus
certum est quod sunt nomina
patrum, cū dicitur infra. Can-
tores filij Asaph. De Lyra. 1. Es-
dræ. 2.]

e. Post catalogū principum in-
ferit catalogum dignitatum &
officiorū: vt sacerdotū, Leuiti-
rum, Nathinæorum, cantorū,
& ianitorum iuxta ordinē suū
& gradum. Ideo scriptura tam
vigilanter distinxit quot de qua-
uis generatione captiuorum pa-
triam soluti redierint: vt et eo
admoneantur qualiter certitu-
dine dominus summam electio-
rum suorum in libro vite con-
scribat: & velut in albo casti
conspicit quot animas quique
fidelium vel predicando, vel bo-
norum exempla operum mon-
strando ab errore conueniant,
pro quibus singulis certa merce
de illos qui conuerterent remu-
neret. Beda super 1. Esdræ, ca. 2.

C v

f. Quia in hoc numero aliqui includuntur, quorum nomina & numerus patris non exprimitur cum predictis, inde exprimitur consequenter numeratio sacerdotum & Leuitarum in diuersis officiis ministrantiu. Numerum autem Leuitarum incipit à sacerdotibus, qui erant principales in tribu Leui, cum dicitur: Sacerdotes seruientes in templo. De Lyra.]

g. Hic ponitur quorundam ab aliis distinctio. Et primo vulgare qui nescierunt ostendere radicem generis sui: propter quod ignotum fuit verum essent de genere Israel vel no, iuncti sunt cum populo Israel sicut & gentiles, qui conuertebantur ad Iudaismum. Secundo sacerdotum qui non poterunt inuenire genealogiam suam: nec per consequens ostendere quod essent de sacerdotali genere, & sic prohibiti sunt comedere panes propositionis, quibus licitum erat vii tandem sacerdotibus. Idem.]

h. Bene cantantibus etiam cantatrices iunguntur propter sexus & vocum diuersitatem, quæ contra antiquitatem ad dei laudem accedant. Idem ubi prius.

i. Dum venissent in templum domini, id est, in locum ubi erat templum, quia nondum erat edificatum, sed postea anno sexto Darij fuit consummatum, vt habetur infra c. 7. De Lyra ibi.]

k. Septimo autem mense postquam Babylonem exierat, Iesus pontifex & Zorobabel princeps dimissis circum oppida nunciis e tota regione populum Ierosolymam conuocauerunt, cupido ad mandatum eorum conuenientem: & edificauerunt altare, in quo prius fuerat lacus ad offerenda deo sacrificia iuxta leges per Moysen traditas. Quæ dum faciunt, non e, ius oculis aspiciantur à finitimis gentibus, quibus exosi erant omnibus. Celebrauerunt etiam scenopægiam per idem tempus, iuxta legistatoris præscripta: & post hæc oblationes & quotidiana sacrificia, victimasque sabbatorum, atque omnium sanctorum festiuarum. Iose. Antiq. lib. 11. cap. 3.

l. Miræ deuotionis iudicium, cum quis non debitas tantum oblationes, id est, dumtaxat lege præscriptas, sed insuper alia, quorum non præceptum, sed consilium accepit, donaria sua sponte diuina maiestati obtulit offert. Præceptum namque est: Nô homicidium facies, Non adulterabis, Non furum facies, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Voluntaria uero sunt: Si vis perfectus esse, uade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Et quod Apóstolus ait: De uirginibus præceptum non habeo, consilium autem do. Et plura huiusmodi. Bedæ. 2. Esdræ. 2.

septem. Leuitæ: Filij Iehu in Caduhel, & Bamis, & Serebias, & Edias, septuaginta quatuor. Omnis numerus à duodecimo anno, triginta milia quadringentifexagintaduo Filij & filia, & vxores: omnis computatio, quadraginta milia ducenti quadragintaduo. Filij sacerdotum qui psallebant in templo. Filij Asaph, centumviginti octo. Ostiarij uero, filij Esmenni, filij Azer, filij Amun, filij Accuba, Topa, filij Tobi, omnes centumtrigintanouem. Sacerdotes seruientes in templo. Filij Sel, filij Gaspha, filij Tobloch, filij Cariæ, filij Su, filij Hellu, filij Labana, filij Armacha, filij Accbu, filij Vtha filij Cetha, filij Aggab, filij Obai, filij Anani, filij Canna, filij Geddu, filij An, filij Radin, filij Desanon, filij Nechoba, filij Casaba, filij Gase, filij Ozui, filij Sinone, filij Attre, filij Hastem, filij Asiana, filij Manei, filij Nasim, filij Accusu, filij Agista, filij Azui, filij Fauon, filij Fasalon, filij Meedda, filij Fusa, filij Caree, filij Barcus, filij Saree, filij Coësi, filij Nasith, filij Agisti, filij Pedon. Salomon filij eius: filij Asophot, filij Phazida, filij Celi, filij Dedon, filij Gaddahel, filij Sephegi, filij Aggia, filij Sachareth, filij Sabathem, filij Caroneth, filij Malfith, filij Ame, filij Sasus, filij Addus, filij Suba, filij Eura, filij Rahotis, filij Phaspharh, filij Malmon. Omnes sacro seruientes, & pueri Salomonis, quadringentioctogintaduo. Hi sunt filij qui ascenderunt à Chermel, & Therfa. Principes eorum, Carmelem, & Careth, & non poterant ediscere ciuitates suas, & progenies, quemadmodum sunt ex Israel: filij Dalari, filij Tubal, filij Nechodaici. Ex sacerdotibus qui fungebantur sacerdotio, & non sunt inuenti: filij Obia, filii Achifos, filii Addin, qui accepit vxorem ex filiabus Phargeleu: & uocati sunt nomine eius. Et horum quæ sita est generis scriptura in pædatura, & non est inuenta: & prohibiti sunt sacerdotio fungi. Et dixit illis Nehemias, & Astaras, ne participentur sancta, donec exurgat pontifex doctus in ostensionem & ueritatem: Omnis autem Israel erat exceptis seruis & ancillis quadraginta milia trecentiquadraginta. Serui horum & ancilla, septem milia trecentitrigintaseptem. Cantores & cantatrices, ducentifexagintaquinque. Cameli, quadringentitrigintaquinque. Equi septem milia trigintafex. Muli ducenta milia quadragintaquinque. Subiugalia quinque milia uigintiquinque. Et de præpositis ipsis per pagos, dum ueniret in templum domini: quod erat in Ierusalem, innouare, & suscitare templum in loco suo secundum suam uirtutem, & dari in templum thesaurum operum sacrum, auri minas duodecim milia, & minas argenti quinque milia, & stolas sacerdotales centum. Et habitauerunt sacerdotes & Leuitæ, & qui exierant de plebe in Ierusalem & in regione: & sacrificatores, & ostiarii, & omnis Israel, in regionibus suis. Instante autem septimo mense, cumque essent filij Israel unusquisque in suis rebus, conuenerunt unanimes in atrium, quod erat ante ianuam orientalem. Et stantes Iesus filius Iosedech, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & huius fratres parauerunt altare, ut offerrent super illud holocaustomata, secundum quod in libro Moysi hominis dei scripta sunt. Et conuenerunt ibi ex aliis nationibus terræ, & erexerunt sacrarium in loco suo omnes gentes terræ: & offerebant hostias, & holocaustomata domino matutina. Et egerunt scenopægiam, & diem solennem, sicut præceptum est in lege: & sacrificia quotidie, sicut oportebat: & post hæc oblationes institutas, & hostias sabbatorum, & neomeniarum, & dierum solennium omnium sanctificationum. Et quotquot uolebant domino à neomenia septimi mensis, cœperunt hostias offerre deo, & templum domini nondum erat edificatum. Et dederunt pecuniam lapidariis, & fabris, & potum & pabula cum gaudio, Et dederunt carra Sidoniis, & Tyriis, ut transueherent illis de Libano trabes cedrinæ & facerent rates in Ioppe portu: secundum decretum quod scriptum erat eis à Cyro rege Persarum. Et in secundo anno uenientes in templum dei in Ierusalem, mense secundo inchoauit Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedech, & fratres ipsorum, & sacerdotes, & Leuitæ: & omnes qui aduenerat de captiuitate in Ierusalem: & fundauerunt templum dei, nouilunio secundi mensis secundi anni, cum uenissent in Iudæam & Ierusalem. Et statuerunt Leuitas à uiginti annis super opera domini. Et stetit Iesus, & filius eius, & fratres, omnes Leuitæ conspirantes & executores

res legis, facientes opera in domo domini.^m Et steterunt sacerdotes habentes stolas cum tubis: & Leuitæ filij Afaph habentes cymbala collaudantes dominum & benedicentes secundum Dauid regem Israel. Et cantabant canticum domino, quoniam dulcedo eius, & honor in secula super omnem Israel. Et omnis populus tuba cecinerunt, & proclamauerunt voce magna, collaudantes dominum in fuscitatione domus domini.

^g Et venerunt ex sacerdotibus, & Leuitis, & presidentibus secundum pagos senioribus qui viderant pristinam domum, & ad huius ædificationem cum clamore & planctu magno, & multi cum tubis & gaudio magno: intantum vt populus non audiret tubas propter planctum populi. Turba enim erat tubis canens magnificè, ita vt longè audiretur.

† 1. Esdr. 4. 8

ⁿ Et audierunt inimici tribus Iudæ & Benjamin, & venerunt scire quæ esset vox tubarum. Et cognouerunt, quoniam qui erant ex captiuitate, ædificant templum domino deo Israel. Et accedentes ad Zorobabel, & Iesum, & Præpositos pagorum, dixerunt eis: Ædificabimus vnâ vobiscum. Similiter enim audiuius dominum nostrum, & ipsi pariter incedimus à diebus Asafareth regis Assyriorum: qui transmigravit nos huc. Et dixit illis Zorobabel, & Iesus, & principes pagorum Israel: Non est nobis & vobis ædificare domum dei nostri. Nos enim soli ædificabimus domino Israel, secundum ea quæ præcepit nobis Cyrus rex Persarum. Gentes autem terræ inhabitantes iis qui sunt in Iudæa, & leuantes opus ædificationis, & insidias & populos adducentes prohibebant eos ædificare, & aggressuras exercentes impediuerunt, ne consummaretur ædificium omni tempore vitæ Cyri regis, & pertraxerunt structuram per biennium vsque ad Darij regnum.

Iudæi annuente Dario templum dei extruunt in Ierusalem.

VI.

† 1. Esdr. 5. A

T N secundo autem anno regni Darij, prophetauit Aggæus, & Zacharias filius Addin propheta apud Iudæam & Ierusalem, in nomine dei Israel super eos. Tunc stans Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedech: inchoauerunt ædificare domum domini quæ est in Ierusalem: cum adessent eis Propheta domini & adiuarēt eos.^b In ipso tempore venit ad illos Sisennes subregulus Syriæ, & Phœnicis, Satrabuzanes, & sodales eius, & dixerunt eis: Quo precipiēte vobis domum hanc ædificatis, & tectum istud & alia omnia perficitis? Et qui sunt structores, qui hæc ædificant? Et habuerunt gratiam visitatione facta super eos, qui erant ex captiuitate à domino seniores Iudæorum: & non sunt impediti ædificare donec significaretur Dario de omnibus istis, & responsum acciperetur.^c Exemplum epistolæ quam miserunt Dario: Sisennes subregulus Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales eius, in Syria & Phœnicie Præsides. Regi Dario salutem. Omnia nota sint domino Regi, quod cum aduenissemus in regionem Iudææ, & introissemus in Ierusalem, inuenimus ædificantes domum dei magnam, & templum^d ex lapidibus politis & magnis & pretiosis materiis in parietibus,^e & opera illa instanter fieri, & suffragare, & prosperare in manibus eorum, & in omni gloria quam diligentissimè perfici. Tunc interrogauimus seniores, dicentes: Quo permittente vobis ædificatis domum istam, & opera hæc fundatis? Ideo autem interrogauimus eos, vt notum faceremus tibi: homines & præpositos, nominum scripturam præpositorum postulauimus illos. At illi responderunt nobis, dicentes: Nos sumus serui domini, qui fecit cœlum & terram: & ædificabatur hæc domus ante annos istos multos à rege Israel magno & fortissimo, & consummata est. Et quoniam patres nostri exacerbantes erant, & peccauerunt in deum Israel, tradidit eos in manus Nabuchodonosor Regis Babylonie Regis Chaldeorum: & domum istam demolientes incenderunt, & populum captiuum duxerunt in Babylonem. In primo anno regnante Cyro Rege Babylonie, scripsit Cyrus Rex domum hanc ædificare: & illa sacra vasa aurea & argentea, quæ extulerat Nabuchodonosor de domo quæ est in Ierusalem: & consecrauerat ea in suo templo: rursus protulit ea Cyrus Rex de templo quod erat in Babylonia, & tradita sunt Zorobabel, & Salmanasar subregulo.^f Et præceptum est eis vt offerrent

[m. Magna denotio totius populi, Gaudebant se de captiuitate rediisse, & quantum superbie ciuitatis flagitia horrebant, tunc Ierusalem videre cupiebant decorem: quantum sana abundantia nabantur, tantum templum dei restaurari conabantur. Sic non solum episcopi & presbyteri plebem fidelium, id est, dei domum debent ædificare: sed etiam populus de captiuitate victorum ad visionem veræ pacis vocatus, ministerii verbi dei ab his qui dicere nouerunt debet exigere, Glofa ordinaria.]

n. Samaritæ autem inimici auditis tubis, & lætati atque dolenti promissus vociferationibus, accurrunt causam & volentes discere, & cognito quod Iudæi de captiuitate Babylonica postliminio reuerti templi instaurarent, aduentu Zorobabel & Iesum, principisque cognationum, postulantes vt eos admitterent ad templum communi tempore ædificandum. Nam se quoque aiebant eundem deum colere, & eius gloriari nomine, religionisque eius studiosos esse. Ioseph. Antiq. lib. 11. cap. 3.

[o. Gentes vigilanter insidietes ad opus impediendum, in solis quotidie preparantes, ne opus inceptum perficeretur. De Lyra ibidem.]

a. Hæc sibi anno à reditu Iudæorum secundo, mente secundo, quando iactis templi fundamentis prima die decembris ceperunt superstruere, præpositi utraque operi curando Leuiticum quaterque viginti annum attingerent, & Iesum cum illis ac fratribus. Ioseph. Antiq. lib. 11. cap. 3.

[b. Cōsequenter ponitur resumptionis confirmatio. Circa quæ primo ponitur ædificatio interrogatio & responso, secundo responsionis ad regem relatio, & tertio regis ad ea responso. De Lyra ibidem.]

c. Eadem sententia tractatur 1. Esdr. 5. & 6. que in hoc cap. nisi in nominibus propriis differrent hi præpositi Syriæ & Phœnicis ab his de quibus in præfati illa dux accusatione differunt: illa namque accusatione Ierosolymitarum, hæc autem laude non solum gentes, sed & dei omnipotentis plena est. Beda 1. Esdræ 5.

[d. Nam & si veterum lapidum qui secundum Ieremiam dispersi fuerant in capite omnium platearum, aliqui remanere videntur, lapides nouerunt postea: ex quibus opus templi postea impletum. Quod mysticè videmus in ecclesia fieri: cum non solum de his qui ponendo respiciunt, sed etiam de illis qui nuper ad fidem vocati institutione magistrorum quasi norma operum compositi, & in ædificio congruo ordine sunt collocati, ædificantur. Glofa ordinaria.]

e. Vnde rectè Samaritæ qui primam scribentes epistolam animos regis aduersus structores templi accenderunt, hæreticus comparatur, qui ecclesiam sepe tantum sacra pelle commaculat, vt etiam gentibus exorsum reddat, eorumque turorē aduersus illa excitet. Beda 1. Esdræ 6.

if Cōque Samatitz Dario scripsit aut acculans Iudaeos, q̄ vrbem muniant templumque arci quā suo similis extulit, alleuerant nō esse hoc in rem regis, & ostendentes Cambyfis epistolam, per quam eam aedificationem impeditat & veterat, ratus non esse rebus suis tutam aut vtilem: postquam etiā Siinis, & collegarum de eodē negotio literas accepit, iussit re re confisit: & inuentus est apud Ecbatana castrum medice liber, in quo hae scripta continebantur: Anno primo regni sui Cyrus rex decreuit vt templū Dei cum altari Ierosolymis aedificaretur, altitudine cubitorū sexaginta, & totidem latitudine q̄ haberet ordines de lapidibus politis tres & ligneum vnum ē macerie quam fert ea regio & sumptus in hoc ex proprio regis penderentur. &c. Ioseph. Antiq. Iudae. lib. II. cap. 4. g. Hoc est, ordine vno ligneo. Sic enim fuit in templo Salomonis. Mœnium autē adificium est porticus exterior, sic dictum à Mœnio de quo speculatur, vel à Mœnio quodam, qui primus id aedificij genus inuenit, extensis tignis vltra columnas.

1. Coelestria.

h. Et addidit Darius: Qui hanc mirauerit iustionem, tollatur lignū de domo eius, & conficiatur in eos domus aarē eius publicetur: Ego Darius stari decerunt, quod Iudaeis impleri volo. Cornelios. 3. Iudith.

hæc vasa, & reponerant in templo quod erat in Ierusalem: & ipsum templum dei aedificare in loco suo. ^f Tunc Salmanasar subiecit fundamenta domus domini quæ est in Ierusalem: & exinde vsque nunc aedificatur, & non accepit consummationē. Nunc ergo si iudicatur à te ô Rex: perquiratur in regalibus bibliothecis Cyri Regis quæ sunt in Babylonia: & si inuentum fuerit consilio Cyri Regis cceptam esse structuram domus domini quæ est in Ierusalem, & iudicatur à domino rege nostro: scribat de his nobis. [†] Tunc rex Darius præcepit inquiri in bibliothecis, & inuentus est in Ecbatanis oppido, quod est in media regione, locus vnus in quo scripta erant ista: Anno primo regnante Cyro rex Cyrus præcepit domum domini quæ est in Ierusalem, aedificare: vbi incendebant igni assiduo, cuius altitudo sit cubitorum decem, & latitudo cubitorum sexaginta, quadratum lapidibus politis tribus, & ^g mœniano ligneo eiusdem regionis, & mœniano vno nouo, & impendia dari de domo Cyri Regis: & sacra vasa domus domini tam aurea quàm argentea, quæ extulit Nabuchodonosor, in domum domini quæ est in Ierusalem, vbi erant posita: vt ponantur illic. ^g Et præcepit curam agere Sisennem subregulum Syriæ & Phœnicis, & Satrabuzanem & sodales eius, & qui ordinati erant in Syria & Phœnicie Præsides: vt abstinerent se ab eodem loco. Et ego quoque præcepi in totum aedificare, & prospexi vt adiuuent eos qui sunt ex captiuitate Iudeorum: donec consummetur templum ædis domini: & à vexatione tributorum Syriae cœles] & Phœnicis, diligenter quantitatem dari his hominibus ad sacrificium domini, Zorobabel præfecto ad tauros, & arietes, & agnos, similiter autem & frumentum & sal & vinum, & oleum instanter per singulos annos, prout sacerdotes qui sunt in Ierusalem dictauerint consumi quotidie, sine vlla dilatione, vt offerantur libationes summo deo pro Rege & pueris eius, & orent pro ipsorum vita. ^h Et denuntietur, vt quicumque transgressi fuerint aliquid ex his quæ scripta sunt, aut spreuerint, accipiantur lignum de suis propriis, & suspendantur, & bona ipsorum Regi adscribatur: Propterea & dominus, cuius nomen inuocatum est tibi, exterminet omnem Regem & gentem, qui manum suam extenderit prohibere, aut male tractare domum domini, illam quæ est Ierusalem. Ego Darius Rex decreui, quàm diligentissimè secundum hæc fieri.

†. Esdr. 6. a

Domus domini extructa dedicatur, & consecratur, in eaque festum azymorum celebratur. VII.

a. Igitur cognita ex his literis voluntate regis, Siines & reliqui decreuerunt eā per omnia sequi. Itaque suscepta cura sacrae fabricæ adiuuabant Iudeos magistratūque eorū & principes, & magni omnium Iudis proferebat templi aedificatio iuxta mandata Cyri & Darij Iosephus lib. II. cap. 3. Antiquit. b. Et compleuerunt illud anno septimo Darij, qui erat 46. annus regni Persarū secundū quod dictū est in euāgelio Io. 2. Quā draginta & sex annis aedificatū est templū hoc. Comest. 3. cap. I. historię Iudith. c. Constitueruntque Leuitæ iuxta Moysi leges ex ordine suo ianitores per iungulas portas. Aedificauerunt enim Iudæi porticus quibus templum circumquaque includebatur. Instante autem zimorū festo mense primo qui Macedonibus est Xanthicus, nobis vero Nisan, confluit totus populus ex oppidis in urbē celebraturūque id festū Casti ac patri eī coniugibus ac liberis ritu patrio, & vicinā paschalē immolantes decimaquarta luna epulati sunt per cōtinuos dies septem, nullis sumptibus parces, holocausto mara etiā offerentes, & agentes gratias deo, qui eos tandē antiquæ patriæ & eius legibus ac iuribus restituerit, desitō ad benignitatem ac clementiam regis Persici animo. Ioseph. lib. II. cap. 4. Antiquit. Iudae.



[†] Vnc Sisennem subregulum Coelestriae, & Phœnicis, & Satrabuzanes & sodales obsecuti iis quæ à Dario Rege erant decreta, in stibant sacrosanctis operibus diligentissimè cooperates cum senioribus Iudeorum principibus Syriæ: & prosperata sunt sacrosancta opera prophetantibus Aggæo, & Zacharia prophetis. Et cōsummauerunt omnia per præceptum domini dei Israel, & ex cōsilio Cyri, & Darij, & Artaxerxis Regis persarū. ^b Et cōsummata est domus nostra vsque ad tertiā & vicecimam diem mensis Adar, sexto anno Darij Regis. Et fecerunt filij Israel, & sacerdotes, & Leuitæ, & ceteri qui erant ex captiuitate qui appositi sunt, secundum ea quæ scripta sunt in libro Moysi. Et obtulerunt in dedicationem templi domini, tauros centū, arietes ducentos, agnos quadringentos, & hœdos pro peccatis vniuersi Israel duodecim, secundum numerum tribuum Israel. ^c Et steterunt sacerdotes, & Leuitæ amici stolis per tribus super opera domini dei Israel secundum librum Moysi, & ostiarij per singulas Ianuas. Et egerunt filij Israel cum iis qui erant ex captiuitate, illud Phasē quartadecima luna mensis primi, quando sanctificati sunt sacerdotes & Leuitæ. Omnes filij captiuitatis non sunt simul sanctificati, quia Leuitæ omnes simul sanctificati sunt. Et immolauerunt Phasē vniuersi filij captiuitatis, & fratribus suis sacerdotibus, & sibimetipsis. Et manducauerunt filij Israel, qui erant ex captiuitate, omnes qui remanserant ab omnibus exercitationibus gentium terræ, quærentes dominum: & celebrauerunt diem festum azymorum septem diebus, & epulantes in conspectu domini quoniam conuertit consilium Regis Assyriorum

†. Esdr. 6. a

riorum in eos: confortare manus eorum ad opera domini dei Israel. ^{† d} Et post hunc regnante Artaxerxe Perfarum Rege, accessit Esdras filius Azariae, filij Helchiae, filij Solomae, filij Sadoch, filij Achitob, filij Ameri, filij Azahel, filij Bocci, filij Abisue, filij Phinees, filij Eleazari, filij Aaron primi sacerdotis: hic Esdras ascendit de Babylonia cum esset Scriba & ingeniosus in lege Moyfi quae data est à domino Israel, docere & facere. Et dedit ei Rex gloriam, quod inuenisset gratiam in omni dignitate & desiderio, in conspectu eius. [§] Et ascenderunt simul cum ipso ex filiis Israel, & sacerdotibus & Leuitis, & sacris cantoribus templi, & ostiariis, & seruis templi in Ierusalem. Anno septimo regnante Artaxerxe in quinto mense (hic annus septimus est regni) exeuntes de Babylonia nouilunio quinti mensis, uenerunt Ierosolymam iuxta praecipitum illius, secundum prosperitatem itineris à domino ipsorum datam eis. ^e In his enim Esdras magnam disciplinam obtinebat ne praetermitteret quicquam eorum quae essent ex lege domini & praecipitum, & docendo uniuersum Israel omnem iustitiam & iudicium. Accedentes autem qui scribebant scripta Artaxerxis Regis, tradiderunt scriptum quod obuenerat ab Artaxerxe Rege, ad Esdras sacerdotem, & lectorem legis domini: cuius exemplum subiectum est.

Esdras à Dario Ierosolymam mittitur cum sociis qui populum ad penitentiam commouet. VIII.

1. Esdr. 7. a



^a Ex Artaxerxes Esdras sacerdoti & lectori legis domini salutem. Humanior ego iudicans in beneficiis praecipui eis qui desiderant ex gente Iudaeorum sua sponte, & ex sacerdotibus & Leuitis qui sunt in regno meo, comitari tecum in Ierusalem. Si qui ergo cupiunt ire tecum, conueniant, & proficiantur, sicut placuit mihi, & septem amicis meis consiliariis: ut uisitent ea quae aguntur secundum Iudeam & Ierusalem obseruantes sicut habes in lege domini, & ferant munera domino deo Israel, quae uouit ego & amici Ierusalem: & omne aurum & argentum quod inuentum fuerit in regione Babyloniae, domino in Ierusalem cum illo quod est donatum pro ipsa gente in templum domini eorum, quod est in Ierusalem: ut colligatur hoc aurum & argentum ad tauros & arietes, & agnos, & haedos, & quae his sunt congruentia, ut offerant hostias domino super altare domini ipsorum quod est in Ierusalem. Et omnia quaecunque uolueris cum fratribus tuis facere auro & argento, perfice pro uoluntate tua secundum praecipitum domini dei tui, & sacrosancta uasa quae data sunt tibi ad opera domus domini dei tui quae est in Ierusalem, & caetera quaecunque tibi, subuenerint ad opera templi dei tui, dabis de regali gazophylacio: cum uolueris cum fratribus tuis facere auro & argento perfice secundum uoluntatem domini. Et ego quidem Rex Artaxerxes praecipui custodibus thesaurorum Syriae & Phoenicis, ut quaecunque scripserit Esdras sacerdos, & lector legis domini, diligenter detur ei usque ad argenti talenta centum, similiter & auri: & usque ad frumenti modios centum, & uini amphoras centum, & alia quaecunque abundant sine taxatione. ^b Omnia secundum legem dei fiant deo altissimo, ne forte exurgat ira in regno Regis, & filij, & filiorum eius. Vobis autem dicitur, ut omnibus sacerdotibus, & Leuitis, & sacris cantoribus, & seruis templi, & scribis templi huius, nullum tributum neque uia alia indictio irrogetur, nec habeat quisquam potestatem obicere eis quicquam. Tu autem Esdras secundum sapientiam dei constitue iudices, & arbitros in tota Syria, & Phoenice & omnes qui legem dei tui non nouerunt, doce: ut quotquot transgressi fuerint legem, diligenter plectantur, siue morte, siue cruciati, siue etiam pecuniae multatione, vel abductione. Et dixit Esdras Scriba. ^b Benedictus dominus patrum nostrorum qui dedit hanc uoluntatem in cor Regis clarificare domum suam quae est in Ierusalem, & me honorificauit in conspectu Regis & consiliariorum, & amicorum eius, & purpuratorum eius: & ego constans animo factus sum secundum opitulationem domini dei mei, & congregaui ex Israel viros, ut simul ascenderent mecum: & hi sunt praepositi secundum suas patrias, & principatus por-

1. d. Ex hoc patet quod dicitur est, scilicet quod secundum authorē huius libri, Darius & Artaxerxes fuerunt reges diuersi secundum opinionem uero Hebraeorum qui dicit esse eundem, potest dici quod post hunc non dicit personarum diuersitatem, sed eiusdem mutationis notabilem renouationem. Sicut de Saule dicitur 1. Reg. 10. b. Mutaberis in uirum alium. Darius autem in gratia facta populo Iudaeorum tempore Esdrae sacerdotis fuit nobiliter renouatus ad bonū Iudeorum, & sic scribitur hic quasi alius. De Lysa. j

e. Hic Artaxerxes qui deuotissima mente pro suo modulo templum ac dei sacerdotes ueneratur, eiusque promptum deferre famularum, Christianos principes sicut & praecessor eius significat. Beda ubi supra.

a. Hunc Artaxerxem cuius 7. anno uenit Esdras Ierosolymam, credit Ioseph lib. 11. cap. 5. fuisse xerxem Darij filij Hytaspis filium. Alij Artaxerxem Longimanum. Rabini uero Hebraeorum Darij filij Hytaspis: quod facilius crediderim. Nempe si sub xerxe Darij filij redierit Esdras Ierosolymam, à completa domo ad murorum & ciuitatis inchoationem essent. 71. anni. Et si sub Longimano essent. 77. & ab incepto templo. 80. anni. Et hinc ad regressum Nehemij qui murum inchoationem incepit numerauerunt. 14. anni inde ab incepto templo ad murorum inchoationem fluxissent. 94. anni. Verum ut Eliassus saluete sacerdotum, cuius meminit Nehemias cap. 3. a. qui post Iesum auum suum, & post Iochim patrem suum sacerdotio functus est, uerisimilius est ad Esdras quam Nehemiam fuisse Longimano reuerfos: non sub Dario filio Hytaspis, uel xerxe filio eius, aut Artaxerxe Mucomonere reuenciores ad Filone edunt. Aduersus quos Chryso-sto. orat. 2. aduersus Iudaeos, post Ioseph ait: Ac non fuit exorta Ierusalem sub Cyro, sed sub Artaxerxe cognomento Longimano. Post descensum enim Iudeorum à captiuitate, rursum ascendit Casybes Cyri filius, deinde duo magi. Post hos Darius Hytaspis filius, deinceps xerxes Darij filius, post hunc Artabanem, post Artabanem Artaxerxes Longimanus imperauit Persidi. Et dum hic regnum obtinet, an. 20. regni illius Nehemias reuersus ciuitatem inuaurauit. Et haec Esdras accuratissime descripsit. Haec ille.

b. Cōsequenter ponitur ipsius Esdrae gratiarum actio: & conuocatio populi ad Esdras redeuntis in Ierusalem enuocatio. De Lysa. Aduocata deinde Iudeorum concione qui apud Babylonem debebant, & perfecta epistola, ipsam quidem retinuit, exemplar uero eius in modum ad omnes sue gentis homines transmittit: qui cognita regis erga deum pietate, & erga Esdras beneuolentia, omnes uehementer sunt laeti: Ioseph. Antiq. Iudal. lib. 11. cap. 5. j

[I. Nec certum eorum numerum elipione, quia eorum que de confusione mundi ascendunt in libro vite scripta sunt, sed doctor, id est, principes familiarum populi Dei quantum animarum domino acquirunt, tantum augmenta perpetue remuneracionis acquirunt. Vnde sermo dicitur, Mina tua decem minas acquisiuit. Respondetur, & tu esto super decem ciuitates. I. ex tota vita quos docuisti, gloriosior eris in regno dei. Glof. ordina.]

[In primo Esdr. ca. 8. dicitur Hana. Erat enim fluuius ille binominis. Nomen hoc loci non alibi me legisse memini. Cum vero in sequentibus scriptum sit: Et praedicaui tibi ieiunium iuxta fluuium Hana decima die mensis primi, videtur quod Hana fluuius sit, & alter in eum decurrit, in quo confusio Esdras exercitum congregauit. Iosephus autem Euphratem panit, vnde Thia vel Hana videtur esse aliquis riuus fluens in Euphrate. Glof. ordinaria.]

[In Proprium nomen est cuiusdam Iudei, ita quod est adiectiuum, & commune quo denominantur illi qui erant de tribu Cham filij Noe. De Lyra ibid. j. o. Sed diligentius intueudum, quod ieiunium praemittitur, ut scilicet oratio subsequatur. Primo namque dicitur: & vobis illic ieiunium, ut affigerentur coram domino, & peteremus vitam rectam nobis & filiis nostris. Bada. r. Esdr. 8.]

p. Saepius dictum est, quod argentum & aurum & vasa quae de Babylone Ierosolymam mittebantur, animas designarent, quae de confusione & erroribus mundi huius conuenerent ad dominum. Vnde apte haec vasa sacerdotibus committat Esdras, qui ex Ierosolymam perferat. Quia per sacerdotum necessitas est manus diluuntur in baptismo, & consecrantur domino, quicunque ad consortium sanctae ecclesiae pertingere desiderant. Bada. r. Esdr. 8.

[q. Id est, deputat ad seruendum domino. Et hoc etiam modo, res inanimatae quae applicantur diuino cultui sanctae dicuntur. De Lyra.]

Es. Describitur quid factum sit in Ierosolymam in aduentu Esdras. Primo enim describitur oblationum regis & principum, & aliorum traditio. Secundo alienigenarum separatio, sententia enim prima patet. r. Esdr. ca. 8. De Lyra ibidem.]

f. Magna deuotio eorum & religio ostenditur, qui dum uenerunt a captiuitate peruenientes ad templum, & altare domini, primo obtulerunt holocausta, non tantum pro se, sed & pro omni Israel: hoc est, & pro eis qui iam dudum reuersi fuerant, & pro illis qui adhuc extorres patriae ducebant: omnia enim auctoris sui misericordia protegeret. Bada ubi supra.

tionales eorum, qui mecum ascenderunt de Babylonia in regno Artaxerxis. ¹ Ex filiis Phares, Gersomus. Ex filiis Siemarith, Amenus. Filiorum Dauid, Accus filius Scelie. Ex filiis Phares, Zacharias, & cum eo reuersi sunt viri centum quinquaginta: ex filiis Ductoris Moabilionis Zaracai: & cum ipso viri ducenti quinquaginta: ex filiis Zacues, Iechonias Zechoeli, & cum ipso viri ducenti quinquaginta: ex filiis Sala, Maafias Gotholie, & cum ipso viri septuaginta: ² ex filiis Saphacie, Zarias Micheli, & cum ipso viri octoginta: ex filiis Iob, Abdias Ieheli, & cum ipso viri ducenti duodecim: ex filiis Bani, Salimoth filius Iosaphie, & cum ipso viri centum sexaginta: ex filiis Beer, Zacharias Bebei, & cum ipso viri ducenti octo. Ex filiis Ezead Ioannes Acechan, & cum ipso viri centum decem. Ex filiis Adonicham ipsis postremis, & haec sunt nomina eorum: Eliaphalam filius Gebel, & Semeias, & cum ipso viri septuaginta. ^m Et congregauit eos ad fluuium qui dicitur Thia, & metati illic fuimus triduo, & recognoui eos. Et ex filiis sacerdotum, & Leuitarum non inueni illic. Et misi ad Eleazarum, & Eccelom, & Masman, & Maloban, & Enaatha, & Samea, & Ioribum, Nathana, Enuagan, Zachariam, & Mosollamum, ipsos ductores & peritos: Et dixi eis, ut venirent ad Loddæum qui erat apud locum Gazophylacij. Et mandauis eis ut dicerent Loddæo, & fratribus eius, & illis qui erant in Gazophylacio, ut mitterent nobis eos qui sacerdotio fungerentur in domo domini dei nostri. Et adduxerunt nobis eos qui sacerdotio fungerentur in domo domini dei nostri viros peritos ex filiis Mooli, filij Leui, filij Israel, Sebebian, & filios & fratres, qui erant decem & octo, Asbiam & Amin, ⁿ ex filiis filiorum Chananæi, & filij eorum, viri viginti. Et ex eis qui in templo seruebant, quos dedit Dauid, & ipsi Principes ad operationem Leuitis templo seruientium, ducenti viginti. Omnia nomina significata sunt in scripturis. ^o Et vobis illic ieiunium iuuenibus in conspectu domini, ut quaererem ab eo bonum iter nobis, & qui nobiscum erant, & filijs & pecoribus propter insidias. Erubui enim petere à Rege pedites & equites in comitatu tutelae gratia, contra aduersarios nostros. Diximus enim Regi, quoniam virtus domini erit cum eis, qui inquirunt eum in omni affectu. Et iterum deprecatus sumus dominum deum nostrum secundum haec: quem & propitium habuimus, & compotes facti sumus deo nostro. ^p Et separavi ex plebis praepositis, & sacerdotibus templi viros duodecim, & Sedebian, & Afannan, & cum eis ex fratribus eorum viros decem. Et appendi eis aurum, & argentum, & vasa sacerdotalia domus dei nostri, quae donauerat Rex, & consiliarij eius & principes, & omnis Israel. Et cum appendissem, tradidi argenti talenta centum quinquaginta, & vasa argentea talentorum centum, & auri talenta centum, & vasorum aureorum septies viginti, & vasa aerea de bono aramento splendentia duodecim, auri speciem reddentia. Et dixi eis. ^q Et vos sancti estis domino, & vasa sunt sancta, & aurum & argentum votum est domino deo patrum nostrorum. Vigilate, & custodite, donec tradatis ex plebis Praepositis, & sacerdotibus, & leuitis, & Principibus ciuitatum Israel in Ierusalem, in pastophorio domus dei nostri. Et ij qui susceperunt sacerdotes & Leuitae aurum & argentum, & vasa, intulerunt in Ierusalem, in templum domini. Et promouimus à fluuiio Thia, die duodecima mensis primi: vsque quo introiuimus in Ierusalem. ^r Et cum factus fuisset tertius dies, quarta autem die ponderatum aurum, & argentum traditum est in domo domini dei nostri, Marimoth filio Iori sacerdoti, & cum ipso erat Eleazar filius Phinees, & erant cum ipsis Iosadus filius Iesu, & Medias, & Banni filius Leuitae: ad numerum & ad pondus vniuersa. Et scriptum est pondus ipsorum eadem hora. ^f Qui autem venerunt ex captiuitate, obtulerunt sacrificium domino Israel, tauros duodecim, pro omni Israel, arietes octoginta sex, agnos septuaginta duos, hircos pro peccato duodecim, & pro salute vaccae duodecim, omnia in sacrificium domini. Et relegerunt praepcepta Regis regalibus dispensatoribus, & subregulis Coelestriae, & Phoenicis: & honorificauerunt gentem & templum domini. Et consummatis his accesserunt ad me Praepositi, dicentes: ^t Non segregauerunt genus Israel & principes, & sacerdotes, & Leuitae, & alienigenae gentes & nationes

r. Esdr. 8. a

† r. Esdr. 9. a

terra

terræ immunditias suas: à Chananzis, & Hethæis, & Pherezæis, & Iebuzæis, & Moabitis, & Aegyptiis, & Idumæis: Coniuncti enim sunt filiabus eorum, ipsi & filij eorū: & mixtum est semen sanctum alienigenis gentibus terræ, & participes erant Præpositi & magistratus iniquitatis eius ab initio ipsius regni. Et mox ut audiui ista, cōscindi vestimenta, & sacram tunicam & lacerans capillos capitis, & barbam, sedi dolens & mœstus. Et conuenerunt quotquot tunc mouebantur in verbo domini dei Israel ad me lugentem super iniquitatem istam, & sedebam tristis vsque ad vespertinum sacrificium. Et surgens à ieiunio conscissa habens vestimenta, & sacram tunicam: in geniculans & extendens manus ad dominum dicebam: Domine confusus sum, & reueritus sum ante faciem tuam. Peccata enim nostra multiplicata sunt super capita nostra, & iniquitates nostræ exaltatæ sunt vsque ad cælum: quoniam à temporibus patrum nostrorum sumus in magno peccato vsque ad diem hunc. Et propter peccata nostra, & patrum nostrorum sumus traditi cum fratribus nostris, & cum sacerdotibus nostris, Regibus terræ in gladium & captiuitatem, & depredationem, cum confusione, vsque in hodiernum diem. Et nunc quantum est quod contigit nobis misericordia abs te domine deus: & derelinque nobis radicem & nomen in locum sanctificationis tuæ: detegere luminare nostrum in domo domini dei nostri, dare nobis cibum in omni tempore seruitutis nostræ. Et cum seruiremus, non fuimus derelicti à domino deo nostro: sed constituit nos in gratia, ponens nobis Reges Persarum dare cibum, & clarificare templum domini dei nostri & ædificare deserta Sion: dare nobis stabilitatem in Iudæa & Ierusalem. Et nunc quid dicimus domine habentes hæc? Transgressi enim sumus præcepta tua, quæ dedisti in manus puerorum tuorum Prophetarum, dicens: quoniam terra in quam introitis possidere hereditatem eius, terra polluta est coinquinationibus alienigenarum terræ, & immunditiæ illorum repleuerunt eam totam immunditia sua. Et nunc filias vestras non coniungetis filiis eorum, & filias eorum non accipietis filiis vestris, & non inquiretis pacem habere cum illis omni tempore, ut inualescentes manducetis optima terræ, & hereditatem distribuatis filiis vestris vsque in æuum. Et quæ contingunt nobis, omnia sunt propter opera nostra maligna, & magna peccata nostra. Et dedisti nobis talem radicem, & rursum reuersi sumus transgredi legitima tua, uti commiseremur immunditiæ alienigenarum gentium terræ huius. Nonne irasceris nobis perdere nos, quoad usque non relinquatur radix, & nomen nostrum? Domine deus Israel verax es. Derelicta est enim radix vsque in hodiernum diem. Ecce, nunc sumus in conspectu tuo in iniquitatibus nostris. Non est enim adhuc stare ante te in his. Et cum adorando confiteretur Esdras flens humi prostratus ante templum: congregati sunt ante eum ex Ierusalem turba magna valde, viri & mulieres & iuuenes & iuuenulæ. Fletus enim erat magnus in ipsa multitudine. Et cum clamasset, Iechonias Ieheli ex filiis Israel, dixit Esdræ: Nos in dominum peccauimus, quod collocauimus nobis in matrimonium mulieres alienigenas ex gentibus terræ, & nunc es super omnem Israel. In his ergo sit iusiurandum à domino expellere omnes vxores nostras, quæ ex alienigenis sunt, cum filiis earum. Sicut tibi decretum est à maioribus secundum legem domini exurgens explica, ad te enim spectat negotium, & nos tecum sumus. Viriliter fac. Et exurgens Esdras adiurauit Principes sacerdotum, & Leuitas & omnem Israel facere secundum hæc: & iurauerunt.

Israelitæ iubentur vxores alienigenas cum filiis repudiare & abicere.

IX.

Et exurgens Esdras ab ante atrium templi, abiit in ²pastophorium Iohannæ filij Nafabi, & hospitatus illic non gustauit panem, nec aquam bibit, super iniquitatem multitudinis. Et facta est prædicatio in omni Iudæa, & in Ierusalem omnibus qui erant ex captiuitate in Ierusalem congregati: ut quicumque non occurrerit biduo vel triduo diei secundum iudicium asistentium seniorum, tollerentur facultates suæ, & ipse alienus iudicaretur à multi-

[1. Quia mulieres alienigenæ debebant filios suos idololatriæ, & ad hoc etiam inducebant maritos suos, De Lyra ibidem.]

[2. Hoc est dictum, quod istud nomen inceptum à potentioribus populi secundum quod dicitur 1. Esdr. 9. De Lyra.]

u. Esdras intumens cordis dolorem ostendens scdit vestimentum, euellit pilos capitis & barbâ, sedet mœstus, ut tali dehonestamento corporis, & indumento eum marore vultus, velocius omnium animos ad penitentiam vel sui vel fratrum reatus excitet, Beda 1. Esdr. 9.

x. Vna siquidem solique purgatio peccatoribus reliqua est post peccata, videlicet reus sua commissa confiteatur. Tu vero mihi confidens & iusti vultus, & Iudæorum improbitatem. Nam ille quidem nullius mali sibi confisus seipsum multa cum austeritate amare dicens: Peccata nostra multiplicata sunt super capita nostra. Chrys. Aduersus Iudæos, Orat. 2.]

[y. Verum est enim quod peccauerunt, & qui in castitate permanserunt de casu statum dolentes. Multum verò conturbati ad preces & lamenta sui pontificis ostendantur, eum etiam mulieres & pueri interfuisse narrentur. Potest autem ea discretione factum intelligi, quod prius imbeciles & recti ad eum conflauerunt, eum autem nunc reuersi sumus. Et delicti nobis salutem sicut est hodie, ut non reuerteremur scilicet ad pristina vitia: sed quia populus reuertens fecit contrarium, ideo hic exprimitur, cum dicitur: Transgressi enim sumus præcepta tua. De Lyra. ibidem.]

z. Homines plerumque aperte, plerumque occulte luit pro suis factis diuinitus penas: sicut in hac vita, sive post mortem: quæ uis nullis hominibus agere rectè, nisi diuino adiungetur auxilio. Aug. de ciuit. dei, lib. 20. cap. 11.

[& Dum ita pius sacerdos lachrymatur eum cœtu qui ad eum conuenerant, mixtus ex viris & mulieribus atque pueris, accessit eum quidam primarius Ierosolymita nomine Achonius, confitens se peccasse qui alienigenas vxores duxerunt: suscitque ei, ut omnes adiuraret, ut vxores eum nata ex illis prole abicerent: & si quis legi parere nollet, in eum animaduertent: qui secutus viri consilium exegit super hæc re iusiurandum à principibus Lauitarum, & sacerdotum ac tribuum Israeliticarum: quo facto exiit templum, & contulit in domum Iohannis, & Eliasib, ibique totam eam diem ieiunus præ morore exegit. Ioseph. Antiq. Iudæa. lib. 11. cap. 5.]

1. Esdr. 10. a

1. Esdr. 10. a A

lib. Ineratio Esdræ maxime iu-
tabat populum secum peccatis
constitendo, & penitentiis sua-
dendo abiecit vxoribus alieni-
genis cum filiis suis. Glo. ordi.]

c. Aliquanto deinde post eom-
pente quorundam iudicio q. qui-
dam e vulgo sacerdoti & Leui-
tarum parum seruauerunt in-
tura & leges patrias, & ductis a-
lienigenis vxoribus ordinis sa-
cerdotalem considerant, roga-
ntque ab eis vt ferret auxilium
legibus, ne datus propter paucos
iratus omnes deus communi
clade feriat. Ioseph. lib. 11. cap. 5.
Ansiq.

fd. Vsq. que soluant & paci-
cent debitam transgressionis fa-
ctis facionem eum dei præcepti
transgressi sunt, quo præcipitur
Deut. 7. Nō inibis cum eis sed-
us, nec miseraberis eorum, ne-
que sociaberis cum eis coniugij.
Filiam tuam non dabis filio e-
ius, neque filiam illius accipies
filio tuo. De Lyra.]

e. Surrexit ergo Esdras, adiu-
rauit principes sacerdoti & Le-
uitarum, & omne Israel, vt face-
rent secundum verbum hoc, &
iurauerunt, intelligas, quia si
non proiecerunt hos filij tran-
smigrationis liberos, quos sibi
mulieres alienigenæ pepererāt,
illa fuerit causa, q. eos abrenun-
ciare matrem infidelitatis do-
cuerunt, & esset eos domino
per circumfessionem & hostiam
salutarem suæ fidei & castitatis
confortes esse fecerunt. Beda. 1.
Esd. vltimo.

f. Tempore nãque sacrificij cã-
tabant Leuitæ pro ignorantia
sua. Diu nanque fuerunt in ca-
ptiuitate inter gentes vbi non
erāt exercitari in lege, & sic mul-
ti simplices ignorabāt sibi illi-
cium esse cum mulieribus alle-
nigenis matrimonium contra-
here. Vel vt alij dicunt. Cũ filij
Israel de Babylone venissent
in Ierusalem, & vidissent vxores
suas ex ieiunetia deturpa-
tas, contempserunt eas, & in ma-
gna parte eas abiecerunt, & vxores
alienigenas contra dei præ-
ceptum. Deut. 7. acceperunt. De
Lyra.]

fg. Consequenter ponitur popu-
li Israel ab alienigenis multitu-
dine separati in Iudicio. Vnde in
principio mensis septimi statu-
ta est festiuitas tubarum: quã
cantu populus inter orationes
& hostias ardens ad legis me-
moriã excitaretur. Glo. ordi.
Nehe. 8. cap.]

h. Septimo autem mense dum
scenopæz festum celebratur,
& ferme totus populus conue-
nit, accedentes ad patetem tem-
pli patrem, que orientalis portã
spectat, rogauerunt Esdrã vt eis
legem Moysi legeret, quod &
fecit stans in medio multitudi-
nis, à mane vsque meridiem. Ex
quã lectione non solum in præ-
sens & futurum discabant quid
esset iustum, sed etiam præteri-
torum memoriã retractantes la-
chrymabantur, sic cogitantes,
quod nullas calamitates fuisset
perpetuati, si præscripta legis
diligenter obseruassent. Ioseph.
lib. 11. cap. 5. Antiqui.

tudine captiuitatis. ^b Et cõgregati sunt omnes qui erant ex tribu Iuda, & Benjamin in
tribus diebus in Ierusalem. Hic mensis est nonus: dies mensis vicefimus, & sedit om-
nis multitudo in area templi trementes propter hyemen præsentem, & exurgens Es-
dras, dixit illis: ^{† c} Vos iniquè fecistis collocando vobis in matrimonium vxores a-
lienigenas, vt adderetis ad peccata Israel. [†] Et nunc date confessionem & magnifi-
centiam domino deo patrum nostrorum: & perficite voluntatem ipsius, & discedite
à gentibus terræ, & ab vxoribus alienigenis. Et clamauit omnis multitudo, & di-
xerunt voce magna: Sicut dixisti, faciemus. Sed quoniam multitudo magna est, &
tempus hybernum, & non possumus in subsidiati stare: & hoc opus non est nobis v-
nius diei: neque bidui, multum enim in his peccauimus: stent præpositi multitudi-
nis: & omnes qui nobiscum inhabitant; & quotquot habent vxores apud se alieni-
genas, & assistant accepto tempore ex omni loco presbyteri, & Iudices: ^d vsquequo
soluant iram domini negotij huius. Ionathas autem filius Ezeli, & Ozias Thecam
susceperunt secundum hæc: & Boforamus, & Leuis, & Sabathæus, simul cooperati
sunt cum illis. Et steterunt secundum hæc omnia vniuersi qui erant ex captiuitate.
[†] Et elegit sibi viros Esdras sacerdos Principes magnos de patribus eorum secundum ^c
nomina: & confederunt nouilunio mensis decimi examinare negotium istud. ^e Et
determinatum est de viris qui habebant vxores alienigenas, vsque ad Neomeniam
primi mensis: & intuenti sunt ex sacerdotibus permixti qui habebant alienigenas v-
xores. Ex filiis Iesu filij Iosedech & fratribus eius, Maseas, & Eliezerus, & Loribus, &
Ioadæus, & iniecerunt manus, vt expellerent vxores suas: ^f & ad litandum in exoratio-
nem arietem pro ignorantia sua. Et ex filiis Semmeri: Maseas, & Esses, & Ieelech, Aza-
rias. Et ex filiis Fosere, Lisomasias, Hismaënis, & Nathanaë, Iussio, Reddus, & Talsas.
Et ex Leuitis: Iorabodus, & Semeis, & Colnis, & Calitas, & Facteas, & Coluas, & Eli-
nas. Et ex sacris cantoribus: Eliasib, Zaccarus. Et ex ostiariis: Salumus, & Tolbanes.
Et ex Israel: ex filiis Foro, Osi, & Remias, & Geddias, & Melchias, & Michelus, & Elea-
zarus, & Lemmebias, & Bannas. [†] Et ex filiis Iolamam, Chamas, & Zacharias, Iezzelus, ^d
& Ioddus, & Erimoth, & Helias. Et ex filiis Zathoim: Eliadas, & Liafumus, Zochias,
& Larimoth, & Zabdis, & Tebedias. Et ex filiis Zebes: Ioannes, & Amanias, & Zab-
dias, & Emens. Et ex filiis Banni, Olamus, & Malluchus, & Ieddeus, & Iasub, & Afa-
bus, & Ierimoth. Et ex filiis Addin: Naathus, & Moofias, & Caleus, & Raanas, Maa-
feas, Mathathias, & Beseel, & Bonnus, & Manaffes. Et ex filiis Nuaë: Noneas, & A-
feas, & Melchias, & Sameas, & Simon, Benjamin, & Malchus, & Marras. Et ex filiis
Arom: Carianæus, Matthathias, & Bannus, & Eliphalach, & Manaffes, & Semei. Et ex
filiis Bani: Hieremias, & Moodias, & Abramus, & Iohel, & Baneas, & Pelias, & Ionas,
& Marimoth, & Eliasib, & Mathanæus, & Eliasis, & Orizas, & Dielus, & Semedius, &
Sambrius, & Iosephus. [†] Et ex filiis Nobei, Idelus, & Mathathias, & Sabadus, & Zeche-
da, Sedmi, & Iessei, Banneas. Omnes isti coniunxerunt sibi vxores alienigenas, & di-
uiserunt eas cum filiis. [†] Et inhabitauerunt sacerdotes & Leuitæ: & qui erant ex Israel
in Ierusalem, & in tota vna regione, nouilunio mensis septimi. Et erant filij Israel in
commorationibus suis. Et congregata est omnis multitudo simul in aream, quæ est
ab oriente portæ sacræ. ^h Et dixerunt Esdræ Pontifici & lectori, vt afferret legem Moy-
si, quæ tradita est à domino deo Israel. Et attulit Esdras Pontifex legem omni mul-
titudini eorum à viro vsque ad mulierem, & omnibus sacerdotibus, audire legem
nouilunio mensis septimi. Et legebat in area, quæ est ante sacram portam templi, à
prima luce vsque ad vesperam, coram viris & mulieribus. Et dederunt omnes sen-
sum ad legem. [†] Et stetit Esdras sacerdos, & lector legis super ligneum tribunal, quod
fabricatum erat. [†] Et steterunt ad eum Mathathias, & Samus, Ananias, Azarias, Vrias,
Ezechias, & Balsamus, ad dexteram: & ad sinistram Faldæus, Misael, Malachias, Abu-
sthas, Sabus, Nabadias, & Zacharias. Et assumpsit Esdras librum coram omni multi-
tudine: præsidebat enim in gloria in cõspectu omnium. Et cū absoluisset legem, omnes
recti steterunt, & benedixit Esdras dominum deum altissimum, deum Sabaoth omnipotentem.
Et respon-

† 2. q. 1. ca. 1.
† 1. cap. 5. te-
nim vetu.
Tūcauc, &
c. Cauc. 3. q.
1. ca. Cū migi-
tur. 6. Flaci-
raque.
De pa. disti.
2. ca. Si enim
verba Salo-
mon.

† 2. disti. 1.

Et respondit omnis populus, Amen. Et eleuatis sursum manibus, procidentes in terram adorauerunt dominum: Iesus, & Banaeus, & Sarabias, & Iadimus, & Accubus, & Sabbathæus, & Calithes, & Azarias, & Ioraddus, & Ananias, & Filias, Leuitæ: qui docebant legem domini, & in multitudine legebant legem domini, & præferebant singuli eos, qui intelligebant lectionem. Et dixit Atharates Esdrae Pontifici & lectori, & Leuitis qui docebant multitudinem, dicens: Dies hic sanctus est domino. Et omnes fiebant cum audissent legem, & dixit Esdras: Digressi ergo manducate pinguisima quæque, & bibite dulcissima quæque, & mittite munera iis qui non habent. Sanctus enim est hic dies domini, & nolite mæsti esse. Dominus enim clarificabit vos. Et Leuitæ denuntiabant in publico omnibus, dicentes: Dies hic sanctus est. Nolite mæsti esse. Et abierunt omnes manducare & bibere, & epulari, & dare munera iis qui non habebant, vt epularentur. Magnificè enim sunt exaltati verbis: quibus edocti sunt. Et congregati sunt vniuersi in Ierusalem celebrare lætitiã secundum testamentum domini dei Israel.

[i. Salomon quasi rex basem fecit azeam: Esdras vero quasi minoris potentie gradum lignum fecit. Salomon vel Moyse altare holocausti fecerunt azeum, & filij transmigrationis lapideum. Sed non est putandum minus sacramentum ligneum gressu quam basem azeam habere Gio. fordina.]

k. Ita seruendum est domino in iocunditate. Plena erit & perfecta illa iocunditas cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Tunc erit perfecta iocunditas, tunc illa perfecta iubilatio: esse laus sine defectu, esse amor sine scdalo, tunc fructus sine timore, tunc vita sine morte. August. in Psal. 99.

Incipit Esdrae liber quartus.

Mittitur Esdras à deo multa in gratis Iudæis exprobraturus exhibita beneficia.

Cap. I.

Hic liber non est
Canonice.

Liber Esdrae prophete secundus, filij Sarei, filij Azaræi, filij Elchia, filij Sadania, filij Sadoch, filij Achitob, filij Achia, filij Phinees, filij Heli, filij Ameria, filij Afiei, filij Marimoth, filij Arna, filij Ozia, filij Borith, filij Abissei, filij Phinees, filij Eleazar, filij Aaron, ex tribu Leui, qui fuit captiuus in regione Medorum, in regno Artaxerxis regis Persarum. Et factum est verbum domini ad me, dicens: Vade & nuntia populo meo facinora ipsorum, & filiis eorum iniquitates, quas in me admiserunt, vt nuncient filiis filiorum: quia peccata parentum ipsorum in illis creuerunt, Obliti enim mei, sacrificauerunt diis alienis. Nonne ego eduxi eos de terra Ægypti, de domo seruitutis? Ipsi autem irritant me, & consilia mea spreuerunt. Tu autem excute comam capitis tui, & proice omnia mala super illos: quoniam non obedierunt legi meæ. Populus autem est indisciplinatus. Vsquequo eos sustinebo, quibus tanta beneficia contuli? Reges multos propter eos subueri. Pharaonem cum pueris suis, & omnem exercitum eius percussi. Omnes gentes à facie eorum perdidit, & in oriente prouinciarum duarum populos Tyri, & Sidonis dissipauit, & omnes aduersarios eorum interfeci. Tu verò loquere ad eos: dicens: Hæc dicit dominus: Nempe ego vos per mare transmeaui, & platæas vobis initio munitas exhibui: Ducem vobis dedi Moysen, & Aaron sacerdotem: lucem vobis per columnam ignis præstiti, & magna mirabilia feci in vobis: vos autem mei obliti estis, dicit dominus. Hæc dicit dominus omnipotens: Coturnix vobis in signo fuit, castra vobis ad tutelam dedi, & illic murmurastis: & non triumphastis in nomine meo de perditione inimicorum vestrorum, sed adhuc nunc vsque murmurastis. Vbi sunt beneficia quæ præstiti vobis? Nonne in deserto cum esuriretis, proclamastis ad me, dicentes: Vt quid nos in desertum istud adduxisti interficere nos? Melius nobis fuerat seruire Ægyptiis, quàm mori in deserto hoc. Ego dolui gemitus vestros: & dedi vobis manna in escam. Panem angelorum manducaastis. Nonne cum sitiretis, petram excidi, & fluxerunt aquæ in saturitate? Propter æstus folijs arborum vos texi. Diuisi vobis terras pingues: Chanaanæos, & Pherezæos, & Philistæos à facie vestra proieci. Quid faciam vobis adhuc, dicit dominus? Hæc dicit dominus omnipotens: In deserto cum essetis

Hic liber apud Hebræos non habetur, sed nec in multis Latinis exemplaribus: temeris nūquam non legentibus peccandi horrorem, & iudiciorum dei incuriat terrorem. Veruntamen mirum est quod hic dicatur descendisse ab Aaron per 19. generationes, supra vero 1. Esd. 7. per 13. solum, sed & 3. Esd. 7. per 11. solum: in his autem tribus genealogiis pauca inueniunt eadem nomina.

† Nche. 8. c.

A



† Isa. 58. a

† Mich. 6. a

† Exod. 14. c
Jof. 10.
Psal. 106. b
Nche. 9. b

† Exod. 14. d

† Exod. 16. e

† Num. 11. g
Mich. 6. a
† Psal. 104.

† Exo. 16. c
Sap. 16. c

D

in flumine Amorrae sitientes, & blasphemantes nomen meum, non igne vobis pro blasphemis dedi, sed mittens lignum in aquam, dulce feci flumen. Quid tibi faciam Jacob: Noluisti obedire Iuda. Transfera me ad alias gentes, & dabo eis nomen meum: ut custodiant legitima mea. Quoniam me dereliquistis, & ego vos derelinquam. Penitentibus vobis a me misericordiam, non miserebor: quando inuocabitis me, ego non exaudiam vos: Maculastis enim manus vestras sanguine, & pedes vestri impigri sunt ad committenda homicidia. Non quasi me dereliquistis, sed vos ipsos, dicit dominus. Hæc dicit dominus omnipotens: Nonne ego vos rogavi, ut pater filios, & ut mater filias, & ut nutrix paruulos suos, ut essetis mihi in populum, & ego vobis in deum: & vos mihi in filios, & ego vobis in patrem? Ita vos collegi, ut gallina pullos suos sub alas suas. Modo autem quid faciam vobis? Proiciam vos a facie mea. Oblationem cum mihi attuleritis, auertam faciem meam a vobis. Dies enim festos vestros, & neomenias, & circuncisiones repudiaui. Ego misi pueros meos prophetas ad vos, quos acceptos interfecistis, & lanialistis corpora eorum, quorum sanguinem exquiram, dicit dominus. Hæc dicit dominus omnipotens: Domus vestra deserta est. Proiciam vos, sicut ventus stipulam, & filij procreationem non facient: quoniam mandatum meum neglexerunt, & quod malum est coram me, fecerunt. Tradam domos vestras populo venienti, qui me non audientes credunt, quibus signa non ostendi, facient quæ præcepi. Prophetas non viderunt, & memorabuntur iniquitatum eorum. Testor populi venientis gratiam, cuius paruuli exultant cum lætitia: me non videntes oculis carnalibus, sed spiritu credentes quæ dixi. Et nunc frater aspice, quæ gloria: & vide populum venientem ab oriente: quibus dabo ducatum Abraham, Isaac, & Jacob, & Osee, & Amos, & Micheæ, & Iohel, & Abdia, & Ionæ, & Naum, & Abacuc, Sophonie, Aggæi, Zachariæ & Malachiæ, qui & angelus domini vocatus est.

Synagoga sub figura matris auocatur à malo ad bonum.

II.



Hæc dicit dominus: Ego eduxi populum istum de seruitute, quibus mandata dedi per pueros meos prophetas, quos audire noluerunt, sed irrita fecerunt mea consilia. Mater quæ eos genuit, dicit illis: Ite filij, quia ego vidua sum & derelicta. Educaui vos cum lætitia, & amisi vos cum luctu & tristitia. Quoniam peccastis coram domino deo vestro, & quod malum est coram eo, fecistis. Modo autem quid faciam vobis? Ego vidua sum, & derelicta: ite filij, & petite a domino misericordiam. Ego autem te pater testem inuoco super matrem filiorum, qui noluerunt testamentum meum seruare, ut des eis confusionem, & matrem eorum in direptionem, ne generatio eorum fiat. Dispergantur in gentes nomina eorum, deleantur a terra: quoniam spreuerunt sacramentum meum. Væ tibi Assur, qui abscondis iniquos penes te. Gens mala, memorare quid fecerim Sodomæ & Gommoræ, quorum terra iacet in picis glebis, & aggeribus cinerum. Sic dabo eos qui me non audierunt, dicit dominus omnipotens. Hæc dicit dominus ad Esdram: Nuntia populo meo, quoniam dabo eis regnum Ierusalem, quod daturus eram Israel. Et fumam mihi gloriam illorum, & dabo eis tabernacula æterna, quæ præparaueram illis. Lignum vitæ erit illis in odore vnguenti, & non laborabunt, neque fatigabuntur: Ite, & accipietis. Rogate vobis dies paucos, ut immorentur. Iam paratum est vobis regnum: vigilate. Testare cælum & terram. Contriui enim malum, & creauit bonum, quia viuo ego, dicit dominus, Mater amplectere filios tuos, educa illos cum lætitia. Sicut columna confirma pedes eorum: quoniam te elegi, dicit dominus. Et resuscitabo mortuos de locis suis, & de monumentis educam illos, quoniam cognoui nomen meum in Israel. Noli timere mater filiorum, quoniam te elegi, dicit dominus. Mittam tibi adiutorium pueros meos Isaiam & Ieremiam, ad quorum consilium sanctificaui, & parauit tibi arbores duodecim, grauatas variis fructibus, & totidè fontes fluentes lac & mel: & montes immensos septem, habentes rosam & liliam, in quibus gaudio implebo filios tuos. Vidua iustifica: pupillo iudica: egenti da, orphanum

Opera misericordiarum.

a. Videre charissimi quantum sit elemosynæ meritum, angelum meruit habere operarium Tobie iniuri. Videtis quantum proficit mortuos spellere, ut oblatio eius per angelum Raphael ad cælestem ascenderet maiestatem. Videtis quia elemosyna à morte liberat, & ipsa purgat peccata: facit purgatorium oculorum, liberat à tenebris peccatorum. Tobias via sua deducitur, Sarator vitis cõtristata per angelum matrimonio copularur August. de tempor. Sermon. 226.

†Erod. 17. d.
†Ios. 11. 11.
†Exod. 14. d
†Isa. 19. a
a. Reg. 7. c

†Baruch. 2. d

†Math. 23. d

†Isa. 1. c

Math. 21. c
Osee. 2. b

†Math. 23. d
†Psal. 82. c

†Psal. 106. b

†Psal. 50. a

Apo. 3. c
Psal. 108. b

†Gene. 19. f

†Ezech. 11. c

Isa. 40. g.
Math. 25. e

Ezech. 37. a

tuere

tuere, nudum vesti, confractum & debilem cura, claudum irridere noli, tutare manicum, & cæcum ad visionem claritatis meæ admitte. Senem & iuuenem intra muros tuos serua, mortuos ubi inuenieris signans commenda sepulchro, & dabo tibi primam sessionem in resurrectione mea. Pausa & quiesce populus meus, quia ueniet requies tua. Nutrix bona nutri filios tuos, confirma pedes eorum. Seruos quos tibi dedi, nemo ex eis interiet. Ego enim eos requiram de numero tuo. Noli fatigari. Cum enim uenerit dies pressuræ & angustiarum, alij plorabunt & tristes erunt, tu autem hilaris, & copiosa eris. Zelabunt gentes, & nil aduersus te poterunt, dicit dominus. Manus meę tegent te, ne filij tui gehennam videant. Locundare mater cum filiis tuis, quia ego te eripiam, dicit dominus. Filios tuos dormientes memorare: quoniam ego eos educam de lateribus terræ, & misericordiam cum illis faciam, quoniam misericors sum, dicit dominus omnipotens. Amplectere natos tuos vsque dum uenio, & præstem illis misericordiam: quoniam exuberant fontes mei, & gratia mea non deficiet. Ego Esdras præceptum accepi à domino in monte Oreb, ut irem ad Israel. Ad quos cum uenirem, reprobauerunt me, & respuerunt mandatum domini. Ideoque uobis dico gentes, quæ auditis & intelligitis: Expectate pastorem uestrum, requiem æternitatis dabit uobis: quoniam in proximo est ille, qui in fine seculi adueniet. Parati estote ad præmia regni, quia lux perpetua lucebit uobis per æternitatem temporis. Fugite umbram seculi huius: Accipite iocunditatem gloriæ uestræ. Ego testor palam saluatorem meum: cõmendatum donum accipite & iocundamini, gratias agentes ei qui uos ad cœlestia regna uocauit. Surgite, & state, & uidete numerum signatorum in conuiuio domini. Qui se de umbra seculi transtulerunt splendidas tunicas à domino acceperunt. Recipe Sion numerum tuum, & conclude candidatos tuos, qui legem domini compleuerunt. Filiorum tuorum quos optabas plenus est numerus. Roga imperium domini, ut sanctificetur populus tuus, qui uocatus est ab initio. Ego Esdras uidi in monte Sion turbam magnam, quam numerare non potui, & omnes canticis collaudabant dominum. Et in medio eorum erat iuuenis statura celsus eminentior omnibus illis, & singulis capitibus eorum imponebat coronas, & magis exaltabatur, Ego autem miraculo tenebar. Tunc interrogauit angelum, & dixi: Qui sunt hi domine? Qui respondens dixit mihi: Hi sunt qui mortalem tunicam deposuerunt, & immortalem sumpserunt, & confessi sunt nomen dei. Modo coronantur, & accipiunt palmas. Et dixi angelo: Ille iuuenis quis est, qui eis coronas imponit, & palmas in manus tradit? Et respondens dixit mihi: Ipse est filius dei, quem in seculo confessi sunt. Ego autem magnificare eos cœpi, qui fortiter pro nomine domini steterunt. Tunc dixit mihi angelus: Vade, annuntia populo meo, qualia & quanta mirabilia domini dei uidisti.

In omnibus posteris Adæ, & maxime in infidelibus malitia dominatur. III.

Anni ante
Christum.
585.
Anni mudi.
3177.



Gene. 2. b

Gene. 3. c

Gene. 7.

Anno tricesimo ruinæ ciuitatis eram in Babylone, & conturbatus sum super cubiculo meo recumbens. Et cogitationes meæ ascendebant super cor meum: quoniam uidi desertionem Sion, & abundantiam eorum, qui habitabant in Babylone. Et ventilatus est spiritus meus valde. Et cœpi loqui ad altissimum uerba timorata: & dixi: O dominator domine tu dixisti, ab initio quando plantasti terram, & hoc solus, & imperasti populo: & dedisti Adam corpus mortuum: sed & ipsum figmentum manuum tuarum erat, & insufflasti in eum spiritum uitæ, & factus est uiuens coram te, & induxisti eum in paradiso, quem plantauerat dextera tua. antequam terra aduentaret. Et huic mandasti diligere uiam tuam, & præteriiuit eam, & statim instituisti in eum mortem, & in nationibus eius: & natæ sunt gentes, & tribus & populi & cognationes, quarum non est numerus. Et ambulauit unaquæque gens in uoluntate sua, & miragebant coram te, & spernebant præcepta tua. Iterum autem in tempore induxisti diluuium super inhabitantes seculum, & perdidisti eos. Et factum est in unoquoque eorum, sicut Adæ mori,

a. Ab hoc anno 70. captiuitatis ad 7. annum Darij filij Hyftaspis cum Esdras secundu quoſdam miſſus eſt Ierofolymam, fluxerunt 70. anni ad 7. uero annum Artaxerxis Longimani: cum ſecundu alios miſſus eſt, fluxerunt 120. anni. Unde propter annos quos iſte Esdras iſt haberet, cum cœpiſſet prophettare, habebat uetus minus 70. quare creditur alius Esdras à priore.

sic his diluuium. Dereliquisti autem vnum ex his Noe cum domo sua, & ex eo iusti omnes. Et factum est, cum cœpissent multiplicari, qui habitabant super terrā, & multiplicauerunt filios & populos, & gentes multas: & cœperunt iteratō impietatem facere plus quā priores. Et factum est, cum iniquitatem facerent coram te, elegisti tibi virum ex his, cui nomen erat Abraham. Et dilexisti eum, & demonstraſti ei ſoli voluntatem tuam, Et diſpoſuiſti ei teſtamentum æternum, & dixiſti ei, vt non vnquam derelinqueres ſemen eius, Et dediſti ei Iſaac, dediſti Iacob & Eſau. Et ſegregaſti tibi Iacob, Eſau autem ſeparaſti. Et factus eſt Iacob in multitudine magna. Et factum eſt, cum educeres ſemen eius ex Ægypto, adduxiſti ſuper montem Sina. Et inclinaſti cœlos, & ſtaſtuſti terram, & commouiſti orbem, & tremere feciſti abyſſos, & conturbaſti ſeculum, & trāſiit gloria tua portas quatuor ignis, & terrā motus, & ſpiritus, & gelu: vt dares ſemini Iacob legem, & generationi Iſrael diligentiam. Et non abſtuliſti ab eis cor malignum, vt faceret lex tua in eis fructum. Cor enim malignum baiulans primus Adam tranſgreſſus & victus eſt, ſed & omnes qui de eo nati ſunt. Et facta eſt permanens infirmitas, & lex cum corde populi, cum malignitate radicis, & diſceſſit quod bonum eſt, & manſit malignum. Et tranſierunt tempora, & finiti ſunt anni: & ſuſcitaſti tibi ſeruū nomine Dauid, & dixiſti ei ædificare ciuitatem nominis tui, & offerre tibi in eadem thus & oblationes. Et factum eſt hoc annis multis, & dereliquerunt qui habitabant ciuitatem, in omnibus facientes, ſicut fecit Adam, & omnes generationes eius. Vtebantur enim & ipſi corde maligno. Et tradidiſti ciuitatem tuam in manibus inimicorum tuorum. Nunquid meliora faciunt, qui habitant Babylonē? Et propter hoc dominabitur Sion. Factum eſt, cum veniſſem huc, & vidiſſem impietates, quarum non eſt numerus: & derelinquentes multos, vidit anima mea hoc triceſimo anno, & exceſſit cor meum: quoniam vidi quomodo ſuſtines eos peccantes, & pepercidiſti impiē agentibus, & perdididiſti populum tuum, & cōſeruaſti inimicos tuos, & non ſignificaſti. Nihil memini quomodo debeat derelinqui via hæc. Nunquid meliora facit Babylon, quā Sion? aut alia gens cognouit te præter Iſrael? Aut quæ tribus crediderunt teſtamenti tui, ſicut Iacob? Quarum merces non comparauit, neque labor fructificauit. Pertranſiens enim pertranſiui in gentibus, & vidi abundantes eas, & non memorantes mandatorum tuorum. Nunc ergo pondera in ſtatera noſtras iniquitates, & eorum qui habitant in ſeculo: & non inuenietur nomen tuum, niſi in Iſrael. Aut quando non peccauerunt in conſpectu tuo, qui habitant terram? aut quæ gens ſic obſeruauit mandata tua? Hos quidem per nomina inuenies ſeruaſſe mādāta tua, gentes autem non inuenies.

Retruditur ſuperbia curioſi ſcrutatoris, variis adductis ſimilitudinibus. IIIII.

ET reſpondit ad me angelus, qui miſſus eſt ad me, cui nomen Vriel, & dixit mihi, Excedens exceſſit cor tuum in ſeculo hoc, & comprehendere cogitas viam altiſſimi. Et dixi: Ita domine meus. Et reſpondit mihi, & dixit: Tres vias miſſus ſum oſtendere tibi, & tres ſimilitudines proponere coram te, de quibus mihi ſi renuntiaueris vnam ex his, & ego tibi demonſtrabo viam, quam deſideras videre, & docebo te vnde ſit cor malignum. Et dixi: Loquere domine meus. Et dixit ad me: Vade, pondera mihi ignis pondus, aut meſura mihi flatū venti, aut reuoca mihi diem quæ præteriit. Et reſpondi, & dixi: Quis natorum poterit facere, vt me interroges de his? Et dixit ad me: Si eſſem interrogans te, dicens: Quantæ habitaciones ſunt in corde maris, aut quantæ venæ ſunt in principio abyſſi, aut quantæ venæ ſunt ſuper firmamentum, aut qui ſunt exitus paradifi: diceres mihi fortalliſ: in abyſſum non deſcendi, neque in infernum adhuc, neque in cœlum vnquam aſcendi. Nunc autem non interrogaui te, niſi de igne, & vento, & die per quam tranſiſti, & à quibus ſeparari non potes: & non reſpondiſti mihi de eis. Et dixit mihi: Tu quæ tua ſunt, tecum coadoleſcentia, non potes cognoscere. Et quomodo poterit vas tuum capere altiſſimi viā, & iam exterius corrupto ſeculo intelligere corruptionem euiden-

Psal. 94. b
Hebr. 3. c

evidentem in facie mea? Et dixi illi: Melius erat nos non esse, quam adhuc viuentes viuere in impietatibus, & pati, & non intelligere de qua re. Et respondit ad me, & dixit: Proficiscens profectus sum ad syluam lignorum campi, & cogitauerunt cogitationem, & dixerunt: Venite, & eamus, & faciamus ad mare bellum, vt recedat coram nobis, & faciamus nobis alias syluas. Et similiter fluctus maris, & ipsi cogitauerunt cogitatione, & dixerunt: Venite, ascendentes debellemus syluas campi, vt & ibi consummemus nobismetipsis aliam regionem. Et factus est cogitatus syluæ in vanum. Venit enim ignis, & consumpsit eam. Similiter & cogitatus fluctuum maris. Stetit enim arena, & prohibuit eos. Si enim esses iudex horum, quem inciperes iustificare, aut quem condemnare? Et respondi, & dixi: vtique vnam cogitationem cogitauerunt. Terra enim data est syluæ, & mari locus portare fluctus suos. Et respondit ad me, & dixit: Bene tu iudicasti. Et quare non iudicasti tibi metipsum? Quemadmodum enim terra syluæ data est, & mare fluctibus suis, sic qui super terram inhabitat, quæ sunt super terram intelligere solû modo possunt: & qui super cælos, quæ super altitudinem cælorum. Et respondi, & dixi: Deprecor te domine, vt mihi detur sensus intelligendi. Non enim volui interrogare de superioribus tuis, sed de his, quæ pertrãseunt per nos quotidie, propter quid Israel datus in opprobrium gentibus, quem dilexisti populû, datus est tribubus impiis, & lex patrum nostrorum in interitum deducta est, & dispositiones scriptæ nusquam sunt: & pertransiuimus de seculo, vt locustæ, & vita nostra stupor & pauor, & nec digni sumus misericordiam consequi. Sed quid faciet nomini suo quod inuocatum est super nos? Et de his interrogauit. Et respondit ad me, & dixit: Si fueris plurimum scrutatus, frequenter miraberis. Quoniam festinans festinat seculum pertransire, & non capit portare quæ in futuris temporibus iustis repromissa sunt: quoniam plenum iniustitia est seculum, hoc est, & infirmitatibus. De quibus autem interrogas, dicam: Seminatam est enim malum, & necdum venit destructio ipsius. Si ergo nõ inuersum fuerit quod seminatum est, & discesserit locus vbi seminatum est malum: non veniet vbi seminatum est bonum. Quoniam gramen seminis mali seminatum est in corde Adam ab initio: & quantum impietatis generauit vsque nunc, & generat vsque cum veniat area. Æstima autem apud te gramen mali seminis, quantum fructum impietatis generauit: quando secatæ fuerint spicæ, quarum non est numerus, quàm magnam aream incipient facere? Et respondi, & dixi: Quomodo & quando hæc? Quare modici & mali anni nostri? Et respondit ad me, & dixit mihi: Non festines tu super altissimû: tu enim festinas inaniter esse super ipsum. Nam excessus tuus multus. Nonne de his interrogauerunt animæ iustorum in promptuariis suis, dicentes: Vsquequo spero sic, & quando veniet fructus areæ mercedis nostræ? Et respondit ad ea Ieremiel archangelus, & dixit: Quando impletus fuerit numerus seminum in vobis, quoniam in statéra ponderauit seculum, & mensura mensurauit tempora, & numero numerauit tempora, & non commouit, nec excitaui vsque dum impleatur prædicta mensura? Et respondi, & dixi: O dominator domine, sed & nos omnes pleni sumus impietate. Et ne forte propter nos non impleantur iustorum area: propter peccata inhabitantium super terram. Et respondit ad me, & dixit: Vade & interroga prægnantem, si quando impleuerit nouem menses suos, adhuc poterit matrix eius retinere partum in semetipfa? Et dixi: Non potest domine.

^D Et dixit ad me: In inferno promptuaria animarum matrix assimilata sunt. Quemadmodum enim illa festinat quæ parit effugere necessitatem partus: sic & hæc festinat reddere ea quæ commendata sunt. Ab initio tibi demonstrabitur de his quæ concupiscis videre. Et respondi, & dixi: Si inueni gratiam ante oculos tuos, & si possibile est, & si idoneus sum, demonstra mihi, si plus quàm præteritum sit habet venire, aut plura pertransierunt supra quàm futurum est. Quid pertransiuit, scio: quid autem futurum sit, ignoro. Et dixit ad me: Sta super dextram partem, & demonstrabo tibi interpretationem similitudinis. Et steti, & vidi, & ecce fornax ardens transiit coram me. Et factum est, cum transiret flamma, vidi, & ecce superauit fumus. Post hæc transiit

Ier. 3. b

Psal. 54. b

Haggai. 1. b

Ier. 12. e

Abac. 3. b
Iob. 28. d

Ier. 26. e

Eccle. 8. b

coram me nubes plena aqua, & immisit pluuiam impetu multam. Et cum transisset impetus pluuiæ, superauerunt in ea guttæ. Et dixit ad me: Cogita tibi. Sicut crescit pluuiæ amplius quam guttæ, & ignis quam fumus: sic superabundauit quæ transiuit mensura. Superauerunt autem guttæ, & fumus. Et orauit, & dixi: Putas uiuo usque in diebus illis? Vel quid erit in diebus illis? Respondit ad me, & dixit: De signis de quibus me interrogas, ex parte possum tibi dicere: de vita autem tua non sum missus dicere tibi, sed nescio.

Varia signa super rebus futuris ostenduntur Esdrae per dei angelum pro captiuorum consolatione & spe.

DE signis autem, ecce dies uenient, in quibus apprehendentur qui inhabitant terram in censu multo: & abscondetur ueritatis uia, & sterilis erit a fide regio: & multiplicabitur iniustitia super hanc quam ipse tu uides, & super quam audisti olim: & erit impositio uestigio quam nunc uides regnare regionem, & uidebunt eam desertam. Si autem tibi dederit altissimus uiuere, uidebis post tertiam tubam, & relucescet subito sol noctu, & luna ter in die, & de ligno sanguis stillabit, & lapis dabit uocem suam, & populi commouebuntur: & regnabit, quem non sperant qui inhabitant super terram, & uolantia commigrationem facient: & mare Sodomiticum pisces reiciet, & dabit uocem noctu, quam non nouerant multi. Omnes autem audient uocem eius. Et chaos fiet per loca multa, & ignis frequenter remittetur, & bestiae agrestes transmigrabunt, & mulieres menstruatæ parient monstra, & in dulcibus aquis salæ inuenientur, & amici omnes semetipsos expugnabunt: & abscondetur tunc sensus, & intellectus separabitur in promptuarium suum: & queretur a multis, & non inuenietur: & multiplicabitur iniustitia, & incontinentia super terram. Et interrogabit regio proximam suam, & dicit: Nunquid per te pertransiit iustitia iustum faciens? Et hoc negabit. Et erit in illo tempore, & sperabunt homines, & non impetrabunt: laborabunt, & non dirigentur uia eorum. Hæc signa dicere tibi permissum est mihi. Et si oraueris iterum, & ploraueris, sicut & nunc, & ieiunaueris septem diebus, audies iterum horum maiora. Et euigilaui, & corpus meum horruit ualde: & anima mea laborauit, ut deficeret: Et tenuit me qui uenit angelus qui loquebatur in me, & confortauit me, & statuit me super pedes. Et factum est in nocte secunda, & uenit ad me Salathiel dux populi, & dixit mihi: Vbi eras? Et quare uultus tuus tristis? An nescis, quoniam tibi creditus est Israel in regione transmigrationis eorum? Exurge ergo, & gusta panem, & non derelinquas nos sicut pastor gregem suum in manibus luporum malignorum. Et dixi ei: Vade a me, & non appropies ad me. Et audiuit, ut dixi, & recessit a me. Et ego ieiunauit diebus septem ululans & plorans, sicut mihi mandauit Vriel angelus. Et factum est post dies septem, & iterum cogitationes cordis mei molestæ erant mihi ualde. Et resumpsit anima mea spiritum intellectus: & iterum cœpi loqui coram altissimo sermones. Et dixi: Dominator domine ex omni sylua terræ & ex omnibus arboribus eius, elegisti uineam unicum: & ex omni terra orbis, elegisti tibi foueam unam: & ex omnibus floribus orbis, elegisti tibi lilium unum: & ex omnibus abyssis maris, replesti tibi riuum unum: & ex omnibus ædificatis ciuitatibus, sanctificasti tibi metipsum Sion: & ex omnibus creatis uolatilibus, nominasti tibi columbam unam, & ex omnibus plasmatis pecoribus, prouidisti tibi ouem unam, & ex omnibus multiplicatis populis, acquisuisti tibi populum unum: & ab omnibus probatam legem donasti huic, quem desiderasti populo. Et nunc domine, ut quid tradidisti unum pluribus? Et præparasti super unam radicem alias, & disperdidisti unicum tuum in multis. Et conculcauerunt eum, qui contradicebant sponsonibus tuis, quique tuis testamentis non credebant. Et si odians odisti populum tuum, tuis manibus debet castigari. Et factum est, cum locutus essem sermones, & missus est angelus ad me, qui ante uenerat ad me præterita nocte, & dixit mihi: Audi me, & instrua me: & intende mihi, & adiciam coram te. Et dixi: Loquere domine meus. Et dixit ad me:

Valde

Prouerb. 15.

Ezech. 31. f.

Luc. 21. a.

Psal. 54. b.

Ezech. 1. d.

Psal. 41. b.

Psal. 55. b.

Gene. 1. 6

quæ siccata est tertio die, vt habitet in ea, vbi sunt montes mille. Leuiathan autem de-
disti septimam partem humidam, & seruaſti eam, vt fiat in deuorationem quibus vis,
& quando vis. Sexto autem die imperaſti terræ, vt crearet corâ te iumenta, & bestias,
& reptilia: & super his Adam, quem constituisti ducem super omnibus factis quæ fe-
cisti, & ex eo educimur nos omnes, quémque elegisti populum. Hæc autem omnia
dixi coram te domine, quia propter nos creasti seculum. Residuas autem gentes ab
Adam natas dixisti eas nil esse, & quoniam Saliuæ assimilata sunt, & quasi stillicidiū
de vase simulaſti abundantiam eorum. Et nunc domine, ecce, istæ gentes quæ in nihi-
lum deputatæ sunt, cœperunt dominari nostri, & deuorare: nos autem populus tuus
quem vocasti primogenitum, vnigenitum æmulatorem tuum, traditi sumus in mani-
bus eorum: Et si propter nos creatum est seculum, quare non hæreditatē possidemus
cum seculo: Vsq̄uequo hæc?

Abſque tribulationibus non peruenitur ad immortalẽ vitam. VII.

A factum est, cùm finiſsem loqui verba hæc, miſſus est ad me angelus, qui
miſſus fuerat ad me primis noctibus, & dixit ad me: Surge Esdra, & audi
sermones quos veni loqui ad te. Et dixi: Loquere deus meus. Et dixit ad
me: Mare positum est in ſpatioſo loco, vt eſſet altum & immenſum: e-
rit autem ei introitus in anguſto loco poſitus, vt eſſet ſimilis fluminibus. Quis enim
volens voluerit ingredi mare, & videre eum, vel dominari eius: ſi non tranſierit an-
guſtum, in latitudinem venire quomodo poterit? Item aliud: Ciuitas eſt ædificata, &
poſita in loco campeſtri: eſt autem plena omnium bonorum: introitus eius anguſtus
& in præcipiti poſitus, vt eſſet à dextris quidem ignis, à ſiniſtris aqua alta: ſemita au-
tem eſt vna ſola inter eos poſita, hoc eſt inter ignem & aquam: vt non capiat ſemita,
niſi ſolummodo veſtigium hominis. Si autem dabitur ciuitas homini in hæredita-
tem, ſi nunquam ante poſitum periculum pertranſierit, quomodo accipiet hæredita-
tem ſuam? Et dixi: Sic domine. Et dixit ad me: Sic eſt & Iſrael pars. Propter eos enim
feci ſeculum: & quando tranſgreſſus eſt Adam conſtitutiones meas, iudicatum eſt
quod factum eſt. Et facti ſunt introitus huius ſeculi anguſti, & dolentes, & laborioſi:
pauci autem & mali, & periculorum pleni, & labore magnopere fulti: nam maiores
ſeculi introitus ſpatioſi & ſecuri, & facientes immortalitatis fructum. Si ergo ingre-
dientes ingreſſi non fuerint qui viuunt, anguſta & vana hæc, non poterunt recipere
quæ ſunt reſpoſita. Nunc ergo tu quare conturbaris, cùm ſis corruptibilis? & quid
moueris tu cùm ſis mortalis? Et quare non accepisti in corde tuo quod futurum, ſed
quod in præſenti? Reſpondi, & dixi: Dominator domine, ecce diſpoſuiſti lege tua,
quoniam iuſti hereditabunt hæc: impij autem peribunt: iuſti autem ferent anguſta
ſperantes ſpatioſa. Qui enim impiè gesserunt, & anguſta paſſi ſunt, & ſpatioſa nõ vi-
debunt. Et dixit ad me: Non eſt iudex ſuper deum, neque intelligēs ſuper altiſſimum.
Pereunt enim multi præſentes, quia negligitur quæ antepoſita eſt dei lex. Mandans
enim mandauit deus venientibus, quando venerunt, quid facientes viuerent, & quid
obſeruantes non punirentur. Hi autem non ſunt perſuaſi, & contradixerunt ei, & cõ-
ſtituerunt ſibi cogitamen vanitatis, & propoſuerunt ſibi circunventiones delictorū,
& ſuperdixerunt altiſſimo non eſſe, & vias eius non cõgnouerunt, & legem eius ſpre-
uerunt, & ſponſiones eius abnegauerunt, & in legitimis eius fidem non habuerunt,
& opera eius non perfecerunt. Propter hoc Esdra vacua vacuis, & plena plenis. Ecce
tempus veniet: & erit, quando venient ſigna quæ prædixi tibi. Et apparebit ſponſa, &
appareſcens oſtendetur quæ nunc ſubducitur terra: & omnis qui liberatus eſt de præ-
dictis malis, ipſe videbit mirabilia mea. Reuelabitur enim filius meus Ieſus, cum his
qui cum eo ſunt: & iocundabuntur qui relictī ſunt in annis quadringentis. Et erit poſt
annos hos, morietur filius meus Chriſtus, & omnes qui ſpiramentum habent homi-
nines: & conuertetur ſeculum in antiquum ſilentium diebus ſeptem, ſicut in prio-
ribus iudicijs, ita vt nemo derelinquatur, & erit poſt dies ſeptem, & excitabitur quod

Matth. 24. 6

D v

a. Quia cum venerit iudicij dies
rediet terra defunctorum cor-
pora, & puluis reddet eis que
in cumulis requiescit reliquias
mortuorum. Et habitacula, quae
reddent animas, quae his com-
mendatae sunt, & reuelabitur al-
tissimus super sedem iudicij. Haec
sunt habitationes de quibus
dicit dñs, inultas mansiones esse
apud patrem suum, quae suis per-
gens ad patrem discipulis, praepararet. Sed Esdrae vius sum feci
pris, vt cognoscant gentiles ea
quae in philosophia libris miran-
tur, translatas de nostris. Ambrosius
de bono mortis, cap. 10.

nondum vigilat seculum, & morietur corruptum. Et terra reddet quae in ea dormiunt, & puluis qui in eo silentio habitant, & promptuarum reddent quae eis commendatae sunt animae. Et reuelabitur altissimus super sedem iudicij, & pertransibunt miseriam, & longanimitas congregabitur. Iudicium autem solum remanebit, veritas stabit, & fides conualescet. Et opus subsequetur, & merces ostendetur, & iustitiae vigila- bunt, & iniustitiae non dominabuntur. Et dixi: Primus Abraham propter Sodomitas orauit, & Moyses pro patribus qui in deserto peccauerunt, & qui post eum pro Israel in diebus Achaz, & Samuelis, & Dauid pro confectione, & Salomon pro eis qui venerunt in sanctificatione, & Elias pro his qui pluuiam acceperunt, & pro mortuo vt viueret: & Ezechias pro populo in diebus Sennacherib, & multi pro multis. Si ergo modo quando corruptibile increuit, & iniustitia multiplicata est, & orauerunt iusti pro impiis: quare & nunc sic non erit? Et respondit ad me, & dixit: Praesens seculum non est finis, gloria in eo frequens manet: propter hoc orauerunt pro inualidis. Dies enim iudicij erit finis temporis huius, & initium temporis futurae immortalitatis in quo pertransiit corruptela, soluta est intemperantia, abscissa est incredulitas, creuit autem iustitia, orta est veritas. Tunc enim nemo poterit saluare eum qui periit, neque demergere qui vicit. Et respondi, & dixi: Hic est sermo meus primus & nouissimus, quoniam melius erat non dare terram Adam, vel cum iam dedisset coercere eum, vt non peccaret. Quid enim prodest hominibus in praesenti viuere in tristitia, & mortuos sperare punitionem? O tu quid fecisti Adam? Si enim tu peccasti, non est factus solius tuus casus, sed & noster, qui ex te aduenimus. Quid enim prodest nobis si promissum est nobis immortale tempus, nos autem mortalia opera egimus? Et quoniam praedicta est nobis perennis spes: nos vero pessimi vani facti sumus. Et quoniam reposita sunt nobis habitacula sanitatis & securitatis: nos vero male conuersati sumus. Et quoniam reposita est gloria altissimi protegere eos qui tarde conuersati sunt: nos autem pessimis viis ambulauimus. Et quoniam ostenderetur paradysus, cuius fructus incorruptus perseverat, in quo est securitas & medela: nos vero non ingrediemur. In ingratis enim locis conuersati sumus. Et quoniam super stellas fulgebunt facies eorum, qui abstinentiam habuerunt: nostrae autem facies super tenebras nigrae. Non enim cogitauimus viuentes quando iniquitatem faciebamus, quod incipiemus post mortem pati. Et respondit, & dixit: Hoc est cogitamentum certaminis quod certabit, qui super terram natus est homo, vt si victus fuerit, patiatur quod dixisti: si autem vicerit, recipiet quod dico: quoniam haec est vita quam Moyses dixit cum viueret, ad populum, dicens: Elige tibi vitam vt viuas. Non crediderunt autem ei, sed nec post eum prophetae: Sed nec mihi qui locutus sum ad eos: quoniam non esset tristitia in perditionem eorum, sicut futurum est gaudium super eos, quibus persuasa est salus. Et respondi, & dixi: Scio domine, quoniam vocatus est altissimus misericors in eo, quod misereatur his qui nondum in seculo aduenerunt, & quod misereatur illis qui conuersionem faciunt in lege eius: & longanimis est, quoniam longanimitatem praestat his qui peccauerunt quasi suis operibus: & munificus est quoniam quidem donare vult pro exigentiis, & multae misericordiae: quoniam multiplicat magis misericordias his qui praesentes sunt, & qui praeterierunt, & qui futuri sunt. Si enim non multiplicauerit misericordias suas, non viuificabitur seculum cum his qui inhereditabunt in eo. Et donat, quoniam si non donauerit de bonitate sua, vt alleuietur hi qui iniquitatem fecerunt, de suis iniquitatibus non poterit decies millesima pars viuificari hominum. Et iudex si non ignouerit his qui curati sunt verbo eius, & deleuerit multitudinem contentionum: non fortassis derelinquentur in innumerabili multitudine, nisi pauci valde.

Et si deus in hoc seculo misericors propter peccatores dicatur, plures tamen damnabuntur quam saluabuntur.

VIII.

Et

Gen. 19. 8
Exod. 13. 6

Sap. 5
Matth. 13. 4

Deut. 10. 4

Valdè tu in excessu mentis factus es pro Israel. An plus dilexisti eum, quàm qui eum fecit? Et dixi ad eum: Non domine, sed dolens locutus sum. Torquent enim me renes mei per omnem horam, quarentem apprehendere semitam altissimi, & inuestigare partem iudicij eius. Et dixit ad me: Non potes. Et dixi: quare domine? Ad quid nascebar, aut quare non fiebat matrix matris meæ mihi sepulchrum, vt non viderem laborem Iacob, & defatigationem generis Israel? Et dixit ad me: Numeram mihi quæ necdum venerant, & collige mihi dispersas guttas, & requirida mihi aridos flores, & aperi mihi clausa promptuaria, & produca mihi inclusos in eis status, demonstra mihi vocis imaginem: & tunc ostendam tibi laborem, quem rogas videre. Et dixi, Dominator domine, quis enim est, qui potest hæc scire, nisi qui cum hominibus habitationem non habet? Ego autem insipiens, & quomodo potero dicere de his, quibus me interrogasti? Et dixit ad me: Quomodo non potes facere vnũ de his, quæ dicta sunt: sic non poteris inuenire iudicium meum, aut in fine charitatem quam populo promisi. Et dixi: Sed ecce domine, tu propè es his, qui in finem sunt. Et quid facient qui ante me fuerunt, aut nos, aut hi qui post nos? Et dixit ad me: Coronæ assimilabo iudicium meum. Sicut non nouissimorum tarditas, sic nec priorum velocitas. Et respondi, & dixi: Nec poteris facere eos qui facti sunt & qui sunt, & qui futuri sunt, in vnum, vt celerius iudicium tuum ostendas? Et respondit ad me, & dixit: Non potest festinare creatura super creatorem, nec sustinere seculum eos qui in eo creandi sunt, in vnum. Et dixi: Quomodo dixisti seruo tuo, quoniam viuificas viuificasti à te creatam creaturam in vnum, & sustinebat creatura: poterit & nunc portare presentes in vnum. Et dixit ad me: Interroga matricem mulieris, & dices ad eam: Et si paris, quare per tempus? Roga ergo eam, vt det decem in vnum. Et dixi: Non utique poterit, sed secundum tempus. Et dixit ad me: Et ego dedi matricem terræ his qui seminati sunt super eam per tempus. Quemadmodum enim infans non parit ea, quæ senum sunt: sic ego disposui à me creatum seculum. Et interrogauit, & dixi: cum iam dederis mihi viam, loquar corâ te: Nam mater nostra, de qua dixisti mihi, adhuc iuuenis est, iam senectuti appropinquat. Et respondit ad me, & dixit: Interroga eam quæ parit, & dicet tibi. Dices enim ei: Quare quos peperisti nunc, non sunt similes his qui ante te, sed minores statura? Et dicet tibi & ipsa: Alij sunt qui in iuuentute virtutis nati sunt: & alij qui sub tēpore senectutis deficiente matrice sunt nati. Considera ergo & tu, quoniam minori statura estis præ his qui ante vos, & qui post vos minori quàm vos, quasi iam senescētes creaturæ, & fortitudinem iuuentutis prætereuntes. Et dixi: Rogo domine, si inueni gratiam ante oculos tuos, demonstra seruo tuo per quem visites creaturam tuam.

Deus omnia nouit antequam fiant, & omnia creauit propter hominem, omniumque fines considerat. VI.

AT dixit ad me: Initio terreni orbis, & antequam starent exitus seculi, & antequam spirarent conuentiones ventorum, & antequam sonarent voces tonitruum, & antequam splenderent nitores coruscationũ, & antequam confirmarentur fundamenta paradisi, & antequam viderentur decori flores, & antequam confirmarentur motæ virtutes, & antequam colligerentur innumerabiles militiæ angelorum, & antequam extollerentur altitudines aëris, & antequam nominarentur mensuræ firmamentorum, & antequam æstuant carmini in Sion, & antequam inuestigarentur præsentis anni, & antequam ab alienarentur eorum, qui nunc peccant ad inuentiones, & antequam cõsignati essent qui fidem thesaurizauerunt: tunc cogitavi & facta sunt per me solum, & non per alium, & finis per me & non per alium. Et respondi, & dixi: Quæ erit separatio tēporum? Aut quādo prioris finis: & sequentis initium? Et dixit ad me: Ab Abraham vsque ad Isaac, quando nati sunt ab eo Iacob & Esau, manus Iacob tenebat ab initio calcaneũ Esau: Finis enim huius seculi Esau, & principium sequentis Iacob. Hominis manus inter calcaneũ,

& manum. Aliud noli quærere Esdra. Et respondi, & dixi: O dominator domine, si inueni gratiam ante oculos tuos, oro vt demonstres seruo tuo finem signorũ tuorũ, quorum partem mihi demonstraſti nocte præcedente. Et respondit, & dixit, ad me: Surge super pedes tuos, & audi vocem plenissimam sonitus: Et erit sicut commotio, nec commouebitur locus, in quo stes super eum. Ideo cum loquitur, tu non expaueas, quoniam de fine verbum & fundamentum terræ intelligitur, quoniam de ipsis sermo tremiscit & commouetur. Scit enim quoniam finem eorum oportet commutari. Et factum est, cum audissem, surrexi super pedes meos, & audiui, & ecce vox loquens, & sonus eius sicut sonus aquarum multarum. Et dixit: Ecce dies veniunt, & erit, quando appropinquare incipiam, vt visitem habitantes in terra, & quando inquirere incipiam ab eis, qui iniuste nocuerunt iniustitia sua: & quando suppleta fuerit humilitas Sion, & cum super signabitur seculum quod incipiet pertransire, hæc signa faciam: Libri aperientur ante faciem firmamenti, & omnes videbunt simul, & aniculi infantes loquentur vocibus suis, & prægnantes immaturos parient infantes trium & quatuor mensium, & viuent & suscitabuntur. Et subito apparebunt seminata loca non seminata, & plena promptuaria subito inuenientur vacua: & tuba canet cum sono, quam cum omnes audierint, subito expauescent. Et erit in illo tempore, debellabunt amici amicos vt inimici, & expauescet terra cum his: Et venæ fontium stabunt, & non decurrent in horis tribus. Et erit, omnis qui derelictus fuerit ex omnibus istis quibus prædixi tibi, ipse saluabitur: & videbit salutare meum, & finem seculi vestri. Et videbunt qui recepti sunt homines, qui mortem non gustauerunt à natiuitate sua, & mutabitur cor inhabitantium, & conuertetur in sensum alium. Delebitur enim malum, & extinguetur dolus. Florebit autem fides, & vincetur corruptela, & ostendetur veritas quæ sine fructu fuit diebus tantis. Et factum est cum loqueretur mihi, & ecce paulatim intuebar super eum ante quem stabam, & dixit ad me hæc: Veni tibi ostendere tempus venturæ noctis. Si ergo iterum rogaueris, & iterum ieiunaueris septem diebus, iterum tibi renunciabo horum maiora, per diem quam audiui. Audita est enim vox tua apud altissimum. Vidit enim fortis directionem tuam, & prouidit pudicitiam, quam à iuuentute tua habuisti: & propter hoc misit me demonstrare tibi hæc omnia, & dicere tibi: Confide, & noli timere, & noli festinare cum prioribus temporibus cogitare vana, vt non properes à nouissimis temporibus. Et factum est post hæc, & fleui iterum: & similiter ieiunavi septem diebus, vt suppleam tres hebdomadas quæ dictæ sunt mihi. Et factum est in octaua nocte, & cor meum turbabatur iterato in me, & cœpi loqui coram altissimo. Inflammabatur enim spiritus meus valde, & anima mea anxiabatur, & dixi: O domine loquens locutus es ab initio creaturæ in primo die, dicens: Fiat cælum & terra, & tuum verbum opus perfectum. Et erat tunc spiritus, & tenebræ circumferebantur, & silentium: sonus vocis hominis nondum erat abs te. Tunc dixisti de thesauris tuis proferri lumen luminosum, quo appareret opus tuum. Et die secundo creasti spiritum firmamenti, & imperaſti ei vt diuideret & diuisionem faceret inter aquas, vt pars quædam sursum recederet, pars verò deorsum maneret. Et tertia die imperaſti aquis congregari in septima parte terræ, sex vero partes siccaſti & conseruaſti, vt ex his sint coram te ministrantia seminata à deo, & culta. Verbum enim tuum processit, & opus statim fiebat. Processit enim subito fructus multitudinis immensus, & concupiscentiæ gustus multiformes, & flores colore immutabili, & odores odoramenti inuestigabilis, & die tertio hæc facta sunt. Quarto autem die imperaſti fieri solis splendorem, lunæ lumen, & stellarum dispositionem: & imperaſti eis vt deseruirent futuro plasmato homini. Quinto autem die dixisti septimæ parti vbi erat aqua congregata, vt procrearet animalia, & volatilia, & pisces: & ita fiebat. Aqua muta & sine anima quæ dei nutu iubeantur animalia faciebat, vt ex hoc mirabilia tua nationes enarrent. Et tunc conseruaſti duas animas, nomen vni vocaſti Henoch, & nomen secundæ vocaſti Leviathan, & separaſti ea ab alterutro. Nō enim poterat septima pars, vbi erat aqua cōgregata, capere ea. Et dedisti Enoch vnā partem quæ

Apoc. 12. a
Ioc. 1. a.Math. 10. 6
Marc. 13. b
1. Cor. 6.

Gene. 1. a

Gene. 1. a

Gene. 1. b

Gene. 1. b

Gene. 1. b

A Respondit ad me, & dixit: Hoc seculum fecit altissimus propter multos, futurum autem propter paucos. Dicam autem coram te similitudinem Esdra: Quomodo autem interrogabis terram, & dicet tibi quoniam dabit terram multam magis vnde fiat fictile, paruum autem puluerē vnde aurum fit: sic & actus presentis seculi. Multi quidem creati sunt, pauci autem saluabuntur. Et respondi, & dixi: Absorbe ergo anima sensum, & deuora quod sapit. Conuenisti enim obaudire, & prophetare voles. Nec enim tibi est datum spatium, nisi solūmodo viuere. O domine, si non permittes seruo tuo, vt oremus coram te, & des nobis semen cordi, & sensui culturam, vnde fructus fiat, vnde viuere possit omnis corruptus: qui portabit locum hominis? Solus enim es, & vna plasmatio nos sumus manuum tuarū, sicut locutus es. Et quomodo nunc in matrice plasmatum est corpus, & pręstas membra, conseruatur in igne & aqua tua creatio, & nouem mensibus patitur tua plasmatio tuam creaturam quę in ea creata est: ipsum autē quod seruat, & quod seruatur, vtraque seruabuntur: seruatque quādoque iterum reddit matrix, quę in ea creauerunt. Imperasti enim ex ipsis membris, hoc est mamillis prębere lac fructui mamillarum, vt nutriatur id quod plasmatum est vsque in tēpus aliquod, & postea disponas eum tuę misericordię. Enutristi eum tua iustitia, & erudisti eum in lege tua, & coripuisti eum tuo intellectu: & mortificabis eum, vt tuam creaturam: & viuificabis eum, vt tuum opus. Si ergo perdidideris eum qui tantis laboribus plasmatus est, tuo iussu facile est ordinari, vt & id quod fiebat seruetur. Et nunc domine dicam: de omni homine tu magis scis: de populo autem tuo, ob quem doleo: & de hereditate tua, propter quam lugeo: & propter Israel, propter quem tristis sum: & de Iacob propter quem doleo: ideo incipiam orare coram te pro me, & pro eis: quoniam video lapsus nostros qui inhabitamus terram. Sed audiui celeritatem iudicis, qui futurus est. Ideo audi vocem meam, & intellige sermonem meum, & loquar coram te. Initium verborum Esdrę priusquam assumeretur. Et dixi: Domine qui inhabitas seculum, cuius oculi eleuati in superna & aere: & cuius thronus inestimabilis, & gloria incomprehensibilis: cui astat exercitus angelorum cum tremore, quorum seruatio in vento & igne conuertitur: cuius verbum verum, & dicta perseverantia: cuius iussio fortis, & dispositio terribilis: cuius aspectus arefacit abyssos, & indignatio tabescere facit montes, & veritas testificatur. Exaudi orationem serui tui, & auribus percipe precationem figmenti tui. Dum enim viuo, loquar: & dum sapio, respōdebo. Nec respicias populi tui delicta, sed qui tibi in veritate seruiunt. Nec intendas impia gentium studia, sed qui tua testimonia cum doloribus custodierunt. Nec cogites qui in conspectu tuo falsē conuersati sunt, sed memorare qui ex voluntate tua timorem cognouerunt. Neque volueris perdere, qui pecudum mores habuerunt: sed respicias eos, qui legem tuam splendide docuerunt. Nec indigneris eis, qui bestiis peiores iudicati sunt: sed diligas eos, qui semper in tua iustitia confidunt, & gloria. Quoniam nos & patres nostri talibus morbis languemus: tu autem propter nos peccatores misericors vocaberis. Si enim desideraueris vt nostri miserearis, tunc misericors vocaberis, nobis autem non habentibus opera iustitię. Iusti enim quibus sunt opera multa reposita, ex propriis operibus recipient mercedem. Quid est enim homo, vt ei indigneris, aut genus corruptibile, vt ita amarus sis de ipso? In veritate enim nemo de genitis est, qui non impię gessit: & de confidentibus, qui non deliquit. In hoc enim annuntiabitur iustitia tua, & bonitas tua domine, cum miserus fueris eis qui non habent substantiam bonorum operum. Et respondit ad me, & dixit: Rectē locutus es aliqua, & iuxta sermones tuos, sic & fiet. Quoniam non verē cogitabo super plasma eorum qui peccauerunt ante mortem, ante iudicium, ante perditionem: sed iocundabor super iustorum figmentum, & memorabor perēgrinationis quoque, & saluationis, & mercedis receptionis. Quomodo ergo locutus sum, sic & est. Sicut enim agricola serit super terram semina multa, & plantationes multitudinis plantat, sed nō in tempore omnia quę seminata sunt, saluantur: sed nec omnia quę plantata sunt, radicabunt: sic & qui-

Math. 20. b

in seculo feminati sunt, non omnes saluabuntur. Et respondi, & dixi. Si inueni gratiam, loquar. Quomodo semen agricolæ, si non ascenderit, aut non acceperit pluuiam tuam in tempore, aut si corruptum fuerit multitudine pluuiæ, sic perit: & similiter homo qui manibus tuis plasmatus est, & tu ei imago nominatus, quoniã simulatus es ei, propter quem omnia plasmasti, & seminasti semini agricolæ. Non irascaris super nos, sed parce populo tuo, & miserere hæreditati tuæ. Tu autem creaturæ tuæ misereris. Et respondit ad me, & dixit. Quæ sunt præsentia præsentibus, & quæ futura futuris. Multum enim tibi restat, ut possis diligere meam creaturam super me: tibi autem frequenter & ipsi proximaui, iniustus autem nunquam. Sed & in hoc mirabilis es coram altissimo, quoniam humiliasti te sicut decet te: & non iudicasti te, ut inter iustos plurimum glorificeris. Propter quod miseræ multæ, & miserabiles efficientur eis, qui habitant seculum in nouissimis: quia in multa superbia ambulauerunt. Tu autem pro te intellige, & de similibus tuis inquire gloriam. Vobis enim apertus est paradysus, plantata est arbor vitæ, præparatum est futurum tempus, præparata est abundantia, ædificata est ciuitas, probata est requies, perfecta est bonitas, & perfecta sapientia. Radix malignata est à vobis: infirmitas, & tinea à vobis absconsa est: & in infernum fugit corruptio in obliuione. Transierunt dolores, & ostensus est in fine thesaurus immortalitatis. Noli ergo adiacere inquirendo de multitudine eorum qui pereunt. Nam & ipsi accipientes libertatem, spreuerunt altissimum, & legem eius contempserunt, & vias eius dereliquerunt. Adhuc autem iustos eius conculcauerunt, & dixerunt in corde suo non esse deum: & quidem scientes quoniam moriuntur. Sicut enim vos suscipiet quæ prædicta sunt: sic eos sitis, & cruciatus, quæ præparata sunt. Non enim voluit hominem disperdi. Sed & ipsi, qui creati sunt, coinquinauerunt nomẽ eius qui fecit eos: & ingrati fuerunt ei qui præparauit eis vitam. Quapropter iudicium meum modo appropinquat. Quæ non omnibus demonstraui, nisi tibi, & tibi similibus paucis. Et respondi, & dixi: Ecce nunc domine demonstraui mihi multitudinem signorum, quæ incipies facere in nouissimis: sed non demonstraui mihi quo tempore.

Iudicia dei sicut & alia eius opera egregia, præcedent aliqua signa. IX.



T respondit ad me, & dixit: Metiens metire tempus in semetipso: & erit, cum videris, quando transierit pars quædam signorum quæ prædicta sunt, tunc intelliges quoniam ipsum est tempus, in quo incipiet altissimus visitare seculum, quod ab eo factum est. Et quando videbitur in seculo motio locorum, & populorum turbatio, tunc intelliges quoniam de his erat altissimus locutus à diebus, qui fuerunt ante te ab initio. Sicut enim omne quod factum est in seculo, initium habet, pariter & consummationem, & cõsummatio est manifesta: sic & altissimi tempora initia habent manifesta in prodigijs, & virtutibus, & consummationes in actu & in signis. Et erit, omnis qui saluus factus fuerit, & qui poterit effugere per opera sua & per fidem, in qua credidistis, relinquetur de prædictis periculis, & videbit salutare meum in terra mea, & in finibus meis, quoniam sanctificauit me à seculo. Et tunc miserebuntur, qui nunc abusi sunt vias meas: & in tormetis commorabuntur hi qui eas proiecerunt in contemptu. Qui enim non cognouerunt me viuentes beneficia consecuti: & qui fastidierunt legem meam, cum adhuc erant habentes libertatem, & cum adhuc esset eis apertus pœnitentiæ locus, non intellexerunt, sed spreuerunt: hos oportet post mortem in cruciamento cognoscere. Tu ergo noli adhuc curiosus esse, quomodo impij cruciabuntur: sed inquire quomodo iusti saluabuntur, & quorum seculum, & propter quos seculum, & quando. Et respondi, & dixi: Olim locutus sum, & nunc dico, & postea dicam: quoniam plures sunt, qui pereunt, quàm qui saluabuntur: sicut multiplicatur fluctus super guttam. Et respondit ad me, & dixit: Qualis ager, talia & semina: & quales flores, tales & tincturæ: & qualis operator, talis & creatio: & qualis agricola, talis cultura: quoniam tempus erat seculi. Et nunc cum essem parans eis qui nunc sunt, antequam fieret seculum, in quo habitarent

Math. 21. b

tarent: & nemo contradixit mihi. Tunc enim quisque, & nunc creator in mundo hoc parato, & messe indifciant, & lege inuestigabili corrupti sunt mores eorū. Et considerauit seculum, & ecce erat periculum, propter cogitationes quæ in eo aduenerunt. Et vidi, & peperci ei valde: & seruaui mihi acinum de botro, & plantationem de tribu multa. Pereat ergo multitudo, quæ sine causa nata est, & seruetur acinus meus, & plantatio mea: quia cum multo labore perfecit. Tu autem si adhuc iutromittas septem dies alios, sed non ieiunabis in eis: ibis in campum florum, vbi domus non est ædificata: & manducabis solummodo de floribus campi, & carnem non gustabis, & vinum non bibes, sed solummodo flores. Deprecare altissimum sine intermissione, & veniam, & loquar tecum. Et profectus sum, sicut dixit mihi, in campum, qui vocatur Ardath: & sedi ibi in floribus, & de herbis agri manducaui, & facta est esca earum mihi in saturitatem. Et factum est post dies septem, & ego discumbebam supra fœnum, & cor meum iterum turbabatur, sicut & ante. Et apertum est os meum, & inchoaui dicere coram altissimo, & dixi: O domine, te nobis ostendens ostensus es patribus nostris in deserto, quod non calcatur, & infructuoso, quando erant exeuntes de Ægypto: & dicens dixisti: Tu Israel audi me, & semen Iacob intende sermonibus meis. Ecce enim ego semino in vobis legem meam, & faciet in vobis fructum, & glorificabimini in eo per seculum. Nam patres vestri accipientes legem non seruaerunt, & legitima mea non custodierunt, & factus est fructus legis non parens: nec enim poterat, quoniam tuus erat. Nam quia acceperunt, perierunt, non custodientes quod in eis seminatum fuerat. Et ecce, consuetudo est, vt cum acceperit terra semen, vel nauem mare, vel vas aliquod escam vel potum: cum fuerit exterminatum id in quo seminatum est, vel in quod missum est: simul id quod seminatum, vel missum est, vel quæ suscepta sunt, exterminantur, & suscepta iam non manent apud nos. Sed nobis sic non factum est. Nos quidem qui legem accepimus, peccantes periuimus, & cor nostrum quod suscepit eam: nam lex non periit, sed permansit in suo labore. Et cum loquerer hæc in corde meo, respexi oculis meis, & vidi mulierem in dextera parte. Et ecce hæc lugebat, & plorabat cum voce magna, & animo dolebat valde, & vestimenta eius discissa, & cinis super caput eius. Et dimisi cogitatus, in quibus eram cogitans, & conuersus sum ad eam, & dixi ei: vt quid fles, & quid doles animo? Et dixit ad me: Dimitte me domine meus, vt defleam me, & adiiciam dolorem, quoniam valde amaro sum animo, & humiliata sum valde, & dixi ei: Quid passa es? Dic mihi. Et dixit ad me: Sterilis fui ego famula tua, & non peperci, habens maritum annis triginta. Ego enim per singulas horas, & per singulos dies, & annos triginta hos deprecor altissimum nocte ac die. Et factum est post triginta annos exaudiuit me deus ancillam tuam & vidit humilitatem meam, & attendit tribulationi meæ, & dedit mihi filium: Et iocundata sum super eum valde ego, & vir meus, & omnes ciues mei, & honorificabamus valde fortem. Et nutriui eum cum labore multo, & factum est, cum creuisset, & venisset accipere vxorem, feci diem epuli.

Per mulierem flentem, & rursus letantem, figurata est Ierusalem.

X.

Factum est, cū introisset filius meus in thalamo suo, cecidit & mortuus est: & euertimus omnes lumina. Et surrexerunt omnes ciues mei ad consolandum me, & quieui vsque in alium diem vsque nocte. Et factum est, cū omnes quieuissent, vt me cōsolarentur, vt quiescerem, & surrexi nocte, & fugi, & veni sicut vides, in hoc campo: & cogito iam non reuerti in ciuitatem, sed hic consistere: & neque manducare, neque bibere, sed sine intermissione lugere, & ieiunare vsque dum moriar. Et dereliqui sermones in quibus eram, & respondi cum iracundia ad eam, & dixi: Stulta super omnes mulieres, non vides luctum nostrum, & quæ nobis contingunt? Quoniam Sion mater nostra omni tristitia contristatur, & humilitate humiliata est, & luget validissimè. Et nunc, quoniam omnes lugemus, & tristes sumus: quoniam omnes contristati sumus, tu autem contristaris in

a. Absorbatur igitur nostrum dolorem communis dolor, & acerbitate proprii meritis excludat. Non enim dolere debemus eos quos ceruimus liberatos: neque enim otiosum tam san- Gas hoc tempore animas corporis vinculis remittuntur absolutas. Ambros. de fide resurrex.

vno filio? Interroga enim terram, & dicet tibi, quoniam hæc est, quæ debeat lugere casum tantorum super eam germinantium. Et ex ipsa ab initio omnes nati, & alij venient: Et ecce, penè omnes in perditionem ambulant, & exterminium fit multitudo eorum. ^a Et quis ergo debet lugere magis, nisi hæc quæ tam magnam multitudinem perdidit, quàm tu, quæ pro vno doles? Si autem dicis mihi: Quoniam non est plactus meus similis terræ: quoniam fructum ventris mei perdidit, quem cum mœroribus peperit, & cum doloribus genui: terra autem secundum viam terræ: abiitque in ea multitudo præfens, quomodo euēnit & ego tibi dico: Sicut tu cum labore peperisti, sic & terra dat fructum suum homini ab initio ei qui fecit eam. Nunc ergo retine apud te metipsam dolorem tuum, & fortiter fer qui tibi contigerunt casus. Si enim iustificaueris terminum dei, & consilium suum recipies in tempore, & in talibus colaudaberis. Ingredere ergo in ciuitatem ad virum tuum. Et dixit ad me: Non faciam, neque ingrediar ciuitatem, sed hic moriar. Et apposui adhuc loqui ad eam, & dixi: Noli facere hunc sermonem, sed consenti persuadenti. Quot enim casus Sion? Consolare propter dolorem Ierusalem. vides enim quoniam sanctificatio nostra deserta effecta est, & altare nostrum demolitum est & templum nostrum destructum est, & psalterium nostrum humiliatum est, & hymnus conticuit, & exultatio nostra dissoluta est, & lumen candelabri nostri extinctum est, & arca testamenti nostri direpta est, & sancta nostra contaminata sunt, & nomen quod inuocatum est super nos, penè prophanatum est, & liberi nostri contumeliam passi sunt, & sacerdotes nostri successi sunt, & Leuitæ nostri in captiuitatem abierunt, & virgines nostræ coinquinatæ sunt, & mulieres nostræ vim passæ sunt, & iusti nostri rapti sunt, & paruuli nostri perditii sunt, & iuuenes nostri seruierunt, & fortes nostri inualidi facti sunt: & quod omnium maius signaculum Sion, quoniam resignata est de gloria sua. Nam & tradita est in manibus eorum qui nos oderunt. Tu ergo excute tuam tristitiam multam, & depone abs te multitudinem dolorum, vt tibi repropitietur fortis, & requiem faciet tibi altissimus requietionem laborum. Et factum est, cum loquebar ad eam, facies eius fulgebat subito & species, coruscus fiebat visus eius, vt essem pauens valde ad eam, & cogitarem quid esset hoc. Et ecce, subito emisit sonitum vocis magnum timore plenum, vt commoueretur terra à mulieris sono. Et vidi: & ecce, amplius mulier non comparebat mihi, sed ciuitas ædificabatur, & locus demonstrabatur de fundamentis magnis: & timui, & clamaui voce magna, & dixi: Vbi est Vriel angelus, qui à principio venit ad me? Quoniam ipse me fecit venire in multitudine in excessu mentis huius. Et factus est finis meus in corruptionem, & oratio mea in improprium. Et cum essem loquens ego hæc, ecce venit ad me, & vidit me: Et ecce, eram positus vt mortuus, & intellectus meus alienatus erat. Et tenuit dexteram meam, & confortauit me, & statuit me super pedes meos, & dixit mihi: Quid tibi est, & quare conturbatus est intellectus tuus & sensus cordis tui, & quare conturbaris? Et dixi: quoniam dereliquisti me. Et ego quidem feci secundum sermones tuos, & exiui in campum, & ecce vidi & video quod non possum enarrare. Et dixit ad me: Sta vt vir, & commouebo te. Et dixi: Loquere domine meus tu in me. Noli me derelinquere, vt non frustra moriar, quoniam vidi quæ non sciebam, & audio quæ non scio. Aut nunquid sensus meus fallitur, & anima mea supremat? Nunc ergo deprecor te, vt demonstres seruo tuo de excessu hoc. Et respondit ad me, & dixit: Audi me, & doceam te, & dicam tibi de quibus timeas: quoniam altissimus reuelauit tibi mysteria multa. Vidit rectam viam tuam, quoniam sine intermissione contristaberis pro populo tuo, & valde lugebas propter Sion. Hic ergo intellectus visionis quæ tibi apparuit ante paululum. Quam vidisti lugentem, inchoasti consolari eam: nunc autem iam speciem mulieris non vides, sed apparuit tibi ciuitas ædificari: & quoniã enarrabat tibi de casu filij sui, hæc absolutio est. Hæc mulier quam vidisti, hæc est Sion: & quoniam dixit tibi quam & nunc conspicias, vt ciuitatem ædificatã. Et quoniã dixit tibi, quia sterilis fuit annis triginta: propter quod erant anni scilicet triginta, quando non erat in ea adhuc oblatio oblata. Et factum est,

Post

post annos triginta ædificauit Salomon ciuitatē, & obtulit oblationes, tunc fuit quādo peperit sterilis filium. Et quod tibi dixit, quoniam nutriuit eum cum labore, hoc erat habitatio in Ierusalem. Et quoniam dixit tibi, quod filius meus veniens in suo thalamo mortuus esset, & contigisset ei casus, hoc erat quæ facta est ruina Ierusalem. Et ecce, vidisti similitudinem eius: & quoniam filium lugeret, inchoasti consolari eam: & de his quæ cōtigerunt, hæc erant tibi aperienda. Et nunc videt altissimus, quoniam ex animo contristatus es, & quoniam ex toto corde pateris pro ea, ostendit tibi claritatem gloriæ eius, & pulchritudinem decōris eius. Propterea enim dixi tibi, vt maneres in campo, vbi domus nō est ædificata. Sciebam enim ego quoniam altissimus incipiebat tibi ostendere hæc: propterea dixi tibi vt venires in agrum vbi non est fundamentum ædificij. Nec enim poterat opus ædificij hominis sustineri in loco, vbi incipiebatur altissimi ciuitas ostendi. Tu ergo noli timere, neque expauescat cor tuum: sed ingredere, & vide splendorem & magnitudinem ædificij, quantum capax est tibi visus oculorum videre: & post hæc audies quantum capit auditus aurium tuarum audire. Tu enim beatus es præ multis: & vocatus es apud altissimum, sicut & pauci. Nocte autem quæ in crastinum futura est, manebis hic: & ostendet tibi altissimus eas visiones supremorum, quæ faciet altissimus his qui habitant super terram à nouissimis diebus. Et dormiui illam noctem & aliam, sicut dixerat mihi.

Apparet Esdra in visione aquila terribilis, vniuersi principatum vsurpans. XI.

A T vidi somnium, & ecce ascendebat de mari aquila, cui erant duodecim alæ pennarum, & capita tria. Et vidi, & ecce expandebat alas suas in omnem terram, & omnes venti cœli in sufflabant in eam, & colligebantur. Et vidi, & de pennis eius nascebantur contrarię pennæ, & ipsæ fiebant in pennaculis minutis & modicis. Nam capita eius erant quiescentia, & dimidium caput erat maius aliorum capitum, sed ipsa quiescebat cum eis. Et vidi, & ecce aquila volauit in pennis suis, & regnauit super terram, & super eos qui habitant in ea. Et vidi, quoniam subiecta erant ei omnia sub cœlo, & nemo illi contradicebat, neque vnus de creatura quæ est super terram. Et vidi, & ecce surrexit aquila super vngues suos, & misit vocem pennis suis, dicens: Nolite omnes simul vigilare, dormite vnusquisque in loco suo, & per tempus vigilate. Capita autem in nouissimo seruentur. Et vidi, & ecce vox non exibat de capitibus eius, sed de medietate corporis eius. Et numeravi contrarias pennas eius, & ecce ipsæ erant octo. Et vidi, & ecce à dextera parte surrexit vna penna, & regnauit super omnem terram. Et factum est cum regnaret, venit ei finis, & non apparuit locus eius: & sequens exurrexit, & regnabat. Ipsa multum tenuit tempus. Et factū est cum regnaret, & veniebat finis eius, vt non appareret sicut prior, & ecce vox emissa est illi, dicens: Audi tu quæ tãto tempore tenuisti terram. Hęc annuntio tibi antequam incipias non apparere. Nemo post te tenebit tempus tuum, sed nec dimidium eius. Et leuauit tertia, & tenuit principatum, sicut & priores: & non apparuit & ipsa. Et sic contingebat omnibus aliis singulatim principatum gerere, & iterum nusquam comparere. Et vidi, & ecce in tempore sequentes pennę erigebantur à dextera parte, vt tenerent & ipsæ principatum: & ex his erant quę tenebāt, sed tamen statim non comparebant: nam & aliquę ex eis erigebantur, sed non tenebant principatum. Et vidi post hæc, & ecce non comparauerunt duodecim pennæ, & duo pennacula: & nihil supererat in corpore aquilæ, nisi duo capita quiescentia & sex pennacula. Et vidi, & ecce sex pennaculis diuisæ sunt duæ, & manserunt sub capite quod est ad dexteram partem. Nam quatuor manserunt in loco suo. Et vidi, & ecce subalares cogitabant se erigere, & tenere principatus. Et vidi, & ecce vna erecta est, sed statim non comparuit. Et secundæ velocius, quàm priores non comparauerunt. Et vidi, & ecce, duæ quæ separauerunt, apud semetipsas cogitabant & ipsæ regnare: & in eo cum cogitarent, ecce, vnum quiescentium capitum quod erat medium, euigilabat. Hoc enim erat duorum capitum maius. Et vidi quoniam completa sunt duo capita secum: & e-

ce conuersum est caput cum his qui cum eo erant, & comedit duas subalares, quæ cogitabant regnare. Hoc autem caput perconterruit omnem terram & dominabatur in ea his qui habitant terram cum labore multo, & potentatum tenuit orbis terrarum su per omnes alas quæ fuerunt. Et vidi post hæc, & ecce, medium caput subito non comparuit, & hoc sicut alæ. Superauerunt autem duo capita, quæ & ipsa similiter regnauerunt super terram, & super eos qui habitant in ea. Et vidi, & ecce deuorauit caput à dextera parte illud quod à læua. Et audiui vocem dicentem mihi: Conspice contra te, & considera quod vides. Et vidi, & ecce, sicut leo concitatus de sylua rugiens: & vidi, quoniam emittebat vocem hominis ad aquilam. Et dixit, dicens: Audi tu, & loquar ad te, & dicit altissimus tibi: Nonne es tu qui superasti de quatuor animalibus, quæ feceram regnare in seculo meo, & vt per eos veniret finis temporum eorum? Et quartus veniens deuicit omnia animalia quæ transferunt, & potentatum tenuit seculum cum tremore multo, & omnem orbem cum labore pessimo, & inhabitauit tot temporibus orbem terrarum cum dolo. Et iudicasti terram non cum veritate. Tribulasti enim mansuetos, & læsisti quiescentes, & dilexisti mendaces, & destruxisti habitationes eorum qui fructificabant: & humiliasti muros eorum, qui te non nocuerunt. Et ascendit contumelia tua ad altissimum, & superbia tua ad fortem. Et respexit altissimus superba tempora, & ecce finita sunt, & scelera eius completa sunt. Propterea non appareas tu aquila, & alæ tuæ horribiles, & pennacula tua pessima, & capita tua maligna, & vngues tui pessimi, & omne corpus tuum vanum, vt refrigeretur omnis terra, & reuertatur liberata de tua vi, & speret iudicium & misericordiam eius qui fecit eam.

Prioris visionis explicatio cum membris eius.

XII.



Factum est, dum loqueretur leo verba hæc ad aquilam, & vidi, & ecce, quod superauerat caput, & non comparuerunt quatuor alæ illæ quæ ad eum transferunt, & erectæ sunt vt regnarent, & erat regnum eorum exile, & tumultu plenum. Et vidi, & ecce ipsa non apparebant, & omne corpus aquilæ incendebatur, & expauescebat terra valde. Et ego à tumultu & excessu mentis, & à magno timore vigilauit, & dixi spiritui meo: Ecce, tu prestitisti mihi hoc, in eo quod scrutaris vias altissimi. Ecce adhuc fatigatus sum animo, & spiritu meo inualidus sum valde, & nec modica est in me virtus à multo timore, quàm expaui nocte hac. Munc ergo orabo altissimum, vt me confortet vsque in finem. Et dixi: Dominator domine, si inueni gratiam ante oculos tuos, & si iustificatus sum ante te præ multis, & si certè ascendit deprecatio mea ante faciem tuam, conforta me, & ostende seruo tuo mihi interpretationem & distinctionem visus horribilis huius, vt plenissimè consoleris animam meam. Dignum enim me habuisti, ostendere mihi temporum nouissima. Et dixit ad me: Hæc est interpretatio visionis huius: Aquilam quam vidisti ascendentem de mari, hoc est regnum quod visum est in visione Danieli fratri tuo. Sed non est illi interpretatum, quoniam ego nunc tibi interpretor. Ecce dies veniunt, & exurget regnum super terram, & erit timor acrior omnium regnorum quæ fuerunt ante eum. Regnabunt autem in ea reges duodecim, vnus post vnum. Nam secundus incipiet regnare, & ipse tenebit amplius tempus præ duodecim. Hæc est interpretatio duodecim alarum quas vidisti. Et quam audisti vocem quæ locuta est, non decapitibus eius exeuntem, sed de medio corpore eius, hæc est interpretatio: Quoniam post tempus regni illius nascentur contentiones non modicæ, & periclitabitur vt cadat, & non cadet tunc, sed iterum constituetur in suum initium. Et quoniam vidisti subalares octo cohærentes alis eius, hæc est interpretatio: Exurgent in ipso octo reges, quorum erunt tempora leuia, & anni citati, & duo quidem ex ipsis perient. Appropinquante autem tempore medio, quatuor seruabuntur in tempore, cum incipiet appropinquare tempus eius vt finiatur. Duæ verò in finem seruabuntur. Et quoniam vidisti tria capita quiescentia, hæc est interpretatio: In nouissimis eius suscitabit altissimus tria regna, & reuocabit in ea multa, & dominabuntur terram, & qui habitant in ea, cum

Danieli, 1.

Danieli, 7.

cum labore multo super omnes qui fuerunt ante hos. Propter hoc ipsi vocati sunt capita aquilæ. Isti enim erunt qui recapitulabunt impietates eius, & qui perficient nouissima eius. Et quoniam vidisti caput maius non apparens, hæc est interpretatio eius: Quoniam vnus ex eis super lectum suum morietur, & tamen cum tormentis. Nam duo qui perseverauerint, gladius eos comedet. Vnius enim gladius comedet qui cum eo: sed tamen hic gladio in nouissimis cadet. Et quoniam vidisti duas subalares iraiicentes super caput quod est in dextera parte, hæc est interpretatio: Hi sunt quos conseruauit altissimus in finem suum, hoc est regnum exile, & turbationis plenum. Sicut vidisti & leonem, quem vidisti de sylua euigilantem, & rugientem, & loquentem ad aquilam, & arguentem eam, & iniustitias ipsius per omnes sermones eius, sicut audisti: hic est ventus quem seruauit altissimus in finem ad eos, & impietates ipsorum, & arguet illos, & incutiet coram ipsis discriptiones eorum. Statuet enim eos in iudicio viuos, & erit cum arguerit eos, tunc corripiet eos. Nam residuum populum meum liberabit cum miseria, qui saluati sunt super fines meos: & iocundabit eos quoad usque veniet finis, dies iudicij, de quo locutus sum tibi ab initio. Hoc somnium quod vidisti, & hæc interpretationes. Tu ergo solus dignus fuisti scire altissimi secretum hoc. Scribe ergo omnia ista in libro quæ vidisti, & pone ea in loco abscondito: & docebis ea sapientes de populo tuo, quorum corda scis posse capere & seruare secreta hæc. Tu autem adhuc sustine hic alios dies septem, vt tibi ostendatur quicquid visum fuerit altissimo ostendere tibi. Et profectus est à me. Et factum est, cum audisset omnis populus quoniam pertransierunt septem dies, & ego non fuisset reuersus in ciuitatem, & congregauit se omnis à minimo vsque ad maximum: & venit ad me, & dixerunt mihi, dicentes: Quid peccauimus tibi, & quid iniuste egimus in te, quoniam derelinquens nos sedisti in loco hoc? Tu enim nobis superes solus ex omnibus populis sicut botrus de vinea, & sicut lucerna in loco obscuro, & sicut portus & nauis saluata à tempestate. Aut non sufficiunt nobis mala quæ contingunt? Si ergo tu nos dereliqueris, quanto nobis erat melius si essemus succensi & nos cum incendio Sion? Nec enim nos meliores sumus eorum qui ibi mortui sunt. Et plorauerunt voce magna. Et respondi ad eos, & dixi: Confide Israel, & noli tristari tu domus Iacob. Est enim memoria vestri coram altissimo, & fortis non est oblitus vestri in tentatione. Ego enim non dereliqui vos, neque excessi à vobis: sed veni in hunc locum, vt deprecarer pro desolatione Sion, vt quærerem misericordiam pro humiliata sanctificationis vestræ. Et nunc ire vnusquisque vestrum in domum suam, & ego veniam ad vos post dies istos. Et profectus est populus, sicut dixi ei, in ciuitatem: Ego autem sedi in campo septem diebus, sicut mihi mandauit, & manducabam de floribus solummodo agri, de herbis facta est esca mihi in diebus illis.

Altera visio Esdræ ostenditur cum interpretatione eius.

XIII.

AT factum est post dies septem: & somniaui somnium nocte. Et ecce, de mari ventus exurgebat, vt cõturbaret omnes fluctus eius. Et vidi, & ecce, conualefcebat ille homo cum milibus cœli: & vbi vultum suum vertebat vt consideraret, tremebant omnia quæ sub eo videbantur: & vbi quæque exibat vox de ore eius, ardescebant omnes qui audiebant voces eius, sicut quiescit terra quando senserit ignem. Et vidi post hæc, & ecce congregabatur multitudo hominum (quorum non erat numerus) de quatuor ventis cœli, vt debellarent hominem qui ascenderat de mari. Et vidi, & ecce, sibimetipsi sculperat montem magnum, & volauit super eum. Ego autem quæsiui videre regionem, vel locum vnde sculptus esset mons, & non potui. Et post hæc vidi, & ecce, omnes qui congregati sunt ad eum, vt expugnarent eum, timebant valde: tamen audebant pugnare. Et ecce, vt vidit impetum multitudinis venientis, non leuauit manum suam, neque frameam tenebat, neque aliquod vas bellicosum, nisi solummodo vt vidi, quoniã emisit de ore suo sicut flatum ignis, & de labijs eius spiritus flammæ, & de lingua eius emittebat scintillas, & tempestates, &

E

commixta sunt omnia simul, hic flatus ignis, & spiritus flammæ, & multitudo tempe-
 statis: & cōcudit super multitudinem in impetu, quæ parata erat pugnare, & succen-
 dit omnes, vt subito nihil videretur de innumerabili multitudine, nisi solummodo
 puluis, & fumi odor. Et vidi, & extimui. Et post hæc vidi ipsum hominem descen-
 dentem de monte, & vocantem ad se multitudinem aliam pacificam, & accedebat
 ad eum vultus hominum multorum quorundam gaudentium, quorundam tristanti-
 um: aliqui verò alligati, aliqui adducentes ex eis qui offerebantur. Et ægrotavi à
 multitudine pauoris, & expergefactus sum, & dixi: Tu ab initio demonstrati seruo
 tuo mirabilia hæc, & dignum me habuisti vt susciperes deprecationem meam: &
 nunc demonstra mihi adhuc interpretationem somnij huius. Sicut enim existimo
 in sensu meo, væ qui derelicti fuerunt in diebus illis. Et multo plus væ his qui non
 sunt derelicti. Qui enim non sunt derelicti, tristes erant. Intellego nūc quæ sunt repo-
 sita in nouissimis diebus, & occurrent eis, sed & his qui derelicti sunt. Propter hoc ve-
 nerunt enim in pericula magna, & necessitates multas, sicut ostendunt somnia hæc.
 Attamen facilius est periclitantem venire in hunc, quàm pertransire, sicut nubem à
 seculo, & nunc videre quæ contingunt in nouissimo. Et respondit ad me, & dixit: Et
 visionis interpretationem dicam tibi: & de quibus locutus es, adaperiam tibi. Quo-
 niam de his dixisti qui derelicti sunt, hæc est interpretatio: Qui aufert periculum illo
 tempore, hic se custodiuit. Qui in periculo inciderunt, hi sunt, qui habent opera, & fi-
 dem ad fortissimum. Scito ergo quoniam magis beatificati sunt, qui derelicti, super
 eos qui mortui sunt. Hæc interpretationes visionis: quia vidisti virum ascendentem de
 corde maris, ipse est quem conseruat altissimus multis tēporibus, qui per semetipsum
 liberabit creaturā suam: & ipse disponet, qui derelicti sunt. Et quoniam vidisti de ore
 eius exire, vt spiritum, & ignem, & tempestatem: & quoniam non tenebat frameam,
 neque vas bellicosum: corripit enim impetus eius multitudinem, quæ venerat expu-
 gnare eum, hæc est interpretatio: Ecce dies veniūt, quando incipiet altissimus liberare
 eos qui super terram sunt: & veniet in excessu mentis super eos qui inhabitāt terram.
 Et alij alios cogitabunt de bellare, ciuitas ciuitatē, & locus locum, & gens aduersus gē-
 tem, & regnum aduersus regnum. Et erit, cum fient hæc, & cōtingent signa quæ antè
 ostendi tibi, & tunc reuelabitur filius meus, quem vidisti, vt virum ascendentem. Et erit
 quando audierint omnes gentes vocem eius: & derelinquet vnusquisque in regio-
 ne sua bellum suum, quod habent ad alterutrum: & colligetur in vnum multitudo
 innumerabilis, sicut volentes venire, & expugnare eum. Ipse autem stabit super cacu-
 men montis Sion. Sion autem veniet, & ostendetur omnibus parata, & ædificata: si-
 cut vidisti mōtem sculpi sine manibus. Ipse autem filius meus arguet, quæ adinuene-
 runt gentes impietates eorum has, quæ tempestatem appropinquauerunt, propter ma-
 la cogitamenta eorum, & cruciamenta, quibus incipient cruciari: quæ assimilata
 sunt flammæ: & perdet eos sine labore, per legem, quæ igni assimilata est. Et quo-
 niam vidisti eum colligentem ad se aliam multitudinem pacificam, hæc sunt decem
 tribus, quæ captiuæ factæ sunt de terra sua in diebus Osee Regis, quem captiuum du-
 xit Salmanasar Rex Assyriorum: & transtulit eos trans flumen, & translati sunt in ter-
 ram aliam. Ipsi autem sibi dederunt consilium hoc, vt derelinquerent multitudinem
 gentium, & proficiscerentur in vltiorem regionē, vbi nunquam inhabitauit genus
 humanum: vel ibi obseruare legitima sua, quæ non fuerant seruantes in regione sua.
 Per introitus autem angustos fluminis Euphraten introierunt. Fecit enim eis tunc al-
 tissimus signa, & statuit venas fluminis vsquequo transirent. Per eam enim regionem
 erat via multa itineris, anni vnus & dimidij: nam regio illa vocatur Arfareth. Tunc
 inhabitauerunt ibi vsque in nouissimo tempore: & nunc iterum cum cœperint
 venire, iterum altissimus statuet venas fluminis, vt possint transire: propter hæc vi-
 disti multitudinem cum pace. Sed & qui derelicti sunt de populo tuo, hi sunt qui
 inueniuntur intra terminum meum. Factum erit ergo, quando incipiet perdere
 multitudinem earum, quæ collectæ sunt gentes, proteget eos qui superauerunt
 po-

Luc. 21. b
Matth. 24. a

Daniel. 2. c

4. Reg. 17. a

populum: & tunc ostendet eis multa plurima portenta: Et dixi ego: Dominator domine, hoc mihi ostende propter quod vidi virum ascendentem de corde maris. Et dixit mihi: Sicut non potes hæc vel scrutari, vel scire quæ sunt in profundo maris; sic nõ poterit quisque super terram videre filium meum, vel eos, qui cum eo sunt, nisi in tempore diei. Hæc est interpretatio somnij quod vidisti, & propter quod illuminatus es hic solus. Dereliquisti enim tuam, & circa meam vacasti legem, & quesisti. Vitã enim tuam disposuisti in sapientia, & sensum tuum vocasti matrem: Et propter hoc ostendi tibi merces apud altissimum. Erit enim post alios tres dies, ad te alia loquar, & exponam tibi graua, & mirabilia. Et profectus sum, & transij in campum, multum glorificans, & laudans altissimum de mirabilibus, quæ per tempus faciebat: & quoniam gubernat ipsum, & quæ sunt in temporibus illata. Et sedi ibi tribus diebus.

Apparet dominus Esdrae in rubo, & arcana quedam futura reuelat. XIIII.

A T factum est tertio die, & ego sedebam sub quercu. Et ecce vox exiuit contra me de rubo, & dixit: Esdra, Esdra. Et dixi: Ecce ego domine, & surrexi super pedes meos. Et dixit ad me: Reuelans reuelatus sum super rubum, & locutus sum Moyfi, quando populus meus seruiebat in Ægypto, & misi eum, & eduxi populum meum de Ægypto, & adduxi eum super montem Sina, & detinebam eum apud me diebus multis: & enarraui ei mirabilia multa, & ostendi ei temporum secreta, & finem: & præcepi ei, dicens: Hæc in palam facies verba, & hæc abscondes. Et nunc tibi dico: signa quæ demonstraui, & somnia quæ vidisti, & interpretationes quas tu vidisti, in corde tuo repone ea. Tu enim recipieris ab omnibus, conuerteris residuus in consilio meo, & cum similibus tuis, vsquequo finiantur tempora. Quoniam seculum perdidit iuuentutem suam, & tempora appropinquant senescere. Duodecim enim partibus diuisum est seculum, & transferunt eius decima, & dimidium decimæ partis: supersunt autem eius post medium decimæ partis. Nunc ergo dispone domum tuam: & corripe populum tuum, & consolare humiles eorum, & renuntia iam corruptelæ, & dimitte abs te mortales cogitationes, & proiice abs te pondera humana, & exue te iam infirmam naturam: & repone in vnam partem molestissima tibi cogitamenta, & festina transmigrare à temporibus his: Quæ enim vidisti nunc contigisse mala, iterum horum deteriora facient. Quantũ enim inualidum fiet seculum à senectute, tantum multiplicabuntur inhabitantes mala. Prolongauit enim se magis veritas, & appropinquauit mendacium: Iam enim festinat venire, quam vidisti visionem. Et respondi, & dixi coram te domine: Ecce enim ego abibo, sicut præcepisti mihi, & corripiam præsentem populum. Qui autem iterum nati fuerint, quis commonebit? Positum est ergo seculum in tenebris: & qui inhabitant in eo, sine lumine. Quoniam lex tua incensa est, propter quod nemo scit quæ à te facta sunt, vel quæ incipient opera. Si enim inueni in te gratiam, immitte in me spiritum sanctum, & scribam omne quod factum est in seculo ab initio, quæ erant in lege tua scripta, vt possint homines inuenire semitam: & qui voluerint viuere in nouissimis, uiuant. Et respondit ad me, & dixit: Vadens congrega populum, & dices ad eos vt non quærant te diebus quadraginta. Tu autem præpara tibi buxos multos, & accipe tecum Saream, Dabriam, Selemiam, Echanum & Asiel, quinque hos, qui parati sunt ad scribendum velociter. Et venies huc, & ego accendam in corde tuo lucernam intellectus, quæ non extinguetur, quoad usque finiantur, quæ incipies scribere. Et tunc perfectis quædam palam facies, quædam sapientibus absconditè trades. In crastinum enim hac hora incipies scribere. Et profectus sum, sicut mihi præcepit, & congregaui omnem populum, & dixi: Audi Israel verba hæc: Peregrinati sunt patres nostri ab initio in Ægypto, & liberati sunt inde, & acceperunt legem vitæ, quam non custodierunt, quam & vos post eos transgressi estis: & data est vobis terra in fortem, & terra Sion, & patres vestri, & vos iniquitatem fecistis, & non seruastis

vias quas præcepit vobis altissimus: & iustus iudex cum sit, abstulit à vobis in tempore, quod donauerat. Et nunc vos hic estis, & fratres vestri introrsum vestrum sunt. Si ergo imperaueritis sensui vestro, & erudieritis cor vestrum, viui conseruati eritis, & post mortem misericordiam consequemini. Iudicium enim post mortem veniet, quando iterum reuiuifcemus: & tunc iustorum nomina parebunt, & impiorum facta ostendentur. Ad me igitur nemo accedat nunc, neque requirat me vsque dies quadraginta. Et accepi quinque viros, sicut mandauit mihi, & profecti sumus in campum, & mansimus ibi. Et factus sum in crastinum, & ecce vox vocauit me dicens: Esdra, aperi os tuum, & bibe quo te potauero. Et aperui os meum, & ecce calix plenus porrigebatur mihi. Hoc erat plenum sicut aqua: color autem eius vt ignis similis. Et accepi, & bibi, & in eo cum bibissem, cor meum cruciabatur intellectu, & in pectus meum increfcebat sapientia. Nam spiritus meus cõseruabatur memoria. Et apertum est os meum, & non est clausum amplius. Altissimus dedit intellectum quinque viris, & scripserunt quæ dicebantur excessiones noctis quas nõ sciebant. Nocte autem manducabant panem, ego autem per diem loquebar, & per noctem non tacebam. Scripti sunt autem per quadraginta dies libri ducentiquatuor. Et factum est cum compleuissent quadraginta dies, locutus est altissimus, dicens: Priora quæ scripsisti, in palam pone, & legant digni & indigni: nouissimos autem septuaginta conseruabis, vt tradas eos sapientibus de populo tuo. In his enim est vena intellectus, & sapientiæ fons, & scientiæ flumen. Et feci sic.

Prædicuntur multæ calamitates seculo superuenturæ.

XV.



Ecce loquere in aures plebis meæ sermones prophetiæ, quos immifero in os tuum, dicit dominus, & fac vt in charta scribantur, quoniam fideles & veri sunt. Ne timeas à cogitationibus aduersum te, ne turbent te incredulitates dicentium, quoniam omnis incredulus in incredulitate sua morietur. Ecce ego induco, dicit dominus, super orbem terrarum mala, gladium & famem, & mortem, & interitum: super quod superpolluit iniquitas omnem terram, & adimpleta sunt opera nociua illorum. Propterea dicit dominus: iam non silebo de impietatibus eorum quæ irreligiõse agunt, nec sustinebo in his quæ iniquè exercent. Ecce sanguis innoxius & iustus clamat ad me, & animæ iustorum clamant persequenter. Vindicans vindicabo illos, dicit dominus, & accipiam omnem sanguinem innoxium ex illis ad me. Ecce populus meus quasi grex ad occisionem ducitur, iam non patiar illum habitare in terra Ægypti: sed educam eum in manu potenti, & brachio excelso. Et percutiam plaga sicut prius, & corrumpam omnem terram eius. Lugebit Ægyptus, & fundamenta eius plaga verberata, & castigatione, quas inducet ei deus. Lugebunt cultores operantes terram, quoniam deficient femina eorum ab vredine, & grandine, & à sydere terribili. Væ seculo, & qui habitant in eo: quia appropinquauit gladius, & contritio eorum, & exurget gens contra gentem ad pugnã, & romphæa in manibus eorum. Erit enim inconstabilitas hominibus, & alij aliis inualescentes non curabunt Regem suum & principes: viæ gestorum suorum in potentia sua. Cõcupiscet enim homo in ciuitatem ire, & non poterit. Propter superbiam enim eorum ciuitates turbabuntur, domus exterentur, homines metuēt. Non miserebitur homo proximum suum ad irritum faciendum domos eorum in gladium, ad diripiendas substantias eorum propter famem panis, & tribulationem multam. Ecce ego conuoco, dicit deus, omnes reges terræ ad me verendum, qui sunt ab oriente, & ab austro, ab euro, & à libano, ad conuertendos in se, & reddere quæ dederunt illis. Sicut faciunt vsque hodie electis meis, sic faciam & reddã in sinu eorũ. Hęc dicit dominus deus: Non parcat dextera mea super peccatores, nec cessabit rõphæa super effundentes sanguinẽ innocuũ super terram. Exiit ignis ab ira eius, & deuorauit fundameta terræ, & peccatores quasi stramen incensum. Væ eis qui peccant, & nõ obseruāt mandata mea, dicit dominus. Non parca illis. Discedite filij à potestate: nolite cõtaminare sancti-

A Eze. 33, b

Apoc. 6, 0
& 19, a

Isa. 55, c

Matth. 24, a
Matth. 24, a
Luc 21, b

sanctificationem meam, quoniam nouit dominus omnes qui delinquant in illum. Propterea tradidit eos in mortem, & in occisionem. Iam enim uenerunt super orbem terrarum mala, & manebitis in illis. Non enim liberabit vos deus, propter quod peccastis in eum. Ecce uisio horribilis, & facies illius ab oriente. Et exient nationes draconum Arabum in curribus multis, & sicut flatus eorum numerus fertur super terram, ut iam timeant & trepident omnes qui illos audient. Carmoij insaniētes in ira: & exient ut apri de sylua, & aduenient in uirtute magna, & constabunt in pugnam cum illis, & vastabunt portionem terræ Assyriorum. Et post hæc superualefcent dracones natiuitatis suæ memores, & conuertent se conspirantes in uirtute magna ad persequendos eos. Isti turbabuntur & silebunt in uirtute illorum, & conuertent pedes suos in fugam, & à territorio Assyriorum subessor obsidebit eos, & consumet unum ex illis, & erit timor & tremor in exercitu illorum, & contentio in reges ipsorum. Ecce nubes ab oriente, & à septentrione usque ad meridianum, & facies earum horrida valde, plena iræ & procellæ. Et collident se inuicem, & collident sydus copiosum super terram, & sydus illorum. Et erit sanguis à gladio usque ad uentrem, & finis hominis usque ad substramen cameli. Et erit timor & tremor multus super terram, & horrebunt qui uidebunt iram illam, & tremor apprehendet illos. Et post hæc mouebuntur nympi copiosi à meridiano, & septentrione, & portio alia ab occidente. Et superinualefcent venti ab oriente, & recludent eam, & nubem quam suscitauit in ira, & sydus ad faciendam exterritationem ad orientalem uentum, & occidentem uolabitur: Et exaltabuntur nubes magnæ & validæ, plenæ iræ, & sydus, ut exterreant omnem terram, & inhabitantes eam, & infundent super omnem locum altum & eminentem sydus terribile, ignem & grandinem, & romphæas volantes, & aquas multas, ut etiam impleantur omnes campi, & omnes riui plenitudine aquarum multarum. Et demolientur ciuitates, & muros, & montes, & colles, & ligna syluarum, & fœnum pratorum, & frumenta eorum. Et transibunt constantes usque Babylonem, & exerent eam, conueniēt ad ipsam, & circuibunt eam, & effundent sydus & omnem iram super eam. Et subibit puluis & fumus usque in cælum, & omnes in circuitu lugebunt eam: & qui sub ea remanserint, seruient his qui exterruerunt. Et tu Asia concors in spem Babylonis, & gloria personæ eius: uæ tibi misera, propter quod assimilasti ei, & ornasti filias tuas in fornicatione ad placendum, & gloriandum in amatoribus tuis, qui tecum cupierunt semper fornicari. Odibilem imitata es in omnibus operibus eius, & in adinuationibus eius, propterea dicit deus: Immittam tibi mala, uiduitatem, paupertatem, & famem, & gladium, & pestem, ad deustandas domos tuas à uiolatione, & morte, & gloria uirtutis tuæ. Sicut flos siccabitur, cum exurget ardor qui emissus est super te, infirmaberis ut paupercula plagata, & castigata à mulieribus, ut non possint te suscipere potentes & amatores. Nunquid ego sic zelabo te dicit dominus, nisi occidisses electos meos in omni tempore, exaltans percussione manu, & dicens super mortem eorum, cum inebriata esses, Exorna speciem uultus tui? Merces fornicationis tuæ in sinu tuo, propter hoc redditionem accipies. Sicut facis electis meis, dicit dominus, sic faciet tibi deus, & tradet te in malum. Et nati tui fame interient, & tu romphæa cades, & ciuitates tuæ conterentur, & omnes tui in campo gladio cadent. Et qui sunt in montibus, fame peribunt: & manducabunt carnes suas, & sanguinem bibent à fame panis & siti aquæ. Infelix per maria uenies, & rursus accipies mala. Et in transitu allident ciuitatem occisam, & exerent aliquam portionem terræ tuæ, & partem gloriæ tuæ exterminabunt, rursus reuertentes conuersam. Et demolita eris illis pro stipula, & ipsi erunt tibi ignis: & deuorabunt te, & ciuitates tuas, terram tuam, & montes tuos, omnes syluas tuas, & lignum fructiferum igni comburent. Filios tuos captiuos ducent, & censum tuum in prædam habebunt, & gloriam faciei tuæ exterminabunt.

Horrenda uniuerso orbi desolatio in fine futura.

XVI.

E iij



Æ tibi Babylon & Asia, væ tibi Ægypte & Syria. Præcingite vos faccis & A
 ciliciis, & plangite filios vestros, & dolete: quoniam appropinquavit con- Iocel. 15
 tritio vestra. Immissus est vobis gladius, & quis est qui auertat illum? Im- Iudith. 7. c
 missus est in vobis ignis, & quis est qui extinguat illum? Immissa sunt vo- Iudith. 7. c
 bis mala, & quis est qui repellat ea? Nunquid repellat aliquis leonem esu-
 rientem in sylua, aut extinguet ignem in stipula mox quando cœperit ardere? Nun-
 quid repellat aliquis sagittam à sagittario forti missam? Dominus fortis immitit ma-
 la, & quis est qui repellat ea? Exiit ignis ex iracundia eius, & quis est qui extinguat
 eum? Coruscabit, & quis non timebit? Tonabit, & quis non pauebit? Dominus com-
 minabitur, & quis non funditus conteretur à facie ipsius? Terra tremuit & fundamé-
 ta eius: mare fluctuat de profundo, & fluctus eius turbabuntur, & pisces eius à fa-
 cie domini, & à gloria virtutis eius: quoniam fortis dextera eius quæ arcum tendit, sa-
 gittæ eius acutæ quæ ab ipso mittuntur, non deficient cum cœperint mitti in fines ter-
 ræ. Ecce mittuntur mala, & non reuertentur, donec veniant super terram. Ignis suc-
 cenditur, & non extinguetur, donec consumat fundamenta terræ. Quemadmodum
 non redit sagitta missa à valido sagittario: sic non reuertentur mala, quæ missa fue-
 rint in terram. Væ mihi, væ mihi: Quis me liberabit in illis diebus? Initium dolorum
 & multi gemitus, initium famis & multi interitus, initium bellorum & formidabunt
 potestates, initium malorum & trepidabunt omnes. In his quid faciam cum venerint
 mala? Ecce fames & plaga, & tribulatio, & angustia missa sunt flagella in emendatio-
 ne, & in his omnibus se non conuertent ab iniquitatibus suis, neque flagellorum me-
 mores erunt semper. Ecce, erit annonæ vilitas super terram, sic vt putent sibi esse dire-
 ctam pacem, & tunc germinabunt mala super terram, gladius, fames, & magna con-
 fusio. A fame enim plurimi qui inhabitant terram interient, & gladius perdet cæte-
 ros, qui superauerint à fame, & mortui sicut stercora proiicientur, & non erit qui con-
 soletur eos. Derelinquetur enim terra deserta, & ciuitates eius deiciantur. Non dere-
 linquetur qui colat terram, & qui seminet eam. Ligna dabunt fructus, & quis vindemi-
 abit illa? Vua matura fiet, & quis calcabit illam? Erit enim locis magna desertio.
 Cupiet enim homo hominem videre, vel vocem eius audire. Relinquentur enim de
 ciuitate decem, & duo de agro qui absconderint se in densis nemoribus, & scissuris
 petrarum: quemadmodum cum derelinquantur in oliueto, & singulis arboribus
 tres aut quatuor oliuæ: aut sicut in vinea vindemiata racemi relinquantur ab his qui
 diligenter vineam scrutantur: sic relinquentur in diebus illis tres aut quatuor scruta-
 ntibus domos eorum in romphæa. Et relinquetur terra deserta, & agri eius inuete-
 rabunt, & viæ eius & omnes semitæ eius germinabunt spinas, eò quòd non tran-
 sient homines per eam. Lugebunt virgines non habentes sponso, lugebunt mu-
 lieres non habentes viros, lugebunt filiæ earum non habentes adiutorium. Spon-
 si earum in bello confumentur, & viri earum in fame exterentur. Audite verò ista,
 & cognoscite ea serui domini. Ecce verbum domini, excipite illud: ne diis credatis,
 de quibus dicit dominus: Ecce appropinquant mala, & non tardant. Quemadmo-
 dum prægnans cum parit in nono mense filium suum, appropinquante hora partus
 eius ante horas duas vel tres, dolores circumeunt ventrem eius, & prodeunte in-
 fante de ventre non tardabunt vno puncto: sic non morabuntur mala ad prodeun-
 dum super terram, & seculum gemet, & dolores circuntenebunt illud. Audite ver-
 bum, plebs mea: parate vos in pugnam, & in malis sic estote, quasi aduenæ terræ. Qui
 vendit, quasi qui fugiat: & qui emit, quasi qui perditurus: qui mercatur, quasi qui fru-
 ctum non capiat: & qui ædificat, quasi non habitaturus. Qui seminat, quasi qui non
 metet: sic & qui vinea putat, quasi qui non vindemiaturus. Qui nubunt, sic quasi filios
 non facturi: & qui non nubunt, sic quasi vidui: propter quod qui laborant, sine causa
 laborant. Fructus enim illorum alienigenæ metent, & substantiam illorum rapient,
 & domos euertent, & filios eorum captiuabunt, quia in captiuitate & fame generant
 natos suos. Et qui negotiantur in rapina, quantum diu exornant ciuitates & domos
 suas,

Iudith. 7. c

Iudith. 7. c

Psal. 73. b

Matth. 24. a

Matth. 13. b

B

Ierem. 1. f

Matth. 24. d

Isai. 7. d

Thren. 2. d

Aa. 91. d

Mich. 6. d

suas, & possessiones & personas suas, tanto magis adz labor eos super peccata sua, dicit dominus. Quomodo zelatur fornicaria mulierem idoneam & bonam valde, sic zelabitur iustitia iniquitatē, cum exornat se, & accusat eam in facie, cum venerit qui defendat exquirentem omne peccatum super terram. Propterea nolite similari ei, nec operibus eius: quoniam adhuc pusillum, & tolletur iniquitas à terra, & iustitia regnabit in vos. Non dicat peccator se nō peccasse: quoniam carbones ignis comburet super caput eius, qui dicit: non peccaui coram deo, & gloria ipsius. Ecce dominus cognoscet omnia opera hominum, & adinventiones illorum, & cogitationes illorum, & corda illorum. Dixit enim: fiat terra, & facta est: fiat cœlum, & factum est. Et in verbo illius stellæ fundatæ sunt, & nouit numerum stellarum. Qui scrutatur abyssum, & thesauros illarum: qui mensus est mare, & conceptū eius. Qui conclusit mare in medio aquarum, & suspendit terram super aquas verbo suo. Qui extendit cœlum quasi cameram, super aquas fundauit eum. Qui posuit in deserto fontes aquarum, & super verticem montium lacus ad emittendum flumina ab eminenti petra, vt potaret terram. Qui finxit hominem, & posuit cor suum in medio corporis, & misit ei spiritum, vitam & intellectum, & spiramen dei omnipotentis qui fecit omnia, & scrutinat omnia absconsa in absconsis terræ. Hic nouit adinventionem vestram, & quæ cogitatis in cordibus vestris, peccantes, & volentes occultare peccata vestra. Propter quod dominus scrutinando scrutinauit omnia opera vestra, & traducet vos omnes, & vos confusi eritis cum processerint peccata vestra coram hominibus, & iniquitates erunt quæ accusatores stabunt in die illo. Quid facietis? aut quomodo abscondetis peccata vestra coram deo, & angelis eius? Ecce iudex deus, timete eum. Desinite à peccatis vestris, & obliuiscamini iniquitates vestras iam agere eas in sempiterno, & deus educet vos, & liberabit de omni tribulatione. Ecce enim incenditur ardor super vos turbæ copiosæ, & rapiunt quosdam ex vobis, & cibabunt idōlis occisos, & qui consenserint eis, erunt illis in derisum, & in improprium, & in conculcationem. Erit enim locus, & in vicinas ciuitates exurrectio multa super timentes dominum. Erunt quasi infani, nemini parcentes: ad diripiendum & deuastrandum adhuc timētes dominum, quia deuastrabunt & diripient substantias, & de domibus suis eos eiicient. Tunc parebit probatio electorum meorum, vt aurum quod probatur ab igne. Audite dilecti mei, dicit dominus: Ecce assunt dies tribulationis, & de his liberabo vos. Ne timeatis, nec hæsitetis: quoniam deus dux vester est. Et qui seruat mandata & præcepta mea, dicit dominus deus, ne præponderent vos peccata vestra, ne super eleuent se iniquitates vestra. Vt qui constringuntur à peccatis suis, & obteguntur ab iniquitatibus suis, quemadmodum ager constringitur à sylua, & spinis tegitur semita eius per quam non transit homo, & excluditur, & mittitur ad deuorationem ignis.

PROLOGVS BEATI HIERONYMI
presbyteri in librum Tobia.



Chromatio & Heliodoro Episcopis, Hieronymus presbyter in domino salutem. Mirari non desino exactionis vestra instantiam. Exigitis enim vt librum Chaldæo sermone conscriptum, ad Latinum stylum traham, librum vtiq; Tobia, quem Hebræi de Catalogo diuinarum scripturarum secantes, iis quæ hagiographa memorant, manciparunt. Fecistis desiderio vestro, non tamen meo studio. Arguunt enim nos Hebræorum studia: & impugnant nobis, contra suum canonem, Latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicans Pharisæorum displicere iudicio, & Episcoporum inuisionibus deservire, institui vt potui. Et quia vicina est Chaldæorum lingua sermoni Hebraico, vtriusque linguæ peritissimum loquacem reperiens, vnus diei laborem arripui: & quicquid ille mihi Hebraicis verbis expressit, hoc ego accito notario sermonibus Latinis exposui. Orationibus vestris mercedem huius operis compensabo, cum gratum vobis didicero me, quod inbere estis dignati, compleisse.

Incipit Liber Tobiae Chaldaicè scriptus, quem Hebraei non habent.

Tobias in captiuitatem ductus in deum pietatem & proximum non deseruit. Cap. I.

a. Liber Tobiae in paucis cum Hebraeo & Graeco, quae nunc prae manibus habentur conuenit. Tobias autem interpretatur bonitas dei, vel bonus deo, aut in deo, & bonus deus. Nempe טוב tob. bonus, pulcher, decus. $\text{י$ Deus. vnum ex 10. diuinis nominibus: inde dicitur. תוביא Tobia vel Tobias.

1. In Galilea superiore.
b. Fuit vir iustus, misericors, hospitalis, & ob virtutes quibus praeditus fuerat, subiit gratiam captiuitatis: quam ferebat humiliter ac patienter, commune magis iniuria, quam priuatam dolens. Ambr. de Tobia. cap. 1.
c. Solus Tobias ex 10. tribubus Idola & Idololatrarum confortia fugiebat.
d. Profelytus Graecè, Latine valer aduenas, vel peregrinus alterius prouinciae vel conditionis.

e. Tam in Graeco quam in Hebraeo loquitur vsque in prima persona non in tertia, quasi ipse hanc scripserit historiam, de seipso semper locutus.


f. Niniue, Nineue, vel Nina vrbis est à Nino super Euphraten condita non egra laterum dimensione. Nam duae muri partes longiores erant reliquis. Horum latus quodlibet longitudine est stadiorum centum quinquaginta, breuiores vero stadiis nonaginta. Quia muri dimensione ambitus stadia complectitur quadringenta octoginta. Et sane ipse sua nequaquam frustratus est. Nulla enim postmodum vrbis tanto ambitu, tantae momentum magnificentia constructa est. Altitudo murum pedum est octium: Latitudo qua tres curus simul perambularet. Turres 15000. quarum altitudo pedum est 200. Diodorus Siculus, lib. 3.

g. Illos qui captiui erant in regno suo, quos Tobias consolabatur, non solum verbis, sed etiam muneribus, & aliis pluribus modis: Vnde subditur. Tobias quotidie pergebat: & subditur causa odij Sennacherib contra filios Israel. De Lyra. ibidem.]

h. Quia angelus domini vna nocte de suo percussit exercitu 187000. bellicorum, quod maxime causauit odij in Iudeos. i. Erat misericordiae pretium mortis poena, talis flagitij deprehensus reus vix tandem per amicum potuit direpto patri monio egenus & exul restitui suis. Ambr. de Tob. ca. 1.

a. Dies festus pentecostes, in quo licebat exacto sacrificio cum amicis & contribulibus in laetitia cibum sumere.

b. Iterum in his versabatur officio: si quid alimenti foret peregrinum cum quo cibum sumeret, querens. Itaque cum à sepulchro scissis munere reuertetur, apud fratres sibi edendi subsidia, misso filio querebat confortem conuiuij. Dum cœuina accersitur, nunciatis corporis in sepulchro reliquis, deserebat: nec putabat gium: ipse cibum sumeret, cum in publico corpore iaceret exanime. Ambr. vbi. sup.



Tobias ex tribu & ciuitate Neptalim, quae est, in superioribus Galilaeae supra Naafon, post viam quae ducit ad occidentem in sinistro habens ciuitatem Sephet: cum captus esset in diebus Salmanasar Regis Assyriorum: in captiuitate tamen positus, viam veritatis non deseruit, ita vt omnia quae habere poterat, quotidie concaptiuis fratribus qui erant ex eius genere, impartiret. Cumque esset iunior omnibus in tribu Neptalim, nihil tamen puerile gessit in opere. Denique cum irent omnes ad vitulos aureos, quos Ieroboam fecerat Rex Israel, hic solus fugiebat consortia omnium: & pergebat in Ierusalem ad templum domini, & ibi adorabat dominum deum Israel, omnia primitiua sua & decimas suas fideliter offerens, ita vt in tertio anno profelytis & aduenis ministraret omnem decimationem. Haec & his similia secundum legem dei puerulus obseruabat. Cum verò factus fuisset vir, accepit vxorem Annam de tribu sua: & genuit ex ea filium, nomen suum imponens ei, quem ab infantia timere deum docuit, & abstinere ab omni peccato. Igitur dum per captiuitatem deuenisset cum vxore sua & filio in ciuitatem Niniuen, cum omni tribu sua, & cum omnes ederent ex cibis Gentilium, iste custodiuit animam suam, & nunquam contaminatus est in escis eorum. Et quoniam memor fuit domini in toto corde suo, dedit illi deus gratiam in conspectu Salmanasar Regis: & dedit illi potestatem quocumque vellet ire, habens libertatem quaecumque facere voluisset. Pergebat ergo per omnes qui erant in captiuitate, & monita salutis dabat eis. Cum autem venisset in Rages ciuitatem Medorum, & ex iis quibus honoratus fuerat à Rege, habuisset decem talenta argenti, & cum in multa turba generis sui Gabelum egentem videret qui erat ex tribu eius, sub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti. Post multum verò temporis mortuo Salmanasar Rege, cum regnaret Sennacherib filius eius pro eo, & filios Israel exosos haberet in conspectu suo, Tobias quoridie pergebat per omnem cognationem suam, & consolabatur eos, diuidebatque unicuique, prout poterat, de facultatibus suis. Esurientes alebat, nudisque vestimenta praebat, & mortuis atque occisis sepulchram sollicitus exhibebat. Denique cum reuersus esset rex Sennacherib fugiens à Iudaea plagam, quam circa eum fecerat deus propter blasphemiam suam, & iratus multos occideret ex filiis Israel, Tobias sepeliebat corpora eorum. At vbi nuntiatum est Regi, iussit eum occidi, & tulit omnem substantiam eius. Tobias verò cum filio suo, & cum vxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebant eum. Post dies verò quadragintaquinque occiderunt Regem filij ipsius. Et reuersus est Tobias in domum suam, omnisque facultas eius restituta est ei.

Tobias mortuorum fatigatus sepultura, hirundinis stercore iacens excacatur. II.



Post haec verò cum esset dies festus domini, & factum esset prandium bonum in domo Tobiae, dixit filio suo: Vade, & adduc aliquos de tribu nostra timentes deum, vt epulentur nobiscum. Cumque abisset reuersus nuntiauit ei vnum ex filiis Israel iugulatum iacere in platea. Statimque exiliens de accubitu suo, relinquens prandium, ieiunus peruenit ad corpus: tollensque illud portauit ad domum suam occultè, vt dum sol occubuisset, cautè sepeliret eum. Cumque occultasset corpus, manducauit panem cum lactu, & tremore, me-

† 4. Reg. 18. b. c. Anni ante Christum, 749. Anni mundi 3213. Tobias cum 10. tribubus ductus est in Assyriam Salmanasar Regis Babylonis. † 3. Reg. 14.

† Hist. 4.

† 4. Re. 19. 5. Eccl. 4. 8. 1. Mach. 7. 5. 2. Mach. 8. 5. Intra. a. b.

† 4. Re. 19. 5. 1. Mach. 7. 5.

mo-

† Amos. 8. c
Sup. 1. d

B morans illum sermonem quem dixit dominus per Amos prophetam: [†] Dies festi vestri conuertentur in lamentationem & luctum. Cum verò sol occubisset, abiit, & sepeliuit eum. Arguebant autem eum omnes proximi eius, dicentes: Iam huius rei causa interfici iussus es, & vix effugisti mortis imperium, & iterum sepelis mortuos. Sed Tobias plus timens deum quàm Regem, rapiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua, & mediis noctibus sepeliebat ea. ^d contigit autem, vt quadam die fatigatus à sepultura, veniens domum iactasset se iuxta parietem, & obdormisset: & ex nido hirundinum dormienti illi, calida stercorea inciderent super oculos eius, fieretq; ^c cæcus. [†] Hanc autem tentationem ideo permisit dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. Nam cum ab infantia sua semper deum timuerit, & mandata eius custodierit, nõ est contristatus contra dominum quòd plaga cæcitatibus eueniret ei: sed immobilis in dei timore permansit agens gratias deo omnibus diebus vitæ suæ. Nam sicut beato Iob insultabant Reges, ita isti parentes & cognati eius irridebant vitam eius, dicentes: Vbi est spes tua pro qua elemosynas & sepulturas faciebas? Tobias verò increpabat eos, dicens: [†] Nolite ita loqui, quoniam filij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quã deus daturus est iis qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Anna ^e verò vxor eius ibat ad opus extrinsecum quotidie: & de labore manuum suarum victum quem consequi potuisset, deferbat. Vnde factum est, vt hæc dum caprarum accipiens, detulisset domi. Cuius cum vocem balantis vir eius audisset, dixit: [†] Videte ne fortè furtiuus sit: reddite eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Ad hæc vxor eius irata, respondit: Manifestè vana facta est spes tua, & elemosynæ tuæ modò apparuerunt. Atque his & aliis huiusmodi verbis exprobrabat ei.

† Insa. 8. a

Tobia patientia, & Sara septem maritorum oratio.

III.

† Psal. 118. f

† Psal. 24. b

A Vnc Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lachrymis, dicens: [†] Iustus es domine, & omnia iudicia tua vera sunt: & [†] omnes viæ tuæ misericordia & veritas, & iudicium. Et nunc domine memor esto mei, & ne vindictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum. Quoniam non obediimus præceptis tuis, ideo traditi sumus in direptionem, & captiuitatem, & mortem, & in fabulam & in improprium omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos. ^b Et nunc domine magna iudicia tua, quia non egimus secundum præcepta tua, & nõ ambulauimus synceriter coram te. Et nunc domine secundum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum. ^c Expedit enim mihi mori magis quàm viuere. [†] Eadem itaque die contigit, vt Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum, & ipsa audiret improprium ab vna ex ancillis patris sui, quoniam tradita fuerat septem viris, & dæmonium nomine Asmodeus occiderat eos, mox vt ingressi fuissent ad eam. Ergo cum pro culpa sua increparet puellam: respondit ei, dicens: ^d Amplius ex te non videamus filium aut filiam super terram, interfecit virorum tuorum. Nunquid & occidere me vis, sicut iam occidisti septem viros? Ad hanc vocem perrexit in superius cubiculum domus suæ: & tribus diebus, & tribus noctibus non manducauit, neque bibit: sed in oratione persistens cum lachrymis deprecabatur deum, vt ab isto improprio liberaret eam. ^e Factum est autem die tertia, dum compleret orationem, benedicens dominum, dixit: Benedictum est nomen tuum deus patrum nostrum, qui cum iratus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis iis qui inuocant te. Ad te domine faciem meam conuerto, ad te oculos meos dirigo. Peto domine, vt de vinculo improprij huius absolvas me, aut certè desuper terram eripias me. Tu scis domine quia nunquam concupiui virum, & mundam seruauim animam meam ab omni concupiscentia. Nunquam cum ludentibus miscui me: neque cum iis qui in leuitate ambulat, participem me præbui. Virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea,

Ecce enim festus aliquando rationaliter sit dies iustus propter casum superuenientem. Prophetavit autem Amos tempore Ozia Regis Iuda, vt patet in principio prophetiæ suæ. Tobias verò captiuus est sexto anno Ezechias, quia fuit quartus rex ab Ozia rege. Et sic Tobias prophetiam Amos scire potuit. De Lyra ibidem.]

Quam ergo laudabilis sit sanctus Tobias, scriptura docemur cuius deuotionem nec captiuitas minuit, nec oculorum amissio, quominus deum benediceret, persistit: neque exhausta substantia à via iustitiæ & veritatis auerit. Necessitas enim probat iustum, in egestate equitatem seruare, verã ac perfectã iustitiã est. Augu. quæst. 119. ex vtroque testa. mixtim.]

e. Fraudari magis se doluit obsequiorum quàm oculorum minuerene cæcitate ponam, sed impedimentum putabat. Et cum vi sum mercede leuaret cõgius, ne quid futurum domi suam intraret, cauebat. Vxor hæc dum pro mercede acceperat: at ille plus honestati quàm pietati cõsulens, cui sua deerant, alimoniam commodauerat proximo suo, quã toto vite suæ tempore in tanta indigentia non poposcit. Ambr. de Tob. cap. 2.

f. Cum Tobias vxoris fidelitatem diutius probasset, videtur quod non debuit habere suspensam. Diendum quòd non immerito quaesit, quia cum pauperes essent, delicatioribus cibis nõ sapies vtebantur, propterea non sine causa timuit ne quis fur vxoris suæ vendidisset. De Lyra.

a. Meminit enim primum quia inuiciorum dominus est, iustus esse, & iudicia eius recta esse. Cur enim in suos iniquus sit? Cur in eos quos ipse genuit iniustus sit? Benignitas sine inueniens non finit illud de eo existimare: Genuit nos non ad iniuriam, genuit nos nõ ad originis nostre naturæ dolorẽ. Si quid est quod patimur, ex iudicio suæ bonitatis accidit. Hieronimus in Psal. 118.

b. Magna enim sunt iudicia tua, quæ nullus potest arguere: sed non egimus secundum mandata tua. Licet enim innocens esset, tamen cõnumerat se cum peccatoribus, eo quòd esset de eorum populo & natione. De Lyra.]

c. Doctores gentium significat, qui tantum huius vitæ quæ per sepe voluitur dies, non erant vitam, de æterna nihil dicere sciebant. Ideoque sunt omnes à diabolo rapti, vt pote idololatricæ mancipati, donec venis adueneret sponsus, qui hanc sibi ecclesiam coniunxit matrimonio. Beda ibidem.]

d. Duo turpia sibi falso improperebat, scilicet opprobrium sterilitatis, quòd tunc erat valde magnum, & occisionem suorum maritorum: & tertio suæ occisionis desiderium, eum subditur. Nunquid occidere me vis, quod quod sit pater. De Lyra ibidem.]

e. Quia respicimus paternos errores, improprium sustinemus, quia patimur mala cõcurrentes ad deum. Sic etiam ille improprium Christi sustinebat, quando audiebat: nunquid interire me vis sicut interfecisti heri Aegypti? Hoc est improprium Christi quando quisquã à domesticis, quando quisquã ab his quibus beneficium præstitit, sustinet improprium. Chrysolto. Homi. 26. in 11. cap. ad Hebræos.

E v

f. Si indigna sui maritis meis pro peccatis meis occulis: aut ille forte indigni fuerunt, quia de indignitate illorum volebat temere iudicare. Quoniam nihil temere diffinitur debemus de his quae nobis dubia sunt, sed deo diffinienda relinquere debemus. De Lyra ibidem. j. 1. b. c.

g. Raphael medicina dei interpretatur, vt & Tobias à caecitate & Sarcin à demonio liberaret. Beda ibidem.

consensi suscipere. Et aut ego indigna sui illis, aut illi forsitan mihi] non fuerunt digni: quia forsitan viro alij conseruasti me. Non est enim in hominis potestate consilium tuum. Hoc autem pro certo habet omnis qui colit te, quia vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in correptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymationem & fletum exultationem infundis. Sit nomen tuum deus Israel benedictum in secula. In illo tempore exaudita sunt preces amborum in conspectu gloriae summi dei: & missus est angelus domini sanctus Raphael, vt curaret eos ambos, quorum vno tempore sunt orationes in conspectu domini recitatae.

Senior Tobias iuniori salutis monita inculcat.

IIII.



Gitur cum Tobias putaret orationem suam exaudiri, vt mori potuisset, vocauit ad se Tobiam filium suum, dixitque ei: Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde quasi fundamentum construe. Cum acceperit deus animam meam, corpus meum sepeli, & honorem habebis matri tuae omnibus diebus vitae eius. Memor enim esse debes, quae & quanta pericula passa sit propter te in vtero suo. Cum autem & ipsa compleuerit tempus vitae suae, sepelias eam circa me. Omnibus autem diebus vitae tuae in mente habeto deum: & caue ne aliquando peccato consentias, & praetermittas praecipita dei nostri. Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vilo paupere. Ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies domini. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude. Praemium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis. Quoniam eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo deo, eleemosyna omnibus facientibus eam. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione: & praeter uxorem tuam nunquam patiaris crimen scire. Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas. In ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. Panem tuum cum esurientibus & egentibus comede: & de vestimentis tuis nudos tege. Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. Consilium semper à sapiente perquire. Omni tempore benedic deum, & pete ab eo vt vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant. Indico etiam tibi fili mi dedisse me decem talenta argenti, dum adhuc infantulus esses, Gabelo, in Reges ciuitate Medorum, & chirographum eius apud me habeo: & ideo perquire quomodo ad eum peruenias, & recipias ab eo supra memoratum pondus argenti: & restituas ei chirographum suum. Noli timere fili mi, pauperem quidem vitam gerimus: sed multa bona habebimus, si timuerimus deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.

a. Tobias monens filium suum, ad hoc monebat vt clamaret, id est ad bona opera monebat. Dicebat illi vt daret pauperibus, praecipiebat vt eleemosynas faceret indigentibus, & docebat de eorum: si, eleemosynae non sinit ire in tenebras. Aug. in Matth. cap. 20.

b. Corpora sepeliendo, quasi sacrosanctum depositum terrae commendamus, quae reddenda gloriandanda in resurrectione credimus. Glos. ordi.]

c. Quasi diceretis non potes exhibere manum, exhibeas tamen animum, & compassionis signum. Nam de huiusmodi impossibilitate nemo potest se excusare. De Lyra.]

d. Quid est enim mundare animam, nisi fordem mentis abluere? Eleemosyna enim à morte liberat: patientia vero perfectio est charitatis. Ambro. in cap. 6. Lucae.

e. Sola misericordia comes est deturcorum, & in die iudicij generalis: quia tunc iudex dicit: venite benedicti patris mei, percipite paratum vobis regnum, & sequitur: Esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. De Lyra ibidem.]

f. Per hoc quidem à malo fuga inducit, per illud autem virtutis operationem Chryso. ad pop. Antioch. hom. 13.

g. Panem manducare & bibere cum peccatoribus, qui iniquis subsidiis pro eo quod iniqui sunt, impendit. Grego. in Psal. 3. par. 1. ad motum. 21.

h. Praeterea sciro quia dedi Gabelo decem talenta argenti in Reges, cuius Chirographum apud me habeo. Perquire ergo fidelem virum qui tecum erit salua mercede sua, vt restituar Gabelo Chirographum suum, & ipse restituet tibi depositum. Comest. in historia Tobias, cap. 1.

Raphael angelus Tobiam iuniorem ducit in Reges ciuitatem Medorum. V.

a. In ea ergo te sola filius non debet obedire patri suo, si aliquid pater ipse iusserit contra dominum dei ipsius. Neque enim debet irasci pater, quando sic ei preponitur deus. Vbi enim hoc iuberet pater quod contra dominum non sit, sic audiendus est quomodo deus: quia obedire patri iussit deus. Aug. in Psal. 70.

b. Apparuit angelus Tobias, et quae se socium praebuit, per quae magnalia populo ad quem missus erat, perficeret. Quem introduxit Tobias ad patrem suum: qui salutauit eum dicens: Gaudium tibi sit semper. Cui respondit: Quae mihi gaudium erit, quia in tenebris sedeo, & lumē oculi non video? Beda ibidem.



Vnc respondit Tobias patri suo, & dixit: Omnia quaecunque praecipisti mihi, faciam pater. Quomodo autem pecuniam hanc requiram, ignoro. Ille me nescit, & ego eum ignoro: Quod signum dabo ei? Sed neque viam per quam pergatur illuc, aliquando cognoui. Tunc pater suus respondit illi, & dixit: Chirographum quidem illius apud me habeo, quod dum illi ostenderis, statim restituet. Sed perge nunc, & inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum salua mercede sua: dum adhuc viuo, vt recipias eam. Tunc egressus Tobias, inuenit iuuenem stantem, splendidum, praecinctum, & quasi paratum ad ambulandum. Et ignorans quod angelus dei esset, salutauit eum, & dixit: Vnde te habemus bone iu-

† 13. q. 2. cap. Habron. &c. sequen.

† Prouer. 3. b. † Luc. 14. c. Eccle. 4. a. & 14. b.

† De pen. di. 1. c. Miror. &c. Medici. na. Eccle. 19. c.

† Leuit. 19. c. Daut. 2. c. 1. dist. 1. 19. di. ca. Ponderet. † Matth. 7. b.

Sup. 1. c.

Psal. 33. e.

uenis?

uenis? At illè respondit: Ex filiis Israel. Et Tobias dixit ei: Nosti viam quæ ducit in regionem Medorum? Cui respondit: Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulauit, & mansi apud Gabelum fratrem nostrum, qui moratur in Rages ciuitate Medorum, quæ posita est in monte Ecbatanis. Cui Tobias ait: Sustine me obsecro, donec hæc ipsa nuntiem patri meo. Tunc ingressus Tobias, indicauit vniuersa hæc patri suo. Super quæ admiratus pater, rogauit vt introiret ad eum. ^d Ingressus itaque salutauit eum, & dixit: Gaudium tibi sit semper. Et ait Tobias: Quale gaudium mihi erit: qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Cui ait iuuenis: Forti animo esto: in proximo est, vt à deo cureris. ^e Dixit itaque illi Tobias: Nunquid poteris perducere filium meum ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum? Et cum redieris, restituâ tibi mercedem tuam. Et dixit ei angelus: ^f Ego ducam, & reducam eum ad te. Cui Tobias respondit: Rogo te, indica mihi de qua domo, aut de qua tribu es tu? Cui Raphael angelus dixit: Genus quæris mercenarij, an ipsum mercenarium qui cum filio tuo eat? Sed ne forte sollicitum te reddam, ^g ego sum Azarias Ananiae magni filius. Et Tobias respondit: Ex magno genere es tu. Sed peto ne irascaris, quod voluerim cognoscere genus tuum. Dixit autem illi angelus: Ego sanum ducam, & sanum tibi reducam filium tuum. Respondens autem Tobias, ait: Bene ambuletis, & sit dominus in itinere vestro, ^d & angelus eius comitetur vobiscum. ^h Tunc paratis omnibus quæ erant in via portanda, ^b fecit Tobias vale patri suo, & matri suæ, & ambulauerunt ambo simul. Cumque profecti essent, cœpit mater eius flere, & dicere: Baculum senectutis nostræ tulisti, & transmisti à nobis. ⁱ Nunquam fuisset ipsa pecunia, pro qua misisti eum. Sufficiebat nobis paupertas nostra, vt diuitias cõputaremus hoc, quod videbamus filium nostrum. Dixitque ei Tobias: Noli flere. ^j Saluus perueniet filius noster, & saluus reuertetur ad nos, & oculi tui videbunt illum. Credo enim quod angelus dei bonus comitetur ei: & bene disponat omnia quæ circa eum geruntur, ita vt cum gaudio reuertatur ad nos. Ad hanc vocem cessauit mater eius flere, & tacuit.

Angeli consilio exenterat Tobias piscem, vnde medicamina tollit.

VI.

Rosectus est autem Tobias, & canis secutus est eum, & mansit prima mansione iuxta fluuium Tigris. Et exiuit vt lauaret pedes suos, & ecce piscis immanis exiuit ad deuorandum eum. Quem expauescens Tobias, clamauit voce magna, dicens: Domine inuadit me. Et dixit ei angelus: Apprehende branchiam eius, & trahere eum ad te. Quod cum fecisset, attraxit eum in siccum, & palpitare cœpit ante pedes eius. Tunc dixit ei angelus: Exentera hunc piscem, & cor eius, & fel, & iecur repone tibi. ^b Sunt enim hæc necessaria ad medicamenta vtiliter. Quod cum fecisset assauit carnes eius, & secum sustulerunt in via, cætera salierunt quæ sufficerent eis, quousque peruenirent in Rages ciuitatem Medorum. ^c Tunc interrogauit Tobias angelum, & dixit ei: Obsecro te Azaria frater: vt dicas mihi quod remedium habebunt ista, quæ de pisce seruare iussisti? Et respondens angelus dixit ei: Cordis eius particulâ, si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum, siue à viro, siue à muliere, ita vt vltra non accedat ad eos. Et fel valet ad vnguendos oculos, in quibus fuerit albugo, & sanabuntur. Et dixit ei Tobias: Vbi vis vt maneamus? Respondensque angelus, ait: Est hic Raguel nomine, vir propinquus de tribu tua, & hic habet filiam nomine Saram, sed neque masculum, neque foeminam vllam habet aliam præter eam. ^d Tibi debetur omnis substantia eius, & oportet eam te accipere coniugem. Pete ergo eam à patre eius, & dabit tibi eam in vxorem. Tunc respondit Tobias, & dixit: Audio quia tradita est septem viris, & mortui sunt: sed & hoc audiui, quia dæmonium occidit illos. Timeo ergo, ne forte & mihi hæc eueniant: & cum sim vnicus parentibus meis, deponam senectutem illorum cum tristitia ad inferos. Tunc angelus Raphael dixit ei: Audime, & ostendam tibi qui sunt, quibus præualere potest dæmonium: si namque qui coniugium ita suscipiunt, vt deum à se & à sua mente excludant, & suâ libidini ra yacent, ⁱ sicut equus

[c. Omnia itinera eius frequenter ambulauit. Per hoc designatur eius promptitudo ad exequendum mandata dei circa homines ad dei gloriam, & electorum salutem: secundum quod dicitur Hebræorum i. Omnis administratorij spiritus sunt in ministeriū missi, propterea qui capiunt hereditatem salutis. De Lyra.]

[d. Quod angeli quoque visibiliter & tractabiliter apparentes non quia indigeant, sed quia volent & poterit vt hominibus congruent sui ministerij quadam humanitate fecerunt. Aug. de ciuit. dei lib. 13. c. 22.]

[e. Ad hoc enim erat missus à deo, & ideo certitudinaliter sciebat hoc esse futurum. De Lyra. ibidem.]

[f. Promittit angelus Tobias ducere filium eius in Rages ciuitatem Medorum & reducere ad eum. Beda. ibidem.]

[g. Figuratur respondet, quoniam Azarias adiutor dei interpretatur, quod angelis competit, qui sunt administratorij spiritus, quasi diceret: Ex filiis Israel ego sum, Azarias Anania magni filius. Quod totum secundum interpretationem nominum verum erat. Erat enim de angelis videlicet deum, & erat Azarias, id est adiutor: & filius Ananiae, id est glorie dei. Come. in hist. Tobias, cap. i.]

[h. Non enim decens erat quod ab eis recederet absque saluatione. Vnde sequitur mater fleus ex materna pietate. de Lyra.]

[i. Saluus perueniet ad terminum ad quem mittitur saluus, & sanus. De Lyra.]

[a. Est enim Christus sicut ille, qui ad Tobiam ascendit de Amineuius, cuius iecore per passionem affato, fugatus est diabolus, & per amaritudinem fellis afflatus est cæcus, & illuminatus est mundus. Aug. Ser. 4. de Petro & Paulo.]

[b. Dabium est an res naturales habeant virtutem dæmones arcendi à corporibus? & ab illis repellendi. Respondet Augustus de ciuitate dei lib. 21. ca. 6. Illicitur autem dæmones ad inhabitandum per creaturas, quas non ipsi, sed deus condidit de stabilibus pro sua diuersitate diuersis, &c. Aug. ubi prius.]

[c. Cordis eius super carbones expositi fumus fugat omne genus dæmoniorum. Cetera quod sciendum quod si dæmones habent corpora sibi naturaliter vnita, sicut dicit Apuleius, non esset impossibile, qd res corporales facerent in eis impressiones. De Lyra ibidem.]

[d. In libro Tobie ad finem eius Tobias, Raphael angelus dixit: Memor esto mandatorij patris tui, quoniam præcepit tibi accipere debere vxorem de genere patris tui. Et nunc audi me frater. Noli computare dæmonium illud, sed postula eam. Et scito quoniam dabit tibi hæc nocte vxor, & cum intraueris cubi culi, tolle de iecore piscis illius & inpone super carbones, & odor manabit, & odorabitur illud dæmonium, & fugiet, & non apparebit circa illam omnino in perpetuum. Amb. de vocatio nis gentium, lib. 2. cap. 16.]

† infra. 10. b

A

B

C

† infra. 11. d

d. Cum cōperis velle esse cum illa, iurgite prius ambo, & deprecamini deum cœli, vt deur vobis misericordia & sanitas, & nolite timere, sibi enim desti nax est ante fecula, & tu eam sanabis. Quamuis ergo quod statuit deus, nulla possit ratione nō fieri, studia tamē non tollitur orandi, nec per electionis propositum liberi arbitrij deo tio relaxatur, cum implenda vo luntatis dei ita sit praordinatur effectus, vt per laborem operi, per instantiam supplicationum, per exercitia virtutum, fiat incrementa meritorij, & qui bona gesserit, nō solum secundū propositū dei, sed etiam secundū sua merita conueniatur. Ambro. de uocatione Gentium, cap. 17.

a. Tandem ingressi sunt ad Raguel: cōmque diceret Raguel uxori suæ quam simillimū esse iuuenē hunc Tobias cōsobrino suo, dixit angelus: Hic est filius illius. Et legatus est Raguel & instrauit conuiuium. Non manducabo, inquit Tobias, neque bibam, nisi prius petitionē meam confirmes, & promittas mihi dare Saram filiam tuam. Comest. ibid.

[b. Misit se Raguel ad amplexū eum, & osculandū eum ex amore paterno, & lachrymandū ex pietate: quod erat de eius cognatione. Et verē inquit de generares, nisi bonus es, & benedictione dignus. Nō dicitur hic quod Anna vxor eius, & Sara filia osculata sint Tobias: quia non deceat se mulieres facere sicut viros.]

c. Cum petisset ex Raguele filiam, primo verbo expauit, scies quid prouenisset illi septē viris: sed docente angelo, quia im mundi eā habere non possent. Tobias autem qui deum timebat, facile habere posse, mox dare consensit. Beda ibidem.

[d. Non dubito quin deus preces admiserit. Nam preces semper exaudiuntur, quando sunt piæ, perseverantes, & per se, & similitur si sunt pro alio, si non sit impedimentum in eo.]

e. Hac benedictione vitur ecclesia in sacramento matrimonij conferendo in facie ecclesie, que ex hoc loco de prompta videtur vt nouerint recentiores nō esse nouum hominū inuentum for mas & materias dicere ad esse sacramenti Idem.

f. Et notandum quod in sacra scriptura quinquē dicitur Annæ, Mater Samuelem, vxor Tobie senioris, vxor Raguelis, mater beate Mariæ virginis, & Anna prophetissa. Comestor. ibidem.

& mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos. Tu autem cum acceperis eam, ingressus cubiculum^d per tres dies continens esto ab ea, & nihil aliud, nisi orationibus vacabis cum ea. Ipsa autem nocte, incenso iecore piscis, fugabitur dæmonium. Secunda verò nocte in copulatione sanctorum Patriarcharum admittēris. Tertia verò nocte benedictionem consequēris, vt filij ex vobis procreentur incolumes. Transacta autem tertia nocte, accipies virginem cum timore domini, amore filiorum magis quàm libidinis ductus, vt in femine Abrahæ benedictionem in filiis consequaris.

Tobias accepit Saram in vxorem & nuptijs celebratis preparatum est illi alterum cubiculum.

VII.



Ingressi sunt autem ad Raguelem, & suscepit eos Raguel cum gaudio. Intuensque Tobiam Raguel, dixit Annæ vxori suæ: Quam similis est iuuenis iste consobrino meo! Et cum hæc dixisset, ait: Vnde estis iuuenes fratres nostri? At illi dixerunt: Ex tribu Neptalim sumus, ex captiuitate Niniue. Dixitque illis Raguel: Nostis Tobiam fratrem meum? Qui dixerunt: Nouimus. Cūque multa bona loqueretur de eo, dixit angelus ad Raguelem: Tobias, de quo interrogas, pater istius est.^b Et misit se Raguel, & cū lachrymis osculatus est eum: & plorans supra collum eius, dixit: Benedictio sit tibi fili mi, quia boni & optimi viri filius es. Et Anna vxor eius & Sara ipsorum filia lachrymata sunt. Postquam autem locuti sunt, præcepit Raguel occidi arietem, & parari conuiuium. Cūque hortaretur eos discumbere ad prandium, Tobias dixit: Hic ego hodie non manducabo, neque bibam, nisi prius petitionem meam confirmes, & promittas mihi dare Saram filiam tuam.^c Quo audito verbo Raguel expauit, sciens quid euenerit illis septem viris, qui ingressi sunt ad eam: & timere cœpit, ne fortè & huic similiter contingeret.^d Et cū nutaret, & non daret petenti vllum responsum, dixit ei angelus: Noli timere dare eam isti, quoniam huic timenti deum debetur coniunx filia tua. Propterea alius non potuit habere illam. Tunc dixit Raguel: Non dubito quod deus preces, & lachrymas meas in conspectu suo admiserit. Et credo quoniam ideo fecit vos venire ad me, vt & ista coniungeretur cognationi suæ, secundum legem Moyse. Et nunc noli dubium gerere, quod tibi eam tradam. † Et apprehendens dexteram filia suæ, dexteram Tobie tradidit, dicens: Deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob vobiscum sit, & ipse coniungat vos, impleatque benedictionem suam in vobis. Et accepta charta, fecerunt cōscriptionem coniugij. Et post hæc epulati sunt, benedicentes deum. Vocauitque Raguel ad se^f Annam vxorem suam, & præcepit ei vt prepararet alterum cubiculum. Et introduxit illuc Saram filiam suam, & lachrymata est. Dixitque ei: Forti animo esto filia mea. Dominus cœli det tibi gaudium pro tædio quod perpessa es.

Tobias cum Sara iacens a dæmonio per orationem liberatur: illique preparato sepulchro dos magna assignatur.

VIII.



Postquam verò cœnauerunt, introduxerunt iuuenem ad eam. Recordatus itaque Tobias sermonū angeli, protulit de cassidili suo patrem iecoris, posuitque eam super carbones viuos. Tunc Raphael angelus apprehendit^a dæmonium, & religauit eum in deserto superioris Ægypti. Tunc hortatus est virginem Tobias, dixitque ei: Sara exurge, & deprecemur deum hodie & cras, & secundum cras: quia his tribus noctibus deo iungimur: tertia autem transacta nocte in nostro erimus coniugio. † Filij quippe sanctorum sumus, & non possumus ita coniungi, sicut & gentes quæ ignorant deum. Surgentes autem pariter, instanter orabant ambo simul, vt sanitas daretur eis.^b Dixitque Tobias: Domine deus patrum nostrorum, benedicant te cœli, terræ, maræque, & fontes, & flumina, & omnes creature tuæ, quæ in eis sunt. † Tu fecisti Adam de limo terræ, dedisti que ei adiutorium Heuam. Et nunc domine tu scis quia^b non luxuriæ causa accipio sororem meam coniu-

a. Dæmon quatenus permixtus potest vexare homines, & fugari ab illis. Vitur enim deus multis spiritibus ad probationem quorundam, vt Iob & Tobias: ad emendationem, vt Magdalenæ: cōsecrationē vt Pauli, cui datus est stimulus carnis angelus Sathanæ ad correctionem, vt Corinthij per Paulum excommunicati: ad damnationē, vt Achab Antiochi. Herodis Verfus. Vt probet, emendet, cōseruet, corripiat: vt damnet miseros vitus diuina flagellat. Beda in r. Reg. 16.

b. Nouerant quippe illi homines etiam in ipis coniugibus luxuriā esse abutendi in temperantia, quod Tobias, relictus oratio quādo est copulatus uxori. Augu. super Genesim, quæst. 90.

† Num. 164

† Sup. 16

† Gen. 16

coniugem: sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in secula seculorum. Dixit itaque Sara: Misere nobis domine, misere nobis, & consensamus ambo pariter sani. Et factum est circa pullorum cantum, accersiri iussit Raguel seruos suos: & abierunt cum eo pariter vt foderent sepulchrum. Dicebat enim, ne fortè simili modo euenerit ei, quo & ceteris aliis septem viris, qui sunt ingressi ad eam. Cùmque parassent fossam: reuersus Raguel ad vxorem suam, dixit ei: Mitte vnam ex ancillis tuis, & videat si mortuus est, vt sepeliam eum antequam illucescat dies. At illa misit vnam ex ancillis suis. Quæ ingressa cubiculum reperit eos saluos & incolumes, secum pariter dormientes. Et reuersa, nuntiauit bonum nuntium. Et benedixerunt dominum, Raguel videlicet & Anna vxor eius: & dixerunt: Benedicimus te domine deus Israel, quia non contigit nobis quemadmodum putabamus. Fecisti enim nobiscum misericordiam tuam, & exclusisti à nobis inimicum persequentem nos. Misertus es autem duobus vniciis. Fac eos domine plenius benedicere te, & sacrificium tibi laudis tuæ & suæ sanitatis offerre: vt cognoscat vniuersitas gentium, quia tu es deus solus in vniuersa terra. Statimque præcepit seruis suis Raguel, vt replerent terra fossam quam fecerant: priusquam elucesceret. Vxori autè suæ dixit, vt instrueret conuiuium, & præpararet omnia quæ in cibos erant iter agentibus necessaria. Duas quoque pingues vaccas, & quatuor arietes occidi fecit, & parari epulas omnibus vicinis suis, cunctisque amicis. Et adiurauit Raguel Tobiam, vt duas hebdomadas moraretur apud eum. De omnibus autem quæ possidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobix, & fecit hanc scripturam, vt pars dimidia quæ supererat, post obitum eorum Tobix domino deueniret.

Raphael petit Rages urbem Medorum, & chirographum restituens pecuniam recipit.

IX.

Tunc vocauit Tobias angelum ad se, quem quidem hominem existimabat: dixitque ei: Azaria frater, peto vt auscultes verba mea. Si me ipsum tradam tibi seruum, non ero condignus prouidentia tuæ: Tamen obsecro te, vt assumes tibi animalia siue seruitia: & vadas ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum, reddasque ei chirographum suum, & recipias ab eo pecuniam, & roges eum venire ad nuptias meas. Scis enim ipse quoniam numerat pater meus dies, & si tardauero vna die plus, contristatur anima eius. Et certe vides quomodo adiurauit me Raguel, cuius adiuramentum spernere non possum. Tunc Raphael assumens quatuor ex seruis Raguelis, & duos camelos, in Rages ciuitatem Medorum perrexit: & inueniens Gabelum, dedit ei chirographum suum, & recepit ab eo omnem pecuniam. Indicauitque ei de Tobia filio Tobix omnia quæ gesta sunt, fecitque eum secum venire ad nuptias. Cùmque ingressus esset domum Raguelis, inuenit Tobiam discumbentem: & exiliens osculati sunt se inuicem. Et fleuit Gabelus, benedixitque deum, & dixit: Benedicat te deus Israel: quia filius es optimi viri, & iusti, & timentis deum: & eleemosynas facientis. Et dicatur benedictio super vxorem tuam, & super parètes vestros, & videatis filios vestros & filios filiorum vestrorum vsque in tertiam & quartam generationem, & sit semen vestrum benedictum à deo Israel, qui regnat in secula seculorum. Cùmque omnes dixissent, amen, accesserunt ad conuiuium. Sed cum timore domini nuptiarum conuiuium exercebant.

Parentes Tobix longam eius moram queruntur.

X.

Vm verò moras faceret Tobias, causa nuptiarum, sollicitus erat pater eius Tobias, dicens: Putas quare moratur filius meus, aut quare detentus est tibi: Putas ne Gabelus mortuus est, & nemo reddit illi pecuniam: Cœpit autem contristari nimis ipse & Anna vxor eius cum eo: & cœperunt ambo simul flere: eò quòd die statuto minime reueteretur filius eorum ad eos. Flebat igitur mater eius irremediabilibus lachrymis, atque dicebat: Heu me fili mi,

[Hæc est pars secunda in qua ponitur tumuli preparatio, ad ponendum Tobix secretè, si ei sicut aliis contigisset. De Lya. ibidem.]

[Caurus pullorum fontis est prædicatorum qui cum mane, diem verum fidei mundo post tenebras erroris adfuturum cauerent, erant quidam in populo gentium qui dubitarent an verè Dominus hostem vicisset antiquum: ideoque fidem nominis eius obtrere atque abscondere satius estimaret, qui postmodum agnita luce veritatis quasi aurota procederet, & crebesciente pullorum cantu, id est, voce doctorum, qui ad superna desideria alacri cordis volatu se leuare conueuerunt. Beda. ibidem.]

[d. Si ergo vis benedicere dominum, & verbum eius, fac voluntatè eius. Aug. in Psal. 102. e. Sicut enim Tobias vniciis, ita Sara parentibus vnica erat. f. Sacrificium laudis ab ecclesia toto orbe diffusa diebus omnibus immolatur. Aug. Epist. 86.]

[g. Hæc est quarta pars huius cap. in qua ponitur nuptiarum celebratio per familiam suam, ipsa tamen vxore disponente. De Lya.]

[h. Adiuramus & nos dominum nostrum, orantes vt nobiscum maneat, donec perfectione sanctæ requiescat per spiritus sancti gratiam consequamur qua requiescamus à seruilibus actibus, id est, peccatis in corpore, & à prauis cogitationibus in mente. Beda. ibidem.]

a. Cœlauit angelus nomen Azarias sum, inquit, Ananie matris filius: & nō dixit: Ego sum Raphael angelus. Cœlauit, primo nominis dignitatem, ne laeter locutori terrorè. Si enim dixisset: Ego sum angelus, non fuisset Tobix mercedarius. Aug. de Tempo. Sermo. 206. b. Itaque dux orant apud Medos ciuitates nomine Rages, vna ciuitas Raguelis, vsque supra altera Gabeli, vt hic.

[c. Hic ponitur angeli condensatione: cum dicitur. Tunc Raphael assumens, vt res honestius in specie hominis appareret: qui secum duos duxit camelos, vnum pro se alteri pro Gabelo secum adducendo, vt conuiuio nuptiarum nepotis sui interesset. De Lya.]

d. Hoc est enim benedicere deum, sic viuere, sic viuere, cuiusque benedicatur deo. Nā qui benedicunt domino lingua, & fructus maledicunt, non in ecclesiis benedicunt domino. Lingua prope omnes benedicunt, sed non omnes faciunt. Augulf. in Psal. 25.

a. Magna igitur nobis cura, inquit, sollicitudine quotidie opus est, vt huiusmodi nobis bellum minime exciteetur, aut si forte excitate fuerit, non permaneat, sed prematur proutinus atque sedetur. Chrysof. in 1. Timoth. Homil. 7.

†Infra. 9. d.

†Sup. 8. d.

†Sup. 7. b.

†Sup. 5. b.

vt quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ? Omnia simul in te vno habentes, te non debuimus dimittere ire à nobis. Cui dicebat Tobias: ^b Tace, & noli turbari, sanus est filius noster: satis fidelis est vir ille cum quo misimus eum. Illa autem nullo modo consolari poterat, sed quotidie exiliens circumspiciebat, & circuibat vias omnes per quas spes remeandi videbatur, vt procul videret eum, si fieri posset, venientem. ^c At verò Raguel dicebat ad generum suum, Mane hic: & ego mittam nuntium salutis de te ad Tobiam patrem tuum. Cui Tobias ait: Ego noui quia pater meus & mater mea modo dies computant, & cruciatur spiritus eorum in ipsis. Cùmque verbis multis rogaret Raguel Tobiam, & ille eum nulla ratione vellet audire: tradidit ei Saram, & dimidiam partem omnis substantiæ suæ, in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, & in vaccis, & pecunia multa: & saluum atque gaudentem dimisit eum à se, dicens: ^d Angelus domini sanctus sit in itinere vestro: perducâtque vos incolumes, & inueniatis omnia rectè circa parentes vestros, & videât oculi mei filios vestros, priusquam moriar, & apprehendentes parentes filiam suam, osculati sunt eam, & dimiserunt ire: monentes eam honorare foceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem exhibere.

b. Eisdem qui nunc de Iudæis credunt, conuenit: qui se subitque in hoc adhuc consolatur: quod verè futurum sit tempus, quando reuertatur ad eos dominus, & tunc omnis Israel saluus fiat: scientes quia satis fidelis est dominus, qui hoc promissit. Beda ibidem.
c. Hic consequenter ponitur dicitur rationis allegatio, & hoc propter verba Raguelis ipsum amplius deire volentis. Cui Tobias subdit, quomodo parentes eius aduentum eorum expectabant. Hoc enim sciebat per tenentur ad affectus parentum ad seipsum, quam experientia multiplici certitudinaliter conuincit. Vnde consequenter describitur recessus debita dispositio per hoc quod Raguel tradidit Tobiam filiam suam secum ducendam, & partem bonorum suorum pro parte Tobie contingenti. De Lyra. ibidem.]
d. Bonæ nurus conditiones.

Tobias iunior cum gaudio domum repetens, patri visum restituit.

X I.

a. Hoc est à domo Raguelis, non iuxta Niniuen, sed in oppositi Niniue iuxta Charram siue Haram, distantem à Rages vndecim diebus. Rages enim in Media erat, Charram in Mesopotamia, & Niniue in Perside vel Chaldæa.
b. Si placet tibi ad remouendos hos pradiatos defectus procedamus itaque turbâ. Ex hoc patet quod bonum est honestatem sui status & generis conseruare, aliter hoc angelus non docuisset. At vbi introieris in domum tuam &c. Ex hoc loco habetur exemplum quod homines de negotiationibus seu peregrinationibus reuertentes, prius habent gratias agere, de diuina procedente quâ se ponant ad narrandum rumores. De Lyra.]
c. Adoratis officium omnibus constat: Adorare enim creaturam, adorari non creaturam, sed dominum est. Chryso. hom. i. ad Ioan. homil. 32.
d. Non contemnenda est figura canis huius, qui viator & comes angeli est. Beda ibidem.
e. Consequenter subditur parentum obuiatio cum pater cæcus cepit offendens pedibus currere. Nam præ gaudio festinabat occurrere filio: & data manu puero diligenti gressus eius tandem obuiavit filio. De Lyra.]
f. Gratias non minus agere deo debemus pro beneficiis quam pro afflictionibus: quoniam præparatum est seculum aliud, in quo secundum meritum, huic verò virtutis præmia reddere debet. Propterea tolerat hunc affligi, illum vero delictis in dies affluere. Chryso. hom. i. ad pop. Antiochenum.



Umq̄ue reuerterentur, ^a peruenerunt ad Charram, quæ est in medio itinere contra Niniuen, vndecimo die. Dixitque angelus: Tobia frater, scis quemadmodum reliquisti patrem tuum. ^b Si placet itaque tibi, præcedamus, & lento gradu insequantur iter nostrum familiæ simul cum coniuge tua, & cum animalibus. Cùmque hoc placuisset, vt irent, dixit Raphael ad Tobiam: Tolle tecum ex felle piscis, erit enim necessarium. Tulit itaque Tobias ex felle illo, & abierunt. Anna autem sedebat secus viam quotidie in supercilio montis, vnde respicere poterat de longinquo, & dum ex eodem loco specularetur, aduentum eius vidit à longe, ^c & ilico cognouit venientem filium suum, currēnsque nuntiauit viro suo, dicens: ecce venit filius tuus. Dixitque Raphael ad Tobiam: At vbi introieris domum tuam, statim ^c adora dominum deum tuum, & gratias agens ei accede ad patrem tuum, & osculare eum. Statimque lini super oculos eius ex felle isto piscis, quod portas tecum. Scias enim quoniam aperientur mox oculi eius, & videbit pater tuus lumen cæli, & in aspectu tuo gaudebit. ^d Tunc præcurrit canis, qui simul fuerat in via, & quasi nuntius adueniens blandimento suæ caudæ gaudebat. ^e Et exurgens cæcus pater cœpit offendens pedibus currere: & data manu puero occurrit in obuiam filio suo. Et suscipiens osculatus est eum cum vxore sua, & cœperunt flere præ gaudio. Cùmque adorassent deum, & gratias egissent, confederunt. Tunc sumens Tobias de felle piscis, liniuit oculos patri suo. Et sustinuit quasi dimidiam ferè horam, & cœpit albugo ex oculis eius, quasi membrana oui egredi. Quam apprehendens Tobias traxit ab oculis eius, statimque visum recepit. ^f Et glorificabant deum, ipse videlicet & vxor eius, & omnes qui sciebant eum. Dicebatque Tobias: Benedico te domine deus Israel, quia tu castigasti me, & tu saluasti me. ^g Et ecce ego video Tobiam filium meum. Ingressa est etiam post septem dies Sara vxor filij eius, & omnis familia & pecora sana, & cameli, & pecunia multa vxoris, sed & illa pecunia quam receperat à Gabelo. Et narrauit parentibus suis omnia beneficia dei, quæ fecisset circa eum per hominem qui eum duxerat. ^h Veneruntque Achior & Nabath consobrini Tobie, gaudentes ad Tobiam, & congratulantes ei de omnibus bonis quæ circa illum ostenderat deus. Et per septem dies epulantes omnes cum gaudio magno gauisi sunt.

Angelus Raphael se suamque conditionem manifestat.

X II.

Tunc

[g. Sequitur amicorum congratulatio: qui per septem dies epulantes cum gaudio magno, non in emessationibus & ebrietatibus, sed in dei timore & gratiarum actione. De Lyra. ibidem.]

A Vnc vocavit ad se Tobias filium suum, dixitque ei: ^a Quid possumus dare viro isti sancto, qui venit tecum? Respondens Tobias, dixit patri suo: Pater, quam mercedem dabimus ei, aut quid dignum poterit esse ^b beneficii eius? Me duxit, & reduxit sanum, pecuniam à Gabelo ipse recepit, vxorem ipse me habere fecit, & dæmonium ab ea ipse compefcuit, gaudium parentibus eius fecit, me ipsum à deuoratione piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen cæli, & bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi ad hæc poterimus dignum dare? Sed peto te pater mi, vt roges eum si forte dignabitur medietatem de omnibus quæ allata sunt, sibi assumere. ^c Et vocantes eum, pater scilicet & filius, tulerunt eum in partem, & rogare cœperunt vt dignaretur dimidiam partem omnium quæ attulerant, acceptam habere. Tunc dixit eis occultè: ^d Benedicite deum cæli, & coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam. Etenim sacramentum regis abscondere, bonum est: opera autem dei reuelare & confiteri, honorificum est. Bona est oratio cū ieiunio & elemosyna, magis quàm thesauros auri recondere: quoniam ^e elemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam & vitam æternam. Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ. ^f Manifesto ergo vobis veritatem, & non abscondam à vobis occultum sermonem. ^g Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam domino. Et quia acceptus eras deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. Et nunc misit me dominus vt curarem te, & Saram vxorem filij tui à dæmonio liberarem. Ego enim sum Raphael angelus vnus ex septem, qui astantius ante dominum. Cùmque hæc audissent, turbati sunt, & trementes ceciderunt super terram in faciem suam. ^h Dixitque eis angelus: Pax vobis, nolite timere. Etenim cùm essem vobiscum, per voluntatem dei eram: Ipsum benedicite, & cantate illi: ⁱ videbar quidem vobiscum manducare, & bibere, sed ego cibo inuisibili, & potu qui ab hominibus videri nō potest, vt or. Tēpus est ergo vt reuertar ad eum qui me misit: vos autem benedicite deum, & narrate omnia mirabilia eius. ^k Et cùm hæc dixisset, ab aspectu eorum ablatu est, & vltra eum videre non potuerūt. Tunc prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt deum. Et exurgentes, narrauerūt omnia mirabilia eius.

Tobias senior benedicit & confitetur domino.

XIII.

A Periens autem Tobias senior os suum, benedixit dominum, & dixit: Magnus es domine in æternum, & in omnia secula regnum tuum: ^a quoniam ^b tu flagellas, & saluas: deducis ad inferos, & reducis: & non est qui effugiat manum tuam. Confitemini domino filij Israel, & in conspectu gentium laudate eum: quoniam ideò dispersit vos inter gētes quæ ignorant eum vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos, quia non est alius deus omnipotens præter eum. Ipse castigauit nos propter iniquitates nostras, & ipse saluabit nos propter misericordiam suam. ^c Aspiciate ergo quæ fecit nobiscum, & cum timore & tremore confitemini illi: regēque seculorum exaltate in operibus vestris. ^d Ego autem in terra captiuitatis meæ confitebor illi: quoniam ostendit maiestatem suam in gentem peccatricem. Conuertimini itaque peccatores, & facite iustitiam coram domino, credentes quòd faciat vobiscum misericordiam suam. Ego autem, & anima mea in eo letabimur. Benedicite domino omnes electi eius: agite dies lætitiæ, & confitemini illi. Ierusalem ciuitas dei, castigauit te dominus in operibus manuum tuarum. Confitere domino in bonis tuis, & benedic deum seculorum, vt reedificet in te tabernaculum suum, & reuocet ad te omnes captiuos, & gaudeas in omnia secula seculorum. ^e Luce splendida fulgebis, & omnes fines terræ adorabunt te. Nationes ex longinquo ad te venient, & munera deferentes, adorabunt in te dominum, & terram tuam in sanctificationem habebunt. Nomen enim magnum inuocabunt

^a Beatus Tobias qui panem suū nouerat frangere eluicci, mercedem ceterem mercenario prepator laboranti. Aug. de tempo. serm. 226.

^b O dō beneficia Raphaelis in Tobias iuniorē, quæ hic narat Aug. Primo iter quasi celeste carpens, & mihi & tibi paratū necessarium de pisce collatum. Me deduxit, argentum recepit, Saram mihi vxorem desponsauit. Mercede placita tantum est dignus, qui mihi tanq̄ celestis exitit paranympus. Et quod plus est bone pater, oculorum tuorum maculas albugine detrahta curauit: & rotam domū nostram illuminatis oculorum tuorum lampadibus, illustrauit. Aug. vbi supra.

^c Licet enim sit deus totius creature, dicitur tamen specialiter deus cæli: nam ibi reuertitur gloria sua modo speciali. De Lyra.]

^d Quoniam per orationem pestes mentis, per ieiunium pestes corporis expelluntur.

^e Per vtrūque ergo rem, sed maxime per elemosynam dei misericordia requirenda est. Operet itaque vt res vtraque sibi cōsentiat. Illa rogat, hæc imperat: illa quodammodo iudicis auidiam deprecatur, hæc gratiam promeretur, illa ostium pulsar, hæc aperit: illa prodit desiderium, hæc desiderij procurat assecutum: illa supplicat, sed implentem illa commendat. Eusebius Emisenus, de initio quadagesima. Homil. 1.

^f Credimus angelos sanctos astante orantibus, offerre deo preces & vota hominum, vbi tamē sine ira & disceptatione leuari putas manus perspexerit. Bernard. Cantic. Ser. 7.

^g Neque enim in phantasmata angelos esse credendum est, quando eos homines hospitio susceperunt: quoniam verum angeli essent ignocantibus consiliis nobis indigentia videri viderentur. Vnde est quod angelus in libro Tobias ait: Videbatis me manducare: sed visu vestro videbatis, id est, necessitate relictis ei corporis, sicut vos facitis me cibū sumere putatis. Aug. de ciuit. dei lib. 11, cap. 22.

^h Ipsum benedicite, & cantate illi.

^a Magnum reuera, magnum, ex cellens pressura est ad probandum vitium, atque ad docendum patientie virtutem: atque ideo flagellorum modi varij sunt atque discreti, alius quidē morbo perpetuo probatur, alius grauisima inopia, vi, atque iniuria alius, hunc iuges atque perpetue liberorum, propinquorum, ceterorumque orbitates excruciant. Hæcque ab omnibus abicitur, nulliusque rei dignus estimatur, atque alius aliter affigitur. Chry. de prouid. dei li. 1. lb. Confessus est veritatem & misericordiam docens beneficia dei semper predicare & flagella timere: repletisque spiritu propheticæ de superna Ierusalem multa decantat: populisque Iudæorū in fine seculi conuersas, multos doctores habebit, & prophetas, qui mentes proximorum ad superna desideria accendit celestis patriæ gaudia predicando. Glofa ordinaria.]

^c Hoc fuit specialiter impletū quòd Christus qui est lux mundi fuit ibidem oblatus, & propter quod sanctus Simeon tunc exclamauit: Lumen ad reuelationē gētiū. Luc. 2. De Lyra.]

† Deut. 32 f
1. Reg. 2. a
Sep. 16. b

b. De Ierusalem mystica & celesti prophetate videtur.
 c. Hæc dico admoeniens vos, vt semper deum benedicatis. Si euenierint mala, benedicite, & dissoluentur mala. si prospera uenerint, benedicite, & seuerant prospera. Siquidem Iob cum in prosperis esset benedicebat, & cum pauper esset effectus, gloriabatur. Chryso. post redit prius exilij, homil. 12.
 d. Nobis cantare certo tempore alleluia solentis moris est, secundum Ecclesie antiquam traditionem. Neque enim & hoc sine sacramento certis diebus cantamus alleluia. Certis quidem diebus cantamus alleluia, sed omni die cogitamus. Sic enim hoc uerbo significatur laus dei, & si non in ore carnis, certe in ore cordis semper laus eius in ore meo, Augu. in Psal. 106.

in te. Maledicti erunt qui contempserint te, & condemnati erunt omnes qui blasphemauerint te: benedictique erunt qui edificauerint te. ^b Tu autem lætaberis in filiis tuis, quoniam omnes benedicentur, & congregabuntur ad dominum. Beati omnes qui diligunt te, & qui gaudet super pace tua. ^c Anima mea benedic dominum: quoniam liberauit Ierusalem ciuitatem suam à cunctis tribulationibus suis dominus deus noster. Beatus ero, si fuerint reliquiae feminis mei ad uidentiam claritatem Ierusalem. [†] Portæ Ierusalem ex sapphiro, & smaragdo edificabuntur: & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius. Ex lapide candido, & mundo omnes plateæ eius stentur: & per vicos eius ^d alleluia cantabitur. Benedictus dominus, qui exaltauit eam, vt sit regnum eius in secula seculorum super eam, amen.

† Apoc. 21.

Tobias senior moriturus filium & nepotes ad pietatem hortatur. XIIII.

a. Et sic mortuus est tempore quo regnabat Iosias super Iudam & Ierusalem.
 [Postquam quadragenarius numerus laboriosus est ieiunij, & abstinentia, nos autem omnes huius uitæ labores debemus finire cum dei & proximi dilectione, & sic fructificamus expectando beatam spem, & aduentu gloriæ magni Dei. Glor. ordin.]
 b. Per Ionam ad Niniuitas profectum, ad cuius uocem conuerfi sunt, uerè ad uitam suam reuertentem prophetante Nahum delerit sunt per Chaldaeos: quod præuidens Tobias dicebat.
 c. Hoc tamè magis uidetur propheta certitudine per uerba prægressi temporis prædixisse, quàm rem gestam narrasse. Adhuc enim stabat Ierusalem & templum in ea. Comest. in hist. Tobias. cap. 1.

E

T consummati sunt sermones Tobias. Et postquam illuminatus est Tobias, ^a uixit annis quadragintaduobus, & uidit filios nepotum suorum. Completis itaque annis centumduobus, sepultus est honorificè in Niniue. Quinquaginta namque & sex annorum lumen oculorum amisit: sexagenarius uerò recepit. Reliquum uerò uitæ suæ in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris dei perrexit in pace. In hora autem mortis suæ uocauit ad se Tobiam filium suum, & septem iuuenes filios, suos nepotes, dixitque eis: Propè erit interitus Niniue. ^b Non enim excidit uerbum domini: & fratres nostri qui dispersi sunt à terra Israel, reuertentur ad eam. Omnis autem terra eius deserta replebitur, & domus dei, ^c quæ in ea incensa est, iterum reedificabitur: ibique reuertentur omnes timentes deum. Et relinquent gentes idola sua, & uenient in Ierusalem, & inhabitabunt in ea: omnes reges terræ, adorantes Regem Israel. Audite ergo filij mei patrem uestrum. [†] Seruite domino in ueritate, & [†] inquirite ut faciatis quæ placita sunt illi. Et filiis uestris mandate, ut faciant iustitias, & eleemosynas, ut sint memores dei, & benedicant eum in omni tempore, in ueritate, & in tota uirtute sua. Nunc ergo filij audite me, & nolite manere hic. Sed quacunque die ^d sepelieritis matrem uestram circa me in uño sepulchro, ex eo dirigite gressus uestros ut exeatis hinc. Video enim, quia iniquitas eius finem dabit ei. Factum est autem post obitum matris suæ, ^e Tobias abcessit ex Niniue cum uxore sua, & filiis, & filiorum filiis, & reuersus est ad foceros suos. Inuenitque eos incolumes in senectute bona, & curam eorum gessit. Et ipse clausit oculos eorum: & omnem hereditatem domus Raguelis ipse percepit: uiditque quintam generationem, filios filiorum suorum. ^e Et completis annis nonaginta & nouem in timore domini, cum gaudio sepelierit eum. Omnis autem cognatio eius, & omnis generatio eius in bona uita, & in sancta conuersatione permansit, ita ut accepti essent tam deo, quàm hominibus, & cunctis habitantibus terram,

† Ios. 4.

d. Unde & antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt, exequia celebrata, & sepultura prouisa: ipsique dum uiuerent, de sepeliendis uel etiã transferendis suis corporibus filiis mandauerunt. Et Tobias sepeliendo mortuos deum promeruisse, teste angelo, commendatur. Aug. de ciuitate dei, lib. 1. cap. 13.
 e. Propter finem eius optatum, ut accepti essent & c. sicut de beato Sebastiano. Decebat enim ut quem Deus causa perfuiderat gratia, ab omnibus amaretur. Et hoc eedit ad honorè dei gratiam & gloriam. De Lyra. ibidem.]

Incipit Prologus in librum Iudith.


A

Pud Hebræos liber Iudith inter hagiographa legitur: cuius auctoritas ad roboranda illa quæ in contentionem ueniunt, minus idonea indicatur. Chaldaeo tamen sermone conscriptus, inter historias computatur. Sed quia hunc librum synodus Nicena in numero sanctarum scripturarum legitur computasse, acquiesci postulationi uestræ, imò exactioni, & sepositis occupationibus quibus uehementer arctabar, huic unam lucubratiunculam dedi, magis sensum è sensu, quàm ex uerbo uerbum transferens. Multorum codicum uarietatem uitiosissimam amputaui: sola ea quæ intelligentia integra in uerbis Chaldaicis inuenire potui, Latinis expressi. Accipite Iudith uiduam, castitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam præconijs declarate. Hanc enim non solum fœminis, sed & uiris imitabilem dedit qui castitatis eius remunerator, uirtutem illi talem tribuit, ut inuictum omnibus hominibus uinceret, & insuperabilem superaret.

Incipit liber Iudith.

Nabuchodonosor victo Rege Medeorum, cunctis regnis cupit imperare.
Cap. I.

Anni ante
Christum.
712.
Anni mundi.
3350.
Deioeces pri-
mus rex Me-
doru cōdidit
Ecbatanam.



A Rphaxat itaque Rex Medorum subiugauerat multas gerentes imperio suo, & ipse ædificauit ciuitatem potentissimam quam appellauit Ecbatanis. Ex lapidibus quadratis & sectis fecit muros eius, in altitudine cubitorum septuaginta, & in latitudine cubitorum triginta: turres verò eius posuit in altitudinem cubitorum centum. Per quadrum verò earum latus vtrunque vicenorum pedū spatio tendebatur: posuitque portas eius in altitudine turrium. ^a Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarū. Anno igitur duodecimo regni sui, ^b Nabuchodonosor

Rex Assyriorum, qui regnabat in Niniue ciuitate magna, pugnavit contra Arphaxat: & obtinuit eum in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphratē, & Tigrin, & Iadafon, in campo Erioch Regis Elicorum. Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, & cor eius eleuatum est. Et misit ad omnes qui habitabant in Cilicia, & Damasco, & Libano, & ad gentes quæ sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitates Galilæam, in campo magno Esdrelon, & ad omnes qui erant in ^d Samaria, & trans flumen Iordanem vsque Ierusalem, & ad omnem terram Iesse, quousque perueniatur ad montes ^c Æthiopiæ. ^e Ad hos omnes misit nuntios Nabuchodonosor Rex Assyriorum, qui omnes vno animo contradixerunt, & remiserunt eos vacuos, ac sine honore abiicerunt. Tunc indignatus Nabuchodonosor Rex ad omnem terram illam, iurauit per regnum & thronum suum, quòd defenderet se de omnibus regionibus his.

Holophernes à Nabuchodonosor mittitur omnia regna & populos vastaturus. 11.

Anni ante
Christum.
677.
Anni mundi.
3305.
Duodecim^o
annus Nabu-
chodonosor
fuit vltimus
annus Deio-
eci.



A Nno ^a tertiodecimo Nabuchodonosor Regis, vicesima & secunda die mensis primi, factum est verbum in domo Nabuchodonosor Regis Assyriorum, vt defenderet se. Vocauitque omnes maiores natu omnésque duces, & bellatores suos, & habuit cum eis mysterium consilij sui. Dixitque cogitationem suam in eo esse, vt omnem terram suo subiugaret imperio. Quod dictum cum placuisset omnibus, vocauit Nabuchodonosor Rex Holophernē Principem militiæ suæ, & dixit ei: Egredere aduersum omne regnum ^b occidentis, & contra eos præcipuè qui contempserunt imperium meum. ^c Non parcet oculus tuus vlli regno, omnémque vrbem munitam subiugabis mihi. Tunc Holophernes vocauit Duces, & Magistratus virtutis Assyriorum: & dinumerauit viros in expeditionē, sicut præcepit ei Rex: centum viginti milia peditum pugnatorum, & equites sagittarios duodecim milia. Omnémque expeditionem suam fecit præire in multitudine innumerabilium camelorum, cum his quæ exercitibus sufficerent copiosè: bouum quoque armenta, gregesque ouium, quorum nō erant numerus. ^d Frumentum ex omni Syria in tranlitu suo parari constituit. Aurum verò & argentum de domo Regis assumpsit multum nimis. Et profectus est ipse, & omnis exercitus, cum quadrigis & equitibus, & sagittariis, qui cooperuerunt faciem terre, sicut locustę. Cūque pertrāsisset fines Assyriorum, venit ad magnos ^e montes Ange, qui sunt à sinistro Ciliciæ, ascēditque omnia castella eorum, & obtinuit omnē munitiōē. Effregit autem ciuitatē ^d opinatissimā Melothi, prædauitque omnes filios Tharsis, & filios Imael, qui erāt cōtra faciē deserti, & ad austrū terræ Cellon. ^e Et trāsiiuit Euphratē, & venit in Mesopotamiā: & fregit omnes ciuitates excelsas, quæ erāt ibi à torrētē Mābre, vsquequo perueniatur ad mare: & occupauit terminos eius à Cilicia vsque ad fines Iaphet, qui sunt

^f Ezech. 9. b

a. Tanta est scriptorum varietas in assignando tempore, & Regibus sub quibus gesta sit Iudith historia, vt vix duos reperias, qui sibi constare dicantur. Augustinus imprimis Cyri temporibus ascribit. Philo autem & de Lyra sub Cambysē Cyri filio. Plerique sub Dario filio Hytaspis, alij sub Dario Longimano, que partibus historia collatis & repugnantiis cōfiterentur, & possunt, vt in festis dicitur. Zieglerus autē recentior paulo altius contemptus, dicit Pharaortē regē Medoru hunc fuisse Arphaxat: nimirū quod regnauerit apud Medos. 12. anno Nabuchodonosor. Sed nec ista Ecbatanam, imo pater eius Deioeces, maiori sumptu & magnificentia condidit, vt auctor est Herodotus, lib. 1. quā hic describitur: atque circa duodecimū regni Nabuchodonosor mortuus est postquā 54. annis apud Medos regnauerit. Algeri illoru standum censet, sed male a priori.

1. Arphaxat, & initia.

b. Qui voluit se dicere regem Medorum. Et verè primus fuit dicitur, ante quē ceteri principes dicebantur. Herodotus lib. 1.

c. Hic autem Nabuchodonosor dicitur ut prius, suæ primus eius nominis, tertius tamē Rex Chaldeorum, sed 8. Babyloniurum. Pater magni Nabuchodonosor, sub quo Ierusalymacum templo desolata est. vt 4. Reg. 24. & 2. Paral. vii. Prior Iechonias cum vxore & liberis spōte dediti in Alysia traduxit, & quique Sadechiam constituit. Regē Posteriori huic succedens, Sadechiam excecavit, Ierusalymaque exilio dedita est. Ioseph. lib. 10. c. 10. Nec alios præter hos duos hoc nomine vocatos in sacris vel peregrinis scripturis inuenies.

d. Relicti ex captiuitate 10. tribuum in quibusdam ciuitatibus Samarię, cuius incolę erāt Assyrii. 4. Reg. 17. d.

e. Nec ista conuigere potuerit Cambysis tempora, cum & has omnes prouincias pacata à patre acceperit, præter vnā Aegyptum, quam postea armis peruasit, & suo imperio adiecit. Herodo lib. 2.

a. Hoc est, anno secundo à morte patris, & 13. anno à principio regni sui in Niniue cum patre, Philo, De Lyra. Sed hæc nimis libera, & sacris scripturis atque prophanis historiis aduersa: tū de nominibus, dignitatibus, & tempore.

b. Omnes illæ regiones occidentales erant respectu Assyrii: quæ Nabuchodonosoris imperio sine discrimine parebant, vt omnes historici probant, si hūc Cambysen vel Darium credas.

c. Montes Ange sunt, qui inter Assyriam & Armeniam extenduntur, & mons Taurus vno nomine vocati, & proflus versus occidentem.

d. Famossimam propter mercium abundantiam, tum munitione loci, vt expugnaretur, tū opportunitate Cilicię permagis de armis. Opinandum est hæc esse quam Malum vocat Ptolemæus. Cuius populi dicuntur Malothæ, quorum mentio fit 2. Mach. 4. Et cum ageretur, conigit Tharsensis & Mallothas seditionem mouere.

se. Vt magis posset habitatoribus nocere. Vnde subditur, & succedite omnia facta omnésque arbores. &c. Et cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram, propter crebras illius victorias, & magnas crudelitates. De Lyra.]

ad austrum. Adduxitque omnes filios Madian, & prædauit omnem locupletationem eorum, omnesque resistentes sibi occidit in ore gladij. Et post hæc descendit in campos Damasci in diebus messis, & succendit omnia sata, omnesque arbores & vineas fecit incidi, & cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram.

Holophernes sese sponte deditibus non parcat, nec vrbius ac diis eorum. III.



Vnc miserunt legatos suos vniuersarum vrbiū, ac prouinciarum Reges ac principes, Syriæ scilicet & Mesopotamiæ, & Syriæ Sobal, & Lybiæ, atque Ciliciæ, qui venientes ad Holophernem, dixerunt: Desinat indignatio tua circa nos. Melius est enim vt viuentes seruiamus Nabuchodonosor

a. Onx & dicitur Syria Soba. vt 2. Reg. 8. a. 1. Paralip. 18. a. Syria autem in vniuersum gæditis regio est. Terminatur à septentrione, Cilicia & parte Cappadociæ: ab occasu Syrio pelago, ab Hebreis autē dicitur Aram. Inde Syri Aramæi.

b. Libya magna pars est Africæ, in qua tamen nihil tūc prouinciarum domitū fuit vel ab Assyriis, vel à Chaldeis.

c. Potentes seculi & voluptatū amatores principem mundi sūdent reconciliare sibi, vt mortis periculum, & voluptatis detrimentum euadere possint. Glof. ordina.]

*Holophernes. d. Cum ciuitates se illi liberè subderent nō profana ædificia, priuata & publica vrbiū, nisi aliquatū forsā muros aperuit, sed sacra illie loca vt templa & lucos, & statuas deorū euerit. Vnde iudei non tantum vrbi timebant, sed templo suo, vt caput sequens ostendit. Ziegler.

e. Volebat enim solus reputari deus in terra. vt Danie. 4. idco cum bestis deputatus est.

f. Idumæi in terra Iordanæ sunt, quorū metropolis est Ierichus, extra montes regionis Aerabienæ: qui cōhibuerunt Holophernem ne in Iudæam penetraret facilè.

a. Qui redierant à captiuitate Babylonica.

b. Ipsi enim templum vsque adeo non extraxerunt. Cambyssis, sed vix facta erant fundamenta, quin potius ædificari ipsum prohibuerit edicō: ita procul à vero abest, vt in huius præte historia Iudith reponatur. Zieglerus.

c. Hic fuit Helchiz sacerdotis magni filius, vtriusque enim memorat. 4. Reg. 18. & 22. & 2. Para. 33. & Isa. 22. sub regibus Ezechia, Manasse, Amos & Iosia vnde historia Iudith facta creditur. Responde Iosue quicquid dicit Philo de Eliachim, qui & Elih fuit Iosue filius Iosue Iosue dech quique patri successit anno Ariarxes. 12. dum Babyloniæ reuerteretur cōquestratus apud Araxerxem super templi reedificationis impedimento nō est auditus, quoniam Astuerus contra Arphaxat erat occupatus Philo. Sed hoc nimis aliōnū est à ceteris chronographis. Nepe quod à relaxata captiuitate Cyrus 9. annis regnavit, Cambysses filius eius. 8. post quos Darius Hyastis filius. 36. annis. Iosue autem Iosue dech ab eadē relaxatione. 36. annis præfedit: qui extenduntur vsque ad 20. annum dicti Darij. In quo anno dictus Iosue dech reuersus est ad Persas sedente Iosue dech filio eius. Vide igitur quā longè distet à tempore Cambyssis. Facendum itaque est hanc historiam contigisse sedente alio Eliachim ante captiuitatem, vt prius dictum est: & durante Iosia adhuc viuente, sub quo O. 21. 18. moderabatur prouinciam.

*Asterus.

*Hereditatis.

*Et derisionem.

Regi magno, & subditi sumus tibi, quā morientes cum interitu nostro ipsi seruitutis nostræ damna patiamur. Omnis ciuitas nostra, omnisque possessio, omnes montes & colles, & campi, & armenta bouum, gregesque ouium, & caprarum, equorumque & camelorum & vniuersæ facultates nostræ atque familiæ in conspectu tuo sunt. Sint omnia sub lege tua. Nos etiam, & filij nostri, serui tui sumus. Veni nobis pacificus dominus, & vt re seruitio nostro, sicut placuerit tibi. Tunc descendit de montibus cum equitibus in virtute magna, & obtinuit omnem ciuitatem & omnem inhabitatē terram. De vniuersis autem vrbius assumpsit sibi auxilios, viros fortes & electos ad bellum. Tantūque metus prouinciis illis incubuit, vt vniuersarum vrbiū habitatores principes & honorati simul cum populis exirent in obuiam venienti, excipientes eum cum coronis & lampadibus, ducētes choros in tympanis & tibiis. Nec ista tamen facientes ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt. Nam & ciuitates eorum destruxit, & lucos eorum excidit. Præceperat enim illi Nabuchodonosor Rex, vt omnes deos terræ exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur deus ab his nationibus quæ potuissent Holophernis potentia subiugari. Pertransiens autem Syriam Sobal, & omnem Appameam, omnemque Mesopotamiam, venit ad Idumæos in terra Gabaa, & Scytopoli: accepitque ciuitates eorum, & sedit ibi per triginta dies: in quibus diebus adunari præcepit vniuersum exercitum virtutis suæ.

Regi magno, & subditi sumus tibi, quā morientes cum interitu nostro ipsi seruitutis nostræ damna patiamur. Omnis ciuitas nostra, omnisque possessio, omnes montes & colles, & campi, & armenta bouum, gregesque ouium, & caprarum, equorumque & camelorum & vniuersæ facultates nostræ atque familiæ in conspectu tuo sunt. Sint omnia sub lege tua. Nos etiam, & filij nostri, serui tui sumus. Veni nobis pacificus dominus, & vt re seruitio nostro, sicut placuerit tibi. Tunc descendit de montibus cum equitibus in virtute magna, & obtinuit omnem ciuitatem & omnem inhabitatē terram. De vniuersis autem vrbius assumpsit sibi auxilios, viros fortes & electos ad bellum. Tantūque metus prouinciis illis incubuit, vt vniuersarum vrbiū habitatores principes & honorati simul cum populis exirent in obuiam venienti, excipientes eum cum coronis & lampadibus, ducētes choros in tympanis & tibiis. Nec ista tamen facientes ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt. Nam & ciuitates eorum destruxit, & lucos eorum excidit. Præceperat enim illi Nabuchodonosor Rex, vt omnes deos terræ exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur deus ab his nationibus quæ potuissent Holophernis potentia subiugari. Pertransiens autem Syriam Sobal, & omnem Appameam, omnemque Mesopotamiam, venit ad Idumæos in terra Gabaa, & Scytopoli: accepitque ciuitates eorum, & sedit ibi per triginta dies: in quibus diebus adunari præcepit vniuersum exercitum virtutis suæ.

Filij Israel sese muniunt aduersus Holophernem, hortante eos ad hoc Eliachim sacerdote. IIII.



Vnc audientes hæc filij Israel, qui habitabant terrā Iuda, timuerunt valde à facie eius. Tremor etiam & horror inuasit sensus eorum, ne hoc faceret Ierusalem, & templo domini, quod fecerat cæteris ciuitatibus & templis earum. Et miserunt in omnem Samariam per circuitum vsque

Iericho: & præoccupauerunt omnes vertices montium. Et muris circumdederunt viros suos, & congregauerunt frumenta in præparationem pugnæ. Sacerdos etiam Eliachim scripsit ad vniuersos qui erant contra Esdrelon, quæ est contra faciē campi magni, iuxta Dotaim, & vniuersos per quos viæ trāsitus esse poterat, vt obtinerent ascensus montium per quos via esse poterat ad Ierusalem, & illic custodirent vbi angustum iter esse poterat inter montes, & fecerunt filij Israel secundum quod constituerat eis sacerdos domini Eliachim. Et clamauit omnis populus ad dominum instantia magna, & humiliauerunt animas suas in ieiuniis & orationibus, ipsi & mulieres eorum. Et induerunt se sacerdotes ciliciis, & infantes prostrauerunt contra faciē templi domini, & altare domini operuerunt cilicio. Et clamauerunt ad dominū deū Israel vnanimiter, ne darentur in prædā infantes eorū, & vxores eorū in diuisione, & ciuitates eorū in exterminium, & sancta eorum in pollutionem, & fierent in opprobrium gentibus. Tunc Eliachim sacerdos domini magnus circuiuit omnē Israel, allocutūque est eos, dicens: Scitote quoniā exaudiet dominus preces vestras, si manētes permanseritis in ieiuniis & orationibus in conspectu domini. Memores estote Moyli serui domini, qui Amalech confidentē in virtute sua, & in potentia sua, & in exercitu suo, & in

+ Exod. 17. d. Deut. 25. d.

& in clypeis suis, & in curribus suis, & in equitibus suis, non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit. Sic erunt vniuersi hostes Israel, si perseveraueritis in hoc opere, quod cepistis. Ad hanc igitur exhortationem eius deprecantes dominum, permanebant in conspectu domini, ita ut etiam ij qui offerebant domino holocausta, praecincti ciliciis offerrent sacrificia domino, & erat cinis super capita eorum. Et ex toto corde suo omnes orabant deum, ut visitaret populum suum Israel.

[d. Ad hac vocē offerebant Domino carmen suum cum vicis & concupiscentis, crucifigentes vitam suam deo dedicentes hostiam Iudis, ore & animo offerentes. Glosa ordin. ibidem.]

Achior monet Holophernem ne contra Iudeos temere pugnet.

V.

Nuntiaturque est Holopherni principi militiae Assyriorum, quod filij Israel praepararent se ad resistendum,] ac montium itinera concludissent: * & furore nimio exarsit in iracundia magna. Vocauitque omnes principes Moab, & duces Ammon, * & dixit eis: dicite mihi quis sit populus iste qui montana obsidet, aut quae & quales & quantae sint ciuitates eorum, quae etiam sit virtus eorum, aut quae sit multitudo eorum, vel quis Rex militiae illorum? Quare pra omnibus qui habitant in oriente] isti contempserunt nos: & non exierunt in obuiam nobis: ut susciperent nos cum pace? Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon respondens, ait: Si digneris audire domine mi, * dicam veritatem in conspectu tuo de populo isto, qui in montanis habitat, & non egredietur verbum falsum ex ore meo. Populus iste ex progenie Chaldaeorum est: Hic primum in Mesopotamia habitauit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldaeorum. Deferentes itaque ceremonias patrum suorum, quae in multitudo deorum erant, vnum deum caeli coluerunt: * qui & praecipit eis ut exirent inde, & habitarent in Carram. Cumque operuisset omnem terram fames, descenderunt in Aegyptum, illicque per quadringentos annos sic multiplicati sunt, ut dinumerari eorum non posset exercitus. Cumque grauaret eos Rex Aegypti, atque in edificationibus vrbiu suarum in luto & latere subiugasset eos, clamauerunt ad dominum suum, & percussit totam terram Aegypti plagis variis. * Cumque eiecissent eos Aegyptij a se, & cessasset plaga ab eis, & iterum eos vellent capere, & ad suum seruitium reuocare, fugientibus iis deus caeli mare aperuit, ita ut hinc inde aquae quasi murus solidarentur: & isti pede sicco fundum maris perambulando transierunt. In quo loco dum innumerabilis exercitus Aegyptioru eos persequeretur, ita aquis copertus est, ut non remaneret vel vnus, qui factum posteris nuntiaret. Egressi etiam mare rubrum deserta Sina montis occupauerunt, in quibus nunquam homo habitare potuit, vel filius hominis requieuit. Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum: & per annos quadraginta annonam de caelo consecuti sunt. Vbiunque ingressi sunt, sine arcu & sagitta, & absque scuto & gladio, deus eorum pugnavit pro eis, & vicit. Et non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit a cultu domini dei sui. Quotiescunque autem praeter ipsum deum suum alterum coluerunt, dati sunt in praedam, & in gladium, & in opprobrium. Quotiescunque autem poenituerunt se recessisse a cultura dei sui, dedit eis deus caeli virtutem resistendi. Denique Chananaeum Regem, & Iebuseum, & Pherezæum, & Heuæum, & Hethæum, & Amorraeum, & omnes potentes in Esebom prostrauerunt, & terras eoru & ciuitates eorum ipsi possederunt, & vsque dum non peccarent in conspectu dei sui, erant cum illis bona. Deus enim illorum odit iniquitatem. Nam & ante hos annos cum recessissent a via, qua dederat illis deus, ut ambularent in ea, exterminati sunt pra aliis a multis nationibus, & plurimi eorum captiui abducti sunt in terram non suam. Nuper autem reuersi ad dominum deum suum ex dispersione qua dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt montana haec omnia, & iterum possident Ierusalem, vbi sunt sancta sanctorum. Nunc ergo mi domine, perquire, si est aliqua iniquitas eorum in conspectu dei eorum, & ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos deus eorum tibi, & subiugati erunt sub iugo potentiae tuae. Si vero non est offensio populi huius coram deo suo, non poterimus resistere illis, quoniam deus eorum de-

1. Pralium.
* Et munificente omnem verticem montis excelis, & posuissent in campis scandala.

* Et omnes satrapas regionis maritimae.

a. Holophernes quomodo potuit haec omnia ignorare, quae hic quae & paulo ante e capitiuitate reuersos Iudeos notissimos habere debuit. Haec sufficiens sunt argumento historiam hanc veritatem esse Cambysis aetate. Zieglerus ibi.

2. Occidente.
b. De Iudeorum genere natus, vtpote de Loth, & ita eoru agnoscentem gentem.

* Verbum da ore serui tui.

c. Sicut seruo fecerit Moysi arbor mala, qui vtiq in deum Israel non credebat, dedit consilium Moysi bonum: ita & Achior ad Holophernem aliquid vtile locutus est. Hieron in 7. ca. Mat.

* Deum quem cognouerant.

* Et habitauerunt ibi diebus multis. Et dixit deus eorum, ut exirent de habitatione sua, & irent in terram Chananaan, & habitauerunt ibi, & repleti sunt auro & argento, & in iumentis multis nimis.

* In quibus non erat sanitas.

d. Quanto ferior vindicta peccantium est, tanto iustior, in similitudine Pharaonis, qui decem plagis admonitus, non puniuit, & in duritia perseuerans, ad extremam rubri maris fluctibus obrutus est. Hier. sup. ca. 32. Iere.

e. Marath fluuius amarissimus erat, ut fieri populus bibere non posset. Misit Moyses ligent in aquam, & amaritudinem suam aquarum natura deposuit, quae insula subito gratia temperavit. Ambr. de his qui inicitur nyctetis. cap. 9.

* Et transientes Iordanem, fortissimi sunt omnia montana.

f. Harum ergo septem gentium terra videntur deus patribus promississe: sicut dicit dominus ad Moysen. Exo. 33. Vade, & ascende hinc tu & populus tuus quos eduksi de terra Aegypti, in terram quam iuravi Abraham, Isaac, & Iacob, dicens: Semini vestro dabo eam, &c. August. 20. q. super Iosue.

g. Hi autem sunt de quibus Psal. 72. Ecce qui elongant se a te, peribunt. Elongant vero se a deo, qui correptiones illius non sustinent, sed irascuntur atque indignantur, ac veluti mali ac peruersi filij, cum a patribus traditi magistris, vel impatientes laboris, vel fugientes verbera, parentu aspectus declinant, ab eis resiliunt: nihil inde lucruntur, nisi quod plurimis & grauioribus incommodis se impli cant: atque in aliena regione famis, ac erroris, ac morborum tgnominiaque ac seruitutis in iuriis subire coguntur. Chryf. de prouiden. lib. 1. 4.

† Intra. 6. e

† Intra. 11. b

† Exod. 11. d

† Exod. 1. a

† Exod. 9. b

† Exod. 10. a

† Exod. 12. a

† Exod. 4. 6.

† Exod. 1. & seq.

† Exod. 7. & seq.

† Exod. 14. c

Intra. 6. c

† Exod. 16. a

† Exod. 15. d

† Exod. 16. d. c

† Exod. 9. d

† Psal. 77. c

Ioh. 6. d

† Iosue. 12.

Num. 21. f

† 1. Eff. 4. a

† Intra. 13. a

† Intra. 6. c

Ch. Audita Achior Responſione ſequitur Aſſyriorū indignatio. Vnde indignati ſunt omnes magnates Holophernis ex ſine ſue narrationis, in qua concluderat eos non poſſe propria virtute Iudæos debellare. vt poſſe qui maiori imitantur virtuti & deſenſioni. De Lyra.]

ſendet illos, & erimus in opprobrium vniuerſæ terræ. ^b Et factum eſt cum ceſſaſſet loqui Achior verba hæc, irati ſunt omnes magnates Holophernis, & cogitabant interficere eum, dicentes ad alterutrum: **Quis eſt iſte, qui filios Iſrael poſſe dicat reſiſtere Regi Nabuchodonosor, & exercitibus eius, homines inermes, & ſine virtute, & ſine peritiã artis pugnã? Vt ergo agnoſcat Achior quoniam fallit nos, aſcendemus in montana, & cum capti fuerint potentes eorum, tunc cum eiſdem gladio tranſuerberabitur, vt ſciat omnis gens quoniam Nabuchodonosor deus terræ eſt, & præter ipſum alius non eſt.**

Achior ab Holopherne traditur in manus Iudæorum.

VI.

1. Cum quaereret Holophernes hoſtis Iſraelitarum, quã gẽs illa eſſet, vt cum aduerſus eam bellandum fuiſſet? Sic reſpondit Achior dux Ammonitarũ: Audiat dominus noſter verũ de ore pueri ſui. Hæc enim proges populi eſt Chaldæorũ, & c. quæ narat Achior Ammonites. Augu. de ciuitate dei. lib. 16. cap. 13.



Actum eſt autem cum ceſſaſſent loqui: ^a indignatus Holophernes vehementer, dixit ad Achior: Quoniam prophetaſti nobis dicens: quod gens Iſrael defendatur à deo ſuo, vt oſtendam tibi, quoniam non eſt deus niſi Nabuchodonosor, cum percuſſerimus eos omnes ſicut hominem vnum, tunc & ipſe cum illis Aſſyriorum gladio interibis, & omnis Iſrael tecum perditione diſperiet, & probabis quoniam Nabuchodonosor dominus ſit vniuerſæ terræ. Tunc que gladius militiæ meæ tranſiet per latera tua, & conſixus cades inter vulneratos Iſrael, & non reſpirabis vltrã, donec extermineris cum illis. Porro autem ſi ^b prophetiam tuam veram exiſtimas, non concidat vultus tuus, & pallor qui faciem tuam obtinet, abſcedat à te, ſi verba mea hæc putas impleri non poſſe. ^c Vt autem noueris, quia ſi ^d simul cum illis hæc experieris, ecce ex hac hora illorum populo ſociaberis, vt dum dignas mei gladij pœnas exceperint, ipſe ſimul vlioni ſubiaceas. Tunc Holophernes præcepit ſeruis ſuis, vt comprehenderent Achior, & perducerent eum in Bethuliam: & traderent eum in manus filiorum Iſrael. ^e Et accipientes eum ſerui Holophernis, profecti ſunt per campeſtria: ſed cum appropinquaſſent ad montana, exierunt contra eos fundibularij. Illi autem diuertentes à latere montis ligauerunt Achior ad arborem manibus & pedibus, & ſic vinctum de reſtibus dimiſerunt eum, & reuerſi ſunt ad dominum ſuum. Porro filij Iſrael deſcendentes de Bethulia venerunt ad eum. Quem ſoluentes duxerunt ad Bethuliam, atque in medium populi illum ſtatuentes percontati ſunt, quid rerum eſſet quod illum vinctum Aſſyrij reliquiſſent. ^f In diebus illis erant illic Principes, Ozias filius Micha de tribu Simeon, & ^g Charmi qui & Gothoniel. ^h In medio itaque ſeniorum & in conſpectu omnium, Achior dixit omnia quæ locutus ipſe fuerat, ab Holopherne interrogatus: & qualiter populus Holophernes voluiſſet propter hoc verbum interficere eum, & quemadmodum ipſe Holophernes iratus iuſſerit eum Iſraelitis hac de cauſa tradi, vt dum vinceret filios Iſrael, tunc & ipſum Achior diuerſis iubeat ſuppliciis interire, propter hoc quod dixiſſet: ⁱ deus cœli defenſor eorum eſt. ^k Cũque Achior vniuerſa hæc expoſuiſſet, omnis populus cecidit in faciem adorantes dominum, & communi lamentatione & ſletu vnanimes preces ſuas domino effuderunt dicentes: Domine deus cœli & terræ, intue re ſuperbiam eorum, & ^l reſpice ad noſtram humilitatem, & faciem ſanctorum tuorum attende: ^m & oſtende quoniam non derelinquis præſumentes de te: & præſumẽtes de ſe, & de ſua virtute gloriantes humilias. Finito itaque ſletu, & per totam diem oratione populorum completa, conſolari ſunt Achior, dicẽtes: Deus patrum noſtrorum, cuius tu virtutem prædiçaſti, ipſe tibi hanc dabit ⁿ viciffitudinem, vt eorum magis tu interitum videas. Cum verò dominus deus noſter dederit hanc libertatem ſeruis ſuis, ſit & tecum deus in medio noſtri, vt ſicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus conuerſeris nobiſcum. Tunc Ozias finito concilio ſuſcepit eum in domum ſuam, & fecit cœnam magnam: Et vocatis omnibus preſbyteris, ſimul expleto ieiunio refece- runt. Poſtea verò conuocatus eſt omnis populus, & per totam noctem ^o intra eccleſiam orauerunt, petentes auxilium à deo Iſrael.

b. Neque enim aliud quicquid eſt prophetia, quam rerum futurarum enarratio. Proinde qui neſcit tempora eorum quæ dicta ſunt, quæ ve eueniunt, qui poterit homini eſt cenſoſo demonſtrare prophetie certitudinem? Chryſoſt. De verbis Iſa. Vidi dominum, homil. 2.

c. Hæc eſt vrbs Galilææ tribus leucis à Tyberiade diſtans, vbi caſtrum Holophernis ad huc veſtigia reſtant. vt infra, ca. ſeq. d. Cũque trãherent eum, fundibularij Iudæorũ egreſſi ſunt aduerſus eos. Fundibularij vero ligatum ad arborem ſoluentes, adduxerunt eum in Bethuliam: & ſtauerunt eum in medium ſeniorum & populi. Comest. 1. Et duxerunt eum extra caſtra in campum.

e. Miſerant quidem de Ieruſalem duos principes facerdotũ in Bethuliam & principem Oziam de tribu Simeon. Cũque expoſuiſſet eis Achior quare tranſmiſſus eſſet ab Holopherne ad eos, recepit eum Ozias in domum ſuam. idem.

f. Chabris filius Gothoniel, & Charmis filius Melchiel.

g. Et conuocauerunt omnes ſeniores ciuitatis, & concurrerunt omnes iuuenes eorum, & mulieres ad congregationem.

h. Interrogatus Achior cœterum Iudæorum iuſticiauit vtique a deo vt oſs in oratione deus id incidere, cum omnis populus in faciem ſuã humiliter eadẽ orationem ad Dominum ſunderet & preces. Deuotẽ illum deprecantes vt eos cum ipſo Achior liberaret de manibus Holophernis & Aſſyriorũ. De Lyra. ibidem.]

i. Miſerere humilitatis generis noſtri.

k. Hoc eſt, mercedem. Vnde & merces dicitur plurimis ſanctorum ſeripaturarum locis mercedi iuſtitie. Nuſquam porro ſiſta eſt merces iuſtitie vel fides, quia iuſtitie vel fidei redditur merces. Auguſt. ex Epift. 104.

l. In ſynagoga particulari quæ erat in Bethulia.

Holophernes

Holophernes obsessa Bethulia obsessos siti cruciat, obstructo aquae ductu illorum.

VII.

A Holophernes autem altera die præcepit exercitibus suis, * vt ascēderent contra ^a Bethuliam. Erant autem pedites bellatorum ¹ centumviginti millia,] & equites ² vigintiduo] millia, præter præparaciones virorum illorum quos occupauerat captiuitas, & abducti fuerant de prouinciis, & vrbibus vniuersæ iuuentutis. Omnes parauerunt se pariter ad pugnam contra filios Israel, & uenerunt per crepidinem montis vsque ad apicem, qui respicit super Dothaim, à loco qui dicitur Belma vsque ad ³ Chelmon,] qui est contra Esdrelon. ^b Filij autem Israel, vt viderunt multitudinem illorum, prostrauerunt se super terram, mittentes cinerem super capita sua vnanimis orantes, vt deus Israel misericordiam suam ostenderet super populum suum. Et assumptes arma sua bellica, sederunt per loca quæ ad angusti itineris tramitem dirigunt inter montosa, & erant custodientes ea tota die & nocte. ^c Porro Holophernes, ^d dum circuit per gyrum, reperit quòd fons qui influebat aquæ ductum illorum à parte australi extra ciuitatem dirigeret,] & incidi præcepit aquæ ductum illorum. Erant tamen non longe fontes à muris, ex quibus furrim videbantur haurire aquam, ad refocillandum potius, quàm ad potandum. Sed filij Ammon & Moab accesserunt ad Holophernem, dicentes: Filij Israel non in lancea nec in sagitta confidunt, sed montes defendunt illos, & muniunt illos colles in præcipitio constituti. Vt ergo sine congressione pugnae possis superare eos, pone custodes fontium, vt non hauriant aquam ex eis, & sine gladio interficies eos, vel certe fatigati tradent ciuitatem suam, quam putant in montibus positam superari non posse. ^e Et placuerunt verba hæc coram Holopherne, & coram satellitibus eius, & constituit per gyrum centenarios per singulos fontes. ^f Cùmque ista custodia per dies viginti fuisset expleta, defecerunt cisternæ, & collectiones aquarum omnibus inhabitantibus Bethuliam, ita vt non esset intra ciuitatem vnde satiarentur vel vna die, quoniam ad mensuram dabatur populis aqua quotidie. ^g Tunc ad Oziam congregati omnes viri, fœminæque iuuenes, & paruuli, omnes simul vna voce dixerunt: Iudicet deus inter nos & te, quoniam fecisti in nos mala, nolens loqui pacificè cum Assyriis, & propter hoc vendidit nos deus in manibus eorum. Et ideò non est qui adiuet, cum prosternamur ante oculos eorum in siti, & in perditione magna. ^h Et nunc congregate vniuersos qui in ciuitate sunt, vt sponte tradamus nos omnes populo Holophernis. ⁱ Melius est enim vt captiui benedicamus dominum viuentes, quàm moriamur, & simus opprobrium omni carni, cum videamus vxores nostras, & infantes nostros mori ante oculos nostros. ^k Contestamur hodie cælum & terram, & deum patrum nostrorum, qui vlciscitur nos secundum peccata nostra, vt iam tradatis ciuitatem in manum militiæ Holophernis, vt sit finis noster breuis in ore gladij, qui longior efficitur in ariditate sitis. Et cum hæc dixissent, factus est fletus & vlulatus magnus in ecclesia ab omnibus, & per multas horas vna voce clamauerunt ad deum, dicentes: ^l Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Tu quia pius es, miserere nostri, aut in tuo flagello vindica iniquitates nostras, & noli tradere confitentes te, populo qui ignorat te: vt non dicant inter gentes: Vbi est deus eorum? Et cum fatigati his clamoribus & his fletibus lassati siluissent, ^m exurgens Ozias infusus lachrymis, dixit: Equo animo estote fratres, & hos quinque dies expectemus à domino misericordiam. Forsitan enim indignationem suam abscindet, & dabit gloriam nomini suo. Si autem transactis quinque diebus non venerit adiutorium, faciemus hæc verba quæ locuti estis.

* Et omni populo suo, qui uenerat in auxilium eius.

a. Bethulia ciuitas est montana à crabitone regionis, ex horum latere quo montes ad occidentem respiciunt, sita contra Scythopolin. Fons autem Bethulig in valle ad austrum quo se Iudith vidua lauit à cade Holophernis.

1. Centum septuaginta millia.

2. Duodecim.

3. Cyamonem.

b. Squalebar ciuitas obsidione barbaræ feceratis. Ita enim vniuersa languent, vt in manibus hostium iam tradi commo dius iudicaret, quàm perniciose famis depopularet me vexati. Augu. Ser. 22. de tempore.

c. Cum igitur Bethuliae menia Holophernes hostii obsidione calcaret, & auertens tractus aquarum, prima indiceret certamina scitatem, Iudith fœs sui eogugis fœdera acerbo, dissidio rupta, lugubri lameratione seruabat. Quæ vt reperit captiuitate ciuitatis inducias postulatas: mox ei priuatum dolorem congeniuit communis ciuitatis dolor. Augu. Ser. 22. de tempore.

d. Dixit equitarum suum versus eos speculum filiorum Israel, qui erant in Bethulia, & contemnitur ascensus ciuitatis eorum.

e. Plauerunt Holopherni verba Ammonitarum & Moabitum, quia videbatur sibi vitia. ita vt non esset intra ciuitatem vnde satiarentur vel etiam vna die. si quilibet biberet pro sua voluntate. Verum tamen poterat aquæ sufficere per quinque dies postis in acta necessitate: propter quod talis terminus fuit positus. De Lyra.]

f. Sunt enim in signa Domini & boni & mali iustes vique ad litus futuri iudicij qui præsentis vite incommoda grauiter ferre malunt presentibus vni delictis quam celestia bona sibi in futuro reseruari. Gloia ordina.]

g. Cum dixissent Ammonites ad Holophernem: Si vis eos obtinere sine bello & sanguine, appone fontibus custodes. Et apposuit, & defecit aqua de cisternis post viginti dies. Et clamauit populus ad eos qui uenerant de Ierusalem: Iudicet dominus inter nos & vos. Melius erat seruire Holopherni, quàm siti perire. Et dixerunt sacerdotes: Sustineam? adhuc per quinque dies, si forte faciat Deus nobiscum misericordiam. Comestor.

h. Vindica iniquitates nostras, flagella nos quàm tibi placuerit, dum tamen non tradamur in manus infidelium. Et simili modo David prælegit: Deo flagellari, quàm ab hominibus. 2. Reg. vltimo. De Lyra. ibid.]

i. Licet Ozias benefecerit differendo traditionem ciuitatis & expectando diuinam misericordiam, tamen negligendo terminum quinque dierum malefecit, propter quod capite sequenti reprehenditur. De Lyra.

Judith vacillantes & pra timore deditonem cogitantes Iudeos consolatur & firmat.

VIII.

F iij

a. Sed vt dicas naturæ viduitatis affectu seriem ipsam prolequere scripturati. A diebus enim viri sui quibus ille defunctus est, velle iocunditatis deponit, mæroris assumptis, per octidies in cetera ieiunio, sabbato factum & dominico, sacrarumque temporibus feriatum non rursus sibi indulgens, sed religioni deferens. Amb. de Viduis.



ET factum est cum audisset hæc verba Iudith vidua, quæ erat filia Merari, filij Idox, filij Ioseph, filij Ozias, filij Elai, filij Iamnor, filij Gedeon, filij Rafaim, filij Achitob, filij Melchias, filij Enam, filij Nathania, filij Salathiel, filij Simeon, filij Ruben: & vir eius fuit Manasses: qui mortuus est in diebus messis hordeaceæ: instabat enim super alligantes manipulos in campo, & venit æstus super caput eius, & mortuus est in Bethulia ciuitate sua, & sepultus est illic cum patribus suis. Erat autem Iudith relicta eius vidua iam annis tribus, & mensibus sex. Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur: & habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter sabbata, & Neomenias, & festa domus Israel. Erat autem elegantis aspectu nimis, cui vir suus reliquerat diuitias multas, & familiam copiosam, ac possessiones, armentis bouum & gregibus ouium plenas. Et erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat dominum valde: nec erat qui loqueretur de illa verbum malum. Hæc itaque cum audisset quoniam Ozias promississet, quod transacto quinto die traderet ciuitatem Assyriis, misit ad presbyteros Chabri, & Charmi. Et venerunt ad illam, & dixit illis: Quod est hoc verbum in quo consensit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyriis, si intra quinque dies non venerit vobis adiutorium? & qui estis vos qui tentatis dominum? Non est iste sermo qui misericordiam prouocet: sed potius qui iram excitet, & furorem accendat. Posuistis vos tempus miserationis domini, & in arbitrium vestrum diem constituistis ei. Sed quia patiens dominus est, in hoc ipso peniteamus, & indulgentiam eius suscipimus lachryinis postulemus. Non enim quasi homo, sic deus comminabitur: neque sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur, & ideo humiliemus illi animas nostras, & in spiritu constituti humiliati, seruientes illi, dicamus stentes domino, vt secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum cito misericordiam suam: vt sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiam de nostra humilitate gloriemur, quoniam non sumus secuti peccata patrum nostrorum, qui dereliquerunt deum suum, & adorauerunt deos alienos: pro quo scelere dati sunt in gladium, & in rapinam, & in confusionem inimicis suis. Nos autem alterum deum nescimus præter ipsum. Expectemus humiles consolationem eius, & exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum: & humiliabit omnes gentes quæcunque insurgunt contra nos, & faciet illas sine honore dominus deus noster. Et nunc fratres quoniam vos qui estis presbyteri in populo dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite, vt memores sint, quia tentati sunt patres nostri, vt probarentur si verè colerent deum suum. Memores esse debent, quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, dei amicus effectus est. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Illi autem qui tentationes non susceperunt cum timore domini, & impatientiam suam & improprium murmurationis suæ contra dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore, & a serpentibus perierunt. Et nos ergo non vlciscamur nos pro his quæ patimur, sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse: flagella domini quasi serui, qui corripimur ad emendationem, & non ad perditionem nostram, euenisse credamus. Et dixerunt illi Ozias, & presbyteri: Omnia quæ locuta es, vera sunt: & non est in sermonibus tuis vlla reprehensio. Nunc ergo ora pro nobis dominum, quoniam mulier sancta es, & timens deum. Et dixit illis Iudith: Sicut quod potui loqui dei esse cognoscitis, ita quod facere disposui, probate si ex deo est, & orate vt firmum faciat deus consilium meum. Stabitis vos ad portam nocte ista, & ego exeam cum Abra mea, & orate vt, sicut dixistis, in diebus quinque respiciat dominus populum suum Israel. Vos autem nolo scrutemini actum meum, & vsque dum renuntiem vobis, nil aliud fiat, nisi oratio pro me ad dominum deum nostrum. Et dixit ad eam Ozias, Princeps Iudæ: Vade in pace, & dominus sit tecum in vltionem inimicorum nostrorum. Et reuertentes abierunt.

fb. Ex quo patet eius continentia: quia cum adhuc esset facis iuuenis, transiit tamen noluit ad secunda vota. De Lyra. c. ieiunium purgat mentem, subleuat sensum, carnem spiritui subicit. Ieiunium cor facit cogitantis nebulas dispergit, libidinis ardorem extinguit, castitatis verum lumen accendit. August. Ser. 23. o. de tempore.

gd. Quod autem non iuit, non fuit ex defectu humilitatis, sed ex zelo castitatis, & honestatis Vidualis, quo refugiebat per vicose diffeutores. De Lyra.

e. Ea verba Iudith habebat plena sapientie in præfens, & perpetua pietatis erga deum. Ozias autem princeps quæ filij Israel desideria per annos 40. ad & desideria tenuit, scilicet de sperans de Deo prouidentia circa se, si non primum atque opaster, adesset votis. Verum non est ille sermo inquit Iudith, qui misericordiam prouocet: sed potius qui iram excitet, & furorem accendat. Insigne exemplum patientiæ, & fidei plene erga deum in rebus aduersis. Zieglerus.

f. Iudith aëtos sacerdotis reprehendit, eo quod tentasset dominum, & terminum dictum imposuisset misericordie eius. Et ait ad eos: Opus dei factura sum, quod non indicabo vobis. Scite hæc nocte ad portas ciuitatis, & Ozias vobiscum. Comest. ibidem.

g. Non secuti sumus vestigia patrum nostrorum, qui per multiplicem idololatriam Deum reliquerunt, vt patet in lib. Reg. & Paralip. A reditu vero captiuitatis Babylonicæ non legitur populus Israel idololatriæ cultum exhibuisse nisi aliqui sed pauci tempore Antiochi Epiphani, & ad hoc inducitur timore mortis. De Lyra. ibid.

h. Abraham super filij immolatione, Isaac super sui oblatione, & Iacob super fratris sui fuga. Si vt memores sint, quia tentati sunt patres sui vt probarentur, i. vt eorum patientia declararetur ad meritum ipsorum & exemplum aliorum. Et inducit ad hoc exemplum Abraham, qui ceterus fuit in filij sui immolatione & Isaac, qui ad eandem immolationem se obtulit voluntarie. De Lyra. ibidem.

k. Ne eadem igitur in tribulationibus, sed in omnibus agamus gratias, vt aliquid magni lucratur: vt apud dei inueniamur probabiles, qui tribulationes permittit. Ipsam lucem Paulus nouit propterea dicit: Tribulatio patientiæ operatur; patientia vero probationem, probatio autem spem, spes vero non confundit. Chrysost. ad populum Antioche. homil. 62.

l. Quæcunque loquitur ecclesia in confessione fidei, in doctrina religionis laudabilia & irreprehensibilia sunt. Hoc singulos fideles orando premonet si quique sicut probatur verum esse quod docet, ita operibus implet. Glo. ordina.

m. Iudith promittit se exituram ad Abra ancilla sua: sed quid tacita se inquiri prohibuit, oratione vero assiduum pro se fieri postulat. Plena rimatur non fuit virago sancta, quæ consilij sui memine consilij esse voluit. Superba non fuit, quæ ter monuit, vt pro se orarent. Gerhardus Lotichius. ibidem.

† Num. 21. b
† 1. Cor. 10. b
† Gen. 22. a
† Job. 11. d

† Num. 21. b

† 1. Cor. 10. b
Num. 21. b

Judith oratorium ingressa cilicio induta, & caput cinere conspersa, deum orat pro populo suo prostrata in terra.

I X.

A Vibus abscedentibus, Judith ingressa est oratorium suum: & induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum: & prosternens se domino, clamabat ad dominum, dicens: [†]^b Domine deus patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione sua, & denudauerunt foemur virginis in confusionem: & dedisti mulieres illorum in praedam; & filias illorum in captiuitatem: & omnem praedam in diuisionem seruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum: subueni quaeso te domine deus meus mihi viduae. [§] Tu enim fecisti priora, & illa post illa cogitasti: & hoc factum est quod ipse voluisti. Omnes enim viae tuae paratae sunt, & tua iudicia in tua prouidentia posuisti. [†] Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Aegyptiorum videre dignatus es, quando post feruos tuos armati currebant, confidentes in quadrigis, & in equitatu suo, & in multitudine bellatorum. Sed aspexisti super castra eorum & tenebrae fatigauerunt eos. Tenuit pedes eorum abyssus, & aquae operuerunt eos. Sic fiant & isti domine, qui confidunt in multitudine sua, & in curribus suis, & in contis, & in sagittis suis, & in lanceis gloriantur, & nesciunt quia tu ipse es deus noster, qui conteris bella ab initio, & dominus nomen est tibi. [§] Erige brachium tuum sicut ab initio, & allide virtutem eorum in virtute tua. Cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt se violare ^d sancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui: & deicere gladio suo cornu altaris tui. Fac domine, vt gladio proprio eius superbia amputetur. Capiatur laqueo oculorum suorum in me, & percuties eum ex labiis charitatis meae. ^f Da mihi in animo constantiam, vt contemnam illum, & virtutem eius, vt eueram illum. Erit enim hoc memoriale nominis tui, cum manus foeminae deiecerit eum.

[†] Non enim in multitudine est virtus tua domine, neque in equorum viribus voluntas tua. Nec superbi ab initio placuerunt tibi, sed humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Deus caelorum, creator aquarum, & dominus totius creaturae, exaudi me miseram deprecantem, & de tua misericordia praesumentem. Memento domine testamenti tui, & da verbum in ore meo, & in corde meo consilium corrobora, vt domus tua in sanctificatione tua permaneat: [†] & omnes gentes agnoscant, quia tu es deus, & non est alius praeter te.

Judith ornamentis compta urbem egreditur cum ancilla, qua ab exploratoribus inuenta ducitur ad Holopbernem.

X.

A Actum est autem, cum cessasset clamare ad dominum, surrexit de loco in quo iacuerat prostrata ad dominum. Vocauitque Abram suam, & descendens in domum suam abstulit a se cilicium, [†] & exiit se vestimentis viduitatis suae. Et lauit corpus suum, & unxit se myrrho optimo, & discernit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se vestimentis iucunditatis suae. Et induit sandalia pedibus suis, assumpsitque dextrariola, & lilia, & in aures, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornauit se. Cui etiam dominus contulit splendorem: quoniam omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat. Et ideo dominus hanc illam pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret. [§] Imposuit itaque Abrae suae ^c ascopam vini, & vas olei, & polentam, & ^d lapates, & panes, & caseum, & profecta est. Cumque venissent ad portas ciuitatis, inuenerunt expectatam Oziam, & presbyteros ciuitatis. Qui cum vidissent eam, stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem eius. Nihil tamen interrogantes eam, dimiserunt transire, dicentes: Deus patrum nostrorum det tibi gratiam, & omne consilium tui cordis sua virtute corroboret, & glorietur super te Ierusalem, & sit nomen tuum in numero sanctorum & iustorum. Et dixerunt ij qui illic erant, omnes vna voce, fiat, fiat. ^f Judith vero orans dominum, transiit per portas ipsa &

F iij

a. Cum Holophernes ille filio-
tum litael, imò sui capitis ini-
micus, exeraum gentium sibi
ius vindicaret, atque obdicio-
ne, armis, ignibusque pugna-
ret, nec non & multarum gentium
campos canis melsibus onera-
tos in cinerem patente flamma
cōuerteret, Judith sanctissima,
cuius precibus paruit caeli, ora-
tionis arte arma fabricauit, qui-
bus aduersa confingeret, & pa-
uescerent viros foemina vindic-
aret. Aug. Ser. 22. de tempore.
b. Quam bona oratio cum mi-
sericordia. Bona oratio quae or-
dine seruat, vt primo à diuinis
inchoemus laudibus. Si enim
cum apud hominem agimus,
beneuolum volumus iudicem
facere, quanto magis cum do-
minò nostrò precamur. Ambro-
sius. Virginit. cap. 2.
c. Sicut luxuriosus luxuriosis
comparat, ita nunc superbis in
perbos Assyrios scilicet, Aegy-
ptiis: quia sicut potentia diui-
na est in illis, ita manifestari po-
test & his subuersis: quia idem
dominus eisdem potentia, eadē
iustitia. Glo. cordina. ibidem.]

d. Quoniam Bethulz captiui-
tatem sequebatur Ierusalemē ca-
ptiuitas: vnde diuinus cultus
fuit abiatas.
e. Judith bellator animus alie-
num pedes obedit. Illa abie-
cta formidine laminatum, vi-
ctoria in periculis querens, nec
mortē in periculis timuit, nec
ambiguitatē formidauit. Aug.
Ser. 22. de tempore.
f. Perit à Domino Judith con-
stantiam sibi dari: Nam inua-
dere tantum tyrannum, & per
mulierem videbatur valde ma-
gnū ideo dicit. Da mihi. &c. i.
vt contemnam illum, vt non
timeam, nec horream occidere
illum. De Lyra. ibidem.]

a. Diuturnis igitur moribus
& quotidianis roborata ieiun-
iis sancta Judith quae seculi
oblectamenta nō quæreret, pe-
riculi in gligens, mortisque co-
reptu fortior, & cōmento stru-
ret dolum, vellem illam iucun-
ditatis, quae viuente viro ve-
stiri solent, se induit, quasi pla-
citu viro si patriam libetaret.
Sed virum alium videbat cui
placere querebat, illum vtique
de quo dictum est. Post me ve-
nit vir, qui ante me factus est.
Amb. de viduis.
b. Quanta honestatis auctoritas
vt consilium de summis rebus
foemina sibi vindicaret, nec pre-
cipibus populi committeret. [†]
Quanta honestatis auctoritas vt
deum adiutorem praesumeret,
quanta gratia vt inueniret Am-
bro. Ofic. lib. 3. cap. 13.
c. Vitem vini.
d. Ficus ficcas.
e. Dixerat enim eis, quod non
seruarentur suum consilium,
ideo passi sunt illam transire
deo commendantes eam. De
Lyra.]
f. Pergit diuino spiritu ducta,
& singularis ancille solatio co-
tenta. Species custodit quae bla-
ditur, & ne violenter pudicitia
custodita ledatur. Aug. Sermo,
22. de tempore.

f. Vt clam custodibus egressa
credatur.

g. Iudith se, vt adultero place-
ret, ornauit: quæ tamen quia
hoc religione, non amore fac-
ciebat, nemo eam adulterâ iu-
dicabat, bene faciebat exem-
plum. Nam si illa quæ se com-
misit religioni, & pudorem ser-
uauit & patriâ: fortassis & nos
seruando religionem seruabim⁹.
etiam castitatem. Quod si Iu-
dith pudicitiam religioni præ-
ferre voluisset, perditâ patriâ e-
riam pudicitiam perdidisset.
Amb. De virginibus, lib. 2.

h. Sanctissima Iudith cum ma-
gno more pro populo esset
afflicta post solennitatem tri-
duani ieiunij, capite vacuo &
loa facie, ita interna afflictio-
nis tristitiam exte, vt simulato
gaudio latari hostibus videre-
tur: ac sic dum per læticiâ vul-
tus ieiunij exte, de hoste tri-
stis victorie reportauit. Chro-
matius, in 6. cap. Matthæi.]

i. In cathedra: conopæo. i. corti-
na in star papilionis, pyramidis
ia modum facta.

Abra eius. ^a Factum est autem cum descendetet montem^c circa ortum diei, occurre-
runt ei exploratores Assyriorum, & tenuerunt eam, dicentes: Vnde venis, aut quò va-
dis? Quæ respondit: ^b Filia sum Hebræorum. Ideò ego fugi à facie eorum, quoniam
futurum agnouit quòd dentur vobis in depreðationem, pro eo quòd contemnes
vos noluerunt vltro tradere seipfos, vt inuenirent misericordiam in còspectu vestro.
Hac de causa cogitavi mecum, dicens: Vadam ad faciam principis Holopherne, vt
indicem illi secreta illorum, & ostendam illi quo aditu possit obtinere eos: ita vt non
cadat vir vnus de exercitu eius. Et cum audissent viri illi verba eius, considerabant fa-
ciem eius, & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur
nimis. Et dixerunt ad eam: ^c Conseruasti animam tuam, eò quòd tale reperisti consi-
lium, vt descenderes ad dominum nostrum. Hoc autem scias, quoniam cum steteris
in conspectu eius, bene tibi faciet: & eris gratissima in corde eius. Duxeruntque illam
ad tabernaculum Holopherne, nuntiantes eam. Cùmque intrasset ante faciem eius,
statim captus est in suis oculis Holopherne. Dixeruntque ad eum satellites eius: Quis
contemnat populum Hebræorum, qui tam decòras mulieres habent, vt non pro iis
merito pugnare contra eos debeamus? Videt itaque Iudith Holopherne sedentem
inⁱ conopæo, quòd erat ex purpura, & auro & smaragdo & lapidibus pretiosis intex-
tum: & cum in faciem eius intendisset, adorauit eum, prosternens se super terram, &
eleuauerunt eam serui Holopherne, iubente domino suo.

*Interrogata Iudith ab Holopherne super causa fugæ, pulchrè imponit illi, causam
fugæ aperiens.*

XI.

a. Ecce tibi Iudith se offerre m^o
fabulis, quæ formidatū populū
victū Holopherne, adit, Assy-
riorum trium phali septi ceter
ua. Quæ primo formæ gratia
& vultus decore percussit de-
de sermonis circumscriptis ele-
gantia. Primum trium phus eius
quòd integri pudorem de ta-
bernaculo hostis reuexit. Secū-
dus, quòd femina de viro re-
portauit victoriam, fugauit po-
pulos consilio suo. Horreraunt
Pecce audaciâ eius. Amb. Of-
fic. lib. 3. cap. 3.

b. Quidam commendantur in
scriptura non propter peccatâ
virtutem, sed propter quandâ
vicitur indolem, scilicet quia
apparebat in eis aliquis lauda-
bilis affectus, ex quo moueban-
tur ad quendam indubitâ faci-
dâ. Ex hoc modo Iudith lauda-
tur, non quia mentita est Ho-
lopherni, sed propter affectum
quem habuit ad salutē populū,
pro qua se periculis exposuit,
quâvis dici possit quòd verba
eius veritatem habere possint
secundum aliquem mylticū
intellectum S. Tho. 2. 2. q. 110.
art. 3. ad. 3.

c. Nota quòd nō sequitur hie
vt videatur quòd dicit: quia per
sanguinē & sanctorū pollutio-
nem intellexit ciuitatis tradi-
tionem, quâ conceperat prio-
ri die compluisse. Et sic quâ-
rum in eis erat sanguinem bi-
bisset occisorum, & sancta pol-
luerunt. De Lyrâ. ibidem.]

d. Quòd enim venit ad libera-
tionem populū, fuit à domino,
sed quòd ad hoc dixit menda-
cia, non fuit ab eo. Non enim
indiget deus mendaciis homi-
num, ad perficiendum onera
sua De Lyrâ.

e. Quid eius sapientiam prædi-
cimus, quòd huiusmodi com-
mentis est consilium, vt dñi po-
tentem elicit intemperantia, à
se inferiores acceret, occasio-
pararet victorie, abstinentiæ
meritum, pudicitie gratiâ re-
seruaret. Nec enim cibo, vt le-
gitus immaculata, nec adulterio
non minus seruati castitatis ex
hostibus reuexit trophæū, quâ
patriâ liberata. Ambrosii. de vi-
duit.



Vnc Holopherne dixit ei: ^a Equo animo esto, & noli pauere in corde
tuo: quoniam ego nunquam nocui viro qui voluit seruire Nabuchodo-
nosor regi. Populus autem tuus si non contempisset me, non alleuassem
lanceam meam super eum. Nunc autem dic mihi, qua ex causa recessisti
ab illis, & placuit tibi vt venires ad nos: Et dixit illi Iudith: Sume verba ancillæ tuæ:
^b quoniam si secutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet dominus tecum.
Viuit enim Nabuchodonosor Rex terræ, & viuit virtus eius quæ est in te ad corre-
ptionem omnium animarum errantium, quoniam non solum homines seruiant il-
li per te, sed & bestia agrî obtemperant illi. ^c Nuntiatum enim animi tui industria vni-
uersis gentibus, & indicatum est omni seculo quoniam tu solus bonus & potens es
in omni regno eius, & disciplina tua omnibus prouinciis prædicatur. ^d Nec hoc la-
tet, quòd locutus est Achior, nec illud ignoratur quòd ei iusseris euenire. Constat
enim deum nostrum sic peccatis offensum, vt mandauerit per Prophetas suos ad po-
pulum, quòd tradet eum pro peccatis suis. Et quoniam sciunt se offendisse deū suum
filij Israel, tremor tuus super ipsos est. Insuper etiam fames inuasit eos, & ab ariditate
aquæ iam inter mortuos còputantur. ^e Denique hoc ordinant, vt interficiant pecora
sua, & bibant sanguinem eorum, & sancta domini sui quæ præcepit deus non contin-
gi in frumento, vino, & oleo: ^f Hæc cogitauerunt impendere: & volunt consumere,
quæ nec manibus deberent contingere. Ergo quoniam hæc faciunt, certum est quòd
in perditionem dabuntur. Quòd ego ancilla tua cognoscens, fugi ab illis, ^g & misit
me dominus hæc ipsa nuntiare tibi. Ego enim ancilla tua deum colo etiam nunc ap-
ud te, & exiet ancilla tua, & orabo deum: & dicet mihi, quando eis reddat pecca-
tum suum, & veniens nuntiabo tibi, ita vt ego adducam te per mediam Ierusalem.
Et habebis omnem populum Israel sicut oues quibus non est pastor, & non latrabit
vel vnus canis contra te, quoniam hæc mihi dicta sunt per prouidentiam dei. ^h Et
quoniam iratus est illis deus, hæc ipsa missa sum nuntiare tibi. Placuerunt autem
omnia verba hæc coram Holopherne, & coram pueris eius, & mirabantur ⁱ ad sa-
pientiam eius, & dicebant alter ad alterum: Non est talis mulier super terram in aspe-
ctu, in pulchritudine, & in sensu verborum. Et dixit ad illam Holopherne: Bene fecit
deus, qui misit te ante populum, vt des illum tu in manibus nostris. Et quoniam bona
est

Gene. 26. a
Deutero. 8.
Iosue 2.
3. Reg. 4.

† 507. 4a

est promissio tua, si fecerit mihi hoc deus tuus, erit & deus meus, & tu in domo Nabuchonofor magna eris, & nomen tuum nominabitur in vniuersa terra.

Iudith in domum thesaurorum introducta propriis vescendi cibis facultatem obtinet, & nocte egrediendi ad orationem, inducitur autem coram Holopherne comedit. XII.

A Vnc iussit eam introire vbi repositi erant thesauri eius, & iussit illic manere eam, & constituit quid daretur illi de conuiuio suo. Cui respondit Iudith, & dixit: Nunc non potero manducare ex iis quæ mihi præcipis tribui. **B**ne veniat super me offensio. Ex iis autem quæ mihi detuli, manducabo. Cui holophernes ait: Si defecerint tibi ista quæ tecum detulisti, quid faciemus tibi? Et dixit Iudith: Viuit anima tua domine meus, quoniam non expandet omnia hæc ancilla tua, donec faciat deus in manu mea hæc quæ cogitavi. **E**t induxerunt illam serui eius in tabernaculum quo præceperat: & petiit dum introiret, vt daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi foras ad orationem, & deprecandi dominum. **E**t præcepit cubiculariis suis, vt sicut placeret illi, exiret & introiret ad orandum dominum suum per triduum. Et exibat noctibus in vallem Bethulia: & baptizabat se in fonte aquæ. Et vt ascendebat, orabat dominum deum Israel, vt dirigeret viam eius ad liberationem populi sui. Et introiens munda manebat in tabernaculo, vsque dum acciperet escam suam in vesperum. **E**t factum est, quarta die Holophernes fecit cœnam seruis suis, & dixit ad Vagao eunuchum: Vade, & suade Hebræam illam vt sponte consentiat habitare mecum. **F**œdum est enim apud Assyrios si fœmina irrideat virum agendo, vt immunis ab eo transeat. Tunc introiuit Vagao ad Iudith, & dixit: Non veareatur bona puella introire ad dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius, & manducet cum eo, & bibat vinum in iucunditate. Cui Iudith respondit: **Q**uæ ego sum vt contradicam domino meo? Omne quod erit ante oculos eius bonum & optimum, faciam. **Q**uicquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimū omnibus diebus vite meæ. Et surrexit, & ornauit se vestimento suo, & ingressa stetit ante faciem eius. Cor autem Holophernes concussum est, erat enim ardens in concupiscentia eius. Et dixit ad eam Holophernes: Bibe nunc, & accumbe in iucunditate, quoniam inuenisti gratiam coram me. Et dixit Iudith: Bibam domine, quoniam magnificata est anima mea hodie præ omnibus diebus meis. Et accepit, & manducauit, & bibit coram ipso ea quæ parauerat illi ancilla eius. Et iucundus factus est Holophernes ad eam, bibitque vinum multum nimis, quantum nunquam biberat in vita sua.

Holophernes ebrij Iudith caput abscidit, quod ad conciuies efferens, ad gratiarum hortatur actiones. XIII.

A T autem sero factum est: festinauerunt serui illius ad hospitalia sua, & conclusit Vagao ostia cubiculi, & abiit. **E**rant autem omnes fatigati à vino. Eratque Iudith sola in cubiculo. Porro Holophernes iacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus. Dixitque Iudith puellæ suæ vt staret foras ante cubiculum, & obseruaret. Stetitque Iudith ante lectum, orans cum lachrymis, & labiorum motu in silentio dicens: Confirma me domine deus Israel, & respice in hac hora ad opera manuum mearum, vt sicut promissisti Ierusalem ciuitatem tuam erigas, & hoc quod credens per te posse fieri cogitavi, perficiam. Et cum hæc dixisset, accessit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat, exoluit. Cumque euaginasset illum, apprehendit comam capitis eius, & ait: Confirma me domine deus Israel in hac hora. Et percussit bis in ceruicem eius, & abscidit caput eius, & abstulit conopæum eius à columnis, & euoluit corpus eius truncum. **E**t post pusillum exiuit & tradidit caput Holophernes ancillæ suæ, & iussit vt mitteret illud in peram suam. **E**t exierunt duæ secundum consuetudinem suam quasi ad orationem, & transierunt castra: & gyrantes vallem, venerunt ad portam ciuitatis. Et dixit Iudith à longè custodibus murorum. **A**perite portas, quoniam nobi-

a. Iudith luxurioso Holopherni haudquaquam inflexit conuiuio, solo titulo sobrietatis deprecaturum lacertis virilibus reperit triump. patriam obfisione exiuit, diem militie suis manibus occidit. Exemplum euidens quod & illum retribuis populis bellatorem virum luxuria sua emoluit, & hanc feminam temperantia cibi fortior viris. Non hic in sexu suo vigia est natura, sed in cibo suo vigia est, & regem superbium suis inclinavit ieiuniis. Amb. Epist. li. 10. epist. 82.

b. Dispositio ad mortem Holophernes ardor fuit libidinis & ex eo sequens sopor ebrietatis. Quod notatur inde: est diebus & factum est. In quo prævidetur casus Holophernes De Lyra c. Vtique non expauit mortis periculum, sed nec pudoris, quod est grauius bonis feminis, non vnus iam carnificis, sed nec totius exercitus tela formidauit. Stetit inter cuneos bellatorum femina, inter victicia arma secuta mortis. Amb. Offic. lib. 3. cap. 13.

d. Vno sensus hominis eueritur, pedes corruunt, mens vacillat, libido succenditur. Vnde Ap. Eph. 5. d. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Habet vnusquisque sibi sententia potestatem Ego Apostolum sequor in vino esse luxuriam, in vino ebrietatem Ebrietate autem & luxuriam inter carnis opera numerari, nec ille potest negare, qui eisdem passionibus vincitur. Hiero. lib. 3. in epistol. ad Galat. cap. 5.

a. Quid sobrietatem loquamur temperantia enim virtus est feminarum. Inebriatis vino viris & somno sepulitis, abstulit viduus gladium, exeruit manum, bellatoris abscidit caput, per medias hostium acies intemera processit. Adueratis igitur quantum nocere mulieribus possit ebrietas, quando viros vina sic soluent, vt vincantur à feminis. Nam si Iudith bibisset, dormisset cum adultero: sed quia non bibit, haud difficile ebrios exercitus vnus sobrietate & vinere potuit & eludere. Ambro. de viduis.

b. Dum letitia vultus ieiunium rexit, de hoste triumphum victoria reportauit. Chryf. ex variis Mat. locis, homil. 10.

c. Honestatem igitur secuta est Iudith, & dum eam sequitur, utilitatem inuenit. Honestatis enim sui prohibere ne populus de se prophanas dederet, ne ritus patrios & sacramenta proderet, ne sacras virgines, viduas graues, pudicas matronas barbarieque subiceret impuritati, ne obfisionem de litione solueret. Honestatis fuit se male pro omnibus periclitari, vt omnes eximio nec periculo. Amb. Offic. 3. ca. 13.

d. Et post pusillum exiuit foras quasi ad orationem secundum consuetudinem. Ecce castitas. Orationis castitas fauore & pudorem proprium seruaui inactum & quietum, deceptique alieni. Iacet in cluſum cadaver, & iam foris est caput & sequitur. Cum palmifera castitate Iudith ad eues festinat sollicitè, nec prohibetur regressa, cui quasi ad orationem ante ire fuerat concessum. Iam recipit attrita ciuitas tantæ victorie reditus triumphales, iam ludus conuertitur in gaudium, iam portæ plenissima securitate patulantur, iam pendet muris videtur caput. Aug. Ser. 123. de tempore.

[c. Vocauerunt presbyteros, vt honorificè eius recipere, quoniam sperabant eam non redituram. Spas propriè non est nisi de bono: hic verò accipitur valde impropiè, scilicet pro timore valde probabili de morte eius violenta, atque ipsius retentione. De Lyra.]

[f. Ad declarationem veritatis, & ne aliqua suspitio occurrat qd Holophernes seu aliquis alius tetigisset eam inhonestè: ideo subditur. Viuit autem dominus deus noster. sicut verum est, qd ipse est vita per essentiam, ita verum est: quoniam custodit me angelus eius. Idem, ibidem.]
[g. Scire quanta sit malignitas, quætra fratres inimici nostri, quanta pietas à nobis sperata sit: quo dominus illos ab omni fraude, & erroris conuersione custodit, vt his in seipso conditori & redemptori nostro gratias agatis. Glo. ordi.]
i. Confitemini.

h. Quandoquidem & ipsa ab omnibus laus homini iusto quædamque prouenerit, nõ ibi esse debet eius finis boni, sed etiam ipsa referenda est ad laudem dei: propter quem bona facti sunt: vt boni: quoniam nec à seipsis, sed ab illo sunt boni. Aug. in Plat. 118. vers. 6. Auerte oculos meos ne videat v. antitatem, &c.

i. Queritur quomodo scriptum sit: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruias, cum Abraham sic honorauerit populum quendam gentium, vt etiam adoraret. Sed animaduerendum est in eodem præcepto non dictum: Dominum deum tuum solum adorabis, sicut dictum est: & illi soli seruias, quod est Greg. 12. ad Rom. 1. talis enim seruitus nõ nisi deo debetur. Aug. 4. sup. Gen. 61.

a. Suspensio hoc caput super muros in signum victoriae, partim habita, & partim habende: & diluculo facere impetum in hostes, qui turati pro nece domini sui, venturæ in fugam. Commentor in historia Iudith. c. 11.
b. Suspenso enim Holophernis capite, quod virorum consilio non potuit excogitari, factis est: tunc animos, hostium fregit, suos pudore excitatis, hostes quoque terrore percellens, eo quod casti sunt & frigidi. Ita vnus viduæ temperantia atque sobrietas non solum naturam suam vicit, sed, quod est amplius, fecit viros etiam fortiores. Amb. de viduis.

c. Sanctissima Iudith cum magno more esse afflicta pro populo, post solennitatem viduam ieiunij capite vnico & ita facies, ita interius afflicto tristitiam tenuit, vt simulato gaudio lætari hostibus videretur. Ac sic dum lætitia vultus ieiunij tenuit, de hoste victoriae triumphum reportauit. Chryl. ex variis in Mar. locis hom. 10. d. Virtus Assyriorum princeps militie eorum dicitur, in quo robur exercitus consistere æstimabant: sicut virtus corporis naturaliter consistit in corde. Propter quod dicit Vegetus de re militari: Sicut cor est in medio corpore, ita princeps debet in medio exercitus collocari. Lyranus.

scum est deus, qui fecit virtutem in Israel. Et factum est, cum audissent viri vocem eius, vocauerunt presbyteros ciuitatis. Et occurrerunt ad eam omnes, à minimo vsque ad maximum: quoniam sperabant eam iam non esse venturam. Et accedentes luminaria congyrauerunt circa eam vniuersi. Illa autem ascendens in eminentiorem locum iussit fieri silentium. Cumque omnes tacuissent, dixit Iudith: Laudate dominum deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se: & in me ancillam suam adimpleuit misericordiam suam, quam promisit domui Israel: & interfecit in manu mea hostem populi sui in hac nocte, & proferens de pera caput Holophernis, ostendit illis dicens: Ecce caput Holophernis Principis militie Assyriorum. Et ecce conopæum illius in quo recumbebat in ebrietate sua, vbi & per manum formine percussit illum dominus deus noster. Viuit autem ipse dominus, quoniam custodiuit me angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem: & non permisit me dominus ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria sua, in euasione mea, in liberatione vestra. Confitemini illi omnes, quoniam bonus in seculum misericordia eius. Vniuersi autem adorantes dominum, dixerunt ad eam: Benedixit te dominus in virtute sua, qui per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Porrò Ozias Princeps populi Israel, dixit ad eam: Benedicta es tu filia à domino deo excelso: præ omnibus mulieribus super terram. Benedictus dominus qui creauit cælum & terram: qui te direxit in vulnera capitis Principis inimicorum nostrorum, quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis domini in æternum: pro quibus non periclisti animæ tuæ propter angustias & tribulationem generis tui, sed subuenisti ruinæ ante conspectum dei nostri. Et dixit omnis populus, fiat, fiat. Porrò Achior vocatus, venit. Et dixit ei Iudith. Deus Israel cui tu testimonium dedisti, quod vlciscatur se de inimicis suis, ipse caput omnium incredulorum incidit in hac nocte in manu mea. Et vt probes quia ita est, ecce caput Holophernis, qui in contemptu superbie suæ deum Israel contempnit, & tibi interitum minabatur dicens, cum captus fuerit populus Israel gladio perforari præcipiam latera tua. Videns autem Achior caput Holophernis, angustatus præ pauore cecidit in faciem suam super terram, & æstuauit anima eius. Postea verò quàm resumpto spiritu recreatus est, præcidit ad pedes eius, & adorauit eam & dixit Benedicta tu à deo tuo in omni tabernaculo Iacob: quoniam in omni gente que audierit nomen tuum, magnificabitur super te deus Israel.

Holophernis capite in muro suspenso, Achiorque circumciso, Iudai irruunt in Assyrios, qui cum Holophernem excitauerant, illum mortuum inuenerunt. X 1111.

Dixit autem Iudith ad omnem populum: Audite me fratres: Suspendite caput hoc super muros nostros, & erit, cum exierit sol, accipiat vnusquisque arma sua & exite cum impetu, non vt descendatis deorsum, sed quasi impetum facientes. Tunc exploratores necesse erit vt fugiant ad principem suum excitandum ad pugnam. Cumque duces eorum concurrerint ad tabernaculum Holophernis, & inuenerint eum truncum in suo sanguine volutatum, decedet super eos timor. Cumque cognoueritis fugere eos, ite post illos securi, quoniam dominus conteret eos sub pedibus vestris. Tunc Achior videns virtutem quam fecit dominus deus Israel, relicto gentilitatis ritu, credidit deo: & circumcidit carnem præputij sui, & appositus est ad populum Israel, & omnis successio generis eius, vsque in hodiernum diem. Mox autem vt ortus est dies, suspenderunt super muros caput Holophernis: accepitque vnusquisque vir arma sua, & egressi sunt cum grandi strepitu & vlulatu. Quod videntes exploratores, ad tabernaculum Holophernis cucurrerunt. Porrò ij qui in tabernaculo erant, venientes, & ante ingressum cubiculi perstreptentes excitandi gratia inquietudinem arte moliebantur, vt non ab excitantibus, sed à sonantibus Holophernes euigilaret. Nullus enim audebat cubiculum virtutis Assy-

† Pl. 105, 106, & 115.

† Sup. 10. b & 11. d.

† Sup. 5. b. & 6. a. † Sup. 5. d. & 6. a.

Assyriorum pulsando aut intrando aperire. Sed cum venissent eius Duces ac Tribuni, & vniuersi maiores exercitus Assyriorum, dixerunt cubiculariis: Intrate, & excitate illum, quoniam egressi mures de cauernis suis, ausi sunt prouocare nos ad praelium. Tunc ingressus Vagao cubiculum eius, stetit ante cortinam & plausum fecit manibus suis: suspicabatur enim illum cum Iudith dormire. Sed cum nullum motum iacentis sensu aurium caperet, accessit proximans ad cortinam, & eleuans eam, & vidensque cadauer absque capite Holophernis in suo sanguine tabefactum iacere super terram, exclamauit voce magna cum fletu, & scidit vestimenta sua. Et ingressus tabernaculum Iudith, non inuenit eam. Et exiliuit foras ad populum, & dixit: Vna mulier Hebraea fecit confusionem in domo regis Nabuchodonosor. Ecce enim Holophernes iacet in terra, & caput eius non est in illo. Quod dum audissent principes virtutis Assyriorum, sciderunt omnes vestimenta sua: & intolerabilis timor & tremor cecidit super eos: & turbati sunt animi eorum valde. Et factus est clamor incomparabilis in medio castrorum eorum.

Fugunt Assyrij persequentes Hebraeos, & inde spolia colligentes valde ditati sunt, vnde Iudith a pontifice & populo benedicitur. XV.

A Vmque omnis exercitus decollatum Holophernem audisset, fugit mens & consilium ab eis, & solo tremore & metu agitati fugae praesidium sumunt, ita vt nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato capite relictis omnibus euadere festinabant Hebraeos, quos armatos super se venire audierant, fugientes per vias camporum, & semitas collium. Videtes itaque filij Israel fugientes, secuti sunt illos, descenderuntque clangentes tubis, & vlulantes post ipsos. Et quoniam Assyrij non adunati, in fugam ibant praecipites: filij autem Israel vno agmine persequentes, debilitabant omnes quos inuenire potuissent. Misitque Ozias nuntios per omnes ciuitates, & regiones Israel. Omnis itaque regio, omnisque vrbis electam iuuentutem armatam misit post eos, & persecuti sunt eos in ore gladij, quousque peruenirent ad extremitatem finium suorum. Reliqui autem qui erant in Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorum, & praedam quam fugientes Assyrij reliquerant, abstulerunt, & onustati sunt valde. Ij vero qui victores reuersi sunt ad Bethuliam, omnia quae erant illorum abstulerunt secum: ita vt non esset numerus in pecoribus, in iumentis, & vniuersis mobilibus eorum, vt a minimo vsque ad magnum, omnes diuites fierent de praedationibus eorum. Ioachim autem summus Pontifex, de Ierusalē venit in Bethuliam cum vniuersis presbyteris suis, vt videret Iudith. Quae cum exisset ad illum, benedixerunt eam omnes vna voce, dicentes: Tu gloria Ierusalem, tu laetitia Israel, tu honorificentia populi nostri: quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eod quod castitatem amaueris, & post virum tuum, alterum nescieris, ideo & manus domini confortauit te, & ideo eris benedicta in aeternum. Et dixit omnis populus, fiat, fiat. Per dies autem triginta vix collecta sunt spolia Assyriorum a populo Israel. Porro autem vniuersa quae Holophernis pecularia fuisse probata sunt, dederunt Iudith in auro, & argento, & vestibus, & gemmis, & omni suppellectili, & tradita sunt omnia illi a populo. Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus, & iuuenibus, in organis, & citharis.

Canticum Iudith ob victoriam postquam venit populus Ierusalem gratias acturus, & tandem Iudith plena dierum moritur. XVI.

A Vnc cantauit canticum hoc domino Iudith, dicens: Incipite domino in tympanis, cantate domino in cymbalis, modulamini illi psalmum nouum, exultate, & inuocate nomen eius. Dominus conterens bella, dominus nomen est illi. Qui posuit castra sua in medio populi sui, vt eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum. Venit Assur ex montibus ab Aquilone in multitudine fortitudinis suae: cuius multitudo obturauit torrentes, & equi eorum coo-

[e. Nullus audebat cubiculum virtutis Assyriorum aperire, i. principis militiae, in quo virtualiter consistit robur exercitus. Sicut virtus corporalis sine corporis naturalis in corde. Propter quod dicit Vegetius in libro de re militari: quod sicut cor est in medio corporis, sic princeps debet in medio exercitus collocari. De Lira.]

[f. Ecce gloriose feminae castitatem seruauit oratio: & hostem seruare non potuit multitudo. Lugentem ciuitatem vna femina valuit vindicare, & tantus exercitus regem non potuit custodire. Au. Ser. 28. de repute.]

a. Omnis erat in ciuitate victoria, & in hostilibus castris tremor erat & fuga. Iudith in ciuitate cum securis secuta. Vbi enim assiduis orationibus pulsatur cor lum, potentia semper calcatur armorum. Aug. Ser. 28. de tempore.

[b. Gedeon contra Madianitas pugnauit, non hastam, non clypeum, sed tubas & lapides tulit, praefigurans euangelij precationes, quibus non est colluctatio aduersus carnem & sanguinem sed contra spiritualia nequitiarum in caelestibus. Glo. ordi.]

c. Et turbati sunt Assyrij valde, fugae praesidium quaerentes. Et insecuti sunt eos filij Israel: & percellerunt eos vsque ad finem suorum extremitates. Per dies autem 30. vix collecta sunt spolia Assyriorum. Comest. ibid.]

d. Lyranus post multam super isto Ioachim, qui supra cap. 4. dicitur esse Eliachim, dispersionem, resoluit hanc historiam sub Cambyse non contigisse. Quod vero hic alterius sacerdotis magis Ioachim mentio fiat, fuerit medijs annis Helchias mortuus sicutque eius Eliachim ordinis secundi sacerdos, qui ob singularem auctoritatem electus a collegio sacerdotum fuit ob contemptam pietatem, quam custodissent ipse & pater inuicta, sub impijs regibus Manasse & Amon, per annos 98. Quod uero nunc etiam cura prouinciae constitumandae sacerdoti committitur, existimo eam esse causam, quia Iosias nimis tunc iuuenis esset.

[e. Nam diuinum cultum qui erat in Ierusalē, de quo summè gloriabatur Iudith, conseruauerat interficiendo Holophernem, qui ipsum destruire intendebat, vt patuit sup. 3. & 4. c. De Lira.] [f. Sic populus dei ab Aegyptio recedens ipsam spoliavit, vnde tabernaculum construxit. Glo. ordinaria.]

† Sup. 13. b. & d. Sup. 10. a

† Sud. 10. b. 13. d.

a. Super hoc canticum inuenitur quod dicit Hiero. super Psal. Domine dominus noster. Quia cum in Hebraeo legitur nomen domini geminatum: sicut hic Adonai domine deus primum est tetragrammaton, secundum uero nomen dei commune. Comest. in 1. cap. historiae Iudith.

b. Non sufficit mortalis eloquia iustorum omnium orationes eximias atque triumphos grandiaque referre virtutes, quas omnipotens deus dedit eis quibus solet cōferre victoriam, qui viros ac feminas vigere petiuit, qui & flammam canini refrigerio dispersit, & insidiosos exercitus capite sublato nudauit. Aug. Ser. 22. de tem.

c. Hoc est capillorum storum flocculos ad decipiendam illi: non quod intendere inducere illum ad mortale peccatum, sed ut desideraret eam habere vxorem. Et per hoc Iudith haberet ad eum familiaritatem accessum, per quem eum occidere posset, ut dictum est supra cap. 9. & 10. De Lyra.]

d. Adonai vnum est de decem dei nominibus mysticis, de quibus Hieron. ad Marcellā. Primū El. Heb. 815. deus. Secundum אלהים Elohim. Pluraliter dij. Tertium אלהי Elohē, vel Eloha, singulariter. Quartum אלהיך Elohāich, quod interpretatur vel virtus, vel exercitū Quintū אלהיך Elohāich, quod excellens dicitur. Sextum אלהיך אשך Elohāich, qui est, ut Exod. 3. Qui est mihi me. Septimū אלהיך אדנאי, hoc est, dominus. Octauum אלהיך אדנאי, quod in fine dictionis ponitur, ut in יי אלהיך alleluia laudate deum, in extremāque syllaba sonat. Nonum אלהיך יי Iehoua tetragrammaton, nomen dei ineffabile. Decimū אלהיך אדנאי Sadaī, omnipotens, sufficiens, hęc ille.

e. Erat enim virtuti castitas, qua deiecerat Holopherne, castitas vidialis adiuncta, ita ut non cognosceret virum. De Lyra ibidem.]

f. Non tot annis etiam sterit templum. Nam annis plus minus quadraginta duobus ab historia gesta destructum est. Sed mansit in domo viri sui res, annis inter contribules, sicut plures 10. tribuum reliquie in suis possessionibus manserunt.

peruerunt valles. Dixit se incensurum fines meos, & iuuenes meos occisurum gladio, infantes meos dare in prædam, & virgines in captiuitatem. ^b Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus fœminæ, & confudit eum. Non enim cecidit potens eorum à iuuenibus, nec filij Titan percusserunt eum, nec excelsi gigantes imposuerunt se illi: sed Iudith filia Merari in specie faciei suę dissoluit eum. ^c Exiit enim se vestimento viduitatis, & induit se vestimento lætitię in exultatione filiorum Israel. Vixit faciem suam vnguento, ^c & colligauit cincinos suos mitra ad decipiendum illum. Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius, amputauit pugione ceruicem eius. Horruerunt Persę constantiam eius, & Medi audaciam eius. Tunc vlulauerunt castra Assyriorum, quando apparuerunt humiles mei, arescentes in siti. Filij puellarum compunxerunt eos, & sicut pueros fugientes occiderunt eos, perierunt in prælio à facie domini dei mei: hymnum cantemus domino, hymnum nouum cantemus deo nostro. ^d Adonai domine magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo potest. ^e Tibi seruiat omnis creatura tua, quia dixisti, & facta sunt: misisti spiritum tuum, & creata sunt, & nõ est qui resistat voci tuę. Montes à fundamentis mouebuntur cum aquis: petre sicut cera liquefcent ante faciem tuam. Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia. Vehementi insurgenti super genus meum: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicij visitabit illos. Dabit enim ignem & vermes in carnes eorum, ut vrantur & sentiant vsque in sempiternum. Et factum est post hæc, omnis populus post victoriã venit in Ierusalem adorare dominum, & mox ut purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, & vota, & repromissiones suas. Porro Iudith vniuersa vasa bellica Holophernis, quæ dedit illi populus, & conopæum quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema obliuionis. ^f Erat autem populus iucundus secundum faciem sanctorũ, & per tres menses gaudium huius victorię celebratum est cum Iudith. Post dies autẽ illos vnusquisque rediit in sua, & Iudith magnificata est in Bethulia, & præclarior erat vniuersæ terræ Israel. ^g Erat etiam virtuti castitas adiuncta, ita ut non cognosceret virum omnibus diebus vitæ suę, ex quo defunctus est Manasses vir eius. Erat autem diebus festis procedens cum magna gloria. ^f Mansit autem in domo viri sui annos centumquinque, & dimisit Abram suam liberam, & defuncta est ac sepulta cum viro suo in Bethulia, luxitque illam omnis populus diebus septem. In omni autem spatio vitæ eius non fuit qui perturbaret Israel, & post mortem eius annis multis. Dies autem victorię huius festiuitatis, ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore vsque in præsentem diem.

PROLOGVS BEATI HIERONYMI Presbyteri in librum Esther.

a. Releuans.



Librum Esther variis translatoribus constat esse vitiatum, quem ego de archiuis Hebræorum reuelans, verbum è verbo expressius transtuli. Quem librum editio vulgata, lacinosus hinc inde verborum sinibus trahit, addens ea quæ ex tempore dici poterat, & audiri, sicut solitum est scholaribus disciplinis, sumpto themate excogitare, quibus verbis vti potuit, qui iniuriam passus est, vel ille qui iniuriam fecit. Vos autem d. Paula & Eustochiũ, quoniam & bibliothecas Hebræorum studiuistis intrare, & interpretum certamina comprobastis, tenentes Esther Hebraicum librũ, per singula verba nostram translationẽ aspicite, ut possitis agnoscere me nihil etiam augmentasse addendo, sed fideli testimonio simpliciter, sicut in Hebræo habetur, historiam Hebraicam Latine linguæ tradidisse. Nec affectamus laudes hominũ, nec vituperationes expauescimus: deo enim placere curãtes minas hominum penitus non timemus, quoniã deus dissipat ossa eorum, qui hominibus placere desiderant: & secundũ Apostolum, qui eiusmodi sunt, serui Christi esse non possunt. Rursum in libro Esther alphabetũ ex minio vsque ad theta literam fecimus diuersis in locis, volentes scilicet septuaginta interpretum ordinẽ per hoc insinuare studioso lectori. Nos enim iuxta morem Hebraicum, ordinem prosequi, etiam in septuaginta editione maluimus.

Inci-

† Gen. 1. a
Plal. 32. b
& 148. a

† Gal. 1. b

Incipit liber Esther.

Assuero splendidum celebrante conuiuium Regina Vasthi marito inobediens repudiatur, promulgato decreto, quo viri vxoribus dominantur.
 Cap. 1.

1. Inf. 6.
 2. Inf. 8. c.
 3. Inf. 11. c. 2.
 4. Ante Chri-
 stum, 518.
 5. Anni mundi
 3444.
 6. Tertius annus
 7. Darius Hy-
 staspis filius, qui
 duxit Esther
 in vxore iux-
 ta Heb. & Lxx.



A NNO diebus Assueri qui regnauit ab India vsque Æthiopiã super centum vigintiseptem prouincias, * quando sedit in solio regni sui, ^b Susa * ciuitas regni eius exordium fuit. Tertio igitur anno imperij sui fecit grande conuiuium cunctis Principibus, & pueris suis, fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & præfectis prouinciarum coram se, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentia suæ multo tempore, centum videlicet & octoginta diebus. Cùmque implerentur dies conuiuij, inuitauit omnem populum, qui inuentus est in Susis à maximo vsque ad minimum: & iussit septem diebus conuiuium præparari in vestibulo horti, * & ^c nemoris, quod regio cultu, & manu consutum erat. Et pendebant ex omni parte] ^d tentoria aërei coloris, & carbasi, ac hyacinthini, sustentata] funibus bysiniis, atque purpureis, qui ^e eburneis] circulis inserti erant, & columnis marmoris fulciebantur. ^f Lectuli quoque aurei, & argentei super pauimentum smaragdino, & pario stratum lapide * dispositi erant: ^g quod mira varietate pictura decorabat.] Bibebant autem qui inuitati erant, aureis poculis, & aliis atque aliis vasis ^h cibi inferebantur.] Vinum quoque vt magnificentia regia ⁱ dignum erat, abundans, & præcipuum ponebatur, nec erat] qui nolentes cogeret ad bibendum: sed sicut Rex statuerat præponens mēsis singulos de principibus suis, vt sumeret vnusquisque quod vellet. ^k Vasthi quoque regina fecit conuiuium feminarum in palatio, vbi Rex Assuerus manere consueuerat. Itaque die septimo, cum rex esset hilarior, * & ^l post nimiam potationem incaluisse mero,] præcepit Mahumam, & Bazatha, & Harbona, & Bagatha, & Abgatha, & Zethar, & Carchas septem eunuchis, qui in conspectu eius ministrabant, vt introducerent Vasthi reginam coram rege, posito super caput eius diademate. vt ostēderet cunctis populis & principibus, eius pulchritudinem. ^m Erat enim pulchra valde. ⁿ Quæ renuit, & ad regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, venire contempsit. Vnde iratus rex, & nimio furore succensus interrogauit sapientes ^o qui ex more regio semper ei aderant: & illorum faciebat cuncta consilio, scientium leges ac iura maiorum] (erant autem primi, & proximi, Charfera, & Zethar, & Admãtha, & Tharsis, & Máres, & Marsena, & Mamucha, septem duces Persarum, atque Medorum, qui videbant faciem regis, & primi post eum residere soliti erant,) cui sententiæ Vasthi Regina subiaceret, quæ Assueri regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, facere noluisse. Responditque Mamucha audiente rege, atque principibus: ^p Non solum Regem læsit Regina Vasthi, sed & omnes populos, & principes qui sunt in cunctis prouinciis regis Assueri. ^q Egredietur enim ^r sermo] reginæ ad omnes mulieres, vt contemnant viros suos, * & dicant: Rex Assuerus iussit vt regina Vasthi intraret ad eum, & illa noluit: atque hoc exemplo omnes principum coniuges Persarum, atque Medorum ^s paruipendent imperia maritorum. Vnde regis iusta est indignatio.] Si ergo tibi placet, egredietur edictum à facie tua, & scribatur iuxta legem Persarum atque Medorum, quam præteriri illicitum est, vt nequaquam vltra Vasthi ingredietur ad regem, sed regnum illius, altera quæ melior est illa, accipiat. Et hoc in omne (quod latissimum est) prouinciarum tuarum diulgetur imperium, vt cunctæ vxores tam maiorum quàm minorum deferant maritis suis honorem. Placuit consilium eius regi, & Principibus, fecitque Rex iuxta consilium Mamucha, & misit epistolas ad vniuersas prouincias regni sui, vt quæque gens audire & legere poterat di-

1. Inf. 11. c.

1. Reg. 17. f.

Hanc historiam dicit Philo Iudeus Iochim summum pontificem Iesus magni pontificis filium scripsisse.

* Factum est.
 a. Historia Esther à diuersis acta temporibus diuersis scribitur. Eusebius enim cum plerisque Hebræis adàm credit sub Artaxerxe Longimano, quod difficile crediderim, cō Mardocheo qui cum Iochim captiuus fuit, vt infra 2. tunc plura quæ ducētos habuisset annos. Atij dicūt sub Cambysē, qui ad summum 8. an. regnauit, nisi vt supra Iudith primo dictum est, cum Cyro patre regnasset, & tamen 22. annis huius Assueri Hamā misit fortes, vt infra. b. Itaque sub Dario Hytaspis filio facta crediderim, qui Susas incoluit, & cuius vxor prima Atolla filia Cyri, & Cambysis soror. Altera Atyslona virgo, quæ creditur Esther: vxore quæ Hebræi Hadofam vocat, interpretis verō noster Edissam, infra. cap. 2.
 * In diebus illis.
 b. Susa vel Sulan, metropolis est Persidis, vbi & regia Cyri miro ornata & pretio fulgēs fuisse asseruit, & deinceps ceterorum: quæ Choaspes fluius præterfluit.
 * Metropolis.
 * Domus Regis.
 1. Sericem candidam, viride, & hyacinthum tenebatur.
 2. Argenteis.
 3. Hyacinthino.
 4. Copiosum erat. Eratque compositio illa decreta secundum legem, ita vt nec esset.
 c. Regina quoque Vasthi pari modo mulierum in regia celebravit conuiuium: quam Rex ostendere conuiuii cupiens ad se accessit pulchritudine omnes mulieres superantem. Illa verò volens leges Persarum seruare, quæ vxores recitat ab aliis præter domesticos conspici, nō iuit ad Regem. Ioseph. lib. 11. c. 6. Antiqu. Iudaic.
 * Propter vinum.
 d. Possunt itaque coniuges per charitatem seruire inuicem, sed mulierem non permittit Apostolus dominari in virum. Hoc enim viro potius dei sententia decuit, & maritum habere dominium: necuit mulieris non mariti, sed culpa. Quod tamen nisi seruetur, deprauabitur amplius natura, sed augebitur culpa. Aug. de Gene. ad lit. lib. 2. cap. 17.
 4. Scientes tempora, quia sic erat consuetudo Regis proponendi omnibus qui licentiam habebant constitutionum & iudiciorum.
 e. In omni lege vxor semper fuit subdita viro propter dominum qui subiecit eam. Gene. 3. Sub viro potestate erit, & ipse dominabitur tui. Inobedientia igitur vxoris aliqua pena debetur de qua Chryost. in Gene. hom. 26. Quam excellens misericordia, etiam si infidelis fuerit vel pagana, retine. Si autē in te peccauerit, & scelerum obliuiscitur, & magis aliorum præterit communionem, licet tibi illam eiecerit, & repellere. Chryst. vbi supra. Non tamen ducat aliam, aut reconuertatur, sicut & de muliere dicit Christus. Fieri enim potest vt dimittat vxorē causa fornicationis quæ dominum exceptam esse voluit, iam verò si nec illi nubere conceditur viro viro à quo recesserit, neque huic alteram ducere viua vxore quam dimisit. Aug. lib. 1. de sermone dñi in mōtē, 5. Factum.
 * In oculis suis.
 6. Quæ audierunt factum Reginæ, dicunt cunctis principibus regis, & huius rei gratia maiorē contempserunt & indignatiōem.

uerfis linguis, & literis, esse viros Principes ac maiores in domibus suis, & hoc per cunctos populos diuulgari.

Præ cæteris virginibus Assuero quaesitis Esther placuit, Vnde Regina facta est, Mardocheus accusante eunuchos Regi insidiantes.

II.

a. Rex vero qui vehementer est amabat, nec disungi ab ea sequebatur, nec tamen retinere propter legem poterat, inquitens quod voluntati suæ non liceret satisfacere. Ioseph. lib. 11. c. 6. Anti. * Et eorum.

[b. Querantur puellæ virgines, & accipiant mundum muliebrem, hoc est illud quod pertinet ad cultum & ornatum mulierum. De Lyra ibidem.]

1. Regis, custodis mulierum, qui daret eis ornamenta pecuniaria. Repudiata Valthi. i. Iudæa diuersi ex diuersis partibus mundi ad societatem regis per predicatorum verbum dei administrantes adducuntur. Glo. ord.]

d. Qui teste Philone decem & octo annis regem Isaac superauit, & sic vixit. 193. annis.

e. Vnde qui dicunt hanc historiam sub Artaxerxe Mnemone factam concedant oportet Mardocheum 13. anno Mnemonis factum natum. 240. Ab anno enim Iechoniz captiuitatis ad 13. Mnemonis [ant. 229. an. præter hos quos habebat, cum est ductus captiuus.]

2. Patruus sui.

3. Assumpsitque Esther in domum Regis sub manu Hegæi custodis mulierum.

f. Ornatum mulierum: & hic substantiuè ponitur: & est ornatu, cultus, apparatus, popaque mulieribus dicitur & mundum neutro genere.

* In domo mulierum. g. Mardocheus & Esther inter purpuram, sericum & gemmas superbiam humilitate vicerat, eantque fuisse meritis, ut captiuo victoribus imperarent. Hier. ad Saluinam. De viduitate seruanda.

4. In fine eorum quæ iuxta legem mulierum essent, mensis duodecim erat: sic enim impletur dies purificationis earum, sex menses cum oleo myrrhæ, & sex menses cum aromaticis purificationibus mulierum. [h. Vterentur variis pigmentis quæ faciunt carnem mulieris suauem, & redolentem ad reprimendos foetores qui in mulieribus solent esse. Omnia ista fiunt de consilio medicorum regis: ut sic maiorem delectationem inueniret in eis, vel saltem in aliqua earum. Glo. ordi.]

i. Perduca vero ad eum Esther, delectatus eius consuetudine & amore correptus legimus coniugem eam sibi adunxit, nuptiasque celebrauit anno regni sui septimo, mense duodecimo qui Adar dicitur. Ioseph. lib. 10. Antiq. Iudææ.

5. Patruus.

6. Esther enim gratiam inuenit in oculis omnium inuentium eam.

k. December.

7. Et fecit Rex conuiuium magni omnibus principibus suis, & seruis suis conuiuii Esther. I. Dimisit quos angaros vocant per omnes gentes nuptiale festum eis indicit. Ipse vero Persas & Medos, & primates aliarum gentium accepit conuiuium nuptiale per mensum integrum & ingressa regiam uxori diadema imposuit, atque ita cum ea conuixit. nunquam interrogata, quonam esset genere nata. Ioseph. Anti. Iudææ. lib. 11. c. 6. 8. Regis, vel regiam.

His itaque gestis, postquam Regis Assueri indignatio deferbuerat, ^a recordatus est Valthi* quæ fecisset, vel quæ passa esset: dixeruntque pueri regis, ac ministri eius. ^b Querantur regi puellæ virgines ac speciosæ, & mittantur qui considerent per vniuersas prouincias puellas speciosas & virgines, & adducant eas ad ciuitatem Susan, & tradant eas in domum fœminarum sub manu Hagæi eunuchi, ^c qui est prepositus & custos mulierum regiarum: & accipiant mundum muliebrem, & cætera ad vsus necessaria. ^d Et quæcunque inter omnes oculis regis placuerit, ipsa regnet pro Valthi. Placuit sermo regi, & ita vt suggererant, iussit fieri. Erat vir Iudæus in Susis ciuitate, vocabulo ^d Mardocheus filius Lair, filij Semei, filij Cis, de stirpe Iemini, qui translatus fuerat de Ierusalem, ^e eo tempore quo Iechoniam Regem Iudæa, Nabuchodonosor Rex Babylonis transtulerat, qui fuit nutricius filia ^e fratris sui] Edissæ, quæ altero nomine vocabatur Esther, & vtrunque parentem amiserat: pulchra nimis, & decora facie. Mortuusque patre eius ac matre, Mardocheus sibi eam adoptauit in filiam. ^f Cùmque percerebisset regis imperium, & iuxta mandatum illius multæ pulchræ virgines adducerentur Susan, & Hegæo traderentur eunuchis: ^g Esther quoque inter cæteras puellas ei tradita est vt seruaretur in numero fœminarum. ^h Quæ placuit ei, & inuenit gratiam in conspectu illius. Et præcepit eunuchis, vt acceleraret ⁱ mundum muliebrem] & traderet ei partes suas, & septem puellas speciosissimas de domo Regis, & tam ipsam quàm pedissequas eius ornaret atque excoleret. ^k Quæ noluit indicare ei populum, & patriam suam. ^l Mardocheus enim patruus præceperat ei, vt de hac re omnino reticeret: qui deambulabat quotidie ante vestibulum domus, in qua electæ virgines seruabantur, curam agens salutis Esther, & scire volens quid ei accideret. Cum autem venisset tempus singularum per ordinem puellarum, vt intrarent ad Regem, ^m expletis omnibus quæ ad cultum muliebrem pertinebant: mensis duodecimibus vertebatur, ita duntaxat, vt sex mensibus oleo vngerentur myrrino, & aliis sex, ⁿ quibusdam pigmentis, & aromatibus vterentur. ^o Ingredientesque ad Regem, quicquid postulassent ad ornatum pertinens,] accipiebant: & vt eis placuerat, composita de triclinio fœminarum ad Regis cubiculum transibant. Et quæ intrauerat vespere, egrediebatur mane, atque inde in secundas aedes deducebatur, quæ sub manu Safagazi eunuchi erant, qui concubinis Regis præsidebat: nec habebat potestatem ad Regem vltra redeundi, nisi voluisset rex, & eam venire iussisset ex nomine. ^p Euoluto autem tempore per ordinem, instabat dies quo Esther filia Abiâhil ^q fratris] Mardochei, quam sibi adoptauerat in filiam, deberet intrare ad Regem. Quæ non quaesuit muliebrem cultum, sed quæcunque voluit Hegæus eunuchus custos virginum, hæc ei ad ornatum dedit. ^r Erat enim formosa valde, & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratiosa, & amabilis videbatur. ^s Ducta est itaque ad cubiculum regis Assueri mense decimo, qui vocatur ^t Thebeth, septimo anno regni eius: & adamauit eam Rex plusquam omnes mulieres, habuitque gratiam & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius, fecitque eam regnare in loco Valthi. ^u Et iussit conuiuium præparari ^v permagnificum cunctis Principibus, & seruis suis pro coniunctione; & nuptiis Esther. ^w Et dedit requiem vniuersis prouinciis, ac dona largitus est iuxta magnificentiam ^x principalem. ^y Cùmque & secundò quærentur virgines, & congregarentur, Mardocheus manebat ad ianuam regis, necdum prodiderat Esther patriam & populum suum, iuxta mandatum eius. Quicquid enim ille præcipiebat, obseruabat Esther: & ita cuncta faciebat, vt eo tempore solita erat, quo eam paruulam nutrebat. Eo igitur tempore quo Mardocheus ad Regis ianuam morabatur, ^z irati sunt Bagatham, & Thares,

Ios. 11. b

† 4. Re. 2. 4. d

† Sup. 1. c. Infra eod.

† Sup. 1. c. Sup. eod.

† Infra. 6. a. 11. a.

Thares, duo eunuchi Regis, qui ianitores erant, & in primo palatij limine residebant: volueruntque insurgere in Regem, & occidere eum.]^m Quod Mardocheum non lauit. Statimque nuntiauit reginae Esther: & illa regi ex nomine Mardochei, qui ad se rem detulerat. Quasitum est & inuentum: & appensus est vterque eorum in patibulo. — Et iussit Rex, vt in libro memoriali scriberetur: vt pro vita sua aliquid repensaret ei.] Mandatumque est historiis, & annalibus traditum coram Rege.

9. Quae hancque mittere manus in Regem. [m. Mardocheus profert eunuchos qui conspirauerunt contra regem. Hi ergo suspenduntur, ille in librum fastorum refertur. Contra regem conspirat, non solum exteri Iudaei & ethnici, sed & intrinseci hypocritae & haeretici, nec de infimo grege, sed ostantij, hoc est, ex ordine & classe magistratus ecclesiastici. Lotichius, ibid.]

Impetrat impius Haman in malum suum necem Iudaeorum, literas ad omnes prouincias mittens.

III.

10. 11. 6.

A Ost hęc Rex Assuerus exaltauit Haman filium Amadathi, qui erat de stirpe^a Agag, * & posuit solium eius super omnes Principes quos habebat: Cunctique serui Regis qui in foribus palatij versabantur, flectebant genua, & adorabant Haman. Sic enim preceperat eis imperator. Solus Mardocheus non flectebat genu, neque adorabat eum. Cui dixeruntⁱ pueri] regis, qui ad fores palatij residebant: Cur² preter ceteros non obseruas] mandatum Regis? Cumque³ hoc crebrius dicerent, & ille nollet audire, nuntiauerunt Haman, scire cupientes vtrum perseueraret in sententia. Dixerat enim eis se esse Iudaeum: ^b Quod cum audisset Haman, & experimento probasset, quod Mardocheus non sibi flecteret genu, nec se adoraret, iratus est valde, & pro nihilo duxit in vnum Mardocheum mittere manus suas, audierat enim quod esset gentis Iudaeae, magisque voluit⁴ omnem Iudaeorum, qui erant in regno Assueri perdere nationem. Mense primo cuius vocabulum est Nisan, anno duodecimo regni Assueri: ^c missa est fors in urnam, quae Hebraice dicitur, Phur, coram Haman: quo die & quo mense gens Iudaeorum deberet interfici. Et exiuit mensis duodecimus, qui vocatur Adar. ^d Dixitque Haman Regi Assuero. ^e Est populus per omnes prouincias regni tui dispersus, & a se mutuo separatus, nouis vtens legibus & ceremoniis, insuper & Regis scita contemnens: & optimè nosti quod non expediat regno tuo vt insolescat per licentiam. Si tibi placeat, ^f decerne vt pareat,] & decem milia talentorum * appendam arcariis gazae tuae. Tulit ergo Rex anulum, — quo utebatur de manu sua, & dedit eum Haman filio Amadathi de progenie Agag, hosti Iudaeorum: dixitque ad eum: Argentum quod tu polliceris, tuum sit, de populo age quod tibi placet. Vocati que sunt scribae Regis mense primo^e Nisan, ^d tertiadecima die eiusdem mensis: ^e & scriptum est, vt iusserat Haman ad omnes Satrapas Regis, & Iudices⁷ prouinciarum, diuersarumque gentium: vt quaeque gens legere poterat & audire, pro varietate linguarum] ex nomine regis Assueri, & literae signatae ipsius annulo missae sunt per cursores Regis ad vniuersas prouincias: vt occiderent atque deleret^{*} omnes Iudaeos, a puero vsque ad senem, paruulos & mulieres vno die, hoc est, tertiodecimo mensis duodecimi, qui vocatur^f Adar, & bona eorum diriperent. Summa autem epistolarum hęc fuit, ^g vt omnes prouinciae scirent & pararent se ad praedictam diem. Festinabant cursores, qui missi erant Regis imperium explorare. Statimque in Susis pependit edictum, Rege & Haman celebrante conuiuium, & cunctis Iudaeis qui erant in vrbe flentibus.

† Infr. 9. f.

† Infr. 11. b.

Infr. 8. d.

a. Quem occidit Samuel postquam Saul deleuerat Amalechitas praeter Agag regem. Vnde Haman veteri notus odio, excogitauit delere Iudaeos, qui deleuerant Amalechitas. Comestor. ibid.
* Et sublimauit eum.
1. Serui.
2. Prauaricaris.
3. Sic loquerentur ad eum per singulos dies, nō audiebat eos, quod illi.
b. O ambitionem, o vanam gloriam, quae subvertit ac perdit omnia. Cetera doctum, contra mutuum saluarem stare efficit ita caecitate percipit, vt ceteros ductores quaerant. Chrysof. in ada Apoll. homil. 29.
4. Hamā delere omnes Iudaeos, qui erant per totum regnum Assueri, & qui erant de populo Mardochei.
5. e. Proiecit. Phur, hoc est sorte coram Haman, de die in diem & a mense vsque ad mentem duodecimum.
[d. Haman a rege impetravit vt Iudaei omnes delerentur. Negocij huius literas regis annulo consignatas, per vniuersas prouincias misit, idque trepide valde, filij huius seculi, in negociis suis sunt acutissimi, strenuē atque festināter omnia expediūt Iudaei audientes edictum miserē fleuere. Vos plorabitis, ait saluator, mundus autem gaudebit Lotichius. ibid.]
6. Fiat scriptum ad perdatū eos.
* Per manum facientium opus.
e. Martius noster.

7. Qui erant in singulis prouinciis, & ad Principes singulorum populorum, ad vniuersasque prouincias secundum scripturam eius, & ad vniuersaque populum secundum linguam eius.
* Perderent.
f. Februarius.
[g. Vt omnes prouinciae prepararent se armis, & talibus ad interfecionem Iudaeorum: quia omnibus dabatur licentia hoc faciendi, & bona eorum diripiendi, ad quod multi eorum erant inclinati. Delira. ibid.]
8. Ciuitas veto Susa erat perplexa.

Esther mandato Mardochei vt Iudaeorum neci occurrat, ad Regem ingressura pro se iubet orare.

IIII.

10. 11. 6.

A V Æ cum audisset Mardocheus scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, ¹ spargens cinerem capiti: & in platea mediae ciuitatis voce magna clamabat, ² ostendens amaritudinem animi sui, & hoc eiulatu vsque ad fores palatij gradiens. ³ Non enim erat licitum, indutum sacco aulam Regis intrare. In omnibus quoque prouinciis, oppidis, ac locis, ad quae³ crudele regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Iudaeos: ieiunium, vlulatus, & fletus, sacco & cinere multis pro stratu vtentibus. Ingressae autem sunt puellae Esther & eunu-

1. Cum cinere, & egressis.
2. Et amara, & peruenit vsque ad interiora porte Regis: sed non poterat propter indumentum facci.
[a. Nullus est corruptione presentis vitae potest aulam caelestem intrare: sed ante obitum suum debet quisque corporis castigatione & compunctione cordis regni pulsare introitum: vt post laetabundus supernum intrer palatium. Glos. Ordinaria.]
3. Peruenerat verbum Regis & decretum eius.

1 b. Mardocheus audita ista
tragedia animi sui amaritudi-
nem etiam lugubri habitu ex-
prensit, atque Esther omnem
rem per interuenientium quen-
dam ex eunuchis regis signifi-
cauit, monens ut confestim re-
gem adeat, atque pro miseris Ju-
daeis supplicet. Mardocheus si-
gnificat praesulem ecclesiae sedu-
lum, ea quae pacis ecclesiae sint
identidem meditantem. Loni-
chius. ibid.)

4. Vestes misit quas Mardo-
cheus indueret, obsecranteque à
se sacco suum, sed illo recu-
savit.

* Ad exringendum Iudaeos.

5. Obsecratur eum, rogareque
faciem eius.

6. Populi prouinciarum regis
sciunt.

7. Vna est de eo sententia ut in-
terficiatur.

8c. Istud edictum de consilio
Haman fuerat positum, ne ma-
chinatio eius de morte Iudaeo-
rum reuocaretur, nec aliquem
insolentem regem ad contra-
rium: cum eius ipsam Esther
à triginta diebus non fuisset vo-
cata ad regem. Habebat enim
rex plures alias uxores, ut dicitur
est. cap. 2. & forte in illo tempo-
re alii utebatur. De Lyra.]

8. Autem non vocata ut ingre-
diar ad Regem his triginta die-
bus.

9. Respiratio & liberatio obue-
nit Iudaeis ex alio loco.

10. Ieiunare propter me.

11. Nihil & dicit.

d. Estet sanctissima de lota fa-
cie & capite vincto, nisi post tri-
duanum ieiunium intelligi à Re-
ge non potuit. Haman illi po-
puli sui inimicum iniquissimum
interemit. Chyso. ex variis in
Math. locis, homil. 10.

12. Quod tamen non est iuxta
decretum, & interiens interibo.

a. Quid Esther regina, nonne
ve populū suū periculo erue-
ret (quod erat decorum atque
honestum) mori se oblitit, nec
inimicis regis trepidauit furo-
re? Ipse quoque rex Persarū fe-
rox atque tumido corde, tamen
decorum iudicauit iudici insi-
diarum quae sibi paratae forent,
gratia repraesentate, populū suū
que liberatum à seruitute eripe-
re, et uere neci, nec parere neci
eius, qui tam indecora iussit
fer. Amb. Off. lib. 3. ca. 15.

* Interiori.

1. Repetuit illa gratiam ab o-
culis eius.

2. Accipit.

3. Esther sanctissima dum lo-
tariae & capite vincto, post tri-
duanum ieiunium intelligi à Re-
ge potuit, & Haman illum sui po-
puli inimicū, interemit. Chro-
matius in. 6. cap. Matth.)

3. Inter potationem vini.

c. Postquam Persarum rex in-
stare Haman omnes passim Iu-
daeos interemisse iussit, & nullus
erat qui contra eam illius ob-
sistere posset, Esther priorē exu-
ta vellem, & sacco amicta, & ci-
nere subtrata, diuinę clementi-
ae supplicabat, ut secum ad Re-
gem ingrederetur Chyso. ad
popul. Antioch. homil. 1.

4. Postulatio mea haec est.

5. Facis eis, & cras faciam iuxta
verbum Regis.

6. Non surgētem neque se mo-
uentem.

7. Cuncta in quibus Rex eum
magnificauerat, & quomodo
eum.

* Quod parauit.

8. Inuitatus sum.

9. Apertē lignum altum, quin-
quaginta cubitorum.

chi, nuntiaueruntque ei. ^a Quod audiens consternata est: & ⁴ vestem misit, ut ablato ^B
sacco indueret eam: Quam accipere noluit.] Accitōque Athach eunuchō, quem Rex
ministrum ei dederat, praecepit ut iret ad Mardocheum, & disceret ab eo cur hoc fa-
ceret. Egressusque Athach, iuit ad Mardocheum, & inuenit eum stantem] in pla-
tea ciuitatis ante ostiū palatij. Qui indicauit ei omnia quae acciderant, quomodo Ha-
man promississet ut in thesauros regis pro Iudaeorum nece inferret argentum, exem-
plarque edicti quod pendebat in Susis * dedit ei, ut Regine ostenderet, & moneret eā
ut intraret ad regem: & ⁵ deprecaretur eum] pro populo suo. ⁶ Regressus Athach nun-
tiauit Esther omnia quae Mardocheus dixerat. Quae respondit ei, & iussit ut diceret
Mardocheo: Omnes serui regis, & ⁶ cunctae quae sub ditione eius sunt, norunt prouin-
cie,] quod siue vir, siue mulier non vocatus, interius atrium regis intrauerit, ⁷ absque
vlla cunctatione statim interficiatur, nisi fortē rex auream virgam ad eum tetenderit
& pro signo clementiae, atque ita possit viuere. ^c Ego ⁸ igitur quomodo ad regem in-
trare potero, quae triginta iam diebus non sum vocata ad eum?] Quod cum audisset
Mardocheus, rursus mandauit Esther, dicens: ne putes quod animam tuam tantum
liberes, quia in domo regis es praecunctis Iudaeis. ^d Si enim nunc silueris: ⁹ per aliam
occasionem liberabuntur Iudaei, & tu & domus patris tui peribitis. Et quis nouit utrū
idcirco ad regnū veneris, & ut in tali tempore parareris?] Rursusque Esther haec Mar-
docheo verba mandauit: Vade & congrega omnes Iudaeos, quos in Susis repereris: &
¹⁰ orate pro me.] Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, ¹¹ & tribus noctibus, &
^e ego cum ancillis meis similiter ieiunabo, & tunc ingrediar ad regem, ¹² contra le-
gem faciens non vocata, tradensque me morti & periculo. ^f Iuit itaque Mardocheus,
& fecit omnia quae Esther praeceperat. † Inf. 13. 6

*Esther Regem & Haman ad conuiuium semel atque iterum vocat, & crux interea
Mardocheo ab Haman paratur.*



Die autem tertio induta est Esther regalibus vestimentis, & stetit in atrio ^A
domus regiae, quod erat interius contra basilicam Regis. Et ille sedebat ^{Inf. 13. 6}
super solum suum in consistorio palatij contra ostium domus. Cū-
que vidisset Esther Reginam stantem, ¹ placuit oculis eius,] & extendit
contra eam virgam auream quam tenebat manu. Quae accedens ² osculata est] sum-
mitatem virgae eius. Dixitque ad eam rex: Quid vis Esther Regina? Quae est petitio ^B
tua? Etiam si dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi. ³ At illa respondit: Si regi ^B
placet, obsecro ut venias ad me hodie, & Haman tecum ad conuiuium quod parauit.
Statimque Rex: vocate, inquit, cito Haman, ut Esther obediat voluntati. ^b Venerunt
itaque Rex & Haman ad conuiuium, quod eis Regina parauerat. Dixitque ei rex,
³ postquam vinum biberat abundanter:] Quid petis, ut detur tibi: & pro qua re po-
stulas? [†] Etiam si dimidiam partē regni mei petieris impetrabis. Cui respondit Esther: [†]
^c Petitio mea & ⁴ preces sunt istae:] Si inueni in conspectu Regis gratiam, & si regi placet,
ut det mihi quod postulo, & meam impleat petitionem: ⁵ veniat rex & Haman
ad conuiuium quod ⁵ parauit eis, & cras aperiam regi voluntatem meam.] Egressus
est itaque illo die Haman letus & alacer. Cūque vidisset Mardocheum sedentem
⁶ ante fores palatij, & non solum non assurrexisset sibi, sed nec motum quidem de
loco sessionis suae,] indignatus est valde: & dissimulata ira reuersus in domum suam,
conuocauit ad se amicos suos, & Zares uxorem suam, & exposuit illis magnitudinem
diuitiarum suarum, filiorumque turbam, & ⁷ quanta eum gloria] super omnes Prin-
cipes & seruos suos Rex eleuasset. ⁸ Et post haec ait: Regina quoque Esther nullum a- ^D
lium vocauit ad conuiuium * cum rege, praeter me: apud quam etiam cras cum rege
⁸ praesurus sum.] Et cum haec omnia habeam, nihil me habere puto, quandiu videro
Mardocheum Iudaeum sedentem ante fores regias. Responderuntque ei Zares vxor
eius, & ceteri amici: ⁹ Iube parari excelsam trabem, habentem altitudinis quinquagin-
ta cubitos,] & dic mane Regi ut appendatur super eam Mardocheus, & sic ibis cum
rege

A Inf. 13. 6

† Inf. 13. 6

rege latus ad conuiuium. Placuitque ei consiliū, & iussit excelsam preparari crucem.

Rex noctem insomnem ducens, in suis annalibus Mardochei fidelitatem reperiens, iubet ipsum vt secundum à Rege honorari.

VI.

Ios. 6.

† Sup. 2. d.
Ios. 12. a

Noctem illam duxit Rex insomnem, iussitque sibi afferri historias & annales priorum temporum.] Quæ cum illo presente legerentur, ventum est ad illum locum, vbi scriptum erat,] quomodo nūtiasset Mardocheus insidias Bagathan & Thares eunuchorum, * Regem Assuerum iugulare cupientium. Quod cum audisset Rex, ait: Quid pro hac fide honoris ac præmij Mardocheus consecutus est? Dixerunt ei serui illius ac ministri:] Nihil omnino mercedis accepit. Statimque Rex: ¹ Quis est, inquit, in atrio? Haman quippe interius atrium domus regis intrauerat: vt ² suggereret regi, & iuberet Mardocheum affigi patibulo,] quod ei fuerat præparatum. Responderunt pueri: Haman statim in atrio. Dixitque Rex: Ingrediat. Cumque esset ingressus, ait illi: Quid debet fieri viro, quem Rex honorare desiderat? ³ Cogitans autem in corde suo Haman, & reputans quod nullum alium Rex nisi se, vellet honorare, respondit: Homo quem Rex honorare cupit, debet indui vestibus regis, & imponi super equum, qui de sella Regis est, ⁴ & accipere regium diadema super caput suum: & primus de regis Principibus, ac tyrannis teneat equum eius: & per plateam ciuitatis incedens, clamet & dicat:] Sic honorabitur, quæcunque Rex voluerit honorare. ⁵ Dixitque ei Rex: Festina, & sumpta stola & equo, fac vt locutus es Mardocheo Iudæo qui sedet ante fores palatij. Caue ne quicquam de his quæ locutus es, prætermittas. Tulit itaque Haman stolam & equum: indutumque Mardocheum in platea ciuitatis, & impositum equo præcedebat, atque clamabat: ⁶ Hoc honore condignus est, quemcunque Rex voluerit honorare.] Reuersusque est Mardocheus ad ianuam palatij, & Haman festinauit ire in domum suam lugens, & operto capite, narrauitque Zares vxori suæ, & amicis, omnia quæ euenissent sibi. Cui responderunt sapientes quos habebat in consilio, & vxor eius: ⁷ Si de femine Iudæorum est Mardocheus ante quem cadere cœpisti, non ei poteris resistere: sed cades in conspectu eius. Adhuc illis loquentibus venerunt eunuchi regis, & cito eum ad conuiuium quod Regina parauerat, pergere compulerunt.

Accusatus Haman ab Esther apud Regem suspenditur in patibulo quod Mardocheo parauerat.

VII.

Ios. 6.

Ntrauit itaque Rex & Haman, vt biberent cum regina. Dixitque ei Rex, etiam secunda die, postquam vino incaluerat: Quæ est petitio tua Esther, ¹ vt detur tibi, & quid vis fieri? Etiam si dimidiam partem regni mei petieris, ² impetrabis.] Ad quem illa respondit: Si inueni gratiam in oculis tuis o Rex, & si tibi placet,] dona mihi ³ animam meam pro qua rogo, & populum meum pro quo obsecro. Traditi enim sumus ego & populus meus, vt conteramur, ⁴ iugulemur, & pereamus. ⁵ Atque vtinam in seruos & famulas venderemur, & esset tolerabile malum, &] gemens tacerem: ⁶ nunc autem hostis noster est, cuius crudelitas redundat in Regem.] Respondensque Rex Assuerus, ait: ⁷ Quis est iste, & cuius potentia, vt hæc audeat facere? Dixitque Esther: Hostis & inimicus noster pessimus, iste est Haman. ⁸ Quod ille audiens ilico obstupuit, vultum Regis & Regine ferre non sustinens.] Rex autem surrexit iratus, ⁹ & de loco conuiuij intrauit in hortum arboribus consitum: Haman quoque surrexit vt rogaret Esther Reginam pro anima sua: intellexit enim à Rege ¹⁰ paratum] sibi malum. Qui cum reuersus esset de horto ¹¹ nemoribus consito,] & intrasset conuiuij locum: ¹² reperit Haman super lectum corruisse, in quo iacebat Esther, & ait: Etiam Reginam vult opprimere me presente in domo mea. ¹³ Necdum verbum de ore Regis exierat, & statim operuerunt faciem ¹⁴ eius. Dixitque Harbona vnus de Eunuchis ¹⁵ qui stabant in ministerio Regis:] En lignum quod parauerat Mardocheo, qui locutus est ¹⁶ pro Rege,

[a. Deus autem irrisit Hamanis spem improbam, cui sciebat euenturū longe aliud. Nam ea ipsa nocte somnū regi ademit, qui nolens vigilare tempus perdere: sed nates in aliquid regni negotij id impedire, iussit ferri ham allatis conuentatis res tã & se quam à maioribus gestas legere Quo legere intellexit quendam ob rem egregie gestã donatū amplis possessionibus in regione cuius nomen erat ascri ptū: alij ob fidem munera accepisse precij maximū: idem ventum est ad illum locū, qui cœtebat Bagathoi, & Theodestis eunuchis conuentionē Mardochei detectã iudicio. Ios. lib. 11. cap. 6. Anti. Iud. 1.]

[b. Et inuenta est scriptura * Qui custodes erant vestibuli. a. Puri Regis qui ei ministrabant.]

[c. Loqueretur cū Rege de Mardocheo suspendendo in ligno. * Foris.]

[d. Et ait Hamã in corde suo: Cui cupit rex magis impendere honorem, quã mihi? Responditque Haman regi. Vir quem rex vult honorare, sic erit: afferent indumentum regium quod induit se rex, & equum quem equitat rex, & dabitur diadema regi in capite eius. Et detur indumentum & equus ad manum alicuius de primis principibus Regis, & induat virum quem rex vult honorari, & equitare faciat super equum in platea ciuitatis, & clamet ante eum.]

[e. Dominus non remunerat opera pro quibꝫ reddita est merces. Ideo hypocrita & prauis diuites nihil accipiunt in futuro, quia iam receperunt mercedem suam. Stephanus.]

[f. Fecit equitare eum in platea ciuitatis, & clamauit ante eum: Sic fiat viro cui Rex cupit impendere honorem suum.]

[g. Amari vato pro pudore donam se consulit, & cum floru vxori ac amicis qua contigerat narrauit. Responderunt illi ademptam ei iam omnem occasionem vindicandi in Mardocheo, quandoquidem illi manifeste deus sit propitijs. Ios. lib. 11. cap. 6.]

[h. Antiqui lib. 11. cap. 6. * Cum eo.]

[i. Secunda die inuitatus Hamã venit: sed vbi Esther petitionē suam aperuit dñatus ad penã fecerat. In euangelio enim præfidi & cona memorantur, prædium præfens tempus ecclesie designat cona autẽ æternum & vltimū conuiuium Haman nãque quia vestẽ dignam conuiuio non habuit, extra prouici meruit. Glosa. ordina.]

[k. Regina.]

[l. Fiet.]

[m. Videtur Regi bonum.]

[n. Hoc est, dona mihi vitã meã & populi mei, ne pereamus. Vtinam in seruos potius venundaremur, & gemens tacerem. Comestor.]

[o. Quoniam nec hostis satis fecit in damno Regis.]

[p. Ad Esther reginam.]

[q. Et territus est Haman à facie Regis & Regine.]

[r. A portione vini in horrum, qui erat iuxta palatium.]

[s. Definitum.]

[t. Palatij.]

[u. Itaque Haman honore quẽ à Rege perceperat, supra modum abusus, huiusmodi, cruci confixus est. Ios. lib. 11. cap. 6.]

[v. Haman.]

[w. Coram Rege.]

[x. Bonum.]

G

e. Dehinc quem secundum se, ac precipuum inter omnes haberet, cruci tradidit, quod dehonoreatum se eius fraudulentiis collis ahmaduerit. Ambr. Offic. lib. 3. cap. 25.

stat in domo Haman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit Rex: Appende eum in eo. Suspensus est itaque Haman in patibulo, quod parauerat Mardocho, & regis ira quieuit.

Esther Mardocheo exaltato veteres literas Haman irritans, nouis literis pristinam Iudeis impetrat securitatem. VIII.

1. Subit hic mihi admirari diuinam potentiam, iustitiamque ac sapientiam vel ex hoc facto colligere, qui non solum Amannem merito supplicio tradidit, verum etiam poenam in alteri excogitatum in capite insecutus illo iustis conuersit. Ioseph. li. 11. cap. 6. Antig. Iudae.

2. Haman. Adiciuntque Esther locuta est coram Rege. 1. Flens & obsecrans eum. [b. Ponitur humilis reginae petitio, in qua prociens ad pedes regis, fleuit, ac rationabilis orauit vt malitiam Haman Agagitate temperaret. Glor. ordin.] 3. Auferret. 4. Bonum videtur. 5. Placeat hoc verbum coram Rege, & placeam ego in oculis eius.

6. Ferre, & videre malum, quod inueniet populum. * Er quomodo potero videre & ferre perditionem propriae meae? 7. Scripturam enim quae nomine Regis scripta fuerit, & annulo Regis signata, nemo audeat reuocare. 8. in tempore illo, nempe mensis tertio, ipse est mensis Suan.

9. Sarrapas, praefectus, & principes praefecturam. 10. Vnicuique prouinciae secundum scripturam eius, & vnicuique populo secundum linguam eius, & Iudaeis secundum scripturam & linguam eorum.

11. Manum cursum in equis & concendentium veredarios & mulos natos ex equabus. Cessit autem Rex Iudaeis, qui erant in singulis ciuitatibus, vt congregarentur, &

12. Constituta vna dies, & eadem quae per sortem Haman ipsius erat deputata ad Iudaeorum interfecionem quae per diuinam prouidentiam ordinata est ad contrarium scilicet ad interfecionem suorum inimicorum. De Lyra.]

13. Hic est Februarius, vel salte pars eius cum parte Martij. 14. Prouincis, ac publicaretur omnibus populis.

15. Ex praedicta orta est Leticia magna, quia scribitur. Prouer. 29. In multiplicatione iustorum latabitur vulgus. Cum autem impij sumperint principatum generat populum. Et idea sicut exaltatio Haman impij fuit bonis causa tristitia, ita exaltatio Mardochei, per quam fuit multiplicatus in bonis temporalibus, & honore, fuit causa letitiae. De Lyra. ibid.]

16. Splendidus. 17. Ceciditque pauor eorum super eos.

Die illo dedit Rex Assuerus Esther Reginae domum Haman aduersarij Iudaeorum, & Mardocheus ingressus est ante faciem Regis. Confessa est enim ei Esther, quod esset patruus suus. Tulitque Rex annulum quem ab Haman recipi iusserat, & tradidit Mardocho. Esther autem constituit Mardocheum super domum suam. Nec his contenta] praececidit ad pedes Regis, fleuitque & locuta ad eum orauit, vt malitiam Haman Agagitate, & machinationes eius pessimas, quas excogitauerat contra Iudaeos, iuberet irritas fieri. At ille ex more scriptum aureum praetendit manu: quo signum clementiae monstrabatur. Illaque conuersus stetit ante eum, & ait: Si placet Regi, & si inueni gratiam in oculis eius, & deprecatio mea non ei videtur esse contraria, obsecro, vt nouis epistolis veteres Haman literae insidiatoris & hostis Iudaeorum, quibus eos in cunctis Regis prouinciis perire preceperat, corrigantur. Quomodo enim potero sustinere necem & interfecionem populi mei? Responditque Rex Assuerus Esther Reginae & Mardocho Iudaeo: Domum Haman concessi Esther, & ipsum iussi affigi cruci, quia ausus est manum mittere in Iudaeos. Scribite ergo Iudaeis, sicut vobis placet ex Regis nomine signantes literas annulo meo. Haec enim consuetudo erat, vt epistolis quae ex Regis nomine mittebantur, & illius annulo signatae erant, nemo auderet contradicere. Accitque scribis & librariis Regis: erat autem tempus tertij mensis, qui appellatur Siban: vicecima & tertia die illius scriptae sunt epistolae, vt Mardocheus voluerat, ad Iudaeos & ad Principes, procuratoresque, & iudices, qui centum vigintiseptem prouinciis ab India vsque Aethiopiis praesidebant, prouinciae atque prouinciae, populo & populo iuxta linguas & literas suas, & Iudaeis, prout legere poterant & audire. Ipsaeque epistolae quae ex Regis nomine mittebantur, annulo illius obsignatae sunt, & missae per veredarios, qui per omnes prouincias discurrentes, veteres literas nouis nuntiis praeuenirent. Quibus imperauit Rex, vt conuenirent Iudaeos per singulas ciuitates, & in vnum praecipere congregari: vt starent pro animabus suis: & omnes inimicos suos cum coniugibus ac liberis & vniuersis domibus interficerent atque dederent. Et constituta est per omnes prouincias vna vltionis dies, id est, tertiadecima die mensis duodecimi Adar. Summaque epistolarum fuit, vt in omnibus terris ac populis qui Regis Assueri subiacebant imperio, notum fieret paratos esse Iudaeos ad capiendam vindictam de hostibus suis. Egressique sunt veredarij celeres nuntia perferentes & edictum Regis pependit in Susis. Mardocheus autem de palatio & de conspectu Regis egrediens fulgebat vestibibus regiis, hyacinthinis videlicet & aërinis, coronam auream portans in capite, & amictus serico pallio atque purpureo. Omnisque ciuitas exultauit atque laetata est. Iudaeis autem noua lux oriri visa est, gaudium, honor, & tripudium. Apud omnes populos, vrbes, atque prouincias quocumque Regis praepcepta veniebant, mira exultatio, epulae atque conuiuia, & festus dies, in tantum vt plures alterius gentis & sectae, eorum religioni & caeremoniis iungerentur. Grandis enim cunctos Iudaici nominis terror inuaserat.]

Iudei passim hostes suos trucidant, filios Haman suspendunt, & plurimum diem solennem instituunt. IX.

1. Appropinquaret tempus, vt fieret verbum Regis & decretum eius, illa die qua sperabatur hostes Iudaeorum se dominum habituros in eos.

Hic dicitur duodecimi mensis, quem Adar vocari ante iam diximus, tertiadecima die, quando cunctis Iudaeis interfecio parabatur, & hostes eorum inhiabant sanguini, versa vice Iudaei superiores esse coeperunt, & se de aduersariis vindicare. Congregatiq; sunt per singulas ciuitates, & oppida & loca, vt

A 10f. 11. d. Sup. 3. e.

f Sup. j. d.

f Sup. 6a. Inf. 16. a.

* vt

*vt extenderent manum contra inimicos & persecutores suos. * Nullusque ausus est resistere: eò quòd omnes populos magnitudinis eorum formido penetraret. Nam & ²provinciarum iudices, duces & procuratores, omnisque dignitas quæ singulis locis & operibus præerat,] extollebant Iudæos timore Mardochei: quem principem esse palatii, & plurimum posse cognouerant. ^bFama quoque nominis eius crescebat quotidie, & per cunctorum ora volitabat. ^cItaque percusserunt Iudæi inimicos suos plaga magna, & occiderunt eos, reddentes eis quod sibi parauerant facere:] in tantum, vt etiam in Susis * quingentos viros interficerent: extra decem filios Haman Agagitæ hostis Iudæorum. Quorum ista sunt nomina: Pharandatham, & Delphon, & Esphata, & Phorata, & Adalia, & Aridatha, & Ephermestha, & Arisai, & Aridai, & Vaifatha. ^cQuos cum occidissent: ^dprædas de substantiis eorum agere noluerunt. Statimque numerus eorum qui occisi erant in Susis, ad Regem relatus est. Qui dixit Reginæ: In vrbe Susis interfecerunt Iudæi quingentos viros, & alios decem filios Haman. Quantâ putas eos exercere cædē in vniuersis provinciis? Quid vltra postulas: & quid vis vt fieri iubeam? Cui illa respõdit: ^eSi Regi placet,] detur potestas Iudæis, * vt sicut fecerunt hodie in Susis, sic & cras faciant:] & decem filij Haman in patibulis suspendantur. Præcepitque Rex vt ita fieret. Statimque in Susis pependit edictum, & decem filij Haman suspensi sunt. Congregatis Iudæis * quartadecima die mensis Adar, interfecti sunt in Susis trecenti viri: nec ^eeorum ab illis direpta substantia est,] sed & per omnes provincias quæ ditioni Regis subiacebant, pro animabus suis steterunt Iudæi, interfectis hostibus ac persecutoribus suis: in tantum vt septuagintaquinque milia occisorum implerentur,] & nullus de substantiis eorum quicquam contingeret. Dies autem tertiusdecimus mensis Adar vnus apud omnes interfectionis fuit, & quartadecima die cædere desierunt. ^e Quem constituerunt esse solennem, & vt in eo omni tempore deinceps vacarent epulis,] gaudio, atque conuiujs. At ij qui in vrbe Susis cædem exercuerant, tertio decimo & quarto decimo die eiusdem mensis in cæde versati sunt: decimo quinto autem die ^epercutere desierunt.] Et idcirco eundem diem constituerunt solennem, epularum atque lætitiæ. Hi verò Iudæi qui in oppidis non muratis, ac villis morabantur, quartumdecimum diem mensis Adar conuiuiorum & gaudij ^odecreuerunt: ita vt exultent in eo,] & mittant sibi mutuò partes epularum & ciborum. ^f Scripsit itaque Mardocheus omnia hæc: & literis comprehensa, misit ad Iudæos qui in omnibus Regis provinciis morabantur: tam in vicino positos, quam procul, vt quartamdecimam & quintamdecimam diem mensis Adar pro festis susciperent, & reuertente semper anno solenni honore celebrarent: quia in ipsis diebus ^ose vlti sunt Iudæi de inimicis suis, & luctus atque tristitia in hilaritatem gaudijque conuersi sunt: essentque dies isti epularum atque lætitiæ:] & mitterent sibi inuicè ciborum partes, & pauperibus munuscula largirentur. Susceperuntque Iudæi: in solennem ritum] cuncta quæ: eo tempore] facere cœperant: & quæ Mardocheus literis facienda mādauerat. ^g Haman enim filius Amadathi stirpis Agag, hostis & aduersarius Iudæorum, cogitauit contra eos malum, vt occideret illos, atque deleteret: ^h & misit Phur, quod nostra lingua vertitur in sortem: ^h Et postea ingressa est Esther ad regem, obsecrans vt conatus eius literis Regis irriti fierent: & malum quod contra Iudæos cogitauerat, reuertetur in caput eius. Denique & ipsum & filios eius affixerunt cruci, atque ex illo tempore dies isti appellati sunt Phurim, ^h id est, sortium: eò quòd Phur, id est, sortis in vnam missa fuerit. Et cuncta quæ gesta sunt, epistolæ, id est, libri huius volumine continentur, quæque sustinuerint: & quæ deinceps immutata sint,] susceperunt Iudæi super se & semen suum, & super cunctos qui religioni eorum voluerunt copulari, ^h vt nulli liceat duos hos dies absque solennitate transigere: quos scriptura testatur, & cætera expetunt tempora annis sibi iugiter succedentibus. Isti sunt ^odies quos nulla vnquam delebit obliuio: ^h & per singulas generationes cunctæ in toto orbe provincie celebrabunt: nec est vlla ciuitas, in qua dies Phurim, id est, sortium, non obseruentur à Iudæis, & ab eorum progenie, quæ his cæremoniis obligata est.

* Regis Affueri.

(a. Iudæi veris vice de aduersariis se egregie vindicauerunt: magnam in Persia eadem factes, etiam filios Haman suspenderunt. Malum consilium consultori pessimum Amici Haman dixerunt iube parari excessam trabem eam merito timebunt omnes. Lorychius ibid.

2. Cuncti principes provinciarum, satrapæ, & duces, & qui faciebant negotia Regis.

(b. Quia doctorum actio laudabilis, & potentia virtutum honoris & reuerentiæ tribuit multitudini fidelium. Vnde 2. acto.

Apost. habet prodigia & signa multa in plebe Glorordina.]

3. Perleues, & agens cum hostibus suis secundum voluntatem suam.

* Metropoli.

c. Ne dicentur moti cupiditate auaritiæ, sed zelo iustitiæ: & ne videretur regem offendere, cuius erant bona taliter occisorum. Lyræ.

(d. Ad ostendendum quod non erat moti cupiditate auaritiæ, sed zelo iustitiæ, & ne regem offenderent, quia bona talium sic ex dispositione regis interfectorum sicut regio applicari debebant. De Lyræ. ibid.]

4. Visetur bonum.

* Cuius qui sunt in Susis.

5. Faciant secundum ritum holeræ diei.

* Qui erant in Susis.

6. Mitterunt manus suas in prædam.

7. Et vt quietem haberent ab hostibus suis, interfecerunt ex hostibus suis septuaginta quinque milia.

e. Post sufficientem de inimicis

lumptam vindictam, redeunt ad gratiarum actionem perpetuam in le eandem tanquã festum celebrauerunt, & perpetuo celebrandum instituerunt. Ios.

11. 6. vt memoriam facti nulla deleter obliuio. Comest. ibid.

8. Congregati sunt.

9. Parauerunt sibi requiem.

ro. Celebrabant, festinũque

ducebant diem.

f. Vnde Iosachim filius Iesus Ioseph, summus p̄fex Iudæorũ, qui gesta Esther descripsit, memoriam Phurim instituit, hoc tantum illum per literas Mardocheo, Philo.

11. Iudæi sibi requiẽ parauerunt, & illum mensẽ, qui eis versus fuit à tristitia in lætitiã, & à luctu in diem festiuũ, facerentque in illis diebus conuiuia & gaudium.

12. Hic in breuibus ponitur sententia & processus totius huius libri, scilicet de ipsius Haman machinatione, & de eius frustratione per reginã Esther. A quo autem iste processus in breui sic hic ponitur: dicendum quod à Mardocheo, qui hunc librum scripsit, & per modũ cuiusdam recapitulationis prædicatori hic inseruit: vel ab Eldra qui hunc librum cum aliis reparauit. De Lyræ.]

* Vt illos extirparet & perle-

ret.

22. Propter nomen sortis, & propter omnes sermones huius epistolæ, & quicquid viderunt in hoc negotio & id quod peruenit ad eos, comprobauerunt, &

h. Ieiunium Esther celebrant Iudæi 13. die mensis Adar, qui nostro responderet Februarii: Die verò 14. & 15. celebrant memoriam Phurim hædenu in orbe terrarum, particulas de obliuio sibi inuicem mittentes. Ioseph. 11. 6.

f. Consequenter ponitur conclusio & confirmatio dictæ solennisationis, ad mandatum Esther & Mardochei simul. Sciendum tamen quod istud mandatum differt à primo, quia ve dicitur Hebraei, Esther & Mardocheus petierunt quod liber iste à sapientibus Iudæorum reciperetur in numero librorum sacrorum, præmiserunt tamen huic petitioni obseruationem dictæ solennisationis. De Lyra ibid.]
 13. Omni efficacia, vt roboraret hanc secundam epistolam Phurim.
 14. Obligauerunt animâ suam, & posteritatem suam ad ieiunia & clamores.

a. Et cuncta quæ gessit fortitudine & robore suo, segregatiōque magnificentie Mardochei, quæ Rex eum magnificauit, & hęc.
 1a. Scripta sunt diligentius acta Assueri in libris Medorum, quam in hoc libro. De Lyra. ibid.
 b. Multitudini.
 2. Hoc in vi verborū dicit Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te, vt feliciter & ipsi ad consummationem huius ædificij se perfectos exhibeant. Hiero. P sal. 122.
 3. Pro omni semine suo.

4. De verbis his. Neque enim præteritū ab eis verbum.
 5. Factus est fluuius, & erat lux & sol & aqua multa.
 *Fluuius.

*Et saluati sunt.

6. Saluauit.

*Quæ facta non fuerant.
 7. In horam & tempus, & diem iudicij.

8. Iustificauit hæreditatem suâ.

9. Cœtu & gaudio & lætitia in conspectu dei secundum generationem in æternum in populo suo.

scripseruntque Esther Regina filia Abiâhil, & Mardocheus Iudæus¹³ etiam secundam epistolam: vt omni studio dies ista solennis sanciretur in posterum. Et miserunt ad omnes Iudæos, qui in centum vigintiseptem prouincijs Regis Assueri versabatur, vt haberent pacem, & susciperent veritatem, obseruantes dies fortium, & suo tempore cum gaudio celebrarent, sicut constituerat Mardocheus & Esther. Et illi¹⁴ obseruanda susceperunt à semine suo ieiunia, atque clamores & fortium dies, & omnia quæ libri huius, qui vocatur Esther, historia continentur.

Somniorum Mardochei descriptio, redacto populo suo in libertatem. X.

REx verò Assuerus omnem terram, & cunctas maris insulas fecit tributarias: cuius fortitudo, imperiū, & dignitas, atque sublimitas qua exaltauit Mardocheum.] scripta sunt in libris Medorum, atque Persarum, & quomodo Mardocheus Iudaici generis,] secundus à rege Assuero fuerit, & magnus apud Iudæos, & acceptabilis plebi] fratrum suorum: quærens bona populo suo, & loquens ea quæ ad pacem seminis sui pertinerent.

(Quæ habentur in Hebræo plena fide expressi. Hęc autem quæ sequuntur, scripta reperiuntur in editione vulgata, quæ Græcorum lingua, & literis continentur: & interim post finem libri, hoc capitulum ferebatur, quod iuxta consuetudinem nostram obelo, id est, veru prænotauimus.)

Dixitque Mardocheus:] A deo facta sunt ista. Recordatus sum somnij, quod videram, & hęc eadem significantis, nec eorum quicquam irritum fuit.] Paruus fons qui creuit in fluuium, & in lucem, solémque conuersus est, & in aquas plurimas redundauit,] Esther est, * quam Rex accepit vxorem & voluit esse Reginam. Duo autem dracones: ego sum, & Haman, & Gentes quæ conuenerant, ij sunt qui conati sunt delere nomen Iudæorum. Gens autem mea, Israel est, quæ clamauit ad dominum, * & saluum fecit] dominus populum suum, liberauitque nos ab omnibus malis, & fecit signa magna atque portenta * inter gentes: & duas sortes esse præcepit, vnam populi dei, & alteram cunctarum gentium. * Venitque vtraque fors in statutum ex illo iam tempore] coram deo vniuersis gentibus: & recordatus est dominus populi sui ac * miserus est hæreditatis suæ.] Et obseruabuntur dies isti in mense Adar quartadecima, & quintadecima die eiusdem mensis, cum omni studio, & gaudio in vnum cœtum populi congregati in cunctas deinceps generationes populi Israel.]

Somnium Mardochei.

XI.

Nno quarto regnantibus Ptolemæo, & Cleopatra, attulerunt Dositheus, qui se sacerdotem, & Leuitici generis ferebat, & Ptolemæus filius eius, hanc epistolam Phurim, quàm dixerunt interpretatū esse Lysimachum Ptolemæi filium in Ierusalem.

(Hoc quoque principium erat in editione vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud vllū fertur interpretū.)

Anno secundo regnante Artaxerxe maximo, prima die mensis Nisan, vidit somnium Mardocheus filius Iaheri, filij Semei, filij Cis] de tribu Benjamin: homo Iudæus, qui habitabat in vrbe Susis, vir magnus, & inter primos aulae regiae.] Erat autem de eo numero captiuorum, quos transfulerat Nabuchodonosor Rex Babylonis de Ierusalem cum Iechonia Rege Iudæ, & hoc eius somnium fuit: Apparuerunt voces & tumultus, tonitrua & terræ motus, & conturbatio super terrâ: & ecce duo dracones magni, parati que contra se in prælium: ad quorum clamorem cunctæ concitatae sunt nationes,] vt pugnarent contra gentem iustorum. Fuitque dies illa tenebrarum & discriminis, tribulationis & angustiae, & ingens formido] super terram. Conturbataque est gens iustorum timentium mala sua, & præparata ad mortem. * Clamaueruntque ad deum: & illis vociferantibus, fons partius creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit.] Lux & sol ortus est, & humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos. * Quod cum vidisset Mardocheus, & surrexisset de stratu, cogitabat quid deus facere vellet: & fixum habebat in animo, scire cupiens quid significaret somnium.

Manife-

1. Cisei.

2. Hunc dicit Iosephus primo habitasse Babylonem: sed post edictum Assueri de colligendis pulcherrimis virginibus adduxerat Esther Susam, & runc deinceps illis permisit. Hęc ille.
 2. Minister in aula regis.
 3. Procefferunt vtrique præliari: & facta est vox eorum magna, & voce eorum parata est omnis gens ad prælium.

4. Afflicto & turbatio magna.

5. Ab eorum clamore factū est sicut à paruo fonte fluuius magnus aqua multa.

6. Et cum surrexisset Mardocheus qui vidit somnium hoc, & quid deus dislitterat facere hoc somnium habuit in corde, & in omni verbo voluit hoc cognoscere vique ad noctem.

Inf. II. d

c

d

B

Sup. 10. 6

c

d

Manifestatio insidiarum in Regem à Mardocheo ex secundo capite repetita. XII.

Sup. 2. d. & A
6.2.



† Orabatur autem eo tempore in aula regis, cum Bagatha, & Thara eunuchis Regis, qui ianitores erant palatij. Cumque intellexisset cogitationes eorum, & curas diligentius peruidisset, didicit quòd conarentur in regem Artaxerxem manus mittere: & nuntiauit super eo regi. Qui de utroque

habita quaestione, confessos iussit duci ad mortem. Rex autem quod gestum erat, scripsit in commèteriis. Sed & Mardocheus rei memoriam literis tradidit. Præcepitque ei rex, ut in aula palatij moraretur, datis ei pro delatione muneribus. Haman vero filius Amadathi Bugæus erat gloriosissimus coram rege, & voluit nocere Mardocheo, & populo eius, pro duobus eunuchis regis qui fuerant interfecti.

(Hucusque proœmium. Quæ sequuntur in eo loco posita erant: ubi scriptum est in volumine: Et diripuerunt bona vel substantias eorum. Quæ in sola vulgata editione reperimus. Epistola autem hoc exemplar fuit.

Exemplar epistolæ quam misit Haman ad principes prouinciarum super cæde Iudeorum cum Mardochei oratione. XIII.

a. Non qui primam seruarene ianuâ, quia non illis facie fuisse intrare aulam regiam, ut eâ intoxicarent, sed qui aulam eâ vellent intrarent.
b. Rabi Salo. dicit quod Mardocheus hoc didicit, quia coram eo in idiomate Tharsensî loquebantur de regis intoxicatione, credentes Mardocheum illud idioma penitus ignorare, hæc ille.
1. Et quaesivit Rex duos eunuchos suos, & conficientes appensit.
2. Deferuere.

Sup. 1. a.
Iur. 16. a.



† Ex maximus Artaxerxes ab India vsque Æthiopiam centumuigintis septem prouinciarum principibus, & ducibus, qui eius imperio subiecti sunt, salutem. Cum plurimis gentibus imperarem, & vniuersum orbem meæ ditioni subiugassem: volui nequaquam abuti potentia magnitudine, sed clementia & lenitate gubernare subiectos: ut absque vlllo terrore vitam silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur. Quærente autem me à consiliariis meis, quomodo posset hoc impleri, vnus qui sapientia, & fide cæteros præcellerat, & erat post regem secundus Haman nomine, indicauit mihi in toto orbe terrarum populum esse dispersum, qui nouis vteretur legibus, & contra omnium gentium consuetudinem faciens, Regum iussa contemneret, & vniuersarum concordiam nationum sua diffentione violaret. Quod cum didicissemus, videntes vnã gentem rebellem aduersus omne hominum genus peruersis vti legibus, nostrisque iussionibus contraire, & turbare subiectarum nobis prouinciarum pacem, atque concordiam: iussimus ut quoscunque Haman, qui omnibus prouinciis præpositus est, & secundus à rege, & quem patris loco colimus, monstauerit, cum coniugibus ac liberis deleantur ab inimicis suis, nullusque eorum misereatur, quartadecima die duodecimi mensis Adar, anni præsentis: ut nepharij homines vno die ad inferos descendentes, reddant imperio nostro pacem quam turbauerant.

(Hucusque exemplar epistolæ. Quæ sequuntur post eum locum scripta reperi, ubi legitur: Pergensque Mardocheus fecit omnia, quæ ei mandauerat Esther. Nec tamen habentur in Hebræico, & apud nullum penitus feruntur interpretum.

Mardocheus autem deprecatus est dominum, memor omnium operum eius, & dixit: Domine, domine Rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta sunt posita, & non est qui possit tuæ resistere voluntati, si decreueris saluare Israel. Tu fecisti cœlum & terram, & quicquid cœli ambitu continetur: dominus omnium es, nec est qui resistat maiestati tuæ. Cuncta nosti, & scis quia non pro superbia & contumelia, & aliqua gloria cupiditate fecerim hoc, ut non adorarem Haman superbissimum, libeter enim pro salute Israel etiam vestigia pedum eius deosculari paratus essem: sed timui ne honorem dei mei transferrem ad hominem, & ne quenquam adorarem excepto deo meo. Et nunc domine Rex deus Abraham, miserere populi tui, quia volunt nos inimici nostri perdere, & hæreditatem tuam delere. Ne despicias partem tuam, quam redemisti de Ægypto. Exaudi deprecationem meam, & propitius esto sorti & funiculo tuo, & conuerte luctum nostrum in gaudium, ut viuètes laudemus nomen tuum domine, & ne claudas ora canentium te. Omnis quoque Israel parimente & obsecratione clamauit ad dominum, eò quòd eis certa mors impendèret.

*His qui.

1. Hæc scribit.

2. Non temeritate potentia eleuatus, mitius autem, & cum quiete semper gubernans, subiectos tranquillos semper statuere vita, & regnum quietum & peruium vsque ad fines præbens, reuocareque desideratam cunctis hominibus pacem.

3. Secundo Regis dono præcedebat Haman.

4. Alsi due prætermittens.

5. Vitam legum peregrinam permutantem.

a. Hoc est, paret cæteras nationes vni deum colere, & deorum pluralitatem abhorere.

b. Tullius rex anulum quo utebatur, sicut & nunc passim Reges: & tradidit Haman, ut scriberet literas, & eas annulo signaret, prout sibi videtur ex pedibus Lyranus ibid.

6. Radicitus inimicorum gladiis, sine omni misericordia & parcitate.

c. At Mardocheus te cognita, scilicet vestibus, operis sacco, & spatio cinere ferebatur per urbem, iniqui facinus clamitans maximam gentem internecioni esse addictam: & vociferando ralla vsque regium palatii delatus, ibi demum constitit: non enim fas erat illum tali habitu regiam ingredi. Ioseph. li. 11 cap. 6. Antiq. Iudæe.

7. Omne mirabile sub celo.

8. Hoc feci.

*Et non faciam hoc in superbia.

9. Quia respiciunt nos in perditione, & desiderauerunt perdere eam quæ à principio fuit, hæreditatem.

*Tibi.

*Tuæ.

10. Perdas os laudantium te domine.

11. Quia mors eorum in oculis eorum.

Sup. 3. b

Plangit Esther deum, in spiritu humilitatis obsecrans.

XIIII.

a. Esther totum Iudeorum populum vniuersali excidio tradendum, sic cepit, orans: Grata domine fac verba mea, & da sermonem oratum in os meum. Chryso. ad populum Antiochie. homil. 3.
1. Superbis.
2. Valde.

3. A maiestate mea, in tribu familia mea.

b. Esther deum timens, deum colens, deo subdita, marito Regi alienigenæ, non eundem se cum colenti deum, tamen subiecta seruebat, quæ cum extremo periculo, non suo tantum, sed etiam gentis sue, qui tunc erat populus dei, domino prosterneretur orando, in ipsa oratione sua dixit, ita sibi esse oratum regium, sicut pannum menstrualem: ita orantem statim exaudiuit, qui cordis inspector est, eam verum dicere sciauit. August. Epist. 199.

4. Poluisti manus eorum super manus idolorum suorum, ut extollerent ois tui determinationem.

5. Ad virtutes stultorum.

6. Gentium.

* Dominatorum.

c. Regina quoque supplicabat more patrio humi in faciem prostrata, & amicta vestitu lugubri, per triduum abdicato cibo & potu, & omnibus deliciis rogabatque, ut miseratus daret ei apud regem quasi maximo opus esset salutem: & motum, quam vniuersam antea, formæ gratiam, ut modo vtroque permotus rex ad clementiam, & in ipsam fieret indulgentior & popularibus suis in extremo periculo constitutis patrocinata æquis oculis aspiciat. Ioseph. lib. II. c. 6. Antiq. Judaicæ.

7. A die translationis meæ usque nunc.

Esther^a quoque Regina confugit ad dominum, pauens periculum quod imminebat. Cùmque deposuisset vestes regias, fetibus & luctui apta indumenta suscepit, & pro vnguentis¹ variis, cinere & stercore impleuit caput, & corpus suum humiliavit² ieiuniis.] omniâque loca in quibus ante lætari³ consueuerat, crinium laceratione compleuit. Et deprecabatur dominum deum Israel, dicens, Domine mi, qui Rex noster es solus, adiuua me solitariam, & cuius præter te nullus est auxiliator alius. Periculum meum in manibus meis est. Audiui³ a patre meo,] quòd tu domine tulisses Israel de cunctis gentibus, & patres nostros ex omnibus retro maioribus suis, ut possideres hæreditatem sempiternam: fecisti que eis sicut locutus es. ⁴ Peccauimus in conspectu tuo, & idcirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum. Coluimus enim deos eorum. Iustus es domine. Et nunc non eis sufficit, quòd durissima nos opprimunt seruitute, sed⁴ robur manuum suarum, idolorum potentia deputantes, volunt tua mutare promissa,] & delere hæreditatem tuam, & claudere ora laudantium te, atque extinguere gloriam templi & altaris tui, ut aperiant ora gentium, ⁵ & laudent idolorum fortitudinem,] & prædicent carnalem regem in sempiternum. Ne tradas domine sceptrum tuum iis qui non sunt, ne rideant ad ruinam nostram: ⁶ sed conuerte consilium eorum super eos, & eum qui in nos cœpit seruire, disperde. Memento domine, & ostende te nobis in tempore tribulationis nostræ, & da mihi fiduciam domine Rex⁶ deorum,] & vniuersa potestatis, ⁷ tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis: & transfer cor illius in odium hostis nostri, ut & ipse pereat, & cæteri qui ei consentiunt. ⁸ Nos autem libera in manu tua, & adiuua me ancillam tuam, nullum aliud auxilium habentem, nisi te domine, qui habes omnium scientiam, & nosti quia oderim gloriam iniquorum, & detester cubile incircuncisorum, & omnis alienigenæ. ⁹ Tu scis necessitatem meam, quòd abominer signum superbiæ, & gloriæ] meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, & non portem in diebus silentij mei, & quòd non comederim in mensa Haman, nec mihi placuerit conuiuium regis, & non biberim vinum libaminum: & nunquam lætata sit ancilla tua, ⁷ ex quo huc translata sum vsque in præsentem diem,] nisi in te domine deus Abraham. Deus fortis, super omnes exaudi vocem eorum, qui nullam aliam spem habent, & libera nos de manu iniquorum, & erue me à timore meo.

(Hæc quoque addita reperi in editione vulgata.)

Mandante Mardocheo intrat Esther ad Regem vultu eius perterrita.

XV.

a. Interrogatus Mardocheus ab Esther per nuntium, indicauit causam, & literas cetera Iudeos per omnes prouincias sub rege constitutas, transmissas, & promissione pecuniarum, per quâ a Rege perditionem gentis cooperauerat Haman. Ioseph. ubi pridem.

1. Cessante orans, deposuit vestimenta luctus, & indura.
2. Spectatorem.
3. Delicata.

4. Leuans indumentum eius.

5. Vigore pulchritudinis sue, & vultus eius hilaris quasi amabilis, & cor eius arctatum præ timore.

6. Cotam regem.

7. Incensam gloria, in acie furoris conspexit.

Et mandauit ei (haud dubium, quin Esther Mardocheus) ut ingrederetur ad regem, ut rogaret pro populo suo, & pro patria sua: Memorare, inquit, dierum humilitatis tuæ, quomodo nutrita sis in manu mea, quia Haman secundus à rege locutus est contra nos in mortem, & tu inuoca dominum, & loquere Regi pro nobis, & libera nos de morte.

(Necnon & ista quæ subdita sunt.)

Die autem tertio¹ deposuit vestimenta ornatus sui: & circumdata est gloria sua. Cùmque regio fulgeret habitu & inuocasset omnium² rectorem] & saluatorem deum: assumpsit duas famulas, & super vnâ quidem innitebatur, quasi³ præ delictis] & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens:] altera autem famularum sequebatur⁴ dominam, defluentia in humum indumenta sustentans.] Ipsa autem roseo colore vultum perfusa, ⁵ & gratis ac nitentibus oculis tristem calabat animum, & nimio timore contractum.] ⁶ Ingressa igitur cuncta per ordinem ostia, stetit⁶ contra Regem,] ubi illeresi⁷ debat super solium regni sui, indutus vestibibus regiis, aurorque fulgens & pretiosis lapidibus, eratque terribilis aspectu. Cùmque eleuasset faciē, ⁷ & ardentibus oculis furorem pectoris indicasset,] Regina corruit, & in pallorē colore mutato,

tato, lassum super ancillulam reclinavit caput.] Conuertitque deus spiritum regis in mansuetudinem, & festinus ac metuens] exiliuit de solio, & sustentans eam vlnis suis, donec rediret ad se, his verbis blandiebatur: ⁸ Quid habes Esther? Ego sum frater tuus, noli metuere. Non morieris: ⁹ Non enim pro te, sed pro omnibus hac lex constituta est. Accede igitur, & tange sceptrum. Cumque illa reticeret, tulit auream virgam, & posuit] super collum eius, & osculatus est eam, & ait: Cur mihi non loqueris? Quæ respondit: ¹ Vidi te domine quasi angelum dei, & conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ. Valde enim mirabilis es domine, & facies tua plena est gratiarum. Cumque loqueretur rursus corruit, ¹⁰ & penè exanimata est.] Rex autem turbatur, & omnes ministri eius consolabantur ¹¹ eum.]

(Exemplar epistole Regis Artaxerxis quam pro Iudeis ad totas regni sui prouincias misit: quod & ipsum in Hebraico volumine non habetur.)

8. Reclinavit se super eaput ancille precedentis.

9. Quoniam commune præceptum nostrum est, accede: Et tollens auream virgam imposuit.

10. Pro dissolutione sua.

11. Eam.

1 Gene. 33. b
2. Reg. 19. c

Affueri epistola pro Iudeorum salute ad singulas regni prouincias, epistola Haman irritatoria.

XVI.

Rex autem pollicitus est nisi ipsa inuita se mandaturum, neque voluntati eius vlla in re contrarium. Permissit etiam ut ipsius nomine quisquid vellet de Iudeis scriberet, & regio sigillo obfirmata litteris per omnes prouincias dimitteret. Ioseph. lib. 11. cap. 6. Antiq. Iudæica.

¹ Hi qui.

² Nostra sapiunt, valere.

³ Veritatem ferre non valentes, in suos benefactores conantur machinari.

⁴ Eius qui omnia cernit semper dei odiosam.

⁵ Macedo veritatis assensus à Persarum sanguine, & multum distans à nostra benignitate.

⁶ Secundam regij throni personam gerens.

⁷ Et nostrum saluatorem & in omnibus benefactorem Marдохæum & irreprochabilem.

⁸ Multiplicibus viarum occisionibus, experiens in perditionem Per istos enim modos existimauit accipies nos desertos.

⁹ Bene ergo facite non vtentes his quæ ab Haman Amadathi missæ sunt litteris.

¹⁰ Dignus eo qui omnium est dominator, deo velociter reddente ei iudicium.

¹¹ Pro perditione generis electi fecit esse illis gaudium.

¹² Insignem diem cum omni læticia ducite.

* Nunc &.

¹³ Salus nobis & beneuolus Persis, his vero qui nobis insidiantur, memoriale perditionis.

¹⁴ Quæ iuxta hæc non fecerit, læticia & igni consumatur cum ira: & non solum hominibus iniua, sed & bestis & volatilibus in omne tempus inimicis, quæque constituetur.

¹ Ex magnus Artaxerxes ab India vsque Æthiopiam centum vigintiseptem prouinciarum ducibus ac principibus, qui ² nostræ iussioni obediunt, salutem dicit.] Multi bonitate principum & honore qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiam, & non solum subiectos Regibus nituntur opprimere, sed ³ datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos qui dederunt, moliantur insidias.] Nec contenti sunt gratias non agere beneficiis, & humanitatis in se iura violare, ⁴ sed dei quoque cuncta cernentis] arbitrantur se posse fugere sententiam. Et in tantum vesaniæ proruperunt, vt eos qui credita sibi officia diligenter obseruant, & ita cuncta agunt, vt omnium laude digni sint, mendaciorum cuniculis conentur subuertere, dum aures principum simplices, ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt. ⁵

⁶ Quæ res & ex veteribus probatur historiis, & ex iis quæ geruntur quotidie, quomodo malis quorundam suggestionibus regum studia deprauentur. Vnde prouidendum est paci omnium prouinciarum. Nec putare debetis, si diuersa iubeamus, ex animi nostri venire leuitate: sed pro qualitate & necessitate temporum, vt reipublicæ poscit vtilitas, ferre sententiam. Et vt manifestius quod dicimus, intelligatis, Haman filius Amadathi ⁷ & animo & gente Macedo, alienusque à Persarum sanguine, & pietatem nostram sua crudelitate commaculans,] peregrinus à nobis susceptus est: & tãtam in se expertus humanitatem, vt pater noster vocaretur, & adoraretur ab omnibus, ⁸ post Regem secundus:] qui in tantum arrogantia tumorem sublatu est, vt regno priuaretur nos niteretur & spiritu. ⁹ Nam Mardochæum, cuius fide & beneficiis viuimus, &] consortè regni nostri Esther, cum omni gente sua, ¹⁰ nouis quibusdam atque inauditis machinis expetiuit in mortem, hoc cogitans, vt illis interfectis insidiaretur nostræ solitudini, &] regnum Persarum transferret in Macedonas. Nos autem à pessimo mortaliu Iudeos neci destinatos, in nulla penitus culpa reperimus, sed e contrario iustis vtetes legibus, & filios altissimi & maximi, semperque uiuentis dei, cuius beneficio & patribus nostris & nobis regnum est traditum, & vsque hodie custoditur. ¹¹ Vnde eas litteras quas sub nomine nostro ille direxerat, sciatis esse irritas.] Pro quo scelere ante portas huius vrbs, id est, Susis, & ipse qui machinatus est, & omnis cognatio eius pendet in patibulis: ¹² non nobis sed deo reddente ei, quod meruit.] ¹³ Hoc autem edictum quod nunc mittimus, in cunctis vrbsibus proponatur, vt liceat Iudeis vti legibus suis: quibus debetis esse aduinculo, vt eos qui se ad necem eorum parauerant, possint interficere tertiadecima die mensis duodecimi, qui vocatur Adar: Hæc enim diè, deus omnipotens ¹⁴ mœroris & lætus eis vertit in gaudiu.] Vnde & vos inter ceteros festos dies, ¹⁵ hanc habetote diè, & celebrate eam cum omni lætitia,] vt & ¹⁶ in posterum ¹⁷ cognoscantur omnes qui fideliter Persis obediunt dignam pro fide recipere mercedem: qui autem insidiantur regno eorum, perire pro scelere.] Omnis autem prouincia & ciuitas quæ ¹⁸ noluerit solennitatis huius esse particeps,

G iiii

Sup. 3. a

Sup. 2. d

Sup. 3. d
Sup. 7. d

gladio & igne pereat, & sic deleatur, vt non solum hominibus, sed etiam inuia bestiis sit in sempiternum, pro exemplo contemptus & inobedienciæ.

INCIPIT PROLOGVS IN IOB SECVNDVM
translationem Septuaginta.



Sgor per singulos scripturæ diuinæ libros aduersariorum respondere maledictis: qui interpretationem meam, reprehensionem Septuaginta interpretum criminantur, quasi non & apud Græcos, Aquila, Symmachus, & Theodotio, vel verbum è verbo, vel sensum è sensu, vel ex vtroque commixtum, & mediæ temperatum genus translationis expresserint, & omnia veteris instrumenti volumina Origenes obelis, asteriscisque distinxerit: quos vel additos, vel de Theodotione sumptos translationi antiquæ inseruit: probans defuisse quod additum est. Discant igitur obtrectatores mei recipere in toto, quod in partibus susceperunt, aut interpretationem meam cum asteriscis suis radere. Neque enim fieri potest, vt quos plura intermisisse susceperint, non eosdem etiam in quibusdam errasse fateatur: præcipue in Iob, cui si ea quæ sub asteriscis addita sunt, subtraxeris, pars maxima detruncabitur: & hoc duntaxat apud Græcos. Cæterum apud Latinos, ante eam translationem quam sub asteriscis & obelis nuper edidimus, septingenti ferme, aut octingenti versus desunt: vt decurtatus, & laceratus, corrosusque liber fœditatem sui publicè legentibus præbeat. Hæc autem translatio nullum de veteribus sequitur interpretem: sed ex ipso Hebræico Arabicoque sermone, & interdum Syro, nunc verba, nunc sensus, nunc simul vtrunque resonabit. Obliquus enim etiã apud Hebræos totus liber fertur & lubricus, & quod Græci rhetores vocant, eschematismenos, dum qui aliud loquitur, aliud agit. Vt si velis anguillã vel murrenulam strictis tenere manibus, quanto fortius presseris, tanto citius elabatur. Memini me ob intelligentiam huius voluminis, Liddæum quendam præceptorem, qui apud Hebræos primus haberi putabatur, non paruis redemisse nummis: cuius doctrina an aliquid profecerim, nescio. Hoc vnum scio, non potuisse me interpretari, nisi quod antè intellexeram. A principio itaque voluminis, vsque ad verba Iob, apud Hebræos prosa oratio est. Porro à verbis Iob, in quibus ait, Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, cõceptus est homo, vsque ad eum locum, vbi ante finem voluminis scriptũ est: Idcirco ipse me reprehendo, & ago penitentiam in fauilla & cinere: hexametri versus sunt, dàctylo spondeoque currentes, & propter linguæ idioma crebro recipientes & alios pedes: non earundem syllabarum, sed eorũdem temporum. Interdũ quoque rhythmus ipse dulcis & tynnulus fertur numeris pedum lege solutus: quod metrici magis quàm simplex lector intelligunt. A supradicto autè versu vsque ad finem libri, paruim coma, quod remanet, prosa oratione contextitur. Quod si cui videtur incredulum, metra scilicet esse apud Hebræos: & in morem nostri Flacci, Græcique Pindari, & Alcæi, & Sapphus, vel Psalterium, vel Lamentationes Ieremiæ, vel omnia ferme scripturarum cantica comprehendit: legat Philonem, Iosephum, Origenem, Cesariensem Eusebium: & eorum testimonio me verum dicere comprobabit. Audiant quapropter canes mei, idcirco me in hoc volumine laborasse, non vt interpretationem antiquam reprehenderem, sed vt ea quæ in illa aut obscura sunt, aut omissa, aut certè scriptorum vitio deprauata, manifestiora nostra interpretatione fierent: qui & Hebræum sermonem ex parte didicimus: & in Latino penè ab ipsis cunabulis inter grammaticos & rhetores & philosophos deuiti sumus. Quod si apud Græcos post Septuaginta editionem, iam Christi euangelio coruscante, Iudæus Aquila, & Symmachus, ac Theodotio Iudaizantes heretici sunt recepti, qui multa mysteria Saluatoris subdola interpretatione cælarunt: & tamen in Hexaplis habentur apud Ecclesias, & explanantur ab ecclesiasticis viris: quanto magis ego Christianus, & de parentibus Christianis natus, & vexillum crucis in mea fronte portans, (cuius studium fuit omnia repetere, deprauata corrigere, & sacramenta Ecclesiæ puro & fideli aperire sermone) vel à fastidiosis, vel à malignis lectoribus non debeo reprobari? Habeant qui volunt, veteres libros vel in membranis purpureis, auro argentoque descriptos, vel vncialibus (vt vulgo aiunt) literis onera magis exarata, quàm codices, dum modo mihi meisque permittant pauperes habere schedulas: & non tam pulchros codices, quàm emendatos. Vtraque autem editio & septuaginta iuxta Græcos, & mea iuxta Hebræos, in Latinum meo labore translata est. Eligat vnusquisque quod vult: & studiosum me magis quàm maleuolum probet.

Iob 3. a

Iob vi. a

Alter

ALTER PROLOGVS IN IOB SECVN-
dum Hebraicum.

SI aut fiscellam iunco texerem, aut palmam folia complicarem, ut in sudore vultus mei comederem panem, & ventris opus sollicita mente pertractarem, nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autem quia iuxta sententiam Saluatoris, volo operari cibum qui non perit, & antiquam diuinorum voluminum viam sentibus virgulisque purgare: error mihi geminus infigitur: corrector vitiorum, falsarius vocor: & errores non auferre, sed serere. Tanta est enim vetustatis consuetudo, ut etiam confessa plerisque vitia placeant: dum magis pulchros volunt habere codices quam emendatos. Quapropter o fratres dilectissimi, vnicum nobilitatis & humilitatis exemplar, pro stabello, calathis, sportellisque munusculis monachorum, spiritalia haec & mansara dona suscipite, ac beatum Iob qui adhuc apud Latinos iacebat in stercore, & vermibus scaebat errorum, integrum immaculatūque gaudete. Quomodo enim post probationem atque victoriam, duplicia sunt ei vniuersa reddita: ita ego in lingua nostra, ut audacter loquar, feci eum habere quae amiserat. Igitur & vos & vnumquemque lectorem solita praefatione commoneo, & in principis librorum eadem semper annectens, rogo: ut ubicunque semper praecedentes virgulas videritis, sciatis ea quae subiecta sunt, in Hebraicis voluminibus non haberi. Porro ubi stellae imago praefulerit, ex Hebraeo in sermone nostro addita sunt. Necnon & illa quae haberi videbantur: & ita corrupta erant, ut sensum legentibus tollerent, orantibus vobis magno labore correxi: magis vtile quid ex otio meo Ecclesiae Christi venturum ratus, quam ex aliorum negotio.

Incipit Liber Iob.

Iob sanctitas pro conuiuantiis filiis quotidie domino sacrificat: & sua felicitate in summam versa miseriam in laudes dei patienter prorumpit. Cap. 1.



Ir¹ erat] in terra Hus, nomine^a Iob:† & erat vir ille simplex & rectus, ac timens deū, & recedens à malo. † Natique sunt ei septem filij, & tres filiae. Et fuit possessio eius, septem milia ouium, & tria milia camelorum, quingenta quoque iugabouum, & quingentae asinae, ac familia multa nimis. Eratque vir ille² magnus inter omnes orientales.] Et ibant filij eius & faciebant conuiuium per domos, vnusquisque in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas, ut comederent & biberent cum eis. Cūque in orbem transissent dies conuiuij, † mittebat ad eos Iob, & b³ sanctificabat illos, consergensque diluculo offerebat holocausta³ per singulos.] Dicebat enim: Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint deo in cordibus suis. Sic faciebat Iob cunctis diebus. † Quadam autem die, cum venissent^c filij dei ut assisterent coram domino, d⁴ affuit inter eos etiam Sathan. Cui dixit dominus: Vnde venis? Qui respondens, ait: † Circuuii terram, & perambulauī eam.] Dixitque dominus ad eum: Nunquid⁵ considerasti] seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus, & timens deum, ac recedens à malo? Cui respondens Sathan, ait: Nunquid frustra timet Iob deum? Nonne tu valasti eum, ac domum eius, vniuersamque substantiam per circuitum? Operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra. Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quae possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. † Dixit ergo dominus ad Sathan: † Ecce vniuersa quae habet, in manu tua sunt, tātum in eum ne extendas manum tuam. Egressusque est Sathan à facie domini. Cum autem quadam die filij & filiae eius comederent, & biberent vinum in domo fratris sui primogeniti, nuntius venit ad Iob, qui diceret: Boues arabant, & as-

1. Fuit.
2. Genealogie Iob varia sunt opiniones, vt notatum est Gene. 22. d. & 36. c. Hic dicit Philo accepisse in vxorem Dinam filiam Iacob, & ex ea genuisse 14. filios, & 6. filias, scilicet 7. filios & 3. filias antequam periret, & rotidem post. haec ille. Et quia primogenitus Nachor ex Melcha dicebatur Hus, à quo haec terra dicta est, ideo dicunt Hebraei Iob esse de genere eius. Hierony.
3. Maior omnibus filiis orientis. [b. Sanctissimus ille vit filios & filias bene educatos, sine sacramēto religionis non conuocauit timens blasphemiam aliquā nasciturā. Loricus, ibid.] Monebat eos ne quid indignum in oculis suis agerent, sed ad dei cultum se preparēt.
4. Iuxta numerum omnium ipsorum.
5. Angeli sancti.
6. Quod si etiam inter angelos sanctos, se satanas audet miscere, quid fiet de salacium hominum impuro conuentu? Non habet Sathan potestatem tangendi nos, nisi in quantum hoc illi ad nostri probationem, & ad fidei orthodoxae approbationem desuper fuerat permittum. Loricus.
7. A circuando terram, & perambulando eam.
8. Possidisti eorum sperem.
9. Perfidus apostaticusque angelus fidelē dei famulum infestat, atque vt illi est plena à seipso procreata malitia, vastat, fugat, disperditque omnia innocentis: & cum omni hereditate omnem simul consumpsit heredem. Tot tamen iaculis emissis manet illatus. Propter.

e. Diabolus igne ex acre iacit. ut opinatur is de celo ignem demissum, & quod putaretur deum de celo expugnare, blasphemet deum. Chryso. De patientia Iob homil. 1.

6. cum dicitur: f. Vt quid putat dilectus homo non erat qui huc Iob in terram, sed ipse diabolus hominis in speciem transformatus. Chryso. ibidem.

g. Nudus, non pecuniis tantum, ad etiam gloria: non ergo gloria adipisci desiderat. Chryso. in quibusdam Hebr. hom. 13. Vique, & filios amiserat, & facultates: seruis tamen in omnibus personam sapientis & iusti, sicut ille seruauit ei dixit: Sicut dno placuit ita factum est. Ambro. Offic. 1. cap. 18. O felicissimū illū, qui omniē patientiæ speciem aduersus omnem diaboli vim expunxit. Quis non ab aliis greges, non in illo deo dicitur, non filij vno ruina impetu adēpti, nō ipsius denique corporis involuere cruciatur, à patientia (sicut domino dedita) excludit, quem diabolus totis viribus frustra cecidit. Tertullia de patientia.

a. Filij dei non solum angeli, sed & iusti intelliguntur inter quos se diabolus sepe inimicet ad eos examinandos, iusto dei hoc permittente iudicio. Beda ibi.

1. A circumdando terra & perambulando eam.

2. Posuisti cor eum super.

3. Integritatem.

b. Hoc est, da potestatem. Hanc enim nec in porcis habuit diabolus, nisi ille dedisset. Prosper.

c. Id est maledicat.

d. Magna potestas, magna gratia, quæ imperat diabolo ut se ipse destruat. Se enim destruit cum hominem quæ tentado supplantare studet, ex infirmo fortior efficit, quia ad eum debilitatem mentem eius exorbitat.

e. Ambro de patientia, lib. 1. cap. 13.

4. Et accepit retham ut saniem raderet, & sedebat in medio cineris.

5. Maledic. Hebr. vel dic ali-quod verbum in dominū. Gre. e. Sciam ille ruinam primi hominis recordatus, Heuam no-uam, atque in illa illū inimici qui preliabatur expugnans ait: Quasi vno, &c. Prosper.

f. Hoc est, si bene superuenit, tibus incedantur, quare non & aduersis accidentibus confortemur? Aduersa tolerare sapienti virtutis exercitium, insipienti prauaricationis est occasio. Ambro. Ser. 42.

g. Tam per virum istū potentem trāstura Christi vestigia in gēte signabantur. De quibus Dauid in persona eius dicit in Iudaea ex eadem calcamentum meum Prosper.

6. Compaterentur ei.

a. Conqueritur de illa hora in-sperata, unde in tantū lapsus est miserū. Nam cognouerat nasci malorū omnium die principium, & ideo diem quā natus est, perire optauit, ut tolleretur origo in-commodorū, & optauit perire diē generationis suæ, ut diē re-surrexerit acciperet. Amb. de resurrectione oratio.

* Et non sit in recordatione.

a. Terredūque illam astus diei.

2. Occupet caligo.

3. Nec laus veniat in ea.

b. Sed & Iob non sine spiritu sancto loquens maledicebat diē natiuitatis suæ, dicit, Perare dies, &c. Quod si non tibi videtur hæc Iob diuina & propheticā spiritu loqui, ex his considera quæ sequuntur. Addit enim, Maledicet ei, &c. Vide ergo quō in spiritu sancto prædixit de magno cæto, vel Leuiathan, quem interfeciturus esset dominus, cuius typus erat cæcus ille Iona. Cyrillus in Leuiticum, lib. 8.

4. Moxorem suum.

5. Ernon sit, nec videat.

næ pascebantur iuxta eos, & irruerunt Sabæi, tuleruntque omnia, & pueros percusserunt gladio, & euasi ego solus, ut nunciarem tibi. Cumque adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit: Ignis dei cecidit de celo, & tactas] oues puerosque consumpsit, & effugi ego solus, ut nunciarem tibi. Sed & adhuc illo loquente, venit alius, & dixit: Chaldaei fecerunt tres turmas, & inuaferunt camelos, & tulerunt eos, necnon & pueros percusserunt gladio, & ego fugi solus, ut nunciarem tibi. Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit: Filiis tuis & filiabus vescentibus & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti, repente ventus vehemens irruit à regione deserti & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt, & effugi ego solus, ut nunciarem tibi. Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram, adorauit, & dixit: Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est:] sit nomen domini benedictum. In omnibus his non peccauit Iob & labijs suis,] neque stultum quid contra deum locutus est.

Externis Iob tentatus & filiis, corpore simul à Sathan, & animo ab vxore tentatur: à tribus tamen compatientibus amicis visitatus. III.



Actum est autem, cum quadam die venissent filij dei, & starent coram domino, venisset quoque Sathan inter eos, & staret in conspectu eius, ut diceret dominus ad Sathan: Unde venis? Qui respondens ait: Circuiui terram, & perambulauit eam.] Et dixit dominus ad Sathan: Nunquid considerasti] seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra? vir simplex & rectus: ac timens deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commouisti me aduersus eum ut affligerem eum frustra. Cui respondens Sathan, ait: Pelle pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua. Alioquin mitte manum tuam, & tange os eius, & carnem, & tunc videbis quod in faciem benedicti tibi. Dixit ergo dominus ad Sathan: Ecce in manu tua est, veruntamen animam illius serua. Egressus igitur Sathan à facie domini, percussit Iob vlcere pessimo, à planta pedis vsque ad verticem eius. Qui testa] saniem radebat, sedens in sterquilinio. Dixit autem illi vxor sua: Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Benedic] deo, & morere. Qui ait ad illam: Quasi vna de stultis mulieribus] locuta es. Si bona suscepimus de manu domini, mala quare non sustineamus? In omnibus his non peccauit Iob labijs suis. Igitur audientes tres amici Iob omne malum, quod accidisset ei, uenerunt singuli de loco suo: Eliphaz Themanites, & Baldat Suhites, & Sophar Naamathites. Condixerant enim, ut pariter venientes visitarent eum:] & consolarentur. Cumque eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum. Et exclamantes plorauerunt, scissisque vestibus sparserunt puluerem super caput suum in cælum. Et sederunt cum eo in terra septem diebus & septem noctibus: & nemo loquebatur ei verbum. Videbant enim dolorem esse vehementem.

Iob presentis vitæ pertasus, felicemque ducens iustorum exitum, nimia doloris angustia pressus, suam tamen fatetur innocentiam. III.



Post hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, & locutus est: Perat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo. Dies ille vertatur in tenebras: Non requirat eum deus desuper, & non illustretur lumine. Obscurent eum tenebræ & umbra mortis. Occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine.] Noctem illam tenebrosus turbo possideat.] Non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sit nox illa solitaria, nec laude digna.] Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan.] Obtenebrentur stellæ caligine eius. Expectet lucem, & non videat, nec] ortum surgentis auroræ. Quia non conclusit ostia ventris qui portauit me,

† 47. di. c. Si cut hi. r Eccl. 5. e. l. Timo. 6. b. Plalm. 112. a. Infr. 2. e. † 47. di. c. Sunt hi qui.

† Infr. 2. e.

† Sup. 1. a.

† Sup. 1. e.

† 159. 8. C6 uenit. † Sup. 1. d.

† Iere. 20. d.

† Infr. 10. d.

uit me, nec abstulit mala] ab oculis meis. ^c Quare non in vulua mortuus sum? quare egressus ex utero non statim perij? Quare exceptus genibus, cur lactatus vberibus? Nunc enim dormiens ⁷ silerem,] & somno meo requiescerem cum Regibus & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines: ⁸ aut cum principibus qui possident aurum, & replent domos suas argento. Aut sicut abortiuum absconditum non subsisterem, ⁹ vel qui concepti non] viderunt lucem. Ibi impij cessauerunt à tumultu, & ibi requieverunt fessi robore, & ¹⁰ quondam] vincti pariter ⁹ sine molestia.] Non audierunt vocem exactoris. Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber à domino suo. Quare misero data est lux, & vita iis qui ^d in amaritudine animæ sunt? ¹¹ Qui expectant mortem, & non venit: ¹⁰ quasi effodientes thesaurum,] gaudētque vehementer, cum inueuerint sepulchrū, viro cuius abscondita est via, & circumdedit eum deus tenebris ¹¹ Antequam comedam suspiro, & quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus:] quia timor quem timebam, euēnit mihi: & quod verebar, accidit. Nōne dissimulaui? Nōne silui? Nōne quieui? Et venit super me indignatio.

Eliphaz odium vitæ Iob, desperationi: magnitudinem amaritudinis, impatientia, ac ac innocentia, confessionem, præsumptionem deputat. 1111.

Respōdens autem Eliphaz ^a Themanites dixit: Si ⁱ cœperimus loqui tibi, forsitan] molestè accipies. Sed conceptum sermonem tenere quis poterit? Ecce docuisti multos, & manus lassas roborasti. Vacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua tremantia confortasti. Nunc autem venit super te plaga, ² & defecisti: tetigit te, & conturbatus es. ³ Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum? ⁴ Recordare obsecro te, quis enim vnquam innocens periit? aut quando recti delati sunt? ⁵ Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos flante deo perisse, & spiritu iræ eius esse consumptos. Rugitus leonis & vox lænæ, & dentes catulorum leonum contriti sunt. ⁶ ⁴ Tigris periit, eo quod non haberet prædam.] & catuli leonis dissipati sunt. ⁷ Porro ad me dictum est verbum absconditum, ⁸ & quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurrij eius.] In horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines, paupor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt. Et cum spiritus ⁶ me præfente] transiret, inhorruerunt pili carnis meæ. Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum, imago corā oculis meis, & vocem ⁷ quasi auræ lenis] audiui. ⁸ Nunquid homo dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir? Ecce qui ⁹ seruiūt ei, non sunt stabiles,] ¹⁰ & in angelis suis reperit ⁹ prauitatem.] Quanto magis ij qui habitant domos luteas, ^d qui terrenū habent fundamentum, consumuntur velut à tineæ? de mane vsque ad vesperam succidentur, & quia nullus intelligit, in æternum peribunt. ¹⁰ Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis,] morientur, & non in sapientia.

Adversitates nullum nisi peccati conscium ledere, Eliphaz probare ex diuina in rebus providentia nititur. V.

Voca ^a ergo,] si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Virum ^a stultum interficit iracundia, & ^a paruulum] occidit inuidia. Ego vidi stultum ³ firma radice,] & ^b maledixi ⁴ pulchritudini eius] statim. Longe fient filij eius à salute, & conterentur in porta, & non erit qui eruat. Cuius messes famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus,] & bibent sitientes diuitias eius. ⁶ Nihil in terra sine causa fit, & de humo nō egredietur dolor. Homo ad laborem nascitur, & auis ad volatum. ⁸ Quamobrem ego deprecabor dominum, & ad deum ponam eloquium meum. Qui facit magna & ^d inscrutabilia, & mirabilia absque numero. Qui dat pluuiam super faciem terræ, & irrigat aquis ⁷ vniuersa.] Qui ponit humiles in sublime, & moerentes ⁸ erigit sospitate.] Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod cœperant.

⁶ Afflictionem.
[c. Non est credendum quod tatus vir opteret se abortiuū interficere, sed intus hæc verba pensanda sunt. Quatuor enim modis peccatum fit in corde, quatuor in opere cōsumitur. In corde fit suggestio per hostem, vt in paradiso serpens itatit Heu. Inde delecta per carnē, vt & ibi Heu delectata est. Post fit consensus per spiritum, vt & ibi Adam cōsensit. Inde defensus per elationem: vt & Adam requisitus se excusauit, qui quidem timuit, sed & tumuit. Cum enim poena timeretur sed facies dei amissa non amatur, timor ex timore non ex humilitate, quia superbit qui peccatum si liceat non puniri, non desinit. In opere prius latens culpa agitur, post ante homines sine pudore aperitur, inde in cōsuetudinem ducitur, post vel falsa spe, vel desperatione nutritur. Glos. ord. d. 2. ibid.]
⁷ Qui fecerem.
⁸ Sicut paruuli qui non.
⁹ Diuitiis affluerunt.
^d Amaro sunt animo.
¹⁰ t. t. inquirunt cum plasmā effodientes thesauros.
^e In hac deploratione Iob tria precipue cōsideranda. 1. quo vitam suam sibi odiosam ostendit. 2. magnitudinem suæ miserie. 3. suam in his omnibus innocentiam. S. Thom. ibid.
¹¹ Ante cibum meum gemitus mihi veniet, & fluent tanquam aque rugitus mei.
¹² Themanites à Theman ciuitate Arabiæ, quæ est in montibus Seis, regia principum Aedon Gebalene regionis, præsul à Petra vrbe Arabiæ 100 s. passuum, cuius hic Eliphaz olim fuisse dicitur princeps. illic aliquando positum fuerat præsidium militum Romanorum.
¹ Tentauerit quis loqui tibi, nōne.
² Agre tulisti.
³ Nōne timor tuus fuit fiducia tua, & spes tua perfectio viarum tuarum?
⁴ Leo magus perit, quia non est præda.
[b. Abscondita se heretici audire simulant, unde & latentē predicatio habetur, non aliis a qua. Glosa ordina. ibid.]
⁵ Suscepitque auris mea partem quid ab eo.
⁶ Coram me.
⁷ Tenem.
⁸ Aut hæc audisse se dicit, aut dicit se ideo horuisse quia nemo mundus coram domino vt deum vt est, videat. August. in Annot. in Iob.
⁹ In seruis suis non est fiducia.
¹⁰ Detestum.
[d. Hoc addit nisi aliquis erederet quod ex anima & corpore non fieret vnus per se, sicut nec ex domo & homine habitante in ea. De Lyra ibid.]
¹¹ Nōne excellentia eorū prægrauit cum ipsis?

¹ Infr. a. s.
² Pet. 2. a.
lib. 8. c.
De pen. d. p.
² c. Si enim
circa finem.

¹ Queso.
² Superbum.
³ Pusillanimum.
⁴ Firmamentum radices.
⁵ Dignum dacti maledictione.
⁶ Habitaculo eius.
⁷ De spinetis rapiet illam.
⁸ c. Non egredietur è puluere iniquitas, hoc est Terra sterilitas illi non ascribitur, sed hominis desidia, vt de agnoscat providentiam.
[d. Vt patet defolio arboris cuius omnes rationes in particulari, nullus homo ad plenum potest scrutari, vt pote quare sic vel sic est figurat. De Lyra ibid.]
⁹ Plateas.
¹⁰ Salutem suscipios.

te Hoc quidē Deus: & quotidie operatur de cōsiliis & operibus hominū iniquorū sicut & de aliis supra dictū est. Sed Apōstolus dixit, quāsdam modū Deus apprehendit sapientiam astutorum, mittendo predicatores, vt annunciet euāgelium crucis, in quo stulta inuenta est sapientia sapientum huius seculi.

Beda ibid.] 9. Et ab ore ipsorum. 10. Omnipotentis. f. Patienter ferent missas à deo tribulationes, ab omnibus tandem liberabunt. g. Nihil electis nocere potest, neque fames, neque bestia, neque lapis, neque terra, & huius. h. Descripta liberatio à tribulatione, promittit ei abſtūtiā bonorum alias insolitam, dicens: Sed cum lapidibus. i. terra lapidosa quæ non solent fructificare tibi afferent fructum multum, quasi ex pacto tibi feruientes. De Lyra.]

11. Habituatum tuum. i. Hoc est, cum ditatus fueris aſtuz vite reditibus, tunc demum non defuturus, quietere poteris intra contemplationis latibula. Rupert. super cap. 2. Gen. 12. beneſta.

13. Audi, & tu recogita tecum. [a. Eliphaz Iob impatientia ſuſcitauit, recurrit Iob argumētum, dicens: Si Deus puniret hominē propter commissum peccatum, & non propter gloriam & expecationem premii, sequeretur quodammodo eadem modum culpe inſigaret. Sed videmus sepe numero sceleratissimos homines parum puniri, & pios multum affligi. Ergo verba mea dolore sunt plena. Inſere Iob, se non abs te huius vite miseriam & alpeſe & esse excreatum. Vbi cruciatus, ibi eius euulatus, ubi dolor, ibi clamor. Loricatus.]

1. Appenderetur ira mea, & desolationem meam in trinita pariter eleuent: quia nunc grauior est quam arena maris. 2. Veniū bibis spiritus meus. 3. Iuxta pabulum suum. 4. Aut non est sapor in albumine vitellis. 5. Ea sunt veluti dolores carnis nixæ.

6. Placētque deo, &c. 7. Eric adhuc mihi consolatio, & labor in angustia mea, nō pateat, quia non desera eloquia sancti. Hoc est. Si affligeret me vsque ad mortem, nō cessarem à laudibus eius.

8. Prostratum viam meam. 9. Feculter mea expulſa est. 10. Precuaricati sunt in me tanquam torrens, quasi aqua cum impetu strens transerunt. Tristes à glacie abſcondit super eos nix.

11. Declinabunt ad alia loca. 12. Deseruent. [b. Theman interpretatur auster. Saba, rete. Auster qui reſpore membra dissoluit, cum hinc fluxa viuendi remissio. Rete est actionis obligatio, & fluxus adibus homo implicatur, dum nō pensat à mundum deserit, dum non diffuso studio, sed dissolutis gressibus vadit, vt qui pro amore carnali parentum ad ea quæ dei sunt prepeditur. Glosa ordinaria.]

13. A spe tua. 14. Ad eas. 15. In quo erraui. 16. Quam roborata sunt verba veritatis.

17. Inaniter verba abieci, sub hominis. 18. Et nunc acquiescite respicere ad me, & corā facie vestra non mentiar. 19. Iniquitate, & reuertimini, vt ulcifictis me ab ea.

† Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & cōsiliū prauorum dissipat. Per diē incurrent tenebras, & quasi in nocte, sic palpabūt in meridie. * Porro saluum faciet egenum à gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem. Et erit egeno spes, iniquitas autem contrahet os suum. † Beatus homo qui corripitur à domino. Increpationem ergo domini ne reprobis: quia ipse vulnerat & medetur: percutit, & manus eius sanabunt. † In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. In fame eruet te de morte, & in bello de manu gladij. A flagello linguæ abscondēris, & non timebis calamitatem cum venerit. † In vastitate, & fame ridebis, & bestias terræ non formidabis. † Sed cum lapidibus regionum pactum tuum: & bestiarū terræ pacifica erunt tibi. Et scies quod pacem habeat tabernaculum tuum: & visitans speciem tuam, nō peccabis. Scies quoque quoniam multiplex erit semen tuum, & progenies tua quasi herba terræ. † Ingrediēris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo. Ecce hoc vt inuestigauimus, ita est: † quod auditū mente pertracta.]

Iob suis sceleribus grauiora passus, extremam illam miseriam suis peccatis non commernisse defendit. VI.



Respondens autem Iob, dixit: † Vtinā appenderentur peccata mea: & quibus irā merui, & calamitas quam patior, in statéra: quasi arena maris hæc grauior appareret.] Vnde & verba mea dolore sunt plena: quia sagittæ domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, & terrores domini militant contra me. † Nunquid rugiet onager, cum habuerit herbam: aut mugiet bos, cum ante præsepe plenū steterit.] Aut poterit comedi in sulsum, quod non est sale conditū? † Aut potest aliquis gustare, quod gustatū affert mortem? † Animæ enim esurienti etiam amara dulcia esse videntur. † Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt.] Quis det vt veniat petitio mea: & quod exspecto, tribuat mihi deus: & qui cœpit, ipse me conterat? Soluat manum suam, & succidat me: & hæc mihi sit consolatio: vt affligens me dolore non parcat: nec contradicam sermonibus sancti.] Quæ est enim fortitudo mea, vt sustineam? aut quis finis meus, vt patienter agam?] Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est. † Ecce, non est auxilium mihi in me, & necessarii quoque mei recesserunt à me. Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem domini derelinquit. † Fratres mei præterierunt me, sicut torrens qui raptim transit in conuallibus. Qui timent pruina, irruet super eos nix.] Tempore quo fuerint dissipati, peribunt: & vt incaluerint, soluentur de loco suo. Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum: ambulabunt in vacuum, & peribunt. Considerate semitas Theman, itinera Saba, & exspectate paulisper. Conſuſi sunt, quia speraui.] Venerunt quoque vsque ad me, & pudore cooperti sunt. Nunc venistis, & modo videntes plagam meam timetis? Nunquid dixi: affer te mihi, & de substantia vestra donate mihi? vel liberate me de manu hostis, & de manu robustorum eruite me? † Docete me, & ego tacebo: & si quid forte ignorauit, inſtruite me. † Quare detraxistis sermonibus veritatis, cum è vobis nullus sit, qui possit arguere me? Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis.] Super pupillum irruiſtis, & subuertere nitimini amicum vestrum. Veruntamen quod cœpistis, explete. Præbete aurem, & videte an mentiar.] Respondete obsecro absque contentione, & loquentes id quod iustum est iudicate.] † Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit.

Viuere non nisi laborem esse, & mortem cito gradu festinare, ideo penitendum esse de peccatis Iob manifestat. VII.

M^ailitia

† 1. Cor. 13. b

† Iac. 3. b Prou. 24.

† Amos. 13. a

† Prou. 27. a

† 15. q. 7. 597. Cum igitur.

† Inſta. 11. a

A **M**ultitia est vita hominis super terram,] & sicut dies mercenarij, dies eius. Sicut cervus desiderat umbram, & sicut mercenarius praestolatur sine operis sui: sic * & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeravi mihi.] Si dormiero, dico: quando confurgam, & rursus ⁴ expectabo] vesperam, & replebor doloribus usque ⁵ ad tenebras:] Induta est caro mea ⁶ putredine,] & sordibus pulveris: cutis mea aruit, & contracta est. ⁷ Dies mei ⁷ velocius transierunt, quam a texente tela succiditur, & consumpti sunt absque vlla spe. Memento quia ventus est vita mea, & non reuertetur oculus meus ut videat bona: nec aspiciet me visus hominis. ⁸ Oculi tui in me, & non subsistam. Sicut consumitur nubes, & pertransit: sic qui descenderit ⁸ ad inferos,] non ascendet, nec reuertetur vltra in domum suam, neque cognoscet eum amplius ⁹ locus eius. ⁹ Quapropter & ego non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei: confabulabor ⁹ cum amaritudine] animae meae. Nunquid mare ego sum, aut catus, qui ¹⁰ circumdedisti me carcere:] Si dixerero, consolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecum in stratu meo, terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties. Quamobrem elegit ¹¹ suspensum anima mea, & mortem ossa mea.] Desperavi, nequaquam vltra iam viam. ¹² Parce mihi, nihil enim sunt dies mei.] Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum ¹³ diluculo, & subito probas illum. ¹⁴ Usquequo non ¹⁴ parcis mihi,] ¹⁵ nec dimittis me ut glutiam saliuam meam? Peccaui. Quid faciam tibi o custos hominum? ¹⁶ Quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi metipsum ¹⁵ grauis:] Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? Ecce, nunc in puluere ¹⁶ dormiam, & si mane me quaesieris, non subsistam.

1. a. Omnis igitur vita nostra laerum est Chrysa. hom. 13. in. 6. cap. Math. Nonne statum est homini tempus super terram? Hebr. Omnis vita nostra teneatio est. Graec. Quia enim teneatio est vita hominis super terram merito in terra homini no gloria sed pax est quaerenda: pax est deo, pax cum proximo, pax cu seipso. Bernar. in festo omnium sancto. Ser. 5.
2. Opus suum.
3. In haeredita te.
4. Metior.
5. Crepusculum.
6. Vermibus.
7. Velocius sunt radio textoria.
8. Ad sepulchrum.
9. Locus enim hominis deus est, extra quem nullum bene est. Non dixit, neque cognoscer amplius locum suum, sed neque cognoscer eum amplius locus eius, quia profecto postquam dixerit semel. Nescio vos, nemo est damnatorum cognoscer deus, neminem perditorem cognoscer amplius. Rupertus super Genes. cap. 3.
9. In angustia.
10. Pons super me custodiam.
11. Exitum & mortem anima meam, magis quam ossa mea sine.
12. Dixerit a mis, quia vani sunt dies mei.
13. In matutinis.
14. Recedes a me.
15. Non me finis respicere, nec etiam ad horam.
16. Posuisti enim cu no prohibuisti: alioquin ipse me posui, & factus sum mihi metipsum grauis. Bernar. super cantu. Ser. 8. 1.
17. Oneri.
18. Dormitem.

Reuocat Iob Baldath Suhites ad peccatorum confessionem, & resipiscentiam ex benedictione resipiscentium, & maledictione hypocritarum. VIII.

A **R**espondens autem Baldath ^a Suhites, dixit: Usquequo loqueris talia, & ¹ spiritus multiplex sermonis] oris tui? Nunquid deus supplantat iudicium, aut omnipotens subuertit quod iustum est: Etiam si filij tui peccauerunt ei, & dimisit eos ² in manu iniquitatis suae,] tu tamen si diluculo consurrexeris ad deum, & omnipotentem fueris deprecatus: si mundus, & rectus inceseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiae tuae: ³ in tantum ut si priora tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicentur nimis. Interroga enim generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam: ⁴ (hesterni quippe sumus, & ignoramus, quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram:) & ipsi docebunt te. Loquentur tibi, & de corde suo proferent eloquia. Nunquid virere potest scirpus absque humore, aut crescere ⁵ carectum] sine aqua? ⁶ Cum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arefcit: sic viae omnium qui obliuiscuntur deum, & spes hypocritae peribit. ⁷ Non ei placebit recordia sua,] & sicut tela arenarum fiducia eius. Innitetur super domum suam, & non stabit: fulciet eam, & non ⁸ confurget. Humentus] videtur antequam veniat sol, & in ⁹ ortu suo] germen eius egredietur. ¹⁰ Super acerum petrarum] radices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur. Si abforbuerit eum de loco suo, negabit eum, & dicet: Non noui te. Haec est enim letitia vie eius, ut rursus de terra alij germinetur. Deus non proiciet ¹¹ simplicem.] nec porriget manum malignis, donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo. Qui oderunt te, induentur confusione: & tabernaculum impiorum non subsistet.

a. Suhites a Suhu: quam & Suetam vocant, ciuitas est Bathane regionis 20000. distans a Chorozaim extra aequilonem. Apud quam etate nostra Itaco anni tempore aguntur celeberrime nundinae, ex tota Syria, Mesopotamia, Arabia, & Aegyptio. Sepulchralis apud eam pyramis est, quam plerique putant esse ipsius Iob, eeteri istius Baldath Suhites, qui his locis imperant. Nam Hiero. refert domum Iob fuisse in Astaroth regione Hus. Zieglerus.
1. Et ventus fortis erunt sermones.
2. In locum iniquitatis eorum, hoc est, in sepulchrum gehennam iniquitatis eorum debita.
3. Gramen.
4. Herba enim dupliciter deficcatur. Vno modo per defectum naturalis virtutis, ex transitu temporis. Alio modo per euulsionem a terra, & virtutem remouet a caride: dices. Cum adhuc sit in flore. De Lyra.]
5. Spes eius succidetur.
6. Gradis reuera recordia est & amentia, sicut & similia agere ante deum, quod eis in profperum no procedet, cum ille scrutator sit cordis & renis. Tales in euangelij arguntur qui sunt ornati de foris quasi specie fastidatis, & intus peccati putredine pleni sunt, ut sepulchra mortuorum. Hiero. Ibid.
7. Permanebit. Viridis.
8. Horto suo.
9. Iuxta fontem.
10. Perfocum.

Iustitia dei comparata hominis iustitia, nulla, ut pote cui nemo resistere potest. IX.

1. Quomodo est iustificabitur homo cum deo. homo deo cōparatus nihil est.
 a. Non dicit simplicitet, non iustificabitur, sed in cōspectu dei vel deo comparatus, hoc est, si ad summam dei iustitiam comparatur peccator, & iuxta illam exquiratur, vel si considerentur beneficia eius aut mādara eius omnia. Euthymius, Psal 142.
 2. Contremiscunt.
 b. Quod vero & de filio apertè intelligendum sit quod solus appellatur, est nunquam in scio patre aliquid fecisse credatur, et si hic habet: Qui extendit cœlos solus, &c. Nanque euangelium domini docuit nos quod in mari non pater, sed filius ambulauit, quando Petrus rogauit eum dicens: Domine, iube me venire ad te. Ambr. lib. 5. cap. 2. officio.
 3. Si rapuerit, quis restituere est faciet.
 4. Deus non auerit iram suā, sub eo curuantur adiutores orbis.
 5. Quod si etiam iustus essem.
 c. Vide singula, potentibus ira sua grauis est, improbis nequitia, iustis cōditionis infirmitas. Ita nihil periculo vacat. Fortitudo & magnitudo viri sua potestate decipitur, improbitas asfidatur, virus ridetur. Ambr. de interPELLA. lib. 1. c. 6.
 [d. Nemo audeat pro me testimonium dicere corā deo, cum ignora fecerit cōscientie meae scilicet deo non. Similiter secundū est impossibile. Idem subdit: Si iustificare me uoluerō, per testimonium contra dei iudicium. De Lyra ibidem.]
 6. Si flagello interficiat subito, de penis innocentum rider.
 x. Vbi est?
 7. Cum uauibus Ebeeth.
 8. Obluiscat sermōnis mei, deseram iram meam, & confortabo me. Timeo omnes dolores meos, noli enim quod non me infontem iudicabit.
 9. In foueam demerges me.
 10. Est homo similis mei, ut illi respondeam, & intremus simul in iudicium.
 [e. Apud quem iudicet deus æquum affuturus est in iudicio, cum melior esse soleat iudex eo qui iudicandus est. Apertius dixerunt antiqui interpretes. Nō enim est homo sicut ego, cui cōtradiciam, ut ueniamus pariter ad iudicium. Beda ibidem.]
 11. Quia non sic est, ego dñs.

Respondens Iob, ait: Verè scio, quòd ita sit, ¹ & quòd ² non iustificetur A homo compositus deo. Si uoluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei vnum pro mille. Sapiens corde est, & fortis robore. Quis restitit ei, & pacem habuit? Qui transfudit montes, & nescierunt ij quos subuertit in furore suo. Qui commouet terram de loco suo, & columnæ eis ³ concutiuntur. Qui præcipit soli, & non oritur, & stellas claudit quasi sub signaculo. ^b Qui extēdit cœlos solus, & graditur super fluctus maris. Qui facit arcturum, & oriona, & hyadas, & interiora austri. Qui facit magna, & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus. Si uenerit ad me, & non uideo eum: si abierit, non intelligam. ³ Si repente interroget, quis respondebit ei?] Vel quis dicere ei potest: [†] Cur ita facis? ⁴ Deus cuius iræ nemo resistere potest: & sub quo curuantur qui portant orbem.] Quantus ergo sum ego, ut respondeam ei, & loquar uerbis meis cum eo? ⁵ Qui etiam si habuero quippiam iustum] non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Et cum inuocantem me exaudierit, non credo quòd audierit uocem meam. ^c In turbine enim cōteret me, & multiplicabit uulnera mea etiam sine causa. Non cōcedit requiescere spiritum meum, & implet me amaritudinibus: si fortitudo quæritur, robustissimus est. Si æquitas iudicij, ^d nemo audeat pro me testimonium dicere. [†] Si iustificare me uoluerō, os meum condemnabit me. [†] Si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. ^e Et si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tædebit me uita mea. ^c Vnum est quod locutus sum, & innocentem & impium ipse consumit. ^c Si flagellat, occidat semel, & non de pœnis innocentum rideat.] Terra data est in manus impij, uultum iudicium eius operit. Quòd si non ille est,] * quis ergo est? Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt, & non uiderunt bonum. Pertransierunt ⁷ quasi naues poma portantes,] sicut aquila uolans ad escam. Cùm dixero, ⁸ nequaquam ita loquar: commuto faciem meam, & dolore torqueor. Verebar omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti.] ⁸ Si autem & sic impius sum, quare frustra laboraui? Si lo- ^d tus fuero quasi aquis niuis, & fulserint uelut mundissimæ manus meæ: tamen ⁹ sordibus intinges me,] & abominabuntur me uerimenta mea. Neque enim ¹⁰ viro qui similis mei est, respondebo: ^c nec qui mecum in iudicio ex æquo possit audiri.] Non est qui utrunque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus. Auferat à me uirgam suam, & pavor eius non me terreat. Loquar, & non timebo eum. ¹¹ Neque enim possum metuens respondere.]

Iob præ nimia aduersitate deum fatetur suæ pœna auctorem, an propter peccatum, an propter innocentiam ignorare, unde præoptat fuisse abortum. X.

1. Molestia est anima mea in uita mea.
 2. Magna fides, magna auctoritas cōscientie, deum testē meū sūe accessit. Quod cōditionis est, non negat: quod impietatis est, repellit: quod infirmitatis est, quia nemo immunis lapsus est, impie agere non cōditionis est, sed perfidia, & nequissima mentis uenenum. Ambr. De interPELLA. lib. 1. cap. 6.
 3. Opprimis & reprobas.
 4. Illuistrat.
 5. Quanta deploratio sancti uis pro cūmuni infirmitate, quanta cōuentionis auctoritas: quod deus hominū manibus suis fecerit. Ambr. ibidem.
 6. Simul per circuitum, & pedes mei.
 [e. Ob hoc uisitat deus, ut uisitato protectione custodiat. Bene autem antiqui translatores dixerunt: & in specio tua custodit spiritum meum: quia & in specio dei inuēit propitiatiois quasi de cœlesti uocatione significat. Beda ibidem.]
 7. Vique obseruasti me, &

Rædet animam meam uita meam,] dimittam aduersum me eloquium A meum. Loquar in amaritudine animæ meæ: dicam deo, noli me condēnare. ^a Indica mihi cur me ita iudices? Nunquid bonum tibi uidetur si ^b calumniaris me & opprimas me,] opus manuum tuarum, & consilium impiorum ³ adiuues?] Nunquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut uidet homo & tu uidebis? Nunquid sicut dies hominis, dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora, ut quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris? ⁴ Et scias quia nihil ^b impium fecerim, [†] cū sit nemo qui de manu tua possit eruere. ^b Manus tuæ domine fecerunt me, & plasmauerunt me: totum in circuitu: & sic repente præcipitas me.] Memento quæso, quòd sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle & carnibus uestisti me, ossibus & neruis compegisti me. [†] Vitam & misericordiam tribuisti mihi, ^c & uisitatio tua custodiuit spiritum meum. ⁶ Licet hæc cæles in corde tuo, tamen scio quia u- ^c uersorum memineris. Si peccaui, ⁷ & ad horam pepercisti mihi, cur] ab iniquitate mea mundum me esse non pateris? Et si impius fuero, uita mihi est: & si iustus, non leuabo

† De pecc. diff. 3. c. Quoniam, Eccl. 1. a. Prou. 17. d

† De pecc. diff. 2. c. Si enim, † Infra. 29. d. De purg. ca. no. ca. fina. Sup. 7. b. Infra. 10. d

† Deut. 32. b. 13. 4. 5. b

† De pecc. diff. 1. c. Si enim.

Ieuabo caput: saturatus⁶ afflictione & miseria. Et propter superbiam]quasi læenam capies me, reuerfufque mirabiliter⁷ me crucias.] Instauras testes tuos contra me, & multiplicas iram tuam aduersum me,⁸ & pœnæ militant in me.]⁹ Quare de vulua eduxifti me? Qui vtinam consumptus essem, ne oculus me videret. Fuissem quasi nō essem, de vtero translatus ad tumulum.⁹ Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? † Dimitte ergo me, vt plangam paululum dolorem meum] antequam vadam & non reuertar,^d ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, terram¹⁰ miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitans.]

Zophar iniuste asserit ob peccata Iob fuisse percussum, deum incomprehensibilem ostendens, & tamen penitenti misericordem. XI.

Respondens autem Zophar Naamathites, dixit: † Nunquid qui multa loquitur, non & audiet,] aut vir verbosus iustificabitur? † Tibi solitacebunt homines,] & cum cæteros irriferis, à nullo confutaberis? Dixisti enim: † Purus est sermo meus,] & mundus sum in cōspectu tuo. Atque vtinam deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi, vt ostenderent tibi secreta sapiētia, & quod † multiplex esset lex eius, & intelligeres quod multo minora exigeris ab eo, quàm meretur iniquitas tua.]¹ Forsitan vestigia dei comprehendes, & vsque ad perfectum omnipotentem reperies. † Excelsior cœlo est,] & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognoscēs? Longior terra mensura eius, & latior mari. Si subuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei? † — vel quis dicere ei potest, cur ita facis?] Ipse enim nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem, nōne considerat? † Vir vanus⁶ in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat.] Tu autem firmasti cor tuum, & expandisti ad eum manus tuas. † Si iniquitatem quæ est in manu tua, abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia:] tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & non timebis. † Miseriæ quoque obliuiscēris, & quasi aquarum quæ præterierunt, non recordaberis: † † & † quasi meridianus fulgor confurget tibi ad vesperam. Et cū te consumptum putaueris, orieris vt lucifer,] & habebis fiduciam proposita tibi spe, & † defossus securus dormies.] Requiesces, & non erit qui te exterreat: & deprecabūtur faciem tuam plurimi. Oculi autem impiorum deficient, & effugium peribit ab eis, & spes illorum¹⁰ abominatio] animæ.

Iob neminem dei potentiam ignorare ex creaturarum gubernatione narrat, quarum status variat pro arbitrio. XII.

Respondens autem Iob, dixit: † Ergo vos estis soli homines,] & vobiscum morietur sapientia? Et mihi est cor sicut & vobis, nec inferior vestri sum. Quis enim hæc quæ nōstis ignorat? † Qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit deum, & exaudiet eum. Diridetur enim² iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum.] Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant deum, cū ipse dederit omnia in manus eorum. † Nimirum interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia cœli, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. † Quis ignorat³ quod omnia hæc manus domini fecerit? In cuius manu animam omnis viuētis, & spiritus vniuersæ carnis hominis. † Nōne auris verba diiudicat: & † fauces comedentis saporem?] In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Apud ipsum est sapientia & fortitudo, & ipse habet consilium & intelligentiam. † Si destruxerit, nemo est qui ædificet: si incluserit hominem, nullus est qui aperiat. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur: & si emiserit eas, subuertent terram. Apud ipsum est fortitudo & sapientia. † Ipse nouit & decipientem, & eum qui decipitur.]^b Adducit consiliarios in † stultum finem, & iudices in stuporem.] Baltheum

6. Ignominia, video afflictionē meam. Et multiplicetur, & 7. Te ostendas erga me.

8. Sicutque mutationes, & statum tempus in me. 9. Nōne pauci sunt dies mei? Cæsa à me & dimittit me, & confortabo me paululum.

d. Donec veniet desideratus ille qui sanguine suo deleat chirographum dñationis nostræ, & flammam attingens gladii, aperiet credensibus regna colorum, nullus omnino cuiquā sanctorum ad ea patebat accessus, sed prouiderat eis dominus in inferno ipso locum quietis & refrigerij, chaos magnum mans inter sanctas illas animas & animas impiorum. Quis enim vtrique in tenebris essent, non vtrique erant in penis, sed cruciabantur impij, iusti verbō consolabantur. Quod autem in tenebris essent, beati Iob testimonio didicimus, qui se quoque in locum tenebrosū & opertum mortis caligine perhibebaturum. Hunc ergo locū obfcurum quidem, sed quietū, sinum Abrahæ dominus vocat. Bernardus in festo omniū sanctorum, Serm. 4.

10. Obscuram velut caliginē, & mortis vmbra, vbi non sunt ordines, sed locus caligine designatus.

1. Multitudini verborum non respondebitur.

2. Mendacia tua viros tacere faciunt.

3. Munda est doctrina mea.

4. Duplicitas secundum legem, submeruit, & scires q̄ obliuiscitur tui deus propter iniquitatem tuam.

5. In aliis oculis est.

6. Intelliget, & sicut pullus onagri nascitur.

7. Si est iniquitas in manu tua, elonga eam, & nullam facias in habitare tabernaculis tuis iniquitatem.

8. Clarius quàm meridies tepus tibi furret, splendebis, & eris quāsi lux matutina.

9. Quasi circumfodetis, securē dormies.

10. Cruciarus.

† Su. j. b. Ier. 20. b.

† n. quæ j. c. Quid ergo. Prout. 2. d.

† Sup. 6. d.

† Leui. 26. b.

† Prout. 14. a.

† Inf. 7. 4. b.

† Inf. 2. 1. a. Apoc. 3. b.

6. Adducit principes in prædâ.
7. Robur potentium debilitat.

8. Dilatat gentes & ducit eas.
Qui auferre.
c. & exciliat corda principum terræ, qui primo persequerantur ecclesiam: & educit eos in viam quâ non nouerant. Aug. in Annot. in Iob.
9. Tenebras & non lucem.

Regum dissoluit, & præcingit fune renes eorum. ⁶ Ducit sacerdotes in glorios,] & opti-
mates supplantat. ⁷ Commutans labium veracium, & doctrinam senum auferens. Ef-
fundit depectionem super principes: & ⁷ eos qui oppressi fuerant, releuat. Qui reue-
lat profunda de tenebris, & producit in lucem umbram mortis. Qui multiplicat gen-
tes, & perdit eas, & ⁸ subuersas in integrum restituit. ⁹ Qui immutat] cor principum
populi, terræ, & decipit eos vt frustra incedant per inuium. Palpabunt ⁹ quasi in tene-
bris & non in luce,] & errare eos faciet quasi ebrios.

*Iob amicos suos ex eorum verbis arguit, & hypocritas penitentibus salutem pro-
mittens damnat.* XIII.

1. Hæc enim cuncta beato Iob
presencia per prophetie spiritum
facta sunt. In eo enim securura
videbat assistentia: cui nec futu-
ra veniunt, nec presencia disce-
dunt. Sed quia ea ipsa que ven-
tura erant, alit vidit esse in ope-
ribus, alia in dictis, inde sequi-
tur: Hæc vidit oculus meus, &
audiuit auris mea. & Glof. ord.
ibidem.]
1. Vobis.
2. Vani medici estis omnes.
b. Stultus quippe dū nō loquitur,
sapiens putatur. Nam quidd
nō loquitur, non sensus inopia,
sed humilitatis esse custodia
creditur. Bernar. Epist. 87.
3. Disputationem meam.
4. Nōne contra deum loqui-
mini iniquitatem, & contra eum
loquitini dolunt?
5. Sicut illud est ei.
6. Nōne excellentia eius terreb-
bit vos?
[c. loquitur de deo ad modum
hominis, qui quando commo-
uetur ira, punit, tamen talis mo-
tio ira non est in deo, sed sibi
attribuitur similitudinariè, pro-
pter effectū punitionis. De Ly-
ra ibidem.]
7. d. Pono, hoc est, animam in
manibus portans, cum non horū
operū exemplum proximis ostē-
dunt. Grego. ibidem.
8. Quis enim discipulabit mecum
nunc enim si tacueris, moriar.
c. Manū tuam aufer à me, vt ni-
hil in me se castigandum, & sit
in me charitas. Aug. in Annot.
in Iob.
9. Nōne folium impulsū cō-
teris?
f. Pulehrè id ætatis arripit ad
querelam, quæ magis ad vitium
lubrica esse consuevit. Habet et-
nim pueritia innocentiam, sene-
ctus prudentiam, ipsa vicina ad-
ulescentiæ iuuentus bonæ exi-
stimationis intuitū, & verecun-
diam delinquendi. Adulescentia
sola est inualida viribus, infir-
ma consiliis, vitio calēs, fasti-
diosa monitoribus, illecebrosa
delictis. Ambr. de interpretatione,
lib. 4. cap. 7.
10. Super radices pedū meorū
constringes, (scilicet cōpede) &
ipse quasi putredo veterescet.
a. Quam verum verbum hoc sit,
non vos verba docere, sed ver-
bera, & sequitur: Multis & mul-
tis licibus (inquas) miseris cor-
poris, miseris cordis, miseris
cum dormit, miseris cōvigilant,
miseris quaquauerisum se ver-
tat. Bernar. d. ser. fecit. 4. hebdo-
madæ pono se.
1. Quis dabit mundum de im-
mundo? Nec vnus quidem.
2. Si definiti sunt dies eius.
3. Et non præteribit.
4. Cucurrit quasi mercenari-
diem suum.
b. Hoc est, Meliore est arboris cō-
ditio, quæ truncata reuulsit, q̄
hominis qui in puluere manet,
bit donec à deo suscitetur.
[c. Homo autē non habens sp̄e
in Christi sicut & gentes que
ignorat deum, cum mortuus
fuerit, non renatus per bap-
tismum, vita etiam hæc destitutus
& presentis delectatione nuda-
tus, & consumptus interitū sine
dubio sententiam æternæ dam-
nationis excipiat. Beda ibid.]
5. Non fuerit.



Ecce omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi sin-
gula. Secundum scientiam vestram & ego noui, nec inferior vestri] sum.
Sed tamen ad omnipotentem loquar, & disputare cum deo cupio: prius
vos ostendens fabricatores mendacij, & ² cultores peruerforum dogma-
tum. ^b Atque vtinā taceretis, vt putaremini sapientes esse. Audite ergo
³ correptiones meas,] & iudicium labiorum meorum attēdite. ⁴ Nunquid deus indiget
vestro mēdacio, vt pro illo loquamini dolos? ⁵ Nunquid faciem eius accipitis, & pro
deo iudicare nitimini? Aut placebit ei quem cælare nihil potest, aut decipietur vt ho-
mo vestris fraudulentis? ⁶ Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem eius acci-
pitis. ⁶ Statim vt se commouerit, turbabit vos: ⁷ & terror eius irruet super vos. Me-
moria vestra comparabitur cineri, & redigentur in lutum ceruices vestre. Tacete
paulisper, vt loquar quodcunque mihi mens suggesserit. Quare lacero carnes meas
dentibus meis, & animam meam ⁷ porto] in manibus meis? ⁸ Etiam si occiderit me,
in ipso sperabo. Veruntamen vias meas in conspectu eius arguam, & ipse erit salua-
tor meus. Non enim veniet in conspectu eius omnis hypocrita. Audite sermonem
meum, & ænigmata percipite auribus vestris. Si fuero iudicatus, scio quod iustus in-
ueniar. ⁹ Quis est qui iudicetur mecum? ⁹ Veniat. ¹⁰ Quare tacens consumor? ¹¹ Duo
tantum ne facias mihi, & tunc à facie tua non abscondar. ¹² Manum tuam longe fac à
me, & formido tua non me terreat. ¹³ Voca me, & respondebo tibi: ¹⁴ aut certe loquar,
& tu responde mihi. ¹⁵ Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea & delicta
ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? ¹⁶ Contra
folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam,] & stipulam siccam perseque-
ris. Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis ¹⁷ peccatis adulescentiæ
meæ. ¹⁸ Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas, ¹⁹ & vesti-
stigia pedum meorum considerasti. ²⁰ Qui quasi putredo consumendus sum,] & quasi
vestimentum quod comeditur à tinea.

*Considerata fragilitate humana admiratur dei in hominem providentiam, quod post banc
vitam aliam expectent, & resurrectionem.* XIII.

1. Hæc enim cuncta beato Iob
presencia per prophetie spiritum
facta sunt. In eo enim securura
videbat assistentia: cui nec futu-
ra veniunt, nec presencia disce-
dunt. Sed quia ea ipsa que ven-
tura erant, alit vidit esse in ope-
ribus, alia in dictis, inde sequi-
tur: Hæc vidit oculus meus, &
audiuit auris mea. & Glof. ord.
ibidem.]
1. Vobis.
2. Vani medici estis omnes.
b. Stultus quippe dū nō loquitur,
sapiens putatur. Nam quidd
nō loquitur, non sensus inopia,
sed humilitatis esse custodia
creditur. Bernar. Epist. 87.
3. Disputationem meam.
4. Nōne contra deum loqui-
mini iniquitatem, & contra eum
loquitini dolunt?
5. Sicut illud est ei.
6. Nōne excellentia eius terreb-
bit vos?
[c. loquitur de deo ad modum
hominis, qui quando commo-
uetur ira, punit, tamen talis mo-
tio ira non est in deo, sed sibi
attribuitur similitudinariè, pro-
pter effectū punitionis. De Ly-
ra ibidem.]
7. d. Pono, hoc est, animam in
manibus portans, cum non horū
operū exemplum proximis ostē-
dunt. Grego. ibidem.
8. Quis enim discipulabit mecum
nunc enim si tacueris, moriar.
c. Manū tuam aufer à me, vt ni-
hil in me se castigandum, & sit
in me charitas. Aug. in Annot.
in Iob.
9. Nōne folium impulsū cō-
teris?
f. Pulehrè id ætatis arripit ad
querelam, quæ magis ad vitium
lubrica esse consuevit. Habet et-
nim pueritia innocentiam, sene-
ctus prudentiam, ipsa vicina ad-
ulescentiæ iuuentus bonæ exi-
stimationis intuitū, & verecun-
diam delinquendi. Adulescentia
sola est inualida viribus, infir-
ma consiliis, vitio calēs, fasti-
diosa monitoribus, illecebrosa
delictis. Ambr. de interpretatione,
lib. 4. cap. 7.
10. Super radices pedū meorū
constringes, (scilicet cōpede) &
ipse quasi putredo veterescet.
a. Quam verum verbum hoc sit,
non vos verba docere, sed ver-
bera, & sequitur: Multis & mul-
tis licibus (inquas) miseris cor-
poris, miseris cordis, miseris
cum dormit, miseris cōvigilant,
miseris quaquauerisum se ver-
tat. Bernar. d. ser. fecit. 4. hebdo-
madæ pono se.
1. Quis dabit mundum de im-
mundo? Nec vnus quidem.
2. Si definiti sunt dies eius.
3. Et non præteribit.
4. Cucurrit quasi mercenari-
diem suum.
b. Hoc est, Meliore est arboris cō-
ditio, quæ truncata reuulsit, q̄
hominis qui in puluere manet,
bit donec à deo suscitetur.
[c. Homo autē non habens sp̄e
in Christi sicut & gentes que
ignorat deum, cum mortuus
fuerit, non renatus per bap-
tismum, vita etiam hæc destitutus
& presentis delectatione nuda-
tus, & consumptus interitū sine
dubio sententiam æternæ dam-
nationis excipiat. Beda ibid.]
5. Non fuerit.



Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miseriis.
Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam
in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiuscemodi aperire o-
culos tuos: & adducere eum tecum in iudicium? ¹ Quis potest facere mundum
de immundo conceptum semine? ² Nōne tu qui solus es? ³ Breues dies hominis
sunt,] numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius ³ qui præteriri
non poterunt. ⁴ Recede & paululum ab eo vt quiescat, donec ⁴ optata veniat sic-
cut mercenarij dies eius. ⁵ Lignum habet spem. ⁶ Si præcisum fuerit, rursus vire-
scit, & rami eius pullulant. Si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fue-
rit truncus illius, ad odorem aquæ germinabit: & faciet comam, quasi cum primū
plantatum est. ⁷ Homo verò cum mortuus fuerit, & nudatus atque consumptus,
vbi quæso est? Quomodo si recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus are-
scat: ⁸ sic homo cum dormierit, non resurget. ⁹ Donec ⁹ atteratur] cælum, non euigilabit
nec

† Prou. 17. d

† Intra. 14. d
† Intra. 14. d

Intra. 31. b

† De cen-
di. 1. c. No-
ita.

† Psal. 50.
11. quæ. 1. a
Quid ergo
23. q. 4. c. Ne
busi. 10. d. 10.
101.

† Sup. 7. d

nec confurget de somno suo. ^c Quis mihi hoc tribuat, vt ⁶ in inferno protegas me,] & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Putasne mortuus homo rursus viuet? Cunctis diebus, ⁷ quibus nunc milito,] expecto donec veniat ^d immutatio mea. Vocabis me, & ego respondebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexteram. ^f Tu quidem gressus meos dinumerasti, ⁸ sed parce peccatis meis. ^g Signasti quasi in sacco delicta mea, sed ⁹ curasti] iniquitatem meam. ^h Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo. Lapidés excauant aqua, & ¹⁰ alluione paulatim terra consumitur,] & homines ergo similiter perdes? Roborasti eum paululum, vt in perpetuum transiret. Immutabis faciem eius, & emittes eum. ¹¹ Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget:] attamen caro eius dum viuet, dolebit, & anima illius super semetipso lugebit.

Eliphaz Iob ignorantia arguit, quo ad sapientiam & munditiam damnans superbos, iniustos, & hypocritas.

XV.

Respondens autem Eliphaz Themanites, dixit: Nunquid sapiens respondebit ^a quasi in ventum loquens, & implebit ardore stomachum suum? ^b Arguis verbis eum qui non est æqualis tui: & elóqueris quod tibi non expedit. ^c Quantum in te est, euacuasti timorem, & ^d tulisti preces coram deo. ^e Docuit enim ^f iniquitas tua] os tuum, & imitaris linguam ^g blasphemantium. ^h Condemnabit te os tuum, & non ego, & labia tua respondebunt tibi. Nunquid primus homo tu natus es? & ante colles formatus? Nunquid consilium dei audisti: & inferior te erit eius sapientia? Quid nosti quod ignoremus? quid intelligis quod nesciamus? ^b Et senes & antiqui sunt in nobis multo vetustiores, ⁶ quam patres tui. ⁷ Nunquid grande est vt consoletur te deus? ⁸ Sed verba tua praua hoc prohibent. Quid te eleuat cor tuum: & ⁹ quasi magna cogitans,] artonitos habes oculos? Quid tumet contra deum spiritus tuus: vt proferas de ore tuo huiuscemodi sermones? ¹⁰ Quid est homo, vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere: ¹¹ Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis: & cæli non sunt mundi in conspectu eius: quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam, iniquitatem? Ostendam tibi, audi me: quod vidi, narrabo tibi. ⁷ Sapientes confitentur, & non abscondunt] ⁸ patres suos. Quibus solis data est terra, & non transibit alienus per eos. ⁹ Cunctis diebus suis impius ⁸ superbit:] & numerus annorum incertus est tyrannidis eius. ¹⁰ Sonitus terroris semper in auribus illius: & cum pax sit, ⁹ ille semper insidias suspicatur. ¹¹ Non credit quod reuerti possit de tenebris ¹² ad lucem,] circumspiciens vndique gladium: cum se mouerit ad quærendum panem. ¹³ Nouit quod paratus sit in manu eius tenebrarum dies. Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut Regem qui præparatur ad prælium. Tetendit enim aduersus deum manum suam: & contra omnipotentem roboratus est. ¹⁰ Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui seruice armatus est. ¹¹ Operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius aruina dependet. ¹² Habitauit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ ¹³ in tumulos sunt redactæ. ¹⁴ Non ditabitur nec perseuerabit substantia eius, nec ¹⁵ mittet in terram radicem suam. ¹⁶ Non recedet de tenebris: Ramos eius arefaciet flamma, & auferetur spiritu oris eius. Non recedet ¹⁷ frustra errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus sit. Antequam dies eius impleantur, peribit: & manus eius arefcent. ¹⁴ Lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proiciens florem suum. ¹⁵ Congregatio enim hypocrita sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum qui munerera libenter accipiunt. ¹⁶ Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & uterus eius præparat dolos.

Iob amicorum austeritate commotus, dolorem plangit & calamitatem, & se pati queritur citra iniquitatem.

XVI.

H

c. Iob docet nec timēdam mortem, & potius oprandam piis, dicit: Vt in inferno me custodites, & c. Amb. de obitu Valentiniana. Impo.
d. Resurrectio ad immortalitatem, vltra quam nulla amplius erit expectatio, vel mutatio.
e. Non differas super peccato meo.
f. Adiecit super.

10. Diluent germina vsque ad puluerem terræ.

11. Si diuites fuerint filij eius, non intelliget: & si pauperes, non agnoscat eos.

12. Scientiam ventosam, & implebit eum ventus suum (Hoc est, Sapiens non talentem profert scientiam que mentem non reficiat auditorum.)
13. Nunquid disputandū est verbo, quod non proderit, aut sermonibus, quibus nō est vtilitas?
14. Abulisti orationem a conspectu dei.
15. Iniquitatem tuam.
16. Veritatum.

17. Hæretici, quia sua non possunt astuere ratione, auctoritate antiquorum nituntur defendere apud stultos. & doctores ecclesiæ dicunt sibi magistros fuisse, & aduersa ecclesiæ dicunt pro praua confessione ei adinuenisse. Et hoc est quod dicit: Nūquid grande est &c. & Quid te eleuat cor tuum. Glof. ordina.]
18. Quam pater tuus. Nunquid parum apud te sunt consolatio tues dei?

19. Quæ annuntiauerunt sapientes, & non absconderunt.
20. Quæ accepit a patribus suis.

21. Doleret vt parturienti.

22. Perseuerantē impium dicit in scelere cum omnino nesciat quando sit in ipsius superbia impietate viduus: Et ideo semper suspicax est de conscientia malo. Nouit enim secundū iustum iudicium dei que impiis retributio sit parata. Beda. ibi.]
23. Vastator superueniet ei vel opprimet eum.
24. Alicubi.

24. Deus curret contra eum in collo, quantumuis fuerit corpore & ceruice armatus.

25. Ruinis sunt destinata.

26. Extenditur in terra prosperitas eorum.

27. In vanitatem vel falsitatem.

28. Ante tempus suum succidetur, & ramus eius non viret, auferetur sicut à vite fructus eius immaturus, & proiciet tãquam oliua florem eius.

29. Concepit dolorem, eum peruersa cogitat. Iniquitatem paratur, cum explere coeperit. Glof. ordina.]

† Infr. 34. c. Prouer. 5. d.

Sup. 4. d. Eccle. 18. d. De pen. di. 2. c. fina.

† Infr. 25. a. De pen. di. 2. c. fina.

† Psa. 7. d. Isa. 59. a.

a. Malos potestis cōsolari, quia ipsi vos imitantur, non bonos. A nullo enim vestrum audiui aliquid boni. Aug. in Annotatiōibus in Iob.

1. Loco animæ meæ, compōnētem propter vos sermones.

2. Compāsiō labiōrum meōrum cessat.

3. Deus desolasti omnem congregatiōem meā. Quod merito fecisti, testis est, & contra me insurgit macies mea, & in faciem meam fecit testimoniū.

4. Acuit oculos suos cōtra me.

5. Aduersum me simul congregati sunt.

6. Remouet quandam dubitationē. Ex hoc enim quod dixit se afflictiū à Damone, possit aliquis credere, quod illa afflictiō non processit ex ordine diuinæ sapientiæ, ideo hoc remouet dicens: Cōsolus me Deo apud iniquum. i. diaboli tēui ex ordine suæ sapientiæ concessit potestatem affligendi me: De Lira ibid.]

6. Circūdedit me sagittarū eius.

7. Pel meum.

8. Voluisti in puluere expuere meum.

9. In palpebris meis apparuit umbra mortis.

10. Sic locus clamori meo.

11. Clamor redēptiōis nostræ est sanguis redēptiōis: quia à fidelibus sumitur, qui ut ait apostolus Heb. 12. melius loquitur quam sanguis Abel. Quia sanguis Abel mortem fratricidæ petiit: sanguis vero Domini vitam peccatoribus impetrat. Glōsa ordina. ibid.]

11. Disputare posset vir cū deo, quomodo disputat.

12. Annorum numerus aduenit.

1. Corrupti dies mei excisi sunt, sepulchra parata sunt. Si non essent mecum irriteres.

2. Pone quoque pignus, & da mihi apud te sic uillorē, sed quis respōn debet propter me?

3. Blanditiæ, hoc est, qui docent alios blanditiæ carnis, se & suos seducunt.

4. Ludibrium.

5. Præ dolore.

6. Umbræ iacta sunt similia.

7. Lucem propinquam à facie tenebrarum.

8. Sepulchrum.

9. In sepulchrum descendit, & simul in puluere quiescit.

a. Quod non ideo dixerim quia illi amici à deo reprobari, & ab ipso sancto dei seruo merito culpam pati, nihil veri loqui poterūt: sed quia nō omnia quæ locuti sunt, vera sunt putanda. Aug. ad Orisum contra Priscillā, & Origenem, cap. 9.

1. Hic laniat animam suam in furore suo.

2. Vtique lux impiorum.

b. Lux felicitatem presentem, quā sanctus Iob gloriosus agebat, significauit, sicut & Salomon ait, Proverbio. 22. cap. Lumen vero impiorum exstinguetur. Hæc igitur extinguitur quando Iob destitutus est omni felicitate presentis. Hier. ibi. Non igitur felicitas in sola fiducia in deum consistit, sed in cognitione luminis intellectus.

Vtique in cognitione diuinorum felicitas sita est. Nihil enim est splendidius cognitione dei veræ sapientiæ amatoribus, c. y. rillus contra Iulianum Hæreticum, lib. 4.

3. Super retiaculum ambulabit.

Respondens autem Iob, dixit: Audiui frequenter talia. ^a Consolatores o-

nerosi omnes vos estis. Nunquid habebunt finem uerba uentosa? Aut aliquid tibi molestum est, si loquaris? Poteram & ego similia uestri loqui. Atque utinam esset anima uestra pro anima mea. Consolaretur & ego uos sermonibus,] & mouerem caput meum super uos. Roborarem uos ore

meo: & mouerem labia mea, quasi parcens uobis. Sed quid agam? Si locutus fuero, non quiescet dolor meus: & si tacuero, non recedet à me. ^b Nunc autem oppressit

me dolor meus: & in nihilum redacti sunt omnes artus mei. Rugæ meæ testimoniū dicunt contra me, & suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam, contradicens mihi.]

Collegit furorem suum in me, & comminans mihi, infremuit contra me dentibus suis. Hostis meus ^c terribilibus oculis me intuitus est.] Aperuerunt super me ora sua, & ex-

probrantes percusserunt maxillam meam, ^d satiati sunt pœnis meis.] ^e Conclussit me deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit. Ego ille quondam opulētus,

& repente] contritus sum, tenuit ueritatem meam. Confregit me, & posuit sibi quasi in signum. ^f Circūdedit me lanceis suis:] conuulnerauit lumbos meos. Non pepercit,

& effudit in terra viscera mea.] Conscidit me uulnere super uulnus, irruit in me quasi gigas. Saccum consui super cutem meam, & ^g operui cinere carnem meam.] Facies mea

intumuit à fletu, & ^h palpebræ meæ caligauerunt. ⁱ Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ, cum haberem mundas ad deum preces. Terra ne operias sanguinem meum,

neque ^j inueniat in te locum latendi clamor meus.] ^k Ecce enim in cœlo testis meus, & conscius meus in excelsis. Verbo si amici mei, ad deum stillat oculus meus. Atque

utinam ^l sic iudicaretur uir cum deo: quomodo iudicatur] filius hominis cū collega suo. Ecce enim ^m breues anni transeunt:] & semitam per quam non reuertar, ambulo.

Præter peccata sua Iob se flagellatum asserens, diuinum patienter præstolatur auxilium.

XVII.

Spiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & solum mihi super-

est sepulchrum. Non peccaui] & in amaritudinibus moratur oculus meus. ^a Libera me, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra

me. Cor eorum longe fecisti à disciplina: propterea non exaltabuntur. ^b Prædam] pollicetur lociis, & oculi mei filiorum eius deficient. Posuit me

quasi] in prouerbiū uulgi, & ^c exemplum] sum coram ei. Caligauit ^d ad indignationem] oculus meus, & membra mea quasi in nihilum redacta sunt.] Stupebunt iusti super

hoc, & innocens contra hypocritam suscitabitur. ^e Et tenebit iustus uiam suam: & mundis manibus addet fortitudinē. Igitur omnes uos conuertimini, & uenite, & non

inueniam in uobis ullum sapientem. Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt torquentes cor meum. Noctem uerterunt in diem, & ^f rursum post tenebras spero

lucem.] ^g Si sustinero, ^h infernus] domus mea est, & in tenebris strauilectulū meū. Putredini dixi: pater meus es, mater mea, & soror mea, uermibus. Vbi est ergo nunc

præstolatio mea? & patientiam meam quis considerat? ⁱ In profundissimum infernū descendunt omnia mea: Putas ne saltem ibi erit requies mihi.]

Baldad Iob arguens cur non audiat reuera monentes, ostendit quæ & quanta impiis mala imminant.

XVIII.

Respondens autem Baldad Suhites, dixit: Usque ad quem finem uerba iacta-

bis? Intellige prius, & sic loquamur. ^a Quare reputati sumus ut iumenta: & sorduimus coram te? ^b Quid perdis animam tuam in furore tuo? ^c Nunquid

propter te derelinquetur terra: & transferentur rupes de loco suo? ^d Nonne ^e lux impiorum] extinguetur, nec splendet flamma ignis eius? ^f Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, & lucerna quæ super eum est, extinguetur. Artabuntur gressus uirtutis

eius, & præcipitabit eum consiliū suū. Immisit enim in rete pedes suos: & ^g in maculis eius

eius

eius ambulat.] Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum sitis. ^c Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam. ^d Vndique terrebunt eum formidines, & ⁴ inuoluent pedes eius.] ^e Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadet costas illius. Deoret pulchritudinem cutis eius, & consumat brachia illius ⁶ primogenita mors.] Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eum quasi ⁷ rex interitus.] Habitent in tabernaculo illius socij, eius qui non est, aspergatur in tabernaculo eius sulphur. ⁸ Deorsum radices eius siccantur, sursum autem atteratur ⁹ messis eius.] Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plaitis. ¹⁰ Expellet eum de luce in tenebras, & de orbe ¹¹ transferet eum.] Non erit ¹² semen eius, neque progenies in populo suo, nec vlla reliquia in regionibus eius. In die eius stupebunt nouissimi, & primos inuadet horror. Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste locus eius qui ignorat deum.

Proter. 2. d

Iob ab omnibus se conquerens destitutum, super futura consolatur resurrectione.

X I X.

Respondens autem Iob, dixit: Vsq̄uequō affligitis animam meam? & atteritis me sermonibus? En, ^a decies confunditis me, & non erubescitis ¹ opprimentes] me. ^b Nempe & si ignoraui, mecum erit ignorantia mea. At vos contra me erigimini, & arguitis me opprobriis meis. Saltem nunc intelligite, quia deus non æquo iudicio] afflixerit me, & ² flagellis suis] me cinxerit. ³ Ecce, clamabo vim patiens, & nemo exaudiet:] vociferabor, & non est qui iudicet. Semitam meam circumsepsit, & transire non possum, & in calle meo tenebras posuit. ^b Spoliavit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo. ⁴ Destruxit me vndique, & perego, & quasi euulsæ arbori abstulit spem meam. Iratus est contra me furor eius, & sic me habuit quasi hostem suum. Simul venerunt ⁴ latrones eius,] & fecerunt sibi viam per me, & obsederunt in gyro tabernaculum meum. Fratres meos longe fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me. Dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerant, obliti sunt mei. Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ, sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum. ^c Seruum meum vocaui, & non respōdit, ore proprio deprecabar illum. ⁵ Halitum meum exhorruit vxor mea, & orabam filios vteri mei. Stulti quoque despiciabant me: & cum ⁶ ab eis recessissem,] detrahebant mihi. Abominati sunt me quondam consiliarij mei: & ⁶ quem maxime diligebam, auersatus est me. ⁷ Pelli meæ ⁷ consumptis carnibus] adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. ⁸ Miseremini mei, miseremini mei, & saltem] vos amici mei, quia manus domini tetigit me. Quare persequimini me sicut deus, & carnibus meis ⁸ saturamini? Quis mihi tribuat vt scribantur ^d sermones mei? ⁹ Quis mihi det vt exarentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina, ⁹ vel celte] sculpantur in scilice: Scio enim quod redemptor meus viuit, & in nouissimie de terra surrecturus sum.] Et rursum circundabor pelle mea, ^c & in carne mea videbo deum. Quem visurus sum ego ipse: & oculi mei conspecturi sunt: & non alius. ¹⁰ Reposita est hæc spes mea] in sinu meo. Quare ergo nunc dicitis: ¹¹ persequamur eum, & radicem verbi inueniamus contra eum? ¹² Fugite ergo] à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est, & scitote esse iudicium.

Abz. 1. a

Infra 10. c

Impiorum felicitas est instar puncti, eorumque iniquitates breui sunt terminandæ.

X X.

Respondens autem Sophar Naamathites, dixit: Idcirco cogitationes meæ ¹ variæ succedunt sibi, & mēs in diuersa rapitur. ² Doctrinam qua me arguis] audiam: & spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi. ³ Hoc scio à principio,] ex quo est positus homo super terram: quod laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritiæ ad instar puncti. Si ascenderit vsque ad cælum superbia eius, & ca-

H ij

c. Id est, isthera eius plena sunt laqueis & pedicis.

d. Quia idcirco sepe quisque bonus esse meruit, ne hoc à prauis patiat quod se bonis facile reminiscitur: dumque hoc pati quod facit meruit, vndique terribus vndique suspectus in bene operæ gratiam perdit. Glor. ordin. ibid.]

4. Dispergent est pedibus suis: 5. Primogenit⁹ mortis, hoc est, mors præpropria.

6. Rex terrorum, vel adducet eum ad regem terrorum, scilicet mortem.

7. Ramus eius.

8. Expellent.

9. Transferent eum.

10. Illi filius, neque nepos, nec vilus superstes.

a. Dies decem pro toto tempore nominantur. Sed quomodo in breui numero in Apocalypsi maior numerus temporis intelligitur, ita & in hac eadem summa numeri minus significatur: vt hoc folio numero & persædo manente pro diebus tunc locorū, in diuinis scripturis nunc minorem significari nouerim⁹. Hier. ibidem.

1. Obuere.

b. Pessimæ matris ignorantia, pessimæ itidem duæ filia sunt, falsitas & dubitas. Illa inferior, ista miserabilior. Perniciosior illa, ista molestior. Bernar. super Cantic. Ser. 17.

2. Reti suo.

3. Quod si quærar de violentia, non exaudior.

4. Exortus eius, hoc est, morbi, vicia, tribulationes, & id genus miseritatum.

c. Ad grauem pertinet iniuria vt cum domini seruis suis blâde loquuntur, serui eos despiciant: quod dicit Iob sibi contigit. Beda. ibid.

5. Iis alluxerit.

6. Quos dilecti aucti sunt à me.

7. Et carni meæ.

d. Nō quasi abiecta vox ista est, sed quasi censoia. Nā cū iniuste argueretur ab amicis, respōdit: Miseremini mei, hoc est, Misericordiam debetis facere opprimisti autē vos, & impugnatu hominē, cuius arumtis cōpati pro amicitia vos oportebat. Amb. Offic. 3. cap. 16.

* Non.

8. Vt sint in perpetuum.

9. Super terram surget. Et postquam corrosierint vermes pellē meam, de carne mea.

e. Resurrectionem quidē carnis sine dubio prophetauit. Nō tamen dixit per carnē meā. Quod quidem si dixisset, posset deus Christus intelligi, qui per carnē in carne videbitur. Aug. de ciuit. dei. lib. 22. cap. 29.

10. Defecerunt.

11. Cur deus persequitur eum, & que radice causet.

12. Timete vobis igitur.

1. Respondere me faciunt, & propterea festinatio mihi est. Correptionē ignominie meæ.

2. Audiat te quidē increpantē & redarguentē me: quia forte in dolentibus possit oburgata non debet, sed spiritus quo sapimur, continetur & regimur ad hanc regulā nobis iustitiæ & equitatis Dei redit, quod nō possit quispiā ab eo nisi iniquitatum suarum merito condemnari. Beda. ibidem.

2. Audisti ne hoc à seculo.

3. In eternum.

15. Vita hypocritæ quædam visio fantasmatis est, quæ hoc ostendit imagine quod non habet ex veritate. Quæ somno comparatur: quia ab eo omnis laus & gloria dum teneatur, aueritur. Glosa ordina. ibid.]

4. Cogentur placare pauperes.
5. Quod rapuit.
6. Dulcia mala sunt blasphemie impio, & cetera oris peccata: sicut iusti faucibus dulcia sunt eloquia dei. Beda. ibid.
7. Venenum.

8. Restituit laborem aliorum, non deglucit, in subtilia permutationis eius non occidit.

9. Quia non nouit eum esse felix, ortos de ventre suo, non euadet propter iniquitatem suam.
10. Erat illi angustia, omnis manus eius illi afflictio. Cum vacauerit ad replendum ventrem suum, mittet deus in eum iram furoris sui, & plures faciet angustias malas super eum, & cibum eius.

11. Sauciabit eum arcus aeneus. [d. Quia tenebræ interiores & exteriores quæ erant in inferno, modo non considerantur ab impio. De Lyra.]

[e. Ignis gehennæ, qui studio humano non succenditur, sed creatus est à Deo ab origine mundi, secundum illud Ista, 10. Flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam. Glosa ordina.]

12. Defluet in die furoris eius.

13. Hoc erit pro consolationibus vestris, quas scilicet expectabam à vobis.

14. Dicit quod ideo tristis fuerit, quia castigatio eius non ab homine est, cuius iudicis solet errare, ut aliquando iniuste poenæ innocentibus infligantur, sed potius à deo sit et illa tam dura correptio eius iudicium nequaquam falli potest. Beda. ibidem.]

15. Et sic, quomodo non defecerit spiritus meus?

16. Sed plerique reuocantur ab officio dispensantis misericordiam, dum putant hominis actus non curare dominum, aut negare eum quod in oculis geramus, quid tenent nostra conscientia, aut iudicium eius nequaquam iustus videt, quid peccatores diuitiis abscondere vident, gaudere honoribus, sanitate, liberis. Contra autem iustos inopes degere, inhonoratos, sine liberis, infirmos corpore, luctu frequentem. Ambro. lib. 1. Offic. cap. 12.

* Et cum eis.

3. Abortiuit.

4. Emiserunt quasi greges paruulos suos.

5. Dederunt ad senium.

6. Sepulchrum.

7. Perditio soris, & distribuet funes in ira sua.

8. Laborem.

9. Qualis enim erit voluntas eius post eum, cum numerus mensium eius succiderit?

10. Totus quietus, vbera eius plena sunt lacte, vel multitalia eius sunt lacte plena.

11. Et hic moritur animo amaro, & non comedit bonum.

* Machinamini.

[d. Hæc est secunda conclusio, quæ est de futuro iudicio: quia sicut declaratum est, aliqui impij vsque ad mortem naturalem ducent in prosperitate temporalis: & ideo cum de decore culpe non remaneat sine decore iustitiæ sequitur quod in futuro punietur, & hæc est quod dicitur interrogate quemlibet de viatoribus. De Lyra. ibid.]

12. Signum eorum non potestis negare.

13. Annuntiabit in facie eius.

put eius nubes tetigerit: quasi sterquilinum³ in fine] perdetur: & qui eum viderant, dicent: Vbi est? Velut somnium auolans non inuenietur: transiet sicut visio nocturna. Oculus qui eum viderat, non videbit: neque vltra intuebitur eum locus suus. Filij eius atterentur egestate,] & manus illius reddent ei dolorem suum. Ossa eius implebuntur vitii adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient. Cum enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua. Parcet illi, & non derelinquet illud, & cælabit in gutture suo: Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum⁶ intrinsecus. Diuitias quas deuorauerat, euomet: & de ventre illius extrahet eas deus. Caput Jaspidium⁷ fuget, & occidet eum lingua viperæ. Non videat riuulos fluminis torrentis, mellis & butyri. Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur. Iuxta multitudinem adinventionum suarum, sic & sustinebit: quoniam confringens nudauit pauperis domum, rapuit & non edificauit eam, nec est satiatus venter eius. Et cum habuerit, quæ concupierat, possidere non poterit. Non remansit de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis eius. Cum satiatus fuerit¹⁰ arctabitur: æstuat, & omnis dolor irruet super eum. Vtinam impleatur venter eius, ut emittat in eum iram furoris sui, & pluat super illum bellum suum. Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum, gladius eductus & egrediens de vagina sua: & fulgurans in amaritudine sua. Vadent, & venient super eum horribiles, omnes tenebræ absconditæ sunt in oculis eius. Deuorabit eum ignis qui non succenditur, affligetur relictus in tabernaculo suo. Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra confurget aduersus eum. Apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris dei. Hæc est pars hominis impij à deo, & hæreditas verborum eius à domino.

Impij in suis deliciis deum non agnoscunt, sed repentinus eos manet interitus.

XXI.

Respondens autem Iob, dixit: Audite quæro sermones meos, & agite poenitentiam. Sustinete me, ut & ego loquar: & post mea, si videbitur, verba ridete. Nunquid contra hominem disputatio mea est, ut merito non debeam contristari? Attendite me, & ostupescite, & superponite digitum ori vestro. Et ego quando recordatus fuero, pertimesco, & concutit carnem meam tremor. Quare ergo impij viuunt, subleuati sunt, confortatique diuitiis? Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum. Domus eorum securæ sunt, & pacatæ: & non est virga dei super illos. Bos eorum concepit, & non abortiuit, vacca peperit, & non est priuata foetu suo. Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant iustibus. Tenent tympanum, & cytharam, & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Qui dixerunt deo: Recede à nobis: & scientiam viarum tuarum nolimus. Quis est omnipotens, ut seruiamus ei? Et quid nobis prodest, si orauerimus illum? Veruntamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longè sit à me. Quotiens lucerna impiorum extinguetur, & superueniet eis inundatio, & dolores diuidet furoris sui. Erunt sicut paleæ ante faciem venti, & sicut fauilla quam turbo dispergit. Deus seruabit filiis illius dolorem patris, & cum reddiderit, tunc sciet. Videbunt oculi eius interfectionem suam, & de furore omnipotentis bibet. Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se? Et si numerus mensium eius dimidietur? Nunquid deum docebit quispiam scientiam, qui excelsos iudicat? Iste moritur robustus, & sanus, diues, & foelix, viscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur. Alius vero moritur in amaritudine animæ suæ absque vllis opibus, & tamen simul in puluere dormient, & vermes operient eos. Certè noui cogitationes vestras, & sententias contra me iniquas. Dicitis enim: Vbi est domus principis, & vbi tabernacula impiorum? Interrogate quemlibet de viatoribus, & hæc eadè illum intelligere cognoscetis. Quia in diè perditionis seruatur malus, & ad diè furoris ductetur. Quis arguet coram eo vias eius, & quæ fecit quis reddet illi? Ipse ad sepulchra duce-

† Eccl. 5. c.

D

† Matt. 24. & 4. c.

† Ier. 17. a. Absc. 1. a.

† Iust. 22. c. Malach. 3. d. Prover. 24. c.

ducetur, & in congerie mortuorum ¹⁴ vigilabit. Dulcis fuit glareis cocyti,] & post se omnem hominem trahet, & ante se innumerabiles. Quomodo igitur consolamini me frustra, cum responsio vestra repugnare ostensa sit veritati?

Eliphaz Iob arguit immisericordiam pauperum oppressione, & iudicis contemptu penitenti bona promittens.

X XII.

Respondens autem Eliphaz Themanites, dixit: Nunquid deo potest comparari] homo, etiam cum perfecta fuerit scientia? ² Quid prodest deo si iustus fueris?] aut quid ei confers, si immaculata fuerit vita tua? Nunquid timens arguet te, & veniet tecum in iudicium, & non propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas? Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa, & ^b nudos spoliasti vestibus. Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem. In fortitudine brachij tui possidebas terram, & potentissimus obtinebas eam. ⁵ Viduas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorum comminuisti. Propterea circumdatus es laqueis, & conturbat te formido subita. ³ Et putabas te tenebras non visurum, & impetu aquarum inundantium non oppressum iri.] An cogitas quod deus excelsior caelo sit, ⁴ & super stellarum verticem sublimetur?] Et dicis: Quid enim nouit deus? Et quasi per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines caeli perambulat.] ⁶ Nunquid semitam saeculorum custodire cupis, quam calcauerunt viri iniqui? qui sublati sunt ante tempus suum, & fluuius subuertit fundamentum eorum? [†] Qui dicebant deo, recede a nobis, & quasi nihil possit facere omnipotens, aestimabant eum,] cum ille impleisset domos eorum bonis. ⁷ Quorum sententia procul sit a me.] [†] Videbunt iusti & latabuntur, & innocens subsannabit eos. Nonne succisa est creatio eorum,] & reliquias eorum deuorauit ignis? Acquiesce igitur ei, & habeto pacem, & per haec habebis fructus optimos. Suscipe ^{*} ex ore illius legem, & pone sermones eius in corde tuo. ⁸ Si reuersus fueris ad omnipotentem, aedificaberis, & ⁹ longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. ¹⁰ Dabit pro terra silicem, & pro silice torretes aureos.] Eritque omnipotens [†] contra hostes tuos,] & argentum coaceruabitur tibi. Tunc super omnipotentem deliciis afflues, & eleuabis ad deum faciem tuam. Rogabis eum, & exaudiet te, ^d & vota tua reddes. Decernes rem, & veniet tibi, & in viis tuis splendet lumen. [†] Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur. ¹² Saluabitur innocens, saluabitur autem munditia manuum suarum.]

Iudicis potentiam & sententiam Iob semper se vereri respondet, & in iustitia semper ambulasse.

X XIII.

Respondens autem Iob, ait: Nunc quoque] in amaritudine est sermo meus, & ² manus plagae meae aggrauata est super gemitum meum. Quis mihi tribuat vt cognoscam & inueniam illum, & ^a veniam vsque ad solum eius? Ponam coram eo iudicium, & os meum replebo ³ increpationibus,] vt sciam verba quae mihi respondeat, & intelligam quid loquatur mihi. ⁴ Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis suae mole me premat. Proponat aequitatem contra me, & perueniet ad victoriam iudicium meum.] Si ad orientem iero, non apparet: si ad occidentem, non intelligam eum. Si ⁵ ad sinistram, quid agam? Non apprehendam eum. ⁶ Si me vertam ^a ad dexteram,] non videbo illum. Ipse vero scit viam meam, & probabit me quasi aurum ⁷ quod per ignem transit.] ^b Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui, & non declinaui ex ea. A mandatis labiorum eius non recessi, & in sinu meo abscondi verba oris eius. Ipse enim solus est, & nemo auertere potest cogitationem eius, & anima eius quodcunque voluit, hoc fecit. ⁸ Cumque expleuerit in me voluntatem suam,] & alia multa similia praesto sunt ei. Et idcirco a facie eius turbatus sum, & considerans eum, timore sollicitor. Deus molliuit cor meum, & omnipotens conturbauit me. Non enim ⁹ perij propter imminentes tenebras,] nec faciem meam operuit caligo.

H iij

¹⁴ Permanebit Dulcis illi fuit re glie conuallis, sicut in qua sepultus est & quiescit.

¹ Aequiparati.

² Nunquid voluntas est omnipotenti quod iustificeris? ³ Nemo iustitia sua & sanctitate deum efficit meliorem: quoniam fons omnis bonitatis atque origo nullius boni eger, sicut dicit propheta, Psal. 135. a. Dixi domino, deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eger. Beda ibid.

^b Hoc est, parum indutos, qui dicuntur quodammodo nudi: quia quod modicum est quasi nihil reputatur. ² Phisico. q. d. spoliasti illos modicis vestibus, quas habebant. secundo arguit eum defectu pietatis, etiam in casu necessitatis. De Lyra. ibi.] ³ Aut tenebras non videbis, & abundantiam aquarum operiet te.

⁴ Vide summum stellatum, quam sublimis sint.

⁵ Super caeli cacumen ambulat. ^c Sicut semitam redemptoris humilitas, ita semitam saeculorum superbia querit. Saeculorum itaque semitam viri iniqui calcant, qui per huius vitae desideria in elatione perambulant. Glosa ordinaria. ibid.]

⁶ Quid egit omnipotens cum illis?

⁷ At consilium impiorum longe est a me.

⁸ Nolita.

^{*} Quae.

⁹ Elongabit.

¹⁰ Ex ponet super puluerem aurum & sicut silicem fluminum erit aurum Ophir.

¹¹ Munitione.

^d Modus est enim hominis exaudire deo reddere vota quae ei promiserat. Vnde decernere ei permittitur rem quam promiserat secundum dispositionem & voluntatem suam De Lyra.]

¹² Saluabit insulam innocens, & saluabitur in puritate manuum suarum.

¹ Etiam hodie.

² Manus meae.

^a Vt agam causam meam coram eo, quod iniqui reformidant.

³ Disputationibus.

⁴ Nunquid multa virtute mecum contenderis non, sed ad decem mihi vires, ibi iustus disputabit cum eo, & liberabit in perpetuum a iudice meo.

⁵ Ad aquilonem quando ipse operatur.

⁶ Ad meridie.

⁷ Egredietur.

^b Omnes ingressus viae meae praecceptorum illius semitas imitati sunt: quod iubere voluit, custodiui, & in partem alteram non declinaui. A mandatis labiorum eius non recessi, sicut Dauid ad Deum dixit: in corde meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi Beda. ibid.]

⁸ Ipse perficit quod pro me factum est.

⁹ Excitus sum a facie tenebrarum. Hoc est, non sum mortuus ante has persecutiones.

Violentia impiorum in pauperes, & maledictio, & damnatio eorum. XXIIII.

*Quare.

1a. Beatus Iob ne plus sapiat quam oportet sapere dies Domini non posse comprehendere testificat, ad haereticorum mox superbiam respectum mentis confertur, qui alia sapere appetunt. Glos ordin. ibid.]

1. Et cognoscentes eum non viderunt.

2. Inopes à via declinare faciunt pariter, absconduntur pauperes terra.

3. Mano surgunt ad praedam, à deserto est sibi eibus & liberis.

4. Nudum pernoctare faciunt pauperem absque indumento, cui non est.

5. Disiussit pupillum ab vberem, & à paupere pignus tollit. Nudum incidere fecerunt.

6. Intra muros suos fecerunt o-Jeum, torcularia calcaverunt & steterunt, scilicet pauperes illis seruientes.

*Inter.

[b. Quia non penituerunt de malis suis quod exemplificat dicens: Mane primo confurgit, ad insidandum his qui surgunt ante claram lucem. De L'pra.]

c. Luminis, quod exacerantur.

7. Quis in die signauerat sibi.

8. Cum agnouerit eos quispiam, terrores illis sunt umbra mortis.

9. Ve calor & arsus rapiunt a-quas huius, sic infernus eos qui peccauerunt.

10. Amicus, dulcedinem eius sentiat vermis.

11. Oppressit sterile ne pariat.

12. Dabit illi securitatem, & in-teritur ei, & oculi eius erunt super vias eorum.

13. Depressi sunt, & quasi omnes exterminabuntur.

14. Ad nihilum sermonem meum.

A omnipotente non sunt abscondita tempora: qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius. Alij terminos transfulerunt, diripuerunt greges, & pauperunt eos. A sinum pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pignore bo- uem viduae. Subuerterunt pauperum viam, & oppresserunt pariter mansuetos terre. Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum, vigilantesque ad praedam praeparant panem liberis. Agrum non suum demetunt, & vineam eius quem vi op- presserunt, vindemiant. Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore, quos imbres montium rigant: & non habentes velamen amplexantur lapides. Vim fecerunt depraedantes pupillos, & vulgum pauperem spo- liauerunt. Nudis & incedentibus absque vestitu, & esurientibus tulerunt spicas. Inter aceruos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus, sitiunt. De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit, & deus inultum abire non patitur. Ipsi fuerunt rebelles lumini. Nescierunt vias eius, nec reuersi sunt per semitas illius. Mane primo confurgit homicida, interficit egenum & pauperem, per noctem vero erit quasi fur. Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens: Non me videbit oculus, & operiet vultum suum. Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerat sibi: & ignorauerunt lucem. Si subito apparuerit aurora, arbitrantur vmbrae mortis: & sic in tenebris quasi in luce ambulant. Leuis est super faciem aquae: maledicta sit pars eius in terra, nec ambulet per viam vinearum. Ad nimium calore transiet ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccatum illius. Obliuiscatur eius misericordia, dulce- do illius vermes. Non sit in recordatione, sed conteratur sicut lignum infructuo- sum. Paut enim sterilem & quae non parit, & viduae bene non fecit. Detrahit for- tes in fortitudine sua, & cum steterit, non credit vitae suae. Dedit ei deus locum poe- nitentiae, & ille abutitur eo in superbia. Oculi autem eius sunt in viis illius. Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent, & humiliabuntur sicut omnia, & auferentur, & sicut summitates spicarum conterentur. Quod si non est ita, quis me potest arguere esse mentitum, & ponere ante deum verba mea?

Nemo deo comparatus mundus inuenitur.

XXV.

1. Nomen domini & pauor est apud eum qui facit pacem.

2. Agminum.

3. Et quomodo poterit homo esse iustus eum deo, aut quo modo erit.

4. At nihil immundum, sed omnia munda sunt. Nihil enim deus fecit immundum, sed pec- carum solus est, quod inquinat omnia, & facit immunda. Chry- sosto. in 1. cap. ad Tit. hom. 3.

5. Non igitur homo natura sua immundus est. Nam si quis na- turae malus, nunquam profecto bonus effici potest ita nec im- mundus, mundus. Idem de vir- tutibus & vitiis. Sermo. 9.

6. Vique ad lunam.

7. Minus homo vermis.

8. Vermiculus.

9. An ne illi cui non est virtus.

10. Cui annuntiauit sermones & eius anima egressa est à rethoc est, Cuius spiritus ad doctrinam tuam reuixit, & iterum spirare cepit.

11. Qui tenet axem polare aequi- lenis, ne quando sub terra la- teat.

12. Et non rumpitur nubes sub eis.

13. Qui tenet axem polare aequi- lenis, ne quando sub terra la- teat.

14. Et non rumpitur nubes sub eis.

15. Qui tenet axem polare aequi- lenis, ne quando sub terra la- teat.

16. Et non rumpitur nubes sub eis.

17. Qui tenet axem polare aequi- lenis, ne quando sub terra la- teat.

18. Et non rumpitur nubes sub eis.

19. Qui tenet axem polare aequi- lenis, ne quando sub terra la- teat.

20. Et non rumpitur nubes sub eis.

21. Qui tenet axem polare aequi- lenis, ne quando sub terra la- teat.

22. Et non rumpitur nubes sub eis.

23. Qui tenet axem polare aequi- lenis, ne quando sub terra la- teat.

24. Et non rumpitur nubes sub eis.

Respondens autem Baldad Suhites, dixit: Potestas & terror apud eum est, qui facit concordiam in sublimibus suis. Nunquid est numerus militum eius, & super quem non surget lumen illius? Nunquid iustificari potest homo comparatus deo, aut apparere mundus natus de muliere? Ecce luna etiam non splendet, & stellae non sunt munda in conspectu eius: quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis?

Magnificentia & potentia dei à nobis explicari nequit.

XXVI.

1. Ab increpatione.

2. Quiescit mare, & prudentia eius percussit fortitudinem eorum.

3. Formataeque manus eius ser- pentem tortuosum.

4. Partes sunt.

Respondens autem Iob, dixit: Cuius adiutor es? Nunquid imbecillis? & sustentas brachium eius qui non est fortis? Cui dedisti consilium? Forfitan illi qui non habet sapientiam: & prudentiam tuam ostendisti plurimam. Quem docere voluisti? Nonne eum qui fecit spiramentum? Ecce gigantes gemunt sub aquis: & qui habitant cum eis. Nudus est infernus coram illo: & nul- lum est operimentum perditioni. Qui extendit aquilonem super vacuum: & appen- dit terram super nihilum. Qui ligat aquas in nubibus suis: vt non erumpant pariter deorsum. Qui tenet vultum solij sui: & expandit super illud nebulam suam. Termi- num circumdedit aquis: vsque dum finiantur lux & tenebrae. Columnae caeli cotremi- scunt: & pauent ad nutum eius. In fortitudine illius repente maria congregata sunt: & prudentia eius percussit superbum. Spiritus eius ornauit caelos: & obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. Ecce haec ex parte dicta sunt viarum eius. Et cum

†Dent. 10. d. 1. Para. 19. b. Sup. 6. b. Ephes. 6. b. Collos. 3. d.

†Apoc. 1. f.

†Sup. 4. d. †De par. di. 1. c. si enim circa fin. & c. flu.

Et cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?]

8. Intelligere.

Nulla vis potuit Iob à sua constantia, iustitia & innocentia diuellere, veluti impios, quos maledictio manet.

XXVII.

Addidit quoque Iob assumens parabolam suam, & dixit: Viuit deus, ^a qui abstulit iudicium meum, & omnipotens, qui ad amaritudinem adduxit animam meam: quia donec superest halitus in me, & spiritus dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.][†] Absit à me, vt iustos vos esse iudicem: Donec deficiam, ² non recedam ab innocentia mea.] Iustificationem meam quam cœpi tenere, non deforam. ³ Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Sicut impius ⁴ inimicus meus, & aduersarius meus quasi iniquus. ^b Quæ est enim spes hypocritæ si auarè rapiat, ³ & non liberet deus animam eius.] Nunquid deus audiet clamorem eius, cum venerit super eum angustia? Aut poterit in omnipotente delectari, & inuocare deum omni tempore? Docebo vos ⁴ per manum dei,] quæ omnipotens habeat, nec abscondam. ⁵ Ecce omnes vos nostis, & quid sine causa vana loquimini? ^c Hæc est pars hominis impij apud deum, & hæreditas violentorum, quam ab omnipotente suscipient. ^d Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt, & nepotes eius non saturabuntur pane. Qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu, & viduæ illius non plorabunt. Si comportauerit] quasi terram argentum, & sicut lutum præparauerit vestimenta, præparabit quidem, sed iustus vestietur illis, & argentum innocens diuidet. ^e Edificauit sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit vmbraculum. [†] Diues cum dormierit nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Apprehendet eum quasi aqua, ⁶ inopia,] nocte opprimet eum tempestas. Tolle eum ⁷ ventus vrens,] & auferet, & velut turbo, rapiet eum de loco suo. Et mittet super eum, & non parcat, de manu eius ^f fugiens fugiet. Stringet super eum manus suas, & sibilabit super illum intuens locum eius.

Ferrum, aurum, & lapides preciosi ex terra trahuntur, non autem sapientia.

XXVIII.

Abet argentum venarum suarum principia, & auro locus est in quo conflatur. [†] Ferrum de terra tollitur, & lapis solutus calore in æ vertitur. ¹ Tempus posuit tenebris,] & vniuersorum finem ipse considerat. ² Lapidem quoque caliginis, & vmbram mortis ² diuidet torrens à populo peregrinante, eos quos oblitus est pes egentis hominis, & inuios. Terra de qua oriebatur panis,] in loco suo igni subuersa est. Locus sapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum. Semitam ignorauit auis, nec intuitus est eam oculus vulturis. ³ Non calcauerunt eam ³ filij institorum,] nec pertransiuit per eam læna. Ad silicem extendit manum suam, subuertit à radicibus montes. In petris riuos excidit, & omne pretiosum vidit oculus eius. Profunda quoque fluuiorum ⁴ scrutatus est,] & abscondita produxit in lucem. ¹ ^b Sapientia verò vbi inuenitur? & quis est locus intelligentiæ? Nescit homo pretiū eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium. Abyssus dicit: non est in me, & mare loquitur: non est mecum. ⁵ Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione eius. Non conferetur ⁶ tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi sardonico] preciosissimo, vel sapphiro. Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, nec ⁶ commutabuntur pro ea vasa auri. Excelsa & eminentia non commemorabuntur comparatione eius: trahitur autem sapientia de occultis.] Non adæquabitur ei topazius de Æthiopia, nec ⁷ tincturæ mundissimæ] componentur. Vnde ergo sapientia venit? & quis est locus intelligentiæ? Abscondita est ab oculis omnium viuentium, ⁸ volucres quoque cœli latet. ⁸ Perditio & mors dixerunt: auribus nostris audiuiamus famam eius. ^d Deus intelligit viam eius, & ipse nouit locum illius. Ipse enim

H iij

† 4. diff. c. Sunt nouissimi

† 1. Iob. 3. b

† Psal. 48. d

† 159. diff. c. Ferrum.

† Prouer. 3. b. & 8. b. Sapient. 7. a

a. Dum enim deus innocentem peccatis iniquorum pati permittit, amaritudinem quoque anime eius miseria presenti repleuit. Hieron. ibid. Non propterea in hoc deus accusat, nec eius opera, qui neque stultum quid contra deum locutus est. Au. in Psal. 105.

1. Dolum.

2. Nec fecerim innocentiam meam à me.

* Erit.

b. Hypocrita qui latinè dicitur simulator, est auarus rapitor, qui dum iniqua agens desiderat de sanctitate venerari, laudè vitæ rapit aliene. Glosfordina. ibi.]

3. Quando deus rapiet animam eius?

4. Quæ sunt in manu dei, &

c. Hæc ergo sunt quæ violenti & impij non modo, sed & in futuro iudicio ab omnipotente iudice percipient. Beda. ibid.

d. Filios eius dicit qui eum ad seducendum imitantur falsorum dogmatum peruersorum dationem. Aug. in Annot. in Iob.

5. Cum lauerit.

e. Tinea enim rodendo vestem facit sibi domunculam suam: sed cum vestis excutitur, tinea de domo sua eicitur. sic talis eicitur de domibus suis quos edificauit cum magno labore & expensis. De Lyca.]

f. Terror, hoc est, morbus inopinabilis.

7. Euris.

8. Quod aut ait: fugiens fugiet, percussus in perpetuum peccatoris significat, quia nunquid sit reuocandus ad vitam, & illi penitentia locus non erit. Hier. ibi.

1. Terminum posuit tenebris, hoc est, nil deum later.

2. Auger torrem apud peregrinantes iuxta illum, vt obliuioni, deus à pede, eleuatur aquæ supra hominem, & mouentur. Terra illa oritur panis.

3. Catuli leonis.

4. a. Coereat, scilicet in altum locum, vt appareat arida.

b. Ergo nec in tempore nec in loco est sapientia: vnde & tempus esse significat: sed quomodo in tempore, que in principio erat? Quomodo in loco, que apud deum erat? Vnigenitus filius si queritur, in simi patris euangelico spiritu queritur. Nunquid eum patris locum putatis? Ambr. de incarnat. do. cap. 5.

c. Cum auro Ophir, nec cum Onyca.

6. Committatur eum vase aureo. Corallia & Gabis in pretium non veniant, pretiosior est sapientia margaritis.

7. Auro purissimo.

8. Hoc est angelos, vel etiam homines contemplatiuos.

d. Si queris viam sapientiæ & disciplinæ, colere deum atque ei subditum esse, sapientia est: abstineret autem à peccatis, disciplina est. Ambr. lib. 1. Epist. epist. 6.

fines mundi intuetur, & omnia quæ sub cælo sunt, respicit. Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in mensura. Quando ponebat pluuiis legem, & viam^s procellis sonantibus: tunc vidit illam, & enarrauit, & præparauit, & inuestigauit, & dixit homini: Ecce, timor domini ipsa est sapientia: & recedere à malo, intelligentia.

Iob præteritam plangens prosperitatem, & pia gesta, amicos arguit calumnia quod dicant eum merito talia pati.
X X I X.

8. Conuersationi & contrito.
9. Theosebia poro si ad verbi originem Latine expressum interpretatur, dei cultus dici potest: qui in hoc maxime constitutus est, vt anima ei non sit ingrata. Aug. de spiritu & littera, cap. 11.

† Pal. 1. b.
110. d

4. Operat sanctus Iob atque desiderat, vt iam de illo squalore & cruciatibus liberetur, reuertaturque ad illam gloriam pristina iustitiam, in qua aliquando, domino prosperante, degerebat. Hiero. ibid.

1. Consilium daret.

2. h. Inundantur ieiunia mea, hoc est, cum mihi tanta pecorum esset copia, vt etiam via lacte & butyro exundare potuissent.

c. Ponere digitum vel manum super os, est non audere loqui. vt Mich. 7. d. Ponens manus super os, & aures eorum surde erunt.

* Et eum.

d. Non in medio ista gratia. Corporalia semina, & metis cælestia spiritalia. Miraris iudicium domini de sancto Iob? Mirare virtutem eius qui poterat dicere: Oculus eram cæcus, & pes claudus. Ego eram infirmus, & os meum non habebat pergrinum, ostium autem meum omni venienti patebat. Ambr. Offic. lib. 1. cap. 11.

3. Mecum, hoc est, gloria mea in me renouabitur in resurrectione mortuorum.

4. Verba predicationis sanctæ sicut pluuia sustinemus cum veta humilitate ariditate cordis nostri agnoscimus, vt potius sancte predicationis irrigemur. Glofa ordin. ibid. j

5. Nec lucem vultus mei abiecerant.

6. Dignatione sua & sancta humilitate his sermonibus manifestat, qua ad inferiores suos, quasi ad amicos sibi que coequeles abiit, & se in regni potestate miseris & mortuis se consolatoris præbuit. Hiero. ibid. j.

7. Sanctus Iob ostendit se vituperatum etiam à iustis personis. Primo propter defectum ætatis, dicens: Nunc autem iuniores me vident me. Secundo propter defectum generis, dicens: Quorum non digna. De Lyra. j.

8. Et super ipsis perit consummatio.

9. Solitarij facti in desertum fugerunt locum tenebrosum, squalentem & vultum. Carpebant viticam ex fructu.

10. Et medio verbum expellebant, clamabant contra eos sicut contra furam.

11. Et in peris inter arbusta rugiebant, & subter spinas congregabantur.

12. Nullius nominis, deturbati sunt à terra.

13. Deus enim verum meum laxauit, & affixit me, & frenum ex ore meo abiecerunt.

14. Et insecerunt super me semina perditionis eorum.

15. Vt in calamitate mea profecerent, nec opus habuerunt adiutore.

16. Conuersi sunt aduersum me terrores, persecuti sunt. Hoc est, non solum externæ me terrent afflictiones.

17. Omnia mea perforantur doloribus, & necui moi non requiescent.



Addidit quoque Iob, assumens parabolam suam, & dixit: Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies quibus deus custodiebat me? Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris? Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quando deus secretò erat in tabernaculo meo. Quando erat omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei. Quando lauabam pedes meos in butyro, & petra fundebat mihi riuos olei. Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi. Videbant me iuuenes, & abscondebantur, & senes assurgentes stabant. Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo. Vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhærebat. Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi, eò quòd liberafsem pauperem vociferantem, & pupillum cui non esset adiutor. Benedictio parituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum. Iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento, & diademate iudicio meo. Oculus fui cæcus, & pes claudus. Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam. Conterebam molas iniqui, & dentibus illius auferebam prædam. Dicebamque: In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea. Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur. Qui me audiebant expectabant sententiam, & intenti tacebant ad consilium meum. Verbis meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium meum. Expectabant me sicut pluuiam, & os suum aperiebant, quasi ad imbrem ferotinum. Si quando ridebam ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram. Si voluissem ire ad eos, sedebam primus. Cumque sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.

† Pal. 7. b.
† De Pen. d.
2. c. Sapiens.

† 4. d. diffin. c.
Disziplin.

Triplicem inuit sibi illatam iniuriam & molestiam: vnam à seipso, alteram ab aduersariis, & tertiam à deo.
X X X.



Nunc autem derident me iuniores tempore, quorum nõ dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo, & vita ipsa putabantur indigni. Egestate & fame steriles, qui rodebant in solitudine, squalentes calamitate & miseria. Et mandebant herbas, & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorum. Qui de conuallibus ista rapientes, cum singula reperissent, ad ea cum clamore currebant. In desertis habitabant torrentium, & in cauernis terræ, vel super glaream. Qui inter huiusmodi lætabantur, & esse sub sentibus delicias computabat. Filij stultorum & ignobilium, & in terra penitus non parentes. Nunc in eorum canticum versus sum, & factus sum eis in prouerbiu. Abominantur me, & longè fugiunt à me, & faciem meam conspuere non verentur. Pharetram enim suam aperuit, & affixit me, & frenum posuit in os meum. Ad dextram orientis calamitates meæ ilico surrexerunt: pedes meos subuerterunt, oppresserunt quasi fluctibus semitis suis. Dissipauerunt itinera mea, insidiati sunt mihi, & præualuerunt, & non fuit qui ferret auxilium. Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me, & ad meas miseras deuoluti sunt. Redactus sum in nihilum: abstulisti quasi ventus desiderium meum, & velut nubes pertransiit salus mea. Nunc autem in memetipso marcessit anima mea, & possident me dies afflictionis. Noctè os meum perforatur doloribus, & qui me comedunt, non

non dormiunt.]^bIn multitudine eorum consumitur vestimentum meum, & quasi capiti tunicæ succinxerunt me.¹¹ Comparatus sum luto,] & assimilatus sum fauillæ & cineri. † Clamo ad te, & non exaudis me: sto, & non respicis me. Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi. Eleuasti me,¹² & quasi super ventum ponens elisisti me validè.] Scio quia morti trades me, vbi constituta est domus omni viuenti.¹³ Veruntamen non¹³ ad consumptionem eorum emittis manum tuam, & si corruerint, ipse saluabis.] Flebam quondam¹⁴ super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.] Expectabam bona, & venerunt mihi mala, præstolabatur lucem, & eruperunt tenebræ.^c Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie, præuenerunt me dies afflictionis. Mœrens incedebam, sine¹⁵ furore] confurgens, in turba clamabam. Frater fui draconum, & socius struthionum. Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt præ^d caumate. Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium.

Iob testem suæ innocentie summum iudicem inuocat, aliarum & item virtutum suarum.

XXXI.

R^a Epigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Quia enim partem haberet in me deus] desuper, & hæreditatem omnipotens de excelsis? Nunquid non perditio est iniquo, & alienatio operantibus iniustitiam? Nonne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus in eos dinumerat? † Si ambulauit in vanitate, & festinauit² in dolo] pes meus, appendat me in statéra iusta, & sciat deus simplicitatè meam. Si declinauit gressus meus de via,^b & si secutus est oculus meus cor meum,] & si in manibus meis adhæsit macula, seram, & alius comedat, & progenies mea eradicetur. Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad ostium amici mei insidiatus sum, † scortum alterius sit] vxor mea, & super illam incuruentur alij.³ Hoc enim nephas est, & iniquitas maxima: ignis vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans] genimina.] Si contempsit subire iudicium cum seruo meo & ancilla mea, cum disceptarent aduersum me.^c Quid enim faciam cum surrexerit ad iudicandum deus? & cum quæserit, quid respondebo illi? Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est: & formauit⁶ me in vulua vnus?] Si negaui quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea. (Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio,^{*} & de vtero matris meæ⁷ egressa est mecum.)^d Si despexi prætereuntem, eo quod non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium meorum calefactus est.^e Si leuaui super pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta superiorem:⁸ Humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur. Semper enim quasi tumentes super me fluctus, timui deum, & pondus eius ferre non potui.⁹ Si putauit aurum robor meum, & obrizo dixi, fiducia mea. Si lætatus sum super multis diuitiis meis, & quia plurima reperit manus mea. Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clarè, & † lætatum est in abscondito cor meum, & † osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima, & negatio contra deum altissimum. Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat, & exultaui quod inuenisset eum malum. Non enim dedi ad peccandum guttur meum, vt expeterem maledicens animam eius.¹⁰ Si non dixerunt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius, vt saturemur? † Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. † Si abscondi quasi homo peccatum meum, & cælaui in sinu meo iniquitatem meam. Si expaui ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me, & non magis tacui, nec egressus sum ostium. Quis mihi tribuat auditorem, vt desiderium meum audiat omnipotens, & librum scribat ipse qui iudicat, vt in humero meo portem illum, & circumdem illum quasi coronam mihi?¹⁰ Per singulos gradus meos pronuntiabo illum, & quasi Principi offeram eum.] Si aduersum me

h. Præuermium multitudinis non solum consumitur caro mea, sed etiam vestimentum, imò etiam capiti meum. Nam vermes per superiorem vestimenti partem in tanta multitudine exiebant, quod etiam capiti meo eis copertum. De Lyra.]
11. Proiecit me in lutum.
12. Super ventum, & ferui me facis super eum, & sapientiâ meâ à me remouisti.
13. Ad sepulchrum mittet mandrâ in contritione eius fuerit clamor.
14. Cum eo qui durum habuit diem, dum contristata est anima mea cum egeno.
15. Sicut ecclesiæ interiora efferuiscere est ipse quoque quos per amorem fidei velut viscera ante gestauerat in persecutionis atrocitate tolerare. Hæc autem mala minus dolet, si ab aduersariis fierent, sed grauius cruciat cum ab his de quibus bona sperabantur & hoc est, in terrore eius. Glosa ordina.]
16. Calore (scilicet solis).
17. Acltu nimio.

a. Hic iam incipit merita ecclesiæ commemorare in his qui perseverant in fine in tentationibus magnis abundante iniquitatè & refrigerante charitate multorum. Aug. ex lib. Annot. 2. in Job. Tomo 6.
1. Aut quæ portio dei, sub. mihi esset.
2. Ad dolum.
b. Cogitationes enim surreptitiae non possunt ab homine cui tari. Quia sicut dicit Aug. non est in potestate nostra quibus visis tangamur, tamen in potestate nostra est ea resuete vel acceptate. profectui vel fugere. Est igitur lenus si cor meum, i. cogitationes lubricæ carnis surreptitias secutus est oculus meus impudicè conspiciendo. De Lyra ibidem.]
3. Oculos meos secutum est cor meum.
4. Molat alteri.
5. Messes.
c. Magna humilitas huius sancti viri, & magna iusticiæ iudicij cogitatio. Hieron. ibidem.
6. Nos in vtero vno, hoc est patri dispositione.

* Vt essem quasi pater pupillorum.
7. Dactum præbui, sub. vidus. [d. Si non fide remissionis peccatorum tanquam tunicam non habentem, velauit à nuditate fœditatis. i. peccati pereunt. Iam enim desperat multitudine peccatorum. Aug. in Iob super ca. 31.
8. Latus meum ab humero cadat, & brachium meum à canna confringatur. Quoniam fuit mihi contritio à deo.
9. De creatore quippe desperat se dicebat si spem in creaturâ posuisset. Qui enim labæci inuincitur, necesse est vt cum labæce labatur. Glosa ordinaria. ibid.]
10. Sedulum est.
11. Si in te, & non magis in domo gloriatis, propriam profectio & non domini manum osculati conuincitur, quod iuxta beati Iob sententiam iniquitas est maxima, & negatio in deum. Bernard. super Cantic. Ser. 4.

g. Non mediocri virtus, de qua sibi plaudebat Iob, dicens: Foris non mansit peregrinus, & c. Benevolentia quippe est in his omnibus tanquam fons aquæ resiciens scientem, tanquam lumen quod etiam in aliis luceat nec aliis desit qui de tuo lumine aliis lumè accenderint. Ambro. Offic. 1. cap. 32.
10. Numerum gressuum meorum annuntiabo ei, & quasi principis accedam ad eum.

H v

Sup. 19. a

D

A

Infra. 24. c
Prouet. 5. d

B

C

Prouet. 17. a

D

De per. di. 1.
c. Agite.

th. Fructus absque pecunia comedere, est ecclesia sumptus accipere, sed eidem ecclesia prædicationis præcium non præbere. Iob fructus terre absque pecunia non comedit, quia subditis verbum admonitionis reddidit à quibus fructus corporeæ feruitutis accepit. Glo. ordina.] 11. Lolium.

terra mea clamat, & cum ipsa sulci eius deflent. ^h Si fructus eius comedi absque pecunia, & animam agricolarum eius affixi, pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo ⁱ spina.] Finita sunt verba Iob.

Silentio amicis suis imposito Iob cum illis ab Elihu arguitur insipientia, cum suam iacet sapientiam. XXXII.



Miserunt autem tres viri isti respondere Iob, eo quod iustus sibi videretur. ^A Et iratus ⁱ indignatusque est Elihu filius Barachel ^b Buzithes, de cognatione Ram. Iratus est autem aduersum Iob, eo quod ² iustum se esse diceret coram deo.] Porro aduersum amicos eius indignatus est, eo quod non inuenissent responsionem ³ rationabilem:] sed tantummodo condemnassent Iob: Igitur Elihu expectauit Iob loquentem, eo quod seniores essent qui loquebatur. ^b Cum autem vidisset quod ³ tres respondere non potuissent,] iratus est vehementer. ⁴ Respondensque Elihu filius Barachel Buzites, dixit: Iunior sum tempore, vos autem antiquiores: [†] Idcirco ⁴ demisso capite] veritus sum vobis indicare meam sententiam. Sperabam enim quod ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam. Sed ut vi deo, spiritus est in hominibus, & inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Nō sunt longæui] sapientes, nec senes intelligunt iudicium. ^c Ideo dicam, audite me: ostendam vobis etiam ego meam scientiam. ⁵ Expectaui enim sermones vestros, audiui prudentiam vestram. Donec disceptaremini sermonibus vestris, & donec putabam vos aliquid dicere considerabam. Sed ut video, non est qui possit arguere Iob, & respondere ex vobis sermonibus eius. Ne fortè dicatis, inuenimus sapientiam, ^d deus proiecit eum, non homo. Nihil locutus est mihi, & ego non secundum sermones vestros, respondebo illi. Extimuerunt, nec responderunt vltra, abstuleruntque à se eloquia. ⁶ Quoniam igitur expectaui, & non sunt locuti, steterunt, nec responderunt vltra: respōdebo & ego partem meam, & ostendam scientiam meam. Plenus sum enim sermonibus, & coartat me spiritus vteri mei. ⁷ En venter meus quasi mustū absque spiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit. Loquar & respirabo paululum, aperiam labia mea, & respondebo. Non accipiam personam viri, ⁸ & deum homini non æquabo. Nescio enim ⁹ quandiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus.

Arguit Elihu Iob vt temerarium, qui contra deum contenderet, & eius opera curiosus scrutaretur. XXXIII.



Vdi igitur Iob eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta. Ecce aperui os meum, loquatur lingua mea in faucibus meis. Simplici corde meo sermones mei, & scientiam labia mea puram loquetur. Spiritus dei fecit me, & spiraculum omnipotentis viuificauit me. Si potes responde mihi, & aduersus faciem meam consiste. Ecce, ¹ & me sicut & tu fecit deus,] & de eodem luto ego quoque formatus sum. ² Veruntamen ² miraculum meum] non te terreat, & ³ eloquentia mea] non sit tibi grauis. Dixisti ergo in auribus meis, & vocem verborum tuorum audiui. ⁴ Mundus sum ego, & absque delicto immaculatus, & non est iniquitas in me. ⁵ Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus est me inimicum sibi. Posuit in nervo pedes meos, custodiuit omnes semitas meas. Hoc est ergo in quo non es iustificatus. Respondebo tibi, quia maior sit deus homine. Aduersum eum contendis, quod non ad omnia verba responderit tibi. Semel loquitur deus, & secundo idipsum ⁶ non ⁴ repetit.] Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo. ⁷ Tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina: vt auertat hominem ab iis que fecit, & liberet eum de superbia: eruens animam eius à corruptione, & vitam illius vt non transeat in gladium. ⁸ Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit. Abominabilis ei fit in vita sua panis, & animæ illius cibus antè desiderabilis. Tabeſcet

1. Vultus Elihu.

2. Secundus filius Nachor ex Melecha fuit Buz: & ex huius genere est Balaam ille diuinus, vt Hebræi tradunt, qui in libro Iob dicitur Elihu filius Barachel Buzites, de huius Buzi radice descendens. Hierony.

3. Iustificaret animam suam magis quam deum.

4. Dicit hoc sibi magis videri: quia spiritus aguntur homines, quibus deus omnipotens sapientia suæ inspiratione tribuerit, quod in sigillationem prædicationis quasi ex obliquo dicitur: ipsi soli hoc sapientia boni concessum sit. Beda ibidem.]

5. Non esset responsio in ore iustorum.

6. Expauit, &c.

7. Qui magni sunt.

8. Hæc ironice ab eo dici nō dubium est: & ideo quia superius irrisorie prudentiam amicorum Iob dixerat, ideo aperte dicit: Donec putabam vos aliquid dicere considerabam. Hiero. ibid.

9. Vt hæc dicam causam cur taceret: & sermonibus vestris non respondebo ei. Ego enim talia dicam, vt mihi quemadmodum vobis respondere nō possit. Quia ergo expectaui, & non sunt locuti, quasi ad Iob cōuertens, dixit Aug. in Annotat. lib. sup. Iob.]

10. Talis est omnis iactantia, aut loquens, ergo aut rumpe. Plenus est enim sermonibus, & coartat eum spiritus vteri sui: haurit & stitit auditores, quibus suas iactitantes, quibus omne quod sentit effundat: quibus qualis, & quantus sit innotescat. Bernar. de gradibus humil. 4. gradu iactantia.

11. Neque cognominabo hominem.

12. Quomodo cognominem.

13. Cum hic Elihu non reprehendatur à domino, quia sanctum Iob increpare videretur: tamen quia ab eodem domino iuste despicitur, cum de eo ita ait infra 38. a. Quis est iste, &c. Beda ibi.

14. Ego sum sicut etiam apud deum.] b. Paulus humiliter sua alta verbum solati vocat, loquens Hebræis. Ille sua minima miraculum & eloquentiam vocat: quia proprium est arrogantiæ, quod priusquam dicat, mita se dicere estimant, & locutionem suam admirando præueniunt. Gloſa ordi. ibid.]

15. Terror meus.

16. Coactio mea.

17. Quasi vocationem omnium iustorum semel fecit dominus, & temporaliter circa singulos, hoc a iudicio prouidetur. Aug. in Annotat. in Iob.

18. Vbi frequenter loqui dicitur deus, vel lex eius multiplex, vel prophetarum & mandatorum eius diuersitas iudicatur. Vbi verò semel loqui significatur, stabilitas & definitio eius sententia demonstratur. Hieron. ibid.

19. Videbit.

20. Tres ergo has vias non irrationabili sermone distinxit per quas nunc visionibus terribilibus somniorum animam hominis erudit deus: nunc negotationibus acerbissimarum infirmitatum carnem afficit: nunc mentem etiam visitatione consolationis illuminat. Beda. ibidem

† Sup. 12. b

Sup. 13. d

bescet caro eius,* & ossa quæ tecta fuerant, nudabuntur. Appropinquabit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis. Si fuerit pro eo angelus loquens vnum de similibus,] vt annuntiet hominis æquitatem, miserebitur eius, & dicit: Libera eum, vt non descendat in corruptionem. Inueni in quo ei propiciet. ⁵ Consumpta est caro eius à suppliciis,] reuertatur ad dies adolescentiæ suæ. ⁶ Deprecabitur deum, & placabilis ei erit: & videbit faciẽm eius in iubilo, & reddet homini iustitiam suam. Respiciet homines, & dicit: Peccavi, & ⁷ verè deliqui: & vt eram dignus, non recepi.] Liberauit animam suam, ne pergeret in interitum: sed viuens lucem videret. Ecce, hæc omnia operatur deus ^h tribus vicibus per singulos, vt reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce viuentium. ¹ Attende Iob, & audi me, & tace, dum ego loquar. Si autem habes quod loquaris responde mihi. Loquere. Volo enim te apparere iustum. Quod si non habes, audi me, tace, & docebo te sapientiam.

Elihu recto dei iudicio, & non immerito Iob afflictum contendit, cum dei sit regna pro libito mutare.
XXXIII.

Ronuntians itaque Elihu, etiam hæc locutus est: Audite sapientes verba mea, & eruditi auscultate me. [†] Auris enim verba probat, & guttur escas gustu diiudicat. Iudicium eligamus nobis, & inter nos videamus quid sit melius. Quia dixit Iob: Iustus sum, & deus subuertit iudicium meum. ^a In iudiciõ enim me mendacium est. ¹ violẽta sagitta mea] absque vllõ peccato. Quis est vir vt est Iob, qui bibit subsannationem quasi aquam, qui graditur ^{*} cū operantibus iniquitatem, & ambulat cum viris impiis: Dixit enim: ^b Non placebit vir deo, etiam si cucurrerit cum eo. Ideo viri cordati audite me: Absit à deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. ^{*} Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis. ⁶ Verè enim deus non condemnabit frustra, nec omnipotens subuertet iudicium. ^c Quem constituit alium ^{*} super terram, aut ² quem posuit super orbẽ, quem fabricatus est?] Si direxerit ad eum cor suum, spiritum illius, & flatum ad se trahet. Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur. Si habes ergo intellectum audi quod dicitur, & auscultate vocem eloquij mei. Nunquid qui non amat iudicium, ³ sanari potest: Et quomodo tu eum qui iustus est, intantum condemnas?] Qui dicit Regi: ⁴ apostata,] qui vocat Duces impios. [†] Qui non accipit personas Principum, nec cognouit tyrannum, cūm disceptaret contra pauperem. Opus enim manuum eius sunt vniuersi. Subito morientur, & in media nocte turbabuntur populi, & pertranfibunt, & auferent violentum absque manu. ^d Oculi enim eius super vias hominum, & omnes gressus eorum considerat. Non sunt tenebræ, & non est vmbra mortis, vt abscondantur ibi qui operantur iniquitatem. ⁵ Neque enim vltra in hominis potestate est, vt veniat] ad deum in iudicium. Conteret ^e multos] innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. ⁷ Nouit enim] opera eorum, & idcirco inducet noctem, & contendentur. ⁶ Quasi impios percussit eos, in loco videntium. Qui quasi de industria recesserunt ab eo, & omnes vias eius intelligere noluerunt, vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni, & audiret vocem pauperum. Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet? Ex quo absconderit vultum, quis est qui contempletur eum? Et super gentes, & super omnes homines. [†] ^f Qui regnare facit hominem hypocritam, propter peccata populi. ⁸ Quia ergo ego locutus sum ad deum, te quoque non prohibebo.] Si erravi, tu doce me. Si iniquitatem locutus sum, vltra non addam. Nunquid à te deus expetit eã, quia displicuit tibi? Tu enim cœpisti loqui, & non ego. Quòd si quid nosti melius, loquere. Viri intelligentes loquantur mihi, & vir sapiens audiat me. Iob autem ⁹ stultè locutus est, & verba illius non sonant disciplinam. Pater mi, probetur Iob vsque ad finem. ¹⁰ Ne desinas ab homine] iniquitatis: qui addit super peccata sua ¹¹ blasphemiam.] Inter nos interim constringatur, & tunc ad iudicium prouocet sermonibus suis deum.]

*Ne videat. [Id est, causis mortem inducētib. Et scēdum hoc poterat dici ipsi Iob q̄ deus responderat ei carnē eius multipliciter affligēdo. De Lya. 5. Milibus. 19. Innumeris enim humanum genus supplicij vitiõ & poenarum premebatur: sed veniente reſcripto reuertitur ad dies adolescentiæ suæ, id est, prioris vitæ integritate renouatur, vt nõ in eo remaneat quo lapsus est, sed ad hoc redemptus redcat, ad quod percipiendum conditus fuit. Glosa ordi.]
6. Resurrect caro eius, magis quàm in pueritia.
7. Quod rectum erat perueti, & nihil mihi peruit.
h. Hoc est, conuersionis, probationis, & mortis. Aug. in Annota. in Iob.
i. Hoc est, docenti te obedias, & prebe doctrinã consentium. Beda ibidem.

a. Nec enim in eo malo scilicet mendacio debemus Præfiliari flatu esse participes, in quo certis hæreticis committitur esse peiores. Ipsi enim soli reperitur ad occultandã suam quam putat veritatẽ, dogmatizare mē dacij, atque hoc tã magnũ malum ideo iustũ existimare, quia dicunt in corde retinendũ esse quod verum est, ore autẽ ad alios proferre falsum, nullũ esse peccatum. Aug. de mendacio. Nemo itaque quantumuis ius pro se habeat, mentiri debet.
1. Incurabilis est sagitta plage meæ.
*Ad societatem.
b. Hic illum putat deceptum, quia hoc sperans omnia illa fecerit, aut certè quod in bonum non putat visitari eum qui ambulauerit cum domino. Aug. lib. Annot. in Iob. Tomo. 6.
*Secundum.
c. Hoc est, Quis visitet per iudicium terram, & omnes populos nisi deus? Qui si male velle nobis, posset vno flatu omnes redigare in puluerem. Ipse ergo q̄ potens cõditor, nam plus est mō derator: quia opus suum agnoscit & diligit. Hieron. ibid.
*Pro se.
2. Quis posuit orbẽ vniuersum? 3. Dominari potest? Et nõne multum iustus impie agerit?
4. Impius est.
d. Insuper enim & perpetuo vigilem illũ oculum, nihil corũ que sunt, latere potest. Chryso. in 1. c. Gene. homi. 8.
5. Neque enim homini amplius quid imposuit, eum venit.
6. Fortes.
7. Cognoscere enim faciet.
10. Omnes enim peccatores & impii cõtra iudicium sibi bonũ natura agerit, sicut de huiusmodi dicit Apostolus Rom. 2. Qui eum cognouissent deum, nõ sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Vbi autem cognouerunt deum, nisi in ratione & iudicio mentis? Beda.]
f. Sicut de populo Israel dicit deus Osee 13. In iustũ enim non est vt improbis accipitibus nõ cendi potestatem, & bonorum patientia probetur, & malorum iniquitas puniatur. Aug. de natura boni. aduer. Manich. cap. 3.
8. Nõquid ad deum dicere quis potest, supportari, & nõ nocuĩ?
9. Non ex scientia.
10. Propter responsiones ad viros.
11. Iniquitatem. Plaudit inter nos, & multiplicat verba sua ad deum.

† Sup. 12. b

† Deut. 10. d
2. Para. 19. b
Sapient. 6. b
Eccle. 35. b
Roma. 2. b
Galat. 2. b
Ephes. 6. b
Coloss. 3. d
Acto. 10. c
1. Pet. 1. c

† 1. q. 1. c. Au. D
dader.

Non deo, sed homini prodest aut obest pietas aut impietas, quoniam reſto dei iudicio interdum vindicta differtur. XXXV.

a. Hoc est, iustus sum ante conspectu domini. Vtrumque enim reprehensibile est in homine. Aug. in Anno. in Iob.
b. Hoc est, Cui te equare praesumis? Poterit enim agnoscere maiestatem dei ex caelo, quod est sedes eius: & ex nubibus, quae sunt vehicula eius, quae est hinc altissima, nec illis prodesse nec obesse possumus, & multo minus deo qui illis praesidet. Beda ibidem.
c. Quis egisti contra eum?
d. Nox ipsa tribulatio intelligitur, secundum illud Psal. Probasti cor meum, & visitasti nocte: sicut & prosperitas aliquando dicitur. Vnde Psal. Per dies sol non uret te. Hiero. ibidem.
[e. Quid frustra audiret clamantem, nisi videret eum vere poenitentem, & quia talia non possunt eum latere, ideo subditur: Et omnipotens causas singulorum intuebitur. De Lira ibid.]
f. Etiam nunc quando nondum visitat in ira sua, nec cognoscit in multitudine nimia.



gitur Elihu haec rursus locutus est: Nunquid aqua videtur tibi tua cogitatio, vt diceret: Iustior deo sum? Dixisti enim: Non tibi placet quod rectum est. Vel, quid tibi proderit, si ego peccauero? Itaque ego respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis tecum. Suspice caelum, & intueere: & contemplare aethera quod altior te sit. Si peccaueris, quid ei nocebis? Et si multiplicatae fuerint iniquitates tuae, quid facies contra eum? Porro si iuste egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua: & filium hominis adiuuabit iustitia tua. Propter multitudinem clamantium clamabunt, & euulabunt propter vim brachij tyrannorum. Et non dixit: Vbi est deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte. Qui docet nos super iumentata terra, & super volucres caeli erudit nos. Ibi clamabunt, & non exaudiet propter superbiam malorum. Non ergo frustra audiet deus, & omnipotens causas singulorum intuebitur. Etiam cum dixeris, non considerat, iudicare coram illo, & expecta eum. Nunc enim non infert furorem suum, nec ulciscitur scelus valde. Ergo Iob frustra aperit os suum, & absque scientia verba multiplicat.

f. i. q. 4. c. Ho mini.

Deus flagellat vt erudiat, tribulat vt saluet, humiliat vt timeatur, vnde equus iudex ostenditur. XXXVI.

2. Quia vero nonnunquam doctores sancti crebre repetunt si qua obscurius dicunt: vt quae occulta praedicant, auditorum cordibus voce haec iterationis infundant. Plerumque hoc etiam appetunt arguentes imitari, & insolent ca quae dixerint, replicant: quod audientum certibus insinuat res appetant, sed quo eorum iudicio videri volunt eloquentes. Greg. ibid.
1. Perfectus scientis tecum est.
b. Haec est iustitiae eius immensitas, & naturae bonae voluntas vt nulli iniudeat: quia nemo ei, quauis potens sit, potest coaequare. Hiero. ibid.
* Corde.
2. In delectationibus.
[e. Cum simulatores diceret, apud subitum & callidum: quia ni si ingenio callent quod videri appetunt, congrue simulare non possunt. Antequid iudicem itaque de ignorantia excusatione habere non possunt: quia dum ante oculos hominum omnium modum sanctitatis ostendant. Ipsi sunt testimonio quod bene videre non ignorant. Glo. ordin. ibidem.]
3. Adolescentia.
4. Iudicium autem impij impleuisti, causa iudiciumque eius reprehendunt.
5. Nunquid estimabit quis opulentiam tuam non aurum, nec omnes qui virtutibus pollent.
6. Propter afflictionem.
7. Quis visitauit contra eum?
[e. Quis est ergo isto tam temerarius & iniquus, qui haec audeat loqui? Haec omnia in iniuriam Iob dicuntur. Memento quod ignores opus eius: vel omne genectale opus eius, mirabile opus & inexplicabile est: vel certe speciale, & super omnia magna & mirabilia opera eius. Beda ibid.]
8. Ve magnificas.
9. Stillabunt nubes edum voluerit pluuiam ad vaporem eius.
10. Insuper nunquid intelliget differentias nubium, tonitrua firmamenti sui? Ecce, extendit super nubes lumen suum.
11. Nubibus.
12. Eis vt pluant propter orationem.



Ddens quoque Elihu, haec locutus est: Sustine me paululum, & indicabo tibi. Adhuc enim habeo quod pro deo loquar. Repetam scientiam meam a principio, & operatorem meum probabo iustum. Verum enim absque mendacio sermones mei, & perfecta scientia probabitur tibi. Deus potens non abiicit, cum & ipse sit potens: sed non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuet. Non aufert a iusto oculos suos, & Reges in folio collocat in perpetuum, & illic eriguntur. Et si fuerint in catenis, & vinciantur funibus paupertatis, indicabit eis opera eorum, & scelera eorum, quia violenti fuerunt. Reuelabit quoque aurem eorum, vt corripiat, & loquetur vt reuertantur ab iniquitate. Si audierint & obseruauerint, complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria. Si autem non audierint, transibunt per gladium, & consumentur in stultitia. Simulatores & callidi prouocant iram dei, neque clamabunt cum vincati fuerint. Morietur in tempestate anima eorum, & vita eorum inter effeminatos. Eripiet de angustia sua pauperem, & reuelabit in tribulatione aurem eius. Igitur saluabit te de ore angusto latissimè, & non habente fundamentum subter se. Requies autem mensae tuae erit plena pinguedine. Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumque reperies. Non te ergo superet ira, vt aliquem opprimas: nec multitudo donorum inclinet te. Deponè magnitudinem tuam absque tribulatione, & omnes robustos fortitudine. Ne protrahas noctem, vt ascendant populi pro eis. Caue ne declines ad iniquitatem. Hanc enim coepisti sequi post miseriam. Ecce deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. Quis poterit scrutari vias eius? aut quis potest ei dicere: operatus es iniquitatem? Memento, quod ignores opus eius, de quo cecinerunt viri. Omnes homines vident eum, vnusquisque intuetur procul. Ecce deus magnus vincens scientiam nostram. Numerus annorum eius inestimabilis. Qui aufert stillas pluuiarum, & effudit imbres ad instar gurgitum, qui de nubibus fluunt, quae praetexunt cuncta desuper. Si voluerit extendere nubes, quasi tentorium suum, & fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet. Per haec enim iudicat populos, & dat escas multis mortalibus. In manibus abscondit lucem, & praecipit ei, vt rursus adueniat. Annuntiat de ea amico suo quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere.

Ex dimi-

Ex diuinis operibus Elihu dei sapientiam declarat, & inuestigabile iudicium.

XXXVII.

Super hoc expauit cor meum, & motum est de loco suo. Audiet ¹ auditionem in terrore vocis eius,] & sonum de ore illius procedentem. Subter omnes caelos ² ipse considerat,] & lumen illius super terminos terræ. Post eum rugiet sonitus, tonabit voce magnitudinis suæ, & nõ ³ inuestigabitur,] cum audita fuerit vox eius. Tonabit deus in voce sua mirabiliter, * qui facit magna & inscrutabilia. ^b Qui præcipit niui vt descēdat in terram, & hyemis pluuiis, & imbri fortitudinis suæ. ⁵ Qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli opera sua. Ingredietur bestia latibulum suum, & in antro suo morabitur: ⁴ ab interioribus egredietur tempestas, & ab arcuro frigus flante deo concrefcit gelu, & rursum latissime funduntur aquæ. ⁵ Frumentū desiderat nubes,] & nubes spargunt lumen suum. ⁶ Quæ lustrant cuncta per circuitum, quocumque eas voluntas gubernantis duxerit,] ad omnem quod præceperit illis super faciem orbis terrarum, ⁷ siue in vna tribu, siue in terra sua, siue in quocumque loco misericordiæ suæ eas iusserit inueniri. ⁸ Ausculta hæc Iob, sta, & considera miserabilia dei: Nunquid scis quando præcepit deus ⁸ pluuiis, vt ostenderent lucem nubium eius? ⁹ Nunquid nosti ⁹ semitas nubium magnas, & perfectas scientias? ¹⁰ Nõne vestimenta tua calida sunt ¹⁰ cum perflata fuerit terra austro? ¹¹ Tu forsitan cum eo fabricatus es caelos, qui ¹¹ solidissimi quasi ære fusi sunt. ¹² Ostende nobis quid dicamus illi. Nos quippe inuoluimur tenebris. ¹³ Quis narrabit ei quæ loquor? ¹⁴ Etiam si locutus fuerit homo, deuorabitur, at nunc non vident lucem. ¹⁵ Subito aër cogetur in nubes,] & ventus transiens fugabit eas. Ab aquilone ¹⁶ aurum venit, & à deo formidolosa laudatio. Dignè eum] inuenire non possumus. Magnus fortitudine & iudicio, & iustitia, & ¹⁷ enarrari non potest. ¹⁸ Ideo timebunt eum viri, & nõ ¹⁹ audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes.]

Deus ex creatis ab initio ostendit Iob ^{impedire} loquutum, & Elihu inconuenienter determinasse.

XXXVIII.

† Infra. 40. a. A

† Genes. lxxii. 18. a

Respondens autem dominus Iob de turbine, dixit. Quis est iste inuoluens sententias] sermonibus imperitis? ^a Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & ^b responde mihi. ¹ Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? Indica mihi, si habes intelligentiam: Quis posuit mēsuras eius, si nosti? vel quis tetendit super eam lineam? Super quos bases illius solidatae sunt? Aut quis demisit lapidem angularem eius, cum me laudarent simul ^c astra matutina, & iubilarent omnes filij dei? Quis conclusit ostiis mare, quādo erumpebat quasi de vulua procedens: cum ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud quasi pannis infantiae obuoluerem? ² Circumdedi illud terminis meis,] & posui vectem & ostia, & dixi: Vsq̄ huc venies, & non procedes amplius: & hic confringes tumentes fluctus tuos. Nunquid ³ post ortum tuum] præcepisti diluculo, & ⁴ ostendisti auroræ locum suum? Nunquid tenuisti concutiens] extrema terræ & excussisti ^d impios ex ea? ⁵ Restituetur vt lutum signaculum, & stabit] sicut vestimentum. Auferetur ab impiis lux sua, & brachium excelsum confringetur. ⁶ Nunquid ingressus es profundum maris, & in nouissimis abyssi deambulasti? Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrofa vidisti? Nunquid considerasti latitudinem terræ? Indica mihi si nosti omnia, ⁷ in qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus sit: vt ducas vnumquodque ad terminos suos, & intelligas semitas domus eius. ⁸ Sciebas tunc quod nasciturus esses, & numerum dierum tuorum noueras? ⁹ Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti? quæ præparauit in tempore ¹⁰ hostis,] & in diem pugnae & belli? Per quam viam spargitur lux, diuiditur æstus super terram? Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & viam sonantis tonitru, vt plueret super terram absque homine

1. Euisum est de terrenis rebus quibus delectabatur, vt lucsum habeatur ad dominum. Hinc apparet eum ista dicere in spiritu. Nam incipit dicere: cur euulsus est cor meum de loco suo, auctoritate scilicet euangelij per totum orbem terribiliter sonantis? Ponit etiam agite, appropinquabit enim regni celorum. Augu. in annota in Iob, cap. 37.

1. Audiendo in terrore vocem eius.

2. Directio eius.

3. Supplantabit ea.

* Et nescimus, (scilicet quomodo hæc fiant.

[b. Niue candorem gratia, quæ per baptismum fidelibus spiritus sancti dono tribuitur, superius diximus posse significari: & exempla illic testimoniorum de scripturis aliquanta protulimus. Beda ibidem.]

4. Ex generali egreditur tempestas, & ex dispersionibus frigus.

5. Per flatum dei datur gelu, & latitudo aquarum constringitur. Sed & propter irigationem fatigat nubes.

6. Ipse vertit nubes in consiliis suis ad operandum, &

7. Siue pro flagello, siue pro terra sua, siue pro beneficio quod offert.

8. Illis, illustratque nubes suas luce!

9. Dispersiones nubium, & mirabilia perfecti in scientiis?

10. Quando etiam quillam reddit terram à meridie!

11. Fortes sunt quasi specula solidissima.

12. Quæ splendet in nubibus.

13. Auræ venit serenitas ante deum terribilem in magnificentia, ipsum verbis omnipotentem.

14. Non affligit.

15. Videbit eum sapiens corde.

1. Obscurans consilium.

2. Omnis igitur qui cum deo est locutus, lumbos prius calcitrare iubetur accingere. Hiero. ibid.

3. Duce me.

4. Quasi hoc modo loquitur ei deus: Tu igitur Iob qui me eras vnum hominuculum intus arguis operari. Beda ibidem.]

5. Angeli celestes, quos & filios dei nuncupant, ad distinctionem nimirum hominum sanctorum, qui post modum creandi, ac velut astræ sperina post confessionem diuinæ laudationis per mortem erant carnis occulsi. Iulius super cap. 1. Genes.

6. Et posui super ipsum decretum meum.

7. A diebus tuis.

8. Cognouisti locum ipsius aurora, vt apprehendat.

9. Quia adueniente luce aurora latrones dilitefcunt.

10. Conuertitur terra velut lutu signilli, & stabunt.

11. Hæc itaque interrogatio oportet legere, vt res quasque Christus vbiunque gesserit, ipsa demonstrat oratio. Ob id enim ipsum mortuus viuusque fuit, vt mortuorum viuorumque dominetur. Cyril. in Gen. lib. 5.

* Hæc, &

[f. In niue vel grandine frigida & dura intelligenda sunt corda peccatorum, quæ dominus præparauit in tempore hostis, in diem pugnae & belli, vt eum aduersarius noster diabolus tentare nititur, eorum moribus quasi suis contra nos armis utatur. Glosa ordinata, ibidem.]

7. Angustia.

in deserto, vbi nullus mortalium commoratur, vt impleret inuiam & desolatam, & produceret herbas virentes? Quis est pluuiæ pater, vel quis genuit stillas roris? De cuius⁸ vtero egressa est glacies, & gelu de cœlo quis genuit? in similitudinem lapidis aquæ durantur, & superficies abyssi constringitur. Nunquid coniungere valebis micantes¹ stellas pleiadas, aut⁸ gyrum arcturi poteris dissipare? Nunquid producis luciferum in tempore suo,] & vespere super fines terræ consurgere facis? Nunquid non^D sti ordinē cœli, & pones rationē eius in terra? Nunquid eleuabis in nebula vocem tuā, & impetus aquarum operiet te? Nunquid mittēs fulgura, & ibunt: & reuertentia] dicent tibi: assumus? Quis posuit in visceribus hominis sapientiam, vel quis dedit gallo] intelligentiam?¹⁰ Quis enarrabit cœlorum rationem, & concentum] cœli quis dormire faciet? Quando¹¹ fundabatur puluis in terram,] & glebæ compingebantur? Nunquid capies lænæ prædam, & animam catulorum eius implebis, quando cubant in antris, & in specubus insidiantur?[†] Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad deum vagantes, eo quod non habeant cibos?

† Psal. 46b

Mirabilia à deo facta in auibus & animalibus nos docent quantum deo fidere debeamus.
X X I X.

g. Aliter vterus dei incomprehensibilia & occulta iudicia eius, quæ rimari nequeunt, mysticè insinuat. De quibus occultis iudiciis eius in Iob scriptum est. De cuius vtero egressa est glacies. Aug. de essentia diuinitatis.
h. Pleiades stellæ & arcturi & i. i. à pluralitate vocatæ sunt, ita vt vicinæ sibi & diuise sunt conditæ, vt & simul sint, & ramen coniungi nequaquam possint. Greg. in ca. 38. Iob. lib. 29. c. 27.
8. Vim ætæriam orionis exire facies? Nunquid educes cœlestia signa tempore suo?
9. Cœli.
10. Quæ numerabit nubes in sapientia, & lagenas (hoc est nubes aquas deferentes).
11. Constat puluerem in rem solidam.

a. Capreard syluestrium genus, quas 70. Interp. vocant tragelaphos. i. hircocætuos. Tragæ enim hircus, elaphos aut cætuus. Aug. in anno. in Iob.
1. Accubant, & fetus suos dicunt. paritque suos emittit, hoc est, cum magna patientia dissculcat.
b. Onager agrestis est asinus, & syluestris vt plurimum, qui nufquam domari potest. Grego. in 24. cap. Iob. lib. 16.
c. Rhinoceros indomitæ omnino nature est. ita vt si quædo caprus fuerit, teneri nullatenus possit. impatiens quippe, vt ferunt, ilico moritur. Greg. in li. 31. Iob. cap. 1. sup. cap. 39. Iob.
* Ad.
1. Alis pauo exultat, nunquid pennis struthioni, & plumas distit?
[d. Seruthio auis est in pluribus mirabilis: in corpore enim quædam ad grauitatem assimilatur animalibus: quia per alas suas non erigitur in altum: sed solis iuuatur ad fortius currendum super duos pedes suos. Et hoc est quod dicitur: Pennis struthionis similis est, & c. De Lya. ibi.]
3. Et in puluere calefaciet eam.
4. Cruelis est.
5. Collum eius strepitu.
6. Virtus.
7. Fodiet in valle, & gaudebit in fortitudine.
[e. Contra equum quippe dei, quia prauorum consilia perstrepunt pharetra sonat: quia aperta penna exquiritur, hasta vibrat: quia vero ei etiam disputatione resistitur, dum clypeus an referat: sed à seruore suo per ista nõ compescitur. Vnde subditur: Feruens & fremens. Glo. fa. ordinata.]
8. Cuspis, lancea, & hasta.
9. Strepitum principum & vociferationem.
f. Accipiter auis rapax, ab accipiendis auibus dicitur.
10. Munitione, vel munito loco.
[g. Inde contèplatur escam. i. prædam ad sui & suorum pullorum nutritionem: Et quia cõmuniter accipit prædam viuam, vnde subdit, Pulli eius lambunt sanguinem, scilicet de præda ab ea occisa currentes. De Lya. ibid.]
11. Contendere cum omnipotentē eruditio est.
12. Disputat cum deo.
13. Ecce qui sperus sum.
14. Et non respondebo: & duo.



Nunquid nosti tempus partus^a ibicum in petris, vel parturientes ceruas obseruasti? Dinumerasti menses conceptus earum, & scisti tempus partus earum? Incuruantur ad foetum & pariunt, & rugitus emittunt.] Separantur filij earum, & pergunt ad pastum: egrediuntur, & non reuertentur ad eas. Quis dimisit onagram^b liberum, & vincula eius quis soluit? Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra falsuginis. Contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit. Circumspicit montes pascuæ suæ, & virentia quæque perquirat. Nunquid volet^c rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum? Nunquid alligabis rhinocerotam ad arandum loro tuo, aut confringet glebas vallium post te?³ Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius? Et derelinques ei labores tuos? Nunquid credes illi quoniam sementem reddat tibi, & arcem tuam congreget?^{2d} Penna struthionis similis est pennis herodij & accipitris.] Quando derelinquit oua sua in terra,³ tu forsitan in puluere calefacies ea? Obliuiscitur quod pes conculcet ea, aut bestia agri conterat.⁴ Duratur] ad filios suos quasi non sint sui, frustra laborauit nullo timore cogente. Priuauit enim eam deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam. Cùm tempus fuerit, in altum alas erigit: deridet equum & ascensorem eius.⁵ Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circundabis¹ collo eius hinnitusum? Nunquid suscitabis eum quasi locustas? Gloria narium eius terror,⁷ terram vngula fodit. Exultat audacter,] in occursum pergit armatis. Contemnit pauorem, nec cedit gladio. Super ipsum sonabit pharetra,⁸ vibrabit hasta & clypeus.] Feruens & fremens forbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorem. Vbi audierit buccinam, dicit: vah, procul odoratur bellum,⁹ exhortationem ducum, & vlulatum exercitus.] Nunquid per sapientiam tuam plumescit^f accipiter, expandens alas suas ad austrum? Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? In petris manet, in præruptis silicibus commoratur, atque¹⁰ inaccessis rupibus.]⁵ Inde contemplantur escam, & de longe oculi eius prospiciunt. Pulli eius lambunt sanguinem, & vbicunque cadauer fuerit, statim adest. Et adiecit dominus, & locutus est ad Iob: Nunquid¹¹ qui contendit cum deo, tam facile cõquiescit? Vtique qui¹² arguit deum,] debet & respondere ei. Respondens autem Iob domino, dixit: ¹³ Qui leuiter locutus sum,] respondere quid possum? Manum meam ponam super os meum. Vnum locutus sum,¹⁴ quod vtinam non dixissem: & alterum,] quibus vltra non addam.

Sup. 9. d.

Deus ex humana imbecillitate, suam in Behemoth, & Leviathan malitiam, ostendit potentiam.
X L.

Respon-

Sup. 28. a

A

Respondens autem dominus Iob de turbine, dixit: ^a† Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & ¹ indica mihi. Nunquid irritum facies iudicium meum, & condemnabis me, vt tu iustificeris? Et si habes brachium sicut

a Quod est, nolo vt taceas sicut ipse disponis, sed potius loquere, & quod d. interrogo te, responde mihi. Beda.
1. Tu doce me.

deus, & si voce simili tonas, circunda tibi ² decorem, & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosus induere vestibus. ^b Disperge superbos in furore tuo, & confunde eos:] & respiciens omnem arrogantem humilia.] Respice cunctos super-

2. Magnificenciam & sublimitatem, & induere decore & gloria. Disperge indignationes irarum, aspice omnem superbium, & humilia eum.
[b. Si quid potes hos ipsos demones, quorum tribulationibus cōtereris, expugna atque disperge. In brachio potentium diuinam in voce terrorem maiestatis suae significat. Beda ibid.]

bos, & confunde eos: & contere impios in loco suo. ³ Absconde eos in puluere simul, & facies eorum demerge in foueam: & ego confitebor quod saluare te possit dextera tua. Ecce ⁴ Behemoth quem feci tecum, ⁵ fœnum quasi bos comedet. ⁶ Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius. ⁷ Stringit] caudā suam quasi cedrum, nerui testiculorum eius perplexi sunt. Ossa eius ⁸ velut fistulæ æris, cartilago illius quasi laminæ ferreæ. ⁹ Ipse est principium viarum dei. Qui fecit eum applicabit gladium eius, huic montes herbas ferunt. ¹⁰ Omnes bestiae agri ludent ibi, sub vmbra dormit in secreto calami in locis humentibus. Protegunt ¹¹ vmbra] vmbra eius, circundabunt eam salices torrentis. Ecce absorbebit fluuium & non mirabitur, & habet fiduciā quod influat Iordanis in os eius. In oculis eius ¹² quasi hamo] capiet eum, & in sudibus perforabit nares eius. An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? Nunquid pones ¹³ circulum] in naribus eius, aut ¹⁴ armilla] perforabis maxillam eius? ¹⁵† Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia? Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum ¹⁶ seruum sempiternum?] Nunquid illudes ei quasi aui, aut ligabis eum ¹⁷ ancillis tuis?] Concident eum amici, diuident illum negotiatores? Nunquid implebis ¹⁸ sagenas] pelle eius, & ¹⁹ gurgustium piscium] capite illius? Pones super eum manum tuam. Memento belli, nec vltra addas loqui. Ecce spes eius ²⁰ frustrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur.]

* b. Nunquam animal syluestre, vt dicunt Hebrei, sicut Leuiathan marinum animal.
c. In lumbis viri femina sunt, in vero autem femina. Illudic ergo diabolus in his vt faciat adulterium, incestu, fornicationem. Et ideo qui fornicatur, in corpus suum peccat, non extra corpus. Ambr. in Psal. 37.
3. Cum voluerit, erigat.
* Fortia sunt.
d. Cui cononare etiam videtur illud Psal. vbi legitur: Draco iste quem formasti ad illudendum ei, sic intelligendum est, vt existimemus talem ab initio creatum, cui ab angelis illudetur, sed in hac pena post peccatum ordinatum. Aug. de ciui. dei li. 11. cap. 15.
4. Vmbrosa.
5. Hamum.
6. Spina.
7. In seruum perpetuum.
8. Vt sit cum puellis tuis.

† Danic. 4. c

† De pen. di. 2. c. Si enim, & c. Principium.

† 73. di. cap. Nerui.

† 73. di. cap. Nerui.

† 73. di. cap. Nerui.

† 73. di. cap. Nerui.

† 73. di. cap. Nerui.

† 73. di. cap. Nerui.

Behemoth malitia arguitur iuxta eius membra, duritiam, & superbiam. X L I.

† Iere. 50. g

A

Non quasi crudelis suscitabo eum.] ¹† Quis enim resistere potest vultui meo, & quis ante dedit mihi vt reddā ei? Omnia quæ sub cœlo sunt, mea sunt. ² Non parcā ei verbis potentibus, & ad deprecādum compositis.] Quis reuelabit faciem indumenti eius. Et ³ in medium oris eius quis intrabit?] Portas vultus eius quis aperiet? Per gyrū dentium eius formido, ⁴† cor-

1. Nemo tam ferocis est qui ausit excitare eum.

pus illius quasi scuta fusila, compactum squamis se prementibus.] ⁵† Vna vni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas. Vna alteri adhærebit, & tenentes se nequaquam separabuntur. Srenutatio eius splendor ignis, & oculi eius vt palpebræ diluculi. De ore eius lampades procedunt ⁶ sicut tedæ ignis accēsæ.] de naribus eius procedit fumus, sicut ollæ succensæ atque feruentis. Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur. In collo eius morabitur fortitudo, & ⁷ faciem eius præcedit egestas.] ⁸† Membra carniū eius cohærentia sibi. ⁹ Mittet contra eum flumina, & ad locum alium non ferentur.] Cor eius indurabitur tanquam lapis, & stringetur quasi ¹⁰ malleatoris incus.] Cū sublatu fuerit, timebunt angeli, & terri purgabuntur. Cū apprehenderit eum gladius, subsistere non poterit, ¹¹ neque hasta, neque thorax.

2. Non tacebo robur eius, & quicquid habet virum, gratia quoque dispositionis eius.
3. Ob multiplex firmum eius quis accedet?
4. Superbit ex robore clypeorum suorum, qui clausi sunt signaculo angusto.
5. Talis vanitas, imò verò peruersitas solet esse aliquorum fratrum tepidè ac remissè conuersantium quibus si quid honestatis aut insignie cuiusquam bonæ consuetudinis persuadere velis, prompiores sunt maiori dispendio ac difficultate grauiori resistere, quàm facili compendio assidue velle quod rectum esse conseruit. Peruersa & excessiua talis vanitas. Bernard. de assumpt. beate Marie virg. Gr. 5.
6. Scintille ignis emittuntur.
7. Et coram eo expellitur labor.
8. Firmatis in eo, nec mouebitur.
9. Molaris inferior.
[b. In hasta autè & thorace possunt illi intelligi, qui iusticie lorica induti, dextera operibus sancti armata, conabuntur ei resistere. Beda ibidem.]

† Reputabit enim quasi palleas ferrum, & quasi lignum putridum æs. ¹²† Non fugabit eum vir sagittarius, in stipulam versi sunt ei lapides fundæ. Quasi stipulam æstimabit ¹³ malleum,] & deridebit ¹⁴ vibrantem hastam.] Sub ipso erunt ¹⁵ radij solis,] & sternet ¹⁶ sibi aurum,] quasi lutum. Feruescere faciet quasi ollam profundum ¹⁷ maris, ponet quasi cum vnguenta bulliunt.] Post eum lucebit semita, æstimabit abyssum quasi senescentem. Non est ¹⁸† super terram potestas, quæ comparetur ei,] quasi factus est vt nullum timeret. Omne sublime videt, ipse est Rex super vniuersos filios superbiæ.

10. Jacla.
11. Fragorem clypei.
12. Testæ acutæ.
13. Asperum.
14. Et mare ponit quasi mortarium vnguentarium.
15. In puluere potestas eius.

Iob amissis cum fenore recuperatis, amicis præfertur à domino, atque ab eo benedictus tandem cum pace quieuit. X L II.

a. Vnde apparet sanctum Iob ex his sermonibus quos deo penitens confitetur, accusare cogitationes suas quibus se meminit de iusticia sua meritis sibi plurimum tribuisse. Hiero. ibid.
 1. Ideo iudicavi quod non intellexerim ea que sunt mirabilia supra me, neque cognosco.



Espondens autem Iob domino, dixit: Scio quia omnia potes, & nulla te a latet cogitatio. Quis est iste qui celat consilium absque scientia? Ideo insipienter locutus sum, & que ultra modum excederent scientiam mea. Audi, & ego loquar: interrogabo te, & responde mihi. Auditum auris auditum te, nunc autem oculus meus videt te. Idcirco ipse me reprehendo, & ago penitentiam in favilla & cinere. Postquam autem locutus est deus verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themaniten: Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob. Sumite ergo vobis septem tauros, & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerite holocaustum pro vobis. Iob autem seruus meus orabit pro vobis. Faciem eius suscipiam, ut non imputetur vobis stultitia. Neque enim locuti estis ad me recta, sicut seruus meus Iob. Abierunt ergo Eliphaz Themanites, & Baldath Suhites, & Sophar Naamathites, & fecerunt sicut locutus fuerat dominus ad eos: & suscepit deus faciem Iob. Dominus quoque conuersus est ad penitentiam Iob, cum oraret ille pro amicis suis. Et addidit dominus omnia quecumque fuerant Iob, duplicia. Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, & vniuersæ sorores suæ, & cuncti qui nouerant eum prius, & comederunt cum eo panem in domo eius. Et mouerunt super eum caput, & consolati sunt eum super omni malo, quod intulerat dominus super eum, & dederunt ei vnusquisque ouem vnā, & in aurem auream vnā. Dominus autem benedixit nouissimis Iob magis, quam principio eius. Et facta sunt ei quatuordecim milia ouium, & sex milia camelorum, & mille iuga bouum, & mille asinæ: & fuerunt ei septem filij, & tres filiæ. Et vocauit nomen vnus Diem, & nomen secundæ Cassiam, & nomen terciæ Cornustibij. Nō sunt autem inuentæ mulieres speciosæ sicut filie Iob in vniuersa terra. Deditque eis pater suus hereditatem inter fratres earum. Vixit autem Iob post hæc flagella centum quadraginta annis, & vidit filios suos, & filios filiorum suorum, vsque ad quartam generationem: & mortuus est senex, & plenus dierum.

* Dominus.

b. Sententia domini supra tor prædicitis cōrouersis, qua beatus Iob victorē asserit, quantum peccasse, & ob hoc flagellatum accusare eum amicit. Greg. ibi.

2. De me.

c. Peccatus enim, sed non ad eum magnum miserunt. Chry. homil. 1. ad Thessal.

3. Faciam vobiscum stulticiam, hoc est, ut nō asficiam vos pena stultitiæ vestre debita.

4. Conuertite captiuitatem.

d. Itaque operarius ille victorie dei reuulsis omnibus iaculis tentationum, loticia clypeoque patientiæ, & integritate mox corporis à deo recuperauit, & que amiserat eoduplicata possedit. Tertul. de patientia, in fine.

5. Compatiabantur ei.

6. Certam pecuniam, vel numerum vnū.

e. Dupla præmia Iob victor accepit. Pugnantibus verb suis, & sua gratia iuante, vincensibus, centupla hic se daturum dominus pollicetur, & vitam æternā in futuro seculo largitur. Prosper.

7. Iemina, [Lopulchra velut dies.
 8. Kezia [i. nobilitas vel castitas].
 9. Kerenhapuch, [i. elegans vel cornu sibi], quo mulieres facies suas phalerant.
 10. Satur.

INCIPIT PROLOGVS BEATI HIERONYMI presbyteri in Psalterium.



Psalterium Roma dudum positus emendaram, & iuxta Septuaginta interpretes, licet cursim, magna tamen ex parte correxeram. Quod quia rursus videtur, à Paula & Eustochium, scriptorum vitio deprauatum, plusque antiquum errorem, quam nouam emendationem valere, me cogit, ut veluti quodam nouali scissum iam aruum exerceam, & obliquis sulcis renascentes spinas eradice, æquum esse dicēs, ut quod crebro male pullulat, crebrius succidatur. Vnde consueti a præfatione commoneo, tam vos, quibus forte labor iste desudat, quam eos qui exemplaria istiusmodi habere voluerunt, ut quæ diligenter emendauit, cum cura & diligentia transcribantur. Notet sibi vnusquisque vel iacentem lineam, vel radiantia signa, id est, obelos, vel asteriscos, & vbicumque viderit virgulam præcedentem, ab ea vsque ad duo puncta quæ impressimus, sciat in septuaginta translatoribus plus haberi: vbi autem prospexerit stellæ similitudinem, de Hebræis voluminibus additum nouerit, æquè vsque ad duo puncta, iuxta Theodotionis duntaxat editionem: qui simplicitate sermonis à septuaginta interpretibus non discordat. Hæc ergo, & vobis, & studioso cuique fecisse me sciens, non ambigo multos fore, qui vel inuidia vel supercilio malint contemnere videri præclara quam discere: & de turbulento magis riuo, quam de purissimo fonte potare.

Inci-

Incipit Liber Hymnorum. VEL SOLILOQUIORVM.

Psalms I.



Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentie non sedit. Sed in lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.

Psalms David.

II.



Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terre, & principes conuenerunt in vnum, aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorum. Qui habitat in caelis irridebit eos, & dominus subfannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, predicans preceptum eius. Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terre. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, nequando irascatur dominus, & pereatis de via iusta. Cum exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

Psalms David.

III.



Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me. Multi dicunt animae meae: non est salus ipsi in deo eius. Tu autem domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum. Voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi: quia dominus suscepit me. Non timebo milia populi circumdantis me: exurge domine, saluum me fac deus meus. Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisisti. Domini est salus: & super populum tuum benedictio tua.

In finem, in carminibus Psalms David.

IIII.



Grati inuocarem, exaudiuit me deus iustitiae meae, in tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei, & exaudi orationem meam. Filij hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quaeritis mendacium? Et scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum: dominus exaudiet me, cum clamauero ad eum. Irascimini & nolite peccare: quae dicitis in cordibus vestris: in cubilibus vestris concupiscimini. Sacrificate sacrificium iustitiae, & sperate in domino: multi dicunt, quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui domine: dedisti letitiam in corde meo. A fructu frumeti, vini & olei sui, multiplicati sunt. In pace in idipsum, dormiam & requiescam. Quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me.

In finem pro ea, quae hereditatem consequitur, Psalms David.

V.



Vocem meam audies domine, & intellige clamorem meum. Intende vocem orationis meae: Rex meus & deus meus. Quoniam ad te orabo domine, mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi & videbo, quoniam

Hoc ait, quoniam matutinum tempus, & vesperinum lex attribuebat precationibus & sacris faciebat, matutinum vero imprimis, quod vacui sumus a curis

a. A premio cepit, vt pdsus fit ruti certaminis eleuare. Mox cedet premisit, vt vnusquisque presentiu rerum sollicitudines ac labores corde transiens ad emerendam beatitudinem futuroru auida festinatione contenderet. Impios dicit, qui in dei excogitant iniuriam, vt haereticis: sub quibus continentur peccatores. Ambr. ibid.

b. Hanc dicimus cathedra pestilentie, quae extra dei ordinatione est, ad hoc vtique inuenta, vt iniqua inde exeat iudicia. Propterea pestilentie cathedra dicitur, quia est corruptio quae parit mortem, sicut & iniquitas damnationem. Aug. de quaest. vet. & no. testa. q. 10.

c. Tradidit sacra lectio munda animalia esse quae ruminant. Quid autem sit ruminare, aperte docet sermo dominus, dicens In lege dñi meditabitur die ac nocte. Euse. Emis. ad mon. ho. 1. d. Lignum hoc viuens est, nec foliis viuens, sed rationale in tantu, vt fructum det. Det vero non confusum, sed tepore suo, tñ cum ipse in gloria dei domino suo cõformis adfuerit. Hilari. ibi.

1. Resurgens. a. Vtque hodie gentes fremunt aduersus Christum, quia idolis sine impio: & populi. i. Iudei meditantur inania. Ambr. ibid. b. Conuenerunt enim in veritate, in ciuitate ista aduersus pueru sanctum tuum Iesum, quem vnixisti, Herodes & Pilatus, & populus Israel, facere quia manua, & consilium praedestinauit fieri. Prosper. Respon. ad excepta Genensium, dubio. 3.

c. Et licet ipse penes occupauerit omnes gentes, superest tamen vt plenus gentium cum intrauerit, totus praedestinatus Israel saluus fiat, vt per eum omnis mundus reconcilietur deo. Prosper de promiss. par. 2. ca. 26.

* Omnes. i. In. d. Hoc est, erudimini, inquam, non in superficie, sed summo studio cõdredite, vt perfectã virtutẽ consequamini. Euthy. ibi.

a. Dauid cũ fugeretur a facie Absalon, ex occasione suae tribulationis incipiens, dixit: Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? Et introducens prophetã dominicæ passionis addidit: Ego domini, &c. Chry. in Math. homil. 4. 9. * Autem. i. Suscipiet.

2. Circundantia. b. Non ea salus intelligitur qua dominus saluus est, sed qua salui sunt, quos ipse saluos fecit. Aug. Psal. 21.

a. Torus itaque psalmus ad Christu, & per Christu ad iustos referendus est. Hier. ibi. * Ego. b. Quod vero ait, deus iustitiae meae, si ad Dauid referas, circulatorius est pro eo. Deus meus Dauid, me inquam, qui Absalon coparatus iustus videri possum, dum iustorem causam foueo Euthy. ibid. * Ego. c. Ego & si irascimur, quia affectus naturae est, non potestatis malã sermonẽ nõ proferamus de ore nostro, ne in culpa ruamus. Sed iugũ sit verbis tuis & statera, hoc est, humilitas atque mensura, vt lingua tua menti subdita sit. Ambr. Offic. 1. ca. 3.

d. In nocte semper recordari possumus dei, est in tranquillitate est animus & requie, cum in portu, est in serenitate. Chry. so. ad populu. Antioch. ho. 21. e. Quod est ergo lumen signatũ, nisi illius signaculi spiritualis, in quo credentes signati sunt? Ambr. de spiritu sancto, l. 1. ca. 17. f. Ab illo tempore quo accepimus frumentũ in corpore, vinũ in sanguine, oleũ in chrismate offerentes pacem illa percipimus. Ambr. ibid.

a. Bene offendit quis iste sit clamor, qui interior de cordis cubili sine ite ita corporis ueniat ad deũ. Quandoquidem vox corporalis auditur, spiritalis autẽ intelligitur. Aug. ibid. Flaminius. 1. Videbis me.

c. David idem esse templi dei quod domus in palatio ostendit, dicens: Introibo in domum tuam, adorabo ad templum, &c. Fulgen. ad Trasmundum, lib. 1. d. Propter visibiles arque invisibiles inimicos meos, qui in semitis meis scandala seminant, & laqueos reddunt, explana queso domine viam meam ad te, & dirige viam meam, ne declinem ad dexteram vel sinistram propter inimicos meos, qui latent in insidiis me obstruant. Euthy ibidem.

2. Tuo viam meam.
a. Furor incipiens ira est, & furens in animo indignatio. Ira autem est, cuius amaritudo & furor speciesque furoris resistit desiderat vitionem: & eum quem nocuisse putat, vult laedere. Quae quidem in deo, sepe dicantur, secundum illud: Domine ne in furore, &c. no sunt. Hiero. Ephef. 5.
b. Sicut ergo ibi iam nulla timebitur meritorum antisio, ita nulla tribuetur remissio peccatorum. Nulla iam ibi excusatio boni operis licentia conceditur. Euseb. Emisf. ad monachos. 10.

c. Nam siue lectum iuxta literam intelligas, ranti vberitatem ostendit profundi oportere lachrymarum, vt laeuer lectum stratum rigetur sletibus obsecrantis. Fletus enim praesentis merces est futurorum: quonia beati qui fletis. ipsi enim ridebitis. Sive pro corpore accipiamus propheticum dictum, delicta corporis penitentia lachrymis ablunus. Ambros. de virginibus, lib. 3.

* Ino.
a. Proposita igitur forma in sacerdotis officio teneatur, vt nulli noceat, ne laesitibus quidem, & aliqua iniuria offensus. Bonus est enim vir qui dicit: Si reddidi retribuendis mihi mala. Quae enim est gloria si eum non ledimus qui nos non laesit? Si illa virtus est, si laetis remittas. Ambros. Offic. 3. ca. 9.

* Merito.
1. Collocet.
2. Torum.
b. Non virtutes suas praedicat his verbis, aut iustitias laetatur apud deum, sed significat se in eo in quo accusatur, omni culpa vacare: quippe qui neque re, neque verbo Saulen violavit. Flaminus. ibid.

* Lam.
3. Iustitiam. Ad iudicium meum adeo. c. Quasi te peccantem vt conuerteris expectat bonitas iudicis dei, tantum in te, nisi conuersus fueris, eiusdem iudicis censura procedet. Chrysof. de mil. Christi. ho. 6.

4. Vibravit.
d. Illa praecordia de quibus vitorum generatio serpentina profertur, ipsa primitus monstruosa parva fecunditate violatur. De tali parva dicit sermo diuinus: Ecce paruit iniustitiam, &c. Euseb. Emisf. ad monachos. homil. 5.

a. Prius nomen domini apud Hebraeos quatuor literarum est y i o d. He i y a u. He. quod proprie sonat Iehouach. Secundum vero y i o d. Adonai, omnium commune est, quod saepe in hominibus ponitur. Hic. ibi.
b. Verum cum te a Magis delusum sensisses Herodes, voluisti omnes infantes terrae illius perdes, vt vnum quem querebas, posses extingui. Sed ille sponsus noster qui processit de thalamo suo, vt ex ore infantium & lactentium perficeret laudem, sinit implere te voluntatem tuam, vt atas quae lingua propria Christum non poterat confiteri, testimonio moris suae confiteretur, & crudelitas immanis demonstraretur tua, & ad nuptias caelestis sponsi in fantium congregaretur turba. August. contra Iudaeos, paganos, & Arianos. cap. 10.

niam non deus volens iniquitatem tu es. Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. † Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus, ego autem in multitudine misericordiae tuae. Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Domine deduc me in iustitia tua, propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.] Quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est. † Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant: iudica illos deus. Decidant a cogitationibus suis: secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te domine. Et latentur omnes qui sperant in te, in aeternum exultabunt, & habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices iusto. Domine, vt scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos.

In finem, in carminibus pro octaua, Psalmus David.

VI.

Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. † Miserere mei domine, quoniam infirmus sum: sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. † Et anima mea turbata est valde, sed tu domine vsquequo? Conuertere domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. † Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? Laboravi in gemitu meo, † lauabo per singulas noctes lectum meum, * lachrymis meis stratum meum rigabo. Turbatus est a furore oculus meus, inueteravi inter omnes inimicos meos. † Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem meam suscepit. Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei, conuertantur & erubescant valde velociter.

In finem, Psalmus David, quem cantauit domino pro verbis Chusi filij Lemini.

VII.

Domine deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus persequentibus a me, & libera me. Nequando rapiat vt leo animam meam, dum non est qui redimat: neque qui saluum faciat. Domine deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis. † Si reddidi retribuendis mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. † Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat.] Exurge domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum meorum.] Et exurge domine deus meus in praeccepto quod mandasti, & synagoga populorum circundabit te. Et propter hanc in altum regredere, dominus iudicat populos. † Iudica me domine secundum iustitiam meam: & secundum innocentiam meam super me. Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum, † scrutans corda & renes deus. † Iustum adiutorium meum a domino,] qui saluos facit rectos corde. Deus iudex iustus, fortis & patiens, nunquid irascitur per singulos dies? † Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibravit,] arcum suum tetendit, & parauit illum. † Et in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. † Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem & peperit iniquitatem. Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. † Confitebor domino secundum iustitiam eius, & psallam nomini domini altissimi.

Psalmus David. In fine, pro Torcularibus

VIII.

Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Quoniam eleuata est magnificentia tua super caelos. † Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem, propter inimicos tuos, vt destruas inimicum & vltorem. Quoniam videbo caelos & tuos,] opera digito-

B 121. q. 2. ca.

C 118. 13. b Rom. 3. b

A 118. 17. a 118. 9. b Matr. 7. d. & 25. d Luc. 11. f 150. d. ca. Si quis diaconus.

B 118. 13. b Luc. 11. f

C 118. 13. b

B 118. 13. b

C 118. 13. b

D 118. 13. b 118. 13. b 118. 13. b 118. 13. b

C 118. 13. b

A 118. 13. b

rum tuorum, lunam & stellas quæ tu fundasti. ^c Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum? [†] ^d Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. [†] Omnia subiecisti sub pedibus eius, oves & boues vniuersas, in super & pecora campi. Volucres cæli & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Domine dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

† Heb. a. d
† 1. Cor. 15. d

[c. Hæc etiam propter incarnationem dicta sunt. Prænotens enim propheta illum in sterili: Quid inquit, tantus est homo? ut cum rebellis tibi factus sit, & imperit tui detrudat, tu tamen illum miseraris. Euthymius. ibid.]
[d. Hic meminit condemnationis, & veteris peccati, mortem in medium adducens. Quin et quoque soluit, eum venisse vniuersis: Gloria & honore coronasti eum. Chrysolto. ibid.]

In finem pro occultis filij, Psalmus David,

IX.

A Onfitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. **L**ætabor & exultabo in te, psallam nomini tuo altissime. In conuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur, & peribunt à facie tua. **Q**uoniam fecisti iudicium meum & causam meam, sedisti super thronum ^b qui iudicas iustitiam. Increpasti gentes & periit impius, nomen eorum delesti in æternum, & in seculum seculi. Inimici defecerunt fraxæ in finem, & ciuitates & eorum] destruxisti. Periit memoria ¹ eorum] cum sonitu, & dominus in æternum permanet. Parauit in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia. Et factus est dominus refugium pauperi, ^c adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Et sperent in te qui ² nouerunt] nomen tuum, quoniam non dereliquisti quærentes te domine. Psallite domino qui habitat in **S**ion, annunciate inter gentes studia eius. ^d **Q**uoniam requirens sanguinem eorum recordatus est, non est oblitus clamorem pauperum. [†] Misere mei domine, vide humilitatem meam de inimicis meis. Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiem omnes laudationes tuas in portis filix Sion. ³ Exultabo] in salutari tuo, infixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt. In laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. ⁴ **C**ognoscetur] dominus iudicia faciens, in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur deum. ^f **Q**uoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem. Exurge domine, non confortetur homo, iudicentur gentes in conspectu tuo. Constitue domine legislatorem super eos, vt sciant gentes, quoniam homines sunt. Vt quid domine recessisti longe, despicias in opportunitatibus ⁱ in tribulatione? ^g **D**um superbit impius, incenditur pauper, comprehenduntur in consiliis quibus cogitant. **Q**uoniam [†] laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Exacerbauit dominum peccator, secundum multitudinem iræ suæ non quæret. ^h **N**on est deus in conspectu eius, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore. Auferuntur iudicia tua à facie eius, omnium inimicorum suorum dominabitur. Dixit enim in corde suo, non mouebo à generatione in generationem sine malo. [†] Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine & dolo, sub lingua eius labor & dolor. [†] ^h **S**edet in insidijs cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem. Oculi eius in pauperem respiciunt, insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua. Insidiatur vt rapiat pauperem, rapere pauperem, dum attrahit eum. ^g **I**n laqueo suo humiliabit eum, inclinabit se & cadet, ^{*} cum dominatus fuerit pauperum. Dixit enim in corde suo, oblitus est deus, auertit faciem suam ne videat in finem. Exurge domine deus, & exaltetur manus tua, ne obliuiscaris pauperem. ^{*} Propter quid irritauit impius deum? dixit enim in corde suo, non requiret. ⁱ **V**ides quoniam tu laborem & dolorem consideras, vt tradas ⁶ eos] in manus tuas. Tibi derelictus est pauper, orphano tu ⁷ eris] adiutor. **C**ontere brachium peccatoris & maligni, quæretur peccatum illius, & non inuenietur. Dominus regnabit in æternum & in seculum seculi, peribitis gentes de terra illius. **D**esiderium pauperum ⁸ exaudiuit dominus, præparationem] cordis eorum audiuit auris tua. **I**udicare pupillo & humili, vt non apponat vltra magnificare se homo super terram.

a. Confessionis nomen duo significat, peccatorum reuelationem, item & gratiarum actionem, vt hic: agam, inquit, tibi gratias pro acceptis beneficiis, non simpliciter, sed ex toto corde. Euthy. ibid.
b. Quid enim de censura præsentis examinis dicit ad dominum? Sedisti super thronum qui iudicas iustitiam. Quid autem de futuro æternoque iudicio? Ipse iudicabit orbem terræ in æquitate. Ipsis scilicet verbis præsentis & futuri, tempus iudicij vtriusque diffinit. Vt enim præsentis iudicium ostendat, iudicis posuit, vt autem futurum distingueret à præsentibus, subiecit postea, iudicabit. Salua lib. 2.
1. Eius.
2. Tribulationem quippe dicturus opportunitatem præmisit: quia sepe, & tribulatione terminatur, & tamen opportunum nondum est vt desiderio receptionis adiuuemur. Grego. lib. 26. cap. 15.
3. Cognoscunt.
4. Id est, vltus est iniurias quas nobis finitimæ gætes intulerit. Requiere enim sanguinem, in literis sanctis est eadem alicuius vlcis, vt apud Ezech. Sanguinem eius de manu tua requiram Flam. ibid.
5. Exultabimus.
6. Cognoscitur.
7. Cognoscitur, profecto dominus iudicia faciens, qui nunc iniuriam patiens ignoratur. Cum enim cepit facere iudicium omnibus iniuriam patiens, & argere in æquitate pro maioribus tunc, putas auertere non tunc autem à charissima ipsa sua, cum clamauerit sicut aduersus eos qui se angustiauerunt. Bernard. epist. 126.
8. Magna est patientia, eo quod totum patitur anima Christiana. Impugnationes diaboli patitur, sed non superatur. Delectationes, immisiones, cupiditates, &c. Chrysolto. ibid. to. 1.
9. In tribulationibus.
g. Habet enim hoc infelix consuetudo peccandi, vt quantum amplius quisque peccauerit, tanto minus peccata ipsa intelligat, & tanto plus eum peccare delectat, vt auertit illud quod propheta peccatoribus clamat: Non est deus in conspectu eius, &c. Etenim quando subrept peccandi delectatio, statim futuri iudicij dis abscondit obliuio. Euseb. Emi. ad mona. hom. 4.
h. Quis Antichristi latronum consuetudini comparatur: qui occultas vias insident, vt interficiant innocentes. Hiero. Thro no. 3.
i. Ipse.
x. Tuorum in finem.
1. Ille autem requirit, & considerat omnia, sed patienter agens expectat, vt tradat eos in manus suas, & tollat eos de manibus demonum. Ipse enim derelictus est pauper, quem omnes despiciunt. Amobius, ibidem.
6. Eum.
7. Fuisse.
8. Exaudiuit dominus præparationem,

† Sup. 6. a
Depre. dist.
† c. Sunt qui arbitrantur.

† Dist. 8. c.
Donare.

† Infr. 13. b
Rom. 3. b
† De pecc. di.
2. c. Si enim
Infr. 10. a

a. Habet igitur alas anima suas, quibus se possit libera leuare de terris. Alarum autem remigium non materialis compago pennarum, sed continuis ordo honorum facturum est. Ambrosio de virginibus lib. 2.
 b. Per intentum arcum, & per sagittas preparatas quæ erant in pharetra, totum belli apparatus significauit, vel quia his telis contra fugientes utebatur. Euthy. ibid.
 1. Tu perfecisti ipsi.
 c. Volens autem David magnitudinem peccatorum sceleratis impendit exaggerare, et supplicia miratus est. Sodomitarum, qui sulphure & igne cælesti deflagrauerunt. Flamin. ibid.

N domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem sicut passer? Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra: ut sagittent in obscuro rectos corde. Quoniam quem perfecisti destruxerunt, iustus autem quid fecit? Dominus in templo sancto suo, dominus in cælo sedes eius. Oculi eius in pauperem respiciunt, palpebræ eius interrogant filios hominum. Dominus interrogat iustum & impium, qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. Pluet super peccatores laqueos, ignis & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. Quoniam iustus dominus & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius.

† Abac. 2. d.
 † Dif. 45. c. &
 qui emendat.
 16. q. 1. c. Re.
 uertimini.

In finem, Psalmus David pro octaua.

XI.

a. Sicut multæ ecclesiæ & vna ecclesiæ, sic multæ veritates, quia multorum iustorum opera, & multi iusti qui faciunt bonum. Sed quare diminuat? Quia ante aduentum Christi sue prophætæ, sue patriarchæ, in multis modis diminuti erant, quia veritas summa, qui est Christus, nondum venerat. Hiero. ibidem.
 1. In corde loquutus est mala.
 b. Ita sunt veræ & casta eloquia dei, sicut argentum igne purgatum, & probatum pro sepulchro. Amobius ibidem. Sepulchrum autem probatur per timorem dei, per pietatem, per scientiam, per fortitudinem, per cõstantiam, per intellectum per sapientiam, per dona spiritus sancti. Augu. ibi.
 * Et.

Sicut alium me fac domine, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominum. Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde & corde locuti sunt. Disperdat dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, quis noster dominus est? Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit dominus. Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo. Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum sepulchrum. Tu domine seruaabis nos, & custodies nos à generatione hac in æternum. In circuitu impij ambulans, secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

† Infr. 68.

In finem, Psalmus David.

XII.

a. Oblitio est memoriæ deperditio, deo vero omnia præsentia sunt, nec tatum actiones nostræ, sed ipsius etiam cogitationes & motus mentis. Oblitisci vero dicimus deum aliter, quando ob illius delicta eum deo derelinquit, etiamque permittit, arque assiligi, ut flagello erudiat. Euthy. ibid.
 * Et noctem.
 b. Id est, ope tua tanquam splendidiſſimo candore solis dissepia noctem calamitarum mearum, ne crescentibus malorum tenebris durissimo mortis somno consopiar. Flamin. ibid.

Vsquequo domine obliuisceris me in finem? vsquequo auertis faciẽ tuam à me? Quoad ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem? vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? respice, & exaudi me domine deus meus. Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum. Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero, ego autem in misericordia tua speraui. Exultabit cor meum in salutari tuo, cantabo domino qui bona tribuit mihi, & psallam nomini domini altissimi.

† Sup. 7. d.

In finem, Psalmus David.

XIII.

a. Non quia dubitet deus, sed quia ita rara erat in hominibus fides, ut secundum opinionem hominum videretur esse dubitandum. Ambrosio. Luc. 21. cap. lib. 10.
 b. Sicut aliqua nebula, sine aliqua dubitatione expressit inter pres ipsa verissimus genus tale esse hominum quod non faciat bonum, illud prædestinatum itaque ad interitum. Fulg. ad Monimum, lib. 1.
 c. Hæ sunt viæ quæ videntur hominibus bonæ, sed finem non habent, nisi cum demergunt in profundum inferni. Si inuenisti vias hominũ, illud quoque considera ne forte de his dictũ sit: Conuulso & infelicitas in viis eorum: ut sit conuulso in necessitate, & infelicitas in cupiditate. Ber. in Psal. Qui habitat, vers. 11.
 1. In.
 2. Iustorum.
 3. Ac.
 d. Non enim ex synagoga Sathanæ salus nata est, sed ex Sion quæ est Ecclesiæ domini, per quam conuertit dominus captiuitatem populi sui. Am. ibi.
 2. Hic ergo & in montem domini ascendet, & in tabernaculo habitabit dei, quia ingressus sine macula speratus est iustitiam, locutus est veritatem, non decepit proximum, nec pecuniam temeratus est suam, qui semper vo uit recuperare hereditariã. Ambrosio de obitu fratris oratio.

Ixit insipiens in corde suo: non est deus. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in stu diis suis. Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Dominus de cælo prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens aut requirens deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Conuulsi & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorum. Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam sicut iescam panis? Dominum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Quoniam dominus in generatione iusta est, consilium inopis confudistis, quoniam dominus spes eius est. Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum auerterit dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

† Infr. 52. a.

† Rom. 1. b.

† Sup. 4. b.

Rom. 1. b.

† Infr. 119. a.

Sup. 9. c.

† Rom. 1. c.

Isa. 59. b.

† Infr. 35. a.

Titulus, Psalmus David.

XIII.

a. Hic ergo & in montem domini ascendet, & in tabernaculo habitabit dei, quia ingressus sine macula speratus est iustitiam, locutus est veritatem, non decepit proximum, nec pecuniam temeratus est suam, qui semper vo uit recuperare hereditariã. Ambrosio de obitu fratris oratio.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua. Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Ad nihil-

† Infr. 21. a.

† Ad

nihil-

nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem dominum glorificat. † Qui iurat proximo suo, & non decipit, †^b qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentem non accepit. Qui facit hæc, non mouebitur in aeternum.

† 47. dist. ca. Quoniam. 14
9. 4. c. Si quis oblitus. & c.
Quoniam.
† De vsur. c. 3. & 4.

Tituli inscriptio ipsi David.

XV.



Conserua me domine, quoniam speraui in te, dixi domino deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. ^b Sanctis qui sunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis. Multiplicate sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea. † Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei, tu es qui restitues hereditatem meam mihi. Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hereditas mea præclara est mihi. Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum, in super & vsque ad noctem increpauerunt me renes mei. † Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris ² est mihi] ne commoueat. † Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, in super & caro mea requiescet in spe. † Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vsque in finem.

† 12. q. 1. c. Clericus. 23.
q. 8. c. Si mor- te.
De prob. c. Cū secundū.
De elec. ca. Cum terra.
† A. 2. d. 13. 2. 16. q. 7. c. Er hoc diximus.
De conf. d. 1. 2. Reuer. 2.
† A. 2. c. 13. c.

b In comuni cōsuetu, & murtua conseruatione ad subleuandam alieni inopiam, opus est in alios liberaliter largitione Bassi. ibid.
a. Quo enim indiget qui abundat omnibus, & nobis largitur vniuersa, omnia sine defectu ministratā quo accepimus omnia: ipsi autē nihil conferimus, quia nullo indiget. Ambro. de Jacob. lib. 2. cap. 4.
b. Sanctus ille est, qui dei sincerē amat, & in eo confidit: & sanctos de quibus nunc loquitur, omnes intelligit quicunque ante Christi aduentum deo placuerunt. Euthy. ibid.
* Dominus.
1. Suis.
c. Id est, qui in sanguine perseuerant, donec multiplicatis infirmitatibus deserant: r à peccatis, antequam deserant ea, non magna talium conuenticula cōgregabo. Bernardus ser. 38. in parisi sermo.
2. Meis est.
d. Abyssus, dicit Christus, non est in me. Non enim abyssus, sed patri dixit: in manus tuas commendo spiritum meum. Ipsa anima est fuit in abyssu, iam non est, quia scriptum est: Quoniam non derelinques animam meam in inferno. Ambros. de incarna. do. sacra. cap. 5.
a. De vultu enim domini venia non pœna procedit. Rogandus est ergo vt nos aspiciat, avertat autem faciem suam à peccatis nostris, vt deleat ea. Ambr. apolo. D. auid. c. 13.
b. Quem admodum aurum igne explorat, sic mentem meam facibus arummarum incedit, necque tamen me vquam vidisti à recta via declinare, aut iniquum aliquid facinus admittere, vel saluti meæ causa, vel vt grauissimas iniurias vlcisceretur, tamen non semel acerbitissimi hostis opprimendi facultas mihi oblata est. Flaminicus. ibi.
* Domine.
c. Impiorum. i. Pharisæorū. Impios igitur dixit omnes iustitig profanatores, pietatis legūque contemptores, nullam spem de rebus celestibus habentes, animam vni eum corpore interstificantes. Eugubinus in primū Psal.
1. Fos.
2. Eos.
d. Verum Hieronymus singulariter rectius legendum putat, cum diabolum ibi significet.
* Mihi.

Oratio David.

XVI.



Audi domine iustitiam meam, intende deprecationem meam. Auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis. ^a De vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui videant æquitates. Probasti cor meum, & visitasti nocte, ^b igit me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Vt non loquatur os meum opera hominum, propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. ^b Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea. ^g Ego clamaui quoniam exaudisti me deus, inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea. Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te. A resistentibus dextera tua custodi me, vt pupillam oculi. Sub vmbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum qui me affixerunt. Inimici mei animam meam circundederunt, adipem suum concluderunt, os eorum locutum est superbiam. Proiicientes me nunc circundederunt me, oculos suos statuerunt declinare in terram. ^g Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis. Exurge domine, præueni eum,] & supplantat ^d eum,] eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ. Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorum, & de absconditis tuis adimpletus est venter eorū. Saturati sunt filii, & dimiserunt reliquias suas] parulis suis. Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo, satiabor cum apparuerit ^g gloria tua.

De ap. c. Vt nostrum. Vt ecclesia. Beneficia. vnice.

a. Hoc enim inter mandata omnia, primum ac præcipuum est, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex totis virtutibus tuis. Peritulum vero deum appellauit, veluti cum qui ipse beati David infirmitatem aduersus tot & tales inimicos forem ac validum reddebat. Euthymius.
b. Ita vocat insidias inimicorū, quibus tam subito opprimebatur, vt spatium deliberandi & euadendi non haberet. Flaminicus.
1. Introibit.
c. Ex hoc loco futuri iudicii qualitas panditur: cuius nos terrore, si credimus, purgat. Arnob. ibid.
* Deus.
2. Exarsit.
d. Arbitror ex his planissimè dei de celo descensum ostendi. Porro dum dicit inclinasse illum celos, & sic descendisse, contractionem diuina glorie significat, quam Paulus ait: Qui cum in forma dei esset, exinaniuit semetipsum, formam ferui accipiens. Quod autem dicitur ascendisse super Cherubin, & volasse, significare mihi videtur, quod glorie dei esset restituendus: atque interim diuinis angelicisque copiis conspiciendus. Euseb. de demonstra. lib. 6. cap. 1.

In finem puero domini David, quæ locutus est domino verba canticum huius in die qua eripuit eum dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul, & dixit.

XVII.



Diligam te domine fortitudo mea, dominus firmamentum meum & refugium meum, & liberator meus. † Deus meus adiutor meus, & sperabo in eum. Protector meus & cornu salutis meæ, & susceptor meus. † Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. † Circundederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores inferi circundederunt me, ^b præoccupauerunt me laquei mortis. In tribulatione mea inuocaui dominum, & ad deum meū clamaui. Er exaudiuit de templo sancto suo vocem meā, & clamor meus in cōspectu eius introiuit] in aures eius. ^c Cōmota est & cōtremuit terra, fundamēta montiū conturbata sunt, & cōmota sunt, quoniam iratus est eis. ^a Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius ² exarsit,] carbones succensi sunt ab eo. ^d Inclinauit celos & descendit, & caligo sub pedibus eius. Et ascendit super Cheru-

† Infr. 114. a & 146. 2 Reg. 22. c † Hebr. 2. c

† Infr. 114. a

a. Hoc enim inter mandata omnia, primum ac præcipuum est, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex totis virtutibus tuis. Peritulum vero deum appellauit, veluti cum qui ipse beati David infirmitatem aduersus tot & tales inimicos forem ac validum reddebat. Euthymius.
b. Ita vocat insidias inimicorū, quibus tam subito opprimebatur, vt spatium deliberandi & euadendi non haberet. Flaminicus.
1. Introibit.
c. Ex hoc loco futuri iudicii qualitas panditur: cuius nos terrore, si credimus, purgat. Arnob. ibid.
* Deus.
2. Exarsit.
d. Arbitror ex his planissimè dei de celo descensum ostendi. Porro dum dicit inclinasse illum celos, & sic descendisse, contractionem diuina glorie significat, quam Paulus ait: Qui cum in forma dei esset, exinaniuit semetipsum, formam ferui accipiens. Quod autem dicitur ascendisse super Cherubin, & volasse, significare mihi videtur, quod glorie dei esset restituendus: atque interim diuinis angelicisque copiis conspiciendus. Euseb. de demonstra. lib. 6. cap. 1.

te. Per tenebras significat quod videri nō potest: inuisibilitas enim erat illū tegebat. Hæc igitur inuisibilitas sibi circū posuit in latibulum quia in cæli assumptus eorū oculis latebat. Vel per tenebras carē Dñi intellige, qua diuinitatē intra se occultabat. Euthimius. ibid.]

3. Grandinem.

f. Obiurgationes figurat quibus velut gradine corda dura induratur. Si autē terra culta & mitis id est pius animus, exceptis diuitiis grandinis & quasi congelate obiurgationis, nil est in doctrinam scientiam resoluitur. August. ibid.

4. Eripit.

5. Protectio mea.

6. Faciet.

g. Ita vocat innocentia vitæ: manus enim in literis sanctis pro actionibus sæpe appellatur. Quod vero in prædicandis benedictis suis nominibus commemoratur, nō id profecto vitæ sanctus fuit cupiditate gloria elatus, sed ut ceteros accendat ad studium religionis, & honestatis, vt videant tanta premia preposita esse virtuti. Flamininus.

h. Quod autem memorat. Cum sancto sanctus eris, nō ad illud respicit quod vitæ vulgi sententia dicimus: Cum quo aliquis iungitur, talis erit. Hec quidem sententia vera est, sed nō pertinet ad interpretationē presentis versus. Hoc enim in loco si vis planè facere sensum canonicis, illud ad memoriam retocabis, quod per prophetā dicitur: Si ambulaueris in conspectu meo recti, & ego vobiscum rectus incedā: si vero ambulaueris peruersi, & ego vobiscum peruersus ero. Arnob. ibid. & ibid. Hiero.

7. Illuminabis, & infra.

8. Cecit.

9. Mea, alij neutrum habent.

i. Per disciplinā hic legē intellige, qua eruditus est & instructus ad virtutē vel calamitates & tentationes, in quas permittit eum deus incidere, disciplina ac eruditionis gratia. Euthimius ibidem.]

* Omnes.

k. Deinceps simul & relectionē prioris populi, & vocationem gentiū prædicat. Euseb. Cæsariensis. de demonstr. li. 6. cap. 1. 20. Contradictione.

l. Quod recto itinere ex illo populo viam Christum sequi non voluit, claudicans per circuitus, variis semitis aberrauit: quem videns deus, quod Hæmel appellatur, per gratiam Christianus populus apprehendit. Prospert. de promissio. parte. i. cap. 26.

m. Semen Dauid fortis, id est, Christi, sunt omnes sancti eius. Facit igitur misericordiam dominus semper cum sanctis suis sine fine. Hiero. ibid.

a. Vocem non habent, or non possident, ipsi non est lingua quomodo igitur narant? Per ipsum aspectum. Cū enim videris pulchritudinem, magnitudinē, celsitudinem, sitū, formā, per tantum temporis permanere, tanquam vocem audiens & ad aspectum discens, adoras est qui tam pulchrum & admirabile corpus creauit. Chryso. ad popu. Antiochenum. homil. 9.

7. Exultabit.

b. Describitur eundi ac recedēdi velocitas, sed discursus nescit immensas: quia deus ubique torus est. Accedere ad nos misericordia potuit, recedere à se plenitudo nō potuit. Euseb. Emisenus. de natū. do. homil. 2. Cæli.

7. Cor.

c. Oculos dicit tam corporis, quam animæ nō solum in hoc loco. Ioh. & Hebr. 2. d. Oculi facti in capite eius: id est, prudentia circumspiciōne occulta sapientis. Basil. Psal. 33.

bin & volauit, volauit super pennas ventorum. Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabernaculum eius, tenebrosa aqua in nubibus aëris. Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt, grādo & carbones ignis. Et intonuit de cælo dominus, & altissimus dedit vocem suam, grando & carbones ignis. Et misit sagittas suas & dissipauit eos, fulgura multiplicauit, & conturbauit eos. Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum. Ab increpatione tua domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ. Misit de summo & accepit me, & assumpsit me de aquis multis. Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab iis qui oderunt me, quoniam confortati sunt super me. Præuenerunt me in die afflictionis meæ, & factus est dominus protector meus. Et eduxit me in latitudinem, saluum me fecit, quoniam voluit me. Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Quia custodiui vias domini, nec impiè gessi à deo meo. Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, & iustitias eius non repuli à me. Ero immaculata cum eo, & obseruabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius. Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris, & cum peruerso peruertēris. Quoniam tu populum humilem saluum facies, & oculos superbiorum humiliabis. Quoniam tu illuminas lucernam meam domine, deus meus illumina tenebras meas. Quoniam in te eripiar à tentatione, & in deo meo transgrediar murum. Deus meus impolluta via eius, eloquia domini igne examinata, protector est omnium sperantium in se. Quoniam quis deus præter dominum, aut quis deus præter deum nostrum? Deus qui præcinxit me virtute, & posuit immaculatā viam meam. Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, & super excelsa statuens me. Qui docet manus meas ad prælium, & posuisti arcum æreum brachia mea. Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua suscepit me. Et disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit. Dilatasti gressus meos subtus me, & non sunt infirmata vestigia mea. Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar, donec deficiant. Confringam illos nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos. Et præcinxisti me virtute ad bellum, & supplantasti insurgentes in me subtus me. Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odientes me disperdidisti. Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad dominum, nec exaudiuit eos. Et continuam eos vt puluerem ante faciem venti, vt lutum platearum delebo eos. Eripies me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium. Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Viuit dominus & benedictus deus meus, & exaltetur deus salutis meæ. Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me, liberator meus de inimicis meis iracundis. Et ab insurgentibus in me exaltabis me, à viro iniquo eripies me. Propterea confitebor tibi in nationibus domine, & nomini tuo psalmum dicam. Magnificās salutes regis eius, & faciens misericordiam Christo suo Dauid, & semini eius vsque in seculum.

In finem, Psalmus Dauid.

XVIII.

Oeli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentū. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cælo egressio eius. Et occursum eius vsque ad summum eius, nec est qui se abscondat à calore eius. Lex domini immaculata conuertens animas, testimonium domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Iustitiæ domini rectæ lætificantes corda, præceptum domini lucidum, illuminans

Infr. 41. b

12. Reg. 11. c

23. q. 4. c. 51 ecclesia. Infr. 141. a

12. Re. 12. b

1 Rom. 15. d

1 Rom. 10. d De consue. dist. 2. c. Quia corpus. 1 Luc. 24. 5. 19. di. c. 11. dominus. De elec. et. Fundam. lib. 6.

nans oculos. ^d Timor domini sanctus permanens in seculum seculi, iudicia domini vera, iustificata in semetipsa. [†] [§] Desiderabilia super aurum & lapidē pretiosum multum, & dulciora super mel & fauum. Etenim seruus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa. Delicta quis [†] intelligit? [°] Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo. Et erunt vt complacent eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Domine adiutor meus, & redemptor meus.

In finem, Psalmus David.

XIX.

A **R**exaudi te dominus in die tribulationis, protegat te nomen dei Iacob. Mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te. Memor sit omnis sacrificij tui, ^a & holocaustum tuum pingue fiat. Tribuat tibi [†] secundum cor tuum, & omne consilium tuum [†] confirmet. []] Latabimur in salutari tuo, & in nomine ^{*} dei nostri magnificabimur. [§] Impleat dominus omnes petitiones tuas, nunc cognoui quoniam saluum fecit dominus Christum suum. Exaudiet illum de caelo sancto suo, in potentatibus salus dextræ eius. [†] ^b Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine domini dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sunt & ceciderunt, nos autem surreximus & erecti sumus. Domine saluum fac regem, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

In finem, Psalmus David.

XX.

A **D**omine in virtute tua lætabitur ^a Rex, & super salutare tuum exultabit vehementer. Desiderium cordis eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Quoniam ^b præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Vitam petiit à te, & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum & in seculum seculi. [§] Magna est gloria eius in salutari tuo, gloriam & magnū decorem impones super eum. Quoniam dabis [†] eum in []] benedictionem in seculum seculi: latificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Quoniam Rex sperat in domino: & in misericordia altissimi non commouebitur. [†] Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. [§] Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui, dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum à filiis hominum. Quoniam declinauerunt in te mala, cogitauerunt consilia quæ non potuerunt stabilire. Quoniam ^d pones eos dorsum, in reliquiis tuis præparabis vultum eorum. Exaltare domine in virtute tua, cantabimus & psallemus virtutes tuas.

In finem, Psalmus David, pro susceptione matutina.

XXI.

A **D**eus meus respice in me, quare me dereliquisti, ^b longe à salute mea verba delictorum meorum? Deus meus clamabo per diem & non exaudies, & nocte & non ad insipientiam mihi. Tu autem in sancto habitas, laus Israel. In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt & liberaisti eos. Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi. [§] Ego autem sum vermis & non homo, opprobrium hominū & abiectio plebis. Omnes videntes me, deriserunt me, locuti sunt labiis, [†] & mouerunt caput. Sperauit in domino, eripiat eu, saluū faciat eum, quoniam vult eum. Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre, spes mea ab yberibus matris meæ: in te projectus sum ex utero. [§] De ventre matris meæ deus meus es tu, ne discesseris à me. Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet. ^{*} Circūdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suū, sicut leo rapiēs & rugiēs. Sicut ^c aqua effusus sum, []] & ^d dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liquefscens, in medio ventris mei. [§] Arruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me. Quoniam circūdederunt me canes multi, conciliū malignantium obsedit me. [†] ^c Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia

I iiii

† De p. diff. 8. ca. si enim.

† 23. q. 3. cap. 8. ex differen. tie.

24. q. 1. cap. Achatus.

† Matt. 27. c

† Matt. 27. e
Macc. 15. c

† Matt. 27. d

[d. Timor autē hīc intelligit propheta qui peccatorem hominem redit, quique est purus & mundus: quem quoties quis habet, à beneuolentia quis dei nunquam excidit. Euthymius ibidem.]

4. Intelligit.
c. Hic si potuisset à peccato recedē factū percedē dilecti, nunquam ab oculis tuis oraret ille mundari. Quibus verbis satis ostendit, quod illi qui sanctē se eundem donum sancti spiritus viuunt, tamen propter aliquas infirmitates humanas, quas trahunt siue scientes, siue descientes, aliquoties aut suo peccato cedunt, aut alimo consentiunt. Prosper de vita contemp. lib. 3. cap. 3.

a. Holocaustū quippe sicut est bonum opus quod orationis est chryma non infundunt, holocaustum vero pingue est, quando hoc quod bene agitur, corde humiliter per lachrymas irrigatur. Grego. Homil. 20.

* Dominus.
1. Implet.
* Domini.

b. Hostes nostri curribus & equorum viæ, ac multitudine confidunt, nos autem salutem nostram sanctissimi numinis imploratione munemus. Flaminus, ibid.

a. Regem hoc in loco hominē perfectum appellat, non in virtute sua, sed in virtute eius lætantem qui eum assumpsit. Arnob. ibid.

b. Id est, gratia dei qua fit in nobis, vt nos deleat, & cupiamus, id est, amemus quod præcepit nobis, in qua si nos non præcētur, sed nec inchoatur ex nobis. Si enim sine illo nihil possumus facere, profecto nec inciperet, nec perficeret. August. contra 2. epist. Pelagia. lib. 2. cap. 9.

1. Hi.
c. Manus dei diuina est potentia, in qua incidere omnes eos optat, qui deo maledicunt: Inueniatur, inquit, ab illis ad supplicia, & ad penas. Euthymius ibidem.

* Quoniam.
d. Iustus autem non se auertit à domino, sed occurrit dicens: Oculi mei semper ad dominū. Prosper de prædest. & pro.

a. Clamor ad deū corporis vox est, recedentis à se verbi dei cōcessata dissidit. Denique cur relinquitur exclamat, dicens, Quare dereliquisti me? Sed relinquitur quia erat homo etiā morte peragendus. Hilar. Mat. 27.

b. Hoc est, non capiat qui audit, quare me dereliquisti, sed intelligat quod secundū carnē ista dicuntur: quæ longe à plenitudine diuinitatis aliena sunt. Aliena sunt à deo verba delictorum, quia aliena sunt & delicta verborū. Sed quoniam delicta aliena susceperunt delictorum alienorum verba susceperunt derelictū me à patre deo esse dicam, qui apud deum semper sum. Ambro. de incarnatione do. sacramento. cap. 5.

* Me.
c. Bene posuit aquam, quia nihil nouit corpus Christi nisi peccata lauare. Arnob.

1. Effusa sunt.
d. Quid sunt ossa, nisi corporis firmamentū? corpus autē Christi ecclesia. Firmata ergo ecclesie qui, nisi Apostoli? qui etiam columna alibi nuncupatur. Hi vique dispersi sunt cum ad passionem duceretur. Aug. Epist. 120.

e. Que vique propheta non de se locutus est, fuit enim rex, & nunquā talia perpeffus est. Spiritus dei per illum loquabatur, qui fuerat illa passurus post annos mille & quinquaginta lib. 4. cap. 18.

ossa mea. Ipsi verò confiderauerunt, & inspexerunt me, † diuiferunt sibi vestimenta mea, & super vestam meam miserunt sortem. Tu autem domine, ne elongaueris auxilium tuum] à me, ad defensionem meam conspice. § Erue à framea—deus] animam meam, & de manu canis vnicam meam. Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam. † Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te. Qui timetis dominum laudate eum, vniuersum semē Iacob glorificate eum. Timeat * eum omne semen Israel, quoniam non spreuit, s neque despectit deprecationem pauperis. Nec auertit faciem suam à me, & cum clamare ad eum exaudiuit me. † Apud te] laus mea in Ecclesia magna, * vota mea reddam in conspectu timentium eum. Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt dominum qui requirunt eum, viuent corda eorum in seculum seculi. h Remiscentur & conuertentur ad dominum, vniuersi fines terræ. Et adorabunt in conspectu eius, vniuersæ familia gentium. § Quoniam domini est regnum, & ipse † dominabitur] gentium. Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ, in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram. Et anima mea illi viuet, & semen meum seruiet ipsi. Annuntiabitur domino generatio ventura, & annuntiabunt—cœli] iustitiam eius populo qui nascetur, quem fecit dominus.

Titulus, Psalmus David.

XXII.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Super aquam refectiois educauit me, animam meam conuertit. Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suum. Nam & si ambulauero in medio vmbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. † Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum, † & calix meus] inebrians quàm præclarus est. Et misericordia tua subsequetur me, omnibus diebus vitæ meæ. Et vt inhabitarem in domo domini, in longitudinem dierum.

Psalmus David, in prima Sabbati.

XXIII.

Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eum. Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? † Innocens manibus & mundo] corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem à domino, & misericordiam à deo salutaris suo. § Hæc est generatio quærentium eum: quærentium faciem dei Iacob. † Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

In finem, Psalmus, David.

XXIII.

De domine leuavi animam meam, deus meus in te confido, non erubescā. Neque irrideant me inimici mei, etenim vniuersi qui sustinent te, non confundentur. Confundantur—omnes] iniqua agentes superuacue. Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. † Dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es deus saluator meus, & te sustinui tota die. Reminiscere miserationum tuarum domine, & misericordiarum tuarum] quæ] à seculo sunt. † Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris. Secundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam domine. Dulcis & rectus dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via. † Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas. Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas, requirentibus testamentum eius, & testimonia eius. § Propter nomen tuum domine propitiaberis] peccato meo, multum est enim. Quis est homo qui timet dominum, legem] statuit] ei in via quam elegit. Anima eius in bonis demorabitur, & semen eius hæreditabit terram. Firmamentum est

2. Mém.
 f. Fratres autē gentis & generis, populi quoque cōsortio nēcupati, docet dñs ipse qui dicit: Narrabo nomē tuum fratribus meis. Amb. instituit. virgin. c.6.
 g. Nunc.
 g. Meam, qui pro vobis factus sum pauper, vel populos Christianos non spreuit deus, sed exaudiuit. Hierony. ibid.
 3. A te.
 * Confitebor tibi.
 h. Quæ promissiones quia verissima sunt, nec possunt ex vlla parte mutare, in his implentur qui salui sūt per vniuersos fines terræ: quoniam quod promissus est deus, potens est facere. Prosper. Respōto, ad capitula Gal. lorum, cap. 8.
 4. Dominatur.
 i. Hi qui per fidē generati sunt annuntiabunt eam generationem pollens, & hi iustissime al. h. Euthy. ibid.
 a. Ecclesia fidelialiter loquitur per fidem, quia ante aduentum Christi, diabolus regebat mundum, sed modo Christus regit ecclesiam suam. Quod nos dicimus: Dominus regit me, Hebræi dicitur: Dominus pascit me. Hieron. ibid.
 b. Ecclesia habet virgam vnde minatur delinquenti, habet baculum vnde subueniat pœnitenti, &c. Arnob. ibid.
 c. Et hoc est oleum lætitiæ, quod vnctus est Christus à deo patre, vt pre omnibus suis emineret confortibus. Ambro. de Elia & Ielunio. c. 10.
 x. Tuus, sed rectius dicitur meo, Hiero.
 a. Quod si terra dei est, & terræ fructus, & bruta dei sunt. Si igitur omnia dei sunt, nihil est in mundum. Chrysa. Corinth. 10. homil. 25.
 1. In ea.
 b. Quod autem ait: super maria fundauit eum, scilicet terram, ostendit vndique terræ circumfusam naturam aquæ. Damasc. lib. 2. cap. 10.
 c. Id est, non quicumque de vulgo, nec pibeque vilitatis aliquis, sed vite egregie singularitque meriti, ideo subiecit, innocens manibus, &c. Ambro. de pœni. lib. 1. cap. 8.
 2. Mundus.
 d. Ex hoc loco propheta saluatoris in cœlum assumptionem prædicat, & angelos qui ei in terra ministrabant, introducit eum eo ascendere. Euthymius.
 e. Ideo honorabilem ad cœlos hominem triumphali agmine comitantem quasi cum exclamatione admirationis interrogat, Quis est iste Rex gloriæ? Præeuntes archangeli modulata exultatione respondēt. Dominus virtutum, ipse est Rex gloriæ. Eusebius Emise. de ascensio. do. homil.
 * In æternum.
 a. His verbis designat eos qui neque errore labuntur, neque ob animi infirmitatem, atque inconstantiam, sed turpitudine ac maleficiois delictantur, atque his qui nihil meruerunt, infestis sunt. Flami. ibid.
 b. In hac directione iste rogabat non tortuosam, sed rectam. Directio enim non curua est, sed recta, quæ legis lineas tenet, mentem dirigit in via inamaculata. Chryso. in Psal. 24.
 1. Quia.
 c. Dux sunt retributiones iustitiæ: cum autē bona pro bonis, aut mala redduntur pro malis. Tertia est retributio gratiæ, est per regenerationem remittitur mala, & retribuitur bona. Atque ita manifestatur, quia vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Prosper. Sententia. 16 ex Augul.
 2. Propitiare.
 3. Statuet.

† 16. q. 7. c. 5.
 cur domini,
 Matc. 27. d.
 Matc. 13. b.
 Luc. 23. e.
 10. 19. d.
 Hebr. 2. c.

† Heb. 2. a.

† De cons. di.
 2. c. in calice.

† 45. di. c. Di.
 scipina.
 Decret. di. a.
 ca. in calice.

† 8. di. c. 17.
 quæ. 2. c.
 In ecclesiasti.
 10. 8. c.
 Vbi dicitur 2.
 De dec. c.
 Tua nobis.
 † Sup. 14. a.

† 10. q. 1. c. 17.
 De his.
 De pœ. di. 1.
 c. Si peccat.
 † 16. q. 1. c. 17.
 Vos autem.
 22. q. 2. c. 1.
 Sanc.
 23. q. 2. c. 17.
 Admonere.
 De rescript.
 c. Sedet.

est dominus timentibus eum, & testamentum ipsius, ⁴ vt manifestetur illis. ^d Oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse euellit de laqueo pedes meos. Respice in me & miserere mei, quia vnicus & pauper sum ego. ^e Tribulationes cordis mei multiplicatę sunt, de necessitatibus meis erue me. ^c Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt ^f & odio iniquo oderunt me. Custodi animam meam & erue me, non erubescā quoniam speraui in te. ^f Innocētes & recti adhererunt mihi, quia sustinui te. ^{*} Libera deus Israel ex omnibus tribulationibus suis.

Titulus, Psalmus David.

XXV.

D [†] Vdica ^a me domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, & in domino sperans non infirmabor. Proba me domine & tenta me, ^b vt renes meos & cor meum. Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua. [†] Non sedi cum cōcilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui ecclesiam malignantium, & ^c cū impiis non sedebo. [†] Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum domine. [†] Vt audiam vocem laudis tuę: & enarrem vniuersa mirabilia tua. [†] Domine dilexi decorem domus tuę, & locum habitationis glorię tuę. ^d Ne perdas cum impiis ^e deus] animam meam: & cum viris sanguinum vitam meam. In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus. Ego autem in innocentia mea ingressus sum, redime me ^{*} & miserere mei. Pes enim meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te domine.

In finem Psalmus David, priusquam linretur.

XXVI.

D ^a Ominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus protector vitę meę, a quo trepidabo? Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas. Qui tribulant me ^{*} inimici mei, ipsi firmati sunt & ceciderunt. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prelium, in hoc ego sperabo. [†] Vnam petij a domino, hanc requiram, vt in habitatem in domo domini omnibus diebus vitę meę. Vt videam voluntatem] domini, & visitem templum ^{*} eius. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum: ^{*} protexit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me, & nunc ^{*} exaltabit caput meum, super inimicos meos. Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius ^b hostiam ^a vociferationis,] cantabo, & psalmum dicam domino. [†] Exaudi domine vocem meā qua clamaui ad te, miserere mei & exaudi me. Tibi dixit cor meum, ^{*} exquisiuit te facies mea, faciem tuam domine requiram. Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo. Adiutor mei esto, ne derelinquas me: neque ³ despicias] me deus salutaris meus. ^c Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me. [†] Legem pone mihi domine in via tua, & dirige me in semita recta, propter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. ^d Credo videre bona domini, in terra viuentium. Expecta dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine dominum.

Psalmus ipsi David.

XXVII.

D ^a te domine clamabo, deus meus ^a ne fileas a me, ne quando taceas] a me,] & assimilabor descendantibus in lacum. Exaudi] domine] vocem orationis meę dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum. Ne simul tradas me cum peccatoribus, & cum operantibus iniquitatem ne perdas me. [†] Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. ^b Da illis ^{*} secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinventionum ipsorum. Secundum opera manuum eorum tribue illis, redde retributionem eorum ipsis. Quoniam non intellexerunt ^{*} opera domini, & in opera manu eius destrues illos, & non edificabis eos. Benedictus dominus quoniam exaudiuit vocem deprecationis meę. [†] Dominus adiutor meus & protector meus, & in

4. Manifestabit.
 d. Oculos anime stelligit, quos intentos inquit, semper habeo ad deum. Noui enim quod ipse solus pedes meos a laqueo extrahet, & ab inuisibilibus inimicis insidias. Euthymius ibid.
 e. Torum quod a via vite & disciplina detinet filios huius seculi, totum quod exercet inuicem filios dei, in his duobus est, que sub isto vtrius propheta commendar: Vide, inquit, humilitatem meam & laborem meum. Bernard. declamatione prima.
 f. Iam qui innocētib; & rectis adheret, & sustinet dominum, Israel efficitur, id est, videt deum. Arno. ibidem.
 * Domine.
 a. Iudicare hoc loco probare significat, vnde subdit, Proba me dñali loco condēnare. Si nos ipsos iudicemus, nō vtrique iudicemur. Basil. in Psal. 7.
 b. Duplice vtique postulat igne comburi. Nā si de uno & solo mundi igne loqueretur, sufficeret renes tantū exurendos incendiis obtulisset, cor autem nisi Christi fāma non vrit. Amb. Sermo. 71.
 c. Per impiis hic Philistęos intelligit, apud quos exul fuit, quorum cōuersatione tamen abstinere: vel non sedebat, hoc est, non diu cōmorator. Euthymius ibidem.
 d. Theodoretus existimat Dauidem fecisse hunc psalmū, cūm verteretur apud Palestinos, ad quos pergerat expulsus a Saul. Operatur igitur in partem redire, ut cūm hominibus impiis, & humano sanguine euentis peccat: quibus certa perniciis impendat. Flaminius.
 * Domine.
 a. Ea pōna culpa est, videre bonū quod agere debeat, & tamē implere non posse, & rursum ex grauiore pōna culpa est quod agere debeat, nec videre. Vnde contra hęc vtrique, Psalmitę vocē dicitur: Dominus illuminatio mea, & salus mea. Contra eū ignorantie tenebras illuminatio, contra infirmitatem verō salus est dñs, quōd & ostendit quid debeat ad agendū appetit, & vires præbet, vt quod ostēderat, possit implere. Hicronymus Threnor. 3.
 * Er.
 1. Voluptatem.
 * Sanctum.
 * Meorum.
 * Ecce.
 b. Sic appellat genus illud sacrificij, quod sebat pro adēpta vitā. In eo enim tuburum clausus adhibebatur, vt scriptū est in numeris. Flaminius ibidem.
 2. Laudis & iubilationis.
 * Dominum requiram.
 3. Dimittas.
 e. Quoniam omni parentū solatio proffus careo, vt vel amicos meos omnes taceam, qui Saulis potētiam verentur. Licet autem omnes me dereliquerint, dñs assumpsit me. Euthymius.
 d. Vbi ergo bonus deus, ibi bona sunt, que desiderantur: videre Dauid, & visurū te credidit, sicut & ipse ait. Credo videre bona domini, &c. Illa enim bona sunt que manēt semper, que nō queunt temporis vel ætatis mutatione corrumpi. Amb. de fuga sculli, cap. 6.
 a. Hoc est, ne quæso, repūdies preces meas, neve deferas me in tantis malis. Si enim mihi non subuenis, similis ero descendantibus in foueam: id est, mortuis qui sepultura afficiuntur. Flaminius ibidem.
 b. Da illis iuxta opera sua, quia opera domini non intellexerāt, & quem videbant mortuos suscipere, dicebant: Hic homo nō est a deo. At Iesus dicebat illis: Si verbis non creditis, vel operibus credite. Arno. ibid.
 * Domine.
 * In.

Hob. 15. d.

† De pen. di. 2. cap. Vt cognouerunt. & c. Si enim.

† 2. q. 3. cap. In quibus.

† Intra. 72. b. 2. q. 1. ca. Omnibus. 1. q. 3. cap. Qui recti.

† Iere. 9. c.

c. Videte quo verbosus est. No
ait: floruit, sed resloruit. Non e
nim resloruit, nisi quod ante
floruit. Ambr. Sermo. 54.
d. Quasi iamiam regnum susce
pturus esset, & huic rei propior
quam antea, rogat propheta pro
populo dei: & quod hereditati
suz dicit, simile est quod legi
mus in Exo. 15. b. Leuit. 16. b. &
Numeri 15. c. Euthymius ibid.
a. Quomodo autē nos qui terra
& canis sumus, magno dno glo
riam & honore affertimus? Glo
riam quidē per bona opera cū
opera nostra splendore probita
tis iradiarint hominum ocu
lis, sic vt percipētis operibus glo
rificent patrem nostrum qui in
caelis est. Basiliius ibidem.

b. In Libano sacrificātes vsque
hodie rursus in Veneti, vitu
locum vitilia ampuant, & sacri
ficant Amobius ibidem.
1. Preparans.

2. Omnis qui dicit.

c. Gratiam bapismatis. Hiero.
3. Faciet.

ipso speravit cor meum, & adiutus sum. Et resloruit caro mea, & ex voluntate mea
confitebor ei. Dominus fortitudo plebis suæ, & protector saluationū Christi sui est. Saluum fac populum tuum— domine,] & benedic hereditati tuæ, & rege eos, & ex
tolle illos vsque in æternum.

Psalmus David in consummatione tabernaculi.

XXVIII.



Afferte domino filij dei, afferte domino filios arietum. Afferte domino
gloriam & honorem, afferte domino gloriam nomini eius, adorāte do
minum in arrio sancto eius. Vox domini super aquas, deus maieftatis in
tonuit, dominus super aquas multas. Vox domini in virtute, vox domi
ni in magnificentia. Vox domini confringentis cedros, & confringet dominus cedros
Libani, & conminuet eas tanquam vitulum Libani, & dilectus quemadmodum
filius vnicornium. Vox domini intercidentis flammam ignis, vox domini concutien
tis desertum, & commouebit dominus desertum Cades. Vox domini præparan
tis] ceruos, & reuelabit condensa, & in templo eius omnes dicent] gloriam. Domi
nus diluuium inhabitare facit,] & sedebit dominus rex in æternum. Dominus vir
tutem populo suo dabit, dominus benedicet populo suo in pace.

† Infra, 95. b

Psalmus cantici in dedicatione domus David.

XXIX.



Exaltabo te domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos
meos super me. Domine deus meus clamaui ad te, & sanasti me. Domi
ne eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me à descendētibz in
lacum. Passite domino sancti eius, & confitemini memoriæ sanctita
tis eius. Quoniam ira indignatione eius, & vita in voluntate eius: Ad ve
sperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Ego autem dixi in abundan
tia mea, non mouebor in æternum. Domine in voluntate tua præstitisti decori meo
virtutem. Auertisti faciem tuam— à me,] & factus sum conturbatus. Ad te domine
clamabo, & ad deum meum deprecabor. Quæ utilitas in sanguine meo, dum descē
do in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit verita
tem tuam? Audiuit dominus & misertus est mei, dominus factus est adiutor meus.
Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum, & circun
dedisti me lætitia. Vt cantet tibi gloria mea & non compungar, domine deus meus
in æternum confitebor tibi.

† 6. q. 1. c. lmi
tare.
Ibidem.

† 16. q. 7. c. Et
hoc dixim?
Infra. 70. a

In finem, Psalmus David, pro extasi.

XXX.



Nō te domine speraui, non confundar in æternum, in iustitia tua libera
me. Inclina ad me aurem tuam, accelera vt eruas me. Esto mihi in deum
protectorem, & in domum refugij, vt saluum me facias. Quoniam forti
tudo mea & refugium meum es tu, & propter nomen tuum deduces me,
& enutries me. Educes me de laqueo quem absconderunt mihi, quoniam tu es pro
tector meus. In manus tuas] commendo] spiritum meum, redemisti me domine
deus veritatis. Odisti obseruantes vanitates, superuacue. Ego autem in domino spe
raui, exultabo & lætabor in misericordia tua. Quoniam respexisti humilitatem
meam, saluasti de necessitatibus animam meam. Nec conclusisti me in manibus
inimici,] statuisti in loco spatiofo pedes meos. Miserere mei domine, quoniam tri
bulor, conturbatus est in ira oculus meus, anima mea & venter meus. Quoniam de
fecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. Infirmata est in paupertate virtus
mea, & ossa mea conturbata sunt. Super omnes inimicos meos factus sum opprobri
um vicinis meis valde, & timor notis meis. Qui videbant me, foras fugerunt à
me, obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde. Factus sum tanquam vas per
ditum, quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.
In eo dum conuenirent simul aduersum me, accipere animam meam cōciliati sunt.
Ego autem in te speraui domine, dixi: deus meus es tu, in manibus tuis sortes meæ.
Eripe me de manu inimicorum meorum, & à persequentibus me. Illustra faciem
tuam super seruū tuum, saluum me fac in misericordia tua domine, non confundar,
quoniam

† Infra, 70. a

† Luc. 23. f

† 7. q. 1. c. Ad
uertitas. 4.
Hinc istē in
psalmo 30.
Eripe, etc.

a. Quid enim quis ad dominū
intendit, isto amplius dominū
eueat, & ipse eleuatur. Vnde &
ille ait: Exaltabo te dñe. Sicut
enim exaltat dominū, peccator
humiliat. Ambr. de Isaac ca. 7.
b. Non dixit: cōfitemini sancti
tati eius, sed memoriæ sanctita
tis eius. Cōfessio nāque in hoc
loco pro gratiarum actione ac
cipitur. Gratiis itaque agite,
quia in memoria sanctitatis est
gloria: qui eam prius suscipitis in
profundo malitia, veneratis tñ
in obliuionem sanctitatis eius
qui vos creauit. In propitiatio
nem ergo remissionemq; corū
quæ auersistis, cōfitemini de his
quæ à vobis nō redē prius, nec
sobriè facta sunt. Basiliius ibid.
c. Ad David & Ezechiam pos
sunt hęc verba pertinere. Illam,
inquit, peccatiam quā pulcherrī
do seu decori meo ante habē
bas, illē nimirū charitatis atque
excellentiæ regni, nō mea ego
virtute aut meis meritis, sed sic
te volente habebam. Euthy.
* Autem.
d. His verbis demōstrat vie san
ctus vitam sibi iucundā atque
operatā fuisse, quod posset mai
estate numinis præstāssimi lau
dibus effere, atque homines ad
eius cultū & venerationem co
hortari. Flaminius ibidem.

a. Videtur quia & pater & spe
rat: videtur quia pater iste non
est sine spe, etiam si est aliqua
in humano corde conturbatio,
non recedit diuina consolatio.
Aug. ibidem.
* Eripe me.
* Hoc.
* Domine.
1. Commendabo.
b. Odisti illos, & stultos iudica
sti qui spes suas collocauerunt
in superitione, ac rebus vanis
& fallacibus, quæ illis neque de
cori, neque vili emolumento de
runt. Flaminius ibidem.
2. Inimicorum.
c. In facie loquipo loco pedes
stabiliti sunt, quādo & ad con
grentia bona tendimus, & nul
la difficultate speditur. Quasi
enim per latū locū quo volum?
pergimus, quia nullis obiectis
difficultatibz angustamur. Gre
go. Moral. lib. 26. cap. 31.
d. Totus Psalmus & super Da
uid iuxta historiam, & super do
minum iuxta prophetiam intel
ligi potest, inuiri & timor no
tis meis. A postulis, qui statue
runt in passione. Hiero. ibid.

e. Per faciem autē dei illius vi
sitationem atque custodiam, seu
etiam beneuolentiam intelligit.
Euthymius ibidem.

quoniam inuocauit te. Erubescant impij & deducantur in infernum, muta fiat labia dolosa. Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem, in superbia & in abusione. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te. Perfecisti eis qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, à conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo, à contradictione linguarum. Benedictus dominus, quoniam mirificauit misericordiam suam & mihi, in ciuitate munita. Ego autem dixi in excessu mentis meæ, proiectus sum à facie oculorum tuorum. Ideo exaudisti vocem orationis meæ, dum clamarem ad te. Diligite dominum omnes sancti eius, quoniam veritatem requirit dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in domino.

Intellectus David.

XXXI.

Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus: Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua, conuersus sum in ærumna mea dum configitur spina. Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus, in tempore opportuno. Veruntamen in diluuiio aquarum multarum, ad eum non approximabunt. Tu es refugium meum à tribulatione quæ circundedit me, exultatio mea, erue me à circundantibus me. Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. In chamo & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris, sperantem autem in domino misericordia circundabit. Latamini in domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.

In finem, Psalmus David.

XXXII.

Exultate iusti in domino, rectos decet collaudatio. Confitemini domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite illi. Cantate ei canticum nouum, bene psallite ei in vociferatione. Quia rectum est verbum domini & omnia opera eius in fide. Diligit misericordiam & iudicium, misericordia domini plena est terra. Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Congregans sicut in vitro aquas maris, ponens in thesauris abyssos. Timeat dominum omnis terra, ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem. Quoniam ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Dominus dissipat consilia gentium, reprobatur autem cogitationes populorum, & reprobatur consilia principum. Consilium autem domini in æternum manet, cogitationes cordis eius in generationem & generationem. Beata gens cuius est dominus deus eius, populus quem elegit in hereditatem sibi. De cælo respexit dominus, vidit omnes filios hominum. De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram. Qui finxit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum. Non saluatur Rex per multam virtutem, & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ. Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur. Ecce oculi domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius. Vereruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. Anima nostra sustinet dominum, quoniam adiutor & protector noster est. Quia in eo letabitur cor nostrum, & in nomine sancto eius sperauimus. Fiat misericordia tua domine super nos, quemadmodum sperauimus in te.

Psalmus David cum mutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum & abiit.

XXXIII.

f. Achitophel impium appellat, veluti qui legem de patricidio non est verus, dum filium irritauit aduersus patrem, & que insurgere in eum fecit, sed tandem laqueo suspensus seipsum interemit. Euthymius. ibid. 3. Contemptu. g. Quia beatitudo celestis promotionis sicut illic in rei possessione donatur, ita in spei speculatione perficitur: itaque bene uolens dicitur erit in remanente vel gratia, quanto amplius fuerit in supplicite fiducia. Euseb. Emicho. u. de pac. 4. In stupore meo, vel ecclasi mea. h. Nolite ergo terrori pati sancti domini, si vos superbia hominum opprimerit enim iudicium in quo requirit dominus veritatem. Arnob. 5. veritates.

a. Vtrumque enim beatus dicitur & cui iniquitas remittitur per laus eorum, & cuius peccata tergerit operibus bonis. Qui enim agit penitentiam, non solum diluere lacrymis debet peccata sua, sed etiam emendationibus factis operire & regere delicta superiora, ut non ei imputetur peccatum. Amb. de pac. li. 2. c. 5. 1. in ore. 2. In ærumnam, dum configitur mihi. b. Vult tui misericordiam, teque miserationibus suis completi, si modo post admissa humiliter te factum & contritum inuenierit. Insuper si que eius ceteris & in æreano designasti, prodideris & euulgaueris fratri circa pudorem illum. Basilii. Psal. 32. 3. Cordis. c. Per spiritum sanctum domino sapientia spiritualis illuminatur edificatur, eruditur, instruitur, consummatur, ut illa sancti spiritus vocem audire possimus: intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris, Euseb. Emilianus de Pentecost. homil.

a. Alij exultant in rebus huius seculi in cithara, alij in theatro. Sed tu, dicit propheta vnicuique sancto, in domino exulta, & non in prosperitatibus mundi. Hiero. ibidem. b. Neque enim misericordia sine iudicio, neque iudicium sine misericordia, ante iudicium misericordiam diligit, & post eam prerogaram ad iudicium venit Basil. ibidem. * Dominus. c. Cælum dicitur fecisse deus, sed operante patre simul & filio inuenitur cooperator, & spiritus sanctus. Quid patre vel filio minus habere creditur à quo virtus omnis cælorum firmata monstratur. Fulg. ad Tractum. li. 3. 1. Vtrum. d. Nemo dicit beatum Iudeorum populum, sed eum populum qui ex omnibus melior est electus. Nos autem sumus gens, cuius est dominus deus noster nos item populum quem elegit in hereditatem sibi. Basil. ibidem. e. Ecce cur aspiciere iustos homines deus dicitur, utique ut conferret, ut protegat. A spectus enim diuinitatis propitiæ, munus est conseruationis humanæ. Sal. uia. lib. 2. a. Sperantes super misericordia sustinebit. f. Adiuuat in pugna, protegit in astu, non te deserit, colera, dura. Qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. Et quid cum perduraueris, cum patiens fueris, cum usque ad finem peruenieris, quid tibi erit? Quia in eo letabitur cor nostrum. August. ibidem.

† Sup. 26. d

† Depen. di. A
1. c. Voluisset
& q. 3. c. ille
Rex. & c. II.
lus. & c. f.
† Depen. dist.
1. c. Quis ali-
quando. f.
Hinc illud
prophetæ.
† 1. q. 1. c. N6
soni.

† Hæ. 65. d

† Iudith. 16. c
Infra. 149. a

^a Egrepsit ex morte sibi veluti terminos prescribit, sūmque ipsius animā instruit ac format ad exactionem viuendi formulam, vt nullum ei tempus pretereat, quin deū laudet, ac magnarum iuxta ac trinitarū re- rum causas in eum referat. Ba- sil. ibidem.

^b Accedite fide inherendo, & duobus pectibus geminz chari- tatis curando. Cassia prami- fit laudibus ad communionem hortatur. Glosa ordi.]

1. Castrametabitur.

c. Ideo autē dixit, Gustate, quia amor dei quantalibet fide, qua- tolitbet ardore quāstus, refecere animū potest: sed magis ac ma- gis sicut velut summis labiis preguatur inflammat. Et ideo de seipso dixit: Qui edunt me, adhuc escient, & qui bibūt me adhuc fient. Euseb. Emile. de Espiph. non. 1.

d. In hoc quidē, quod ait o- culos domini super iustos esse, as- fectus aspicientis ostenditur: in hoc autem quod aures in pre- cibus paratas, semper exaudien- tis largitas demonstratur. Sal- uia lib. 2.

[e. Quia semper paratus est ad- iuuare liberando eos, vel virtu- tem patientie eis tribuendo ad maius meritum ipsorum. De Ly- ra ibidem.]



^a Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. In domino laudabitur anima mea, audiant mansueti & lætetur. Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. Exquisiui dominum & exaudiuit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

^b Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum, & de omnibus tribulationibus eius saluauit eum.

^c Immittit angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Gustate & videte quoniam suauis est dominus, beatus vir qui sperat in eo. Timete dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum. Diuites egerunt & esurie- runt, inquirentes autem dominū non minuentur omni bono. Venite filij audite me, timorem domini docebo vos. Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo, & fac bonū, inquire pacem & persequere eam. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autē domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriā eorū. Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorū liberauit eos. Iuxta est dominus iis qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Multæ tribulationes iustorum, & de iis omnibus liberabit eos dominus. Custodit dominus omnia ossa eorū, vnum ex iis non conteretur. Mors pec- catorū pessima, & qui oderunt iustum delinquent. Redimet dominus animas seruo- rum suorum, & non delinquent omnes qui sperant in eo.

3. q. 9. cap. 7. e. ite.

† 1. Pet. 3. b

† infra. 36. e

† De per. dist. 4. c. Hæretici. † Hebr. 4. d

In finem, Psalmus ipsi David.

XXXVIII.

^a Videt etiam hoc loco non fu- turi examinis fueritatem, sed certitudinem presentis iudicij pos- tulati. Hoc est enim quod ait: Apprehende arma & scutum, & corripe gladium, scutum scilicet ad protectionē, gladium ad vic- tionem. Non quia hoc iudicis deus egerat apparatus: sed quia in hoc seculo hæc terribilium rerum nomina, terribilium iu- dicioium subiectamenta. Sal- uianus lib. 2.

3. Meum.

b. Quis ergo faciemus? Si male- dicimus inimicos nostros, eu- gelica præcepta contemnimus, quibus non solum non maledi- cere, verumetiam pro his orare iubemur. Si custodire volumus euangelij iustiones, psalmos re- linquimus, quibus frequenter inimici maledicuntur, vt in isto psalmi loco, iudica, inquit, nocentes me, & in his que sequū- tur. Vnde cautius hæc oratio- nem psalmi presentis non con- tra carnem & sanguinem, sed contra spiritus lætis huius, qui quotidie nocent, quotidie bel- la committunt, competere pu- te. Arnobius ibidem.

* Domina.

* Mihi.

1. Proximo quasi fratri nostro. c. Sed & ad Saulē & socios re- ferre non incongruum est, qui, inquit, aduersum me congrega- ti sunt: me, inquam, ignorante eorum consilia atque insidias, quas aduersum me disponebat. Euthym. ibid.

[d. iam destructu premit cōfes- sionem totius ecclesie, inde præ- catur cum cōmémoratione cul- pæ cōfessionem persecutorū. Aug. ibidem.]

e. Vidisti certē quā acerba, quā latē & insolenter exultēt in for- tunas meas: ne quāto dissimula- hanc crudelitatem tibi displi- cere, ne uelime deferas in tantis malis. Flaminus.

* Domine.

3. Deuominus.

4. Id est, demones, Iudei, hære- tici, & persecutores, qui gratu- lantur malis meis, hoc est, non solum qui faciunt, sed etiā qui consentiunt facientibus. Hiero- nymus ibidem.

4. Magna.



^a Vidica domine nocentes me, expugna impugnantes me. Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Effunde frameam, & con- clude aduersus eos qui persequuntur me, dic animæ meæ, salus tua ego sum. Confundantur & reuerantur, quærentes animam meam. Auertantur retrorsum & confundantur, cogitantes mihi mala. Fiant tanquam

puluis ante faciem venti, & angelus domini coartans eos. Fiat via illorum tenebræ & lubricum, & angelus domini persequens eos, quoniam gratis absconderunt mihi interitū laquei sui, superuacue exprobrauerunt animam meā. Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quā abscondit, apprehendat eum, & in laqueum cadat in idipsum. Anima autem mea exultabit in domino, & delectabitur super salutari suo. Omnia ossa mea dicent: domine quis similis tibi? Eripiens inopem de manu fortiorū eius, egenum & pauperē à diripientibus eum. Surgentes testes iniqui, quæ ignora- bam interrogabant me. Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ. Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio. Humiliabam in ieiunio animā meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur. Quasi proximum, quasi fratrem nostrum sic complacebam, quasi lugens & contristatus sic humiliabar. Et aduersum me latati sunt & conuenerunt, congregata sunt super me flagella & ignorauit. Dissipati sunt nec compuncti, tentauerunt me, subfannauerunt me subfannatione, frenduerunt super me dentibus suis. Domine quando respicies, restituē animā meam à malignitate eorum, à leonibus vnicam meam. Confitebor tibi in ecclesia magna in populo graui laudabo te. Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi iniquē, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis. Quoniam mihi quidem pacificè loque- bantur, & in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant. Et dilatauerunt super me os suum, dixerunt: euge, euge, viderunt oculi nostri. Vidisti domine ne fileas, domine ne discedas à me. Exurge & intende iudicio meo deus meus, & dominus meus in causam meam. Iudica me secundum iustitiam tuam domine deus meus, & non supergaudeant mihi. Non dicant in cordibus suis: euge, euge animæ nostræ: nec dicant, deuorabimus eum. Erubescant & reuerantur simul, qui gratulantur ma- lis meis. Induantur confusione & reuerentia, qui maligna loquuntur super me. Exultent & lætentur qui volunt iustitiam meam, & dicant semper, magnificetur do- minus,

† infra. 39. e

infra. 69. a

† 3. q. 4. c. 17. Nubichudo- nosar. h. 1. 12. angelus.

† 23. q. 1. c. Si- cut non est.

† De confes- sion. 4. d. Bapti- mi. † Ioh. 1. d

minus, qui volunt pacem serui eius. Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam.

In finem, seruo domini David.

XXXV.



Dixit iniustus vt delinquat in semetipso, non est timor dei ante oculos eius. Quoniam dolose egit in conspectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Verba oris eius iniquitas & dolus, noluit intelligere vt benegeret. Iniquitatem meditatus est in cubili suo, astitit omni viae non bona, malitiam autem non odiuit. Domine in caelo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes. Iustitia tua sicut montes dei, iudicia tua abyssus multa. Homines & iumenta saluabis domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuae deus. Filij autem hominum, in tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab vbertate domus tuae, & torrente voluptatis tuae potabis eos. Quoniam apud te est fons vitae, & in lumine tuo videbimus lumen. Praetende misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam iis qui recto sunt corde. Non veniat mihi pes superbiae, & manus peccatoris non moueat me. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec potuerunt stare.

Psalmus ipsi David.

XXXVI.



Noli aemulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. Quoniam tanquam foenum velociter arescent, & quemadmodum olera herbarum cito decident. Spera in domino & fac bonitatem, & inhabitabit terra, & pascaris in diuitiis eius. Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela domino via tua, & spera in eo, & ipse faciet. Et educet quasi lumen iustitiam tuae, & iudicium tuum tanquam meridiem. Subditus esto domino, & ora eum. Noli aemulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias. Desine ab ira & derelinque furorem, noli aemulari vt maligneris. Quoniam qui malignantur, exterminabuntur, sustinentes autem dominum, ipsi haereditabunt terram. Et adhuc pusillum & non erit peccator, & quares locum eius & non inuenies. Mansueti autem haereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis. Dominus autem irridebit eum, quoniam prospicit quod veniet dies eius. Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum. Vt decipiant pauperem & inopem, vt trucident rectos corde. Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur. Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas. Quoniam brachia peccatorum conterentur, confirmat autem iustos dominus. Nouit dominus dies immaculorum, & haereditas eorum in aeternum erit. Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribunt. Inimici vero domini mox vt honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus, deficient. Mutuabitur peccator & non soluet, iustus autem miseretur & tribuet. Quia benedicentes ei haereditabunt terram, maledicentes autem ei disperibunt. Apud dominum gressus hominis dirigetur, & viam eius volet. Cum ceciderit, non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Iunior fui, etenim senui: & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quarens panem. Tota die miseretur & commodat, & semen illius in benedictione erit. Declina a malo, & fac bonum, & inhabitabit in seculo seculi. Quia dominus amat iudicium, & non derelinquet sanctos suos: in aeternum conseruabuntur. Iniusti punientur, & semen impiorum peribit. Iusti autem haereditabunt terram, & inhabitabunt in seculum seculi super eam. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius. Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum. Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius, nec damnabit eum cum iudicabitur illi. Expecta dominum & custodi viam eius, & exaltabit te, vt haereditate capias terram, cum perierint peccatores videbis. Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani. Et transiui, & ecce non erat: & quæsiui eum, & non

† 17. diff. ca. penult.
11. q. 3. c. Ex-
cellētissimus
32. quæ. 4. c.
Qui ignoret
† 15. q. 1. ca.
Firmissime.
§. Ex. co.

† De pe. di. 1.
c. Quis illud
do. §. Non ti-
bi dico.

† Math. 5. a

† Sup. 33. a
Eccle. 2. a
De pe. di. 1. c.
Qui aliquis
do. §. His au-
thoritatibus
2. 2. q. 5. c. De
forma, & 23.
q. 1. c. Si em.
De panis, c.
fi. in cle. 24.
q. 3. ca. N6 in
perpetuum.
De te iudi. c.
3. lib. 6.
† 11. q. 1. f.

a. N6 vñd hominem, sed genus hominū iniquorū dicit, qui si bi aduersantur, n6 intelligēdo vt bene viuāt, n6 quia non possunt, sed quia nolūt. Aug. ibid. 1. Inueniet iniquitatem suam, & odiret.

b. Non dixit: n6 potuit, sed noluit intelligere: vt nihil aliud intelligere dicit, quā nolle credere nouerimus, ac per hoc vt bene agat quis, intelligere studeat, & vt intelligat, credat. Profer de vita contēpla. ca. 9. li. 2.

c. Lumen filius est, lumen & pater qui videtur in filio, quoniam filius splendor gloriæ patris, & imago substantiæ eius est. Amb. ad virgines exhortatio.
* Omnes.

a. Malignitas plus nocet, quā malitia: quia malignitas nec puram simplicitatem habet, nec apertam malitiā, sed absconditam malevolentiam. Difficilius autē cauentur occulta quā am cognitā. Amb. lib. 10. Epist. 32.

b. Hoc cibo delectemur, de quo ait propheta: Delectare in dño. Hoc cibo delectantur qui superiores delectationes inuitabili ingenio comprehendunt, qui possunt scire qualis sit illa munda & intelligibilis mentis delectatio. Ambr. offic. c. 31.

c. Q. d. Si ei subditus non fueris, vt facias voluntatem eius, sine causa obsecras eum. Arnobius ibidem.

d. Quia, prauios aliquando, & aliquando bonos emulamur, primam emulationis speciem auerit. Nam aemulū ad bonum reatum est. Et consideret quomodo in principio piluli obsecus huiusmodi admonitionē tradit, & quomodo deinceps procedendo aliquando eā aperius declarauit: nunc tandem plenius manifestē facit. Eadem autem sapius reperit propheta, & supra atque infra ea reuoluit. Deinde ponit causam, quare malignandū non sit. Euthymius.

1. Delectant.

2. Vias.

e. Pulcherrima collatio, qua vit sanctus demonstrat etiam in his que populariter bona fortunæ nominantur, vitum iustum & probū longe melioris conditionis esse, q. improbum & iniustum. Hinc enim quauis copiosus & diues, ob intemperantiam fera semper aere alieno obstridat, neque se liberare potest aus vult. Plaminus ibidem.

3. Tribuit.

4. A domino gressus hominis diriguntur.

* Nimis. Sed additum putat Hierony.

5. Illi manum.

6. Nec enim loquitur de panibus sensibilibus, qui nouerit filios patriarchæ Iacob panū inopia sacros delectasse in Aegyptū, sed de spiritali loquitur alimonia, qua interior noster homo perficitur. Basilius de ciuino, oratione 2.

* Iustus.

g. Ne forte putares eum in ore habere quod in corde non habet, ne forte cōputares eum esse illum, de quibus dictū est: populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me, Aug. ibidem.

h. Non referuntur eorum reliquie ex superbia, vt in aternū viuant, sed vt in penam gehennae ignis intereat. Hiero. ibid.
 * Est.
 i. Sed quare, & quibus meritis? Audi quid sequitur quia sperauerunt in eo. Dulcis causa attramen est, at tamen iniretrabilis. Nimirum hæc est iustitia, sed quæ ex fide est, non ex lege. Bernat in Psal. Qui habitat. Verſ. 9.
 a. Oras ne cum animi indignatione quam peccata commouit sent, castiget. Validiores ira pligias facit. Mitiſſe castigat cui tranquillitas placidior est animus. Eugubinus ibidem.
 b. Sagittæ enim abs te venientes, cum prauertent iram & furorē tuum, fac torquent me ac puniunt, & sufficiēt castigat: quare supplex petis, vt ne alteri experiant iram aut indignationem. Basilus ibidem.

c. Aduertimus igitur laborem animæ maiorem esse quā carnis. Magnum periculum si cor agitur, quo credimus ad iusticiam. Sed tamen in magnis periculis æquidinum si dolor sentitur, & sensus eius exprimitur, remedium salutis ostenditur. Ambro. ibid.
 d. Quid est quod querebant mala mea? Multa querebant & non inueniebant, forte hoc dicebant, querebant crimina mea. Quæſierunt enim quæ in illum dicerent, & non inueniebant. Querebant enim mala de bono, querebant scelerata de innocente. Quomodo inueniunt in eo qui nullum peccatum habebat? Aug. ibid.
 e. Scitilia Iudaorum quæ multo ante dominus pronuntiauerat per prophetas, & psalmi versiculo declarauerat, quæ passus esset in corpore cõstitutus, dicens: Retribuebant mala pro bonis, in euangelio docet esse completa. Nā cum ipse per populos beneficia diffunderet, illi iniurias irrogabant. Nec miri si perdidit salutem, qui eiecerunt de suis sinibus saluatorem. Amb. Luc. 4. cap. lib. 4.
 * Mihi.
 a. Hoc est, tacito cogitationis præcepto indixit mihi vt custo direm vias meas. Alie sunt viæ quas debemus sequi, alie quas custodire. Sequi vias domini, custodire nostras, ne in culpam ducamur. Ambro. off. 1. c. 2.
 b. Ideo patienter fero, quia te scio ad probationem me tentationibus reliquisse. Hiero. ibid.
 c. Finem illum, quærit promissorum calcem, vel illi quando vnusquisque surget in suo ordine, primitiæ Christi, deinde ij qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt, deinde finis. Amb. off. 1. cap. 48.
 1. Veteres.
 2. Quamquam.
 3. Tamen.
 4. A te.
 d. Propter peccatationem, primum hominem corripuisti: & qui factus fuerat vt efficeretur per obedientiam immortalis, per inobedientiam mortalis factus est. Et cum mortalis est, tabescat velut aranea anima eius, vt sicut scilla tela eius repenti no flatu, ita scisso corpore eius à morte anima tabescat, nō habens florem corporeum. Arnobius in idem.
 4. Vanitas.

a. Hoc est, valde expectaui adiutorem meum Christum, ipse est enim expectatio gentium, vt à prophetis pronuntiatum est. Euthymius.

est inuentus locus eius. Custodi innocentiam & vide æquitatem, quoniam sunt reliquie homini pacifico. Iniusti autem disperibunt, simul reliquie impiorum interibunt. Salus autem iustorum à domino, & protector eorum* in tēpore tribulationis. Et adiuuabit eos dominus & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos, quia sperauerunt in eo.

Psalms David in rememoratione sabbati.

XXXVII.

Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. Quonia sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmaſti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauata sunt super me. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ. Miser factus sum & curuatus sum vsque in finem, tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus. Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. Amici mei & proximi mei, aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Et qui iuxta me erant, de longe steterunt, & vim faciebant, qui querebant animam meam. Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens & non habens in ore suo redargutiones. Quoniam in te domine speraui, tu exaudies me domine deus meus. Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei, & dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt. Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei viuunt, & cõfirmati sunt super me, & multiplicati sunt qui oderunt me iniquè. Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem. Ne derelinquas me domine deus meus, ne discesseris à me. Intende in adiutorium meum, domine deus salutis meæ.

In finem, canticum David pro Idithun.

XXXVIII.

Dixi, custodiam vias meas, vt nō delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum cõsisteret peccator aduersum me. Obmutui & humiliatus sum, & filii à bonis, & dolor meus renouatus est. Cõcaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Locutus sum in lingua mea, notum fac mihi domine finem meum. Et numerum dierum meorum quis est, vt sciam quid desit mihi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te. Verūtamen vniversa vanitas, omnis homo viuens. Veruntamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur. Theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Et nunc quæ est expectatio mea, nōne dominus? & substantia mea apud te est. Ab omnibus iniquitatibus meis erue me, opprobrium inſipienti dedisti me. Obmutui & non aperui os meum, quoniam tu fecisti, amoue à me plagas tuas. A fortitudine manus tuæ ego defeci, in increpationibus, propter iniquitatem corripuisti hominem. Et tabescere fecisti sicut araneam animā eius, veruntamen vanè conturbatur omnis homo. Exaudi orationem meam domine, & deprecationem meam, auribus percipe lachrymas meas. Ne sileas quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. Remitte mihi vt refrigerer priusquam abeam, & amplius non ero.

In finem, Psalmus David.

XXXIX.

Expectans expectaui dominum, & intendit mihi. Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miserix, & de luto fecis. Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Et inmisit in os meum canticum nouum, carmen deo nostro. Videbunt multi & timebunt, & sperabunt in domino. Beatus vir, cuius

A Sup. 6.4

† De per. di. 1.
 c. Totā & di.
 4 §. 5.
 B † 49. di. 1.
 De per. di. 1.
 c. In actione.

† 17. di. 6.
 Nōne.

cuius est nomen domini spes eius,^b & non respexit in vanitates, & in fancias falsas. Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. ^B Annuntiaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Sacrificium & oblationem noluisti, ¹ aures] autem perfecisti mihi. [†] Holocaustum & pro peccato non postulasti, tunc dixi: ecce venio. ^c In capite libri scriptum est de me vt facerem voluntatem tuam deus meus, volui, & legem tuam in medio ² cordis] mei. Annuntiaui iustitiam tuam in Ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo domine, tu scisti. Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, ^d veritatem tuam & salutare tuum ^e dixi. [§] Non abscondi misericordiam tuam & veritatem tuam, à consilio multo. Tu autem domine ne longè facias miserationes tuas à me, misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me. Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ, & ^e non potui vt viderem. Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei, ^f & cor meum dereliquit me. [†] Complacet tibi domine vt eruas me, domine ad adiuuandum me respice. [§] Confundantur & reuereantur simul, qui quærunt animam meam vt auferant eam. Auertantur retrorsum & reuereantur, qui volunt mihi mala. [†] Ferant cõfestim confusionem suam, qui dicunt mihi euge euge. [§] Exultent & lætentur super te omnes quærentes te, & dicant semper magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum. Ego autem mendicus sum & pauper, dominus sollicitus est mei. Adiutor meus & protector meus tu es, deus meus ne tardaueris.

† Hebr. 10. b

† De reliq. de Vnica. Infra. 68. a

† Infra. 69. a

b. Patet igitur David qui periculosos homines etiam ipso aspectu fuerat expertus, beatum illi diei, cui spes omnis in dei nomine est, sic enim non respicit in vanitates, & in infancias falsas, si semper Christum interioribus oculis aspiciat. Amb. de fuga seculi. cap. 4.
 1. Corpus.
 c. In principio Genesios. Hieronymus.
 2. Ventris.
 d. Promiserat deus multis ante seculis se dimissurum vniuersam è caelo silium suum, qui à tenebris & potestate diaboli mortales miseris ad beatissimam regni sui lucem traduceret. Flaminius ibidem.
 e. Non potui vt viderem, eo quod fumo iniquitatis oculus animæ cæcatur, ne videat quæ sunt lucida. Amb. de fuga seculi cap. 5.
 f. Quid mirum est si cor tuum desertum est à deo tuo, quando seipsum dereliquit? Quid est cor meum, dereliquit me? Non est idoneum cor meum, ad cognoscendum se. Aug. ibid.

† Deprecatio Christi pro suo corpore mystico quantum ad ademptionem boni cum dicit: Exultent & lætentur super te deum patrem vel totam trinitatem de bono quod daturus es. De Lira J

In finem, Psalmus David.

XL.

B ^a Eatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Dominus conseruet eum & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum ¹ in animam] inimicorum eius. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius, ^b vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Ego dixi, domine miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi. ^B ^c Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur & peribit nomen eius? Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur cor eius, congregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum. [†] Aduersum me susurrabāt omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum constituerunt aduersum me, nunquid qui dormit non adiciet, vt resurgat? Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. [§] Tu autem domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis. In hoc cognoui quoniam voluisti me, quoniam non gaudebit ^c inimicus meus super me. Me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum. Benedictus dominus deus Israel à seculo, & in seculum, fiat, fiat.

† i. dist. c. 106. dicitur. &c. Sacerdotes.

a. Quis est qui intelligit? Qui cõpauit ei, qui aduertit conscientem esse naturæ, qui cognoscit quod & diuitem & pauperem fecit deus, qui scit quod sanctificet fructus suos, si de his dederit aliquam pauperibus portionem. Amb. de Nabuthæ leztaelit. c. 3.
 1. In manus.
 b. Possimus ipsa mēbra nostra lectulos proprios nuncupare, in quibus anime nostræ veluti in quodā fratre suauissimè demorantur. Quod quidā sanctus propheta sensisse arbitror, cum dicit: Vniuersum stratum eius versasti. Beatus enim est ille cuius fratres deis in ipsius infirmitate cõuertitur: vt qui fuerit paulo ante adulter, iracundus & petulans, & cunctis scelera infirmitatibus plenus, fiat callus, humilis, & modestus. Ambro. Sermo. 28.
 c. Inimicus, hoc est, diabolus, cuius insinectæ hec iudai sunt operati, nō est gaudius eum retinens in inferis, quoniam resuscitatus est. Hierony. ibidem.

Titulus in finem, Psalmus David.

XL I.

V ^a Vemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit in te anima mea ad deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem dei? ^b Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: vbi est deus tuus? Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum dei. In voce exultationis & confessionis, ¹ sonus eupulantis. [†] [§] Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & ² deus meus. Ad me ipsum anima mea conturbata est, propterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermoniim à monte modico. ^c Abyssus abyssum inuocat, in voce cataractarum tuarum. Omnia excelsa tua & fluctus tui, super me transferunt. In die mandauit dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius. [§] Apud me oratio deo vitæ meæ, dicam deo susceptor meus es. ^d Quare oblitus es mei, & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus? Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi ³ qui tribulant me] inimici mei. Dum dicunt mihi per singulos dies: vbi est deus tuus? quare tristis es

† Infra. 42. b B

a. Sicut ceruus serpentinis caribus passus, veneno exaltans festinat ad fontes, ita serpentis antiqui passus consilio festinat anima mea ad te deus. Amb. ibidem.
 b. Vidisti animam in continua cõpunctione. Alimonia mea, inquit, panis meus, cibus meus, cõuiuium meum, non erat alia quàm lachryma, tam die quam nocte. Chryso. in 11. cap. Gen. hom. 30.
 1. Soni festa celebrantis.
 c. Si male hixerint homines, abyssus abyssum inuocat: quia de pena in penam transiunt, & de tenebris ad tenebras, de profunditate ad profunditatem, de supplicio ad supplicium, & de ardore cupiditatis in flammam gehennarum. Aug. ibidem.
 d. Oblitus esse videbatur deus Iudeorum, quia iam diu in inimicorum potestate ab eo relicti fuerant, vbi affligebantur quæ admodum verisimile est eos affligi, qui in captiuitate constituti sunt. Euc. hymius ibidem.

anima mea, & quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & deus meus.

In finem, Psalmus David

XLII.

a. Omnes admodum sancti in libris sacris, inter discernuntur imminutionem motus, & persecutorum gladios confiteri, presens dei iudicium postulat. Sic enim iustus dicit in Psal. Iudica me deus, &c. Presens enim iudicium dei postulat, qui liberari se de manu persecutoris imploret. Saleia lib. 2.
b. Si lucet hic filium putas, ergo spiritus veritas est. Aur si filium putas veritate, ergo spiritus lux est. Ambrosius de spiritu sancto, lib. 3. cap. 19.
c. Quis & nos confitentes possumus, ut meremur eius luce illuminari, via dirigi, veritate corrigi, vita locupletari. Hieronymus ibi.



Vidua me deus & discerne causam meam, de gente non sancta, ab homine iniquo & doloso erue me. Quia tu es deus fortitudo mea, quare me repulisti, & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei, ad deum qui latificat iuuentutem meam. Confitebor tibi in cithara deus deus meus, quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & deus meus.

A De cōse. di. 1. c. Credere.

B Sup. 41. b

a. Tres genera hostium Christiano insurgunt. Vnum genus diaboli & demonum eius, aliud persecutorum, tertium quod commune est omnibus, barbarice feritatis. Sed tota tria genera non arcu nostro, nec brachio nostro superantur, sed dextera dei & brachio dei, & illuminatione vultus eius, de quo patres nostri narrauerunt nobis: quomodo manus eius eiecit gentes, & plantauit eas Amobius ibidem.
b. Tamest, inquit, multa ad nostram gloriam adduci possent, nulla tamen alia in re gloriamur, quam in vno hoc quod deum cognoscimus. Euthymius ibidem.
c. Quare vendisti sine pretio, & non potius donati dicitur? An forte scripturam leuiter est, vendit enim qui donatur dicitur? Hic autem sensus optimus est, in eo quod scilicet dicitur est, gratis vendidisti eis, & sine argento redimimini, & hic: vendidisti populum tuum sine pretio: quia illi quibus tradidisti populum tuum, impij fuerunt, non deum colendo tradidisti illum populum meruerit, ut ipse cultus tanquam pretium videretur. Aug. 1. super Iudic.
2. Nostris.



Deus auribus nostris audiui, patres nostri annuntiauerunt nobis. Oculi tui quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis. Manus tuas gentes disperdit, & plantasti eos, afflixisti populos, & expulisti eos. Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos. Sed dextera tua & brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam complacuisti in eis. Tu es ipse Rex meus & deus meus, qui mandas salutes Iacob. In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. Saluasti enim nos de affligentibus nos, & odientes nos confundisti. In deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in seculum. Tunc autem repulisti & confundisti nos, & non egredieris deus in virtutibus nostris. Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros, & qui oderunt nos diripiebant sibi. Dedisti nos tanquam oues escarum, & in gentibus dispersisti nos. Vendidisti populum tuum sine pretio, & non fuit multitudo in commutationibus eorum. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subannationem & derisum iis qui sunt in circuitu nostro. Posuisti nos in similitudinem gentibus, commotionem capitis in populis. Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meae cooperuit me. A voce exprobrantis & obloquentis, a facie inimici & persequentis. Hec omnia venerunt super nos, nec oblitus sumus te, & iniquum non egimus in testamento tuo. Et non recessit retrorsum cor nostrum, & declinasti semitas nostras a via tua. Quoniam humiliasti nos in locu afflictionis, & cooperuit nos umbra mortis. Si oblitus sumus nomen dei nostri, & si expandimus manus nostras ad deum alienum. Nonne deus requiret ista? Ipse enim nouit abscondita cordis. Quoniam propter te mortificamur tota die, & aestimati sumus sicut oues occisionis. Exurge, quare obdormis domine? exurge, & ne repellas in finem. Quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopiam nostram, & tribulationis nostrae? Quoniam humiliata est in puluere anima nostra, conglutinatus est in terra venter noster. Exurge domine adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum.

† 1. Reg. 17. g. † 2. Reg. 1. ca.

† Roma. 8. g

In finem, pro iis qui commutabuntur filiis Chore ad intellectum, canticum pro dilecto. XLIII.

d. Hoc est, aduenies via tua, ut ipsa esset iter proficiendum, quae singulares parvas duplices non fert, quia ardua est via quae ducit ad vitam aeternam. Chrysostomus in Psal. 118.
e. Dixerant se nulla vi calamitatum potuisse cogi & delinere ad deos falsos & comitantes, ad id confirmatum haec subiungit: Si inquit, ablati maris iustitiam a deo nostro, nonne ipsi, qui nouit sensus nostros intimos animorum, hoc nostrum scelus animaduertisset? Flaminius ibidem.
a. Vnigenitus dei filius a patre missus est, non amissus. Et ideo dicit propheta: Erudauit cor meum verbum bonum. Sicut enim ex vultu prolatis hominis verbum, ita ad audientem loquentem transfertur, ut nihilominus in eo de quo procedit, corde teneatur. Sicut sermo quem loqueris & a te exit, & tecum est, nono manet. Eusebius. Emissionem de natiuitate. do. hom. 1. r.



Ructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribae, velociter scribentis. Speciosus forma praefiliis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in aeternum. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere, procede & regna. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittae tuae acutae, populi sub te cadent in corda inimicorum Regis. Sedes tua deus in seculum seculi, virga directionis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo laetitiae praefortibus tuis. Myrrha & gutta, & casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiae

† Heb. 11. c. De fac. vno. c. vnico.

* In.
f. Potentissima. Quod Hieronymus addit dicit ex superiori versiculo.
b. Quia verbum caro factum erit, tunc & ipsum nominatum est dicitur Christus Iesus, quia profecto vnctus est oleo laetitiae, id est spiritu sancto a deo patre: & haec quoque causa Christus nominatur. Damasius lib. 4. cap. 6.
c. Oleum igitur laetitiae spiritus sanctus est. Et pulchrum oleum laetitiae dicitur creatura parata. Oleum enim huiusmodi natura est, ut nequaquam natura alterius humiliter miscatur. Laetitiam quoque non corpus vnxit, sed intima cordis illuminat, sicut dicit propheta: Dedisti laetitiam in corde meo. Ambrosius de spiritu sancto lib. 1. cap. 8.

† 12. q. 5. c. Si Paulus.

† 9. q. 5. Si Paulus.

† 68. di. cap. Quorum vi. ces.

filia Regum in honore tuo. [†] ^d Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Audi filia & vide, & inclina aurē tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Et concupiscet Rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus deus tuus, & ² adorabunt eum. [¶] Et filia Tyri in muneribus, vultuum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Omnis gloria eius ³ filia Regis abintus, in fimbriis aureis circumamicta varietatibus. Adducentur regi virgines post eam: pro ximæ eius afferentur tibi. Afferentur in lætitia & exultatione, adducentur in templum Regis. [†] Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui ⁴ domine, in omni generatione & generationem. Propterea populi constabunt tibi in æternum, & in seculum seculi,

In finem filijs Chore pro arcanis.

XLV.

A ^d Eus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis. Propterea ^b non timebimus dum turbabitur terra, & transfrentur montes in cor maris. Sonuerunt & turbatae sunt aquæ eorum, conturbati sunt montes in fortitudine eius. Fluminis impetus latificat ciuitatem dei, sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Deus in medio eius ^{*} non commouebitur, adiuuabit eam deus mane diluculo. [¶] Conturbatae sunt gentes, & inclinata sunt regna, ^d dicit vocem suam, ^{*} mota est terra. Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster deus Iacob. Venite & videte opera domini, quæ posuit prodigia super terram, ^c auferens bella vsque ad finem terræ. Arcum conteret & confringet arma, & scuta comburet igni. []] Vacate & ² videte, []] quoniam ego sum Deus, exaltabor in gentibus & exaltabor in terra. Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster deus Iacob.

In finem pro filijs Chore, Psalmus David.

XLVI.

† 92. dist. c. 1. In glo.

† 2. Reg. 6. c.

A [†] ^a Mnes gentes plaudite manibus, iubilate deo in voce exultationis. Quoniam dominus ex celsis terribilis, Rex magnus super omnem terram. Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. Elegit nobis hereditatē suam, speciem Iacob quam dilexit. [†] ^b Ascendit deus in iubilo, & dominus in voce tubæ. [¶] Psallite deo nostro, psallite, psallite Regi nostro, psallite. Quoniam Rex omnis terræ deus, psallite sapienter. Regnabit deus super gentes, deus sed & super sedem sanctam suam. ^c Principes populorum congregati sunt cum deo Abraham, quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati sunt.

Psalmus cantici, filijs Chore secunda sabbati.

XLVII.

† Infr. 14. 4. a De consilio. di. 2. Accesserunt. De p. dist. 2. cap. Dum sanctam.

A [†] ^a Agnus dominus & laudabilis nimis, in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius, [†] ^a Fundatur ^a exultatione in vniuersæ terræ, ² mons []] Sion latera aquilonis, ciuitas Regis magni. Deus in domibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam. Quoniam ecce Reges ² terræ []] congregati sunt, conuenerunt in vnum. Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos. Ibi dolores vt parturientis, in spiritu vehemēti contētes naues Tharsis. Sic audiuiimus, sic vidimus, in ciuitate domini virtutum, in ciuitate dei nostri, deus fundauit eam in æternum. [¶] Suscepimus deus misericordiam tuam, in medio templi tui. Secundum nomen tuum deus, sic & laus tua in fines terræ, iustitia plena est dextera tua. Lætetur mons Sion, & exultent filiae Iudæ, propter iudicia tua domine. ^b Circundate Sion & complectimini eam, narrate in turribus eius. Ponite corda vestra in virtute eius, & distribuite domos eius vt enarretis in progenie altera. Quoniam hic est deus, deus noster in æternum, & in seculum seculi, ipse reget nos in secula.

In finem, pro filijs Chore, Psalmus David.

XLVIII.

† Psal. 77. a Matth. 13. e.

A [†] ^a Vidite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Quique terrigenæ & filij hominum, simul in vnum diues & pauper. Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam. [†] Inclinaabo in parabola aurem meam, aperiā in psalterio propositionē meam.

† Vidisti insignem honorem, vidisti summam dignitatē, que conculcata, & que in infimum locum deturbata fuerat, in quā tam exultet altitudinem, vt ei assisteret. Cognouisti quæ erat captiua, alienata, meretrix seclerata & execranda ad quantā dignitatem ascēderit. Cum ministratoriis potestatibus assistit. Filius enim, vt qui sic honore æqualis, sedet à dextris, ipsa vero stetit. Quoniam enim sit regina, est tamen creatura subitanea, Chrysost. ibid. ² Adorabis eum. ³ Filia.

^a Plenus est enim mundus ætēnis atque prefluris: idē quoque quia sunt alia adiutoria regū, virtutes potentū, refugia ciuitatū, nostra munitione. Christus est, qui nos ab his poterit eripere potest. Hiero. ibid. ^b Hoc est, dum tyranni & subditi eorū populi terrena sapienter turbabuntur, turbati autem sunt antiquæ ac patriæ eorum conuersatione immutata, quoniam neque etiam timebimus dum montes, hoc est, superbi elatque animo, ac tumētes demones, dum irruere eos videbimus. Euthymius. ^{*} Er ^{*} Altissimus. ^c De hac celsitē & dulcissima pace quam terris attulit Christus, hanc quoque similia variatur: sed qualis ea pax sit, pifoli ex omnibus intelligunt, eaque fruuntur, etiam tum, cum omni scelere ac crudelitate vexantur ab impijs. Eam significabat magna illa tranquillitas pacis & ois, que omnibus fere scribis data est, dum Christus verfabatur in terris. Flaminius ibidem. ¹ In igne. ² Cognoscite. ^a Spiritus sanctus per prophetam vocat ad fidem omnes gentes venire: Omnes gentes inquit, id est, totus mundus, simul plaudite manibus. Hiero. ibid. ^b Quid aliud præ se ferre vult is domini ascensus, quam antea descendisse eum qui nunc ascendit post quem sane ascensum, protinus genitum cum dicitur vocatis sanctis. Ruf. de demonstratione. lib. 6. cap. 2. ^c Euangelicæ predicationis vires magis etiam demonstrat, quod non idiotas tantū & priuos homines, sed principes etiam & reges ipsos attraxerit. Siquidem & eorum multi cum Christo congregati sunt, & partium eius effectū. Euthy. ibid. ¹ Bene fundata. ^a Montem Sion & urbem Ierusalem appellat, vaticinādo gaudij & exultationem in vniuersæ terræ: quoniam vera cognitio dei, veræque religio ex his locis manarunt in omnes retracum oras: que quidem nos & salutē & læticiam mortalibus attulit immoxtalem. Sionē vero appellat latera aquilonis, propterea quod is mons situs est in aquilonari urbis parte, vt etiam meminisse Iaias. Flaminius ibid. ² Montes. ^b Nunc vos, o anima liberata, & iterum genita, circundate nitentem vestram Sion, & duorū testamentorum plena lætibus vbera fugite, narrate in turribus eius misericordiam quam consecuti estis. Arnob.

^a Adiutorium habet maximū qui omnes gentes conuocat ad audiendum psalmū, & omnes eos qui suo complet orbē incolunt. Qui enim conuocatur, & ad exaudiendam concionem in vnum aduocit omnes, paracletus est nimirum spiritus ille veritatis. Bassilius ibidem.

a. Timeo.
 b. Calcaneus sine corporis nota, ad ipsum serpens accendit, ibi insidiatur. Hoc solis rimendū est omnibus ne in sine suo in iniquitate sua capitur. In quo enim opere quis inuentus fuerit, in eo erit vsque in sempiternum. Arnobius ibidem.
 c. Si viderit hominem sapientē in deo ab hoc mundo migrare, dicit: Quid huic ieiunia? Quid castitas? Quid eleemosynarum profuerunt? nonne & ipse mortuus est? Hierony. ibidem.
 d. Ceterum deus illos ve oves in infernum incultis, cum irrationales facti sunt, sed & qui si bi auxilio esse non possunt: ad didit: quoniam futurus esset eorum pastor, quia mors, per quā supplicium intelligit, quia pascet eos. Euthymius, ibid.
 *Expulsi sunt.
 e. Nihil enim secum de his quae propria habere se creditur, portaturus est, quia ut dicit propheta: Cum interierit, non sumet omnia. Euseb. ad monach. homil. 10.
 f. Concluditur carmen saluberrima sententia, hominem scilicet, cui contingunt amplae fortunae sine prudentia & pietate, petinde atque bestias omnibus bonis spoliari. Flaminius, ibid.

Cur timebo in die mala, iniquitas calcanei mei circumdabit me. Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. † Frater non redimit, redimet homo: non dabit deo placationem suam. † Et pretium redemptionis animae suae, & laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem. Non videbit interitum, cum viderit sapientes morientes, simul insipiens & stultus peribunt. Et relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in æternum. Tabernacula eorum in progenie & progenie, vocauerunt nomina sua in terris suis. † Et homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus: & similis factus est illis. Hæc via illorum scandalum ipsis, & postea in ore suo complacebunt. † Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos. Et dominabuntur eorum iusti in matutino, & auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorum. * Veruntamen deus redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me. † Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius. † Quoniam cum interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Quia anima eius in vita ipsius benedicetur, confitebitur tibi cum benefeceris ei. Introibit vsque in progenies patrum suorum, vsque in æternum non videbit lumen. † Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

B † 13. q. 2. ca. in presenti, † ibidem.

D † Job 27. d

Titulus, Psalmus Asaph.

XLIX.

a. Hoc loco diuina prædictio planè deī manifestè venturum canit, quæ quidem non alium, quàm ipsum dei verbum significat. Illius vero aduentus causam manifestissimè indicat, ac gentium ruitus quæ in tota terra contingunt, vocationem futuram denunciat. Itaque vocatur inquit, terram ab ortu solis vsque ad occasum. Euseb. de demonstr. lib. 6. ca. 3.
 b. Distinctionem quippe tanti iudicis tēpestas ignisque comitantur: quia tēpestas exanimat, quos ignis exurit. Gregor. homil. 1. c.
 c. Ita enim sperui, quia sanguis veri agi effusus est pro peccatis populi mei, vel non accipiam vitulos, i. superbos, nec hircos, luxuriosos Hierony.
 d. Vult hominem idem conditor alto quidem salubritate consilio tribulationibus exerceri: ut cum defecerit homo, & subuenierit deus, dū homo, liberatur à deo, deus ab homine, ut dignū est, honoretur. Bernard. de diligendo deo.
 * Tu.
 e. Quoniam dixerat supra: non in sacrificiis tuis arguam te: itaque damnat simulationem virtutis ac pietatis, eos scilicet, qui verbis deum continentur, factis negant, ut ait Apostolus, & qui præcepta dei semper in ore habent, ex animo obsecrant, Flam. 1. Iniquitatem.
 * Peccata tua.
 * Iam.

Deus deorum dominus locutus est, & vocauit terram. A solis ortu vsque ad occasum, ex Sion species decoris eius. Deus manifestè veniet, deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida. Aduocauit cælum deorsum, & terram discernere populum suum. Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Et annuntiabunt cæli iustitiam eius, quoniam deus iudex est. † Audi populus meus, & loquar Israel, & testificabor tibi, deus, deus tuus ego sum. Non in sacrificiis tuis arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. † Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Quoniam meæ sunt omnes feræ sylvarum, iumenta in montibus & boues. Cognoui omnia volatilia cæli, & pulchritudo agri mecum est. Si esuriero, non dicam tibi, meus est enim orbis terræ & plenitudo eius. † Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Immola deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. † Et inuoca me in die tribulationis, * eruam te, & honorificabis me. † Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras iustitias meas? & assumis testamentum meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. † Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. † Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc fecisti, & tacui. Existimasti iniquè quòd ero tui similis, arguam te & statuam contra faciem tuam. * Intelligite hæc qui obliuiscimini deum, nequando rapiat, & non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare dei.

C De voto. c. penult.

+ 1. q. 7. 4. idē testatur. 11. q. 1. c. An. s. h. an. 6. q. 1. ca. Ex merito.

+ 6. q. 1. cap. Ex merito.

Psalmus David, cum venit ad eum Nathan Propheta, quando intravit ad Bersabee.

L.

a. Iuxta immensam, inquit, tuam misericordiam miserere mihi, immentum enim est peccatum meum quo steterui. Euthym. ibid.
 b. Nunquid quæ respiciens se arguat in terra se gesta improba, & ante se constituat peccata sua, pronuntians cum propheta: & delictum meum contra me est semper. Ante vos sit, ut contra vos esse non possit. Euseb. Emis. de penit. Nihil vitari. homil. 1. Coram.
 c. Christus autē cū condonatur, & superat, cū iudicatur, & vincit: sicut ait propheta: Ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cū iudicaris. Quid ergo operat ei loqui ante iudicium, cui ipsum iudicium erat plena victoria? Vincit enim cum iudicatur Christus, quia sic inopetens approbatur. Amb. Ser. 49.

Miserere mei deus, secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. † Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. † Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. † Ecce enim veritatem dilexisti, incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. † Asperges me domine: hyssopo & mun-

A † Intra 54 56 a Dep. d. d. 1. c. Toram. & c. Illud. † De pen. d. d. c. Toram. & di. 1. cap. & venit. 15. q. 4. † De. 1. q. di. 1. c. Si enim. Dist. 4. c. 5. 11. q. 4. c. Vit. cū propria. c. di. ca. Cū exaudireo.

a. Deum qui saluum me facit, vel saluat me.
 b. Fac subito exiit inter eos linguarum varietas, ne possit alter alterius verba intelligere, dum de me proleudo consistant. Hoc modo deus fregit eorum qui turrim babil edificabant. Flaminus, ibid. 2. Opprobriasset me.
 c. Qui est vnanimis, ipse amicus est: quia vnitas animorum in amicis sit, neque quisquam deestabilior, quia qui amicitiam laeserit. Vnde in proditore dñs hoc grauisimum inuenit, quo eius condemnaret perfidiam, gratia vicem non receperat. Vnde, & conuulsum miserit. Itaque sic ait: Tu vero homo vnanimis, &c. Hoc est, non potest sustineri illud, quia vnanimis appetit eum qui tibi donauerat gratiam. Amb. offi. 3. ca. 16.
 * Jam.
 d. Si mortuus defecderes, quid ageres, ignorares: Cum vero scis malum esse quod facis, & tam facis, nonne viuis descendis ad inferos? Hoc dicit propter duces, Dathan, Core, & Abiron, quos terra hians vitis absorbit. Num. 16. Aug. ibid.
 e. Clamorem fidelem mox deo exaudit, & hanc ipsam exaudiri clamoris sui gratulationem vespere, & mane: & meridie narrabit: diem omnem in his diei partibus per quas dies cunctur, ostendens. Hilarius, ibid. 3. Exaudiuit.
 4. Appropinquauerunt corda illorum.
 5. Horum.
 f. Tu vero Christiane laeta in deum cogitatione tuam, & ipse te enutriet. Noli dicere: Quid manducabo, quid bibam, aut quo operietur? Per istas enim cogitationes demones ipsi sunt iacula: quos deducet dominus in puteum interitus, si tu in deum inueneris cogitatione tuam. Arnob. ibidem.
 a. Qui misericordiam dei postulat, seque eorum esse conuincitur, habet securitatis & vitentis suae arma, quibus non solum terrena odia, sed & spiritualium nequitiarum bella sustinet. Aduersus quas potius quam aduersum carnem & sanguinem, pugnam nobis apostolus docet esse. Ministeris enim impiorum vtuntur ad vexationis tribulationisque sanctorum. Hila. ibid.
 * Non.
 b. Hoc est, iter vitae meae inuestigabunt, vt suis me laqueis comprehendant. Qui verbis variis illorum indicat insidias. Euthymius.
 c. In mea, inquit, memoria sunt vota quae tibi inuocauit, & quae religiose persoluisti: quae vero sunt ea vota, quae semel declarasti. Reddam laudationes tibi. Flaminus, ibid.
 1. Laudationis tuae.
 * Oculos meos à lachrymis.

Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebrae. † Et dixi, quis dabit mihi pennas sicut columbae, & volabo & requiescam? † Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. * Expectabam eum, qui saluum me fecit,] à pusillanimitate spiritus & tempestate. Praecipita domine, b diuide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate. Die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniustitia. Et non defecit de plateis eius vsura & dolus. Quoniam si inimicus meus] maledixisset mihi,] sustinuissem vtique. Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu verò homo c vnanimis, dux meus & notus meus. * Qui simul c mecum dulces capiebas cibos, in domo dei ambulauimus cum consensu. Veniat mors super illos, d & descendant in infernum viuentes. Quoniam nequitiae in habitaculis eorum, in medio eorum. e Ego autem ad deum clamaui, & dominus saluauit] me. Vespere, & mane, & meridie narrabo & annuntiabo, & exaudiet vocem meam. Redimet in pace animam meam ab iis qui appropinquant mihi, quoniam inter multos erant mecum. † Exaudiet deus & humiliabit illos, qui est ante secula. * Non enim est illis commutatio, & non timuerunt deum, extendit manum suam in retribuendo. Contaminauerunt testamentum eius, diuisi sunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius.] Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. f † Iacta super dominum curam tuam, & ipse te enutriet, & non dabit in aeternum fluctuationem iusto. Tu verò deus, deduces eos in puteum interitus. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos, ego autem sperabo in te domine.

In finem, pro populo qui à sanctis longe factus est, in tituli inscriptione ipsi Dauid, cum tenerent eum Allophylis in Geth. LV.

Miserere mei deus, quoniam conculcauit me homo, tota die impugnans a tribulauit me. Conculcauerunt me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes aduersum me. Ab altitudine diei * timebo, ego verò in te sperabo. In deo laudabo sermones meos, in deo speraui, non timebo quid faciat mihi cato. * Tota die verba mea execrabantur, aduersum me omnes cogitationes eorum in malum. Inhabitabunt & abscondent, b ipsi calcaneum meum obseruabunt. Sicut sustinuerunt animam meam pro nihilo saluos facies illos, in ira populos confringes. Deus vitam meam annuntiaui tibi, posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Sicut & in promissione tua, tunc conuertentur inimici mei retrorsum. c In quacunque die inuocauero te, ecce cognoui quoniam deus meus es. In deo laudabo verbum, in domino laudabo sermonem: in deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo. c In me sunt deus vota tua,] quae reddam i laudationes tibi.] † Quoniam eripuisti animam meam de morte, * & pedes meos de lapsu, vt placeam coram deo in lumine viuentium.

In finem, ne disperdas Dauid in tituli inscriptione, cum fugeret à facie Saul & Regis Israel] in speluncam. LVI.

Miserere mei deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea. Et a in vmbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas. Clamabo ad deum altissimum, deum qui benefecit mihi. Misit de caelo & liberauit me, dedit in opprobrium conculcantes me. Misit deus misericordiam suam & veritatem suam, & eripuit animam meam de medio catulorum leonum, dormiui conturbatus. * b Filij hominum dentes eorum arma & sagittae, & lingua eorum gladius acutus. Exaltare super caelos deus, & in omni terra gloria tua. Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam. Foderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam. † Paratum cor meum deus, paratum cor meum, cantabo & psalmum dicam domino. * † Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, c exurgam diluculo. Cofitebor tibi in populis domine, & psalmum dicam tibi in gentibus. Quoniam magnificata est vsque ad caelos misericordia tua. & vsque

† 7. q. 1. esp. Aduersitas. † Ibidem.

† De est. di. 4. esp. Non in vobis.

† Math. 6. d. Luce 12. c. 1. Pet. 5. b

† Inf. 11. 4. b

† De pen. di. cas. Pet. 10. 1. Inf. 107.

† Inf. 107. 4. † Joh. 1. d

& vsque ad nubes veritas tua. Exaltare super caelos deus: & super omnem terram gloria tua.

In finem, ne disperdas David in tituli inscriptione.

LVII.

A I verè utique iustitiam loquimini, rectè] iudicate filij hominum. Etenim in corde iniquitates operamini in terra, iniustitias manus vestre concinnant. Alienati sunt peccatores à vulva, errauerunt ab utero, locuti sunt falsa. Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturant aures suas. Quæ non exaudiet vocem incantantium, & veneficij incantantis sapienter. Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet dominus. Ad nihilum devenient tanquam aqua decurrens, intendit] arcum suum, donec infirmetur. Sicut cera quæ fluit, auferentur, supercedit ignis & non viderunt solem. Priusquam intelligerent spinæ vestre rhamnum, sicut viuentes, sic in ira absorbet eos. Lætabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et dicet homo, si utique est fructus iusto, utique est deus iudicans eos in terra.

In finem, ne disperdas David in tituli inscriptione, quando misit Saul, & custodivit domum eius, vt interficeret eum.

LVIII.

A Ripe me de inimicis meis deus meus, & ab insurgentibus in me libera me. Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris sanguinum salva me. Quia ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes. Neque iniquitas mea, neque peccatū meum domine, sine iniquitate cucurri & direxi. Exurge in occursum meum & vide, & tu domine deus virtutum, deus Israel. Intende ad visitandas omnes gentes, non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem. Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem. Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorum, quoniam quis audiuit? Et tu domine deridebis eos, ad nihilum deduces omnes gentes. Fortitudinem meam ad te custodiam, quia tu es deus susceptor meus, deus meus misericordia eius præueniet me. Deus ostendit] mihi super inimicos meos, ne occidas eos, nequando obliuiscantur populi mei. Disperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus domine. Delictum oris eorum sermonem] labiorum ipsorum, & comprehendantur in superbia sua. Et de execratione & mendacio annunciabuntur in consummatione, in ira consummationis, & non erunt. Et scient quia deus dominabitur Iacob, &] finium terræ. Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem. Ipsi dispergentur ad manducandum, si verò non fuerint saturati, & murmurabunt. Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exaltabo mane misericordiam tuam. Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ. Adiutor meus tibi psallam, quia deus susceptor meus es, deus meus, misericordia mea.

In finem, pro iis qui commutabuntur, in tituli inscriptione ipsi David in doctrinam, cum succendit Mesopotamiam Syriae & Sobal, & conuertit Iob, & percussit Aedom in valle Salinarum duodecim milia.

LIX.

A Deus repulisti nos & destruxisti nos, iratus es & misertus es nobis. Commouisti terram & conturbasti eam, sana contritiones eius, quia commota est. Ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino compunctionis. Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus. Et liberentur dilecti tui, saluum fac dextera tua, & exaudi me. Deus locutus est in sancto suo, lator & partitor Sichimam, & conuallem tabernaculorum metibor. Meus est Gallaad, & meus est Manasses, & Ephraim fortitudo capitis mei, Iuda Rex meus, Moab olla spei meæ. In Idumæam extendam calceamentum meum, mihi alienigenæ subditi sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitam, quis deducet me vsque in Idumæam? Nonne tu deus qui repulisti nos? & non egrediens deus in virtutibus

K iij

a. Id est, si verè secundum legem agitis, iustè iudicate filij hominum: dicite culpam, & ita dote sententiã. Vt quid iniustitiam manus vestre concinnant? alienati sunt ab utero matris Saræ, ergo à ventre patris vestri Abraham, hoc Abraham non fecit: si filij Abraham effecti, vtique opera Abraham faceretis. Nunc vero alienati estis ab utero, & non filij eius. Arnob. ibid.
1. Recta.
2. Quæ incantatur à sapiente.
3. Iuendet.
b. Iustus quando videt penam peccatoris, proficit ipse, & mors alterius valet ad vitam alterius. Si enim spiritaliter sanguis currit de his qui inritus sunt mortuorum, tu videns talem vindictam, laus illic manibus tuas, de caetero mundus viue. August. ibidem.

a. Vitiis humanis causis profectusque com-lexus est, vt vnde orta est, & quo eualet impietas nosceremus. Et deicere iras, & simulatas, & inimicitias euangelium compellit, cū iras sine causa fratri reatus gehennæ, & oblatio munus, nisi post reconciliationem non concessa sit simulata, & inimicos non solum diligendos, sed & pro his orandum docerit. Hila. ibid.
b. Figura est quam rhetores appellant reticentiam: hac exprimit atrocitatem verborum, qui iactabant ij qui obfidebant domum suam. En inquit, loquuntur ore suo, nihil scilicet nisi eadem & sanguinem, & immunitatem. Itaque subiungit gladius in labiis eorum, tanquam nemo audiat. Flaminius.
1. Meus ostendet.
2. Legis tua.
3. Sermo.
c. Execrabantur enim dominum, cum cū filium Ioseph fabri dicebant: incedebant mendacii, cum cum demonium habere aiebant. Hier. ibid.
d. Hoc est, deus Iacob dominabitur finium terræ. Hier. & ita conuincit, & superfluit.
e. Mane enim exultamus in misericordia eius cum tenebras à nobis peccatorum abstulerit, & dederit lucem suam in cordibus nostris. Exultamus in misericordia eius, quia factus est susceptor noster, & refugium nostrum in die tribulationis. Arnob. ibid.

* Syriam.

a. Repulisti, quia te irritauimus, & destruxisti, tradens nos in captiuitatē Babiloniis. Spo. Hæc enim sunt Iudei tunc regno, & viribus. Euseb.
b. Sicut homines exacerati ad bibendum vinum, illud solent ebrii plus sentire, in anima fidei, & casta anima sapiens atque compuncta, que potest dicere: potasti nos vino compunctionis, cum desperet de ipse futuri seculi cogitare, & ipsam honorum celestium sitim bibere. im. leti sit, nescit expleci. Euseb. Emisenus de Epiph. ho. mil. 3.
c. Id est, plebi gentiliū manifestabo incarnationem meam. Gressus domini, aduentus filij dei in mundum est, & gressus eius ad aeternam. Aug. de essentia diuinitatis.
* Aui.

† 27. quest. Viduas.

Sup. eodem.

† Inf. 107. b

nostris. † Da nobis auxilium de tribulatione, & vanā salus hominis. In deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

† 23. q. 1. cap. Sex differentie.

In finem, in hymnis, Psalmus David.

L X.

a. Non enim hic extrema solitudinum, aut contigua oceanis incolebat, qui à terra finibus anxio corde clamabat. Sed sciens se in carne quidem, quæ terra est, degente, tam in sine carnis habitare, dñi secundò Apostoli in corpore habitans peregrinatur à domino, dñi vniuersi non sibi vniuersi, neque ipse vniuersi, sed vniuersi in eo Christus. Hilar. ibi. 1. In secula, Græc. vel in æternum. Hebr. b. Id est, hymnos, & gratiarum actionem; quæ quidem vota pij perpetuo reddere debet, quando etiam bona quorū heredes inhiuisti sunt à deo, perpetua sunt. Plan.

Raudi deus deprecationem meam, intende orationi meæ. A finibus terræ ad te clamaui, dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me. Deduxisti me quia factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici. Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula, protegar in velamento alarum tuarū. Quoniam tu deus meus exaudisti orationem meam, dedisti hereditatem timen-
tibus nomen tuum. Dies super dies Regis adicies, annos eius vsque in diem generationis & generationis. Permanet in æternum in conspectu dei, misericordiam & veritatem eius quis requirit? Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi, vt reddam vota mea de die in diem.

In finem, pro Idubun, Psalmus David.

L X I.

a. Causam dicitur subigi domino contendat, quoniam ex deo salutate est. Proprium autē conditoris est, eorum quæ fecit, curam gerere vt seruentur. Basilii ibid. b. Hic David arguit aduersarios suos matrem & primo arguit eos de crudelitate, secundo de cupiditate. De Lyca. ibidem. c. Ab ipso est patientia quia inter calamitates mihi constantis prestat. Hæc autem mutuo inter se consilia agitant, ad maiorem se magnanimitatem alter alterum excitantes. Chymus. ibidem. d. Sua se vulgata mōhet omnes qui superstitionibus laborant, sperare in domino. Glosa. ordi. post. Cabia. e. Quid enim mihi profuit, si me à morte liberare non possent? Quid mihi profuit, si mecum post mortem esse non possunt? hic acquiruntur, hic relinquantur. Ambr. de Nabuthe Iezrael. cap. 6. 1. Tua. 2. Iudææ.

Nonne deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. Nam & ipse deus meus & salutaris meus, susceptor meus, non mouebor amplius. Quousque irruitis in hominem, interficitis vniuersi vos tāquam parietem inclinato & maceræ depulsa? Veruntamen pretium meum cogitauerunt repellere, currunt in siti, ore suo benedicebant, & corde suo maledicebāt. Veruntamen deo subiecta esto anima mea, quoniam ab ipso patientia mea. Quia ipse deus meus & saluator meus, adiutor meus, non emigrabo. In deo salutare meum & gloria mea, deus auxiliij mei, & spes mea in deo est. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra, deus adiutor noster in æternum. Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in statēris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Semel locutus est deus, duo hæc audiui, quia potestas dei est & tibi domine misericordia, quia tu reddis vnicuique iuxta opera sua.

Psalmus David cum esset in deserto Idumææ.]

L X II.

a. Ex hoc intelligi potest, res incommode atque aspera quam sunt hominibus pijs commode ac saluatare. Flaminii ibid. b. Quia quamuis probabilis per iustitiam operatione vita iustorum sit, tamen per misericordiam dei pijs meritis consequitur. Ex hæc enim in vita in vijs proficit æterni, & operationem iustitiae. Hilar. Psl. 51. c. Opus quidem fuerat, & per diem hanc habere memoriam: quoniam vero semper solliciti estis, & in secularibus distrahimini, saltem tunc dei memores sitis super statum, in matutinis meditati in eo. Chryso. ad populum Antiochie. hom. 41. 1. Meditabar. d. Vbi occisus fuerint, vulpes sibi in cibum, eorum disident caudera. Euthymus ibid. 2. Laudabitur omnis qui iurat. 3. Vocem. 4. Ad te.

Deus deus meus ad te de luce vigilo. Sicut in te anima mea, quā multipliciter tibi caro mea. In terra deserta, inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam. Quoniam melior est misericordia tua super vitas, labia mea laudabunt te. Sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo leuabo manus meas. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum. Sic memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus. Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua. Ipsi verò in vanū quasi fuerunt animam meam, introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt. Rex verò letabitur in deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo, quia obstructum est os loquentium iniqua.

In finem, Psalmus David.

L X I I I.

a. Deus enim non tantum tum orandus est, cum quæ timentur intruerint, sed timēda ea sunt, quæ cum cœperint adesse, domigantur, & semper atque indefessis precibus orādus est, vt nos à timore eorū quorum dominatum timentus, eripiat. Hilar. ibid. 2. Protege. b. Cum se in hac malicia firmat, vt hoc deceptionis laqueos hinc eudi intendunt, nō putant hoc deum posse cognoscere, cui nihil occultum liter: qui & nostras animas potens est à sagittis eorum latiss pietatis sue armis defendere. Hieron. ibid.

Raudi deus orationem meam cum deprecor, à timore inimici eripe animam meam. Protexisti me à conuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem. Quia exacerunt vt gladium linguas suas, intendunt arcum rem armaram, vt sagittent in occultis immaculatum. Subito sagittabant eum, & non timebunt, firmauerunt sibi sermonem nequam. Narrauerunt vt absconderent laqueos, dixerunt quis videbit eos? Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur deus. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, & infirmatæ sunt contra eos lingue eorum. Conturbati sunt omnes qui videbant eos, & timuit omnis homo. Annuntiauerunt opera dei, & facta eius intellexerunt. Letabitur iustus in domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde.

In finem, Psalmus David, canticum Aggæi, Ieremie, & Ezechiel de verbo peregrinationis, & de populo transmirationis cum inciperent proficisci. L X I I I I.

† Te.

† 12. q. 1. cap. Clericus. † Math. 16. 4 Rom. 2. 5. 1. Cor. 1. 5. Galat. 6. 6.

† De conf. d. s. c. h. duo.



A† E decet^a hymnus deus in Sion, & tibi reddetur votum in Ierusalem. Exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Verba iniquorum praua luerunt super nos, ^b & impietatibus nostris tu propitiaberis. Beatus quem elegisti & assumpsisti, inhabitabit in atriis tuis. Replebimur in bonis domus tuæ, sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate. ^c Exaudi nos deus salutaris noster, spes omnium finium terræ, & ^d in mari longe. Præparans montes in virtute tua accinctus potentia, qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius. ^e Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos à signis tuis, ^f exitus matutini & vespere delectabis.] Visitasti terram & inebriasti eam, multiplicasti locuple-
B ^g tare eam. ^h Flumen dei repletum est aquis, parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio eius. Riuos eius inebrians, multiplica genimina eius, in stillicidiis eius lætabitur germinans. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur vbertate. Pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes ouium: & ⁱ valles abundabunt frumento, clamabunt etenim, hymnum dicent.

In finem, canticum psalmi resurrectionis.

LXV.

† Infr. 99. b



A† Vbilate deo^a omnis terra, psalmum^b dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. Dicite deo, quàm terribilia sunt opera tua domine, ^c in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. Omnis terra adoret te & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo. Venite, & videte opera dei: ^d terribilis in consiliis super filios hominum. Qui conuertit mare in aridam, in flumine per transibunt pede, ibi lætabitur in ipso. Qui dominatur in virtute sua in æternū, oculi eius ^e super gentes respiciunt: qui exasperant non exaltentur in semetipsis. ^f Benedicite gentes deum nostrum, & auditam facite vocem laudis eius. Qui posuit animam meam ^g ad vitam, & non dedit in commotionem pedes meos. ^h Quoniam probasti nos deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra. Transiimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Introibo in domum tuam in holocaustis, ⁱ reddam tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea. Et locutum est os meū, in tribulatione mea. Holocausta medullata offeram tibi cum incenso ^k arietum,] offeram tibi boues cum hircis. ^l Venite, audite, & narrabo ^m omnes qui timetis deum, quanta fecit animæ meæ. Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea. ⁿ Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Propterea exaudiuit ^o deus, & attendit voci deprecationis meæ. Benedictus deus qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam à me.

In finem, in hymnis Psalmus cantici David.

LXVI.

A



D† Eus misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Ut cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum. Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes. ^a Lætentur & exultent gentes, quoniam ^b iudicabis] populos in æquitate, & gentes in terra ^c dirigis.] Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum. Benedicat nos deus, deus noster, benedicat nos deus, & metuant eum omnes fines terræ.

Titulus, In finem Psalmus cantici David.

LXVII.

† Num. 10. d A



E† Xurgat deus & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. Sicut deficit fumus deficiant, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie dei. Et iusti ^a epulentur] & exultent in conspectu dei, & delectentur in lætitia. Cantate deo, psalmum dicite nomini eius, iter facite ei qui ascendit super occasum, dominus nomen illi. ^b Exultate in conspectu eius, ^c turbabuntur] à facie eius, patris orphanorum, & iudicis viduarum. ^d Deus in loco sancto suo, ^e deus ^f qui inhabitare facit vnus moris in domo. Qui educit victos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in

† 24. q. 1. ca. Omnibus.

a. Nullo enim loco præter quàm Iero. solymis fas erat templum edificare, aut sacrificia facere: sed hic locus ecclesiam Christi significabat, extra quàm nec rite deum coli, neque vltim votum reddi potest, quod ipsi gratum acceptumque sit, extra quàm non est salus. Flamin. ibid.

b. Vique in finē nos fuisset in errore, nisi tu propitiu fuisset nostri: qui nos sanguine proprio mercatus es. Sic & Paulus Apóstolus ait. 2. Cor. 5. d. Qui nos reconciliauit deo patri per crucem. Hiero. ibid.

* Eorum qui sunt.

* Quis sustinebit?

c. In exitu matutini & vespere delectabitur deus, i. in oriente & in occidente in edificationibus ecclesiarum delectabitur, ex quo visitasti terram aduentu tuo, & inebriasti eam sanguine tuo. Amb. ibid.

† Delectaberis.

d. Sed quia de vno grano tritici aceruus est factus, completus est illud propheticum: & conualles abundabunt frumento: quia granum illud mortuū plurimū fructū attulit. Hoc itaque granum oēs homines perpetua celestium numerum eca fatu- ratur. Amb. Instit. virg. ca. 14.

a. Deo itaque iubilandum est, quia debuit ei à nobis est exultantis vocis officium. Psallendum autē nomini eius est, quia ut per organum psalmus est, ita & corporis nostri, quod animæ & affectionis, & negotiorum omnium organum est, artificiosus operibus est placendum. Hilar. ibid.

* Nunc.

b. Ergo iste crucifixus est, sepultus, tertio die resurrexit à mortuis. Ecce quanta virtus & potentia. Et in ista virtute eius metici sunt ei inimici eius ut dice- rent: Nobis dormientibus vene- runt discipuli, & furati sunt eum. Marc. 28. c. Impletum est quod dictum est: In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. Chyso. in symba. Apóst. homil. 1.

* Quam.

† Et arietibus, sed Heb. dicitur arietum, ut in textu.

* Vobis.

c. Si dum deum rogarem, alius cuius rei iniuste aut inique sum mihi conscius, nunquam me in posterum exaudiat, quando eum inuocabo. Euthy. ibid.

* Me.

a. Prima deprecatio est, ut misericordiam præbeat deus, deinde benedictionem. Benedictio ergo quæ succedit misericordie, talis sit, ut compressa dñatione carnali spiritum faciat triphare. Non nostri iudex sit, sed misericors. Maledictionem primam in homine sua benedictione dissoluit. Hiero. ibid.

1. Iudicabis.

2. Diriges.

a. Cum demones in humanum genus tyrannidem exercerent, nec homo aliquis, nec angelus captiuis hominibus operi ferret, vocat propheta in auxilium ipsam omnium creatorem, rogans eum ut celeriter exurgat. Resurrectionem autem in deo sane & digne deo, intelliges motum quendam esse ad delinquentium vindictam. Euthy. ibid.

1. Lætentur.

* Et.

2. Turbentur.

b. Nec alia vlla credētibz præter vnam ecclesiam domus est. Hanc domum, hoc vnanimitatis hospitium designat, & denotat spiritus sanctus in Psalms, dicens: Deus qui inhabitare facit vnanimes in domo. In domo dei, in ecclesia Christi vnanimes habitant, concordēs perseverant. Cyprio. de simplicitate, psalato. tra. 2. 3.

e. Pluuiam quippe voluntaria non nisi gratia vult intelligi, non meritis redditur, sed gratis datur, unde & gratia nominatur. Dedit enim ea, non quia digni eramus, sed quia voluit. Hoc cognoscimus, non silentes in nobis erimus, & hoc est infirmari. Aug. de trini. lib. 4. c. 1.
 3. Habitant.
 4. Abundantium.
 d. Quae sententia vique sic intelligitur, eo quod captiuitate hominis, quae sibi diabolus captiuauerat illi eruendo sibi dominus captiuatur: & ipsa, sicut ad captiuitate ad colort alia sicut letit. Veraque igitur captiuitas vno vocabulo nuncupatur, sed non aequalis vtraque est. Diabolo enim captiuitas feruitati subicit, Christi autem captiuitas restituit libertati. Ambr. Ser. 62.
 5. Dominus deus benedictus.
 e. Non mihi videtur aliud dici quam, deus concessabit capita inimicorum suorum nisi super bentiu, nihil se extolletu in delictis suis. Per hyperbolem quippe significauit superbia tantu se extolletu, & tanta elatione incedentem, quasi vertice capilli perambulando calcaret. Aug. Epist. 59.
 f. Ingressum Christi ad homines, aduentumque verbi dei cu corpore esse censio, dum canit scriptura sic ait: Viderit ingressus tuos, &c. Eusebius de demonstr. lib. 99.
 6. Visi sunt ingressus tui.
 g. Dei quidem itinera sunt visa, cum coadis in glaciem aquis praecunte eo in columna ignis & nubis, iter populo sicatitum est, cum in medio tympanistrarum lunares pfallentes gloriosae glorificationem dominum cantauerunt. Hyllarius. ibid.
 7. Excludantur ij.
 h. Denique de Magis David significare monstratur, cui dicit: Venient legati ex Aegypto: Aethiopia praeniet manus eius deo. Nam quia mundum istum saepe scriptura diuina Aegyptu nuncupat, rectos Magos illos intelligimus Aegypti legatos: qui quasi totius mundi legati electi in muneribus quae obtulerunt, credulitatem omnium gentium ac fidei initia dedicauerunt. Chrysost. ex vatis in Matth. locis homil. 1.

sepulchris. Deus cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto. Terra mota est, etenim caeli distillauerunt a facie dei Sinai, a facie dei Israel. Pluuiam voluntariam segregabis deus haereditati tuae, & infirmata est, tu vero perfecisti eam. Animalia tua habitabunt in ea, parati in dulcedine tua pauperi deus. Dominus dabit verbum euangelizantibus, virtute multa. Rex virtutum dilecti & dilecti, & speciei domus diuidere spolia. Si dormiatis inter medios cleros, pennae columbae deargentatae, & posteriora dorsii eius in pallore auri. Dum discernit caelestis Reges super eam, niue dealbabuntur in Selmon, mons dei, mons pinguis. Mons coagulatus; mons pinguis, ut quid suspicamini montes coagulatos? Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo, etenim dominus habitabit in finem. Currus dei decem milibus multiplex, milia latantium, dominus in eis in Sinai in sancto. Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Etenim non credentes, inhabitare dominum deum. Benedictus dominus die quotidie, prosperum iter faciet nobis deus salutarium nostrorum. Deus noster, deus saluos facienda, & domini domini exitus mortis. Veruntamen deus confringet capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis. Dixit dominus, ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris. Ut intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Viderunt ingressus tuos, ingressus dei mei, Regis mei, qui est in sancto. Praeueniunt principes coniuncti pfallentibus, in medio iuencularum tympanistrarum. In ecclesiis benedicite deo, domino de fontibus Israel. Ibi Benjamin adolescentulus, in mentis excessu. Principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, & principes Neptalim. Manda deus virtuti tuae, confirma hoc deus quod operatus es in nobis. A templo tuo in Ierusalem, tibi offerent Reges munera. Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum ut excludant eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes quae bella volunt, venient legati ex Aegypto, Aethiopia praeniet manus eius deo. Regna terrae cantate deo, pfallite domino. Pfallite deo qui ascendit super caelum caeli, ad orientem. Ecce dabit voci suae vocem virtutis, date gloriam deo super Israel, magnificentia eius & virtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis, deus Israel, ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suae, benedictus deus.

In finem, pro iis qui commutabuntur, Psalmus ipsi David. LXVIII.

a. Christi hominis vocem in isto psalmo ab initio vsque ad finem prophetam aduertimus. Hoc ordine aquas vsque ad animam sua peruenit calamitates significat. Dicendo autem se in limo profundi infixum, fabrica primi hominis sonat, in qua fixi cruci tempestas seditionis populi miserum in morte. Rogat nunc pro discipulis, ut non erubescant in eo qui expectant resurrectionem eius: neque confundantur qui salutem eius expectant. Amob. ibid.



Aluum me fac deus, quoniam intrauerunt aquae vsque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Laboravi clamans, raux factae sunt fauces meae, defecerunt oculi mei dum spero in deum meum. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste, quae non rapui, tunc exolvebam. Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea a te non sunt abscondita. Non erubescant in me qui expectant te domine, domine virtutum. Non confundantur super me, qui quaerunt te deus Israel. Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit consilio faciem meam. Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meae. Quoniam zelus domus tuae comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Et operui in ieiunio animam meam, & factum est in opprobrium mihi. Et posui vestimentum meum cilicium, & factus sum illis in parabolam. Aduersum me loquebantur qui sedabant in porta, & in me psallebant qui bibebant vinum. Ego vero orationem meam ad te domine, tempus beneplaciti deus. In multitudine misericordiae tuae exaudi me, in veritate salutis tuae. Eripe me de luto ut non infigar, libera me ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarum. Non demergat tempestas aquae, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum. Exaudi me domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice me. Et ne auertas faciem tuam a puero

b. Non operimentum quod animam tegit ne a tentatore deprehendatur, ne a tentatore nudetur. Nonum velamen quod tegit culpa, tegit abstinentia, tegit gratia. Ambr. de Elia. & Ieiunio, cap. 4.
 c. Hoc est, maledicebant mihi in locis publicis & celebribus, cuiusmodi erant apud veteres verbum porta, ad quas conueniebant ciues, & iudicia agebant. Flaminius.
 d. In portis.
 e. Ideo autem dixit: neque vrgeat super me os suum, quia cum suscepisset reos, claudetur iustum, & aperient deorsum, dilatabitur in profundum, nullum spiramen, nullus liber anhelitus, clausis desuper vrgetibus relinquetur. Eusebius Emile. nus de Epipha. homil. 3.

† 23. q. 6. cap. lam vero, Ex hit.

† Ephe. 4. b

† De consec. dif. a. c. Cui omne. Sup. 11. a

† Sup. 39. c

† Joh. 2. ca. † Rom. 15. 7

† 11. quae. Quando.

† De pm. di. l. c. V. iust. sent. 8. dent. que.

puero tuo, quoniam tribulor, velociter exaudi me. Intende animam meam & libera eam, propter inimicos meos eripe me. Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam. In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, improperium expectauit cor meum, & miseriam. Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit & qui consolaretur, & non inueni. Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Effunde super eos iram tuam, & furor irae tuae comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt, & super dolorem vulnerum eorum addiderunt. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam. Deleantur de libro uiuentium, & cum iustis non scribantur. Ego sum pauper & dolens, salus tua deus suscepit me. Laudabo nomen dei cum cantico, & magnificabo eum in laude. Et placebit deo super vitulum nouellum, cornua producentem & ungulas. Videant pauperes & laetentur, quaerite deum & uiuet anima uestra. Quoniam exaudiuit pauperes dominus, & uinctos suos non despexit. Laudent illum caeli & terra, mare & omnia reptilia in eis. Quoniam deus saluam faciet Sion, & aedificabuntur ciuitates Iudae. Et inhabitabunt ibi, & haereditate acquirent eam. Et semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.

In finem, Psalmus David, in remembrance quod saluum fecit eum dominus.

LXIX.

Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum me festina. Confundantur & reuerentur, qui quaerunt animam meam. Auertantur retrorsum & erubescant, qui uolunt mihi mala. Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi, euge, euge. Exultent & laetentur in te omnes qui quaerunt te, & dicant semper, magnificetur dominus, qui diligunt salutem tuam. Ego uero egenus & pauper sum, deus adiuua me. Adiutor meus & liberator meus es tu, domine ne moreris.

Psalmus David filiorum Ionadab & piorum captiuorum.

LXX.

In te domine speraui, non confundar in aeternum, in iustitia tua libera me & eripe me. Inclina ad me aurem tuam, & salua me. Esto mihi in deum protectorem, & in locum munitum, ut saluum me facias. Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis & iniqui. Quoniam tu es patientia mea domine, domine spes mea a iuuentute mea. In te confirmatus sum ex utero, de ventre matris meae tu es protector meus. In te cantatio mea semper, tanquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis. Repletur os meum laude, ut ceteram gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam. Ne proicias me in tempore senectutis, cum defecerit uirtus mea ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei mihi, & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in unum. Dicentes, deus dereliquit eum, persequimini & comprehendite eum, quia non est qui eripiat. Deus ne elongeris a me, deus meus in auxilium meum respice. Confundantur & deficiant detractores animae meae, operiantur confusione & pudore, qui quaerunt mala mihi. Ego autem semper sperabo, & adiciam super omnem laudem tuam. Os meum annuntiabit iustitiam tuam, tota die salutare tuum. Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentiam domini, domine memorabor iustitiae tuae solius. Deus docuisti me a iuuentute mea, & usque nunc pronuntiabo mirabilia tua. Et usque in senectam & senium, deus ne derelinquas me. Donec annuntiem brachium tuum generationi omni quae uentura est. Potentiam tuam & iustitiam tuam deus usque in altissima quae fecisti magna, deus quis similis sit tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus uiuificasti me, & de abyssi terrae iterum reduxisti me. Multiplicasti magnificentiam tuam, & conuersus consolatus es me.

K. v

† Matt. 27. f.

† Rom. 11. b.

† A. 8. 1. d. 38. dist. 4. fi. 23. dist. cap. 1. in fine. De per. di. 4. c. in domo. 4. Hinc propheta.

† 7. q. 1. ca. 6. uero in fine. † Sup. 34. d. 39. d.

† Sup. 30. a.

† 88. di. cap. Quoniam. Eadem dist. 2. & c. c. c. c. c. & c. Quonia.

e. Nosti quanta mihi exprobrata voratorem ac uini potatorem apellantes, publicanis ac peccatoribus amicis, demoniacis, ac deo contrarium: tu etiam nosti quomodo me confundant, hoc est, quanta, ut eis uideatur ignominia meae pudore afficiant, Euthymius ibidem.
2. Anima mea.
3. Confolentur.
4. Haec mensa unde cibus uitae spiritualis accipitur, coram ipsis in laqueum & in captiorem, & in retributionem & scandalum facta est: cum vel praescripte legis vel prophetarum uoces ab ecclesiae uiridis ad reuelationem diuini consilij traquantur. Hilarius ibidem.

g. Cu enim esset diues, pro nobis pauper factus est, & contempdes suos non despexit. Possimus hoc ueraciter ueri, si quidem in laudes martyrum peroramus. Quidam & de animabus hoc intelligi putant, quod clausae corporibus non despectae sint a deo. Hieronymus ibidem.
4. Suscipiat.
* Mei.
5. In eo.
6. Tuorum.
a. Pix confessionis haez uox est adiutorium a domino & deo sperare, sed plus hic q. in deprecationibus sperandi auxilij solet esse, sermo significat. Hilarius ibi.
b. Duo sunt genera persecutorum, uisuperantium & adulantium. Plus persequitur lingua adulatoris, quam manus infectoris. Nam & ipsam carminis dicit scriptura. Aug. ibid.
* Deus.

a. Id est, ne quaeso permitte, ut ea spes unquam fallat me, sed pro iustitia & bonitate tua libera me. Et esto mihi loco arcis munitissimae, ad quam mihi pateat semper aditus: tibi certe semper curae fuit salus mea. Fla-minius ibidem.

b. Nos dicimus in deo confirmatum Christum, qui tanquam prodigium factus est multis incredulis: credentibus autem exitit adiutor & fortis. Amob. ibid.
c. Ego, inquit, squalidus arguo afflicto, & deformis affectus sum praesentis scioque & tristitia: atque ideo a multis quasi monstrum quoddam existimatus sum, tamen si te uera non ita essem, sed sic uiderer, imprudentibus nimirum ac uillio multitudine. Euthymius ibid.

* Deus.
d. Quid est tota dies? sine intermissione. In prospectu, quia consolatoris, in aduersis, quia corrigis. Antequam essem, quia fecisti: cum essem, quia salutem dedisti: cum peccassem, quia ignouisti: cum conuersus essem, quia adiuuisti: cum perseverassem, quia coronasti. Ita planè repletur os meum laude, ut in hymno dicam gloriam tuam, tota die, &c. Aug. ibidem.
* Meus.
* In te.

1. Literaturae.
e. Sciebat profecto cum introiret in spiritalis potentias domini, exutum se in uersis infirmitatibus carnis, ut iam nil de carne haberet cogitare, sed totus in spiritu memoraretur iustitiae dei solius. Bern. Epi. 11.
* Meus quae.
* Meus.

f. Quod factum est tempore Christi, quando qui digni fuerunt ex eis credere in Christum, & christi domini annuntiauerunt omni generationi gentium postmodum credenti in Christo. Chrysol. in Matih. cap. 10. hom. 3.
* Mihi.
* Super me.

[g. Hoc est, in instrumentis
musicis more Hebræico, quo
instrumenta cuiuslibet artis di-
cuntur vasa. Dauid autem diui-
nas laudes canebat, non solum
voce, sed etiam instrumentis mu-
sicis, vt frequenter apparuit: vt
de subditur, Psallam tibi in ci-
thara, sanctus Israel, id est, tibi
qui es sanctus deus ipsius Israel
De Lyca.]

* In populis domine.
2. Insuper autem.
a. Et si primus versiculus ad Sa-
lomonē referri possit, que post-
ea sequitur, nec ad Salomonem
nec ad eius filium Roboam re-
ferri possunt, sed solū ad Dauid
oriundum saluatōre nostrū Je-
sum Christū, Ecclē. de demonst-
lib. 7. cap. 11.
b. Hæc est causa cur petat beatus
Dauid Christi tribui iudicandi
facultatē, vt scilicet iudicet po-
pulos & pauperes. Per populum
autē fidem populū intelligit,
qui licet Christi, hoc est, filij po-
pulus appelletur, dicitur etiam
& patris. Quē populū etiam alio
nomine vocat pauperes. Euthy-
mius ibidem.
c. Quomodo & ab hominibus,
& ab angelis adoratur Christus,
si ab vnus dei substantia sepa-
ratū? Quomodo illi seruiturē,
que deo tantum debetur, audē-
natura cum patre Fulgen. Re-
sponso, no. contra Arianos. 3.
* Terra.
1. Eius coram illis.
d. Nā quod inde aurē aurē illi
Salomon accepit, in hunc psal-
mū figuratē tractatū est in alio
versū Salomonē. i. verum pacifi-
cum. Non enim ille dominatus
est à flumine vsque ad termi-
nos orbis terræ. Aug. ibidem.
2. Erit.
3. Beatificabunt.
* Deus, (vt triplex dñi dei, det-
que nuncupatio, mysticū sit
trinitatis. Hierony.
4. Gloria.

a. Certē deus in Israel bene-
ficus est, maxime benignus. Est
inquis, talis in eos præcipue qui
puro sunt animo. i. qui neque
rebus piorū aduersis, neque pro-
spectis impiorū adducitur, vt de
bonitate & prouidentia dei mi-
nus præsentant. Flami. ibid.
1. In morte.
* Eorum in finem.
2. In nequitia.
b. Non suffieunt multis cōsue-
tudinarij reatus, non suffieunt
lites, non rapina, nō calumnia,
non suffieunt violentia, non
comestiones, nō falsitates, nō
suffieunt peruria, non adulte-
ria, non homicidia, nisi blasphe-
mia fuciosarum mentium ma-
nus etiam iniiciant in deū. Po-
suerunt enim, sicut de impijs
scriptum est, in caelum os suum
&c. Saluianus lib. 4.
* Eorum.
* Mala.
c. Tamote nauque ascēdere, est
desē endere, quia videlicet vbi
mens eleuatur, ipsa eleuatione
deicitur, vt hie deiecit eos,
&c. Rupertus in Genesim. 3.
3. Exurgens.
d. Erit magis de ciuitate ani-
mæ tuæ imaginem diaboli, &
extolle imaginem Christi. Hæc
in te fulgeat, in tua ciuitate, id
est, anima tua respiciat, quæ
obliterat vitiōrū imagines: de
quibus ait Dauid, Domine in
ciuitate tua, &c. Ambro. offic. 1.
cap. 49.
4. Consilio tuo.
e. Quod si deo qui longē sunt,
petant, vel qui deo proxi-
mi sunt, saluabunt. Quanto e-
nim deo viciniore succinus,
tanto aduersarij nostri à nobis
longius repellentur. Oportet igitur
nos proximos fieri deo, quo-
niam dicit propheta: Ecce qui
elongant se à te, peribunt. Am-
bro. Sermo. 40.
5. Laudes.

Nam & ego confitebor tibi⁶ * in vasis psalmsi veritatem tuam deus, psallam tibi in ci-
thara sanctus Israel. Exultabunt labia mea cum cantauero tibi, & anima mea quam
redemisti. ² Sed] & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam, cum confusi &
reueriti fuerint, qui quærunt mala mihi.

Psalmus Dauid in Salomone.

LXXI.



Eus^a iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis. ^b Iudicare po-
pulum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. Suscipiant montes pa-
cem populo, & colles iustitiam. Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet
filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Et permanebit cum sole
& ante lunam, in generationē & generationem. ^c Descendet sicut pluuia in vellus
& sicut stillicidia stillantia super terrā. Orietur in diebus eius iustitia & abūdantia pa-
cis, donec auferatur luna. Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque
ad terminos orbis terrarum. ^d Coram illo procident Æthiopes, & inimici eius terram
lingent. Reges Tharsis & insulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona ad-
ducent. ^e Et adorabunt eum omnes Reges, * omnes gentes seruient ei. ^f Quia libera-
bit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi & inopi,
& animas pauperum saluas faciet. Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum, &
honorabile nomen¹ eorum coram illo. ² Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & a-
dorabunt de ipso semper, tota die benedicent ei, ³ Erit firmamentum in terra in sum-
mis montium, super extolletur super Libanū fluctus eius, & florebut de ciuitate sicut
fœnum terræ. ⁴ Sit] nomen eius benedictum in secula, ante solem permanet nomen
eius. Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes³ magnificabunt
eum. ⁵ Benedictus dominus deus * Israel, qui facit mirabilia solus. Et benedictum no-
men⁴ maiestatis] eius in æternum, & replebitur maiestate eius omnis terra, fiat, fiat.

Defecerunt hymni Dauid filij Iesse. Psalmus Asaph.

LXXII.



Vam bonus Israel deus, iis qui recto sunt corde. Mei autem penè moti^a
sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Quia zelau super iniquos, pacem
peccatorum videns. Quia non est respectus¹ morti] eorum, & firmamen-
tum in plaga eorum. In labore hominum non sunt, & cum hominibus
non flagellabuntur. ² Ideo tenuit eos superbia, * operi sunt iniquitate & impietate
sua. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transferunt in affectum cordis. Cogitaue-
runt & locuti sunt² nequitiam,] iniquitatem in excelsio locuti sunt. ³ Pofuerunt in
cœlum os suum, & lingua eorum transiuit in terra. Ideo conuertetur populus meus
hic, & dies pleni inuenientur in eis. Et dixerūt: quomodo scit deus, & si est scientia in
excelsio? Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo, obtinuerunt diuitias. Et dixi, er-
go sine causa iustificau cor meum, ⁴ & laui inter innocentes manus meas. Et fui fla-
gellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. Si dicebam, narrabo sic, ecce natio-
nem filiorum tuorum reprobaui. Existimabam, vt cognoscerem hoc: labor est ante
me. ⁵ Donec intrem in sanctuarium dei, & intelligam in nouissimis eorum. Verunta-
men propter dolos^{*} posuisti eis, * deiecisti eos dum alleuarentur. Quomodo facti
sunt in desolationem? subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam. Velut
somnia³ surgentium,] domine in^d ciuitate tua imaginem ipforum ad nihilum redi-
ges. Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt, & ad nihi-
lum redactus sum, & nesciui. ⁶ Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper te-
cum. Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua] deduxisti me, & cum
gloria suscepisti me. Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram?
Defecit caro mea & cor meum, deus cordis mei & pars mea deus in æternum. ^c Quia
ecce qui elongant se à te, peribunt, perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Mihi au-
tem adhærere deo bonum est, ponere in domino deo spem meam. Vt annuntiem om-
nes¹ prædicationes] tuas, in portis filia Sion.

In finem, intellectus Asaph.

LXXIII.

Vt

† 1a. 6o. b. Marth. a. b.

† Luc. 1. g.

† De pm. dist. 1. c. Serpens.

† 21. di. ca. In tantum.

† Sup. 25. b.

A **V** quid deus repulisti in fine, iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ? Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio. Redemisti virgam hereditatis tuæ: mons Sion* in quo habitasti in eo. † Leua manus tuas in superbias eorum in finem, quanta malignatus est inimicus in sancto: † Et gloriati sunt qui oderunt te, in medio solēnitatis tuæ. Posuerūt signa sua, signa, & non cognouerūt, sicut in exitu super summum. Quasi in sylua lignorum securibus exciderūt ianuas eius in idipsum, in securi & ascia deiecerūt eam. † † Incenderunt igni] sanctuarium tuum: in terra posuerunt tabernaculum nominis tui. Dixerunt in corde suo cognatio] eorum simul, quiescere faciamus omnes dies festos dei à terra. Signa nostra non vidimus, iam non est propheta, & nos nō cognoscet amplius. Vsq̄ue quo deus improperebit inimicus, irrat aduersarius nomen tuum in finem? Vt quid auertis manum tuam & dexteram tuam, de medio sinu tuo in finem?

C † Deus autem rex noster ante secula, operatus est salutem in medio terræ. & Tu confirmasti in virtute tua mare, † † contribuisti] capita draconum in aquis. Tu confringisti] capita] draconis, † † dedisti eum escam populis Æthiopū. Tu dirupisti fontes & torrentes, tu siccasti fluuios Ethan. Tuus est dies, & tua est nox, tu fabricatus es auroram & solem. Tu fecisti omnes terminos terræ, æstatem & ver tu plasmasti ea. Memor esto huius, inimicus improperebit domino, & populus insipies incitauit nomen tuum. **D** † Ne tradas bestiis] animas confidentium] tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. Respice in testamentum tuum, quia repleti sunt qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum. Ne auertatur humilis factus confusus, pauper & inops laudabunt nomen tuum. Exurge deus iudica causam tuam, memor esto impropereorum tuorum, & eorum] quæ ab insipiente sunt tota die. Ne obliuiscaris voces] inimicorum tuorum,] superbia eorum qui te oderunt, ascendit? † † semper.]

In finem, ne corrumpas: Psalmus cantici Asaph. LXXIII.

A **C** onfitebimur tibi deus, confitebimur, & inuocabimus nomen tuū. Narra-
bimus] mirabilia tua, cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Li-
quefacta est terra & omnes qui habitant in ea, ego confirmaui columnas
eius. Dixi iniquis, nolite iniquè agere: & delinquentibus, nolite exaltare
cornu. Nolite extollere in altum cornu vestrum, nolite loqui aduersus
deum iniquitatem. † Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à desertis
montibus, quoniam deus iudex est. Hunc humiliat & hunc exaltat, quia calix in ma-
nu domini vini meri plenus mixto. † Et inclinavit ex hoc in hoc, veruntamen saxe eius
non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ. Ego autem] annuntiabo] in seculum,
cantabo deo Iacob. Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur
cornua] iusti.

In finem, in carminibus canticum] Assyriorum.] Psalmus Asaph. LXXV.

A **N** otus in Iudæa deus, in Israel] magnum nomen eius. Et factus est in pace
locus eius, & habitatio eius in Sion. Ibi confregit potentias] arcum,] scu-
tum, gladium & bellum. Illuminans tu mirabiliter à mōtibus æternis, tur-
bati sunt omnes insipientes corde. † Dormierunt somnum suum, & nihil
inuenerūt, omnes] viri diuitiarum in manibus suis. Ab increpatione tua deus Iacob,
dormitauerūt qui ascenderūt equos. † Tu terribilis es, & quis resistet tibi? Ex tunc ira
tua. De cælo auditum fecisti iudicium, terra tremuit, & quieuit. Cū exurgeret in
iudicium deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ. Quoniam cogitatio homi-
nis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. † Vouete & red-
dite domino deo vestro, omnes qui in circuitu eius] affertis] munera: Terribili & ei
qui aufert spiritum Principum, terribili apud Reges terræ.

In finem pro Iudæa. Psalmus Asaph. LXXVI.

A **V**oce mea ad dominum clamaui, voce mea ad deum & intendit mihi. † In
die tribulationis meæ deum exquisiui manibus meis, nocte] cōtra eum,] &
non sum deceptus. † Renuit cōsolari anima mea, memor fui dei & delecta-

a. Possimus intelligere hęc verba vt ex prudentiorum iudicio persona dicta sint. Nec tantum repulisti, inquit, sed in finem repulisti, quod omnino-
dam procius delectationem si-
gnificat. Nam & si prius eos fa-
pe repulisti, non tamen in finem,
id est, in perpetuum. Vnicuique
enim captiuitati certum tempus
per prophetas statuerat. Illa autem
verba, Vt quid deus repulisti,
interrogatiua quidē esse videtur,
& rationem iudicare, sed iuxta
vsum Hebraicidiomatis diuinam
misericordiam conciliant. Euthymius.
*Hic.
*Tuo.
1. In igne.
2. Cognationes.

b. Sicut in Iudæa que medium
terre dicitur, sive in vtero virgi
nali. Hiero. ibidem.
3. Tu contriuisi.
c. Draconum capita, demonio-
rum superbias, à quibus gentes
possidebantur, contriuisi super
aquam: quia eos quos posside-
bant, tu per baptismum libera-
sti. Aug. ibidem.
4. Caput.
d. Hoc intelligit eos qui litora
maris rubri accollit, portos suis
se spoliis Ægyptiorū quos dicit
cum rege in mare rubri depre-
ferat. Sed alij vertit ex Hebræo.
dedisti eum escam habitantibus
in deserto, quibus verbis signifi-
ficare videtur cadauera Ægyptio-
rum ad litus eiecit, praxiam
& pastum fuisse bestiarum. Fla-
minius ibidem.
5. Animam confidentem.
6. Supplicium tibi.
7. e. Omnino, sed est, Dum tu
differs penam, illi proficiunt in
blasphemias. Hierony.
a. Confitere ergo & inuoca, con-
fucio enim in idas templum
quo venit inuocatus. Aug. ibid.
ibid. Si peccata cōstemus, non
vescit que ignorat, ideo con-
stemur, sed vt ea quo optime
nouit, indulgeat. Cōfessio enim
penitentis ad indulgentiam non
attēdit, si recta fide inuocatio
nominis dei non fuerit subse-
cuta. Arnobius, ibidem.
*Omnia.
b. Et de mensura meri supplicij
effudit in mensuram misericordie
mixturam faceret vt que
sani in potum illis preberet qui
& leues deliquissent & adhuc
essent medicabiles. Euthymius.
1. Gaudebo.
2. Exaltabitur cornu.
1. Ad Assyrios.
a. Hoc vtique nomen quod va-
sa Iudæorum angustiis suis co-
ercitum continebant. Magnum
quidem & tunc nomen, cuius
infirmitatem atque paucorū ha-
reret angustias, sed magnitudi-
nem sui nondum per corda ge-
ntium, & in fines totius orbis ef-
fuderat. Ambro. de spiritu san-
cto, lib. 1. cap. 7.
1. Arcum.
b. Hoc est dicere, Nihil inuene-
runt in operibus suis diuites,
qui nil pauperibus cōtulerunt.
Nullius inuertit inopia, nihil
ad utilitatem suam proficientes
reperire poterunt. Ambr. de Na-
buche. Iezraelit. cap. 6.
c. Et bene viros diuitiarum ap-
pellauit, non diuitias virorum,
vt ostenderet eos non posses-
sore diuitiarum esse, sed à suis di-
uitiis possideri. Amb. de Nabu-
leze. c. 15.
2. Afferent.
a. Videte ergo quod & opera no-
stra nobis tacentibus clamant
ad dominum. Hierony. ibid.

† 3. q. 5. c. 11.

† 4. Reg. 25. c. 2.

† Luc. 1. g.

† De immu-
nitate ecclesiæ, ca.
2. lib. 6.

† 17. q. 1. c. 1.
Si quis sacro,
De voto, c.
Magua.

† Inf. 1. 141. a

1. Coram eo.
b. Cum enim animus meus om-
nem cōsolationem repudiaret,
ad memoriam dei confugiel
& illius misericordiam vociferis,
implorabam. Flaminius ibid.

e. Per antiquos dies tēpora Moy si intelligit, & Iesu Nane. Cogitavi, inquam, quopāto illi de Aegyptiaca seruitute fuerint liberati, quomodo scias pedib⁹ petranscunt mare rubū, quomodo innumeris affectū beneficiā deo, tandem in terrā promissionis cum gloria ingressi sunt. Euthymius ibid.

a. Meminerā & meditatus sum, nocte cum corde meo disputabā, & rimabatur spiritus meus.

3. Abscedet.

* Consummavit verbum.

[d. Id est, in angelo sancto tuo, qui per celestia castra filiorum Israel in colūna ignis & nubis, ostendens eis viam per diem & noctem. Exod. 13, & 14. De Lyra ibidem.]

e. Abyssus dantes viam siccam pedibus filiorum Israel & Ioseph. Post hac vocem dederunt nubes. In colūna enim nubis vox erat, quando sagittae dei in Aegyptios transierunt. Vox tonitruus eius in rota. Moyses tonitruus comparatur. Amobius, ibid.

tus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus. Anticipauerūt vigiliis oculi mei, turbatus sum, & non sum locutus. ^a Cogitavi ^c dies antiquos, & annos aeternos ^b in mente habui. Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar & scopebam spiritum meum.] Nunquid in aeternum proiciet deus, aut non apponet vt complacitior sit adhuc? Aut in finem misericordiam suam ³ abscondet,] ^a à generatione in generationem? Aut obliuiscetur misereri deus, aut continebit in ira sua misericordias suas? Et dixi, nunc coepi: hæc mutatio dexteræ excelsi. ^b Memor fui operum domini, quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. Et meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinventionibus tuis exercebor. ^d Deus in sancto via tua, quis deus magnus sicut deus noster? tu es deus qui facis mirabilia. Notam fecisti in populis virtutem tuā redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob & Ioseph. ^e Viderunt te aquæ ^d deus, viderūt te aquæ, & timuerunt: ^o & turbatæ sunt abyssi. Multitudo sonitus aquarum, vocē dederunt nubes. Etenim sagittæ tuæ transeunt, vox tonitruus tui in rota. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ, commota est & contremuit terra. In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur. [†] Deduxisti sicut oues populum tuum, in manu Moy si & Aaron.

Titulus intellectus Asaph.

LXXVII.



Tendite popule meus ^a legem meam, inclinate aurem vestram, in verba ^a oris mei. [†] Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio. Quanta audiuius & cognouimus ea, & patres nostri narrauerunt nobis. Non sunt occultata à filiis eorum, in generatione altera. ^b Narrantes laudes

domini & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit. Et suscitauit testimonium in Iacob, & legem posuit in Israel. Quanta mandauit patribus nostris [†] nota facere [†] Ica filiis suis, vt cognoscat generatio altera. Filij qui nascentur & exurgent: & narrabunt [†] filiis suis, vt ponant in deo spem suam, & non obliuiscantur operum dei, & mandata eius exquirant. Ne fiant sicut patres eorum, generatio praua & exasperans. ^c Generatio quæ non direxit cor suum, & non est creditus cum deo spiritus eius. Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli. ^b Non custodierunt testamentum dei, & in lege eius noluerunt ambulare. Et obliuiscuntur beneficia eius, & mirabilia eius quæ ostendit eis. ^d Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti, in campo Thanco. [†] Interrupit mare & perduxit eos, & statuit aquas quasi [†] in vitro. [†] Et deduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. [†] Interrupit petram in cremo, & adaquauit eos, velut in abyssio multa. Et eduxit aquam de petra, & deduxit tanquam flumina aquas. Et apposuerunt adhuc peccare ei, in iram concitauerunt excelsum in aquoso. Et tentauerunt deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis. [†] Et male locuti sunt de deo, dixerunt: nunquid poterit deus parare ^c mensam in deserto? [†] Quoniam percussit petram & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? [†] Ideo audiuit dominus & distulit, & ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in ^c Israel. Quia non crediderunt in deo, nec sperauerunt in salutari eius. Et mandauit nubibus desuper, & ianuas caeli aperuit. [†] Et pluit illis manna ad manducandum, ^f & panem caeli dedit eis. Panem angelorum manducauit homo, cibaria misit eis in abundantiam. [†] Transtulit austrum de caelo, & induxit in virtute sua Aphricum. Et pluit super eos sicut puluerem carnes, & sicut arenam maris volatilia pennata. Et ceciderunt in medio castrorum eorum, circa tabernacula eorum. Et manducauerunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis, non sunt fraudati à desiderio suo. [†] Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira dei ascendit super eos. Et occidit ^h pingues [†] eorum, & electos Israel impediuit. ⁱ In omnibus his peccauerunt adhuc, & non crediderunt in mirabilibus eius. [†] Et defecerunt in vanitate dies eorum, & animi eorum cum festinatione. Cùm occideret eos, [†] quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. Et rememorati sunt quia deus adiutor est eorum, & deus excelsus redemptor eorum est. Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ^{ci},

a. Sic appellat doctrinā subterrimam, quæ continetur hoc carmine. Eandem vocat parabolas, quodd sententia inscruatur vtilissimæ ac sapientissimæ. Item ænigmata, quod hoc genus doctrinæ recoditur, maxime quæ obsecum sit, quorum mens nullo alio lumine nisi naturalis prædita est. Flam. ibid.

b. Ad hunc igitur populum ex generibus cōgregatum Christus loquitur, & legem eis non Moysicam aditæ iubet, sed euangeliicam, de qua loquens Ihsais, dicebat: De sion exiit lex, & verbum domini de Ierusalem, & iudicabit in medio gentium Euthymius.

c. Vt nota faceret.

* En.

d. Videns ergo quia genus vituperando quæstionem fecerat, eueniens hunc sermonem à creaturis iniuria exposuit non esse generis vitium, sed voluntatis profectum enim genus ait: quod non direxit cor suum, quia noluerunt in lege eius ambulare. Arnob. ibidem.

e. Vides quod nō dicitur de decem tribubus, sed de hæreticis prophæatur. Obliuiscuntur ergo hæretici patris sui, qui fecit mirabilia in terra Aegypti, id est, in tenebris istius seculi, quomodo illos liberauit. In ecclesia enim renati sunt: & postea ubi nati sunt, displicet eis ecclesia. Hierony. ibid.

f. Vitrem.

g. Id est, refractionem sapientie vel corpus Christi, & hoc mysticè, vel refractionem splendidi carnis: quia erant attendi esu manæ De Lyra ibid.]

h. Qui per noctem semper, excepta nocte sabbati, cum rore descendens, circa castrorum locū candorē huius ostenderet. Aug. de mirabil. facie script. li. i. c. 23

i. Non contra Moysen rebelles extinguntur, Choro conuiciatur, obruitur, Dathan & Abyron murmurant, deuorantur. Saluianus lib. i.

3. Plurimos.

h. Quoniam in Græco habetur τῶν ἰσθμῶν, scilicet, si haberetur, τῶν ἰσθμῶν.

i. Neque suppliciorum grauitate, neque miraculorum magnitudine ad dei vicium poterit verberis dei fidem haberet, scilicet illius bonitati præsidio, que committerent. Ex quo perspicuum est potest tantam esse labem & corruptionem animorum, vt sine spiritu semper à veritate abhorreamus. Flaminius ibidem.

* Tunc.

† Exod. 14. c

† Marth. 13. a

† Exod. 14. f & 17. b
† Exod. 14. e
† Exod. 17. b

† Num. 11. a
† Num. 20. a
† Num. 11. a
† Exod. 16. d
Sap. 16. c
De essec. di. a. c. Reuer. & De relig. cap. vno in ci. 10. 6. d
Nemo. 6. d
† Nu. 11. b. g

† Num. 11. g

ei. Cor autem eorum non erat rectum cum eo,^k nec fideles habiti sunt in testamento eius. Ipse autē est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos.] Et abundavit ut auerteret iram suam, & nō accēdit omnem iram suam. Et recordatus est quia caro sunt,^l spiritus vadens & non rediens. Quotiens exacerbauerunt eum in deserto, in iram concitauerunt eum⁴ in aquoso.] & conuersi sunt & tentauerunt deum, & sanctum Israel exacerbauerunt. Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis. ⁵ Sicut posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in campo^m Thaneos. [†] Et conuertit in sanguinem flumina eorum, & imbres eorum ne biberent. [†] Misit in eos cynomyiam & comedit eos, & ranam & disperdidit eos. [†] Et dedit erugini fructus eorum, & labores eorum locustæ. [†] Et occidit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina. Et tradidit grandini iumenta eorum, & possessionem eorum igni. Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem & iram & tribulationem, [†] immisiones] per angelos malos. Viam fecit semitæ iræ suæ, non percutit à morte animarum eorum, & iumenta eorum in morte conclusit. [†] Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Chan. [†] Et abstulit sicut oues populum suum, & perduxit eos tanquam gregem in deserto. Et deduxit eos in spe, & non timuerunt, & inimicos eorum operuit mare. [†] Et induxit eos in montem sanctificationis suæ: montem^{*} quem acquisiuit dextera eius. [†] Et eiecit à facie eorum gentes, & forte diuisit eis[—] terram] in funiculo distributionis. Et habitare fecit in tabernaculis eorum, tribus Israel. Et tentauerunt, & exacerbauerunt deum excelsum, & testimonia eius non custodierunt. Et auerterunt se & non seruauerunt pactum, quemadmodum^{*} patres eorum conuersi sunt^o in arcū prauum. In iram concitauerunt eum in collibus suis, & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt. Audiuit deus & spreuit, & ad nihilum redegit valde Israel. Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum⁶ vbi] habitauit in hominibus. Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus ^g inimici.] Et conclusit in gladio populum suum,^p & hæreditatem suam spreuit. [†] Iuvenes eorum comēdit ignis, & virgines eorum non sunt lamentatæ. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, & viduæ eorum non plorabantur. [†] Et excitatus est tanquā dormiens dominus, tanquā potens^{*} crapulatus à vino. Et percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis. Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum⁸ Ephrem] non elegit. [†] Sed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit. Et ædificauit sicut⁹ vnicornis] sanctificium suum in terra, quam fundauit in secula. [†] Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium, de post factantes accepit eum. Pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam. Et pauit eos in innocentia cordis sui, & intellectus manuum suarum deduxit eos.

Psalmus Asaph.

LXXVIII.

Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt^b Ierusalem[†] in] pomorum custodiam. ^c Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ. Effuderunt sanguinem ipsorum tanquam aquam in circuitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret. Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio & illusio iis qui in circuitu nostro sunt. ⁵ Vtiquequē domine irascēris in finem, accendetur velut ignis zelus tuus? [†] Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt, & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt. Quia comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt. [†] Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. Adiua nos deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui domine libera nos. Et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum, ne fortē dicant in gentibus: ^c vbi est deus eorum? ⁵ Et innotescat in nationibus coram oculis nostris vltio sanguinis seruorum suorum, qui effusus est. Introeat in conspectu tuo, gemitus compeditorum. Secundum magnitudinem brachij tui, posside filios mortificatorum. Et redde

[k. Qui verē credit, opera facit. Vnde fides dicitur, quōd sicut recta, vnde dicit. Nec fideles in præceptis legis: quia ideo dicitur testamentum per debitam implentionē in operatione. Glo. f. ordinaria post Celsio.]

l. Quemadmodū ergo caro non redit ad homines, ex quib⁹ creata est, sed ad terram vnde primo homini formata est, & spiritus nō redit ad homines, à quibus transfusus est, sed ad deum à quo primū illi carni datus est Augu. Epist. 7. Vel eūdem spiritus sanctus à peccatoribus recedit, & quando in volutabris peccatorum sunt, non reuertitur ad eos. Hierony. ibidem.

4. In terra in aqua. m. Tanis Thaneos, Ægypti ciuitas vetustissima. Et hæc duplex creditur, siue quōd altera ex alterius ruina condita sit, siue occasione ignota, idem nomē sit sortita. Prior in ostio Nilij Tanico, de qua Strabo lib. 17. quæ ostio nomen dedit. Altera Mæphi vicinior, & alia fluminis ripa sita. Hæc post Ebron 7. annis condita est, de qua nunc in proposito. Nempe filij Israel iuxta illam ante exitum habitabant, 5. Immissionem.

n. Non eosdem quos abstulit, sed eos nomine & genere significat tamen quōd multi ad ecclesiam, quam nō vult intelligi, conuersi sunt: ipsa est mons quē Christus acquisiuit. August. in Glo. f. ordinaria.]

*Lunc.

o. A pietate ad impietatem in str obliqui arcus mutati sunt. Nam quemadmodū obtortus arcus redē itum non mittit, sic & peruersa eorum mens diuinos sensus non redē assequitur, Euthymius ibidem.

6. Quod.

7. Inimicorum.

l. p. Infantum enim erant sprete sub seruitute Philistinorum, q. faber ferrarius non inueniebatur in Israel, ne Hebræi ibi facerent gladium, aut lanceam. Ro. 13. De Lyra.

q. Si enim Psalmistæ licuit redē dicere: Et excitatus est tanquā dormiens dominus, &c. Pro eo quod tardiusculē subuenit, capta quippe fuerat iam arca dei, & sacerdotēs eius in gladio ceciderant, Ophni & Phinees: quanto magis tunc tanquā crapulatus à vino. tota meriede dormisse dicitur est, quādo illo tacente tantum malum genti humano per eum ligni parantē est. Rupactus in Gene. 3. *Et.

8. Ephraim.

9. Vnicornium.

a. In hoc Psalmo scuitia prædicitur Anthiochi, qui aduersus Iudæorum gentē immitissimus fuit. Euthymius. Vel de præterita cæde Philistinorum, aut de vastatione Nabuchodonosor. Arnobius. Vel de excidio Ierosolymitano sub Tito Ro. Imperatore, aut de persecutione ecclesie post Christi passionem, Augu. ibidem.

b. Vt de amplissima vebe parū turgiolium vix remanserit.

†. Tanquam.

c. Hæc quidem in Ierusalem ante aduentum facta sunt saluatoris, sed passionem infantum figurauerunt, vbi carnes eorum bestiis atque volucibus, id est, persecutoribus expositæ sunt. Hierony. ibidem.

d. Agnoscent se in hæc ærmas propter peccata incidisse: itaque ad misericordiā dei suppliciter conuertunt, & que aduari deprecantur: non quod fauore & auxilio digni sint, sed ne sanctissimum nomen dei, de cuius tutela gloriatur, ludibrio & despectu sit nationibus impiis. Flaminius, ibidem.

Depos. dist. r. §. hoc idem.

† Infr. 10. d. † Exod. 7. d. † Exod. 8. a. f. † Exod. 10. e. † Exod. 9. a.

† Exod. 14. d. Infr. 13. d. 13. b.

† Exod. 14. c.

† Infr. 13. b.

† 1. Reg. 5. b.

† 1. Reg. 16. c.

† 1. Mac. 7. c.

† 2. 1. q. 5. c. fi. lere. 10. d.

† In. 6. d.

te Pro iniuriis reddant laudes, gloriosa vindicatio quādo in iudicō ore laudatur deus. Glo- fa ordinaria. Captiuitatem em Iudeorum attribuebant impo- tentie dīnna: & sic iustit uraq talis blasphemia puniuntur. De Lyra.]

*Deus a. Per Israelē vel ipsū Jacob patriarēham intelligit, cui deus pollicitus est se ei semper adfu- turum, & seruaturum se eum in periculis: vel ipsū populū qui ab eo originē traxit. Euthy. ibi. b. Ipse ergo exiecit potentiam suā, ueniat & saluos nos faciat. Verum quia inuisibilis est, & a nullo penitus uideri potest, su- mac materiam per quam dignus ut faciem suam ostendat, quā si ostenderit ille, salui erimus, uideletur si facies seu imago ei⁹ per carnis assumptionem fiat ui- sibilis. Aenob. ibidem.

r. Senotum tuorum. sc. Describitur ecclesie procef- sus ante Christi aduentum: que proprio nomine dicebatur Iy- nagoga: & primo describitur processus in prosperitate. Cū dicit vineam. i. populū Israel dei cultorem. It. 5. Vineā Do. exercituum domus Israel est. De Lyra.]

d. Aper & fera syluestris diabo- lus est, & que omnis illius uicinus Agrestis ferocitas est impura e- ius audaci. Chry. in 2. cap. Phi- lip. homil. 6.

e. Ipsum filium uirginis, qui est imago tua, qui est facies tua, qui est illuminatio uultus tui, in quo manes, & qui manet in te. Qui purificatis uentibus no- stris dignetur illi ubi, & se nobis mundi saluatorem ostende- re, nō que in pēpione sancta sal- uate. Hierony. ibidem.

vicinis nostris septuplum in sinu eorū, * improprium ipsorum quod exprobrauerunt tibi domine. Nos autem populus tuus & oues pascuæ tuæ, confitebimur tibi* in secu- lum. In generationem & generationem, annuntiabimus laudem tuam.

In finem, pro iis qui commutabuntur Psalmus Assyriorum testimonium Asaph. LXXIX.



Q^a Vi regis Israel intende, qui deducis uelut ouē Ioseph. Qui sedes super Che- rubim, manifestare coram Ephraim, Benjamin & Manasse. ^b Excita poten- tiam tuam & ueni, ut saluos facias nos. Deus cōuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus. Domine deus virtutum quousque irascēris super o- rationem ^c serui tui? ^d Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachry- mis in mensura. ^e Posuisti nos in cōtradictionem vicinis nostris, & inimici nostri sub- ^b iannauerunt nos. Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui eri- mus. ^c Vineam de Ægypto transtulisti, eiecisti gentes & plantasti eam. Dux itineris fui- sti in conspectu eius, & plantasti radices eius, & impleuit terram. Operuit montes um- bra eius, & arbuta eius cedros dei. ^d Extendit palmites suos usque ad mare, & usque ad flumen propagines eius. Ut quid destruxisti maceriam eius, & vindemiant eam om- nes qui prætergrediuntur uiam? ^e Exterminauit eam aper de sylua, & singularis fe- rus depastus est eam. Deus uirtutū conuertere, respice de cœlo & uide, & uisita uinea istam. Et perface eam quam plantauit dextera tua, ^c & super filium quem confirmasti tibi. ^d Tacensa igni & suffossa, ab increpatione uultus tui peribunt. Fiat manus tua su- per uirum dextræ tuæ: & super filium hominis quem confirmasti tibi. Et non disce- dimus a te, uiuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus. Domine deus uirtutum cō- uerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus.

In finem, pro torcularibus, Psalmus ipsi Asaph.

LXXX.

a. Vnum sumit, & tria exigit. Ex- tribus enim constituti sumus, ut dicit Paulus: ut integrum sit corpus, & anima, & spiritus: ut sit tympanum corpus, pellē ha- bens mortuam. Igitur mortifi- ca corpus, ut in tympano & cho- ro laudes deum. Chry. ad popu- lum Antioch. homil. 22.

b. Per psalterium ipsam mētem aut intellectum intelligit: per citharam corpus. Iucundū au- tem dixit, ut indicaret quod deus huiusmodi psalterij genere de- lectatur. Euthymius.

c. Vbi significat in homine uo- luntatem accipiēdi, quod deus donat uolenti, & ad uoluntatis exordium pertinet: Dilata os tuum, ad dei autem gauiam: & implebo illud. Aug. quæst. su- per Exod. 19.

d. Nullo fere maiore suspitio afficere potest deus illos qui pa- zere nolunt salutaribus moni- tis ipsius, si se patiatur indul- gere atque obsequi cupiditati- bus suis, & sua consilia sequi: quibus sibi pestem ac perniciē maclinantur & comparant: id- que maxime eum sibi sperare, ac rebus suis maxime consulere vi- dentur. Flaminius ibidem.

e. Studia. a. Psalmus iste quantum arbi- tror, infirmate aliquid molitur, quod ex quadam tempore factum est, ut faret datus in syna- goga deorum, ut ex ipis carnis sumeret. Aug. ibidem.

b. Has promissiones omnes ac- ceperunt si mandata custodiunt ut sint filij dei. Hoc ad iustos, Vos autem, hoc ad malos. Glo- rosos.]

a. Quoniam in diis suis effidentes aduersum nos exierat, qui te habemus deū, qui similem non habes. Tu enim altissimus su- per omnes terrā, ne scias neque compescaris orantibus. Amob.

b. Inimici tui qui cum populis oppugnant, vel qui propter te nobis infensū sunt, sonuerūt au- tem, hoc est, in auditum dedere clamorem, Euthymius.



Q^a Xultate deo adiutori nostro, iubilate deo Iacob. ^a Sumite psalmum & ^b date tympanum, ^b psalterium iocundum cum cithara. Buccinate in neo- menia tuba, in insigni die solennitatis uestræ. Quia præceptum in Israel est, & iudicium deo Iacob. ^c Testimonium in Ioseph posuit illud, cum exiret de terra Ægypti, linguam quam nō nouerat, audiuit. Diuertit ab oneribus dor- sum eius, manus eius in cophino seruierunt. ^d In tribulatione inuocasti me & libera- ^b ui te, exaudiui te in abscondito tempestatis, ^c probaui te apud aquam cōtradictio- nis. Audi populus meus & contestabor te, Israel si audieris me, ^c non erit in te deus re- cens, neque adorabis deum alienum. Ego enim sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti, ^c dilata os tuum & implebo illud. Et non audiuit populus meus uo- cem meam, & Israel non intendit mihi. ^d Et dimisit eos secundum ^c desideria] cor- dis eorum, ibunt in adinventionibus suis. ^e Si populus meus audisset me, Israel si in uis meis ambulasset. Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem, & super tribu- lantes eos misissem manum meam. Inimici domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in secula. Et cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos.

Psalmus Asaph.


LXXXI.



D^eus stetit in Synagoga deorum, in medio autem deos iudicat. Usque ^a quo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis? Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iustificare. ^c Eripite pauperem, & ege- num de manu peccatoris liberate. ^d Nescierunt neque intellexerunt, in ^b tenebris ambulant, mouebuntur omnia fundamenta terræ. ^b Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus ca- ^c deris. Surge deus, iudica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.

Canticum Psalmi Asaph.

LXXXII.



D^eus quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris deus. ^b Quoniam ec- ce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput. Super populū tuum malignauerunt consilium, cogitauerunt aduersus sanctos tuos. Dixe- runt:

† 95. d. c. Ecce 23. q. 1. §. His ita.

† Gene. 41. b

† Num. 20. d

† Exod. 20. a

† A. Ro. 14. e

† Baruch. 1. b

† Prou. 24. b

† Dist. 17. e

† Joh. 10. d

† Dep. d. i. c. Si sacerdot.

§. Hinc etia.

runt: venite: & disperdamus eos de gente, & nō memoretur nomen Israel vltra. Quoniam cogitauerunt vnanimiter, simul aduersum te testamentum disposuerunt, tabernacula Idumæorum & Ismahelitar. Moab & Haggareni, Gebal & Amon & Amalech, alienigenæ cum habitantibus Tyrum. Etenim Assur venit cum illis, facti sunt in adiutorium filiis Loth. [†] Fac illis sicut Madian & Sifara, sicut Labin in torrente Cyson. Disperierunt in Endor, facti sunt vt steruus terræ. [†] Pone principes eorum sicut Oreb & Zeb, & Zébee & Salmana. Omnes Principes eorum, qui dixerunt: hæreditate possideamus sanctuarium dei. [†] Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Sicut ignis qui comburit sylvam, & sicut flamma comburens montes. Ita persequeris illos in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos. Imple facies eorū ignominia, & quærent nomen tuum domine. Erubescant & conturbentur in seculum seculi, & confundantur & pereant. Et cognoscant quia nomen tibi dominus, tu solus altissimus super omnem terram.

† Iudic. 7. f.
† Iudic. 4. d.
† Iudic. 7. g.

sc. Quippe in scripturis non illud solum testamentum dicitur quod non valet testatore mortuo, sed etiam omne pactum & placitum quod inter viuos valet testamentum vocatur. Sicut Laban & Jacob testamentum fecerunt. Aug. in glosa ordin. d. Legisti in iudicij libro, iste est Madiam quem expugnavit Gedeon. Iudic. 7. & 8. Labin & Sifara isti sunt, quos expugnavit Delboja & Barac. Hierony. ibidem.
c. Endoris locus erat ea regione qua assignata fuerat tribui Manasse, villa quedam iuxta Scythopolim in quarto miliaio montis Tabor, procul à Naim oppido totidem. Flaminius. * Nobis.

In finem pro torcularibus filiis Chore, Psalmus.

LXXXIII.

Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Cor meum & caro mea, exultauerunt in deum viuum. Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum vbi ponat pullos suos. Altaria tua domine virtutum, Rex meus & deus meus. [†] Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. ^b Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensionem in corde suo disposuit in valle lachrymarum, in loco quem posuit. Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem, [†] videbitur deus deorum in Sion. Domine deus virtutum exaudi orationem meam, auribus percipe deus Iacob. Protector noster aspice deus, & respice in faciem Christi tui. ^c Quia melior est dies vna in atrijs tuis, super milia. Elegi abiectus esse in domo dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Quia misericordiam & veritatem diligit deus, gratiam & gloriam dabit dominus. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia, domine virtutum beatus homo qui sperat in te.

† 4. q. 1. c.
Omnibus.

† De pen. dist. 2. c. Dum san. & c. De elec. Cum monasterium.

a. Per tabernacula ecclesias intelligit, quæ variis in locis constructæ sunt, & in quibus diuina habitant charismata. Has enim ecclesias mris oculo preuidens propheta noster, dilexit eas. Euthy. ibidem.

b. Beatus planè quæ delectatio non reuocat, quæ voluptas non inclinât, qui ad inferiora non respicit. Sed hoc sine diuino auxilio quomodo fieri potest? Ambro. de fuga seculi, cap. 1.
* Illi.
1. Planctus, vel plorationis.
2. Benedictiones.
c. Atria illa sunt in que suspirabatur, in que deficiebat: Desiderat & deficit anima mea in atria domini. Milia dies desiderant homines, & multum volût hic viuere, contentant milia dierum, desideret vnum diem. Aug. ibidem.
* Me.

In finem, filiis Chore.

LXXXIII.

Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob. Remisti iniquitatem plebis tuæ, operuisti omnia peccata eorum. ^b Mitigasti omnem iram tuam, auertisti ab ira indignationis tuæ. Conuerte nos deus salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis. [†] Nunquid in æternum irasceris nobis, aut extens iram tuam à generatione in generationem? Deus tu conuersus viuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te. ^c Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Audiam quid loquatur in me dominus deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. Et super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor. [†] Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius, vt inhabitet gloria in terra nostra. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax oscultæ sunt. [†] Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit. Etenim dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Iustitia ante eum ambulabit, & ponet in via gressus suos.

† De pen. dist. 7. c. Ecce ratio. 35. q. 10. c. 1.

1. Beneplacuit dñe terra tua.
a. Hoc est, benedices populum tuum, & diuinis ac celestibus donis afficies, cum è cælo miseris vniuersam silium tuum. Flaminius ibidem.
2. Iniquitates plebi.
b. Tu auertas ab ira nō es auertis à peccatis. Conuerte igitur nos deus salutaris noster. Hierony. ibidem.
c. In aduentu enim Christi in mundum fuit visibiliter ostensa dei misericordia. In punitione enim Adam, & diluuiio & similibus fuerat ostensa dei iustitia. De Lya ibidem.
3. Conuertuntur cor ad eum.
d. Christum autem quis audeat negare veritatem? cum ipse se hoc nomine nuncuparit: dices. Ego sum via, veritas & vita. Si veritas, igitur de terra orta est, quomodo? secundus homo de celo celestis, nisi quia à dei filio suscepta mater terreni corporis in cæleste nomen transtulit per consortium diuinitatis? Fulgen. ad Trasimund. lib. 3.

Titulus, Oratio David.

LXXXV.

Inelina domine aurem tuam & exaudi me, quoniam inops & pauper sum ego. ^a Custodi animam meam, quoniam sanctus sum, saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te. [†] Miserere mei domine quoniam ad te clamaui tota die, lætifica animam serui tui, quoniam ad te domine animam meam leuaui. Quoniam tu dominus suavis & mitis, & multæ misericordiae omnibus inuocantibus te. ^b Auribus percipe domine orationem meam, & intende voci deprecationis meæ. ^c In die tribulationis meæ clamaui ad te, quia exaudisti me. Non est similis tui in dijs domine, & non est secundum opera tua. [†] Omnes gentes quasunque fecisti venient, & adorabunt coram te domine, & glorificabunt nomen tuum. Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es deus solus. Deduc me domine in

† 31. dist. cap. Tenere. Leuit. 11. g. Luc. 1. a. † Ios. 2. c.

a. Tunc enim sanctificatus sum quando tibi oblati seu dedicati fui: illa quippe sancta efficiuntur, quæ in dei ministerium dedicantur. Vel sancti seipsum appellat quasi piū ac religiosum erga deum, inimicorū scilicet comparatione, qui impij erant. Euthy.
b. Dado mihi affectum orationis & deprecationis meæ: secundum ratio accipitur ex dei magnificentiâ, quæ decet exaudire recognoscentes præterita beneficia, qualis erat David.
c. Nulla est autem gens quam non fecerit deus, quia fontem omnium gentium fecit deus Adam & Hecam. Aug. ibidem.

Id. In timore mundano prædit causa periculi vel angustia: sed in timore dei læticia, utraque miscenda sunt, ut & sub spe timeamus, & sub timore lætemur. Aug. ibid.]
 e. Ideo dicitur deo: Eruiſti animam meam, & c. quia idcirco anime ab inferno gratia dei eripiuntur, ut in cælis conuerſentur. Fulgen ad Monimū, lib. 3. f. Verum quia miſericors & miſerator es, & contempores tuos non occidis, ſicut in illis miſericors es, in me verax eſto. Ar. nob. ibidem.
 * Meus.

via tua, & ingrediar in veritate tua, lætetur cor meum, d vt timeat nomen tuum. † Conſitebor tibi domine deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum. Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me, c & eruiſti animam meam ex inferno interiori. † Deus iniqui inſurrexerunt ſuper me, & Synagoga potentium quæſierunt animam meam, & non propoſuerunt te in conſpectu ſuo. † Et tu domine deus miſerator & miſericors, patiens & multæ miſericordiæ & verax. † Reſpice in me & miſerere mei, da imperium tuum puero tuo, & ſaluum fac filium ancillæ tuæ. Fac mecum ſignum in bonum, vt videant qui oderunt me & confundantur, quoniam tu domine adiuuiſti me, & conſolatus es me.

† Sup. 9. a
Infr. 110.
& 137. a

† Infr. 144. b

† Sup. 24. a

Psalmus cantici filii Chore.

LXXXVI.

Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei. Memorero Raab & Babylonis, scientium] me. Ecce alienigenæ & Tyrus, & populus Æthiopum, ij fuerunt illic. † Nunquid] Sion dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus? Dominus narrabit in scripturis] populorum & Principum, horum qui fuerunt in ea. Sicut latantium omnium habitatio est in te.

† De elec. c.
Fundamta.
lib. 6.

Canticum psalmi filii Chore, in finem pro Mabeleth ad respondendum, intellectus Herman Ezraite.

LXXXVII.

Domine deus salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te. Intret in conſpectu tuo oratio mea, inclina aurem tuam ad precem meam. Quia repleta eſt malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit. Aſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum, factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris, quorum non eſt memor amplius, & ipſi de manu tua repulſi ſunt. † Poſuerunt me in lacu inferiori, in tenebroſis & in ymbra mortis. Super me confirmatus eſt furor tuus, & omnes fluctus tuos] induxiſti ſuper me. Longe feciſti notos meos à me, poſuerunt me abominationem ſibi. Traditus ſum & non egrebiebar, oculi mei languerunt præ inopia. Clamaui ad te domine, tota die expandi manus meas. † Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici ſuſcitabunt & conſitebuntur tibi? Nunquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione? † Nunquid cognoscetur in tenebris mirabilia tua, & iuſtitia tua in terra obliuionis? Et ego ad te domine clamaui, & mane oratio mea præueniet te. Vt quid domine repellis orationem] meam, auertis faciem tuam à me? Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea, exaltatus autem humiliatus ſum & conturbatus. In me tranſierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me. Circumdede runt me ſicut aqua tota die, circumdederunt me ſimul. Elongaſti à me amicum & proximum, & notos meos à miſeria.

† Dep. diſt.
I. c. Porro. y.
Hoc idem.

Intellectus Ethan Iſraelitæ.]

LXXXVIII.

Miſericordias] domini] in æternum cantabo. In generatione & generationem, annuntiabo veritatem tuam in ore meo. Quoniam dixiſti in æternum miſericordia ædificabitur in cælis, præparabitur veritas tua & in eis.] Diſpoſuiſti teſtamentum electis meis, † iuravi Dauid ſeruo meo, vſque in æternum præparabo ſemen tuum. Et ædificabo in generatione & generationem, ſedem tuam. † Conſitebuntur cæli mirabilia tua domine, etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum. Quoniam quis in nubibus æquabitur domino, ſimilis erit deo in filiis dei? † Deus qui glorificatur in conſilio ſanctorum, magnus & terribilis] ſuper omnes qui in circuitu eius ſunt. Domine deus virtutum, quis ſimilis tibi? potens es domine, & veritas tua in circuitu tuo. † Tu dominaris poteſtati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. Tu humiliſti ſicut vulneratum ſuperbum, in brachio virtutis tuæ diſperſiſti inimicos tuos. † Tui ſunt cæli, & tua eſt terra, orbé terræ & pleritudinem eius tu fundiſti, aquilonem & mare tu creiſti. Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt, tuum brachium cum potentia. Firmetur manus tua, & exaltet

† 1. Reg. 7. f

† Gene. 1. a

a. Poſta fuiſſe Ieroſolyma in collibus conſtat ex hiſtoria ſacra, & deſcriptione Iosephi, in 6. lib. de bello Iudaico, ſed etiã eccleſia Chriſti, quã ciuitas hæc ſignificabat, fundata eſt in eisdem montibus, quatenus ſcilicet ibi ortū habuit. Flaminius ibidem.
 1. Scientibus.
 2. Mater.
 3. In ſcriptura.

a. Orauit dominus non ſecundum formam dei, ſed ſecundum formam ſerui. Secundum hanc enim & paſſus eſt. Orauit autē & cãm rebus læcis ageret quod dei nomine: & cum in aduerſis quod noctis nomine ſignificaci arbitror. Aug. ibidem.

b. Per lacum inferiorem ſepulchuram intelligit, cuius profunditatem Chriſtus in euangelio cor terre appellauit, dicens. Sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus & tribus noctibus. Illi autem in ea me poſuerunt qui ſepulchuram meam curauerunt. Euthy. ibidem.

c. Significat homines corde ita mortuos, vt eos ad vitam ſidei tanta Chriſti mirabilia nõ mouerent. Aug. ibid.
 d. Id eſt, tanquam tenebris obductos ab oculis meis remouit. Hic psalmus valde notabilis eſt, quoniam ſolus ex omnibus à principio vſque ad finem nulla inceptoſa ſpiritus conſolatione, plenus eſt querelarum, & mæroſis, & luctu. Flam. ibid.
 2. Animam.

1. Ezraite.
 a. Miſericordias, inquit, operatus es in me, & pro quibꝰ lacius gratias egi, & agam in æternū, id eſt, ſemper cantabo, in canticum nimis atque in hymnos redigens eas. Euthymius.
 1. Tuas domine.
 b. Quando diſpoſuit teſtamentum electis, tunc iuraſſe Dauid ſeruo ſuo. Quid autem iuraſſet inferius pandit. Ar. nob. ibid.
 c. In omni enim miſericordia peccatorū in iuſtificatione impiiſſimum, quid laudamus niſi mirabilia dei. Laudas quia ſi ſurſe xerunt mortui plus lauda, quia redempti ſunt peccati. Vides enim hominem hæc voraginem ebrietatis, hodie ornamentum ſobrietatis, Caſiod.]
 * Eſt
 d. Nam quid facit mare ſeuēdo, niſi diem quem hodie celebramus? Martyres occidit, ſemina ſanguinis ſparſit, ſeges eccleſiæ pullulauit. Secure ergo peccant nubes, diſſoluunt veritatem tuam in circuitu tuo, non timeant rabidos ſuæus. Aug. ibidem.

c tur dextera tua, iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. * Misericordia & veritas precedent faciem tuam, beatus populus qui scit iubilationem. ^d Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur. Quoniam gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. Quia domini est assumptio nostra, & sancti Israel regis nostri. Tunc locutus es in visione ^e sanctis tuis, & dixisti: ^e posui adiutorium in potente, & exaltaui electum de plebe mea. ^f Inveni David seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum. ^g Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. ^h Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et concidam a facie ipsius inimicos eius, & odientes eum in fugam conuertam. Et veritas mea & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in manum eius, & in fluminibus dexteram eius. ⁱ Ipse inuocabit me, pater meus es tu, deus meus & susceptor salutis meæ. Et ego primogenitum ponam illum, excelsum præ Regibus terræ. In æternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidei ipsi. ^k Et ponam in seculum seculi semen eius, & thronum eius sicut dies cæli. ^l Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudiciis meis non ambuerint. Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint. ^m Visita bo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ⁿ ab eo, neque nocebo in veritate mea. Neque prophanabo testamentum meum, & quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita. Semel iuravi in sancto meo si David mentiar, ^o semen eius in æternum manebit. Et thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum: & testis in cælo fidelis. Tu verò repulisti & despexisti, distulisti Christum tuum. ^p Auertisti testamentum ^q serui tui, prophanasti in terra sanctuarium eius. Destruixisti omnes sepes eius, posuisti firmamentum eius formidinem. Diripuerunt eum omnes transeuntes viam, factus est opprobrium vicinis suis. Exaltasti dexteram deprimentium eum, lætificasti omnes inimicos eius. Auertisti adiutoriū gladij eius, & nō es auxiliatus ei in bello. Destruixisti eum eb emundatione, & sedem eius in terra collisisti. ^r Minorasti dies temporis eius, perfudisti eum confusione. ^s Vsq̄ue quo domine ^t auertis in finem, ex ardescit sicut ignis ira tua: ^u Memorare quæ mea substantia, nunquid enim vane constituisti omnes filios hominum? ^v Quis est homo qui viuet & non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi? ^w Vbi sunt ^x misericordiæ tuæ antiquæ domine, sicut iurasti David in veritate tua? Memor esto domine opprobrij seruorum tuorum, quod continui in sinu meo multarum gentium. Quod exprobauerunt inimici tui domine, quod exprobauerunt communionem Christi tui. Benedictus dominus in æternum, fiat fiat.

Oratio Moysi hominis dei.

LXXIX

Domine ^arefugium factus es nobis, à generatione in generationem. Priusquam montes fierent aut formaretur terra & orbis, à seculo & vsque in seculum tu es deus. Ne auertas hominem in humilitatem, & dixisti, conuertimini filij hominum. Quoniã mille anni ante oculos tuos, ^b tanquam dies hesternæ quæ præterit. Et custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. ^c Mane sicut herba tráseat, mane floreat & transeat, vespere decidat, induret & arefcet. ^d Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, seculum nostrum in illuminatione vultus tui. Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus. ^e Anni nostri sicut ^f aranea meditantur, dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. ^g Si autem in potentibus octoginta anni, & ^h amplius Ieorum labor & dolor. Quoniã superuenit mansuetudo, & corripiemur. Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuã dinumerare? ⁱ Dexterã tuã sic notã fac, & eruditos corde in sapiëntia. ^j Cõuerture domine vsquequo, & deprecabilis esto sup seruos tuos. Repleti sumus mane misericordia tua, ^k & exultaui & delectati sumus in omnibus diebus nostris. ^l Læti sumus pro die-

d. Considerandum sane est in hac sententiã tua, quantum ad lucet eos qui dicunt, Gratiam dei fecidim merita nostra dari, quos vt catholicæ fides defendatis vmbatulo, profana opinionis esse falso alleis. Profer. contra Collatorem.
2. Filiis.
c. Gratia ergo de gratia nascitur & profectus profectibus seruiunt, lucra lucris, & merita meritis lucrum faciunt: vt quanto quis plus acquirere cuperit, tanto plus conetur, & delectetur acquirere, vt acquisitione lucrũ acquirere nutrit appetitum. Eusebius. Emise. ad monachos homil. 4.

f. Sapius eum inuocasse patrem deum in euangelio legimus, sicut illud est: pater, clarifica me, apud te mecipium. Hiero. ibid.

g. Quis autem est cæli dies nisi Christus dominus? de quo dicitur per prophetam: Dies dei erunt verbum. Euseb. Emise. de pascha homil. 4.
h. Viles enim sunt correptiones parentis, qui non parci, vt obedientem præceptis salutariis præferat animã filij sui. Virga enim visitat, sicut legimus, Visita bo in virga, &c. Nemo enim desperare debet quicquid corrigitur, atque arguitur. Ambro. lib. 5. epist. 18.
3. Ab eis.

fi. In quo promissis perpetuare regnum David. A captione enim Selechie vsque ad nativitatem Christi fluxit magnum tempus, 679. annorum, in quo sancti patres illius repositi cæli dilacione suspirabant & aspergebantur secundum quod dicitur Prover. 13. Spes quæ differtur affligit animã De 1. ysa. 4. k. In quo vsque seruum dixit, nisi in carne quod exinanivit semetipsum, formam serui accipiens. Ambro. de fide lib. 3. ca. 7. 4. Auertis, vel auerter.
l. Queritur regnum Davidis familiaris, quod perpetuo fore promiserat deus, dum adolefceret extinguit esse. Flamin. ibid.
m. Sed quis est homo qui non morietur, cum resurrectio nisi mortui esse non possit? Ambro. l. 9. lib. 7.
n. Per misericordias promissiones intelligit deo factas de femine & de regno David. Antiquas autem eas dicit quod olim supplicanti populo factæ fuerant. Euthymius. ibid.

a. Refugium locus est quod confugimus, in qua nostra suspiria, & lachrymæ tradit: ad quæ derelicti, grauidusque malis oppressi deuolamus. Ille sinus placidos pandit venientibus. Nihil diuinius, & ad consolationem medellamque dolorum nostrorum presentibus dicere poterat. Eusebius. ibid.
*Domine.
b. Non gressis triginta annis antea vivebamus, vsque ad mille fere veneramus: ecce in breuem vitam vita nostra contracta est. Hiero. ibid.
c. Araneam ponit pro araneæ telatubum autem meditantur, in passiva hic significacione positum est pro existimabantur, seu reputabantur: & sensus est: quod anni nostri à nobis existimabantur, quasi araneæ telæ, quæ summo hic cum labore, & modico durat tempore. Euthy. ibid.
1. Plurimum.
*Super nos,
*Mihi.
*Domine.

† 1. Reg. 16. c. A. 11. d.

† 1. Reg. 7. d. Ioh. 1. a.

† Gene. 6. a. Eccle. 18. a.

[d. Quod facit de in se, orat pro pheta fieri pro populo: orat scilicet, vt parcat deus Iudeis peccantibus, sicut pro mentis eorum saltem propter opera qua in eis fecit. Glo. ordi.]

bus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. ^dRespice in seruos tuos, & in opera tua, & dirige filios eorum. Et sit splendor domini dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige.

Laus cantici ipsi David.

X C.



^aVi habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei caeli commorabitur. ^bDicit domino susceptor meus es tu, & refugium meum deus meus, sperabo in eum. Quoniam ipse liberabit me] de laqueo venantium, & a verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis a timore nocturno. A sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incurso & daemone meridiano. [†] Cadent a latere tuo mille, & decem milia a dextris tuis, ad te autem non appropinquabit. Veruntamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis. Quoniam tu es domine spes mea, ^a altissimum posuisti refugium tuum. Non ² accedet ad te malum,] & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. ³ Quoniam [†] angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. ^d Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Quonia in me sperauit liberabo eum, protegam eum quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum.

a. Saluator & dominus noster Iesus qui Christus dei est, dum quatenus homo factus est, consideratur habitus, dicitur in adiutorio altissimi, vt pote cum in protectione dei patris commoretur. Euseb. de demonstr. li. 9. 7. b. Multi putant libertatem arbitrii coufque sibi posse iustitiae vt sese per ipsam libertatem ab hostibus inuilibus erueret posse confidant. libertatem autem arbitrii negare, periculum est, & nullum peccatum. Arno. 1. Te, Heb. & Grae. c. Nam eius mensuris homines conabuntur te hominem factum flagellis cadere, & si morti tradere, neququam, tamen flagellum, quod a deo est, tuo appropinquabit tabernaculo, hoc est tuo corpori, quo videlicet propter nos homo factus, indutus est, Euseb. Caesar. de demonstr. lib. 5. ca. 21. 2. Accedet te malum. d. Affirmat neque venenatas & immones bestias, neque diabolum & satelles eius quos vocabulis horum belluarum signi fiat, vllam vint habituros aduersus hominem piuum, & praesidio dei confidete. Flam ibid.

Volunt aduersus

† De pecc. di. 4. c. Peccati.

† Marc. 4. a. Luc. 4. b.

Psalmus cantici in die Sabbati.

X C I.



^aOnum est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime. Ad annuntianum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. In decachordo psalterio, cum cantico in cithara. Quia delectasti me domine in ^b factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. [†] Quam magnificata sunt opera tua domine, nimis profundae factae sunt cogitationes tuae. ³ Vir insipiens non cognoscat, & stultus non intelliget haec. Cu exorti fuerint peccatores sicut scenum, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem. Vt intereat in seculum seculi, tu autem altissimus in aeternum domine, quoniam ecce inimici tui domine, quoniam ecce inimici tui peribunt, & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem. ^c Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum, & senectus mea in misericordia vberi. [†] Et despexit oculus meus inimicos meos, & ab insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea. Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani] multiplicabitur. Plantati in domo domini, in atris domus dei nostri florebut. Adhuc multiplicabuntur in fenestra vberi, & bene patientes erunt vt annuntient. Quoniam rectus dominus deus noster, & non iniquitas in eo.

a. Non dixit bonum est psallere, & postea confiteri, sed vide ordinem: Bonum est confiteri & bonum est psallere. Primum age penitentiam & lacrimis dele peccata, & postea cauta domine. Hierony. ibid. b. Per facturam quidam vniuersam hanc totius mundi machinam intelligunt, & per manuum opera particulares huius creaturae species: quatum magnitudinem inquit, & pulchritudinem, varietatem, concinnitatem, utilitatemque, & cetera huiusmodi tam in vniuersum, quam particulariter prospiciens, lector: & amplius etiam exultabo. Euthymius, ibidem. c. Et si ipsi peribunt, quae tibi spes qui pateris exaltabitur. Aliquando vnicornis superbiam significat, sicut ibid. Psal 21. Et a cornibus vnicornium humilitatem meam. Aliquando exaltationem vnicornis sicut hic: quia vnicornis exaltabitur, omnes haereticus peribunt. August. In glos. ordinis. 1. In libano.

† Inf. cor. 5.

Laus cantici David, in die ante Sabbatum, quando fundata est terra.

X C II.



^aominus regnavit, decoram indutus est, indutus est dominus fortitudinem & praecinxit se. Etenim firmavit orbem terrae, qui non commouebitur. ^b Parata fedes tua ex tunc, a seculo, tu es. Eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina vocem suam. ³ Eleuauerunt flumina fluctus suos, a vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis, [†] domum tuam decet sanctitudo domine in longitudinem dierum.

a. In dicit enim dominus decorum ecclesiae gratias, quae in illo laudario deponens fecerunt omnium desiderium splendore gratiae caelestis enituit. Ambr. de benedict. patriar cap. 10. b. Parata ergo a seculo fedes est, in qua seclurus erat is, in cuius nomine omne genua flectitur. caelestium, terrestrium, & inferno. Cypria, in Symbolis. Apost.

† De immunit. eccle. cap. 2. lib. 6.

Psalmus David, Quarta Sabbati.

X C III.



^aEus vltionum dominus, deus vltionum liberè egit. Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem superbis. ^b Vsq; quo peccatores domine, vsque quo peccatores gloriabuntur? Effabuntur & loquentur iniquitatem, loquentur omnes qui operantur iniustitiam. Populum tuum domine humiliauerunt, & haereditatem tuam vexarunt. Viduam & ¹ aduenam] interfecerunt, & ² pupillos] occiderunt. ³ Et dixerunt non videbit dominus, nec intelliget deus Iacob. Intelligite ⁴ insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem non ³ audiet] aut

a. Sic deum appellat, quod ad eum pertinet vltio. Ipse enim ait in Deuteronomio. Mea est vltio, & ego retribuam. Flam ibi. b. Illa autem repetitio, vsque quo peccatores domine, loquentur zelum demonstrat. Et quantum hoc pacto dubitant loquatur nunc propheta, non ignorat tamen momentaneam esse omnium eorum felicitatem qui iniustitiam agunt: sed tam diuturnam dei patientiam agere fecit. Euth. ibid. 1. Pupillum. 2. Aduenam. 3. Nunc. 4. Audiat.

aut qui finxit oculum, non considerat? Qui corripit gentes non arguet, qui docet hominem scientiam? [†] Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Ut mitiges [†] ei] a diebus malis, donec fodiat peccatori fouea. [†] Quia non repellet dominus plebem suam, & hæreditatem suam non derelinquet. Quoad usque iustitia conuertatur in iudicium, & qui iuxta illam, omnes qui recto sunt corde. [†] Quis consurget mihi aduersus malignantes, aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem? Nisi quia dominus adiuuauit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua domine adiuuabat me. [†] Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto? [†] Captabunt in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt. Et factus est mihi dominus in refugium, & deus meus in adiutorium spei meæ. Et reddet illis iniquitatem ipsorum, & in malitia eorum disperdet eos, disperdet illos dominus deus noster.]

Laus cantici ipsi Dauid.

X C I I I I.

Venite exultemus domino, iubilemus deo salutari nostro. Præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. Quoniam deus magnus dominus, & Rex magnus super omnes deos. [†] Quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipsius sunt. [†] Quoniam ipse est mare & ipse fecit illud, & siccam manus eius formauerunt. Venite adoremus, & procidamus, [†] & ploremus ante dominum qui fecit nos, quia ipse est deus noster. Et nos populus pascuræ eius, & oues manus eius. [†] Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. [†] Sicut in irritatione,] secundum diem tentationis in deserto. Vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt, & viderunt opera mea. [†] Quadringenta annis offensus sui generationi illi, & dixi: semper hi errant corde. Et isti non cognouerunt vias meas, vt iuravi in ira mea, [†] si introibunt in requiem meam.

Psalms Dauid, quando domus edificabatur post captiuitatem.

X C V.

Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Cantate domino & benedicite nomini eius, annuntiate de die in diem] salutare eius. Annunciate inter gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius. Quonia magnus dominus & laudabilis nimis, terribilis est super omnes deos. [†] Quoniam omnes dii gentium dæmonia: dominus autem cælos fecit. [†] Confessio & pulchritudo in conspectu eius, sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius, [†] Afferte domino patriæ gentium, afferte domino gloriam & honorem, afferte domino gloriam nomini eius. Tollite hostias & introite in atria eius, adorate dominum in atrio sancto eius. Commoueat a facie eius vniuersa terra, dicite in gentibus quia dominus regnauit. [†] Etenim correxit orbem terræ qui non commouebitur, iudicabit populos in æquitate. Latentur cæli & exultet terra, commoueat mare & plenitudo eius, gaudebunt campi & omnia quæ in eis sunt. Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum a facie domini quia venit, [†] quoniam venit iudicare terram. [†] Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.

Psalms Dauid, quando terra eius restituta est ei.

X C V I.

Dominus [†] regnauit, exultet terra, latentur insulæ multæ. Nubes & caligo in circuitu eius, iustitia & iudicium correctio sedis eius. [†] Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbi terræ, vidit & commota est terra. Montes sicut cera fluxerunt a facie domini, a facie domini omnis [†] terra.] Annuntiauerunt cæli iustitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius. [†] Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulachris suis. [†] Adorate eum omnes angeli eius, [†] audiuit & lætata est Sion. Et exultauerunt filie Iudæ, propter iudicia tua domine. [†] Quoniam tu dominus altissimus super omnem terram, nimis exaltatus es super omnes deos. [†] Qui diligitis dominum, odite malum, custodit dominus animas sanctorum suorum, de manu

[c. Dominus scit cogitationes hominum quasi diceret etiam cogitationes intra mentem latentes ipse cognoscit vique ad minima. quoniam ad malum pronæ sunt vt dicitur. Genes. 3. Sensus & cogitatio cordis humani in malum pronæ sunt. De Lyra.]
4. Eum.

d. Hoc dicebat quasi querens, & conquiens peragraret in rota creatura, & iam nullum ex hominibus adiutorium inueniret reperit, dicens: aut quis stabit mecum? &c. Restit ad fontem misericordie, vnde semper laudabat beneficia, ad dominum rerum omnium, & conditorem creaturarum. Chryso. in Psal. 93. to. 1.

e. Dum captiuerim peccatores animam iusti confitentis deum & sanguinem eius innocentem condemnauerunt, tunc efficitur ei dominus in refugium, & deus erit in auxilium spei eius. Ambro.

5. Secundum malitiam ipsorum disperdet illos dominus deus.

a. Admonet ad cultum & venerationem dei requiri lætitiâ, & hilaritatem. Causa vero in promptu est. Deus enim colitur fide, spe, charitate, quarum comites sunt iustitia, pax & gaudium. Flam. ibid.

b. Nō quod manus habeat deus, sed vt discas quod ipse potentia omnibus prouidens, ipsa est quæ terræ corpus continet & portat. Chryso. ad populū. Antioch. ho. 9.

*Ei.

c. Aliquando enim audistis vocem eius per Moysem, & obdurastis corda vestra. Per præconem locutus est quando obdurastis corda vestra, per se nunc loquitur, mollescant nunc corda vestra. Aug. ibid.

d. Exacerbatione.

e. Hæc est requies quæ iustis debetur, negatur indignis, de qua ait dominus: Sicut iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam. Qui enim non cognouerunt vias domini, non ingrediuntur in requiem domini. Ambro. de obitu Theodosij Oratio.

a. Vetus canticum adeo angustis finibus circumscribatur, intra populū vnum, vnanimeque regionem: sed nouum per omnem terram incedit: quæ sub celo est, & ab vniuerso dicitur orbem: eoque propheta cū dixisset: Cantate domino canticum nouū, prius addidit: cantate domino omnis terra. Chryso. ibid.

1. Diem de die.

b. Peccatores vt non remaneant peccatores constituntur peccata sua, vomit malis, quæ auidè viderunt, non redeunt ad vomitum suum sicut canis immundus, & erit confessio & pulchritudo, amamus pulchritudinem, prius eligamus confessionem, vt sequatur pulchritudo. Aug. ibid.

c. His verbis non tam significat tempus illud nouissimi iudicij, quàm id tempus, quo deus Christum ab inferis excitauit, illiusque terris proposuit, vt regeret ac gubernaret omnes nationes. Flam.

2. Hæcenus diabolus & peccati regnauerant, regnauit autem dominus destructo dæmone & peccato. Euthymius, ibid.

b. Ignis ante ipsum præcedet, dno officia peracturus. Vno enim eodemque aspectu amico dei illuminat, & inflammat inimicos eius. Ambro.

1. Terra.

c. Sion inquit, & reliquæ ecclesie ab ista ierosolymitana prognatae, audierunt quæ prædicta sunt ab Apostolis de iustitia dei. Itemque viderit ab ea res humanas per Christum restitui, quæ ac felicissimè gubernati, quæ res illas incredibili læticia affecerunt. Flam. ibid.

†1. Cor. 3. d

c

D

A

B

†Heb. 3. b. & 4. b

c

†Heb. 4. a

A

†1. Pa. 16. c

†Sup. 7. a. Eccle. 43. d

B

†16. que. 2. c. Qui sine. †Sup. 23. a.

c

†Infr. 97. b

A

†Exod. 20. a. Leuit. 20. a. Dur. 5. a. †Heb. 1. b

B

c

†Amos 5. d. Rom. 12. b

[d. Non enim verè in miseria
lunt sancti spe iam salui. Augu-
cum Glota ordina.]

peccatoris liberabit eos. Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia. Lætamini iusti in do-
mino, & confitemini memoriae sanctificationis eius.

Psalmus David.

XCVII.

a. Signa fecit in Iudeis, paraly-
ticos sanauit, leprosos purga-
uit, mortuos suscitauit. Hiero-
ny. ibid.
b. Illius dextera aque illius brachium,
hoc est, diuinum illud
auxilium, quod & dextram ac-
commodum omnibus esse solet
& potens, saluauit, hoc est, recu-
perauit eum populum sine eos
omnes, qui ab inimico olim ca-
ptiui, ac serui tenebantur, dex-
teram enim & brachium ita ex-
poni alibi diximus, in Psal. 33.
Euthymius, ibidem.
* Jacob.



Dantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Saluauit sibi
dextera eius, & brachium sanctum eius. Notum fecit dominus salutare
suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. Recordatus est
misericordiae suae, & veritatis suae domui Israel. Viderunt omnes termi-
ni terrae salutare dei nostri. Iubilate domino omnis terra, cantate & exultate & psalli-
te. Psallite domino in cithara, in cithara & voce psalmi, in tubis ductilibus, & voce
tubae corneae. Iubilate in conspectu Regis domini, moueatur mare & plenitudo eius,
orbis terrarum & qui habitant in eo. Flumina plaudent manu, simul montes exulta-
bunt à conspectu domini, quoniam venit iudicare terram. Iudicabit orbem terra-
rum in iustitia, & populos in æquitate.

† Isa. 51. 6.
63. b

Psalmus David.

XCVIII.

[c. Flumina habebunt occasio-
nem exultationis si habere
sensu: & hoc fuit impleti quã-
do Christus tactu suae sanctissi-
mæ carnis vim regeneratiuam
dedit aquis in baptismo. De Ly-
ra.]
* Qui venit.
a. Irascantur populi, & in elatione
dominum nostrum Iesum
Christum aspiciant. Ipse regna-
uit quem regnare super se non
putant: ipse sedet super Cheru-
bim, quantumcumque moueatur
terra. Act. nob. ibid.
1. Sanctus.



Dominus regnauit, irascantur populi, qui sedet super Cherubim, moueatur
terra. Dominus in Sion magnus, & excelsus super omnes populos. Confi-
teantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est, & honor regis
iudicium diligit. Tu parasti directiones, iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti.
Exaltate dominum deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum
est. Ies. 1. b. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant
nomen eius. Inuocabant dominum & ipse ex audiebat eos, in columna nubis loque-
batur ad eos. Custodiebant testimonia eius, & præceptum quod dedit illis. Domine
deus noster tu ex audiebas eos, deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adin-
uentiones eorum. Exaltate dominum deum nostrum, & adorate in monte sancto
eius, quoniam sanctus dominus deus noster.

† Sup. 95. d

† 2a. dist. 67.

b. Proponit exemplum Moysi
& Aaronis, & Samuelis, qui præ-
stantissimi fuerunt religione
ac sanctitate, & ob eam rem cha-
rissimi deo. Flaminius.
2. Præcepta eius qua.
c. Omnia enim quæ agere sta-
duerunt, ad perfectum deduxi-
si, quia placita erant tibi. Hier.
ibidem.

Psalmus in confessione,

XCIX.

a. Est autem iubilatio, quædam
militum vociferatio, quæ fieri
solet in victoria. Euthym. ibid.
* Nolite.
b. Sicut ipse fecit nos, & non ip-
si nos. Ita reficit nos, & non ip-
si nos. Prop. de lib. arbi.
* Ad.
c. Non enim cum te liberauerit
desinet esse misericors. Et vt
protegat temper in æternum vi-
tam, misericordiae eius est. Au-
gust. ibid.



Uibilate deo omnis terra, seruite domino in lætitia. Introite in conspectu
eius, in exultatione. Scitote quoniam dominus ipse est deus, ipse fecit
nos & non ipsi nos. Populus eius & oues pascuæ eius introite portas
eius in confessione, atria eius in hymnis confitemini illi. Laudate nomen
eius quoniam suavis est dominus, in æternum misericordia eius, & vsque in genera-
tionem & generationem veritas eius.

Sup. 65. a

† De per. d. t.
c. Voluisset.
in n.

Psalmus ipsi David.

C.

a. Primo quippe misericordiam,
ac deinde iudicium se cantare
perhibet, quia nimirum domi-
nus quod primo suo aduentu
depositum nobis benigne con-
tulit, hoc in secundo districtius
exiget. Sed peruersus quisque
qui misericordiam largientis
cõtemnit, iure iudicij dicitur
sibi domini pertimescit. Beda in
festo transfigura. do.
b. Tanquam malis prædiis mo-
ribus, atque illiberalibus, ac ve-
luti canem latenter mordentem.
Ideo apposuit secreto, quia is
qui presenti detrahit, minus
peccat Euthy.
1. Proximus.
* Ipsi.
c. Hoc est, ostente in nobis sole
iustitiæ, qui habitaculum dei
sumus omnis cogitatio iniqua
subuertitur. Ambr. Sermo. 3.



Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine, psallam & intelligam
in via immaculata: quando venies ad me? Perambulabam in innocen-
tia cordis mei, in medio domus meae. Non proponebam ante oculos
meos rem iniustam, facientes præuaricationes odiui. Non adhæsit mihi
cor prauum, declinantem à me malignum non cognoscebam. Detra-
hentem secreto proximo suo, hunc persequebar. Superbo oculo & insatiabili cor-
de, cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terræ vt sedeant mecum, ambulans
in via immaculata hic mihi ministrabit. Non habitabit in medio domus meae qui facit
superbiam, qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum. In
matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate domini
omnes operantes iniquitatem.

† 21. q. 4. c.
Nimium
item si sem-
per. & c.
Qui peccat.

Oratio pauperis cum anxietate, & coram domino effundit precem suam.

CI.

a. Quod est, exaudi orationem
meam, hoc idem est, & clamor
meus ad te perueniat: sed gemi-
nata peticio ostendit perennis
affectum. Prosper ibid.
b. Id est, in die tribulationis
meae. Dies tribulationis & ten-
tationis hæc vita præsens est, in
qua velociter se iste penitentis
exaudiri deprecatur, ne morte
praesente indignus sit exau-
diri: quia in hac vita, tempus est
misericordiae, in futura verò iu-
dicij dum reddet deus vnicui-
que secundum opera sua. Alcuin-
us sup. 7. Psal. 101.



Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Non
auertas faciem tuam à me, in quacunque die tribulor, inclina ad me
aurem tuam. In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut cremum arue-
runt. Percussus sum vt scœnum & aruit cor meum quia oblitus sum comedere panem
meum. A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meae. Similis factus sum peli-
cano solitudinis, factus sum sicut nycticorax in domicilio. Vigilauit, & factus sum
sicut

† Infr. 117. b
7. q. 1. c. Ad-
uersitas. 1.
Cum veto.

sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabant me, aduersum me iurabant. † Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. A facie iræ * indignationis tuæ, quia eleuans allisisti me. Dies mei sicut umbra declinauerunt, & ego sicut fœnum arui. Tu autem domine in æternum permanes, & memoriale tuum in generatione & generationem. Tu exurgens domine misereberis Sion, ^d quia tempus miserendi eius, quia venit tempus. Quoniam ^c placuerunt seruis tuis lapides eius, & terræ eius miserebuntur.] Et timebunt gentes nomen tuum domine, & omnes reges terræ gloriam tuam. Quia ædificauit dominus Sion, & videbitur in gloria sua. Respexit in orationem humilium, & non spreuit precem eorum. Scribantur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur laudabit dominum. Quia prospexit de excelso sancto suo, dominus de cœlo in terram aspexit. Vt audiret ^d gemitus] compeditorum, vt solueret filios interemptorum. Vt annuntient in Sion nomen domini, & laudem eius in Ierusalem. In conueniendo populos in vnum, & reges vt seruiant domino. Respondit ei in via virtutis suæ, ^e paucitatem dierum meorum nuntia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum, ^d in generatione & generationem] anni tui. † In initio tu domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Filij seruorum tuorum habitabunt, & semen eorum in seculum dirigitur.

Psalmus ipsi David.

CII.

Benedic anima mea domino, ^a & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuum, ^b renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Faciens misericordias dominus, & iudicium omnibus iniuriam patientibus. ^c Notas fecit vias suas Moyfi, filiis Israel voluntates suas. † Miserator & misericors dominus, longanimis & multum misericors. Non ^d in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur. Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniam secundum altitudinem cœli a terra, corroborauit misericordiam suam super timentes se. ^d Quantum distat ortus ab occidente, longè fecit a nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit signum nostrum. Recordatus est quoniam puluis sumus, homo sicut fœnum, dies eius tanquam flos agri sic efflorescit. Quoniam spiritus pertransibit in illo & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum. Misericordia autem domini ab æterno & vsque in æternum: super timentes eum. Et iustitia illius in filios filiorum, ^d iis qui seruant testamentum eius. Et memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea. ^e Dominus in cœlo parauit sedem suam, & regnum ipsius omnibus dominabitur. Benedicite domino omnes angeli eius, potentes virtute, facientes verbum eius ad audiendam vocem sermonum eius. Benedicite domino omnes virtutes eius, ministri eius qui facitis voluntatem eius. Benedicite domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius, benedic anima mea domino.

Psalmus ipsi David.

CIII.

Benedic anima mea domino, domine deus meus magnificatus es vehementer. Confessionem & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento. ^b Extendens cœlum sicut pellem qui regis aquis superiora eius. Qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorum. ^d Qui facis] angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem. † Qui fundasti] terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi. Abyssus sicut vestimentum amictus eius, ^c super montes stabunt aquæ. Ab increpatione tua fugiet, a voce

† 10. dist. c. si quis diaconus.

c. Cinis tanquam panis comeditur, quando auctori suo peccator per penitentiam, sicut innocens reuocatur. Grego. hom. 19 super Ezech. * Tuus, &

d. Significat 76. illos annos per quos duratura erat Ierusalem. Hieronimus, iam exactos esse, idque eo etiam argumento probat, quod iam Cyro & Dario placuisset Ierusalem inaurari, eos autem seruos dei appellabat, propterea quod deus operam ad res magnas administrandas vsus sit. Sic etiam dominus apud Isaiam vocat seruum suum. Flamin. ibid.

1. Probauerit serui tui lapides eius, & pulueris eius miserebuntur.

2. Gemitum. [Non æternitatem illorum videro, sed temporales dies quibus ero in hoc seculo nuntia mihi propter illos qui dicunt iam non esse ecclesiam. Glossa ordina.]

3. In generatione generationum. f. Sin de patre prophetam id locutum dixeris quod de illo dictum est, Paulus filio attribuit, & ita idem efficitur. Neque enim filio id Paulus tam confiteri attribuit, nisi patri & filio partes esse intelligeret dignitates. Chryl. in 1. cap. Ioan. homil. 4.

a. Nisi enim ablata fuerit crasis ista illa, que regit interiora tua, non possunt subtilem & spiritalem capere sensum, nec possunt in intellectu capere sapientiam: & ideo dominum laudare non possunt. Cyrillus in I. leuit. lib. 5.

b. Anima ergo nostra sicut aqua la alta petat, supra nubes volat, renouatis splendescat exuius, cœlo volatus suos inferat, vbi laqueo incidere non possit. Ambro. de bono mortis, cap. 5.

c. Per legem quam ei mandauit. Per vias autem diuinam voluntatem ac madata eius intelligit. Euthy. ibid.

1. in finem.

d. Regenerationis hæc virtus est que homines exuit peccatis, & gratia induit donis vt virtutibus occidat, & veritas ostendat. Fides enim mutatione status innocentia constituitur in ostente, peccata remanent in occultum. Prof. ibid.

e. Quod potest dupliciter exponi. Vnum modo de spiritu vitali, qui egreditur a corde & in aliis partibus facit sensum & motum & ipso deficiente deficit corporalis vita. Alio modo de spiritu rationali qui cum pertransit a corpore deficit vita. De Lyra.]

f. Hæc est maxima pietatis consolatio in hac vita fragili & casuosa, plenusque laborum & calamitatum, quod certò sciunt deum in cœlo sempiternum dominum suum habere, cuiusque potestate ac numine omnia regi sui beneant, vt minime dubitandum sit quin ille piorsū impiorūque rationem habeat. Flamin. ibid.

a. Et sic de aliis que legenda sunt in secunda & non tertia persona. Hiero.

b. Caeli quasi tectum mundi extendit Deus, non labore veru tui tecti, sed tam facile extrudit vt quis pellem. Aug. ibid.]

1. Qui facit.

2. Functant.

c. Aquæ inquit, in ipsi montibus congregantur, & fontes illic scaturiunt: quoniam alto qui ab alto super natura solebat ad inferiora defluere. Euthy.

† Dec. dist. A a. c. Iteratur.

† Num. 14. e. B

† Heb. d. † Heb. e.

e. Montes elationes aquarum sunt, id est, fluvius persequenti populorum, qui cum scilicet montes erant, sed increpati, quieverunt, & campi facti sunt, fundato ipsi loco in quo cohiberentur. Prosper.
[d. Omnes fuerunt in disce Petri ter submisit quatuor lineis, qui gerit personam predicatorem. Quatuor enim lineis vas submisit. Petro in figura quatuor partium orbis ubi predicandum euangelium, & baptizandi homines. Aug. in Glof. ordina.]
e. Habet enim dominus suum panem, imo panis ipse saluator est, sicut docuit dicit: Ego sum panis qui de caelo descendi, de quo pane dicit propheta: Et panis cor hominis confirmet. Ambro. Sec. 3.
f. Quando iustus omnis in altisimis sibi deligit conuersationem, delinatum sine scopum persequens ad beatum superne uocationis reuertit. Basilus in psal. 23.

g. Nihil enim deus uerbum sine patre fecit, non operatur sine patre non sine patria uoluntate sacro sanctae illi se obtulit salutaris mundi totius hostia passioni. Ambro. de fide. libr. 4. cap. 3.
3. Creatione.
h. Per bonitatem enim dei nobis uniuersa tribuuntur, merito bona, quibus nihil admiratum est mali. Ambro. de fuga seculi. cap. 6.
i. Iam quod renouatur, sic renouatur quemadmodum & ab initio factum est. Et eiusdem uirtutis opus fuerit, & initio creaturam opus producere, & corruptam ad primam integritatem reducere Cyrius de spiritu sancto.
4. Emittes.

a. Laudate inquit dominum, & inuocate: semper enim inuocationem debet preire laudatio, quae hic dicta confessio est: & uniuerso mundo Christus annuncietur, & uerbo & opere. Prosper. ibid.
b. Et quia Christus ascendit in caelum, & parat uobis gradum sempiternum, quam diu ad eum pertingatis, quaerite faciem eius semper. Atob. ibid.
r. Modici.

c. Quinimo paucissimi cum essent, & derelicto paulo ante patrio solo, in Chananaeorum terra ueluti hospites atque extranei morarentur. Euthy.
d. In seruum uenundatus est, non seruus factus, Humiliauerunt pedes eius non animam eius. Amb. l. 2. Epist. 7.
2. Anima.
e. Interpretatio quidem illa formiorum squalorem & sordes carceris illi eluit, & innocentiam & sanctitatem eius saltem esse elucant, quales sunt aut igne purgatum. Aminius, ibid.
f. Nunquid nam intelligendum est uel credendum, quod deus cor hominis ad facienda peccata conuertat? In eo ergo quod populum suum multiplicauit, hoc beneficio suo malos ad inuidendum conuertit. Inuidia est enim odium felicitatis alienae. Sic ergo euerit cor eorum, ut per inuidenciam odissent populum eius, & dolerent in seruos eius. Aug. ibid. 3. Sibi.
4. Quia exacerbauit.
5. Qui ante tenebras alias Aegyptius plagas intulit: sed beatus David indifferenter hanc plagam primo loco commemorat uel ut grauisimam omnium praeposuit, cum lux quae per tenebras auertitur, rerum omnium si pulcherrima, & hominibus maxime opportuna. Euthymi? ibidem.

tonitruum tui formidabunt. Ascendunt montes & descendunt campi, in locum quem fundasti eis. Terminum posuisti quem non transgredientur, neque conuertentur operire terram. Qui emitit fontes in conuallibus, inter medium montium pertransibunt aquae. Potabunt omnes bestiae agri, expectabunt onagri in siti sua. Super ea uolucres caeli habitabunt, de medio petrarum dabunt uoces. Rigans montes de superioribus suis, de fructu operum tuorum satiabitur terra. Producent scenum iumentis, & herbam seruituti hominum. Ut educaas panem de terra, & uinum lactificet cor hominis. Ut exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet. Saturabuntur ligna campi & cedri Libani quas plantauit, illic passeret nidificabunt. Herodij domus dux est eorum, montes excelsi ceruis, petra refugium herinacis. Fecit lunam in tempora: sol cognouit occasum suum. Posuisti tenebras & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiae syluae. Catuli leonum rugientes ut rapiant, & quaerant a deo escam sibi. Ortus est sol & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Exhibet homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad uesperum. Quam magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnum & spatiosum & manibus, illic reptilia quorum non est numerus, Animalia pusilla cum magnis, illic naues pertransibunt. Draco iste quem formasti ad illudendum ei, omnia a te expectant, ut des illis escam in tempore. Dante te illis colligent, aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem turbabuntur, auferes spiritum eorum & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terrae. Sit gloria domini in seculum, laetabitur dominus in operibus suis. Qui respicit terram & facit eam tremere, qui tangit montes & fumigant. Cantabo domino in uita mea, psallam deo meo quando uisum. Iucundum sit ei eloquium meum, ego uero delectabor in domino. Deficient peccatores a terra, & iniqui ita ut non sint, benedic anima mea domino.

Alleluia.

CIII.



Confitemini domino & inuocate nomen eius, annunciate inter gentes opera eius. Cantate ei & psallite ei, narrate omnia mirabilia eius, laudamini in nomine sancto eius. Laetetur cor quaerentium dominum, quaerite dominum & confortamini, quaerite faciem eius semper. Mementote mirabilium eius quae fecit, prodigia eius & iudicia oris eius. Semen Abraham serui eius, filij Iacob electi eius. Ipse dominus deus noster, in uniuersa terra iudicia eius. Memor fuit in seculum testamenti sui, uerbi quod mandauit in mille generationes. Quod disposuit ad Abraham, & iuramenti sui ad Isaac. Et statuit illud Iacob in praecipuum, & Israel in testamentum aeternum. Dicens: tibi dabo terram Chananaan, funiculum haereditatis uestrae. Cum essent numero breui, paucissimi & incolae eius. Et pertransierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum. Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis Reges. Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Et uocauit famem super terram, & omne firmamentum panis contriuit. Misit ante eos uirum, in seruum uenundatus est Ioseph. Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius, donec ueniret uerbum eius. Eloquium domini inflamauit eum, misit Rex & soluit eum, Princeps populorum & dimisit eum. Constituit eum dominum domus suae, & Principem omnis possessionis suae. Ut erudiret Principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret. Et intrauit Israel in Aegyptum, & Iacob accola fuit in terra Cham. Ex auxit populum suum uehementer, & firmauit eum super inimicos eius. Covertit cor eorum ut odirent populum eius, & dolere faceret in seruos eius. Misit Moysen seruum suum, Aarō quem elegit ipsum. Posuit in eis uerba signorum suorum & prodigiorum, in terra Cham. Misit tenebras & obscurauit, & non exacerbauit sermones suos. Conuertit aquas eorum in sanguinem, & occidit pisces eorum. Et edidit terra eorum ranas, in penetralibus Regum ipsorum. Dixit & uenit cynomyia & scyniphes, in omnibus finibus eorum. Posuit pluuia eorum grandinem, ignem combu-

Infr. 14. 6. b
† 13. q. 1. c. Eccl. 1. 6. s. His ita.
De fact. vnd. c. vnico.
De conf. dist. 2. c. Accipite.

† Sup. 91. a

† Infr. 145. a

† 1. Pa. 16. b
† 1. 1. 1. b

† Gen. 12. d

† 1. Pa. 16. c. d
2. Reg. 1. c
† Gen. 19. a

† Gen. 37. e
Sap. 10. c

† Gen. 41. e

† Gen. 47. a

† Exod. 1. b. 1
3. c. 4. d. e

† Exod. 7. d

† Exod. 10. c
& Sup. 77.
† Exod. 7. d
† Exod. 8. b
† Exod. 9. e

comburentem in terra ipsorum. Et percussit vineas eorum & ficulneas eorum, & con-
 triuit lignum finium eorum. [†] Dixit & venit locusta & brucus, cuius non erat nume-
 rus. [†] Et comedit omne scenum in terra eorum, & comedit omnem fructum terra
 eorum. [†] Et percussit omne primogenitum in terra eorum, primitias omnis laboris eo-
 rum. [†] Et eduxit eos cum argento & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus.
 Lætata est Ægyptus in profectioe eorum, quia incubuit timor eorum super eos. Ex-
 pandit nubem in protectionem eorum, & ignem vt luceret eis per noctem. Petierunt
 & veni coturnix, & pane coeli saturavit eos. Dirupit petram & fluxerunt aquæ, abie-
 runt in sicco flumina. [†] Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod habuit. [†] Ad Abra-
 ham puerum suum. Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in læti-
 tia. [†] Et dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt. Vt custodiant
 iustificationes eius, & legem eius requirant.

Titulus. Alleluia. Alleluia. CV.



[†] Onstemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericor-
 dia eius. [†] Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes
 eius? Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempo-
 re. Memento nostri domine in beneplacito populi tui, visita nos in saluta-
 ri tuo. Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis
 tuæ, vt lauderis cum hæreditate tua. [†] Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egi-
 mus, iniquitatem fecimus. Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua,
 non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ. [†] Et irritauerunt ascenden-
 tes in mare, mare Rubrum, & saluauit eos propter nomen suum, vt notam faceret
 potentiam suam. [†] Et increpuit mare rubrum, & exiccatum est: & deduxit eos in a-
 byssis] sicut in deserto. Et saluauit eos de manu odientium, & redemit eos de manu
 inimici. [†] Et operuit aqua tribulantes eos, vnus ex eis non remansit. Et crediderunt
 verbis eius, & laudauerunt] laudem eius. [†] Cito fecerunt, obliui sunt operum eius,
 & non sustinuerunt consilium eius. [†] Et concupierunt concupiscentiam in deserto,
 & tentauerunt deum in iniquo. [†] Et dedit eis petitionem ipsorum, & misit satu-
 ritatem in animas eorum. [†] Et irritauerunt Moysen in castris, Aaron sanctum domi-
 ni. Aperta est terra & deglutiuit Dathan, & operuit super congregationem Abiron.
 Et exarsit ignis in Synagoga eorum, flamma combussit peccatores. [†] Et fecerunt vitu-
 lum in Horeb, & adorauerunt sculptile. Et mutauerunt gloriam suam in similitu-
 dinem vituli comedentis scenum. Obliti sunt deum qui saluauit eos, qui fecit magna-
 lia in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari Rubro. [†] Et dixit vt disper-
 deret eos, si non Moyses electus eius steteret in confectione in conspectu eius: [†] Vt
 auerteret iram eius ne disperderet eos, & pro nihilo habuerunt terram desiderabi-
 lem. [†] Non crediderunt verbo eius, & murmurauerunt in tabernaculis suis, non
 exaudierunt vocem domini. [†] Et eleuauit manum suam super eos, vt prosterneret
 eos in deserto. Et vt deiiceret semen eorum in nationibus, & dispergeret eos in regio-
 nibus. Et initiati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum. Et irritau-
 erunt eum in adinventionibus suis, & multiplicata est in eis ruina. [†] Et stetit Phinees
 & placuit, & cessauit quassatio. [†] Et reputatum est ei in iustitiam, in generationem
 & generationem vsque in sempiternum. [†] Et irritauerunt eum ad aquas contradic-
 tionis, & vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius. Et distinxit
 in labiis suis, non disperdiderunt gentes quas dixit dominus deus illis. [†] Et commixti
 sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruiuerunt sculptilibus eorum, & fa-
 ctum est illis in scandalum. Et immolauerunt filios suos, & filias suas dæmoniis. [†] Et
 effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum sua-
 rum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanæan. [†] Et [†] interfecta] est terra in sangui-
 nibus, & contaminata est in operibus eorum, & fornicati sunt in adinventionibus
 suis. Et iratus est furore dominus in populum suum, & abominatus est hæreditatem
 suam. Et tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eorum, qui oderunt eos.

† Exod. 10. d
 Sep. 18. a
 † Exod. 12. d
 † Exo. 11. d. &
 16. c. & 17. b
 † Gen. 12. c. d
 † Ios. 3. d
 † Iudic. 13. c
 Infr. 10. 6. a
 † Eccl. 43. d
 † Iudic. 7. d
 † Exod. 14. e
 † Exod. 14. g
 † Exod. 17. a
 † Num. 11. g
 † Num. 16. d
 † Exod. 32. d
 † Exod. 32. c
 † Num. 14. a
 † 2. q. 7. cap.
 Nos si inc6.
 petentes.
 Num. 25. e
 23. qu. 2. c.
 Quod Chri-
 stus.
 2. q. 5. cap.
 Reos. & q. 8. c
 Occidit.
 † Num. 20. e

a. Cohstemini domino peccata
 vestra, quoniam bonus est, ini-
 iustitiamque se delictorum im-
 mior, si qui ea perpetrarunt
 scelus illi suum faceantur. Eu-
 thymius, ibidem.
 b. Hæc est illa animi summissio,
 que diuinum nomen vel maxi-
 mis sceleribus violatum pla-
 care potest, contra nihil odio-
 sius superbia Pharisæorum, que
 iactat illas voces, Si fuissetis
 in diebus patrum nostrorum,
 non essemus socij eorum in san-
 ctis prophetarum Flam. ibi.
 c. Cum patribus enim suis tunc
 peccauerunt quando irritau-
 erunt ascendentes in rubrum ma-
 requando operuit aqua tribu-
 lantes eos. Arnob.
 1. In rubro mari.
 2. In abyssis.
 3. Cantauerunt.
 d. Festinauerunt beati fieri tem-
 poralibus rebus, & magis concu-
 puerunt presentia, quam futu-
 ra, cum debuissent de tantis
 erga se beneficiis intelligere,
 quod ad aliquam sine fine bea-
 titudinem vocarentur. Prosp.
 ibidem.
 e. Sequitur seditio Chore & si-
 bi adherentis, qui pro ambitio-
 ne sacerdotij motis seditione
 contra Moysen & Aar. Nume.
 16. Et hoc est quod dicitur: Et
 irritauerunt. &c. & Aaron ser-
 uum Domini. i. consecratu ad-
 fungendum sacerdotio coram
 Domino sicut habetur Leuit. 9
 Irritatio autem ista fuit, quia
 Chore & sibi adherentes dixe-
 runt eis. Debet vobis sufficere
 quod sic in eodem gradu cu
 alijs. De Lyra.]
 f. Sed potius hic infidelitas eo-
 rum merito redarguitur: quia
 in eo quod pro nihilo terram
 desiderabilem haberent, ver-
 bis dei non crediderunt, per que-
 dam parua ducentes ad magna
 & festinantes beati temporalibus
 rebus quas secundum car-
 nem sapiebant, non sustinuerunt
 consilium eius. Aug. ibid.
 g. Solida mente vt in generali
 perturbatione solus ipse confi-
 dentiam deprecationis assume-
 ret. Et placuit vel exorauit. Pos-
 set dixisse. Et machabæes trans-
 fixit: sed melius dixit exorauit.
 Glof. ordin. ibid. j
 h. Sicut enim sacerdoti exoran-
 ti pro populo ad iustitiam repu-
 tatur, ita his qui in desiderijs
 phantasticis conturbantur, in
 scandalum. Hierony. ibid.
 i. Tropica locutio, quia signifi-
 catur per id quod continet, sicut
 dicimus malam domum, in qua
 mali habitant: & bonam, in qua
 boni. Interfecta ergo terra in
 sanguinibus, cum ipsi qui eam
 habitant interfecti sunt. Prosp.
 ibidem.
 4. Infecta.

k. Sicut patet ex decursu libri iudicum quia quando cunque ab inimicis afflicti, dominus deum deprecabatur, in eorum Dominus iudices ad eos habitationem. De Lyra. l. 1. c. 1. §. 1. Dominus ipse audies, etc. l. Ad eo palam argue adeo manifeste torcupit miseris est, ut omnes qui fecerant, etc. uos, perspicue id cognoverint. Variis enim gentes variis, etc. poribus eos in seruitutem redegerunt. Euthymius, ibid.

a. Confessio enim penitentiam monstrat, satisfactio veniam sibi diuina pietate conciliat. Nec enim poterit inualgecia tribui nisi iua dei possit conuersione placari. Chryso. in Psal. 106. b. Redemptus quidem videtur Israel de terra Aegypti de domino seruatus, sed hic hi vocantur redempti, qui in toto orbe terrarum se magna & lata Aegypti quasi per mare Rubrum baptismum, sacrum Christi sanguine liberantur. Dicant ergo Christiani, qui vocati sunt de ynuerso mundo, quoniam suus dominus, & in seculum misericordia eius. Prope. ibid.

l. Hoc aliud iterum conantem vincit quia non agnosens gratiam sibi tribuebat siam iustitiam constituere volens, confilium dei circa se reprobare videtur. Quia exacerbauerunt. Aug. ibid. d. Annunciant misericordias dei erga se, & merent eas filii hominum nescientibus mirabilia dei opera in eos, seu propter eos facta. Euth. ibid.

l. e. Porte aere hominum consuetudines vitiose, que clausos non sinit exire, vides spiritus mundi, qui portas obferit. Gloria. in post. Casiodorum. f. Verbum autem dei planè hoc dicitur quod salutis causa ad omnes homines missum est, quòdque ex sacris euangelis celebrare ut deum edocuit sumus. Euth. de demòst. lib. 6. cap. 7. * Et.

g. Vsq. ad caelos quippe ascendit, cum summa penetram, sed ad abyssos vsque descendit, cum repente à contemplationis culmine per turpia tentamenta decimur. Greg. Moral. li. 9. c. 15.

r. Et stetit. 2. Eius. h. Hæc verba quæ ut sermonè de gratiarum actionibus intentionem redderet, quater à propheta repetuntur. Euthymius. i. Merito exaltatus, merito laudatus, qui in ecclesia quæ prius fuerat deserta, & odio habita, posuit apostolos, qui eam & consolarentur allequo, & alluio fecerant. Dedit & in animas stitientium suam verbum exitus prædicatorum, & terram corporis quæ prius ipsius amaritudinis protulerat, fructibus repleuit æternis Hier. ibid. k. Rursus, inquit, cum eos qui multitudine hominum & potentia florebat punire voluerit ob admittit maleficia, immittit in eos sterilitatem, morbos & angores animi, & optimates ipsos adeo contemptos reddidit, & inuisos, ut relictis verbis, se in solitudines abdant. Flam. 3. Contempto. 4. Intelligent.

Et tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum, & saepe liberauit eos. ^g Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo, & humiliati sunt in iniquitatibus suis. Et vidit cum tribularentur, & audiuit orationem eorum. [†] Et memor fuit testamenti sui, & pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ. Et dedit eos in misericordias, ^l in conspectu omnium qui ceperant eos. Saluos fac nos domine deus noster, & congrega nos de nationibus. Ut confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. Benedictus dominus deus Israel à seculo & vsque in seculum, & dicet omnis populus, fiat fiat.

Alleluia. Alleluia. CVI.



[†] Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. ^b Dicant qui redempti sunt à domino, quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregauit eos. A solis ortu & occasu, ab aquilone & mari. Errauerunt in solitudine in inaquoso, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Esurientes & sitientes, anima eorum in ipsis defecit. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eripuit eos. Et deduxit eos in viam rectam, ut irent in ciuitatem habitationis. Confiteantur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum. Quia satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit bonis. [†] Sedentes in tenebris & ymbra mortis, victos in mendicitate & ferro. ^c Quia exacerbauerunt eloquia dei, & consilium altissimi irritauerunt. ^e Et humiliatum est in laboribus cor eorum, infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris & ymbra mortis, & vincula eorum dirupit. ^d Confiteantur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum. Quia contriuit ^e portas aereas, & vectes ferreos confregit. Suscepit eos de via iniquitatis eorum, propter iniustitias enim suas humiliati sunt. Omnem escã abominata est anima eorum, & appropinquauerunt vsque ad portas mortis. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos. ^f Misit verbum suum & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Confiteantur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum. Et sacrificent ^g sacrificium laudis, & annuncient opera eius in exultatione. ^g Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis. Ipsi viderunt opera domini, & mirabilia eius in profundo. Dixit & stetit spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus eius. ^h Ascendunt vsque ad caelos, & descendunt vsque ad abyssos, anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt & moti sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos. Et statuit procellam eius in auram, & siluerunt fluctus eius. Et latati sunt quia siluerunt, & deduxit eos in portum voluntatis eorum. ^h Confiteantur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum. Et exaltent eum in ecclesia plebis, & in cathedra seniorum laudent eum. [†] ⁱ Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim. Terram fructiferam in falguginem, à malitia inhabitantium in ea. ^g Posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum. Et collocauit illic esurientes, & constituerunt ciuitatem habitationis. Et seminauerunt agros, & plantauerunt vineas, & fecerunt fructum natiuitatis. Et benedixit eis & multiplicati sunt nimis, & iumenta eorum non minorauit. ^k Et pauci facti sunt, & vexati sunt à tribulatione malorum & dolore. Effusa est ^l contentio super Principes, & errare fecit eos in inuio, & nõ in via. Et adiuuit pauperem de inopia, & posuit sicut oues familias. [†] Videbunt recti & latabuntur, & omnis iniquitas oppilabit os suum. Quis sapiens & custodiet hæc & [†] intelliget misericordias domini? Alleluia.

Canticum Psalmi ipsi David. CVII. P^a ara-

† Deu. 30. a

A † Iudith. 13. e. Sup. 105. 2 & infr. 114. a

† De per. diff. 3. c. Aduer. tra me. Sup. eodem B & infr. eodem.

† 1. Reg. 17. a

† Job. 11. c

Sup. 56. b

A **R**atum cor meum deus, paratum cor meum, cantabo & psallam in gloria mea. **B** Exurge * psalterium & cithara, exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis domine, psallam tibi in nationibus. Quia magna est super caelos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua. * Exaltare super caelos deus, & super omnem terram gloria tua, vt liberentur dilecti tui. Saluum fac dextera tua & exaudi me, deus locutus est in sancto suo. † Exultabo & diuidā Sichinam, & conuallem tabernaculorum dimetiar. Meus est Galaad, & meus est Manasses & Ephraim, susceptio capitis mei. Iuda rex meus, Moab lebes spei meae. * In Idumæam extendam calcamentum meum, mihi alienigenae & amici facti] sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitam, quis deducet me vsque in Idumæam? Nonne tu deus qui repulisti nos, & non exhibis deus in virtutibus nostris? † Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis. In deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

† Sup. 59. b

† 23. q. 1. cap. sex differentiz.

In finem, Psalmus David.

CVIII.

A **D**eus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris & os dolosi super me apertum est. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circumdederunt me, & expugnaverunt me gratis. Pro eo vt nie diligenter detrahebant mihi, ego autem orabam. Et posuerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet à dextris eius. Cum iudicatur exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. † Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. † Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. * Nutantes transferentur filij eius, & mendicent, eiiciantur de habitationibus. Scrutetur scenerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labores eius. Non sit illi adiutor, nec sit qui misereatur pupillis eius. Fiant nati eius in interitum, in generatione vna deleatur nomen eius. † In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini, & peccatum matris eius non deleatur. Fiant contra dominum semper, & dispereat de terra memoria eorum, pro eo quod non est recordatus facere misericordiam. Et persecutus est hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare. * Et dilexit maledictionem & veniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Et maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius. Fiat ei sicut vestimentum quo operitur, & sicut zona qua semper praecingitur. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum, & qui loquuntur mala aduersus animam meam. Et tu domine, domine fac mecum propter nomen tuum, quia suavis est misericordia tua. Libera me quia egenus & pauper ego sum, & cor meum conturbatum est intra me. Sicut vmbra cum declinat ablatum sum, & excussus sum sicut locusta. * Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum. Et ego factus sum opprobrium illis, viderunt me, & mouerunt capita sua. Adiuua me domine deus meus, saluum me fac propter misericordiam tuam. Et sciant quia manus tua haec: & tu domine fecisti eam. Maledicent illi & tu benedices, qui insurgunt in me confundantur, seruus autem tuus lætabitur. Induantur qui detrahunt mihi pudore, & operiatur sicut diploide confusione sua. Confitebor domino nimis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum. Quia asirit à dextris pauperis, vt saluam faceret à persequentibus animam meam.

† De per. dist. 3. Nihil. Ad. 1. d. Ioh. 1. c. † 23. di. c. In nomine dñi. † Scruerit.

† De per. d. 4. c. quiz verb. & c. si iudas.

Psalmus David.

CIX.

A **D**ixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis tuae] emittet * dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum, ex vtero ante luciferum genuite. † Iurauit dominus & non poenitebit eum, & tu es sacerdos in aeternum: secundum ordinem Melchisedech. Dominus à dextris tuis, confregit in die ira sua reges. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conuassabit capita in terra multorum.

† Math. 22. d. Heb. 10. d. 1. Cor. 15. De ver. sig. c. Quod dicitur. Ag. 2. f. † Ioh. 12. c. Heb. 5. b. 7. c. Heb. 7. e. † De iureiu. e. Sacerdos. & Qui si sint legit. Per venabilem.

a. Hoc est, veni domine in paratum cor meum, & in rem tibi preparatam ingredere, vt canit & psallam in gloria mea. Anno. b. Loquitur dominus suo corpori. Psalterium & cithara qui descendit in infernum & ascendit, exurge & lauda dominum. Eruides quid dicenton ille qui mouet citharam & psalteriu laudat, sed ipsa cithara & psalteriu laudat patrem. Ille enim deus est, & ab illis laudatur & benedicitur, scilicet anima & corpore in vnitatem à filio assumptis Hierony. ibidem. * Gloria mea exurge.

1. Subditi. 2. Ciuitas infernus quem nullus poterat aperire. Idumæa gētes quib⁹ post resurrectionē innotuit: hæc à sola deitate poterant fieri. Celsio. cū Gto. ordi. 1.

a. Non aliam personam quæ loquitur in hoc psalmo quā saluatoris, qui quod sibi viuentis erat eccinit, dicens: Deus laudē meam, &c. Vbi doctrinam quā ipse discipulis suis tradidit, & laudem noui testamenti non esse premendam silentio, exortatur, sed in omne futurum auum ad vitam humanæ utilitatem permanere. Os autem peccatoris & os dolosi, os ipsius Iudæ proprie nominauerit quispian Euseb. de demon. lib. 10. cap. 3.

b. Diabolus, quia detrahebat, & deo apud homines, & apud deū hominibus appellatur: quasi dicitur contra homines, hominesque contra deum, dominum aduersus seruum, & seruus aduersus dominum irritans. Tertul. lib. 2. aduersus Marcionem.

1. Omnia que sunt ei. c. Peccata matris sue & maiorū suorum semper ante oculos dei versentur, ne illa in hoc secleratisimo atque impio homine vindicare obliuiscatur. Hoc ait memor illius sententiæ: Ego sum dominus deus tuus fortis zelotes, visitans iniquitatem patris in filios, in tertiam & quartam generationem, eorum qui oderunt me, & facies misericordiam in millibus qui diligunt me, & custodiant præcepta mea. Flaminian. ibidem.

2. A domino. [d. Id est, vt nomen tuum gloriificetur per meam exaltationē: quia suauiter misericordia tua sanans omnes morbos & vulnere. De Lyra.]

c. Daram quippe & asperam vitam agebat dominus: & testimonium reddunt quadraginta dies ieiunij, & panes illi hordacei, & spicae quæ vellebantur à discipulis: tamen benigna quadam dispensatione laetior aliquando mensa veretur. Euseb. 1. Diplotis palliatus duplex est: per quod inimicis Christi duplex denuntiat confusio, hoc est, inuas & fortis, coram deo & hominibus. Prosper ibidem.

a. Saluatorem ac dominum nostrum, ipsum primogenitū omnis creaturæ dei verbū, præsens psalmus dominū vocat docēte, que est esse & esse florē simul & filium superni dei, seruumque patris dominum, æternūque patris sacerdotē. Euseb. Celsar. de demon. euange. lib. 5. cap. 3. * Tibi. b. Nam & beatus Moyses de eo mysterio loquens, vinum & sanguinem sub vna appellatione significat, in benedictione patri archie dominicam passionem multo ante demonstratis, & ita inquit: Laubit in vino sanguinem suum, & in sanguine vus pallium suū. Euseb. Emisenus de Pascha. homil. 5.

a. Liber.

De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput.

Alleluia.

CX.

a. Sic quippe eius opera magna sunt, ut per omne quod ab omnibus agitur, eius voluntas exquiratur. Nam sepe inde pericitur, unde repellit putabatur. Greg. Moral. lib. 6. cap. 14. [b. Sciedum cum quotidie sint opera eius mira, referat tamen opportunè inuitata quæ meminerit hominis infirmitas: sed quid profunt miracula, nisi ve deus timeatur. Quid timor nisi ut misericors eam det timentibus? Aug. ibid.]
 c. Hoc est, fide digna: & quia dicit omnia mandata, primo ea intelligit, quæ ad creationem spectant, quæque natura duce omnia obseruat elementa, & quæ natura humana obseruat ante legem scriptâ. Deinde ea quæ per legem Moysi tradita sunt. Postremo verò ipsa præcepta euangelica, quæ mandata omnia fidelia sunt, hoc est, firma & in concussa. Euthy. ibid.

Qonfitebor tibi domine in toto corde meo, in consilio iustorum & congregatione. Magna opera domini, exquisita in omnes voluntates eius. Confessio & magnificentia opus eius, & iustitia eius manet in seculum seculi. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus, escam dedit timentibus se. Memor erit in seculum testamenti sui, virtutem operum suorum annuntiabit populo suo. Ut det illis hæreditatem gentium, opera manuum eius veritas & iudicium. Fidelia omnia mandata eius, confirmata in seculum seculi: facta in veritate & æquitate. Redemptionem misit dominus populo suo: mandauit in æternum testamentum suum. Sanctum & terribile nomen eius, initium sapientiæ timor domini. Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in seculo seculi.

† Sup. 9. a. & infra. 17. a. 43. diffin. 6. c. Quando.

† Job. 28. d. Proverb. 1. a. & 9. b. Eccl. 1. b.

Alleluia.

Reuerſionis Aggai, & Zacharia.

CXI.

a. Timor dñi quemadmodum alii locis admonuit, appellatur f literis sanctis pura & synæra religio & pietas in deo: in quibus rebus vir sanctus vitam beatam constituit: quisquis autem verè pius & religiosus est, in mandatis eius volet valde. Flaminus ibid.
 a. Disponet.
 b. Auditio mala est, ite maledicti in ignem æternum: quam auertat dñi ab auribus sanctis, auertat à cultoribus suis, illa condonet quæ promittit. Chry. to. 1. in illud. 1. 1. Cant. domini.
 a. Timebit.
 c. Ergo dispensatores nos, non hæredes reliquit. Nam hæreditas successori quaeritur, dispensatio pauperibus obligatur. Ambro. de obitu fratris.

Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius volet nimis. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. Gloria & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in seculum seculi. Exortum est in tenebris lumen rectis, misericors & miserator & iustus. Iocundus homo qui misereatur & commodat, disponit sermones suos in iudicio, quia in æternum non commouebitur. In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. Paratum cor eius sperare in domino, confirmatum est cor eius, non commouebitur donec despiciat inimicos suos. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi, cornu eius exaltabitur in gloria. Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet, desiderium peccatorum peribit.

† 86. diff. c. Fratrem. 1. in ipsa.

Alleluia.

Alleluia.

CXII.

a. Venite pueri, nolite expectare nolite dicere, non dum senes sumus. Ordo nascendi est, ordo vero moriendi non est. Venite ergo pueri, non ad laborem aliquem sed ad laudem. Arnob. ibidem.
 b. Nomen semper fuit benedicti nomen domini cui omnis creatura benedixit: fuit semper, sed tamen antea in vna gête Iudæorum tantummodo illi benedicebant & credebant: sed modo in omnibus gentibus, & creditur, & benedicitur. Hiero. ibid.
 a. Super filios.

Audate pueri dominum, laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum, ex hoc nunc & vsque in seculum. A solis ortu vsque ad occasum, laudabile nomen domini. Excelsus super omnes gentes dominus, & super cælos gloria eius. Quis sicut dominus deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo & in terra? Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem. Ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui. Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.

† Job. d. infra. 17. a. 36. quæst. 6. c. Ministrare. 1. Reg. 1. b. Malach. 1. c.

Alleluia.

CXIII.

a. Id est, Tunc præcipue deus Iudæos & Hebræos sibi acieuit, quos præ cæteris gentibus charissimos habere, & suo sancto numine gubernare, de quo re illud est in exodo. Vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & in gentem sanctam. Flami. ibid.
 a. Quid.
 b. Non per merita nostra, sed pro misericordia tua concede, ut non dicant increduli: ubi est deus eorum? Arnob. ibidem.
 a. Et in terra.

In exitu Israel de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro. Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius. Mare vidit & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum. Montes exultauerunt ut arietes, & colles sicut agni ouium. Quid est tibi mare quod fugisti? Et tu Iordanis quia conuersus es retrorsum? Montes exultastis ut arietes, & colles sicut agni ouium? A facie domini mota est terra, à facie dei Iacob. Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Super misericordia tua & veritate tua, nequando dicant gentes: ubi est deus eorum? Deus autem noster in cælo, omnia quæcunque voluit fecit. Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent & non loquentur, oculos habent & non videbunt. Aures habent & non audient, nares habent & non odorabunt. Manus habent & non palpabunt, pedes habent & non ambulabunt, non clamabunt in gutture suo. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Domus Israel sperauit in domino, adiutor eorum & protector eorum est. Domus Aaron sperauit in domino, adiutor eorum & protector eorum est. Qui timent dominum sperauerunt in domino, adiutor eorum & protector eorum est. Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis. Benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron. Benedixit omnibus qui timent dominum, pusillis cum maioribus. Adiciat dominus super vos, super vos, & super filios vestros.

† Exod. 13. a. De conf. di. 2. ca. Reuert.

† Infra. 17. a. Infra. 17. c. † Sup. 15. d.

† Infra. 17. d.

c. Hæc enim verba quo magis aperta & populariter vera sunt, eo magis in eunt salubri pudore illis, qui cum talibus simulachris diuinum cum timore cultu exhibent, eaque viuèntibus similia venerantes adorant, & que contuentur, & que velut præsentibus preces allegant, vitimas immolant, vota persolunt, se afficiunt omnino, ut ea sensu carentia putare non audeant. Aug. Epist. 49.
 d. Preces illudicis Christianis, qui postea magis aucti sunt, & quibus ea adiecta sunt bona, cœlestia nimirum, quæ vera ac proprie bona dici possunt. Euthymius ibidem.

Bene-

Benedicti vos à domino, qui fecit cœlum & terram. Cœlum cœli domino, terram autem dedit filiis hominum. Non mortui laudabunt te domine, neque omnes qui descendunt in infernum. Sed nos qui viuimus benedicimus domino, ex hoc nunc & vsque in seculum.

[e. Quia ibi magis relucet gloria sua in angelis sanctis: Terra autem dedit habitationi eorum pro vita presentium qua debent viuere, & deum colant altumetur ad habitationem celestem cum angelis. De Lira.]
1. Benedicemus.

Alleluia.

CXIII.

Dilexi quoniam exaudiet dominus vocem orationis meae. Quia inclinavit aurem suam mihi, & in diebus meis inuocabo. Circumdedero me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem & dolorem inueni, & nomen domini inuocaui. O domine libera animam, misericors dominus & iustus, & deus noster miseretur. Custodiens paruulos dominus, humiliatus sum & liberauit me. Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. Placebo domino, in regione viuorum.

a. Non cuiusvis est, dicere dilexi, sed perfecti tantum, & eius qui seruatus timorem pretergrediens, in adoptionis spiritu constituitur. Non quem eligebat apponit, quod is vel minus faciliè intelligatur deum uenerferum se insinuat dicere. Basil. ibidem.
b. Pulchre dicit animæ, conuertere, quasi diciturno cuius sine operis sudore exercita: ut à labore conuertatur ad requiem. Ambr. de obitu Theodolij.
* Coram.

Alleluia.

CXV.

Redidi propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddam coram omni populo eius, pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. O domine quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius, in atriis domus domini in medio tui Ierusalem.

a. Excedit enim mens prophetae velut fines quosdam humanæ prudentiæ quâdo repletur deo. Ambr. de Abraham, lib. 2. c. 9.
b. Prima ergo hæc retributio est, ut morte morte redat: ac pro eo quod pro nobis mortuus est pro nobis nos moriamur omnes, immittit minoris multo pretij mors nostræ quam sua. Salm. lib. 4.
c. Ex ancilla Christus natus est seruus, qui ex patre generatus est dominus. Fulgen. Respon. 3. contra Arrian.
1. In nomine.

Alleluia.

Alleluia.

CXVI.

Audate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & veritas domini manet in æternum.

a. Exclusi sunt Iudæi, qui tulerunt clauem regni caelorum, nec ipsi ingrediebantur, nec vos ingredi permittebant. Arnobius ibidem.

Alleluia.

Alleluia.

CXVII.

Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc Israel quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc domus Aaron, quoniam in seculum misericordia eius. Dicant nunc qui timent dominum, quoniam in seculum misericordia eius. De tribulatione inuocaui dominum, & exaudiuit me in latitudine & dominus. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos. Bonum est confidere in domino, quam confidere in homine. Bonum est sperare in domino, quam sperare in principibus. Omnes gentes circueuerunt me, & in nomine domini quia uultus sum in eos. Circumdantes circumdederunt me, & in nomine domini quia uultus sum in eos. Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis, & in nomine domini quia uultus sum in eos. Impulsus euerfus sum ut caderem, & dominus suscepit me. Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Vox exultationis & salutis, in tabernaculis iustorum. Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit virtutem. Non moriar, sed uiuam, & narrabo opera domini. Castigans castigauit me dominus, & morti non tradidit me. Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor domino, hæc porta domini, iusti intrabunt in eam. Confitebor tibi quoniam exauidisti me, & factus es mihi in salutem. Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Hæc est dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. O domine saluum me fac, o domine bene prosperare, benedictus qui uenit in nomine domini. Benediximus vobis de domo domini, deus dominus & illuxit nobis. Constitue diem solennem in condensis, usque ad cornu altaris. Deus meus es tu, & confitebor tibi, deus meus es tu, & exaltabo te. Confitebor tibi quoniam exauidisti me, & factus es mihi in salutem. Confitemini domino

a. Confessio hæc non ad remissionem peccatorum, sed ad laudem pertinet delictis. Hieron. ibidem.
* Quoniam bonus.
* Quoniam bonus.
b. Apostolus dicit: non aduersus carnem & sanguinem nobis, quod est homo iniquus, sed aduersus principes & potestates tenebrarum, esse certamen, quæ autem tenebrarum, nisi hominum diabolo subditorum? Non meminit ergo, quid faciat ei homo, qui ipse incertorem dei vincit auxilio. Prosper.
c. Apes enim in ore mel habent, in aculeo caudæ uulnus. Et omnes qui lingua blandiuntur, sed lateenter ex malitia serunt, apes sunt, quia loquendo dulcedine mellis proponunt, sed occultè feriendo uulnus inferunt. Grego. sup. Ezech. hom. 9.
d. Tabernaculis iustorum preuenit ad ore propheticæ eremitarum tuguria predicere, in quibus Dauidici psalmi precipud decantantur, vel uarias & particulares per orbem ecclesiæ. Euthymius ibidem.
e. Significat se à deo non hostilem in modum, sed paternum castigatum esse. Castigar enim dominus quem diligit, uerberibus cadit quos nonne sibi adoperat. Flaminius ibidem.
f. Ego autem dico: Hic est dies in quo dominus factus est seruus, ut persona serui traderet in dominum. Euseb. Emuse. de natali. homil. 2.
* Modus.
g. Hæc est. Constituit diem festum non tepidè ac segniter, sed in frequentationibus. Ipsa enim est vox exultationis soni festiuitatem celebrantis. Aug. ibid.
1. Ad cornu.

† Baruc. 2. d

† Sup. 17. a

† Sup. 55. c

† Depm. dist. 2. c. 5na. 2. Cor. 4. c Roma. 3. a De conf. di. a. c. Si enim.

† Sap. 9. a

† Roma. 15. c Ioh. 2. c

† Iudith. 13. c Sup. 104. 105. 106. Iudith. 15.

† Psal. 119. a

† Hab. 13. d

† Exod. 15. d 16. 12. a

† Matth. 21. d

† Matth. 21. c

quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

Alleluia.

ALEPH.

CXVIII.

a. Tanquam diceret, Scio quid velis: beatitudinem quæris. Si ergo vis esse beatus, esto immaculatus. Aug. ibidem.
b. Ut intelligant eum peccauerunt, se coram testibus deliquisse, ait autem: qui in toto corde exquirunt eum, & non leuiter neque segnitè. Alcuinus ibi.
c. Nisi enim attenti in eius mandatis fuerimus, fueritque alia præterita, alia pro voluntate obseruata, iustificatio non ordinem non tenebimus. Hilarius ibid.



Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum. Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Vtinam dirigantur viæ meæ: ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ. Iustificationes tuas custodiam, non me derelinquas vsquequaque.

BETH.

a. Deus in Genesi testatur hominem ab ineunte ætate ad vitia procliuam, et qualis est adolescentia, talis est senectus, vt Salomon inquit: itaque vir sanctus monet, dum adhuc ætas tenera est & flexibilis, motes deprauatos emendatos esse, atque ad normam legum diuinarum dirigendos. Flaminius ibid.



In quo corrigit adolescentior viam suam in custodiendo sermones tuos. In toto corde meo exquisiui te, ne repellas me à mandatis tuis. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Benedictus es domine, doce me iustificationes tuas. In labiis meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui. In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis. In mandatis eius exercebor, & considerabo vias tuas. In iustificationibus tuis meditabor, non obliuiscar sermones tuos.

18. d. c. 06.

GIMEL.

a. Non habet in retributione quod desperet, quia dominus Iesus venit mundum saluare, non perdere. Ideoque immemor est iniuriæ, memor gratiæ, sicut in prophético libro testatur, dicens Ego sum, ego sum ipse, qui doleo iniquitates tuas propter me & peccatorum tuorum non recordabor. Isa. 43. Amb. ibid.
b. Illud dico opprobrii quod pater diligentia mea mihi prestitit, nullas nimirum ob eam exprobrantibus & contumacibus me. Euthymius ibid.
c. Consilia mea.



Reuerbera seruo tuo, viuifica me, & custodiam sermones tuos. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Incola ego sum in terra, non abscondas à me mandata tua. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas, in omni tempore. Increpasti superbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis. Aufer à me opprobrium & contemptum, quia testimonia tua exquisiui. Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur, seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Nam & testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum iustificationes tuæ.

DALETH.

a. Hoc est, iacui in pauimento te domine deprecans, te exorans, viuifica me secundum verbum tuum, quid enim promissit deus Promissit: Quia speraui in me, liberabo. Ecce ego sperans in te, iam pauimento adhaesi tu qui salutas de terra inopem, viuifica me secundum verbum tuum. Ambrosius.



Adhaesi pauimento anima mea, viuifica me secundum verbum tuum. Vias meas enuntiaui & exaudisti me, doce me iustificationes tuas. Viam iustificationum tuarum instrue me, & exercebor in mirabilibus tuis. Dormitauit anima mea præ tadio, confirma me in verbis tuis. Viam iniquitatis amoue à me, & de lege tua miserere mei. Viam veritatis elegi, iudicia tua non sum oblitus. Adhaesi testimoniis tuis domine, noli me confundere. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.

HE.

a. Quia viam mandatorum dei se dilato corde ecurrisse iam dixerat, quo modo nunc legem sibi postulat ponit nisi quia proficiens loquitur, & donum dei nouit esse quod proficit. Prosper ibidem.
b. Hoc est, illam quaestum nundinas aucupantem vilitatem, illam vlu hominum ad pecunie studia inflexam se deriuatam. Ambrosius.
c. Vanitas circue est, quia nihil prodest Vanitas est equorū velocitas, quia mēdax ad salutem est, vanitas theatrum est, vanitas est omnis ludus. Amb. de fuga seculi, cap. 1.



Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum, & exquiram eam semper. Da mihi intellectum & scrutabor legem tuam, custodiam illam in toto corde meo, Deduc me in semita mandatorum tuorum, quia ipsam volui. Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam. Auerte oculos meos ne videant vanitatem, in via tua viuifica me. Statue seruo tuo eloquium tuum, in timore tuo. Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum, quia iudicia tua iocunda. Ecce concupiui mandata tua, in æquitate tua viuifica me.

12. quæst. 5. c. Nec solo.

VAV.

a. Ad sextam litteram conuersatio sancta peruenit in qua si postulat saluatorem dominum debere concedi, qui est misericordia peccatorum, & vita fidelium, per quem salus gentibus venit: secundum eloquium dicit, id est promissionem tuam quam per prophetas promissisti. Alcuinus ibidem.
b. Qui petebat vt responderet verbum exprobrantibus, & ne toleraret verbum de ore, nunc pro eo certat vsque ad mortem. Aug. ibi.
c. Exercebar



Teniat super me misericordia tua domine, salutare tuum secundum eloquium tuum. Et respondebo exprobrantibus mihi verbum, quia speraui in sermonibus tuis. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque, quia in iudiciis tuis supersperaui. Et custodiam legem tuam semper, in seculum & in seculum seculi. Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquisiui. Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum: & non confundebam. Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi, & exercebor in iustificationibus tuis.

ZAIN.

Memor

Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti. Hæc me consolata est in humilitate mea, quia eloquium tuum viuificauit me. Superbi iniquè agebant vsquequaque, à lege autem tua non declinaui. Memor fui iudiciorum tuorum à seculo domine, & consolatus sum. Defectio tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. Memor fui nocte nominis tui domine, & custodiui legem tuam. Hæc facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisiui.

HETH.

Portio mea domine, dixi custodire legem tuam. Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo, miserere mei secundum eloquium tuum. Cogitavi vias meas, & conuersti pedes meos in testimonia tua. Paratus sum & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua. Funes peccatorum circumplexi sunt me, & legem tuam non sum oblitus. Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudicia iustificationis tuæ. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Misericordia tua domine plena est terra, iustificationes tuas doce me.

TEHT.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine, secundum verbum tuum. Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi. Priusquam humiliarer ego deliqui, propterea eloquium tuum custodiui. Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Multiplicata est super me iniquitas superborum, ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. Coagulatum est sicut lac cor eorum, ego verò legem tuam meditatus sum. Bonum mihi quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Bonum mihi lex oris tui, super milia auri & argenti.

IOTH.

Manus tuæ fecerunt me & plasmauerunt me, da mihi intellectum vt discam mandata tua. Qui timent te videbunt me & lætabuntur, quia in verba tua speraui. Cognoui domine quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me. Fiat misericordia tua vt consoletur me, secundum eloquium tuum seruo tuo. Veniant mihi miserationes tuæ & viam, quia lex tua meditatio mea est. Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me, ego autem exercebor in mandatis tuis. Conuertantur mihi timentes te, & qui nouerunt testimonia tua. Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, vt non confundar.

CAPH.

Defecit in salutare tuum anima mea, & in verbum tuum supersperaui. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes quando consolaberis me? Quia factus sum sicut vter in pruina, iustificationes tuas non sum oblitus. Quot sunt dies serui tui, quando facies de persequentibus me iudicium? Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. Omnia mandata tua veritas, iniqui persecuti sunt me, adiuua me. Paulominus consummauerunt me in terra, ego autem non dereliqui mandata tua. Secundum misericordiam tuam viuifica me, & custodiam testimonia oris tui.

LAMECH.

Natum aeternum domine, verbum tuum permanet in cælo. In generatione & generationem veritas tua, fundasti terram, & permanet. Ordinatione tua perseverat dies, quoniam omnia seruiunt tibi. Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc fortè perissem in humilitate mea. In aeternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me. Tuus sum ego, saluum me fac, quoniam iustificationes tuas exquisiui. Me expectauerunt peccatores vt perderent me, testimonia tua intellexi. Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis.

MEM.

a. Hoc est, imple promissum seruo tuo, quo promissisti mihi, me sperare fecisti. Hæc (per que promissa est humilibus, consolata est me, quia dicitur: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Vnde ore proprio etiam dominus ait: Quoniam qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur. Augu. ibidem.

1. Verborum tuorum, 2. In quibus.

b. Non est periculo nocturnarum vigiliarum ocio animus relaxandus, sed in orationibus, in deprecationibus, in confessionibus peccatorum occupandus est: vt cum maxime corporis opportunitas vitis datur, tum precipue eadem vitæ diuine legis recordatione frangantur. Hilarius ibidem.

a. Tu portio mea es, tu hereditas mea, & diuitiæ meæ. Alia enim omnia despicio, atque ideo dixi id est, pollicitus sum custodire legem tuam. Euthy. ibid.

1. Tuas. b. De tempore autem dimidie noctis, quod id est oratione necessarium sit, traditum est nobis à Paulo & Sila in Actis Apost. Scriptum est enim sic: Circiter autem mediam noctem Paulus & Silas laudabant deum. Basilus Regul. fufus disputa. inter roga. 37.

a. Fecisti, inquit, domine vt me delectaret bonum, quod vtique magnum est tuum donum. Secundum verbum tuum, hoc est, secundum promissum tuum, vt sit firma promissio omni semini. Prosper ibidem. 1. Bona.

a. Regius Psaltes hoc esse dicitur: nullo inter facturam & formationem edocuit suo hoc veritatem hominum, plasmavit siue finxit hunc æternum. Caro igitur formata est, anima verò facta. Basil. in Exameron. homil. 11.

*Iam. b. Cui lex domini meditatio est huic præsto sunt misericordie, vt viuat in æternum. Quomodo est beatus quis potest esse sine misericordia diuina? Beatus autem qui in dñi lege die ac nocte meditabar. Ambro. ibidem.

1. Deficit. a. Deficit pene iam animus meus præ sollicita expectatione auxilij tui, quo nititur salus mea: ipsi etiam oculi mei iam defecerunt, in oculis dies noctisque suspicientes, si qua forte viderent salutem venientem, quam seruo tuo promissisti. Flamin.

*Mih. *Domine. 2. Iniquè.

b. Hoc est, præparauerunt vt vitam meam consummarent, ego tamen à meditatione seu ab obseruatione mandatorum tuorum non recessi. Euthy.

a. Certus sum enim quod in æternum permanebit verbum tuum in cælo. Quod licet cum hominibus videatur, vt præmissi de cælo tamen nunquam abscedit. Arnob. ibidem.

b. Que continetur i lege. Quia in ipsis veritatis me, per cordi meditationem præseruando me à peccati morte. Ideo concludit vterius: Tuus sum ego, eo quod vitam meam seruasti dicto modo. De Lyra.]

† 91. dist. cap. Presby. de celebr. missa. cap. 1. sup. 32. a

46. dist. c. Omner.

† Job. 10. d

^a Teneus ipse in dilectis sibi legis meditatione est, quatuor dies vniuersis in repute sit. Et quia legis & prophetarum atque euangeliorum hominem in se propheta demonstrat, ait in confuenti. Super inimicos, &c. Hilarius.

^b Docentes me.

^c Quid enim aliud desideret animam que semel suauitatem verbi gustauerit, que semel claritatem eius viderit? Ambrosio, lib. 3. Epist. 11.



^a Vomodo dilexi legem tuam domine, tota die meditatio mea est. Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo, quia in æternum mihi est. Super omnes docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est. Super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui. Ab omni via mala prohibui pedes meos, vt custodiam verba tua. A iudiciis tuis non declinaui, quia tu legem posuisti mihi. ^b Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. A mandatis tuis intellexi, propterea odiui omnem viam iniquitatis.

N V N.

^a Verbum hic intelligendum est, non illud quod est equale gignenti, & quod est verum lumen illuminans omnem hominem. Sed verbum quod factum est ad prophetas, vel quod prædicatum est per apostolos, verbum scilicet Christi, de quo scriptum est, fides ex auditu, auditus autem per verbum dei. Propter ista.

¹ Faciam.

² Tu it.



^a Verna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Iuravi & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Humiliatus sum vsquequaque domine, viuifica me secundum verbum tuum. Voluntaria oris mei beneplacita fac domine, & iudicia tua doce me. Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam non sum oblitus. Posuerunt peccatores laqueum mihi, & de mandatis tuis non erraui. Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei sunt. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem.

2. q. 3. cap. Præsent.

S A M E C H.

^a Vox propheta in persona ecclesiæ. Quomodo dicit: iniquos odio habui, dum dominus dicit. Diligite inimicos vestros, &c. Sed intelligendum est. Odio habui vitia & peccata, non creatauraui. Hieronymo ibidem.

^b Meus.

^c Vitifica me.

^d Confige hō ferreis elauis, sed timoris & fidei. Vehementior est enim viticulis stridura quam pena. Ambrosio, de spiritu sancto, lib. 1. cap. 8.



^a Niquos odio habui, & legem tuam dilexi. Adiutor & susceptor meus es tu, & in verbum tuum supersperaui. Declinate à me maligni, & scrutabor mandata dei mei. Suscipe me secundum eloquium tuum, & viuam, & non confundas me ab expectatione mea. Adiuua me & saluus ero, & meditabor in iustificationibus tuis semper. Spreuisti omnes discedentes à iudiciis tuis, quia iniusta cogitatio eorum. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ, ideo dilexi testimonia tua. ^b Confige timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui.

A I N.

^a Facit autē iudicium quisquis contra se iudicat, & prauitates suas ante examen dñi iuxta executionem condemnat: & iustitiā facimus quādo per iustitiā nos condemnamus, quādo delictorum nostrorum iudices sumus. Aleuino ibidem.

¹ Domino.



^a Eci iudicium & iustitiam, non tradas me calumniantibus me. Suscipe seruum tuum in bonum, non calumnientur me superbi. Oculi mei defecerunt in salutare tuum, & in eloquium iustitiæ tuæ. Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam, & iustificationes tuas doce me. Seruus tuus sum ego, da mihi intellectum vt sciam testimonia tua. Tempus faciendi domine:] dissipauerunt legem tuam. Ideo dilexi mandata tua, super aurum & topazion. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquam odio habui.

P H E.

^a Natura humani sensus ea est, vt ea mirabilia habeat, que ante eum perierit. Ex contemptis enim iudicium admirationis exiit. Ceterum nemo potest ignorare mirari. Nam cum prius fecerim humanam consuetudine oportet perferri & reperire, & reperta mirari: testimonia dei ante mirabilia sunt, & ob id inspectione, sane digna. Hieronymo ibidem.

^b Id est, secundum iudicium quod in eos feci, qui diligunt nomen tuum: quoniam vt diligenter te, prius dilexisti eos. Augustino ibidem.



^a Irabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Os meum aperui & atraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam. Aspice in me, & miserere mei, ^b secundum iudicium diligentium nomen tuum. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: non dominetur mei omnis iniustitia. Redime me à calumniis hominum, vt custodiam mandata tua. Faciem tuam illumina super seruum tuū, & doce me iustificationes tuas. Exitus aquarum deduxerunt oculi, quia non custodierunt legem tuam.

S A D E.

^a Qui nihil potest velle nisi quod iustum, rectum & sanctum est: ex quo fit, vt hō possint esse nō iusta, & salutaria eandem, que nō his inuoluntate ferenda præcipiunt. Itaque incredibile dolore eos fecit, quod inimici mei verba tua despiciant, ac pro nihilo putent. Verba enim tua puriora sunt, aut, quod arifex sepe in igne purgavit. Flaminio, 1. 1. 1. 1.



^a Vstus es domine, & rectum iudicium tuum. Mandasti iustitiam testimonia tua, & veritatem tuam nimis. Tabescere me fecit zelus meus, quia oblitus sunt verba tua inimici mei. Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud. Adolescentulus sum ego & contemptus, iustificationes tuas non sum oblitus. Iustitia tua, iustitia in æternū, & lex tua veritas. Tribulatio & angustia inuenerunt me, mandata tua meditatio mea est. Æquitas testimonia tua in æternum, intellectum da mihi & viuam.

C O P H.

Clamaui

T **C**lamaui in toto corde : exaudi me domine , iustificationes tuas requiram . Clamaui ad te : saluum me fac , vt custodiam mandata tua . Præueni in maturitate] clamaui , & in verba tua super speraui . Præuenerunt oculi mei ² ad te diluculo ,] vt meditarer eloquia tua . Vocem meam audi secundum misericordiam tuam domine , & secundum iudicium tuum viuifica me . Appropinquauerunt persequentes me iniquitati , à lege autem tua longè facti sunt . Propè es tu domine , & omnes viæ tuæ veritas . Initio cognoui de testimoniis tuis , quia in æternum fundasti ea .

R E S .

V **I**de humilitatem meam & eripe me , quia legem tuam non sum oblitus . Iudica iudicium meum & redime me , propter eloquium tuum viuifica me . Longè à peccatoribus salus , quia iustificationes tuas non exquisierunt . ^b Misericordiæ tuæ multæ domine , secundum iudicium tuum viuifica me . Multi qui persequuntur me & tribulant me , & à testimoniis tuis non declinaui . Vidi præuaricantes & tabescebam , quia eloquia tua non custodierunt . Vide quoniam mandata tua dilexi domine , in misericordia tua viuifica me . Principium verborum tuorum veritas , in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ .

S I N .

X **P** **R**incipes persecuti sunt me gratis , & à verbis tuis formidauit cor meum . Labor ego super eloquia tua , sicut qui inuenit spolia multa . [†] Iniquitate odio habui & abominatus sum , legem autem tuam dilexi . [†] Septies in die laudem dixi tibi , super iudicia iustitiæ tuæ , pax multa diligentibus legem tuam , & non est illis scandalum . Expectabam salutare tuum domine , & mandata tua dilexi . ^b Custodiuit anima mea testimonia tua , & dilexit ea vehementer . Seruaui mandata tua & testimonia tua , quia omnes viæ meæ in conspectu tuo . *

T H A V .

Y **A**ppropinquet deprecatio mea in conspectu tuo domine , iuxta eloquium tuum da mihi intellectum . Intret postulatio mea in conspectu tuo , secundum eloquium tuum eripe me . Eructabunt labia mea hymnum , cum docueris me iustificationes tuas . Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum , qua omnia mandata tua æquitas . Fiat manus tua vt saluet me , quoniam mandata tua elegi . Concupiui salutare tuum domine , & lex tua meditatio mea est . Viuet anima mea & laudabit te , & iudicia tua adiuuabunt me . ^b Erraui sicut ouis quæ periit , quare seruum tuum , quia mandata tua non sum oblitus .

Alleluia.

Canticum graduum.

C X I X .

A **A** [†] Dominum cum tribularer clamaui , & exaudiuit me . Domine libera animam meam à labiis iniquis , & à lingua dolosa . Quid detur tibi , aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam ? Sagittæ potentis acutæ , cum carbonibus defolatoriis . [†] Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est , habitauit cum habitantibus Cedar : multum incola fuit anima mea . Cum his qui oderunt pacem , eram pacificus , cum loquebar illis impugnabant me gratis .

Canticum graduum.

C X X .

A **B** [†] Euauit oculos meos in montes , vnde veniet auxilium mihi ?] Auxilium meum à domino , qui fecit cælum & terram . Non det in commotionem pedem tuum , neque dormitet qui custodit te . [†] Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel . [†] Dominus custodit te , dominus protectio tua super manum dexteram tuam . Per diem sol non vret te , neque luna per noctem . Dominus [†] custodit] te ab omni malo , custodiat animam tuam dominus . Dominus custodiat introitum tuum , & exitum tuum , ex hoc nunc & vsque in seculum .

Canticum graduum.

C X X I

a. Hunc clamorē non corporeæ vocis , sed manū spiritualis esse sæpe memorauimus , per quem insit à deo exauditur , qui præcipue eorum pium affectū audit . iustificationes autem dicit nō seculi diuitias se exquirere , neque ad noscedas tantum , sed ad explendas eas . Alcu. ibid .
1. In immaturitate .
2. Ad diluculum .

a. Vide , inquit , afflictionē meā & ex huiusmodi me eripe calamitatibus : quia licet propter legem tuam affigerer , eius tamē oblitus nō sum , nec sustinui iniquum aliquid agere , aut odisse invidiosos meos . Euthy. ibid .
b. Tu autē miserationes multas sunt domine , cum nō exquirentes te requiritis , cum contemptores tuos exaudis : quia ergo illis misericordiam exhibes qui testimonia tua nō exquisierunt , quanto magis & mihi miserere qui à testimoniis tuis non declinaui . Amobius ibidem .

a. Terreni reges ecclesiam Christi gratis persecuti sunt , quia nullā causam persecutionis habuerunt , cum eos Christiani in nullo læderent , & ipsi Christianis negationem veritatis ipsi ex torquere non possent . Prosper ibidem .

b. Id est , illa testimonia que continent ad cultū patrię , quia sunt quedam iustificationes deitatis De Lyra ibidem .
* Domine .

a. Volare facit orationem bonam , & dat alas precibus spiritualibus , quibus sanctorum ad deum euehatur oratio . Sed & spiritus quo oramus , subleuat præcōsissimam si corde contrito cōpatiēti eam commendat affectus . Consummari autem virtus ista est confidentia . Ambro. ibid .
b. Quasi verō aliud anima nostra sit quā spiritus vadens , & non rediens , si sibi fuerit derelicta : audi profugam & deuiam , quid doleat & quid perat : Errat , inquit , sicut ouis quæ periit . Bernard . super Cantico . Ser . 84 .

a. Tres res in vno versiculo velociter explicat : angustia , preces , exauditio , quia nemo tribuatur , nisi qui in Christo piè viuere desiderat . Oportet ergo vt non vocem elatione , sed cordis humilitate proclamem ? ad dominū , si cupimus exaudiri . Hieronymus ibidem .

a. Montes possunt intelligi homines magni , homines elati . In illos itaque nisi leuaueris oculos per scripturas , non admoneris , vt ab illo illumineris . Si vis audire , vt firmissime ponas pedes in gradibus , ne in illa effusione , aut fatigetur , aut lapsus cadas . Aug . ibidem .
1. Meum .
2. Custodiat .

† 16. q. 7. cap. Ad Sum. 70. dist. cap. Presbyter.

† Ion. 2. c. Sup. 117. a

† 1. Par. 20. a

† 16. 5. g.

a. Isti sunt pedes quos deus lauit in spiritu, qui te docet que admodum eos inquinare non possis, dicens: Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Ierusalem. Vti que hic non corporis, sed animi intellige pedes. Quomodo enim terrenus homo in celo habere pedes. Ierusalem enim in celo est. Ambr. de virginibus, lib. 3.
b. Ista pax multipliciter intelligitur. Est & pax malorum, sed pax nostra ita nobis concordat, conquadrat, ita vndique lucet, ut eorum concordet, splendor possideat, totam claritatem obtineat, &c. Chry. to. 1. in expost. huius dicit. Fiat pax in virtute.

I† Etatus sum in iis quæ dicta sunt mihi, in domū domini ibimus. ^a Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Ierusalem. Ierusalē quæ ædificatur ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Illuc enim ascenderunt tribus, tribus domini, testimonium Israel, ad confitendū nomini domini. ^b Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid. Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem, & abundantia diligentibus te. ^b Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Propter fratres meos, & proximos meos, loquebar pacem de te. Propter domum domini dei nostri, quæ suū bona tibi.

Canticum graduum.

CX XII.

AD te leuavi oculos meos, qui habitas in cælis. Ecce sicut oculi seruorum, in manibus dominorum suorum. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec miserere nostri. ^a Miserere nostri domine, miserere nostri, quia ^b multū repleti sumus despectione. Quia multum repleta est anima nostra, opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

Canticum graduum.

CX XIII.

Isi ^a quia dominus erat in nobis dicat nunc Israel, nisi quia dominus erat in nobis. Cū exurgerent homines in nos, fortè viuos deglutissent nos. Cū irasceretur furor ¹ eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos: Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertansisset anima nostra aquam intolerabilem. ^a Benedictus dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. ^b Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. A diutorium nostrum in nomine domini, qui fecit cælum & terram.

Canticum graduum.

CX XIII.

Qui confidunt in domino sicut mons Sion, non commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem. Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc & vsque in seculum. ^a Quia non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum, ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Benefac domine bonis & rectis corde. Declinantes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem, pax super Israel.

Canticum graduum.

CX XV.

M ^a conuertendo dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati. Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis. Magnificauit dominus facere nobiscum, facti sumus lætantes. ^a Conuerte domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro. ^b Qui seminat in lacrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Canticum graduum.

CX XVI.

Nisi dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatē, frustra vigilat, qui custodit eam. Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquā sederitis, qui manducatis panem doloris. ^a Cū dederit dilectis suis somnum, ^b ecce hereditas domini, filij merces fructus ventris. Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum. Beatus ¹ vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis, non ² confundetur, cū loquetur inimicis suis in porta.

Canticum graduum.

CX XVII.

B ^a Eati omnes qui timent dominum, qui ambulant in viis eius. Labores ¹ manuum tuarū quia ² māducabis, beatus es & bene tibi erit. Vxor tua sicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ. ^a Filij tui sicut nouellæ oliuarū, in circuitu mensæ

a. Ille purè ac sincèrè deo confidit, qui perspecta rerum ceterarū imbecillitate, se ac omnia sua in deo ponit, quod nemo sine instinctu diuino facere potest: qui verò se tam altè extulit eum omnibus casibus humanis superiore esse necesse est, æque immobilem persistere. Flaminus ibidem.

a. Propheticus psalmus ad ascensionem pertinet gradus, quibus bene currentium crescit profectus. Sub appellatione vnius vrbis & populi, ea quæ de vniuersa ecclesia sunt, intelligenda significat. Prosper ibid.

b. Quorum tristitia conuertetur in gaudium, cū finito agone vite huius brauium vite perennis accipient. De quibus dicitur in psalmis: Qui seminat in lacrymis. Bedæ. Dom. ioh. b. i.

a. Vides quia vbi que domini virtus studis cooperatur humanis, ut nemo possit ædificare sine dno, nemo custodire sine domino, nemo quidquam incipere sine dno. Ambr. Luc. 1. lib. 2.

b. Hoc est, hereditas domini filij sunt, qui merces sunt fructus illius qui de Maria ventre processit. Ambr. Luc. 1. lib. 2.

c. Excussos, expeditos, & accintos ad præliū vocat. Ergo qui de filiis excussorum fixus in Christo est, non confundetur in die iudicij. Hierony. ibidem.

1. Implebit.

2. Confundetur est loquetur. Nihil valet si timeas & non diligas dominū, quia & demones cū timeant: sed beatus eius sic timeas dñm, ut ambules viis eius. Si enim ambulaueris in via eius, in fidem catholicam ibi laborem fructuum tuorū māducabis, carnem filij hominis, ut habens fidem manentem in te, beatus sis, & bene tibi sit. Ar nobis ibidem.

1. Fructuum tuorum.

A: † 2. 4. 9. 1. ep. Omnibus.

mentis tuae. b Ecce sic benedicetur homo, qui timet dominum: Benedicat tibi dominus ex Sion, & videas bona Ierusalem omnibus diebus vite tue. Et videas filios filiorum tuorum, pacem super Israel,

Canticum graduum.

CXXVIII.

A **S**ape expugnauerunt me a iuuentute mea, dicat nunc Israel. Sape expugnauerunt me a iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam.

B Dominus iustus concidet ceruices peccatorum, confundantur & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion. b Fiant sicut scenum tectorum, quod priusquam euellatur exaruit. De quo non impleuit manum suam qui metet, & sinum suum qui manipulos colliget. Et non dixerunt qui prateribant, benedictio domini super vos, benediximus vobis in nomine domini.

Canticum graduum.

CXXIX.

† Deprecatione. Voluit sent.

A **D**e profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam. Fiant aures tue intendentes, in vocem deprecationis meae. a Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est, & propter b legem tuam sustinui te domine. c Sustinuit anima mea in d verbo eius, sperauit anima mea in domino. A custodia matutina vsque ad noctem, e speret Israel in domino. Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israel, ex omnibus iniquitatibus eius.

Canticum graduum.

CXXX.

A **D**omine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Neque ambulauit in magnis, neque in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam. a Sicut ablatus est super matrem suam: ita retributio in anima mea. b] Speret Israel in domino, ex hoc nunc & vsque in seculum.

Canticum graduum.

CXXXI.

† Reg. 7. a

A **M**emento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Sicut iurauit domino, votum vouit deo Iacob. Si introiero in tabernaculum domus meae, si ascendero in lectum strati mei. Si dederero somnum oculis meis & palparibus meis dormitationem. Et requiem temporibus meis, donec inueniam locum domino, tabernaculum deo Iacob. b Ecce audiuimus eam in Ephrata, inuenimus eam in campis silue. c Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius. d Surge domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tue. Sacerdotes tui induantur iustitiam, & sancti tui exultent. e Propter Dauid seruum tuum, non auertas faciem Christi tui. f Iurauit dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum. g] De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea haec quae docebo eos. Et filij eorum vsque in seculum, sedebunt super sedem tuam. Quoniam elegit dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi. h Hae requies mea in seculum seculi, hic habitabo quoniam elegi eam. i Viduam] eius benedicens benedicam, pauperes eius saturabo panibus. k Sacerdotes eius induam salutari, & sancti eius in exultatione exultabunt. l Illuc producam cornu Dauid, parauit lucernam Christo meo. m Inimicos eius induam confusione, super ipsum autem efflorescit sanctificatio mea.

† Reg. 6. g

† Ado. 2. e. De iure iur. c. Et si Christus. Luc. 1. c. Ag. 2. c.

† 40. di. c. r. Luc. 1. g. Mal. c. 3. a. Luc. 1. b.

Canticum graduum.

CXXXII.

† 3. q. 1. c. Nul. l. 12. q. 1. c. 2. De soc. vnt. c. Viderur. Inf. 1. 4. a

A **B**ene quam bonum & quam iucundum,] habitare fratres a in vnum. Si b cut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Quod descendit in oram vestimenti eius, sicut ros Hermon qui descendit in montem] Sion, Quoniam illic mandauit dominus benedictionem, & vitam vsque in seculum.

Canticum graduum.

CXXXIII.

M

b. Sic commendabitur homo qui timet Dominum, & ei bona imprecabuntur: quia quilibet dicit ei bene dicit tibi ex tempore quod erat in monte Sion, ubi habent orationes & oblationes pro his qui timebat deum, & dabuntur diuina responsa. De Lyra]

a. Vox est ecclesiae sustinentis factos fratres, & in expro priora respiciens, & super ipsa exhortans exempla patrum inuincibiliter sustinere: quia olim expugnata ecclesia, & non nouiter, sed ab initio quo cepit esse. Alcuinus ibid.

b. Herbae quae nascuntur in terris propter sterilitatem solis, atque ad iustam magnitudinem perueniant, & fructum aliquem ferant, ardore solis exarascunt. Sic igitur impius de medio tolli, & immatura morte precatur extingui. Flaminius, ibid.

a. Cogitamus quod multis obnoxijimus peccatis, & terribilibus & incertis. Sed quid de occultis dico? Si manifestorum peccata a nobis exigat, quam habebimus veniam? Si in orationibus torporis discitias, vel in ieiuniis negligentiam? & quod ante ipsum constituit, non tantum ipsi impendimus honorem, quantum magistratibus militibus, nec quantum amicis amicis. Chrysostr. ad popul. Anthioche. homil. 22.

1. Nomen tuum.

2. Verbum tuum.

* Custodia matutina.

a. Optimus enim sacrificij deo cor contribulatum. Non ergo cor secundis rebus effundendum est, sed dei metu intra mansuetudinis sinus humilitate cohibendum. Hilarius ibid.

1. Ablatum super matrem suam, ita retribuos in animam meam.

a. Erat quidem ipse Dauid mansuetus, sicut eum iudicat arguit commendat scriptura diuina, & ita mansuetus, ut nec persecutori suo Sauli malo pro malo reddiderit. Seruauit autem erga eum tantam humilitatem, ut illi regem fateretur, se autem eum. Aug. ibi.

b. Ephrata ipsa est Bethlehe, ubi prima ecclesia est aedificata. In qua Christus natus est, & primo vixit. In hac & Rachel Iacob dilecta quiescit, quae typus gentis ecclesiae. Hier. ibid.

c. Hoc deo patri dictum est ab ecclesia supplicante, ut meminerit promissionum suarum in domo Dauid, ne omne Israeliticum genus pereat propter facinus impiorum, qui licet receperint & recipiant quod merentur, multa tamen ex ipsis militia iustificata sunt per fidem. Prosper ibidem.

1. Eam.

d. Significat se non amplius mutaturum locum, sed vates sanctus cum haec scriberet, oculis mentis extulit Sionem inuentam, id est, ecclesiam Christi, in qua deus sibi perpetuum collocauit domicilium. Flaminius ibid.

2. Venationem.

1. Nunc quid boni, aut quid iucundum, nisi.

a. Id est, in diuino timore vno eodemque consensu, ut sub eadem fide ac religione viuentes vnum ecclesiae corpus per consentaneas eadem confessiones membra faciamus, & c. Euseb. Emis. de eodem. Psal. 132. exhortatio. a. In montes, vel super montes.

a. Modò dicite omnes, quòd p-
uenistis in vni, qui fratres no-
minati sunt, aut ostendite, vnde
fratres estis? De vno inquit, pa-
tre Christo, & de vna matre ce-
lestia. Nunc ergo quia in vnum
conueneritis omnes, benedicite
dominum. Actio. ibid.



Ecce nunc benedicite domino, omnes serui domini. Qui statis in do-
mo domini, in atriis domus dei nostri. In noctibus extollite manus ve-
stras in sancta, & benedicite dominum. Benedicat te dominus ex Sion,
qui fecit cœlum & terram.

Alleluia.

CXXXIII.

a. Non incongruum aliquid fa-
citis lauando serui domini.
Et si semper fecerit tantum m-
do essetis, debetis laudare do-
minum, quanto magis debetis
laudare dominum serui, vt esse
mercamini & filij Aug ibid.



Audate nomen domini, laudate serui dominum. Qui statis in do-
mo domini, in atriis domus dei nostri. Laudate dominum quia bonus domi-
nus, psallite nomini eius quoniam suaue. Quoniam Iacob elegit sibi do-
minus, Israel in possessionem sibi. Quia ego cognoui quòd magnus est

b. Sola deo contentis omnia fa-
cere quæ velis. Sola enim perfe-
cta virtus in nullo impeditur
quo minus quod velis & faciat,
& ei ex quo omnia sunt, nihil
difficultatis occurrit. Hilarius
ibidem.

dominus, & deus noster præ omnibus diis. Omnia quæcunque voluit dominus fe-
cit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Educens nubes ab extremo ter-
ræ, fulgura in pluiam fecit. Qui producit ventos de thesauris suis, qui percussit pri-
mogenita Ægypti ab homine vsque ad pecus. Et misit signa & prodigia in medio

c. Nihil habent bonæ significa-
tionis eorum nomina, in quos
sua sum dominus effundit.
Nanç & Phare dispersionem,
& Ægyptiis afflictionem sonat.
Afflictio regem habet disipa-
tionem, quia illi qui affligunt
ecclesiam, dissipati affligunt, &
regi suo sua primam euerfione
famulantur. Prosper ibid.

tui Ægypte, in Pharaonem & in omnes seruos eius. Qui percussit gentes multas, &
occidit Reges fortes. Seon Regem Amorrhæorum, & Og Regem Basan, & omnia
regna Chanáan. Et dedit terram eorum hereditatem, hereditatē Israel populo suo.
Domine nomen tuum in æternum, domine memoriale tuum in generationem &
generationem. Quia iudicabit dominus populum suum, & in seruis suis deprecabitur.

d. Postquã laudibus Dei se ex-
pleuit idololorum cultores irri-
dendo redarguit: quia perfecta
laus veritatis est destruere fal-
tatem. Supra fuerunt eadem di-
cta, sed repetita. verendum
augent. Caliod.

Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent
& non loquentur, oculos habent & non videbunt. Aures habent & non audient,
neque enim est spiritus in ore ipsorum. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui
confidunt in eis. Domus Israel benedicite domino, domus Aaron benedicite domi-
no. Domus Leui benedicite domino, qui timeris dominum benedicite domino. Be-
nedictus dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem.

e. Reddit rationem propheta,
& loquitur quomodo idola omnia
sensibus careant. Et delectatur
dum in eorum accusatione at-
que reprehensione sermonem
suum magis extendit. Euthy-
mius ibid.

Alleluia.

Alleluia.

CXXXV.

a. Non potest perire confessio
eius, qui in isto seculo sua deli-
cta accusat. Inueniet sine dubio
pietate dei, qui suam ei confes-
sionem obulerit, si quotidie ac-
cipiat confessionem nostram,
quod iudicium nobis bonitatem
imparit. Et si nos in confitendo
non desiciamus, quomodo ille
in misserendo calcabit? Peccati-
mus, negare non possumus, ha-
bemus multa peccata, aliter il-
lis non carebimus, nisi quotidie
vt nobis dimittantur, dominum
exoremus. Amob.



Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericor-
dia eius. Confitemini deo deorum, quoniam in æternum misericordia
eius. Confitemini domino dominorum, quoniam in æternum misericor-
dia eius. Qui facit mirabilia magna solus, quoniam in æternum miseri-
cordia eius. Qui fecit cœlos in intellectu, quoniam in æternum misericordia eius.


b. Vniuersam igitur creaturam
non vtiq; deus, per aliquam
creaturam, sed solus fecit. Cuius
creaturæ quædam partes excel-
lentes commemorantur, ex
quibus vniuersa cogitarentur.
Intelligibiles cœlos & visibiles
terram. August. ibid.

Qui firmavit terrã super aquas, quoniam in. Qui fecit luminaria magna, quoniam
in. Solem in potestatem diei, quoniam in. Lunam & stellas in potestatem noctis,
quonia in æter. Qui percussit Ægyptũ cum primogenitis eorum, quonia in. Qui
eduxit Israel de medio eorum, quoniam in æternum misericordia eius. In manu po-
tenti & brachio excelso, quoniam in æternũ. Qui diuisit mare Rubrum in diuisiones,
quoniam in. Et eduxit Israel per medium eius, quoniam in æter. Et excussit Phara-
onem & virtutem Jæius in mari Rubro, quoniam in æter. Qui traduxit populum suum
per desertum, quoniam in æter. Qui percussit Reges magnos, quoniam in æternũ.

c. Tot regna euerfa sunt, tot re-
gno extitit sunt, & horum tan-
tum sit memoria? Et quidem
secundum gestorum fidem pau-
corum memoria ex pluribus,
sed hi tantum memorantur, in
quibus quauis res gesta co-
gnoscere, tamen per condi-
tiones virtutis que nomini
spiritualis in his esse conditio
subtecta. Hilaritis ibid.

Et occidit Reges fortes, quoniam in æter. Seon Regem Amorrhæorum, quonia in
æternum misericordia eius. Et Og Regem Basan, quoniam in æter. Et dedit terram
eorum hereditatem, quoniam in. Hereditatem Israel seruo suo, quoniam in æternũ.
Quia in humilitate nostra memor fuit nostri, quoniam in æter. Et redemit nos ab ini-
micis nostris, quoniam in æter. Qui dat escam omni carni, quoniam in æter. Confite-
mini deo cœli, quoniam in æternum misericordia eius. Confitemini domino domi-
norum, quoniam in æternum misericordia eius.

a. Captiu enim cum essent Iu-
dei in Babylone, extra ciuita-
tis mœnia con. morabantur, at-
que idco secus fluminum ripas
sepe numero incedentes, ptiat-
im inter se eam silentio lamē-
tabantur. Consilio autem diui-
no factum est vt postquam bo-
na illa desuperissent Iudæi, que
habebant in mœnibus, in ar-
decederent ab eis, vt rursus ad
eorum desiderium commoue-
rentur. Euthy. ibid.



Vper flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordare-
mur tui] Sion. In salicibus in medio eius, suspendimus organa nostra.
Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos, verba can-
tionum. Et qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis de canticis Siõ.
Quomodo

Alleluia.

CXXXVI.

fSup. 107.

fSup. 112.a
Sup. 112.a
De conf. d.
a. c. Omnia.
Iere. 10. c
Sup. 77. f
Sup. 104. e
Exod. 11. d

fIere. 10. b

fExo. 11. d

fNum. 2. e g

fIosia. a

fSup. 111. b. e
fSup. 115. d

fSup. 104. a
105. a. 106. a

fGene. 1. b

fGene. 1. b
fExod. 12. d
fExod. 13. d

fExod. 14. g

fNum. 21. e

fNum. 21.
fIosia. c

fDe conf. d.
dist. 1. c. Hi
duo.
De p. di. b.
c. In salicib.
31. q. 5. c. si
Paulus in b.

^b Quomodo cantabimus canticum domini, in terra aliena? [†] Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni detur dextera mea. Adhaereat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. [†] Si non proposuero tui Ierusalem, in principio laetitiae meae. ^c Memor est domine filiorum Edom, in die Ierusalem. Qui dicunt exinanite exinanite, vsq; ad fundamentum in ea. [†] Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis. [†] Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram.

Psalms David,

CXXXVII.

Confitebor tibi domine in toto corde meo, quoniam audisti verba oris mei. In conspectu angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. ^a Super misericordia tua & veritate tua, quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum. [†] In quacunque die inuocauero te, exaudi me, multiplicabis in anima mea virtutem. [†] Confiteantur tibi domine omnes reges terrae, quia audierunt verba oris tui. Et cantent in viis domini, quoniam magna est gloria domini. [†] Quoniam excelsus dominus & humilia respicit, & alta à longe cognoscit. Si ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me, & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua. Dominus retribuet pro me, domine misericordia tua in seculum, opera manuum tuarum ne despicias.

In finem, Psalmus David.

CXXXVIII.

Domine probasti me & cognouisti me, & tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam. Intellexisti cogitationes meas de longe, semitam meam & funiculum meum inuestigasti. Et omnes vias meas prauidisti, quia non est sermo in lingua mea. Ecce domine tu cognouisti omnia nouissima & antiqua, tu formasti me, & posuisti super me manum tuam. Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est & non potero ad eam. ^d Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? [†] Si ascendero in caelum, tu illic es, si descendero in infernum ades. Si sumptero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Et enim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Et dixi forsitan tenebrae cõculcabunt me, & nox illuminatio mea in delitiis meis. Quia tenebrae non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebrae eius, ita & lumen eius. Quia tu possedisti renes meos, suscepisti me de utero matris meae. [†] Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis. Non est occultatum os meum à te quod fecisti in occulto, & substantia mea in inferioribus terrae. [†] Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur, dies formabuntur & nemo in eis. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur, exurrexi & adhuc sum tecum. [†] Si occideris deus peccatores, viri sanguinum declinate à me. Quia dicitis in cogitatione, accipiant in vanitate ciuitates suas. [†] Nonne qui oderunt te domine oderant, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderant illos, inimici facti sunt mihi. Proba me deus & scito cor meum, interroga me & cognosce semitas meas. Et vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in vitam aeterna.

In finem, Psalmus David.

CXXXIX.

Ripeme domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me. Qui cogitauerunt iniquitates in corde, tota die constituebant praelia. Acuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum. Custodi me domine de manu peccatoris, & ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos, absconderunt superbi laqueum mihi. [†] Et funes extenderunt in laqueum, iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Dixi domino deus meus es tu, exaudi domine vocem deprecationis meae. Domine domine virtus salutis meae, obumbrasti super caput meum in die belli. Non tradas me domine à desiderio meo peccatori, cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur. [†] Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum operiet eos. Cadent super eos

M ij

cb. Cautendum est ne quis timens talibus displicere affecter amicitias eorum, & incipiat delectari in Babylonia. August. ibid.]

*Sicut. [c. Ponitur aduersantibus punitione, & primo Idumaeorum qui semper fuerunt Iudaeis molesti, sicut Esau à quo descendunt Idumaei, quarebat occidere Iacob, à quo descendunt Iudaei, vt Gene. 27. De Lyra.]

2. Eius. 3. Tuos. 1. Et in conspectu angelorum psallam tibi, quoniam audisti omnia verba oris mei. [a. Super misericordia tua qua mihi fecisti liberando me de persecutione Absalom, & dissectione excitata per Sibam.] b. Verbum vel filium tuum sanctum. *Velociter. 2. Me in anima meae virtute tua. c. Omnes finitimi reges excitantur ad celebrandum augustissimum nomen tuum cui audierint quam benigne, quamque prolixè mihi perloqueris, quae pro tua misericordia mihi promiseris. Flami. ibid.]

a. Dicit hoc ipse dominus Iesus Christus, dicit & domino patri. Non enim dicit eius pater eius, nisi quia dignatus est nasci secundum carnem pater est dei, dominus hominis. Aug. ibid. 1. Dolus. b. Diuina maiestas aliter electis suis, aliter adest reprobis. Adest enim reprobis potentia naturae incomprehensibilis, qua omnia cognoscit nouissima & antiqua, intelligit cogitationes à 16 ge. Beda. feria 2. Pascha. c. Hoc est, ex constitutione mea vel nostra. Damascen. li. 2. c. 10. d. Quomam fugis homo in terram. Sed dñi est terra, & plenitudo eius. Si ad infernum ades. Si in caelum, tu illic es. Si in mare, & illic inquit, tenebit me dextera tua. Sed tale est peccatum, quod ad ignorantiam multam nostram redigit animam. Chryso. de penitentia. homil. 1. e. In scriptura sacra nonnunquam lucis appellatione prosperitas, noctis autem nomine aduersitas huius mundi designatur. Vnde bene dicit propheta: Sicut tenebrae eius, ita & lumen eius: ac si aperit dicit. Sicut interioris nostrae fortitudinem, eius tristitia non premitur, ita hanc nec hinc da corrumpit. Grego. Moral. lib. 5. cap. 1.

2. Confortati sunt. 3. Contentiosi estis in cogitationibus. 4. Tuus. f. Perfecta in dominum dilectio est, non amare quod non amar, & ipsos inimicos dei sic odio habere, vt prauitas eorum odiosa sit potius quam natura: quia aliud est in illis quod ipsi faciunt, aliud quod creator instituit. Prosper. ibid. a. Quis hic psalmus? de Christo & proditore ac ceteris peccatoribus eius intelligatur, tam ad communem quoque omnium credentium precem pertinet. Omnes enim infidias quascunque nobis spirituales nequitie praetendit, maxime per homines agitantur: & occasiones virtutis nostrae aliene naturae peruerfiteas subministrat. In hunc nos iniquus exagitat, in anxietates aduersantium & insidiantium nobis terror impellit in libidine, facultas se in id praebetis loci inuitat. Hilarius ibi. 1. Serpentis. 2. Funes extenderunt laqueum pedibus meis.

† De po. di. 3. cap. in salicibus.

† De po. di. 3. In salicibus. 1. In 13. c.

† Supra 9. & 110. 3. Sup. 13. b.

† Sup. 101.

† De po. di. 1. c. Et venit. 1. Amos. 9.

† De confec. di. 4. c. Sicut in sacramentis

† Sup. 26. b.

† Rom. 3. b. Sup. 13. b.

b. Hoc est, incontinens, garrulus, nugax, immodestus, aut etiam contentiosus vir non prosperabitur: quinimo erretur, atque in præcepis deferetur. Euthymius ibidem.

carbones, in ignem deiicies eos, in miseris non subsistent. ^b Vir linguosus non dirigetur in terra, virum iniustum mala capient in interitu. Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum. Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cum vultu tuo.

Psalmus David.

CXL.

*Deprecationis.

a. Quoniam vir sanctus in exilium pulsus à Saule nõ poterat interesse sacrificiis, quæ habant in templo, loco thuris & hostiarum dedicatæ deo sanctas preces. Flaminius.

b. Hoc ergo populari propheta, ve omne quod loquitur, non sit otiosum, sed sanctum, & dignum deo. Hierony. ibid.

c. Praesta mihi correptionem tuam, ut sit iustus mihi imperator, cuius meus error corrigatur exemplo. Incomparabile donum dei est, quando nobis quiescentibus super faciem terræ, iustum ostenditur. Arnob.

d. Secus infernum dicit, nõ in inferno quis & si comunit forte moriatur, non tamen descendit in infernum, ut mali, sed vita æterna datur illis. Giofa ordina.]

1. Circum labia mea.
2. Sicut iustus mihi imperator, cuius meus error corrigatur exemplo.
3. Eorum.
4. Eorum.



Domine clamaui ad te, exaudi me, intende voci ^a meæ, cum clamauro ad te. ^a Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. ^b Pone domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ ¹ labiis meis.] [†] Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. [§] Cum hominibus operantibus iniquitatem, & non communicabo cum electis eorum. ^c Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, oleum ² autem peccatoris non impinguet caput meum. Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum, absorpti sunt iuncti petrae iudices eorum. Audient verba mea, quoniam ² potuerunt, sicut crassitudo terræ erupta est super terram. [§] Dissipata sunt ossa ³ nostra] ^d secus infernum, quia ad te domine, domine oculi mei, in te speraui, non auferas animam meam. Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem. Cadent in retiaculo ⁴ eius] peccatores, singulariter sum ego donec transeam.

Intellectus David, cum esset in spelunca orans.

CXLI.

a. Id est, secreto cordis quod solus deus audit, & videt, in quo cubiculo clauso iubetur orare ne penetrata nostra pateant secretis. Duo quippe sunt, quibus maxime hominis interiora pulsantur, amor scilicet, & timor: quibus geminis motibus, animus aut aperitur, aut clauditur: sed cum terrenum est, quod cupit aut timet, diabolo præbet introitum: cum autem quæ sursum sunt sapit, non quæ super terram, deus rapitur, & tentator excluditur. Prosper ibid.

b. Tenent me peccata mea, & iugum suum posuerunt super me per peccata mea, principes vitiorum & criminum. Tu libera me à persequentibus me, quoniam confortati sunt super me: & educ de carcere animam meam. Arnob. ibid.

c. Ita vocat speluncas & latebras, in quas se abdebat metu Saulis, mortuus vero seculi appellat eos, qui iam pridem mortem obierunt. Flami. ibid.

d. Lacum penalem inferorum locum scriptura commemorat, ut in his psalmis ait: Tu domine abstraxisti ab inferno animam meam, seruasti me à descendentibus in lacum. Ergo nisi facies dei, qui vti que Christus est, qui que sancto affuecit, exit illis similis qui poena inferni deputati è vltæ sine spe quietis receperint. Hilarius ibid.

*D omine.



Voce mea ad dominum clamaui, voce mea ad dominum deprecatus sum, ^a Effundo in conspectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuntio. In deficiendo ex me spiritum meum, & tu cognouisti semitas meas. In via hac qua ambulabam, [†] absconderunt laqueum mihi. Considerabam ad dexteram & videbam, & non erat qui cognosceret me. [§] Perii fuga à me, & non est qui requirat animam meam. Clamaui ad te domine, dixi, tu es spes mea, portio mea, in terra viuentium. Intende ad deprecationem meam quia humiliatus sum nimis. ^b Libera me à persequentibus me, quia confortati sunt super me. Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo, me expectant iusti, donec retribuas mihi.

Psalmus David, quando persequeretur eum filius suus.

CXLII.



Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam, ^a in veritate tua exaudi me in tua iustitia. ^b Et non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quia persecutus est inimicus animam meam, humiliavit in terra viam meam. ^c Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxius est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum. [§] Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis, in factus manuum tuarum meditabar. Expandi manus meas ad te, anima mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me domine, defecit spiritus meus. Non auertas faciem tuam à me, ^d & similis ero descendentibus in lacum. Audiam fac mihi mane misericordiam tuam, quia in te speraui. Notam fac mihi ^e viam in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam. [§] Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam, quia deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuum domine uiuificabis me in æquitate tua. Educas de tribulatione animam meam, & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animam meam, quoniam ego seruus tuus sum.

Psalmus David, aduersus Goliath.

CXLIII.

a. Laudandus deus est, qui manus & digitos meos in acie prosperat & in bello, & qui mihi tribuit ut hostes superet, & præclara huiuscemodi erigam trophæa. Euthy. ibid.



Benedictus dominus deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & ^a digitos meos ad bellum. Misericordia mea & refugium meum, susceptor meus & liberator meus. Protector meus, & in ipso speraui, qui subdit populum meum sub me. Domine quid est homo, quia innotuisti ei, aut filius hominis quia reputas eum? [†] Homo vanitati similis factus est, [†] dies eius sicut ymbra

† Eccl. 22. d. 16. q. 1. cap. Prædicator. De consuet. c. Quanto. De vlt. cap. Cum tu. De excessi. præla. c. Intere.

† Sup. 76. a

† Sup. 101. a. De per. di. a. c. iiii.

† Sup. 17. a. Sup. 8. a

† De per. di. a. cap. ii. † Job. 8. b

ymbra praterent. Domine inclina cœlos & tuos] & descende, ^b tange montes & fu-
^B migabunt. ^a Fulgura coruscationem & dissipabis eos, emitte sagittas tuas & contur-
 babis eos. Emitte manum tuam de alto, eripe me & libera me de aquis multis, & de
 manu filiorum alienorum. Quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorum, dex-
 tera iniquitatis. Deus canticum novum cantabo tibi, in psalterio decachordo psal-
 lam tibi. Qui das salutem regibus, qui redemisti David seruum tuum, ^c de gladio ma-
 ligno eripe me. Eterue me de manu filiorum alienorum quorum os locutum est va-
^C nitatem, & dextera eorum, dextera iniquitatis. ^a Quorum filij sicut novellæ ¹ planta-
 tiones, in iuventute sua. Filia eorum compositæ, circumornatæ vt similitudo tem-
 pli. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Oves erum fœtosæ abun-
 dantes in egressibus suis, boues eorum crassæ. Non est ruina maceris, neque trāsitus,
 neque clamor in platæis eorum. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt, beatus po-
 pulus cuius dominus deus eius.

b. Illud autem arbitror signifi-
 care quod omnium simulachro-
 rum cultus sit incendendus ac
 delendus: qui apud antiquos
 maximè in montibus frequen-
 tabatur, maximè etiam apud Iu-
 daeos, qui in omni monte excel-
 so ad imitationem cæterarum
 gentium simulachra colebant.
 Eusebius de demonstra. lib. 6.
 cap. 9.
 c. Non sufficit, vt de gladio di-
 ceret, nisi adderet & maligno.
 Quia est sine dubio & benigno,
 de quo dominus dicit: Non veni
 pacem mittere in terram, sed
 gladium. Malignus ergo est,
 qui separat à Christo, benignus
 qui abscindit à mudo. Prosper.
 ibidem.
 1. Plantatæ.

Laudatio ipsi David.

CXLIII.

†Sup. 47. a

^A **B**enignus tuus, & benedicam nomini tuo in seculum, &
 in seculum seculi. Per singulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen
 tuum in seculum, & in seculum seculi. Magnus dominus & laudabilis ni-
 mis, & magnitudinis eius non est finis. Generatio & generatio laudabit
 opera tua, & potentiam tuam pronuntiabunt. Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ
^B loquentur, & mirabilia tua narrabunt. ^a Et virtutem terribilium tuorum dicent: &
 magnitudinem tuam narrabunt. ^b Memoriam abundantis suauitatis tuæ eructabunt,
 & iustitia tua exultabunt. Misericors & misericors dominus, patiens & multum mi-
 sericors. Suavis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. ^c Cõ-
 fiteantur tibi domine omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi. Gloriam regni
 tui dicent, & potentiam tuam loquentur. ^a Vt notam faciant filiis hominum poten-
^C tiam tuam, & gloriam magnificentis regni tui. ^d Regnum tuum, regnum omnium se-
 culorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem. Fidelis dominus in
 omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. ^e Alleuat dominus omnes
 qui corruunt, & erigit omnes elisos. Oculi omnium in te sperant domine, & tu das es-
 cam illorum in tempore opportuno. ^f Aperis tu manum tuam, & imple omne animal
^D ¹ benedictione. ² Iustus dominus in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus
 suis. Propè est dominus omnibus inuocantibus eum, ³ omnibus inuocantibus eum in
 veritate. Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet: & sal-
 uos faciet eos. Custodit dominus omnes diligentes se, & omnes peccatores disper-
 det. Laudationem domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomini san-
 cto eius, in seculum, & in seculum seculi.

a. Multi dei per ea quæ in ope-
 ribus mundi ab eo initiunt, co-
 gnitioni nostræ sunt subiecta,
 magnificant: sed pauci sunt, qui
 regi sibi futurum valent crede-
 re: dum aut caram negant hu-
 manorum operum deo esse, aut
 ad consolandam eorum qui im-
 piè egerunt conscientiam præ-
 sumpta animi & corporis abo-
 litione, nolunt diuinum in bo-
 nes & malos constitutum esse
 iudicium. Hilarius ibid.
 b. Ipse per abundantem suaui-
 tatem suam prius memor no-
 stri est nos vocando gratia sua
 nos proueniendo. Augustin.
 c. David incitat fideles noui
 testamenti ad laudem Dei, di-
 cens: Confiteantur. i. laudent te
 secundum suum modum: quia
 & si irrationabilia & insensibi-
 lia non laudent Deum propriè
 eò quod eurent intellectu. De
 Lyra.]

Alleluia.

CXLV.

†Sup. 103. d

^A **B**enedicite dominum in seculo, & in seculo seculi. ^a Laudate dominum in
 vita mea, psallam deo
 meo quandiu ¹ fuero. ² Nolite confidere in principibus, neque in filiis homi-
 num in quibus non est salus. Exibit spiritus eius & reuertetur in terram suam,
 in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. ³ Beatus cuius deus Iacob ad-
 iutor eius, spes eius in domino deo ipsius, ⁴ qui fecit cœlum & terram, mare & omnia
 quæ in eis sunt. ⁵ Qui custodit veritatem in seculum, ⁶ facit iudicium iniuriam pati-
^B entibus, ⁷ dat escam esurientibus. Dominus soluit compeditos, dominus illuminat cæ-
 cos. Dominus erigit elisos, dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas, pupil-
 lum & viduam suscipiet, & vias peccatorum disperdet. Regnabit dominus in secula,
 deus tuus Sion, in generatione & generationem.

d. Quare si nullum est tempus
 quod in omnibus seculis non
 contineatur, & verbum in om-
 nibus seculis regnet, non erit
 certè tempus, quando filius non
 erit. Cyril. Thesau. contra here-
 tic. cap. 5.
 e. Nemo nisi dei gratia erigi-
 tur, nemo nisi illius gratia sabi-
 lilitur. Dei ergo voluntas est
 vt in bona voluntate maneat
 qui & prius quàm deserat,
 neminem deserit, & multos de-
 fertores saepe conuertit. Prop.
 Responso. ad obiectio. Vincen-
 tia. obiec. 7.
 f. Beneplacita, vel refectione.
 g. Inuocant quippe dominum in
 veritate, qui in hoc quod oran-
 do dicunt, viuendo non cõtra-
 dicunt. Inuocant dominum in ve-
 ritate, qui suas ei preces oblatu-
 ri, ipso iussa illius implere sa-
 rapunt: qui dicunt sunt et in o-
 ratione. Et dimite nobis debi-
 ta nostra, sicut & nos dimitti-
 mus debitoribus nostris. Beda
 in Lamentis.
 a. Laudat anima nostra dominum
 quando opera nostra in dei lau-
 dibus exercetur, & laudamus
 dum in vita nostra, id est, in mo-
 ribus nostris. Psallamus ergo
 deo nostro quandiu in isto cor-
 pore sumus, non confidentes in
 hominibus, qui hodie domina-
 tur, & eras sepelietur: quia exit
 ab eis spiritus, & reuertetur in
 terram de qua sumpti sunt, ex
 ipsa die pereunt cogitationes
 eorum. Anobius. ibid.
 1. Sum.
 2. Eius.
 3. Qui.
 4. Qui.
 5. Lucunda ac suavis reputetur
 laudatio nostra, atque ab eo be-
 nignè suscipiatur: hoc autem
 fit, quando qui deum laudat,
 vitam viuunt uirtute præditam.
 Euthymius. ibidem.

Alleluia.

CXLVI.

†Ago. 14. e
†Apo. 14. b
†23. q. 4. Infi.
delci.

^A **B**enedicite dominum in seculo, & in seculo seculi. ^a Laudate dominum in
 vita mea, psallam deo
 meo quandiu ¹ fuero. ² Nolite confidere in principibus, neque in filiis homi-
 num in quibus non est salus. Exibit spiritus eius & reuertetur in terram suam,
 in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. ³ Beatus cuius deus Iacob ad-
 iutor eius, spes eius in domino deo ipsius, ⁴ qui fecit cœlum & terram, mare & omnia
 quæ in eis sunt. ⁵ Qui custodit veritatem in seculum, ⁶ facit iudicium iniuriam pati-
^B entibus, ⁷ dat escam esurientibus. Dominus soluit compeditos, dominus illuminat cæ-
 cos. Dominus erigit elisos, dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas, pupil-
 lum & viduam suscipiet, & vias peccatorum disperdet. Regnabit dominus in secula,
 deus tuus Sion, in generatione & generationem.



b. Multa in terra magna sunt, & multarum naturarum magna sunt, & multarum naturarum magna virtus est, sed in comparationem dei nihil vere magni, nihil vere dicitur potens & in illo vera est magnitudo, & magna virtus. Vniuersa ergo excellentia habent limites suos: intra modum sibi positum natura quæque subsistit. Prosper. ibid. [c. Quia non presument de sua iustitia sed de deimisericordia, & ideo talibus semper datur victoria. De Lyra. ibid.]

Magnus dominus noster & magna virtus eius, & sapientia eius non est numerus. Suscipiens mansuetos dominus, humilians autem peccatores usque ad terram. Præcinite domino in confessione, psallite deo nostro in cithara. Qui operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiam. Qui producit in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibiis viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum est domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.

†Sup. 103. b

Alleluia.

Aggai & Zacharia.

CXLVII.

In Hebræo nullus est titulus, sed hic psalmus pendet à superiori.
a. Ierusalem visio pacis, non spe cula interpretatur. Vbiunque visio pacis est, ibi contemplatio dei, ibi laus dei fit. Laudat ergo ecclesia dominum, quando cœperit in illum credere, & habere pacem. Hierony. ibid.
[b. Id est, verbum euangelicum quod præcepit publicari per orbem terrarum per Apostolos aliosque discipulos Christi ad hoc missos. Mar. viii. Euntes in mundum vniuersum prædicare euangelium omni creatura. De Lyra. ibid.]



Laudate dominum, lauda deum tuum Sion. Quoniam confortauit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. Qui emittit eloquium suum terræ, velociter currit sermo eius. Qui dat niuem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit. Mittit cristallum suam sicut buccellas, ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Emitteret verbum suum & liquefaciet ea, flabit spiritus eius & fluent aquæ. Qui annuntiat xerbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.

Alleluia.

Aggai & Zacharia.

CLXVIII.

a. Cum veranque inuicem creaturam, & quæ factum est, & quæ inferne, sensibilem atque intelligibilem, cõspicuum atque in conspicuum, quæ supra cœlos est, atque sub cœlo, & ex veritate chorum constituit, nequaquam inuicem peccatoris. Chry. cum esset presbyter designatus, homil. 10.
b. Queramus in conditione vniuersæ fabricæ, quo seminario vsus sit ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt: itaque nulla obsequitur materia, substantia operis sola fuit potentia cõditio. Homil. 2.
c. Nihil enim tam videtur castus volui, quæ omnes iste procellose ac turbulente qualitates, quibus cœli huius interioris, quod non innumero etiam terræ nomine deputatum est, facies vertitur & variatur. Aug. de Genes. ad lit. lib. 5. cap. 22.



Laudate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum in omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum sol & luna, laudate eum omnes stellæ & lumen. Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini. Quia ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Statuit ea in seculum, & in seculum seculi, præceptum posuit & non præteribit. Laudate dominum de terra, dracones & omnes abyssi. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. Montes & omnes colles, ligna fructifera & omnes cedri. Bestiæ & vniuersa pecora, serpentes & volucres pennatæ. Reges terræ & omnes populi, principes & omnes iudices terræ. Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen pomini, quia exaltatum est nomen eius solius. Confessio eius super cœlum & terram, & exaltauit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis eius, filii Israel populo appropinquanti sibi.

† Daniel. 3. c. Sup. 32. b
† 135. q. 10. c. 1. De confec. dist. 2. c. Reuer. ca. Pa. nis.

Alleluia.

CLXIX.

a. Cantamus domino canticum nouum, quando in nouitate vite ambulamus in ecclesia sanctorum, & exemplo vite ac morum nostrorum adificationem dominice congregationi exhibemus lætantes non in gloria mundi, neque in diuitiis seculi, sed in eo qui nos fecit, dum nasceremur. Arnob. ibid.
z. Filij.
[b. Luxa historiam. Hebræorum victoriam prædicat, quando finitimas superarunt gentes, quæ templi & ciuitatis instaurationem impediabant. Ety. ibid.]



Antate domino canticum nouum, laus eius in ecclesia sanctorum. Læretur Israel in eo qui fecit eum, & filia Sion exultent in Rege suo. Laudent nomen eius in choro, in Tympano & psalterio psallant ei. Quia beneplacitum est domino in populo suo, & exaltabit mansuetos in salutem. Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. Exultationes dei in gutturo eorum, & gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Vt faciant in eis iudicium conscriptum, gloria hæc est omnibus sanctis eius.

† 10. dist. 2. Si quis dicitur conus.

Alleluia.

CL.

a. Vide, quo sine liber concluditur, & qua iustitia terminatur, agnosce. Habuit de gratiarum actione principium, & terminus de gratiarum actione sortitur. Ita enim decet, sic conuenit, debemus benedictione semper & operum & orationum principia sineque munire, Chrysol. in psal. 130.



Laudate dominum in sanctis eius, laudate eum in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius, laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in sono tubæ, laudate eum in psalterio & cithara. Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo. Laudate eum in cymbalis benefonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis, omnis spiritus laudet dominum.

† De reliq. vniuerso. in Cl.

Alleluia.

Finis Psalterij.

EPISTO.

EPISTOLA SANCTI HIERONYMI PRESBY-
teri ad Chromatium & Heliodorum Episcopos de libris
Salomonis.

Ungat Epistola quos iungit sacerdotium, imò charta non diuidat, quos Christi nectit amor. Commentarios in Hosee, Amos, & Zachariam, Malachiam quoque poscitis. Scripsissem, si licuisset præ valetudine. Mittitis solatia sumptuum, notarios nostros & librarios sustentatis, vt vobis potissimum nostrum desudet ingenium. Et ecce ex latere frequens turba diuersa poscentium, quasi aut æquum sit me vobis esurientibus, aliis laborare: aut in ratione dati & accepti, cuiquam, præter vos, obnoxius sim. Itaque longa ægrotatione fractus, ne penitus hoc anno reticerem, & apud vos mutus essem, tridui opus nomini vestro consecraui, interpretationem videlicet trium Salomonis voluminum: Misse, quod Hebræi Parabolæ, vulgata autem editio, Prouerbia vocat. Cobeletb, quem Græcè Ecclesiasten, Latine cōcionatorem possumus dicere. Sirbasirim, quod in lingua nostra vertitur, Canticum canticorum. Fertur & Panaretos Iesu filij Sirach liber, & alius Pseudepigraphus, qui Sapientia Salomonis inscribitur. Quorum priorè Hebraicum reperi, non Ecclesiasticum vt apud Latinos, sed Parabolæ prænotatum. Cui iuncti erant Ecclesiastes, & Canticum canticorum: vt similitudinem Salomonis non solum numero librorum, sed etiã materiarum genere coequaret. Secundus apud Hebræos nusquam est: quin & ipse stylus Græcam eloquentiam redolet: & nonnulli scriptorum veterum, hunc esse Iudæi Philonis affirmant. Sicut ergo Iudith, & Thobia, & Machabæorum libros legit quidem Ecclesia, sed eos inter canonicas scripturas non recipit: sic & hæc duo volumina legat ad adificationem plebis: non ad authoritatem Ecclesiasticorum dogmatum confirmandam. Si cui sanè Septuaginta interpretum magis editio placet, habet eam à nobis olim emendatam. Neque enim noua sic cudimus, vt vetera destruamus: Et tamen cum diligentissimè legerit, sciat magis nostra scripta intelligi, quæ non in tertium vas transfusa coacuerint, sed statim de prælo purissimè commendata testæ, suum saporem serauerint.

Incipit Liber Prouerbiorum.

Qui Hebraicè dicitur מִשְׁלֵי misse plurale, cuius singulare מִשְׁלַּי misal, prouerbium, similitudo: Græcè μετεπιμῆσαι, parœmiæ, vel parabola, μετὰ βολὰς.

Sapientia patris in sui affectum filium inuitat, vias peccatorum sequi prohibet, ad suum hortatur amplexum, & contemptoribus suis comminatur exitium.

Caput I.



Parabolæ Salomonis, filij David regis Israel: ad sciendam sapientiam & disciplinam, ad intelligenda verba prudentiæ, & suscipiendâ eruditionem doctrinæ, iustitiæ, & iudiciû, & æquitatem: [Vt detur paruulis astutia, & adolescenti scientia, & intellectus. Audiens sapiens, sapientior erit:] & intelligēs, gubernacula possidebit. Animaduertet parabolam & interpretationem, verba sapientum, & ænigmata eorû. Timor domini, principium sapientiæ. Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt. Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.

B vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Fili mi, si te lactauerint peccatores ne acquiescas eis. Si dixerint: veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra, deglutiamus eum sicut infernus viuentem, & integrum, quali descendentem in lacum: omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spoliis, forte mitte nobiscum, marsupium sit vnum omnium nostrum: fili mi ne ambules cum eis. Prohibe pedem tuum a semitis eorû. Pedes enim illorum

a. Sicut prouerbia quasi rudis institutio ad duodecim tribus Israel pertinent, & quomodo contemptus mundi non nisi metropolitibus conuenit, hoc est habitatoribus Ierusalem. Hierony. in 1. cap. Ecclesiast.
b. Abstrusiores sacre scripture sententias, quibus ad perfectiora proficiant, quas fortiter intelligere curent. Idem in primâ cap. Prouerb.
c. Simplicibus, & qui sunt facilius deceptibiles, & in malum propensiores: quibus astutia necessaria est, ne fraudibus falsorum argumentorum abducantur à veritate. Beda ibidem.
d. Fundamentum veræ & præcipue scientiæ est timor domini. Vbi enim est timor, illic & mandatorum obseruatio. vbi autem obseruatio mandatorum, ibi & munditia, ibi & splendor. Euseb. in psal. 110.
e. Motum formationem.
f. Hoc sunt enim.
g. Ad malum blandientes insinauerint. Habent ergo & lac & oleum peccatorum, sicut quidam, sed venenosum, sed mortiferum. Bernardus. Episto. 78.
h. Nos.
i. Tuam.
k. In via.

† Psal. 118. b
Psal. 110. d
Eccle. 1. b
Infr. 9. c

† Infr. 6. c
Ila. 59. b

† Infr. 6. c
Ila. 46. b

5. Expanditur.

- g. Cuiuscunque quod habet alas. Facile enim linguos qui in terra tenduntur calces, qui penitus virtutum subuectis, euerfionem habet in caelis. Hiero. ibid.
- 6. In ingressu portarum, & in ciuitate verba sua predicat.
- h. Simpliciter sensu cordiores, qui infantia & simplicitatem & ignorantiam complectendo diligitis. Idem, ibidem.
- 7. Respicite.
- 8. Faciam vos scire.
- 9. Vocauit vos per sapientes & prophetas & tenuit & contemnedo eorum monitiones. Glos. ordina.
- 10. Irritatis.
- 11. Ingressit angustia vestra. Cum venerit quasi visitas, id quod metuistis.
- 12. Obsidionem Ierusalem subitam & expugnationem totius provincie per Romanos facta dicitur de qua Luc. 19. Videns Iesus ciuitatem fleuit super illa. Glos. ordina.
- 13. Querent.
- 14. Elegent.
- 15. Id est, secundum opera sua mala punientur. De Lyra. ibi.
- 16. Ad inuentionibus suis.
- 17. Otium ignaorum.
- 18. Id est, terrena prosperitas impiorum qua in presentis seculo consequuntur diuitias, delicias, & honores, erit causa perditionis eorum perpetuae in futuro. Dionis. Carthusia. ibid.
- 19. Tutus erit a pauore mali.

ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem. Frustra autem iacitur] rete ante oculos pennatorum. Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, & moluntur fraudes contra animas suas. Sic semite omnis auari, animas possidentium rapiunt. Sapientia foris predicat, in plateis dat vocem suam: In capite turbarum clamat, in foribus portarum vrbis profert verba sua, & dicens:] Viquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea qua sibi sunt noxia, cupient, & imprudentes odibunt scientiam? Conuertimini] ad correptionem meam. En proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis] verba mea. Quia vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret? Despexistis] omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis: Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subfannabo, cum vobis id quod timebatis, aduenerit. Cum irruerit repentina calamitas,] & interitus quasi tempesta ingruerit, quando venerit super vos tribulatio & angustia. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: mane] consurgent, & non inuenient me: eo quod exosam habuerint disciplinam, & timorem domini non susceperint,] nec acquirerint consilio meo, & detraherint vniuersa correptioni mea. Comedent igitur fructus viae suae, & suisque consiliis] saturabuntur. Aduersio paruulorum] interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet eos. Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, & abundantia perfruetur, timore malorum sublato.

† Infr. 8. a. 16. 6. b.

† Infr. 16. b. 16. 7. c.

Sapientia acquisitio quanta bona conferat, & quanta mala fugiat: cum qua dei dona veniunt, & sine qua vbique erratur. III.

- a. Abscondit mandata dei penes se, qui haec audiens sollicito in corde recondit, iuxta illud qui altum corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Beda ibid.
- 1. Ad intelligentiam.
- 2. h. Dederit vocem tuam. Hoc est, si clamaueris pro ea, & postulaueris a deo.
- 3. Inuestigaueris eam.
- 4. Nolle timorem domini est, nosse voluntatem eius erga peccatores.
- 5. Absconder peccatoribus.
- 6. Suorum.
- 7. Quid sit virtus iustitiae scies, non in nuda & informi noticia, sed cognitione formata: res quod iustus eris, & per conuersionem iustitiae mens, bene de ipsa iustitia iudicans. Dionis. Carthus. ibid.
- 8. Omni luce destituuntur.
- 9. Ad sciendum malum.
- 10. In peruersitatibus malitiae.
- 11. Matrem suam primam.
- 12. Ad mortuos.
- 13. Potest per hanc mulierem hereticorum congregatio intelligi qua mollit verba eloquentiae suae, & vana arque carnalia pollicetur: ad quam qui introiit, vix rediit, cum dicit Apostolus Hareticum hominem post vitam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est ad Titum 3. Diony. ibi.
- 14. Quapropter.
- 15. Prauaricatores.
- 16. Longitudinem dierum non per longos dies intelligimus, sed per multos: sic & breuiati dies: non breues dies, sed pauci intellegendi sunt. Chryso. in Matth. 24. c. c. homil. 49.
- 17. Ab ore tuo nunquam absit veritas dicendi nunquam ab opere proximo misericordia impendenda. Sic enim si ve & re Dei semper profertur misericordia & veritas. Misericordia que delet peccata. Veritas vero que compleat promissa. Glos. ordina.
- 18. Agnoscere.
- 19. Quoniam palma fomenta recipit homo per vmbilicem: principio igitur sano caetera sana erunt.
- 20. In omnibus bonis nostris dei beneficia agnoscamus.

Rlli, si susceperis sermones meos, & mandata mea absconderis penes te, vt audiat sapientiam auris tua: inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam.] Si enim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum] prudentiae, si quaesieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam:] tunc intelliges timorem domini, & scientiam dei inuenies: quia dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia & scientia. Custodiet rectorum] salutem, & proteget gradientes simpliciter, seruans semitas iustitiae, & vias sanctorum] custodiens. Tunc intelliges iustitiam, & iudicium, & aequitatem, & omnem semitam bonam. Si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia animae tuae placuerit, consilium custodiet te, & prudentia seruabit te, vt eruaris a via mala, & ab homine qui peruersa loquitur. Qui relinquunt iter rectum: & ambulat per vias tenebrosas. Qui letantur] cum male fecerint,] & exultant in rebus pessimis: Quorum viae peruersae sunt, & infames gressus eorum:] Vt eruaris a muliere aliena, & ab extranea qua mollit sermones suos, & relinquit] duccem pubertatis suae, & pacti dei sui oblita est. Inclinata est enim ad mortem domus eius, & ad inferos] semitae ipsius. Omnes qui ingrediuntur] ad eam, non reuertentur, nec apprehendent semitas vitae.] Vt] ambules in via bona, & calles iustorum custodias. Qui enim recti sunt, & habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea. Impij vero de terra perdentur, & qui inique agunt, auferentur ex ea.

† Infr. 7. a.

† Job. 1. d.

Suscepta sapientia moribus pietatis in deum & proximum impletur, quos imitetur quis, & quos vitet persuadens. III.

Hlli mi, ne obliuiscaris legis meae, & praecpta mea cor tuum custodiat. Longitudinem enim dierum, & annos vitae, & pacem apponent tibi.] Misericordia & veritas te non deserant. Circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui, & inuenies gratiam & disciplinam bonam coram deo & hominibus. Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiae tuae.] In omnibus viis tuis] cogita illum, & ipse diriget gressus tuos.] Ne sis sapiens apud te ipsum. Time deum, & recede a malo. Sanitas quippe erit] vmbilico tuo, & irrigatio ossium tuorum,] Honora dominum de tua substantia, & de primitiis

† Deut. 32. a. & 30. d.

† De consili. Ne innitaris. † Rom. 12. d. † Tob. 4. b. † Luc. 14. c. † 1. q. 1. Non est

primitiis omnium frugum tuorum — da pauperibus :] & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt. [†] Disciplinā domini, fili mi, ne abiicias, nec ^f deficias cūm ab eo corripieris. [†] Quem enim diligit dominus, corripit : & quasi pater in filio complacet sibi. Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. Melior est [†] acquisitio] eius negotiatione ³ auri & argenti, primi & purissimi] fructus eius. Pretiosior est [†] cunctis opibus,] & omnia quæ desiderantur, huic nō valent comparari. Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Viæ eius, viæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ. [§] Lignum vitæ est iis qui apprehenderint eam : & qui tenuerit eam, beatus. ^h Dominus sapientia fundauit terram, stabiliuit coelos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyssi, & ^{si} nubes rore concrefcunt.] Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis. Custodi legem meam atque consilium meum, & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. ^k Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget. Si dormieris, nō timebis : quiesces, & suauis erit somnus tuus. [†] Ne paucas] repentino terrore, ⁷ & irruentes tibi potentias impiorū.] Dominus enim erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum, ne capiaris. [§] Noli prohibere ⁸ benefacere eum qui potest : si uales, & ipse benefac.] Ne dicas amico tuo : vade & reuere, & cras dabo tibi, cūm statim possis dare. [†] Ne moliaris amico tuo malum, cūm ille in te habeat fiduciam. Non contendas aduersus hominem frustra, cūm ipse tibi nihil mali fecerit. [†] Ne æmuleris hominē iniustum, nec [†] imiteris] vias eius : quia abominatio est domini omnis [†] illu sor,] & cūm simplicibus sermocinatio eius. [†] Egestas à domino,] in domo impij, habitacula autem iustorū benedicuntur. Ipse deludet illu fores, & mansuetis dabit gratiam. Gloriam sapientes possidebunt : stultorum exultatio ignominia.

Sapientia hominum corda, & gressum ornans : fructum & viam suam suadens, impiorum semitam dissuadet.

1111.

Audite filij disciplinam patris, & attendite, vt sciatis prudentiam. [†] Donum bonum tribuam] vobis, legem meam ne derelinquatis. [†] Nā & ego filius fui patris mei, tenellus, & vnigenitus coram matre mea : & docebat me, atque dicebat : Suscipiat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, & viues. Posside prudentiam. Ne obliuiscaris, neque declines à verbis oris mei. Ne dimittas eam, & custodiet te : dilige eam, & conseruabit te. Principium sapientiæ, posside sapientiam, & in omni possessione tua acquire prudentiam. [§] Arripe] illam & exaltabit te, glorificaberis ab ea, cūm eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmēta gratiarum, & corona inclyta proteget te. Audi fili mi, & suscipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ. Viam sapientiæ monstrabo tibi, & ducam te per semitas æquitatis : quas cūm ingressus fueris, non artabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. [†] Tene] disciplinam, ne dimittas eam. Custodi illam, quia illa est via tua. [†] Ne delecteris in semitis] impiorum, nec [†] tibi placeat] malorum via. Fuge ab ea, nec transeas per illam, declina & desere eam. [§] Non enim dormiunt, nisi — cūm] malefecerint : & non rapitur somnus ab eis, nisi [†] supplantauerint.] Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt. [†] Iustorum autem [†] semita, quasi lux splendens, procedit, & ⁷ crescit] vsque [†] ad perfectam diem. Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruant. Fili mi, auacula sermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam. Ne recedant ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui. Vita enim sunt inuenientibus ea, & vniuersæ carni [†] sanitas. [§] f Omni custodia serua cor tuum : quia ex ipso vita procedit. Remoue à te ³ os prauum,] & detrahentia labia sint procul à te. Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ [†] præcedant gressus tuos. Dirige semitas pedibus tuis, & omnes viæ tuæ stabilientur. Ne declines ^h ad dexteram, neque ad sinistram. Auerte pedem tuum à malo. — Vias enim quæ à dextris sunt, nouit dominus : peruersæ verò sunt, quæ sunt à sinistris. Ipse enim rectos faciet gressus tuos, itinera autem tua in pace producet.]

1. Sunc qui in prospera seruiscunt domino, in aduersis recedunt. Vnde sapientia quem in prosperis viuere docuit, etiam ne in correctione deficiat, hortatur. Glosa ordi. ibid.]
 2. In omnibus afflictionibus de recordemur nos vocare ad penitentiam.
 3. Negotio.
 4. Argento & auro melior est. [g. Quia nullam opus hominis bonum est, nisi virtute prudentiæ dirigatur. Et purissimi, quia bona spiritalia non habent a liquidum malum admixtum. De Lya.]
 5. Margaritis.
 6. Quoniam verbo domini celi firmati sunt.
 7. Aethera stillant rorem. I. Istæ enim omnia ad hominem interiorum referuntur. Basilii in Psal. 33.
 8. In bona conuersatione proficiet confidens & proficiendo cõfides in domino. Conscientia quoque bonam habendo, est via bonæ spei. Diony. Carr.]
 9. Non paucis.
 10. Nec desolationem impiorum cum ingruent.
 11. Bonum ab his qui opus habent, cum manu tuæ facultas fuerit ad faciendum. [I. Hoc enim est pessimum. Nullatenim pestis grauior ad nocendum quam familiaris inimicus De Lya.]
 12. Cave imiteris vias hominis qui ex rapinis & viciis ditatur.
 13. Eligas.
 14. Peruersus.
 15. Maledictio domini est. Iuxta exempli purpurati diuitis, qui & in hac vita spiritalibus egobat bonis, & in futura ad tantam penitentiam inopiam vt de digito Lazari quondam pauperis vitam aquæ guttam requireret, nec mereret accipere. Hieron. ibidem.

a. Doctrinam bonæ in lege Moisaica.
 1. Dedi,
 b. Salomon potest dici in personâ Christi loqui, vt ipse qui fuit vnigenitus naturalisque patris filius, & vnigenitus virginis, quem secundum naturam assumptam pater instruxit plenissime in mentis : quæque tenellis corpore, & optime complexionis, ex purissimis virginis sanguinibus genitus. Diony. ibid.
 c. Hoc est, omnia quæ possides terrena cõtemne, dummodo sapientiam percipias : quod ipse fecit Salomon, dum data sibi optione amorem sapientiæ cunctis proposuit rebus. Hiero. ibi.
 2. Exalta.
 d. Nihil est quod tibi scandalum pariat, quod adve discrimen affert.
 3. Apprehende.
 4. Non ingrediaris semitam.
 5. Ambula ueris in.
 6. Impingere fecerunt.
 * Epim.
 7. Lucet.
 e. Meridiem.
 * Sua.
 f. Est autem vigilia super cor, cui sane omnem iam custodiã exhibere sapiens monet, aimiram quia ex ipso vita procedit. Quam custodiam constare arbitror specialiter in duobus : vt delicta super affectionum pariter & cogitationum suarū greges mens sollicita vigilanter intendat. Bernard. de triplici euasione, manus, lingua, & cordis.
 8. Oris prauitatem.
 f. Dicitur.
 g. Ad prosperitatem vel aduersitatem impiorum, vt à via deflecinamus.

† Heb. 12. d
 † 1. q. 4. cap.
 Ea vindicta.
 De parte, cap.
 non. h. c. Cū in
 iuuatur.
 Heo. 12. b
 Apoc. 1. d

† Psal. 6. a. b

† De verbo.
 signi. Nam &
 ego.

† 1. q. 1. Nulli.
 De par. di. 2.
 c. Non reuertatur.

Cauendo sibi à meretrice, fugienda est prodiga: & propria est uxori adherendum. V.

a. Haecenus castigauerat audito sem generaliter, hinc sub specie meretricis ab haereticorum nequitia prohibet. Beda ibidem. b. Cum in ore haereticorum dulcedo eloquentig, no ad sufficientiam solummodo, verum etiam ad superfluitate resonat. Er ob id fallitas, quia apud profertur nitur, veritas à stultis estimatur. Hierony. ibid. vel Beda. 1. Extraneus. 2. Viam vite forte ponderabis. c. Et Apost. i. Cor. 6. d. ait fugite fornicationem: quia nimirum primum huius vitij remedium est longe ab eis fieri, quod ipsa praesentia vel allicit vel cooperetur ad vitium Sed & ab haereticorum auditu prorsus segregari in firmis auditoribus prodest Hierony. ibid. *Tui.

d. Parum absuit quin omnem abstergerim pudorem, & in omne lapsus fuerim vitium. *De medio. 3. Aquarum riuall.

4. Amor eius inebriet. 5. Erras fili mi in aliena. c. Non se putent adulteri tenebris noctis ac parietum obtegit non haeretic sua molimina posse celari, quia tenebrae non obscurabuntur à domino, sed nos sicut dies illuminabuntur. Beda post Hieronymum. ibidem. 6. Non auduit.



Nlli mi, attende sapientiam meam, & prudentiae meae inclina aurem tuam: vt custodias cogitationes, & disciplinam labia tua conferuent. ^b Ne intenderis fallaciae mulieris.] Fauus enim distillans labia meretricis,] & nitidius oleo guttur eius. Nouissima autem illius amara quasi absinthium, & lingua eius] acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus eius penetrant. ² Per semitam vitae non ambulant,] vagi sunt gressus eius & inuestigabiles. ³ Nunc ergo fili mi, audi me, & ne recedas à verbis oris mei. ^c Lōge fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. ^d Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. Ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouissimis, * quando consumpseris carnes tuas & corpus tuum, & dicas: Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum? Nec audiui vocem docentium me, & magistris non inclinaui aurem meam? ^d Penè fui in omni malo, in medio Ecclesiae & Synagoga. Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta * putei tui. Deriuentur fontes tui foras, & in platéis ³ aquas tuas diuide.] Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adolescentiae tuae. Cerua charissima, & gratissimus hinulus. ⁴ Vbera eius inebrient] te omni tempore, & in amore eius delectare iugiter. ⁵ Quare seduceris fili mi ab aliena,] & foueris in sinu alterius? [†] Respicit dominus ^d vias hominis, & omnes gressus eius considerat. Iniquitates suae capiunt impium, & finibus peccatorum suorum constringitur. Ipse morietur, quia ⁶ non habuit] disciplinam, & in multitudine stultitiae suae decipietur.

Pigrum excitando ad laborem, scismaticum, adulterum & haereticum arguit, eorumque fraudes eludit. VI.



Nlli mi, si sponderis pro amico] tuo, defixisti apud extraneum manum tuam. Illaqueatus es verbis oris tui, & captus ² propriis sermonibus. Fac ergo quod dico, fili mi, & temetipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, ³ festina, suscita] amicicum tuum. Ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebrae tuae. Eruerè quasi damula de manu, & quasi auis de insidiis aucupis. [†] ^b Vade ad formicam o piger, & considera vias eius, & disce sapientiam. Quae cum non habeat ducem, nec preceptorem, nec principem, parat in aestate cibum sibi & congregat in messe quod comedat. [†] Vsq̄ue quo piger dormies? Quando confurges è somno tuo? ⁵ Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum ⁶ conferes manus tuas] vt dormias: & veniet tibi quasi viator egestas, & pauperes quasi vir armatus. ⁷ Si verò impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & egestas longe fugiet à te.] Homo apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, ⁴ prauo corde machinatur malum, & omni tempore] iurgia seminat. [†] Huic] extemplo veniet perditio sua, & subito conteretur, ⁶ nec habebit vltra medicinam. ^d Sex sunt quae odit dominus, & septimū detestatur anima eius. Oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, ⁵ pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia, testem fallacem, & eum qui seminat inter fratres discordias. ⁶ Conserua fili mi precepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuae: liga eam in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo. Cum ambulaueris, ⁷ gradientur tecum:] cum dormieris, ⁸ custodiant te,] & euigilans ⁹ loquere cum eis.] Quia mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitae increpatione disciplinae, vt custodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extraneae. Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius. ¹⁰ ^f Pretium enim scorti vix est vnus panis:] mulier autem viti pretiosam animam [†] capit.] ^g Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta

a. Non dehortatur que apiam à sponione eam sit opus misericordiae, sed suadet ei qui spondit pro amico, vt ipsum amicum sollicitus admoneret, quatenus reddita pecunia quae debet creditori, & se & ipsum liberet. Hieronymus ibid.

2. Oris tui. 3. Humiliare & magnifica. b. Hoc spiritualiter intelligendū vt quemadmodū illa aestate colligit vnde hyme paschatur sic vnusquisque Christianus in eorum tranquillitate quam significat aestas, colligat verbum dei, vt in aduersitate & tribulationibus, quae hycis nomine significatur, habeat vnde spiritualiter viuat. Aug. contra Adimantum Manich. c. 24. c. Complicabis manus more pigritantium in lecto.

4. Peruersas cogitationes habet in corde suo, machinatur malū omni tempore, &c. 5. Ideo. 6. Nec vltra erit illi sanitas. d. Enumerat sex capitalia crimina, quae tamen comparatione discordiam seminantis, quasi minorā deponit: quia malus est facinus. Illud quo vnitas & fraternitas eorum per spiritum sancti gratiam est coepta, dissipatur. Glosa ordinaria. e. Nunc sub adultera mulieris specie prohibet ab auditione haereticos. ibid. 7. Duceat te. 8. Custodiet te. 9. Loquetur tecum. 10. f. Propter scortum etenim manducabit vltimū ad frustum panis. Hoc est, scortator in tantam redigitur inopiam vt panem priuetur, nec solo, verum etiam animam suā venalem exponat. 11. Venatur.

† 17. dist. cap. Nōna.

† Job. 14 c.

† De renuntia. cap. Nisi. cum 6. Verū. infra. 17. c.

† Infra. 30. d.

† Infra. 24. d. Sup. 1. b.

menta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, & non comburantur plantæ eius? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus, cum tetigerit eam. Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit. Furatur enim ut esurientem impleat animam. Deprehensus quoque reddet septuplum, & omnem substantiam domus sue tradet, & liberabit se. Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam. Turpitudinem & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non delebitur. Quia zelus & furor viri non parcat in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima.

1. Imo immundissimus fit ita peccando, quantum corporalis natura sua superfluitate purgetur. Quomodo modum ferret de Bethsabee. Dormiit David cum ea, statimque sanctificata est ab immundicia sua. Diony. Carli. Non spernunt furem quando furatur ut impleat animam suam si esurierit. Et deficit corda. Qui facit illud.

Absque sapientia verbis & præceptis adolescentes facile muliercularum blandimentis irretuntur. VII.

Alli mi, custodi sermones meos & præcepta mea reconde tibi. Fili honora dominum, & valebis: præter eum verò, ne timueris alienum. Serua mandata mea, & viues: & legem meam quasi pupillam oculi tui. Liga eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui. Dic sapientiæ: soror mea es, & prudentiam voca amicam tuam. Ut custodiat te à muliere extranea, & ab aliena quæ verba sua dulcia facit. De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi iuuenem: & video paruulos. Considero vecordem iuuenem, qui transit per plateas iuxta angulum: & prope viam domus illius graditur in obscuro, ad uesperascente die, in noctis tenebris, & caligine. Et ecce occurrit illi mulier in ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas. Garrula & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis. Nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. Apprehensumque deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, dicens: Victimam pro salute deuoui, hodie reddidi vota mea. Idcirco egressa sum in occursum tuum desiderans te videre, & reperi. Intexui funibus lectulum meum, strauitapetibus pictis ex Ægypto, aspersi cubile meum myrrha & aloe, & cinnamomo. Veni, inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies. Non est enim vir in domo sua, abiit via longissima. Sacculum pecuniæ secum tulit, in die plenæ lune reuerfus est in domum suam. Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum. Statim eam sequitur, quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuens, & ignorans quod ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius: velut si auis festinet ad laqueum, & nescit quod de periculo animæ illius agitur. Nunc ergo fili mi audi me, & attende verbis oris mei. Ne abstrahatur in viis illius mens tua, neque decipiaris semitis eius. Multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea. Viæ inferi domus eius, penetrantes interiora mortis.

a. Reconde ad utilitatem tuam, ut impleas ea. Scienti enim bonum & non facienti, peccatum est illi. Diony. ibidem.
1. Oculorum tuorum.
2. Sapientiam ecclesiasticæ doctrine forcia tibi dilectione coniunge, ut hæc te à pollutione feruet heretica, quæ à vera castitate ecclesie probatur extranea. Glo. ordinaria.
3. Evidi iuuenem inter simplices, consideravi inter filios ipsum deficientem corde.
4. Eius scilicet domus mulieris.
5. In crepusculo vespertino diei.
6. b. Secreta corde ad capiendas animas: vapore extrinsecus manifesta, intrinsecus verò fallax.
* Omnes.

c. Tam laute te trahebam ac si pacificorum sacrificia exhiberemus.
5. Ad querendum vultum tuum.
6. Auribus auro textis.

d. Doctrinæ sanæ poculis se in uicem faciendos iactat heretici, & virtutum gratia contumelios, donec eorum gestu lux sequatur æterna. Hierony. ibid.
7. Strata die.

e. Flexitque illi multo sermone suo.
8. Stultus compede ad castigationem constitutus.

f. Nec cessat miser donec maritus illius sagitta transfigat iecur eius.
g. Nec iuuenis considerat quod in omnibus his inuisibilibus hostis non aliud machinetur, nisi ut eum trahat ad tantam enormiam scelera, deinde ad inferni tormenta. Diony. ibid.

Sapientia nihil coæquandum est, cum qua deus cuncta creauit, unde quærentes eam beatissimi spernentes vero miseri tandem euadunt. VIII.

Aunquid non sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam? In summis excelsisque verticibus supra viam in medijs semitis stans, iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicens: O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. Intelligite paruuli astutiam, & insipientes animaduertite. Audite quoniam de rebus magnis locutura sum: & aperientur labia mea, ut recta prædicent. Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neque peruersum. Recti sunt intelligentibus, & æqui inuenientibus scientiam. Accipite disciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis, quam aurum eligite. Melior est enim sapientia cunctis opibus pretiosissimis: & omne desiderabile ei non potest comparari. Ego sapientia habito in consilio, & eruditus intersum cogitationibus. Timor domini odit malum, arrogantiam, & superbiam, & viam prauam, & os bilingue detestor. Meum est consilium & æquitas. Mea est prudentia, mea

a. Sapientiæ septem ex textu eliciuntur conditiones: insignis est, recta est, vera, quieta, pacifica, ordinata, & delectabilis.
* Ingressus.
1. Clamato.

2. Corde intelligite.

* Enim.

b. Impietatem.

* Omnes illi.

3. Electum.

4. Margaritis.

5. Cum astutia, & scientiam natus sum consiliorum.

c. Os bilingue in illis qui in bonis quæ sequuntur, stabile quipiam non habent, sed iuxta auditorum libitum suaverba commutant. Beda ibidem.

† Sup. a. d. De po. dist. 2. c. Charitas est.

† Sup. j. b.

Id. Reges dicit Apostolos vel alios sanctos, qui & seiplos pri- mum, deinde & ecclesiam sibi subditam bene regere sciunt, legum conditores, auctores v- triusque testamenti & sequen- tes ecclesie scriptores, princi- pes & potentes, ceteros fidelis- precatores, & rectores appel- lat. Qui vti que omnes non ni- si per sapientiam vt essent ali- quid habent. Glosa ordina.]
 1. Iusti sunt iudices terræ.
 2. Me quæsierint.
 3. Peritura, vel lapsura.
 4. Gemma.
 5. In via iusta re dirigam.
 6. In creatione mundi.
 7. Formata, vel genita.
 8. Fundati erant.
 9. Ante omnes altitudines crea- turarum, quod secundum for- mam dei dictum est. Augu. de trinit. lib. 1. ca. 12.
 10. Centrum terræ, circa quod veluti circino collocantur ele- menta.
 11. Cælestes sphaeras.
 12. Veluti nutritius.
 k. Quia desiderat in nostro a- more quiescere, nosque hono- rum gratia meritorè ad se vi- dendum perducere. Hiero. libi.
 l. Id est, sacra loca diuini cul- tus ac predicationis assidue vi- sistant cum vigilantia mentis de- uore. Beda libidem.
 13. Voluntatem.

est fortitudo. ^d Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Per me Principes imperant, & potentes ^e decernunt iustitiam. Ego diligentes me diligo: & qui mane ^f vigilauerint ad me, inuenient me. Mecum sunt diuitie & gloria, opes ^g super- bae] & iustitia. Melior est fructus meus auro & ^h lapide pretioso,] & gemina mea ar- gento electo. ⁱ In viis iustitiæ ambulabo,] in medio semitarum iudicij, vt ditem di- ligentes me, & thesauros eorum repleam. ^j Dominus possedit me ^k in initio viarum sua- rum, antequam quicquam faceret à principio, ab æterno ordinatus sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego iam ^l concepta] eram: Necdum fontes aquarum eruperant, necdum montes ^m graui mole constiterant.] ⁿ Ante om- nes] colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quando præparabat cælos, aderam, quando certa lege & gyro vallabat ^o abyf- sos. Quando ^p æthera firmabat sursum, & liberabat fontes aquarum. ^q Quando circum- dabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos. Quan- do appendebat fundamenta terræ, cum eo eram ^r cuncta componens.] Et delecta- bar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, & ludens in orbe terrarum, ^s & deliciae meæ, esse cum filiis hominum. Nunc ergo filij audite me. Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam & estote sapientes, & nolite abiicere eam. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ^t ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenit, inueniet vitam, & hauriet ^u salutem à domino. Qui autem in me peccauerit, lædet animam suam. Omnes qui me oderunt diligunt mortem.

f^{sup} q. 6. cap.

Sapientia incarnata ad sui amorem donorum preparatione suos cultores allicit, vitam prorogat, atque haeresim vitare pro posse contendit. I X.

a. Nulla sapientia carnis aut m- di edificat sibi domum, sed po- tius destruit quam que do- mum inhabitat. At illa sapien- tia que de sursum est descen- dens à patre luminum, edifi- cat sibi domum: ipsam scilicet virginem Mariam, in qua septem columnas exciderat, om- nes in quam virtutes, & om- nia dona spiritus sancti. Ber- nard Paruis ser. sermo. 9.
 *Eius.
 *Suum.
 b. Prædicationem verbi, ex qua esurientes & sitietes reficiuntur.
 1. In sapientia.
 2. Corrupti.
 3. Doce sapientem.
 4. Ad id eruditio nem.
 c. Et bene principium sapien- tiæ timor domini: quia tunc pri- mum dominus animæ sapit, cum afficit ad timendum, non cum instruit, ad sciendum. Ber- nard. in cærica cæcieo. Sermon. 23.
 5. Tibi sapiens eris, vel tibi sa- pientia.
 d. Mulier hæc haeresis est, con- traria nimirum sapientie, que sua superius sacramenta cecit- nit. Sedet autem & in foribus domus suæ, id est, in doctori- bus falsitate, qui in penetrata perfidia miserè fallendos in- troducunt. Beda ibidem.
 6. Mortui.



Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas ^a septem. Immolauit ^b a victimas suas, miscuit vinum, ^c & proposuit ^d mensam suam. Misit ancil- las suas, vt vocaret ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. Si quis est ^e paruulus] veniat ad me. Et insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui ^f vobis.] ^g Relinquitte infantiam, & viuite, & ambula- ^h te per vias prudentiæ. Qui ⁱ erudit] dirisorem, ipse iniuriam sibi facit: & qui arguit im- pium, sibi maculam generat. Noli arguere dirisorem, ne oderit te. Argue sapientem, & diliget te. ^j ^k Na sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Doce iustum, & ^l festinabit accipere.] ^m ⁿ Principium sapientiæ, timor domini: & scientia sanctorum, prudentia. Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ. Si sapiens fueris, ^o tibi metipsum eris:] si autem illusor, solus portabis malum. ^p Mulier stulta & cla- miosa, plenaque illecebris, & nihil omnino sciens, sedet in foribus domus suæ super sellam, in excelsis vrbis loco. Vt vocaret transeuntes per viam, & pergentes itinere suo. ^q Quis est paruulus? declinet ad me. Et recordi locuta est: Aquæ furtiue dulciores ^r sunt, & panis absconditus suauior. Et ignorauit quod ibi sint ^s Gigantes,] & in pro- fundis inferni conuiuæ eius. Qui enim applicabitur illi, descendet ad inferos: nam qui abscesserit ab ea, saluabitur.]

f^{sup} q. 6. cap. Videt. f^{sup} Pal. no. b. sup. 1. a. Eccle. 1. b.

Parabolæ Salomonis filij Dauid Regis
 I E R V S A L E M.

Quantum proficit iustitia, & exercitium, obsit que adulatio & mendacium, variisque eorum fructus & fines aperit. X.

Novum ponit titulum, quia nouum genus locutionis inci- pit: vt non sicut prius de singu- lis bonorum maioremve parti- bus diuini disputet, sed alter- nit versibus adus vtrorumque describat. Beda ibid.
 a. Qui parentum iustis iuxta dei mandata obedit.
 b. Per fraudes & aspinas con- uogati.
 1. Opes.
 c. Qui negligenter viuunt in hoc seculo, egebit bono in futuro. At qui fortiter domino mili- rant ^d inuitis æternæ beatitudi- nis remunerantur. Glosa ordi- na. ibidem.]
 2. Dolosa.
 3. Sedulorum.



Filius ^a sapiens lætificat patrem, filius verò stultus mœstitia est matris suæ: ^b Nihil proderunt ^c thesauri impietatis, iustitia verò liberabit à morte. ^d Nō affliget dominus fame animam iusti, & ^e insidias] impiorum subuertet. ^f ^g Egestatem operata est manus ^h remissa:] manus autem ⁱ fortium,] diui- tias parat. Qui autem nititur mendaciis, hic pascit ventos, idem autem ipse sequi- tur

f^{sup} q. dist. esp. Eflo. Infra. 11. a. Infra. 15. c. f^{sup} infra. 12. d.

tur aues volantes.] Qui congregat^{4d} in messe,] filius sapiens est: qui autem stertit æstate, filius confusionis. Benedictio domini super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas. Memoria iusti⁷ cum laudibus:] & nomen impiorum putrescet. ⁸ Sapiens corde præcepta suscipiet: stultus cæditur labiis. [†] Qui ambulat⁶ simpliciter,] ambulat confidenter: qui autem deprauat vias suas, manifestus erit. [†] Qui annuit oculo, dabit dolorem: & stultus labiis verberabitur. ^c Vena vitæ, os iusti: & os impiorum operit iniquitatem. Odium suscitatur rixas: [†] & ^f vniuersa delicta operit charitas. In labiis sapientis inuenitur sapientia: ⁸ & virga in dorso eius qui indiget corde. Sapientes abscondunt scientiam, os autem stulti⁷ confusioni] proximum est. [†] Substantia diuitis, vrbs fortitudinis eius: pauor pauperum, egestas eorum. ⁸ ^h Opus iusti ad vitam, fructus autem impij ad peccatum. ⁱ Via vitæ custodienti disciplinam, qui autem increpationes relinquit, errat. Abscondunt odium labia mendacia: qui profert contumeliam, insipiens est. ^k In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est. Argentum electum lingua iusti: cor autem impiorum pro nihilo. Labia iusti erudiunt plurimos: qui autem indocti sunt, in cordis egestate moriuntur. Benedictio domini diuites facit, ⁸ ^l nec sociabitur eis afflictio.] Quasi per risum stultus operatur scelus: sapientia autem est viro prudentia. ^m Quod timet impius, veniet super eum: desiderium suum iustis dabitur. ⁸ Quasi tempestas transiens non erit impius: iustus autem quasi fundamentum sempiternum. Sicut acetum dentibus, & fumus oculis: sic piger iis qui miserunt eum. ⁿ Timor domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur. Expectatio iustorum, lætitia: ⁿ spes autem impiorum peribit. Fortitudo simplicis, via domini: & pauor iis qui operantur malum. Iustus in æternum non commouebitur: impij autem non habitabunt super terram. Os iusti parturiet sapientiam, & lingua prauorum peribit. Labia iusti considerant^o placita: & os impiorum peruersa.

Iustitie in vita & morte effectus, iniustitie vero post mortem miseria, atque vtriusque discrimen. XI.

A [†] ^a Tæta dolosa abominatio est apud deum, & pondus æquum voluntas eius. Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: [†] vbi autem est^b humilitas, ibi & sapientia. Simplicitas iustorum] diriget eos, & supplantatio peruersorum vastabit illos. [†] Non proderunt diuitia in die vltionis, iustitia autem liberabit à morte. Iustitia ² simplicis] diriget viam eius: & in impietate sua corruet impius. Iustitia rectorum liberabit eos: & ³ in insidiis suis] capientur iniqui. Mortuo homine impio nulla erit vltra spes, & expectatio sollicitorum peribit. Iustus de angustia liberatus est: & tradetur impius pro eo. ⁸ ^c Simulator ore decipit amicum suum: iusti autem liberabuntur scientia. [†] In bonis] iustorum exaltabitur ciuitas: & in perditione impiorum erit [†] laudatio.] Benedictio^e iustorum] exaltabitur ciuitas: & ore impiorum subuertetur. Qui despicit amicum suum, indigens corde est: vir autem prudens tacebit. [†] Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est, cælat & amici] commissum. Vbi non ⁷ est gubernator,] populus corruet: salus autem, vbi multa consilia. Affligetur ⁸ malo,] qui fidem facit pro extraneo: qui autem cauet ⁹ laqueos,] securus erit. Mulier gratiosa inueniet gloriam, & ^d robusti habebunt diuitias. ^c ⁸ Benefacit animæ suæ vir misericors: qui autem ¹⁰ crudelis est, etiam propinquos abiicit.] Impius facit opus instabile: seminanti autem iustitiam, merces fidelis. Clementia præparat vitam: & sectatio malorum mortem. Abominabile domino cor prauum, & voluntas eius in iis qui simpliciter ambulant. ¹¹ ^f Manus in manu non erit innocens malus:] semen autem iustorum saluabitur. ⁸ Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua. [†] Desiderium iustorum omne bonum est: præstolatio impiorum furor. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. ⁸ Anima quæ benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super

† Infr. 28. c
† Eccl. 27. c
† 1. Pet. 4. b
2. Cor. 13. b
† Infr. 28. b

† 45. dist. cap. Omnis. De p. dist. 1. ca. Quis aliquando. Sapiens. 5. † Sup. 10. a. Eccl. 5. c

† 5. q. 5. c. qui ambulat.

† Eccl. 9. c

4. In ætate.
† d. Hoc est, tempore prosperitatis, inuentus, ac sanatus, & cõgruis horis, quibus adest facultas meritorie operandi, ac spirituales diuitias cõgregandi. Qui inquam tunc fortiter agit spiritus ualiter proficit, & eos qui sibi cõmissa sunt, sui proximofusos Christo lucrificat, filius sapiens est. Dion. Cart.]
5. In benedictione erit.
6. Perfecit.
† e. Quia de tali ore verba vitæ exeunt, in quantum propria delicta verè confitentur. De Lya, ibidem.]
f. Charitas operit multitudinẽ peccatorum.
† g. Vindictam sequenti vita plaga illa qua Philistæi in naribus feriebantur significat. Glofa ordinaria, ibidem.]
7. Periculo.
h. Laborat iustus vt vigeat, impius vero bonis suis vitetur ad peccatum.
† i. Quia suscipiens correctionem iam est in via perueniendi ad vitam æternam. De Lya, ibid.]
k. Absit enim vt multiloquium deputeret, quòd necessaria dicuntur, quantalibet sermonum multitudine ac prolixitate dicatur. Aug. in prologo tractatio.
l. Et non affert dolorem fecit. Hoc est, tribulationis tempora nõ egebit qui quis benedictionem acceperit à domino
† m. De illo quoque impio dicit qui seipis peccat. Timet impius videre districtum iudicem, qui est contrarius Apollolo deliranti dissolui & esse cum Christo. Ille ne reuertiis gaudiis priuetur, & sempiterna vltione pleatur. Ille, ne in eo latens eius prolõgetur, sed premia pro quibus certauit, percipiat. Glofa ordinaria ibidem.]
* In via.
n. Frequenter sperant impij in hac vita subsistere, prosperari, & suis concupiscentiis deservire, ac tandè ante vitæ finẽ penitentiam agere, veruntamen subito sapius auferitur. Dion, ibidem.
o. Quæ deo placent,
a. Scatèra dolosa non tantum in mensuratione pecunie, sed in iudicatioe discretionis tenetur. Beda ibidem.
† e. Cum humilibus est sapientia. Perfecit rectorum.
b. Humilitas nunquam ad illuminationem diuinam specialiter præparat mentem: quia testimonium domini fidele, sapientiam præstans parulis. Dion, ibid., 2. Perfecit.
3. In prauitate sua.
c. Hæreticus simulans doctrinã catholicam, decipit auditorem suum. Qui autem iustè sequuntur veritatem euangelij, liberabuntur scietia catholica, ne decipula decipiantur ac taptiant hæretica. Beda ibidem.
4. In bonitate.
5. Lætitia.
6. Rectorum.
7. Sunt consilia.
8. Malè.
9. Fideiusionis, vel fideiustorum captiones.
d. Qui nõ pro gratia & virtute, sed pro diuitiis ducunt vxores.
e. Abducit eam à consuetudine vt rectus viuat.
† o. Turbat proximum suum, crudelis est.
† f. Manus manus nõ munda bit malum. Hoc est, Quantumuis iungat quis dexteram dextere, nisi cor adsit, non ob id erit à fraude censendus.
† g. Sus enim si habeat circulum aureum circa rostrum suum ponit ipsum intra lutum: si mulier fatua & incontinens ornamentum pulchritudinis à deo sibi datum ponit intra luxuriam lutum. De Lya ibidem.]

12. Qui bonum querit diluculo, querit que deos placent.
 13. Sicut Saul querens Phitonifam audiuit ibi suæ mortis sententiam, de quo conseruatus e cadit in terram. 1. Reg. 28. De Lyra ibidem.]
 14. Stultus ergo dominando seruit sapienti, quem ad meliorem statum premèdo prouehit. Gre go. Moral. lib. 20. cap. 21.
 * Corde.

caput vendentium. ¹² Bene confurgit diluculo, qui quærit bona: ¹³ qui autem inuestigator malorum est, opprimetur ab eis. Qui confidit in diuitiis suis, corruet: iusti autem quasi virens folium germinabunt. Qui conturbat domum suam, possidebit ventos: & ¹⁴ qui stultus est, seruiet sapienti. * Fructus iusti lignum vitæ, & qui suscipit animas, sapiens est. ¹⁵ Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator.

† 1. Pet. 4. d

Prælati conditiones septem, & doctoris quatuor in subditos, & subditorum in prælatos, reproborumque falsitas, & electorum veritas. XII.

a. Hæc autem disciplina ipsa dei lex est, que apud ipsum fixa & inconcussa, semper manens, in sapientes animas quasi transcribitur: vt tanto se sciant viuere melius, & que sublimius, quanto & perfectius eam contemplantur intelligendo, & viuendo custodiunt diligentius. Augu. de ordine lib. 2. cap. 8.
 1. Condemnabile, sub. dominus.
 2. Sedula & sollicita: & que multo hebrei mollitæ nõ dissoluitur, e innocenti fundendo.
 3. Subuertit dominus.
 4. Propter doctrinam suam.
 5. De temporalibus aut spiritualibus gratiæ donis aliquantulum habens, & sufficiens sibi ita q̄ satis habet pro necessitate corporis, & de necessariis animæ ad salutem, quam gloriosus ï. insignis in diuitiis & sciētis, sed indigens panis: q̄ bona sua consumit superfluo, vel humilitatem & charitatem nõ habet scientiis suis annexas. Diony. Cant.]
 6. Non solum in homines, sed & in bruti plus est.
 7. Vacuus dicitur corde.
 8. Desiderat impius rete malorum.
 9. Irreritur malus.
 10. Reiterationem.
 11. Reddet, sub. dominus.
 12. In die.
 13. Irritatus enim statim viciscitur.
 14. Est inconsiderate loquens velut punctura gladij, Hoc detractorum lingua vulnerat, sed sapientum lingua sanat.
 15. Ad momentum autem lingua mendacis.
 16. Non constabit iustum tristitia deiciere à virtute: quicquid ei acciderit, quia fortaniam aduersam patiens tolerabit. De Lyra.
 17. Non acciderit iusto dolor, vel iniquitas.
 18. Faciunt veritatem.
 19. Sedulorum.
 20. Sollicitudo in corde hominis, opprimit eum.
 21. Excellit proximum suum iustus.
 22. Et in via eius non est mors.



Qui diligit ^a disciplinam, diligit scientiam: qui autem odit increpationes, insipiens est. Qui bonus est, hauriet sibi gratiam à domino: qui autem confidit in cogitationibus suis, impiè agit. Non roborabitur homo ex impietate: & radix iustorum non commouebitur. Mulier ^b diligens, corona est viro suo: & putredo in ossibus eius, quæ confusione res dignas gerit. Cogitationes iustorum, iudicia: & consilia impiorum fraudulentæ. Verba impiorum insidiantur ^c sanguini, os iustorum liberabit eos. Verte ^d impios & non erunt: domus autem iustorum permanebit. ^e Melior est pauper & sufficiens sibi, quam gloriosus & indigens pane. ^f Nouit iustus iumentorum suorum animas: viscera autem impiorum crudelia. Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur ^g otium, stultissimus est. Qui suauis est in vini moderationibus, in suis monitionibus relinquit contumeliam. ^h Desiderium impij monumentum est pessimorum: ⁱ radix autem iustorum proficiet. Propter peccata labiorum ^j ruina proximat malo: ^k effugiet autem iustus de angustia. ^l De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis, & iuxta ^m opera manuum suarum ⁿ retribuetur ei. ^o Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est audit consilia. Fatuus ^p statim ^q indicat iram suam: qui autem dissimulat iniuriam, callidus est. Qui quod nouit loquitur, iudex iustitiæ est: qui autem mentitur, testis est fraudulentus. ^r Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientia: ^s lingua autem sapientium, est sanitas, ^t Labium veritatis firmum erit in perpetuum: ^u qui autem testis est repentinus, concinnant linguam mendacij. Dolus, in corde cogitatum mala: qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium. ^v Non contristabit iustum, quicquid ei acciderit: ^w impij autem replebuntur malo. ^x Abominatio est domino labia mendacia: qui autem ^y fideliter agunt, ^z placent ei. Homo versutus celat scientiam, & cor insipientium prouocat stultitiam. ^{aa} Manus ^{ab} fortium ^{ac} dominabitur: quæ autem remissa est, tributis seruiet. ^{ad} Mæror in corde viri humiliabit illum] & sermone bono lætificabitur. ^{ae} Qui negligit damnum propter amicum, iustus est: ^{af} iter autem impiorum decipiet eos. Non inueniet fraudulentus lucrum, & substantia hominis erit auri pretium. In semita iustitiæ, vita: ^{ag} iter autem deuium ducit ad mortem.]

† 5. q. 5. Qui ambulat.

† Eccl. 10. d & 26. d. Infra. 28. e

† Infra. 19. a 5. q. 1. ca. Qui ambulat. cap. 5. 22. d. 5. cap. luramentum.

† 5. q. 5. ca. h.

† Sup. 10. a

Prudentiæ moderantis in loquendo, & regula in possidendo, restrenatio in appetendo, & acquirendo, & operatio in exequendo, prudenti necessaria sunt. XIII.

a. Filius sapiens dicitur esse doctrina sui patris siue doctoris. Primo quia paulatim proficiedo ad hoc potest pertingere vt sapientior fiat patre, & sic doceat eum. Secundo quia in filio sapiente, relucet sui doctrina patris. Diony. ibid.]
 1. Destructio sui est. Desiderat animæ suæ piger, anima autem sedulorum.
 2. Quod patet de Ioseph vendito à fratribus suis. Gene. 37. Ne dominaretur eis: & propter innocentiam suam ipse fuit eustoditus à domino, & factus est dominus super fratres suos. De Lyra ibidem.]
 3. Qui diuitiis inhiat, vel diuitem imulat.
 4. Verum in superbia dabit licet sub. superbus.
 5. Vanitate quæstia cito euanescit: vt pote quæ rapina, fraude vel furta.



† ^a Ilius sapiens, doctrina patris: qui autem illusor est, non audit cum arguitur. De fructu oris sui homo satiabitur bonis, anima autem impiorum iniqua. ^b Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, ^c sentiet mala. Vult & nõ vult piger: anima autem operantium ^d impinguabitur. Verbum mendax iustus detestabitur: impius autem confundit, & confundetur. ^e Iustitia custodit innocentis viam: impietas autem peccatorem supplantat. Est ^f quasi diues, ^g cum nihil habeat. ^h Est quasi pauper, cum in multis diuitiis sit. Redemptio animæ viri diuitiæ suæ: qui autem pauper est, increpationem non sustinet. Lux iustorum lætificat: lucerna autem impiorum extinguetur. ⁱ Inter superbos semper iurgia sunt: ^j qui autem agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia. Substantia ^k festinata minuetur: ^l quæ autem paulatim ^m colligitur manu, multiplicabitur. Spes quæ differtur, affligit animam: lignum vitæ desiderium veniens.

† 5. di. Eho. Sup. 12. b

† Infra. 21. d 5. dist. cap. 5. 5. q. 5. d.

Qui

Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat: ^b qui autem timet præceptum, ^c in pace versabitur.] ^d Anima dolosæ errant in peccatis, iusti autem misericordes sunt & miserantur.] Lex sapiētis fons vitæ, vt declinet ^e à ruina] mortis. Doctrina bona dabit gratiam: ^f in itinere contemptorum vorago.] Astutus omnia agit cum consilio: qui autem fatuus est, aperiet stultitiam. Nuntius impij cadet in malum: legatus fidelis sanitas. Egestas & ignominia ^g ei qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur. Desiderium si compleatur, delectat animam: detestantur stulti eos ^h qui fugiunt mala. ⁱ Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum ^j similis efficietur.] Peccatores persequitur malum, & iustis retribuentur bona. Bonus relinquit hæredes, ^k filios & nepotes,] & custoditur iusto substantia peccatoris. Multi cibi in noualibus patrū, & aliis congregantur absque iudicio. Qui parcat virgæ, odit filium suum: qui autem diligit illum, ^l instanter erudit.] Iustus comedit, & replet animam suam. ^m Venter autem impiorum insaturabilis.

b. Melius est ergo quemque de sua fragilitate metere, ne forte diuina prauicentur imperia, quàm aliorum errata stulto ore lacerare Beda ibid.
 5. Remunerabitur.
 6. A laqueis.
 7. Via autem peccatorum diffidit.
 c. Nam pauperatē & ignobilitatem aufert disciplina. Eadē enim ratione pauperas & diuitiæ à deo sunt. At hi qui timorē dei non habent solutius viuentes, & egenum despicientes, in inopia erunt. August. in quæst. veter. & noui testamē. quæst. 34.
 8. Male habēbit.
 9. Filios filiorum.
 10. Quætere facit diluculo correctionem.
 d. Hoc est, capax sensus hæreticorū insaturabilis. Quia sicut Apostolus ait: Semper dicentes, nūquam ad veritatis scientiam peruenientes. Hierony. ibidem.

Prudentiæ conditiones quatenus in potentiis sita est, & quatenus per ipsas operatur, & per eam quiuus status regulatur, ad misericordiam mouetur, & passiones moderatur.
 XIII.

Sapiens mulier ædificat domum suam, insipiens ^a extructam quoque manibus destruet. ^b Ambulans recto itinere, ^c & timens deum, despicitur ab eo qui infami graditur via.] In ore stulti virga superbiæ, labia sapientum custodiunt eos. Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est: vbi autem apparent plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis. ^d Testis fidelis non mentietur: profert autem mendacium dolosus testis. Quærit derisor sapiētiam, & non inuenit: ^e doctrina prudētium facilis.] Vade contra virum stultum, ^f & nescit labia prudentiæ.] Sapiētia callidi est intelligere viam suam: & prudentia stultorum ^g errans.] ^h Sultus illudet peccatum, & inter iustos morabitur gratia. ⁱ Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. ^j Dominus impiorum delebitur, tabernacula iustorum germinabunt. Est via quæ videtur homini iusta, nouissima autem eius deducunt ad mortem. ^k Risus dolore miscebitur] & extrema gaudij luctus occupat. Viis suis replebitur stultus, ^l & super eum erit vir bonus. ^m ⁿ Innocens] credit omni verbo: ^o astutus considerat gressus suos. ^p Filio doloso nihil erit boni: seruo autē sapienti prosperi erunt actus, & dirigitur via eius.] Sapiens timet, & declinat à malo: stultus transilit & confidit. ^q Impatiens,] operabitur stultitiam, & vir versutus odiosus est. Possidebunt ^r paruuli stultitiam, & ^s expectabunt astuti scientiam.] ^t Iacebunt mali ante bonos, & impij ante portas iustorum. Etiam proximo suo pauper odiosus est: amici verò diuitum multi. ^u Qui despicit proximum suum, peccat: qui autem miseretur pauperi, beatus erit. ^v Qui credit in domino, misericordiam diligit:] errant qui ^w operantur] malum. Misericordia & veritas ^x præparant bona.] In omni opere bono erit abundantia. Vbi autem verba sunt plurima, ibi ^y frequenter] egestas. ^z Corona sapientum, diuitiæ eorum: fatuitas stultorum, imprudentia. Liberat animas testis fidelis, & profert mendacia versipellis. In timore domini ^{aa} fiducia fortitudinis,] & filiis eius erit spes. ^{ab} Timor domini fons vitæ: vt declinet ^{ac} à ruina] mortis. ^{ad} In multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia principis. Qui patiens est, multa gubernatur sapientia: qui autem impatiens est, ^{ae} exaltat] stultitiam ^{af} suam.] Vita carniū, sanitas cordis: putredo ossium, inuidia. ^{ag} Qui calumniatur egetem, exprobrat factori eius: honorat autem eum, qui miseretur pauperis. ^{ah} in malitia sua repelletur impius: sperat autem iustus in morte sua. In corde prudentis quiescit sapiētia, & ^{ai} & indoctos quosque erudit.] Iustitia eleuat gentem, ^{aj} miseros autem facit populos] peccatum. Acceptus est regi minister intelligens: ^{ak} iracundiam eius inutilis sustinebit.]

1. Autem manibus suis destrues eam.
 2. Timet deum, & despicit eum qui se auertit à viis eius.
 3. Quia stulti per vaniloquium humiles quos despiciunt, affligunt: sed hi per d. Grām sapiētium ne decipiatur se munit. Glosa ordin.
 4. Quis loquitur contumeliosè & superbiè, & sic percutit alios virga luxuria suæ. De Lyra.
 5. Intelligenti doctrina facilis est.
 6. Et non cognosces labia mendacia.
 7. Dolus.
 8. Stultus omnia Interpretatur in peius.
 9. Quia dominus deus zelotes est, vindicans iniquitatem patrum in filios, in certis & quartam generationem, eorum qui oderunt eum. Exod. 20.
 10. In risu stultum cor dolet.
 11. Cordis.
 12. Insipiens, inexpertus, vel infans.
 13. Adus suos perpendit qualiter debeat se habere: & ne incauta ac facili crudelitate fallatur. Diony. Carth.
 14. Iracundus.
 15. Imperij.
 16. Coronabuntur astuti sciētia.
 17. Incuruabuntur.
 18. Id est, facit contra charitatē proximi. Qui autem miseretur affectu & effectu si possibilis adfuit beatus erit de quo dicitur Marth. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi miseretorū cōsequuntur. De Lyra ibidem.
 19. Machinantur.
 20. Piet illis qui cogitant bonū.
 21. Est.
 22. Diuitiæ sapientibus profunt, impijs verò obstant.
 23. Secura fortitudo.
 24. Hec est spes eorum qui timē dominum vt declinant à ruina mortis, ad eum perueniant qui dicit: Ego sum via, veritas & vita. Dicitur est supra Lex sapiētis fons vite vt declinet à ruina mortis. Glosa ordi. ibid.
 25. A laqueis, vel rebus.
 26. Parefacit vel manifestat.
 27. In fine deicietur in damnationem.
 28. In medio stultorum cognoscitur.
 29. Ignominia populis erit.
 30. Ira eius in ignominiosum est.

Prudentiæ conditiones quo ad errantium directionem, patientium gratiam, & obedientium mercedem.
 XVI.

† Job. 12. a

† 22. q. 5. cap. Iuramenti.

Infra. 6. d. 7. 387. dist. c. Cum multa. 22. q. 4. c. Innocens.

† 1. q. 4. c. E. c. clefia. 6. His 111. 1. q. 4. c. Nulli 1. 4. 4. 5. His 112. 1. 111. q. 17. a

a. Lingua catholicorum patrum ornat scientiam diuinorum eloquiorum, latius exponendo que scriptura canonica aut oblectatius possit, aut historica ratione scripta reliquit, & os hereticorum ebullit stultitiam diuina sacre scripturae peruersa intelligendo & predicando, suadent que sensus eius autoritatis preponendo. Hierony. ibid.
 1. Salubris.
 2. Opibus abundat.
 b. Impij segetes spinis suffocantur.

3. Oratio rectoris voluntas eius. c. Qui soluerit unum de mandatis illis minimis, & docerit sic homines, minimus erit in regno celorum. Talibus tamē si correcti fuerit patet reditus ad vitam: si autē increpationes non receperint, omnino morientur. Glofa ordina. ibidem.]
 4. Correptio.
 d. Queque abditissima deo summe patet, ideo & cogitatus nostri.
 5. deisor.
 e. Miseri hominis.
 6. Vbi est turbatio.
 f. Ad conuiuium olerumvbi est dilectio.
 g. Pigrum ad viam dei mandatorum incitati, torpent, ac si spinis obstita esset, nullibi non impingentibus: que iustis latissima est & tutissima.
 h. Tales cogitationes non deducuntur ad effectum, vbi non est consilium: quia consilium bonum dat viam adimplendi cogitata. De Lyra ibidem.]
 7. vrsu exalrat prudentem.
 8. In interiori.

1. Humilium & pauperum specialem curam dominus habet.
 1. Propter que cogatur percurrere iudicium.
 9. Quid respondeat.

10. Euomit mala.

k. Discipulus qui increpationibus docentium obediēter annuit, plerumque proficiendo ad cathedram vique doctoris ascendit. Beda ibidem.
 l. Discipulus qui increpationibus docentium obediēter annuit plerumque proficiendo ad cathedram vique doctoris ascendit. Beda ibidem.

a. Quia homo preparat eor, nō tamen sine adiutorio dei, qui tangit eor: sed à domino est responso linguæ, id est, in eo q̄ preparato cordi lingua diuina respōdit, nihil operis habes homo, sed totum est à domino. Aug. contra. 2. epist. Pelag. lib. 2. cap. 3.
 1. A domino est responso linguæ.
 2. Viri munda sunt in.
 3. Deuolue ad dominum.
 * Corde.
 b. Eripit iustos de manu fortiorum, sicut dictum est supra, cap. 11. c.
 c. Melius est in simplici conuersatione deus deo seruire, quā multis abundantem virtutibus verbi gratia, elemosynis, orationibus, ieiuniis, doctrina, castitate, proximorum facta despiciere: & de sua quasi singularitate gaudere. Beda ibid.
 4. Absque iudicio.
 d. Rex tam verax in iudicio esse debet, sicut in aula proferat.
 5. Omnia postera, vel omnes lapides seculi.
 e. Lapides seculi iustos & fide fortes appellat, quales desiderabat esse Petrus Apostolos, eos admonens. Et vos iniquam lapides vini superedificamini in domos spirituales. Hiero. ibid.

Responso mollis frangit iram, sermo durus suscitatur furorem. ^a Lingua sapientum ornat scientiam, os fatuorum ebullit stultitiam. In omni loco, oculi domini contemplantur bonos & malos. Lingua placabilis, lignum vitæ: quæ autem immoderata est, conteret spiritum. Stultus irridet disciplinam patris sui: qui autem custodit increpationes, astutior fiet. — In abundantia iustitiae virtus maxima est, cogitationes autem impiorum eradicabuntur. Domus iusti plurima fortitudo, & in fructibus impij conturbatio. Labia sapientum diffeminabunt scientiam, cor stultorum dissimile erit. Victimæ impiorum abominabiles domino, vota iustorum placabilia. Abominatio est domino via impij: qui sequitur iustitiam, diligitur ab eo. ^c ^d Doctrina mala deferentium viam vitæ, qui increpationes odit, morietur. Infernus & perditio coram domino, quāto magis corda filiorum hominum? Non amat pestilens eum qui se corripit, nec ad sapientes graditur. Cor gaudens exhilarat faciem, in mœrore animi deiicitur spiritus. Cor sapientis quæret doctrinam, & os stultorum pascitur imperitia. Omnes dies pauperis, mali: secura mens quasi iuge conuiuium. Melius est parum cum timore domini, quā thesauri magni & insatiabiles. Melius est vocari ad olera cum charitate, quā ad vitulū saginatum cum odio. Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas. Iter pigrorum quasi sepes spinarum: via iustorum absque offendiculo. Filius sapiens lætificat patrem, & stultus homo despicit matrem suam. Stultitia gaudium stulto, & vir prudens dirigit gressus suos. Dissipantur cogitationes vbi non est consilium: vbi verò sunt plures consiliarij, confirmantur. Lætatur homo in sententia oris sui, & sermo opportunus est optimus. Semita vitæ super eruditum, vt declinet de inferno nouissimo. Domum superborum demolietur dominus, & firmos faciet terminos viduæ. Abominatio domini cogitationes malæ, & purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo. Conturbat domum suam, qui sectatur auaritiam: qui autem odit munera, viuēt. — Per misericordiam & fidem purgantur peccata, per timorem autem domini declinat omnis à malo. Mens iusti meditabitur obedientiam, os impiorum redundat malis. Longe est dominus ab impijs, & orationes iustorum exaudiet. Lux oculorum lætificat animam, fama bona impinguat ossa. Auris quæ audit increpationes vitæ, in medio sapientum commorabitur. Qui abiicit disciplinam, despicit animam suam: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Timor domini disciplina sapientiæ, & gloriam præcedit humilitas.

Prudentia penitentibus confessionem iniungit & satisfactionem, regibus subiungit regimen, hypocritæ eludit errorem, & studiosis virtutum radices imprimit. XVI.

Regis est animum præparare, & domini gubernare linguam. Omnes viae hominum patent oculis eius: spirituum ponderator est dominus. Reuela domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus, impium quoque ad diem malum. Abominatio domini est omnis arrogans: tiam si manus ad manum fuerit, non est innocens. — Initium viæ bonæ, facere iustitiam: accepta est apud deum magis, quā immolare hostias. Misericordia & veritate redimitur iniquitas, & in timore domini declinat à malo. Cùm placuerint domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem. Melius est parum cum iustitia, quā multi fructus cum iniquitate. Cor hominis disponit viam suam, sed domini est dirigere gressus eius. Diuinatio in labijs regis, in iudicio non errabit os eius. Pondus & statéra iudicia domini sunt, & opera eius omnes lapides seculi. Abominabiles Regi qui agunt impiè: quoniam iustitia firmatur solium. Voluntas Regum labia iusta, qui recta loquitur, dirigitur. Indignatio Regis, nuntij mortis, & vir sapiens placabit eam. In hilaritate vultus Regis, vita: & clementia eius quasi imber ferotinus. Posside sapientiam, quia auro melior est: & acquire prudentiam, quia pretiosior est argento. Semita iustorum declinat mala: custos animæ suæ seruat vitam suam. Contritionem præcedit superbia

A Infra. 25.

Eccle. 34. e. 1. q. Non est putanda 1. q. 7. cap. In gradibus. 14. q. 5. Scriptum. Eccle. 34. e.

Infra. 17. a.

Sup. 10. e.

Infra. 16. a. 14. quæst. 5. Scriptum.

Sup. 15. d.

47. dist. ca. Sicur bi 5. Necessi.

superbia, & ante ruinam exaltabitur spiritus. Melius est humiliari cum mitibus, quam diuidere spolia cum superbis. Eruditus in verbo reperiet bona: & qui sperat in domino, beatus est. Qui sapiens est corde, appellabitur prudens: & qui dulcis eloquio, maiora reperiet. Fons vitæ eruditio possidentis: doctrina stultorum, fatuitas. Cor sapientis erudiet os eius, & labiis eius addet gratiam. Fauus mellis composita] verba, dulcedo animæ sanitas ossium. Est via quæ videtur homini recta, & nouissima eius ducunt ad mortem. Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum. Vir insipiens fodit malum, & in labiis eius ignis ardescit. Homo peruersus suscitatur lites, & verbosus separat principes. Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam. Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua perficiet malum. Corona dignitatis senectus: quæ in visis iustitiæ reperietur. Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Sortes mittuntur in sinum, sed à domino temperantur.

Prudentiæ regula circa electionem in regendo, & modum in loquendo & iudicando, & correctionem exercendo. XVII.

6. Spiritus cum abiectione.
 f. Qui suauibus verbis alios erudit, maiorem recipit sapientiam.
 7. Addet doctrinam.
 8. Doctrinam.
 9. Multi per eloquentiam possunt amantibus & fauentibus suauiter pronunciare bona que ipsi non amant. Ea autem ad os suum, i. virtutum spiritualium incrementa proficiunt que ex animæ internæ dulcedine procedunt. Glo. sa. ordi.
 9. Dulcia.
 10. Ignauis sibi ipsi molesta est.
 11. Peruersus ex cordis profunditate malum producit.
 * Velut.
 11. Adulator.
 12. Coniur.
 13. Annuis labiis suis.
 14. Fortitudine corporali, quæ fortior est anima corpore. Patientia enim proprie est fortitudo animæ, per quam æquanimiter tolerat aduersa. De Lyr. ib.
 k. Deus rationem tenet eorum quæ etiam casu accidunt.
 14. Est totum iudicium eius.

†Sup. 14. b

†Eccle. 10. d. A. Inf. 2. 4. c



† Elior est bucella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum iurgio. Seruus sapiens dominabitur stultis filiis, & inter fratres hereditatem diuidet. Sicut igne probatur argentum, & aurum camino, ita corda probat dominus. Malus obedit linguæ iniquæ: & fallax obtemperat

†Sup. 14. d

labiis mendacibus. Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus. Corona senum, filij filiorum: & gloria filiorum, patres eorum. Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentis.

Gemma gratissima expectatio præstolantis: quocumque se vertit, prudenter intelligit. Qui celat delictum, quærit amicitias. Qui altero sermone repetit, separat fœderatos. Plus proficit correctio apud prudentem, quam centum plagæ apud stultum. Semper iurgia quærit malus: angelus autem crudelis mitteret contra eum. Expedi magis vitæ occurrere raptis fœtibus, quam fatuo confidenti sibi in stultitia sua.

†Rom. 12. d. 1. Pet. 3. d. 1. Thim. 5. d. 1. Tim. 5. c

Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius. Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum: & antequam patiatur contumeliam, iudicium deserit. Et qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis est vterque apud deum. Quid prodest stulto habere diuitias, cum sapientiam emere non possit? Qui altam facit domum suam, quærit ruinam: & qui euitat discere, incidit in mala. Omni tempore diligit qui amicus est, & frater in angustiis comprobatur. Stultus homo plaudet manibus, cum sponderit pro amico suo. Qui meditatatur discordias, diligit rixas: & qui exaltat os suum, quærit ruinam. Qui peruersi cordis est, non inueniet bonum: & qui vertit linguam, incidet in malum. Natus est stultus in ignominiam suam, sed nec pater in fatuo lætabitur. Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis exicat ossa. Munera de sinu impius accipit, ut peruertat semitas iudicij.

Sup. 6. a

†Eccle. 2. e. Eccle. 8. a

†Iacob. 1. c. Job. 13. c

In facie prudentis lucet sapientia: oculi stultorum in finibus terræ. Ira patris filius stultus, & dolor matris quæ genuit eum. Non est bonum, damnum inferre iusto, nec percutere principem qui recta iudicat. Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est: & pretiosus spiritus, vir eruditus. Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur: & si compresserit labia sua, intelligens.

Accusantium erga iudices moderatio, & accusatorum coram illis excusatio, falsorum testimonij execratio, iudicis & item diligentia, & aduocatorum discretio. XVIII.

†16. di. cap. Nec licuit.



† Causas quærit, qui vult recedere ab amico, omni tempore erit exprobrabilis. Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit: sed sequitur eum ignominia & opprobrium. Aqua profunda, verba ex

1. Et pax cum ea.
 2. Confator argentum & fornax aurum.
 3. Attendit.
 4. Subannat.
 5. Quia in hoc peccat, secus est autem si lætatur in ruina alterius per accidens ut pote quia ille est malus homo turbans aliorum pacem, & sic cessat hoc malum. De Lyr. j.
 6. Munus est in oculis dominorum suorum, sed omnis ad quæ se vertit, prudens erit.
 7. Et qui verbum improperat, separat à se principes.
 7. b. Rebellis quærit mala. Hoc est: Non emendatur correptione malus, quin magis rebellis fiat, donec angelus malus eum perdat.
 8. Aquam dimittere, est linguæ in fluxa eloquia relaxare, quod contra in bonam partem dicitur. Aqua profunda verba excusant. Qui ergo dimittit aquam caput est iurgiorum, quia qui linguam non refrenat concordiam dissipat. Vnde contra. Qui imponit stulto silentium iras mitigat. Glo. sa. ordi. j.
 9. Patiaris litens desere illam.
 10. Ut quid est pretium in manu stulti, cuius cor non est ad acquirendam sapientiam?
 11. Homo deficit corde stipulas manibus, qui spondet sponsonem in conspectu proximi sui.
 12. Diligit iniquitatem, diligit rixam.
 13. Qui generat stultum, ipsum generat ad mortem suam.
 14. Interior sapientia mentis respundet in vultu per motum compositionis, oculorum custodia, maturitatemque vultus in quo tanquam in fronte pudoris, & exteriorum sensuum loco præsertim resultat, & representatur dispositio cordis. Dionys. Cart. j.
 e. Hoc est, perfectionem, mortem, deurationem, rapinam, aut furtum, imo hoc pessimum, & peius quam si inferatur iniusto. Dionys. ibid.
 15. Peccus est verbis qui nouit scientiam.

ore viri : & torrens redundans fons sapientia . [†] Accipere personam impij in iudicio] non est bonum , [†] vt declines à veritate iudicij .] Labia stulti miscent se rixis , & os eius iurgia prouocat .] [†] Os stulti cōtritio eius , & labia ipsius ruina] animæ eius . ^a Verba bilinguis , quasi simplicia , & ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris . — Pigrum delicit timor : animæ autem effœminatorum esurient .] ^b Qui mollis & dissolutus est in opere suo , frater est [†] sua opera] dissipantis . Turre fortissima nomen domini : ad ipsam currit iustus , & exaltabitur . [†] Substantia diuitis vrbs roboris eius , & quasi murus ^c validus circumdans eum .] Antequam conteratur , exaltatur cor hominis : & antequam glorificetur , humiliatur . [†] Qui prius respondet , quàm audiat , [†] stultum se esse demonstrat , & confusione dignum .] ^d Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam : spiritum verò ¹⁰ ad irascendum facilem] quis poterit sustinere : Cor prudentis possidebit scientiam , & auris sapientium quærit doctrinam . Donum hominis dilatat viam eius , & ante principes spatium ei facit . Iustus prior est ¹¹ accusator sui :] venit amicus eius , & inuestigabit eum . Contradictiones comprimit fors , & inter potentes quoque diiudicat . ^f Frater qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas firma , & iudicia quasi vectes ¹² vrbiū .] [†] De fructu oris viri replebitur venter eius , & genimina labiorum ipsius saturabunt eum . Mors & vita in manibus linguæ , qui diligunt eam , comedent fructus eius . Qui inuenit mulierem bonam , inuenit bonum , & hauriet iucunditatem à domino . — Qui expellit mulierem bonam , expellit bonum : [†] qui autem tenet adulteram , stultus est & insipiens .] Cum obsecrationibus loquitur pauper , & diues ¹³ effabitur] rigide . Vir amicalis ad societatem magis amicus erit , quàm frater .

† Infr. 24. c

† Sup. 10. b Eccle. 11. a

C † 19. dist. 9. b

† 12. q. 1. c. 2. a

4. Vt optimas iustum in iudicio .
5. Ad percussiones , vel verbera .
6. Laqueus .
a. Bilingues sunt orbis pestes , passim turbantes pacem & amicitiam .
b. Qui enim cepta bona districte non exequitur dissolutione negligentia manum destruentis imitatur . Glof. ordi. ibid.]
7. Viri .
8. c. Eleuatus in imaginatione eius . Hoc est . Hac spe ducitur diues , quod solz diuitie sine municio eius .
9. Stulticia est illi : & signominia .
d. Morbi animi morbis corporis longè sunt grauiores .
10. Delectum .

11. e. In casu suo . Hoc est . Qui iustam habet causam , confidat inter eam iudicibus proponit .

f. Cum populus vtique , Iudgorum scilicet & Gentilium fraternitati in Christo charitate consentit , vnam iam catholicæ ecclesie ciuitatem constringit . Et sicut vectes vrbiū portas muniant , ita dogmata viri vsque testamēti ecclesiam per orbem quæ vnam catholicam faciunt , ab infidelium incurfione defendunt . Beda ibid .
12. Palatii .
13. Respondebit .

Quo sit vtendum consilio in testium malitia exploranda , in sententia promulganda , & sententia decidenda . X I X .



^a [†] Erior est pauper qui ambulat in simplicitate sua , quàm [†] diues] torquens labia sua , & insipiens . Vbi non est scientia animæ , non est bonum : & qui festinus est pedibus , offendet . Stultitia hominis supplātat gressus eius , & contra deum [†] feruet animo suo .] Diuitiæ addunt amicos plurimos : à paupere autem & ij quos habuit , separantur . [†] Testis falsus non erit impunitus : & qui mendacia loquitur , non effugiet . ^b Multi ² colunt personam] potentis , & ^{*} amici sunt ^{*} dona tribuentis . Fratres hominis pauperis oderunt eum , insuper & amici procul recesserunt ab eo . [†] Qui tantum verba sectatur , nihil habebit : qui autē possessor est mentis , diligit animam suam , & custos prudentiæ inueniet bona . Falsus testis non erit impunitus : & qui loquitur mendacia , peribit . Non decent stultum delitiæ , nec feruum dominari principibus . Doctrina viri ³ per patientiam noscitur ,] & gloria eius est iniqua prætergredi . Sicut fremitus leonis , ita & regis ira : & sicut ros super herbam , ita & [†] hilaritas] eius . ^d Dolor patris , filius stultus : & tecta iugiter perstillantia , litigiosa mulier . Domus & diuitiæ dantur à parentibus , [†] à domino autem propriè vxor prudens . Pigredo immittit soporem , & anima [†] dissoluta] esuriet . [†] Qui custodit mādātum , custodit animam suam : qui autem negligit viam suam , mortificabitur . Fœneratur domino , qui miseretur pauperis , & vicissitudinem suam reddet ei . ^e Erudi filium tuum , ne desperes :] ad interfectionē autem eius ne ponas animā tuā . Qui enim impatiens est , sustinebit damnū : & ⁷ cū rapuerit , aliud apponet .] Audi consiliū , & suscipe disciplinā , vt sis sapiens in nouissimis tuis . Multæ cogitationes in corde viri : ⁸ voluntas] autē domini in [†] in æternum] permanebit , ⁹ Homo indigens misericors est :] ^f & melior est pauper [†] iustus ,] quàm vir mendax . [†] Timor domini ad vitam : & in plenitudine commorabitur absque visitatione pessimi . [†] Abscondit piger manū suam ¹⁰ sub ascella ,] nec ad os suum applicat eam . [†] Pestilente] flagellato stultus sapientior erit : si autem corripueris sapientem , intelliget sapiētiam . Qui affligit patrem , & ¹² fugit] matrem , ignominiosus erit , & infœlix . ¹³ Non cesses audire fili doctrinam , nec ignores sermones scientiæ .] Testis iniquus deridet iudiciū , & os impiorum deuorat iniquitatem . Parata sunt derisoribus iudicia , & mallei percutientes stultorum corporibus .

1. Hoc est . Idiota & modicè eruditus viuens secundum ea quæ nouit esse agenda ac viuenda , quàm diues , id est , ingeniosus , & plurimum eruditus , contorquens labia sua ad loquenda quedam præsumptiosa & haeretica . Diony ibid .
1. Inscitur cor eius .

[b. Id est , venerantur & honorant : quia bonum uelle ab eo consequi sperant ad quod prona est populi multitudo . De Lyra . ibid .
2. Rogant faciem .
* Omnes .
* Viri .

c. Non decent hereticum delicta scripturatum , quia his bene uti non nouit neque illum qui seruus adhuc peccati esse comprobatur , præferre iustis in regimine ecclesie . Hier . ibid .
3. Nouit differre itam .
4. Beneplacitum .

d. Deus dicitur dolere videns hominem quem ad sui imaginem , & laudem , & amorem creauit , hosti rāmon fauere , & potius quam sibi seruire . Beda ibid .
5. Remissa uel dolosa .

e. Castiga filium tuum quando diu est spes . Hoc est , quando puer est .

7. Si liberaueris eum , adhuc tererare oportebit .
8. Consiliū .

9. Desiderium hominis pietas eius .

[f. Melior est quam qui se per excellentiam uirtutum uiri nominis dignum dicens fallitur nescius dum superbiendo perdidit bona quæ gessit . Glof . ordi . ibid .]

10. In sinu , uel in gremio .
11. Derisor .
12. Fugat .
13. Cella sibi audire correptionē qua à uerbis scientiæ erit .

† Infr. 24. g

† Daniel 13. c

14. q. 1. Cum per bellica .
† 16. di. cap. Deinde .
14. q. 1. Cum per bellica .
4. 6. di. c. 5.

† Infr. 26. c

† Infr. 22. b

Iuxta regimen politicum & economicum index duplicem iunioribus ordinatè penam infligit: maiores vero desinit ineprosque repellit. X X.

† 15. di. c. Lu- xuriosa, & c. Luxuriam.

Buxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas. Quicumque his delectatur, non erit sapiens. Sicut rugitus leonis, ita & terror regis: qui prouocat eum, peccat in animam suam. Honor est homini qui separat se a contentionibus: omnes autem stulti miscentur contumeliis. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi. Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri: sed homo sapiens exhauriet illud. Multi homines misericordes vocantur, virum autem fidelem quis inueniet? Iustus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios relinquit. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum a peccato? Ponderus & pondus, mensura & mensura, utrumque abominabile est apud deum. Ex studiis suis intelligitur puer, si munda & recta sint opera eius. Aures audientem & oculum videntem, dominus fecit utrumque. Noli diligere somnum: ne te egestas opprimat. Aperi oculos tuos & saturare panibus. Malum est, malum est, dicit omnis emptor: & cum recesserit, tunc gloriabitur. Est aurum, & multitudo gemmarum: vas autem pretiosum, labia scientia. Tolle vestimentum eius: qui fideiussor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo. Suavis est homini panis mendacij, & postea implebitur os eius calculo. Cogitationes consilij roborantur, & gubernaculis tractanda sunt bella. Et qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscearis. Qui maledicit patri suo & matri, extinguetur lumen eius in mediis tenebris. Hereditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit. Ne dicas, reddam malum pro malo: expecta dominum & liberabit te. Abominatio est apud deum pondus & pondus, statera dolosa non est bona. A domino diriguntur gressus viri. Quis autem hominum intelligere potest viam suam? Ruina est homini deuorare sanctos: & post vota retractare. Dissipat impios rex sapiens, & incuruat super eos fornicem. Lucerna domini spiraculum hominis, quæ inuestigat omnia secreta ventris. Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. Exultatio iuuenum fortitudo eorum, & dignitas senum canities. Liuor vulneris absterget mala, & plagæ in secretioribus ventris.

† De per di. 2. c. si enim. 1. Io. 1. d. 1. Reg. 8. c. 2. Pat. 6. f. † De pignum. Ex studiis. Eccle. 7. c.

† Inf. 27. b. Luc. 16. d.

† Exod. 21. b. Leui. 20. b. Roma. 12. d. 1. Pet. 3. b. Thessa. 5. d.

† 47. di. c. Si- cuti. c. n. 1. Reg. 15. c.

† 27. dist. ca. Porro. Sup. 1. c. b.

1. Detisorem vinum efficit, & sicca tu multuancem. 2. Quia utrumque absorbet rationem & cauant mētis hebetudinem. De Lira. ibid. 3. Quiescere. 4. Qui nunc propter desideria dei seruitio laboris neglexit, veniens die regni mēdicabit, & non dabitur ei. Quia quæcūque seminauerit homo, hæc & metet. Beda. ibid. 5. A sapiente semper discit sapiens. 6. Magni hominis prædicabit vniuersique misericordiam. Hoc est, multi cupiunt vocari benefici, rarus tamen exercet misericordiam. 7. Dispergit. 8. Etiam. 9. Ex operibus suis cognoscitur. Hoc est, qualis sit toturus finex, facile deprehenditur puer, nisi corrigatur. 10. Dominus fecit autem ad audiendum, & oculum ad videndum. 11. Erudantia scientiam. 12. Id est, pro alieno, quia obligatus est ad reddendum pro eo: tamen si vestimentum est sibi necessarium de nocte debet sibi reddi in vespere, & refumi potest de mane. sicut dictum fuit diuisus. Exo. 22. ca. De Lira. ibidem. 13. Quæstus mendacior. 14. Coniulij. 15. Morietur absque gratia dei in mediis tenebris tribulationum. 16. Que sine labore nostro nobis obueniant, in deteriorē sapius vergunt exitum. 17. Duplex pondus & statera dolosa habet in corde suo, qui dum peccauerit ipse venia peccati a Domino, & homini peccati in se, ac penitenti, dimittere non vult. Glosa ordina. ibid. 18. Scandalum est homini deuorare sanctificatum, & post vota deuorare res deo dicatas, & post votum deo promissum penitentia duci, & conuertere in modum suum. 19. Rotam. 20. Decora.

Inferiores a superioribus per corporum macerationem, & superfluum reiectionem puniendi, non tamen a superioribus iniuste molestandi. X X I.

Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu domini: quocūque voluerit, inclinabit illud. Omnis via viri recta sibi videtur: appendit autem corda dominus. Facere misericordiam & iudicium magis placet domino, quam victimam. Exaltatio oculorum est dilatio cordis, lucerna impiorum, peccatum. Cogitationes robusti semper in abundantia: omnis autem piger in egestate est. Qui congregat thesauros lingua mendacij, vanus & excors est, & impinguetur ad laqueos mortis. Rapina impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere iudicium. Peruersa via viri, aliena est: qui autem mundus est, rectum opus eius. Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa, & in domo communi. Anima impij desiderat malum, non miserebitur proximo suo. Multato pestilente sapientior erit paruulus: & si sectetur sapientem, sumet scientiam. Excogitat iustus de domo impij, vt detrahat impios a malo. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. Munus absconditum extinguit iras: & donum in sinu indignationem maximam. Gaudium iusto est facere iudicium: & pauor operatibus iniquitatis. Vir qui errauerit a via doctrinae, in cœtu Gigantiū comorabitur. Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vinum & pingua, non ditabitur. Pro iusto dabitur impius: & pro recto iniquus. Melius est habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa & iracunda. Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti: & imprudens

† Inf. 25. d.

† Sup. 15. d.

† Eccle. 25. c. Inf. 25. d.

4. Specialiter exprimit regem tanquam ceteris potentem ad innuendum, quod & inferiorum corda non minus sint in manu omnipotentis, in cuius ditone cuncta sunt posita. Nec est quies queat resistere voluntati. Diony. ibidem. 5. Riu. 6. Et. 7. Solliciti. 8. Diripient, vel disperdent. 9. Qui peruerso viuit, alienam profecto a natura humana viam incedit. Peruersa ergo a dicitur aliena est, & contra naturam. Beda. ib. 10. Non erit gratus in oculis suis amicus eius. 11. Detisore. 12. Impetitus. 13. In abscondito datum. 14. Mortuorum. Hoc est, omnibus desinitur viribus. 15. Qui carnis concupiscentias sectatur, & delicatè viuit, non discet. 16. Pro redemptione iusti. 17. Potest sanè & hic veritas de quolibet martyrum accipi in cuius habitaculo, id est, corpore anima sancta, dei videlicet thesaurus seruetur, abundat & vnatio gratis spiritibus. Ar persecutor imprudens huiusmodi habitaculum dissipare potest, thesaurum vero, qui habitaculo tenebatur, & oleum gratiarum nequaquam tangere potest. Hieron. ibid. 18. Sapientis.

homo dissipabit illud. Qui sequitur iustitiam & misericordiam, inueniet vitam, iustitiam & gloriam.⁸ Ciuitatem fortium ascendit sapiens, destruxitque robur fiducia eius. Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustiis animam suam.⁹ Superbus & arrogans vocatus indoctus, qui in ira operatur superbiam. Desideria occidunt pigrum: noluerunt enim quicquam manus eius operari. Tota die concupiscit & desiderat: qui autem iustus est, tribuet, & non cessabit.][†] Hostia impiorum abominabiles,¹² quæ offeruntur ex scelere.] Testis mendax peribit, vir obediens loquetur¹³ victoriam.]^h Vir impius procaciter obfirmat vultum suum: qui autem rectus est,¹⁴ corriget viam suam. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum. Equus paratur ad diem belli: dominus autem salutem tribuet.

Fama quadrifariam à viris sanctis cum sex tamen personarum abiectio conditionū est conseruāda, non tamen egenos opprimendo, nec rixosis fauendo, operibus eorum adhaerendū est. XXII.

eg: Mondā feliciter, qui quondā malignorū spirituum tyranni- da tenebat habens fiducia vitæ in eorum coram qui nō sunt dii, sed opera manuum hominum. Hanc ciuitatem Dei virtus & Dei sapientia. Christus in carne in raum, destruxitque per suos p. a. d. caeteros iustū deorsū, & in hōc cælestiū docuit esse fiduciam habentē, que non potest delinā. Glōs ordina ibi. Lem.]
11. Non patet, sub rebus suis.
12. Quanto magis si praua mente contulerit eas.
13. Quod audiuit.
14. Motus enim animi magis apparet in facie, in qua videntur omnes tenus quā in aliis partibus. Et ideo obliuio animi apparet in obliuione et aetia. De Lyra.]
14. Disposit.

1. Grati conuersatio deo & hominibus placens, melior est argento & auro.

2. Simpliciter prauaricati sunt, & paenis afficientur. Propter modum.

3. Spinæ & laquei sunt.

4. Inritus puerum in via sua.

5. Iniquitatem.
b. Tyrannus eius in subditos tadem in malum suum cedit.
5. Qui homo est oculis.
1. Qui prouisus est ex bona affectione & complexionē, benedicuntur talibus enim homines bonum imprecatur. De Lyra. ibi.]
6. Subuertit verba prauaricatoris.
d. Negligens suæ negligentia semper querit occasionem.
* A. 3. co.

1. Ad bona opera, ad confitem- dum hōicm quem corde tenet firmus. Non audeo fidem con- fiteri, ne me periculator putent vel perimat timore ad exteros. da. hōmū opus in publicum prodire, ne forte mevel antiqui hostis aduersitas grauior tenet vel quilibet peruersus dēdeat, conuiciis confundit iniuriis afficiat aut sicut alio iusto cō- sumat tormentis. Glōs ordi.]
7. In corde tuo & operantur.
* Eijm tu conserua eam.
f. Tripliciter auditori doctrina descipit suam: quia. cogitare, loqui, & operibus hanc exerce- re praecepit. Quā descriptione triplici totus hic libellus, si quis bene considerat, totus exilget.
Veda ibi.
8. Eorum.
9. Eorum.

10. Sunt vitia quaedam quibus si quis fuerit inuolutus, nō diu leges & amicitia iura seruabit. Non enim ad amicitiam sunt idonei nimis iracundi, instabi- les, suspiciosi, & verbosi: quæ quatuor in electione amici con- sideranda sunt. Aug. de amicitia. cap. 12.

h. Stipulatur manibus suis, spō- dentes se rationem pro malorū animabus domino reddere. Be- da. ibidem.

i. Ne transgrediaris terminos fides quas catholici ab initio statuerunt. Hierony.

k. Sedulum in rebus agendis.

a. Potest & item intelligi de ea temperantia sacra scriptura, quæ adeo sobriè gustanda est cum suspiciōibus, ut in locutione ne videatur plus sapere quā oportet, sed sapere ad sobrietatē. Dionys. ibidem.

b. Restringere gulam tuam velu- ti vuluū quā tu inuoluit. illo.

c. Mendacis queritur, vel appo- situs conuicius ad probandum cum.

* Panem.
s. Sicut con- cit animo suo, sic ipse loquitur.



† Elius est nomen bonum, quā diuitiæ multæ: super argentum enim^a & aurum gratia bona. Diues & pauper obuauerunt sibi: vtriusque operator est dominus. Callidus videt malum, & abscondit se: innocens pertransiit, & afflictus est damno.] Finis modestiæ] timor domini, diuitiæ & gloria, & vita.² Arma & gladij in via superbi: custos autem animæ suæ longe recedit ab eis.] Prouerbiū est,] adolescens iuxta viam suam,] etiam cum senuerit, non recedit ab ea. Diues pauperibus imperat: & qui accipit mutuum, seruus est sceneratis. Qui seminat iniquitatem, metet⁴ mala,] & virga iræ suæ consummabitur.]⁵ Qui pro- nus est ad misericordiam,] benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi.] Victo- riam & honorem acquirat qui dat munera: anima autem auferat accipientium.][†] Eii- ce derisorem, & exhibit cum eo iurgium, cessabuntque causæ, & contumeliæ. Qui dili- git cordis munditiam, propter gratiam laborum suorum habebit amicum Regem. Oculi domini custodiunt scientiam, & supplantantur verba iniqui.] Dicit piger: leo est foris, in medio platearum occidendus sum.] Fouea profunda os alienæ: cui iratus est dominus, incidet in eam.] Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplina c fugabit eam.][†] Qui calumniatur pauperem, vt augeat diuitias suas, dabit ipse ditiori, & egebit.] Fili mi,] inclina aurem tuam, & audi verba sapientium.] Appone autem cor ad doctrinam meam, quæ pulchra erit tibi cum seruaueris eam⁷ in ventre tuo. Et redundabit] in labiis tuis: vt sit in domino fiducia tua. Vnde & ostēdam eam tibi hodie.][†] Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in cogitationibus & scientia, vt ostenderem tibi firmitatem & eloquia veritatis, respondere ex eis illis qui miserunt te.][†] Non fa- cias violentiam pauperi, quia pauper est: neque conteras egenum in porta: quia iudicabit dominus causam⁸ eius,] & configet eos, qui confixerunt animam⁹ eius.][†] Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso: ne forte discas sēmitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ. Noli esse cum iis^h qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis. Si enim non habes vnde restituas, quid causæ est vt tollat operimentum de cubili tuo?][†] Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Vidisti virum^k velocem in opere suo: coram Regibus stabit, nec erit ante ignobiles.

Temperantia quid fugiat, & quid sequatur innuit, sed peruersa fugiendo consortia, & sanis se scientiis exercendo, ebrietatem plura mala facientem facile vitabit. XXIII.



† Vando sederis vt comedas cū principe, diligenter attende quæ sunt appo- sita ante faciē tuam, & statue cultū in gutture tuo: si tamen habes in potestate animā tuā. Ne desideres de cibis eius, in quo est panis^c mēdaciū. Noli laborare vt diteris, sed prudētiæ tuæ pone modū. Ne erigas oculos tuos ad opes, quas nō potes habere: quia faciēt sibi pēnas quasi aquilæ, & volabūt in cælū. Ne comedas^{*} cū homine inuido, & ne desideres cibos eius: quoniam[†] in similitudinē arioli & coniectoris a stirax quod ignorat.] Comede & bibe, dicet tibi: & mens eius non est

† Isa. 1. d

† Ecclē. 7. a
Ecclē. 4. i.

† 8. di. cap. 1.

† Ecclē. 31. e

† 1. q. 1. cap. 1.
In loco.

† Infr. 21. e

† 1. q. 4. c. In loco.

† Infr. 23. e

† 1. q. 1. cap. 1.
Dicit. 19. c.
12. q. 2. In le-
gibus. 7. q. 1.
Si quis episcopus
cop. 13. q. 1. c.
1. 24. q. 1. c.
transfertur.
25. q. 1. 3. De
sepult. 6. i.

est tecum. Cibos quos comederas, euomes, & perdes pulchros sermones tuos. ^dIn auribus insipientium ne loquaris: quia despicient doctrinam eloquij tui. ^eNe attingas paruulorum terminos,] & agrum pupillorum ne introeas. ^fPropinquus] enim illorum fortis est, & ipse iudicabit contra te causam illorum. Ingredietur ad doctrinam cor tuum, & aures tuas ad verba scientiae. ^gNoli subtrahere a puero disciplinam: si enim percusseris eum virga, non morietur. ^hTu virga percuties eum: & animam eius de inferno liberabis. Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum: & exultabunt renes mei, cum locuta fuerint recta labia tua. ⁱNon aemuletur cor tuum peccatores, sed in timore domini esto ^jtota die: quia habebis spem in nouissimo, & praestolatio tua non auferetur. Audi fili mi, & esto sapiens, & dirige in via animum tuum. ^kNoli esse in conuiujs potatorum, * nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt: quia ^lvacantes potibus, & dantes symbola, confumentur,] & vestiatur * pannis dormitatio. Audi patrem tuum qui genuit te: & ne contemnas cum senuerit mater tua. Veritatem eme, & noli vendere sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam. Exultat gaudio pater iusti: qui sapientem genuit, laetabitur in eo. Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet ^mqui genuit te.] ⁿPræbe fili mi cor tuum mihi, & oculi tui vias meas custodiant. Fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena. Insidiatur ^oin via quasi latro, & ^pquos incautos inuenerit, interficiet.] ^qCui vax, ^rcuius patri vax, ^scui rixax, cui foueaz, cui sine causa vulnera, cui ^tsuffossio] oculorum? Nonne his qui commorantur in vino, & ^ustudent calicibus epotadis?] Ne intuearis vinum quando flauescit, cum splenderit in vitro color eius: Ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus ^vvenena diffundet.] Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruersa. Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi ^wsopitus gubernator amisso clauo, & dices, verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi: quando euigilabo, & rursus vina ^xreperiam?]

[d. Nolite sanctorum dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos. Sicut aduenit ne haereticorum doctrinis auscultantes, ita nunc ne amore vanæ gloriæ seductus inuadens honoribus passim archana veritatis ingeras. Glosa ordinaria.]
 2. Non transferas terminos antiquorum.
 3. Redemptor.
 e. Si pueri castigatio sinem sequatur intentum, per vitam bonorum morum pueri dirigit: & sic in hac vita multos euadit periculorum casus, atque in futura inferni possumus etiam.
 f. Hoc est. Si toto tempore vitæ tuæ peccatorum exempla vitaueris, & dominum timere faceris, habebis spem beatæ retributionis in nouissimo. Iuxta illud. Apoc. 2. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Hiero. ibid.
 * Vini.
 4. Bibax & edax pauperes efficiuntur.
 * Laceris.
 5. Genetrix tua.
 g. Quod Abraham illi dictum est, Da mihi vnicum dilectum filium tuum, tibi dicit sapientia. Da mihi, fili, cor tuum: ipse est dilectus vnicus. Quid metuis offerre cor tuum? Offer facillimè contritionem cordis domino deo tuo, & dic ei cum propheta: Holocausus non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despiciet. Aug. de 4. virtuti. charitatis.
 6. Attrahit homines præuaricatores.
 7. Et cui anxietas, vel calamitas.
 8. Rubor, vel rubedo.
 9. Qui veniunt ab scrutandam mixtionem.
 10. Stimulum infiget.
 11. Dormiens in mali nauis summitate.
 12. Inquirant

Fortitudo circa quinque versatur: scientiam in acquisitione, clementiam in exercitatione, versutiarum detectione, veritatis exaltatione, & insidiarum contemp-tione.
 X X I I I I.

[†]Sup. 23. b A **N**e aemuleris viros malos, nec desideres esse cum eis: quia rapinas meditatur mens eorum, & [†]fraudes] labia eorum loquuntur. Sapientia edificabitur domus, & prudentia roborabitur. In doctrina replebuntur cellaria, vniuersa substantia pretiosa & pulcherrima. [†]Vir sapiens fortis est: & vir doctus, [†]robustus & validus: quia cum dispositione,] inicit bellum, & erit [†]salus] vbi multa consilia sunt. [†]b Excelsa] stulto sapientia, in porta non aperiet os suum. Qui cogitat mala facere, [†]stultus vocabitur.] Cogitatio stulti peccatum est: & abominatio hominum [†]detractor.] Si desperaueris lapsus in die angustiarum: imminuetur fortitudo tua. [†]Erue eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum [†]liberare ne cesses.] Si dixeris, [†]vires non suppetunt:] qui inspector est cordis, ipse intelligit, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit: reddetque homini iuxta opera sua. [†]Comede fili mi mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo: Sic & doctrina sapientiæ animæ tuæ: quam cum inueneris, habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit. Ne insidieris, [†]& quæras impietatem in domo] iusti, neque vastes requiem eius. [†]d Septies enim [†]in die] cadet iustus, & resurgit: impij autem corruent in malum. [†]Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, [†]& [†]in ruina eius] ne exultet cor tuum: ne forte videat dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam. Ne [†]contendas cum pessimis, nec aemuleris] impios, quoniam non habent futurorum spem mali, & lucerna impiorum extinguetur. [†]Time dominum fili mi, & regem: & cum detractoribus non commiscearis. Quoniam repente [†]consurget perditio eorum: & ruinam vtriusque quis nouit? Hæc quoque sapientibus. [†]Cognoscere personam in iudicio non est bonum. [†]Qui dicunt impio, iustus es: maledicent eis populi: & detestabuntur eos tribus. Qui arguunt [†]eum,] laudabuntur, & super eos

4. Ne desideres eos imitari, quos vitis illis de quibus commemorari, videtur implicari: sed potius sapientiæ operam dare curato. Beda ibid.
 1. Afflictionem.
 2. Roborare vires, quia per in-dustriam.
 3. Victoria.
 4. b. Excelsior. Hoc est, stultus & ignaues desperat de sapientia, quod sit supra caput suum.
 5. Authorem scelerum vocabit.
 6. Detractor.
 7. Nonne prohibebis?
 8. Ecce, non nouimus eum.
 9. Ad litteram in terra promissionis in qua regnauit Salomel mel abundat. Ideo in pluribus locis veteris testamenti dicitur terra abundans lacte & melle, & eo reficiuntur homines corporaliter. De Lira.]
 9. O impie habitaculo.
 d. Septenarius numerus septies pro vniuerso ponitur, vt hic, cuius sensus est, Quis sciet que ceciderit, non peribit. Quod in 6 de iniquitatibus, sed de tribulationibus ad humilitatem perdurentibus intelligitur. Aug. de ciuit. dei. lib. 11 cap. 31.
 10. Quin impetgit.
 11. e. Aemuleris vel succenseas propter malignos, neque zelatoris. Hoc idem est cum Psal. Noli aemulari in malignantibus, &c.
 f. Qui malam causam nituntur facere bonam, his omnes maledicunt.

† Eccl. 30. a
 Sup. 13. d
 745. di. c. C6
 beatus § Sa
 Iomon. 21. q.
 4. c. Disfil
 cet. c. Ea vin
 di. a.
 5. q. 5. Non o
 minis.
 De conse. di.
 5. c. Ne tales
 44. di. c. N6
 oportet.
 7 Infr. 24. a

Sup. 22. b

† Sup. 23. b

† Sup. 11. b

† Psal. 81. a
 24. q. 3. c. N6
 inferenda.
 Eccl. 4.

† De pe. di. 3.
 c. Septies.
 † Sup. 17. a
 Job. 21. b
 Psal. 36. a

† Sup. 13. a
 Job. 21. a
 3. q. 4. c. De
 tractores.
 † Leuit. 19. c
 Eccl. 4. 2. a
 Sup. 18. a

* Bona.

[g. Præpara foris opus tuum studendo sacram scripturam, & diligenter exerce agrum tuum videndo glorias doctorum, & postea ædifices domum tuam. Ne sis testis frustra contra proximum tuum, nec lactes quæquam labiis tuis. Ne dicas, quomodo fecit mihi, sic faciam ei: & reddam unicuique secundum opus suum. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti. Et ecce totum repleuerant vriticæ: & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat. Quod cum vidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam. Vsq; quo piger dormies, vsque quo de somno confurges? Parum, inquam, dormies, modicum dormitabis, paucillum manus conferes, vt quiescas: & veniet tibi quasi cursor egestas tua, & mendicitas quasi vir armatus.]

12. Vidi, & accepi eruditionem. Vsq; quo dormis in vitiis ad bene operandum, qui noxio torpore depressus, semper dicis: Paululum adhuc iacebo, & sic postea penitendo resurgam. Hiero. sup. 6. c. sup. 1. Hæ parabolæ viri docti tempore regis Ezechia qui reformauit synagogam, redegerunt in vnum, & in huius libelli opus inseruerunt, quæ ad eius æpoca fuerant dispersa. Beda. ibid.

veniet benedictio. * Labia deosculabitur, qui recta verba respondet. Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & postea ædifices domum tuam. Ne sis testis frustra contra proximum tuum, nec lactes quæquam labiis tuis. Ne dicas, quomodo fecit mihi, sic faciam ei: & reddam unicuique secundum opus suum. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti. Et ecce totum repleuerant vriticæ: & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat. Quod cum vidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam. Vsq; quo piger dormies, vsque quo de somno confurges? Parum, inquam, dormies, modicum dormitabis, paucillum manus conferes, vt quiescas: & veniet tibi quasi cursor egestas tua, & mendicitas quasi vir armatus.

† Sup. 10. d

† Sup. 6. b

Hæ quoque Parabolæ Salomonis, quas TRANSTVLERVNT VIRI EZECHIAE REGIS IUDA.

Sapientia quatuor cardinalibus comitata virtutibus, hominem perfectum reddit, & in finem suum perfecte dirigit. X X V.

b. Hoc est, ad gloriam dei pertinet aliqua tradere in scripturis, per verba obscura, velata, & mystica, ne diuina secreta pandantur indignis, & deur studiosis occasio honestæ exercitationis. Iuxta quod Dionysius ait de mystica theologia. c. 1. & Mart. 11. Nolite sanctum dare canibus. Dion. ibid.

16. Nunc subditur monet illis, vt hilarem vultuum ostendat subiectis. Nunc ne in conspectu maiorum arrogans appareat, sed in mediocri positus loco superius euocari mereatur. Potest in rege & principe dominus intelligi, in cuius conspectu nos semper humiliari necesse est. Vnde humillamini sub manu potentis Dei, vt vos exalter in tempore visitationis. Glofa ordinaria.]

1. Ne gloriaris. 2. Fortè aliquid agas tandè quote confundat amicus tuus. 3. Alterius. 4. Ornamentum auro in clusum. 5. Qui gloriatur de mendacijs liberalitate. d. Quod est, indurata iram lingua mollis lenire potest. e. Non plus sapias quàm oportet, sed sapias ad sobrietatem. * Dete.

6. Vacillans. 7. Qui auferit. 8. Mactenti.

* Pâne.

f. Congregare prunas super caput inimici, quid est aliud nisi magis reum facere ante deum? Si ergo qui benefacit inimico, magis reum facit illum ante deum, consequenter & qui rogat prius inimicum suum, reum illum facit ante deum. Chryso. in c. ca. Matt. homil. 11. g. Oppressus ab impio.

9. Inuestigatio eorum grauis.



Gloria dei est cælare verbum, & gloria regum inuestigare sermonem. Cælum sursum, & terra deorsum, & cor regum inscrutabile. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius. Ne gloriosus appareas coram rege, & in loco magnorum ne steteris. Melius est enim vt dicatur tibi, ascende huc: quàm vt humiliaris coram principe. Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio cito: ne postea emendare non possis, cum de honesta ueris amicum tuum. Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo, ne reueles: ne fortè insultet tibi cum audierit, & exprobrare non cesset. Gratia & amicitia liberant, quas tibi serua, me exprobrabilis fias. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo. In auris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit sapientem & aurem obediẽtem. Sicut frigus niuis in die mellis, ita legatus fidelis ei qui miserit eum, animam ipsius requiescere facit. Nubes & ventus, & pluuia non sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens. Patientia lenietur princeps: & lingua mollis confringet duritiã. Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi: ne fortè satiatus euomas illud. Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne quando satiatus oderit te. Iaculum, & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimoniũ. Dens putridus, & pes lassus, qui sperat super infideli in die angustia, & amittit pallium in die frigoris. Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo. Sicut tinea vestimento, & vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, da ei aquam bibere. Prunas enim congregabis super caput eius, & dominus reddet tibi. Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem. Melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa, & in domo communi. Aqua frigida animæ sitienti, & nutius bonus de terra longinqua. Fons turbatus pede, & vena corrupta, iustus cadens coram impio. Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.

† Luc. 14. b
† 1. quæ. 5.
Qui ambulat.

† Sup. 15. a

† Rom. 12. d
Iere. 2. c

† Sup. 21. b

† Eccl. 1. c

Sicut verborum impotens non est ad prelaturam assumendus, ita incorrigibilis deponendus, nec ad prelaturam assumendus. X X VI.

a. Ille verus ne in doctis honor docendi committatur, premonet, quia non minus is honor illi indecens est, quàm nix in æstate, & pluuia in messe. Beda ibid. 1. Hirundo. b. Sicut avis volat a nido, & reuolat in nidum, sic maledictio in maledicentes. a. Gratis non veniet.



Vomodo nix in æstate, & pluuia in messe, sic indecens est stulto gloria. Nam sicut avis ad alta transuolans, & passer quolibet vadens: sic maledictum frustra prolatum in quempiam superueniet. Flagellum equo, & chamus asino, & virga in dorso imprudentium. Ne respondeas stulto iuxta

† 11. 9. 1. c. 11
Iud.

iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. ^c Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur. Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stultum. Quomodo ³ pulchras frustra habet claudus tibi:] sic indecens est in ore stultorum parabola. ⁴ Sicut qui mittit lapidem ⁴ in acerum Mercurij:] ita qui tribuit insipienti honorem. Quomodo si spina nascatur in manu temerenti: sic parabola in ore stultorum. ¹ Iudicium determinat causas: & qui imponit stulto silentium, iras mitigat.] [†] Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum, sic imprudens qui iterat stultitiam suam. Vidisti hominem sapientem sibi videri: ^c magis illo spem habebit insipiens. [†] Dicit piger, leo est in via, & leæna in itineribus. Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. [†] Abscondit piger manus ^c sub ascella sua,] & laborat si ad os suum eas conuerterit. [†] ^f Sapientior ⁷ tibi] stultus videtur septem viris loquentibus sententias. Sicut qui apprehendit auribus canem, sic qui transit & impatiens commiscetur rixæ alterius. [†] Sicut noxius est, qui mittit sagittas, & lanceas, in mortem: ita vir qui fraudulentè nocet amico suo, & cum fuerit deprehensus,] dicit: ^{*} ludès feci. [†] ^g Cum defecerint ligna, extinguetur ignis: & susurrone subtracto, iurgia conquiescunt. [†] Sicut carbonès ad prunas, & ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitatur rixas. ^g Verba susurrone quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad intima cordis. ⁸ Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile,] sic labia ^h tumentia cum pessimo corde sociata. Labiis suis intelligitur inimicus, cum in corde tractauerit dolos. Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei, quoniam septem ⁹ nequitia] sunt in corde illius. [†] Qui operit odium fraudulentè, reuelabitur malitia eius in concilio. [†] Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. ¹⁰ Lingua fallax non amat veritatem: & os lubricum operatur ruinas.]

[c. Non sunt contraria non respondens stulto & respondens stulto. Veritatem enim pro se proferat, & pro peccatore diuersitate concordat. Dum & stultus conuenit, quia non recipit sapientiam, & stulta superbia à sua deicitur stultitia. Glosa ordina. 3. Eleuata sunt tibi claudi. 4. d. In fundam. Hoc est. Sicut lapis in funda parum quiescit, sic & stultus in honore. 5. Magnus qui format omnia, dat stulto mercedem, dat & mercedem transgressoribus. 6. Spes de stulto maior, est quàm de illo qui sapiens sibi videtur.

6. In sinu suo.

f. Septem viros loquentes sententias, illos dicit qui sepe formis spiritus gratia pleni, sacre scriptura nobis scientiam ministrauerunt, quibus se sapienterem stultus arbitrat. Hier. ibid. 7. In oculis suis.

[g. Cum defecerint ligna, quæ sunt materia ignis, ita susurrone. i. de ore sublaro lites cessare necesse est. De 1. ysa. ibid.] 8. Sicut argentum sceulentum obdum super testam. h. Labia furientia produunt quæle vitus intus lateat.

9. Abominaciones.

i. Deus manifestè punie eum qui clam fraudes struxerit proximo suo. 10. Linguam mendacem odit humilis, os autem blandum operatur expulsionem.

Prudentia presentibus non satiata, quæ sunt futura tanquam durabiliora curat: secularis autem prudentia, neminem vnquam saturat. X XVII.

NE glorieris in castinum, ignorans quid superuentura pariat dies. [†] ^a Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua. [†] Graue est saxum, & onerosa arena: sed ira stulti vtroque grauior. ^{1b} Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: [†] Et impetum concitati spiritus ferre quis poterit?] Melior est manifesta correctio, quàm amor absconditus. [†] Meliora sunt vulnera diligentis, quàm ² fraudulenta] oscula odientis. [†] Anima saturata calcabit fauuum: & anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet. Sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum. ³ Vnguento & ³ variis odoribus] delectatur cor: & ⁴ bonis amici consiliis anima dulcoratur.] Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiseris: & domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ. ^c Melior est vicinus iuxta, quàm frater procul. Stude sapientiæ fili mi, & lætifica cor meum, vt possis exprobranti respondere sermonem. Astutus videns malum, absconditus est, [†] paruuli] transeuntes sustinuerunt dispendia. [†] Tolle vestimentum eius, qui spondit pro extraneo, & pro alienis aufer ei pignus. Qui benedicit proximo suo ^d voce grâdi, ^e de nocte] confurgens, maledicenti similis erit. [†] ⁵ Tecta perstillantia in die ^f frigoris,] & litigiosa mulier comparantur. Qui ⁸ retinet] eam: quasi qui ventum ⁹ teneat,] & oleum dextræ suæ, ¹⁰ ^e vocabit.] Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici sui. Qui seruat ficum, comedet fructum eius: & qui custos est domini sui, glorificabitur. Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium: sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. ^f Infernus & perditio nunquàm replentur, similiter & [†] oculi hominū inastriabiles. [†] Quomodo probatur in conflatorio argētum, & in fornace aurū: sic probatur homo ore laudantis. ^g Cor iniqui inquit mala, cor autē rectū inquit scientiam.] Si cōtuderis stultū ^h in pila, quasi ptisanas feriēte desuper pilo,] non auferetur ab eo stultitia eius. Diligenter agnosce vultū pecoris tui, ¹² tuosque greges considera. Non enim habebis iugiter potestatem, sed corona tribuetur tibi] in generatione & generatione. Aperta sunt prata, & apparuerūt herbæ virētes, & collecta sunt

a. Periculosum est enim sibi placere, cui cauendum est superbi: sed hoc homini dictum est, infirmi enim sumus, & apud infirmos loquimur: verum dicere & mentiri possumus. Aug. super Ioh. Tract. 36. & 38. 1. b. Crudelitas inest furori, & impetus iræ: quis stabit coram iniudiciis? Hoc est, furor apertus declinat potestatem non autem latens inuidia. 2. Superbia, Heb. vel voluntaria, Gægo.

3. Suffimento.

4. Sic dulcedo est animæ ex consiliis amici. c. Melior est tibi vicinus aliquis qui tibi animam fraternam societate conuenit, quàm gersanus frater, qui iura fidei & pietatis communiā tecum habere nequelexerit. Hier. ibid.

5. Imprudentes.

d. Et non corde,

6. Mane.

7. Pluuia.

8. Abscondit.

9. Abscondit.

10. e. Euaque vel clamabit. Hoc est, sicut oleum odoriferum in manu se prodit, sic mulier rixosa compesci non potest quin clamet.

[f. Infernus, & inferni tormēta non replentur tetimum accipiendo, similiter & intentiones eorum qui terrena sapient, inastriabiles sunt desiderio peccandi. Glosa ordina.]

11. In mortatio in medio tritici contuli pistillo. 12. Et pone cor tuū ad greges, quia non in æternum erit thesaurus, nec corona.

† 2. Pet. 2. d

† Sup. 22. b

† Sup. 19. d

† Sup. 15. a

† De presumptio. c. 1.

† Eccle. 28. b

† Eccle. 38. b

† Eccle. 10. b

† Eccle. 17. d

† Eccle. 22. b

† Eccle. 22. b

† 1. q. 5. Non omnis. c. Nō osculatur.

† 2. q. 4. Nimi.

† Iob. 6. b

† Sup. 20. e

† Sup. 19. b

† Eccle. 1. b

Infra 30. b

Eccle. 14. c

† Eccle. 14. b

f Tanta infantia tibi pecus commissum pascere, ne tibi lac afflante nouum, nec frigore desit. Hiero. ibid.

scena de montibus. † Agni sunt ad uestimentum tuum: & hœedi, ad agri pretium. † Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in necessaria domus tua, & ad victum ancillis tuis.

† 1. Tim. 6.8

Prælati socordes ob seculi sapientiam gregis curam parui pendunt, at prouidi mundanas voluptates nec sibi, nec subditis sinunt dominari. XXVIII.

a. Quia intrus habet agentem conscientiam accusatorem, & hunc undique circūferre: & siue seipsum non potest fugere, sic nec intrinsecus ipsum agentem, sed quocumque abeat flagellatur, & vulnus habet immediate. Chryso. ad populum Antiochie homil. 8.
e. Iusti autem veluti leo confident.
a. Hominem intelligentem & scientem, se prostrabitur regnum.
* Legem.
b. Omnia animaduertunt electi, hoc est, & futurum esse discrimen vniuersalis iudicij, & quibus operibus requies, & quibus pena retribuatur æterna. Hiero. ibid.
3. Augmento iniusto.
4. Errare facit.
5. In fousam suam. Hoc est, in vitium supplicium.

6. Et cum surrexerit impij, inuestigabitur homo. Hoc est, quando impij præstant populo, nil habet populus in tuto, quod vero iusti, omnia sunt tuta cum letitia.
d. Ita iudicij tanto districtior, portabitur, quanto nunc minus timetur. Vnde in die malorum ne sis immemor bonorum, & in die bonorum, ne sis immemor malorum. Gloriosa ordina.
7. Homo qui calumniam facit in sanguinem animæ, fugiet vsque in foueam, sed.
f. Absque resurrectione ad bonum: sicut dictum est. Apoc. 18. Impius cum in profundum malorum venerit, contemnit. De Lya. ibid.
8. Multiplicat benedictiones.

9. f. Habet oculum malis. Hoc est, Diuitie que cito acquiruntur, etiam cito deperduntur.
10. Impinguabitur.
11. Ipse liberabitur.
h. Feruente impiorum persecutione, absconduntur iusti & fideles, perditorum vero persecutione cessante, augustinus post pressuras fidelium gloria elare. Icit. Beda ibid.

1. Corregionibus induratus est ceruice.
a. Quia peccatum eius est irremissibile. Est enim quedam species peccati in spiritum sanctum, quod dicitur irremissibile, id est, de difficili remissibile. Lya. ibidem.
2. Exactor.
3. Blanditur.
4. Lætabitur.
y. b. Derisores illaqueant, hoc est, omnia replent dissidiis & contentionibus.
c. Doctor sapiens si cum infideli & contumace contenderit, sine tormento reproborum, siue gaudia nunc bonorum, siue ira erga insensatum laborat: siue lameta pœnitentiæ suadeat, seu bonæ operationis quæ sine præmia dicat, non auditur à stulto & hæretico. Beda post Hiero. ibidem.
6. Fraudulentus.



Negit impius nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens, absque terrore erit. Propter peccata terræ multi principes eius: & propter hominis sapientiam & horum scientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit. Vir pauper calumniis pauperes, similis est imbro vehemēti, in quo paratur fames. Qui derelinquunt legem, laudant impium, qui custodiunt, succenduntur contra eum. Viri mali non cogitant iudicium: qui autem inquirunt dominum, animaduertunt omnia. † Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quàm diues in prauis itineribus. Qui custodit legem, filius sapiens est: qui autem comestatores pacit, confundit patrem suum. † Qui coaceruat diuitias vsuris, & fœnore liberali, in pauperes congregat eas. Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet, & simplices possidebunt bona eius. Sapiens sibi videtur vir diues: pauper autem prudens scrutabitur eum. In exultatione iustorum multa gloria est: regnantibus impiis ruinæ hominum. Qui abscondit scelera sua, non dirigitur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. † Beatus enim homo qui semper est pauidus: qui verò mentis est duræ, corruet in malum. † Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem. Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniam: qui autem odit auaritiam, longi fient dies eius. † Hominem qui calumniatur animæ sanguinem, vsque ad lacum fugerit, nemo sustinet. Qui ambulat simpliciter, saluus erit: qui peruersis graditur viis, concidet semel. † Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, replebitur egestate. Vir fidelis multum laudabitur: qui autem festinat ditari, non erit innocens. Qui cognoscit in iudicio faciem, non bene facit: iste & pro buccella panis deserit veritatem. † Vir qui festinat ditari, & aliis inuidet, ignorat quòd egestas superueniet ei. Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum magis, quàm ille qui per linguæ blandimenta decipit. † Qui subtrahit aliquid à patre suo, vel à matre, & dicit hoc non esse peccatum: particeps homicidæ est. Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat: qui verò sperat in domino, saluabitur. Qui confidit in corde suo, stultus est: qui autem graditur sapienter, ipse laudabitur. Qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam. † Cum surrexerint impij, abscondentur homines: cum illi perierint, multiplicabuntur iusti.

Subditus insolens superiorum correctionem facile contemnit, in eo quoddam correctorem non audit, correctori arroganter resistit, præsentia vero inconsiderate disponit. XXIIX.



Viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur. In multiplicatione iustorum lætabitur vulgus: cum impij sumpserint principatum, gemet populus. Vir qui amat sapientiam, lætificat patrem suum: qui autem nutrit scortum, perdet substantiam. Rex enim iustus erigit terram, vir avarus destruet eam. Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius. Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus, & iustus laudabitur. Homines pestilentes nouit iustus causam pauperum, impius ignorat scientiam. Homines dissipant ciuitatem, sapientes verò auertunt furorem. Vir sapiens si cum stulto contenderit, siue irascatur, siue rideat, non inueniet requiem. Viri sanguinum oderunt simplicem: iusti autem quærunt animam eius. Totum spiritum suum profert stultus: sapiens differt & reseruat in posterum. Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios. Pauper & creditor obuauerunt sibi: vtriusque

* illumi-

† Sup. 19. a

† 23. q. 7. ca. Quemadmodum.

† Sup. 10. b & 12. b Eccl. 20. d

† Luc. 15. c

^c * illuminator est dominus. ^d Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. Virga atque correctio tribuit sapientiam: pauper autem qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera, & iusti ruinas eorum videbunt. ⁷ Erudi filium] tuum, & ⁸ refrigerabit te,] & dabit delicias animæ tuæ. ^c Cùm prophetia defecerit, dissipabitur populus: qui verò custodit legem, beatus est. Seruus verbis non potest ⁹ erudiri: quia & quod dicis] intelligit, & respondere contemnit. Vidisti hominem velocem ad loquendum: ^d ¹⁰ stultitia magis speranda est, quàm illius correctio. ¹¹ Qui delicatè à pueritia sua nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem. Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad indignandum facilis est, erit ¹² ad peccandum] procliuor. ¹² ^f Superbum sequitur humilitas,] & humilem spiritu suscipiet gloria. Qui cum fure participat, odit animam suam, ¹³ adiurantem] audit, & non indicat. Qui timet hominem, cito corruet: qui sperat in domino, subleuabitur. ⁵ Multi requirunt faciem principis, & iudicium à domino egreditur singulorum. Abominantur iusti virum impium: & abominantur impij eos qui in recta sunt via. & Verbum custodiens filius, extra perditionem erit.]

* Oculorum.
d. Eos ab iniustis molestis er-
tuendo, deo iugiter complac-
bit, & post prædientiam tem-
poralem consequetur regnum
æternum seu posteros habebit
succesores, per omne tempus,
Diony. Carr.]
7. Castiga-
8. Quiescere te faciet.
e. Nulla maior fames populo
contingere potest, quàm si ver-
bum dei deficiat.
9. Emendati.
10. Spes de stulto maior est quàm
de illo.
11. Ad peccatum.
12. Superbia hominis humiliat
bit eum. Hoc est, Qui se humi-
liat exaltabitur, & qui se exaltat
humiliabitur.
13. Maledictionem.
14. De yderantes eius familia-
ritatem & assidentiam. Et iu-
dicium à domino egreditur sin-
gulorum: quia discernit inten-
tiones eorum. Verum hoc faci-
unt amore boni communis
vel proprij. De Lyra.]

† Job. 22. d

Quæ sint à deo postulanda, quæ fugienda sint, & quæ imitanda.

X X X.

A Erba ¹ congregantis filij vomentis. Visio quam locutus est vir, cum quo est deus, & qui deo secum morante confortatus, ait:] Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum. Non didici sapientiam, ² &] noui scientiam sanctorum. ³ Quis ascendit in cælum, atque descendit? Quis continuit spiritum in manibus suis? Quis colligauit aquas? Quis in vestimento? Quis ⁴ suscitauit] omnes terminos terræ? Quod nomen eius, & quod nomen filij eius, si nosti? [†] Omnis sermo dei [†] ignitus,] clypeus est omnibus sperantibus in se. [†] Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniaris que mendax. Duo rogauit te, ne deneges mihi antequàm moriar. Vanitatem, & verba mendacia longe fac à me. Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi. ⁵ Tribue tantum victui meo necessaria, ne fortè satiatus illiciar ad negandum, & dicam, quis est dominus? aut egestate compulsus furer, & periurem nomen dei mei. Ne accuses seruum ad dominum suum, ne fortè maledicat tibi, & corruas. ^b Generatio quæ patri suo maledicit, & quæ matri suæ non benedicit. Generatio quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota à sordibus suis. Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in alta subreçtæ. Generatio quæ pro dentibus gladios habet, & [†] commandit molaribus suis,] vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. ^c Sanguifugæ duæ sunt filia, dicentes, affer, affer. Tria sunt insaturabilia, & quartum quod nunquam dicit, sufficit. [†] Infernus, & os vuluæ, & terra quæ non satiatur aqua, ignis verò nunquam dicit, sufficit. ^c ⁶ Oculum qui subfannat patrem, & qui despicit ⁶ partum] matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ. Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: Viam aquilæ in cælo, viam colubri super petram, viam nauis in medio mari, [†] & viam viri ⁷ in adolescentia.] Talis est via ^d mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os suum, dicit: Non sum operata malum. Per tria mouetur terra, & quartum quod non potest sustinere: Per seruum cùm regnauerit, per stultum cùm saturatus fuerit cibo, & per odiosam mulierem, cùm in matrimonio fuerit assumpta, & per ancillam cùm fuerit hæres dominæ suæ. Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus: [†] ⁸ Formicæ populus infirmus, qui preparat in messe cibum sibi: ⁸ Lepusculus] plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum. Regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas: ⁹ Stellio manibus nititur,] & moratur in ædibus Regis. ^c Tria sunt quæ bene gradiuntur, & quartum quod incedit foeliciter: Leo fortissimus bestiarum, ¹⁰ ad nullius pauebit occursum:] Gallus succinctus lumbos suos, & aries, ¹¹ nec est Rex qui resistat ei,] & qui stultus

1. Agur filij Iarai. Prophetiam hæc dixit Ithieli, Ithieli, & Vcab
2. Nec.
a. Hoc euidenter ad filium refer-
tur, propter quod cætera magis
intelliguntur, hoc est, quis nescit
Quod Paulus ita commemo-
rat, Ephes. 4. Qui descendit,
ipse est, & qui ascendit super om-
nes cælos. Quis colligit spiritum
in sinu suo, id est, animas
credentium in occultum
atque secretum. Quibus dicitur
mortui enim estis, & vita vestra
abscondita est cū Christo in
deo. Qui colligauit aquas in ve-
stimento, vt dicitur: Quot-
quot in Christo baptizati estis,
Christi induistis. Quis tenuit
fines terræ? Qui dixit discipulis
suis eritis mihi testes in Ierusa-
lem, &c. Aug. epist. 49.
3. Sanguis.
4. Purgatus.
5. Quatuor sunt hominū gene-
ra in omni incurritia: Paren-
tibus non obediens, hypochri-
ta, superbi & pauperum calum-
niantes.
6. Et molares vt enses.
c. Hæc autem omnia similia at-
que dissimilia ex vna radice pul-
lularunt, proprie scilicet volun-
tatis. Huius enim sanguifugæ
duæ sunt insatiabiles filia, cla-
mantes: affer, affer. Siquidem
nec animus vanitate, nec volun-
tate corpus aliquando satia-
tur, vt scriptum est: Non satiat
oculus vili, nec auris impletur
auditu, Bernard. in declamatione.
6. Doctrinam vel obedientiam.
7. Cum adolescentula.
d. Itaque via adulterarum simi-
lis est vie adolescentum, quoniam
in desiderijs, phantasij, cogi-
tationibus, verbis, & factis
suis profus insatiabiles sunt, Dio-
nysius ibidem.
8. Cuniculus.
9. Aranea manibus negotiarum,
vel simia manibus capiet.
c. Leo, Christus: gallus prædica-
torarius, sacerdos: & stultus, An-
tichristus. Quoru tria dicit bene
incedere, & quartum foeliciter.
Nō enim quod foeliciter, bene:
neque in hac vita omne quod
bene, foeliciter. Nam leo, gallus,
& aries bene incedunt, sed non
hic foeliciter: quia persecutione
bella patiuntur. Quartum verò
foeliciter, & non bene incedit:
quia in fallacia sua Antichri-
stus graditur, sed iuxta breue tē-
pus vite præsentis ipsa illi fallacia
prosperatur. Beata ibidem.

† Psal. 118. e

† Deut. 4. a & 2. d

^d

† Sup. 27. e

† 12. quæ. a.

De præsump. e. In auditis, c. Quærit.

† Sup. 6. a Psal. 103.

10. Et non auerter se à facie eiusquam.
11. Et rex cui nemo insurgit.

[ff. Vbera fortiter prætere, est virtusque testamenti scripturas profundè pensare, ex quorum p[er]fatione dum lac queritur, inuenitur butyrum: quia dum in scripturis sensum mediocriter ac simpliciter quærimus, iuxta litteram resicientem subilem ac mysticum intellectum pinguis finè nos alentem, sensusque a[gn]ogegicus reperimus. Diony. Catehu.]

apparuerit, postquam eleuatus est in sublime. Si enim intellexisset, ori suo imposuisset manum. [†] Qui autem fortiter præmit verba ad eliciendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emungit, elicit sanguinem: & qui prouocat iras, producit discordias.

A quibus reges abstineant vt iuste iudicent, mulieres quid imitentur & quid fugiant, vt probæ euadant.
XXXI.

† Diff. a. ep.
Denique.
De p[er]f. dist.
Serpent.
De renun.
c. Niù.

a. Lamuel interpretatur in quo est deus, & ideo eadem est locutio que in principio præcedentis capitis. Visto quam locutus est vit, cum quo est deus.

1. Fili.

b. Quingue sunt hic documenta. Primum circa vsum vanerorum. 2. circa belli causas vitandas. 3. circa fugiendam ebrietatem. 4. circa rectum iudicium. 5. circa vxorem eligendam.

2. Nec principibus sic etiam.

* Omnia.

3. Percussibus.

c. Monstrat quod nullum est t[em]p[us] præsens tristitiæ remedium atque vini v[er]s[us], t[em]p[us] utilitatem eius ne perdat intemperantia. Chry. super Genesim. hom. 29. d. O quam foelix qui ecclesiæ meruerit incorporari, quis inueniet eam per obedientiam veram, per fidem, & charitatem: vt sit vni membru[m] & electa proles ipsius: tanquam dicat, magnu[m] & arduum est hoc: imo & caru[m], quia multi sunt vocati & pauci electi. Dionysius ibidem.

4. Longe abest à margaritis.

5. Vidu.

6. Pro voluntate manibus.

7. Cibum.

8. Præceptum.

e. Pro vitioso animo omnia agit. [ff. Fortia dicit perfecta in charitate opera quibus se ecclesiæ pro æterna retributione exerceat. Vnde Matth. 5. Benefacite his qui oderunt vos. Et si vis perfectus esse, vende vniuersa que habes, & da pauperibus. Glossa ordina.]

9. Ad fufum.

10. Collum.

g. Non solum sibi, sed & ceteris operatur & prodest.

11. Mercatori.

h. Semitas domus suæ considerat, quia cunctas suæ conscientie cogitationes subtiliter inuestigat. Panem otiosa non comedit: quia hoc quod de sacro eloquio intelligendo percepit, ante a reum iudicis oculos exhibendo operibus ostendit. Beda ibidem.

* Eam.



Verba Lamuelis Regis. Visio qua erudiuit eum mater sua. Quid dilecte mi, quid dilecte vteri mei, quid dilecte vtorum meorum? ^b Ne dederis mulieribus substantiam tuam, & diuitias tuas ad delendos Reges. Noli regibus, o Lamuel, noli regibus dare vinum: ² quia nullum secretum est, vbi regnat ebrietas.] Ne forte bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis. Date siceram ³ mœrentibus,] & ^c vinum his qui amaro sunt animo. Bibant & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius. Aperi os tuum muto, & causis omnium filiorum qui pertranseunt. ^d Aperi os tuum, & decerne quod iustum est, & vindica inopem, & pauperem. Aleph. ^d Mulierem fortem quis inueniet? ⁴ procul, & de vltimis finibus] pretium eius. Beth. Confidit in eam cor viri sui, & ⁵ spoliis] non indigebit. Gimel. [†] Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ suæ. Daleth. Quæsiuit lanam, & linum, & operata est ^e consilio manuum suarum.] He. Facta est quasi naus institoris: de longè portans panem suu[m]. Vau. De nocte surrexit, deditque ⁷ prædam] domesticis suis, & ⁸ cibaria] ancillis suis. Zayn. Considerauit agrum, & emit eum, de fructu manuum suarum plantauit vineam. ⁹ Heth. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum. Teth. Gustauit & vidit quia bona est negotiatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius. Ioth. ^f Manum suam misit ⁹ ad fortia,] & digiti eius apprehederunt ¹⁰ fufum.] Kaph. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Lamech. Non timebit domui suæ à frigoribus niuis, omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Mem. Stragulatam vestem fecit sibi, byssus & purpura vestimētum eius. Nun. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ. Samech. Sindonem ¹¹ fecit & vendidit, & cingulum tradidit ¹¹ Chananæo.] ¹¹ Ayin. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. Phe. Os suum aperuit sapiētiae, & lex clementiæ in lingua eius. Sade. ^h Considerauit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit. Coph. Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerunt: ^{*} vir eius, & laudauit eam. Res. Multæ filia congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Sin. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens dominum ipsa laudabitur. Thau. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius.

† 1. Tim. 2. b.

INCIPIT PROLOGVS.

In Ecclesiasten.



Mimini me ante hoc ferme quinquennium, cum adhuc Romæ essem: & Ecclesiasten sanctæ Bleſille legerem, vt eam ad contemptum mundi huius promocarem, & omne quod in mundo cerneret, putaret esse pro nihilo: rogatum ab ea, vt in morem commētiarioli obscura quæque differerem, vt absque me posset intelligere quæ legebat. Itaque quoniam in procinctu nostri operis subita morte subtracta est, & vbi non meruimus, d Paula & Eustochium, talem vitæ nostræ habere consortem, tanto vulnere tunc percussus obmutui, & nunc in Bethlehem positus, ¹ angustiore] videlicet ciuitate, & illius memoriæ & vobis reddo quod debeo. Hoc breuiter admonens, quod nullius auctoritatem secutus sum, sed de Hebræo transferens, maxime Septuaginta interpretum consuetudini me cooptavi, in iis duntaxat, quæ non multum ab Hebraicis discrepabant. Interdum Aquilæ quoque & Symmachii & Theodotionis recordatus sum, vt nec nouitate nimia lectoris studium deterrerem, nec rursus contra conscientiam meam fonte veritatis omisso, opinionum riuulos consecrarem.

Incipit

x. Angustiore.

Incipit Liber Ecclesiastes,
QUI HEBRAICIS, COHELET,
id est, Concionator, appellatur.^a

Quicquid est in mundo, vanitati, curiositati, cupidini & anxietati subiectum est.
Cap. I.



Verba Ecclesiastis filij David Regis Ierusalem. ^b Vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatum, & omnia vanitas. ^c Quid habet amplius homo] de vniuerso labore, suo, quo laborat sub sole: ^d Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat. ^e Oritur sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibique renascens] gyrat per meridiem: & flexitur ad aquilonem. Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. ^f Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant.

† Dep. dist. A
2. c. ff.
Infra. 12. c.
Infra 3. b.

† Prou. 27. e
Eccle. 14. c
† Dep. dist.
4. c. in domo

† 37. di. c. Le-
gimus in fi.

Cunctę res difficiles: non potest eas homo explicare sermone. ^g Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur. ^h Quid est quod fuit: Ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est: Ipsum quod faciendū est. Nihil sub sole nouum, nec valet ququam dicere: Ecce, hoc recens est. Iam enim præcessit in seculis, quę fuerūt ante nos. ⁱ Non est priorum memoria, sed nec eorum quę postea futura sunt, erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo. ^k Ego Ecclesiastes fui Rex * Israel in Ierusalem, & propolui in animo meo quærere, & inuestigare sapienter de omnibus quę fiunt sub sole. ^l Hanc occupationem ^m pessimam dedit deus filiis hominum, vt occuparentur in ea. Vidi quę fiunt cuncta ⁿ sub sole,] & ecce, vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. ^o Peruersi difficile corriguntur, ^p & stultorum infinitus est numerus. ^q Locutus sum in corde meo, dicens: Ecce, magnus effectus sum, & præcessi omnes sapientia, qui fuerunt ante me in Ierusalem, & mens mea contemplata est ^r multa sapienter, & didici:] dedi que cor meum, vt scirem prudentiam atque doctrinam, ^s erroręque] & stultitiam. Et agnoui quod in iis quoque esset labor, & afflictio spiritus, eo quod in multa sapientia, multa sit indignatio: & ^t qui addit scientiam, addit & dolorem.

In affluentia deliciarum, diuitiarum, adificiorum, & illarum labore vanitas est
& afflictio spiritus
II.



^u Dixi ergo in corde meo: vadam, * & affluam deliciis, & fruax bonis. Et ^v vidi quod hoc quoque esset vanitas. ^w Risum reputaui errorem,] & gaudio dixi: ^x Quid frustra deciperis?] Cogitaui in corde meo, ^y abstrahere a vino] carnem meam, ^z vt animum meum transferrem ad sapientiam, deuitaremque] stultitiam, donec viderem quid esset vtile filiis hominum, quo facto opus est sub sole numero dierum vitę suę. ^{aa} Magnificaui opera mea, & adificaui mihi domos, & plantaui vineas. Feci hortos & pomaria, & conserui ea cuncti generis arboribus: & extruxi mihi piscinas aquarum, vt irrigarem syluam lignorum germinantium. Possedi seruos & ancillas, ^{ab} multamque familiam habui:] armenta quoque & magnos ouium greges ^{ac} vltra omnes qui fuerunt ante me in Ierusalem. ^{ad} Coacetaui mihi argentum & aurum, & substantias regum & prouinciarum. ^{ae} Feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum ^{af} scyphos, & vrceolos in ministerio ad vina fundenda:] & supergressus sum opibus omnes qui ante me fuerunt in Ierusalem. ^{ag} Sapientia quoque perseverauit mecum: & omnia quę desiderauerunt oculi mei, non negaui eis: nec prohibui cor meum, quin omni voluptate

† Dep. dist. A
3. ca. Intantii.
in fi.

a. Græcis εκκοινησε, Ecclesiastes, qui eorum, id est, ecclesiam congregat, quem nos nuncupare possumus concionatorem, eo quod loquatur ad populum: & sermo eius non specialiter ad vnum, sed ad vniuersos generatim dirigitur. Hierony. ibid.
b. Id est, inueralde vana, eo modo loquendi quo dicitur, valde liberabit ipsa liberalitas: propter quod in talibus non est ponenda felicitas De Lyra.]
c. Ex omnibus quę in seculo fuerunt vel futurae sunt generationibus, vna illa & diuina generatio perfitur, quę in æternæ claritatis dei consorcio perfitur. Greg. in 7. Psal. 101. psal.
d. Sol ipse qui in lucem mortalibus datus est, incertum mundi ortu suo quotidie indicat & occasu. Hierony. ibid.
e. Aspirat vbi oritur.
f. Est igitur admirari sapientiam creatoris, quoniam pacto hoc fiat, vt plerique flumina mare in transibis, ipsum tamen in terminis suis consistat. Olymp. odor. ibidem.]
g. Potest hoc de rerum speciebus intelligi, quarum in diuina successione perpetuantur. Vel de his quę supra enumerantur generatione, & generatione mole terrarum, ortu solis & occasu, cursu fluminum & huius. Hierony. ibidem.]
h. Licet talis scientia sit bona, non tamen est tantum bona quę in ea sit felicitas hominis ponenda, & hoc est quod dicit, Ego Ecclesiastes, id est, super omnes tribus Israe. De Lyra.]
i. Super.
k. Si altius & curiosius nitantur sapere, & non ad utilitatem.
l. Sub calis.
m. Peruersi non potest dirigi, & defectus non potest numerari.
n. Id est, valde excedens numerum aliorum: sic politica quę ordinatur ad hoc quod ceteri fiant boni & studiosi: habet effectum in paucioribus, & sic habet afflictionem annexam in regentibus. De Lyra.]
o. Multitudinem sapientie & scientie.
p. In sanamque.
q. Quanto plus proficimus in cognitione, tanto nobis indignatur amplius de peruerso opere Grego.
r. Risui pronum vocaui stultitiam.
s. Quid istud agist
t. Prorogare cum vino.
u. Ebor meum affluere sapientia, & apprehendere.
v. Per manum & industriam artificum iussu mihi fieri diuersa opera magne excellentia. Dionysius ibidem.
w. Filij familias mihi fuerunt.
x. Alius tradendum est quę sit Ierusalem, & quomodo Ecclesiastes ante omnes qui in eum præcesserunt, reges Ierusalem, dicitur fuerit Hierony.
y. Electas mulieres ex præda habui.
z. Hęc enim portio nostra est, præmittuntque perpetuum, si hic pro virtutibus laboremus. Hieronyus.

7. Et hæc fuit pars mea ex omni.
 ni.
 d. Hæc omnia, oia operatus per
 acti uas facti uasque facultates,
 inueni quod humana cuncta stu-
 dia uanitas sunt, nihilque am-
 plius lucrò apponitur illis qui
 laborant circa omnia que uide-
 tur sub sole: eo quod omnes æ-
 que communem subeant mor-
 tem diuiter simul ac pauperes.
 Olympiodorus ibid.
 8. e. Infans. Hoc est, comestio-
 nes & ebrietates.
 9. Cum his qui hoc fecerunt
 io. Utilior lux est.
 f. Cum fidem redemptionis con-
 templat, ne si uias lucis aspi-
 cere neglexerit, in tenebras ca-
 dat erroris Grego.
 11. Euentus.
 g. Animaduerti quod hoc que-
 que esset uanitas, scilicet labor-
 rare in acquisitione sapientia:
 quia totum perit in morte.
 12. Cum iam dies qui superue-
 niunt, obliuioni tradendi sunt.
 h. Nam quantum ad corpus nõ
 uidetur differentia mortis, nec
 anima: pater egressus, imo sa-
 pienter docti & iusti interdum
 uolentia, & morte debedunt
 horribiliori quam indocti &
 uitioli. Diony. Cartu.
 i. Ex quo intelligimus ne filii
 quidem dignum patris heredi-
 tate esse si stultus sit, quod & Sa-
 lomoni de Roboam accidit.
 13. Scientia & equitate & ho-
 mini qui non laborauit in his,
 huic tradit partem suam.
 k. Cuncti dies eius malis pœna
 & culpæ pleni sunt, id est ipse-
 met in diebus suis his calamita-
 tibus adimpletur. Tempore en-
 im adferuntur ea, que sunt
 in tempore. Sicut ait saluator:
 Sufficit diei malicia sua, sic etia-
 stinus dies sollicitus erit sibi.
 Diony. ibid.
 * Vidi ego quod.
 * Enim.
 * Enim.
 l. Nec mirandum quod dixerit:
 peccatori autem dedit afflictio-
 nem. Ad illum enim sensum de
 quo tractauit hoc referendum
 est. Propterea datam esse ei soli-
 tudinẽ qui peccator fuerit, &
 non esse causam distinctionis in
 deo, sed in illo qui spõte sua ante
 peccauit. Hierony. ibidem.
 * Statutum.
 a. Omni uoluntati sub celo, tẽ-
 pus sub. adest.
 * Lapides.
 a. Prius tacendi tempus præmit-
 tit, quia non loquendo tacere,
 sed tacendo debemus loqui di-
 cere Greg.
 b. Homo in fine nihil uidetur
 fuisse lucratus cum nudus disce-
 dat.
 2. Occupationem.
 3. Occupationem.
 4. c. Perpetuitatis affectum de-
 dit in cor eorum ut hi qui cu-
 mulandis inhiant diuitiis lègo
 pro tempore, quod sibi suo iu-
 dio promittunt.
 * In eis.
 d. Videre in scripturis frequen-
 ter pro gustare seu experiri acci-
 pitur, ut in Psal. Nec dabis san-
 ctum tuum videre corruptionẽ.
 Psal. 17. & in actibus Apostolo.
 Dauid appositus est ad patres
 suos, & uidit corruptionẽ. Dio-
 nyus ibidem.
 5. Quod fuit, adhuc est, & quod
 futurum est, iam fuit, & deus re-
 quirit.
 * Et adhuc.
 6. Est enim tibi tempus oportu-
 num omni rei, & omni operi o-
 rit iudicium.
 7. Conditione filiorum homi-
 num, quomodo eligit deus, ut
 uideat licet quod dicitur iumento
 inter se.
 8. Et in illa uirtusque euentus.
 e. Inter bestias & homines fe-
 cundum corporis qualitatem
 nihil differre uidetur, & est ea-
 dem nascendi conditio, & fere
 una moriendi. Hierony. ibid. f.

frueretur, & oblectaret se in iis quæ præparaueram. 7 Et hanc ratus sum partem meã, si uiterer] labore meo. 4 Cũque me conuertissem ad uniuersa opera quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus frustra sudaueram, uidi in hominibus uanitatẽ & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole. Transiui ad contemplandam sapientiam, 8 errorẽsque] & stultitiam. Quid est, inquam, homo, ut sequi possit regem 9 factorem suum?] Et uidi quod tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum 10 differt lux à] tenebris. 11 Sapiens oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat. Et didici quod vnus utriusque esset 12 interitus. Et dixi in corde meo: Si vnus & stulti & meus occasus erit: quod mihi prodest quod maiorem sapientiæ dedi operam. 13 Locutusque cum mente mea, animaduerti quod hoc quoque esset uanitas. Nõ enim erit memoria sapientis similiter ut stulti in perpetuum: 14 & futura tempora obliuione cuncta pariter operient.] 15 Moritur doctus similiter ut indoctus: & idcirco te- duit me uitæ meæ uidentem mala uniuersa esse sub sole, & cuncta uanitatẽ & afflictionem spiritus. Rursus detestatus sum omnem industriam meam, qua sub sole studio sissimè laboraui, 1 habiturus hæredem post me, quem ignoro utrum sapiens an stultus futurus sit, & dominabitur in laboribus meis quibus desudaui & sollicitus fui. Er est quicquam tam uanum? Vnde cessauit, renuntiauitque cor meum ultra laborare sub sole. 2 Nam cũ alius laboret in sapientia & 3 doctrina & sollicitudine, homi- D ni otioso quæ sita dimittit.] Et hoc quoque uanitas, & magnum malum. Quid enim proderit homini de uniuerso labore suo, & afflictione spiritus, qua sub sole crucia- tus est? 4 Cuncti dies eius doloribus & erumnis pleni sunt, nec per noctem mente re- quiescit. Et hoc nõne uanitas est? 5 Nõne melius est comedere, & bibere, & osten- dere animæ suæ bona de laboribus suis? Et hoc * de manu dei est. Quis * ita vorabit, & deliciis affluet ut ego? Homini * bono in conspectu suo dedit deus sapientiam & scientiam, & lætitiã: 1 peccatori autem dedit afflictionem & curam superfluum,] ut addat & congreget, & tradat ei qui placuit, deo. Sed & hoc uanitas est: & cassa so- llicitudo mentis.

In omnibus his fluxis nulla est mentis quies, sed cuncta pro temporis opportunitate agenda sunt & varianda. III.



Mnia tempus * habent, & 1 suis spatiis transeunt uniuersa sub celo.] Tem- A pus nascendi, & tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus euellen- di quod plantatum est. Tempus occidendi, & tempus sanandi. Tempus destruendi, & tempus ædificandi. Tempus flendi, & tempus ridendi. Tem- pus plangendi, & tempus saltandi. Tempus spargendi lapides, & tempus colligendi. * Tẽpus amplexandi, & tẽpus longe fieri ab amplexibus. Tempus acquirendi, & tẽpus perdendi. Tempus custodiendi, & tempus abiiciendi. 2 Tempus sciendi & tẽpus cõ- B suendi. 3 Tempus tacendi, & tempus loquendi. Tẽpus dilectionis, & tẽpus odij. Tẽpus belli, & tẽpus pacis. 4 Quid habet amplius homo de labore suo: Vidi 2 afflictionem] quam dedit deus filiis hominum, ut 3 distendantur] in ea. Cuncta fecit bona in tem- pore suo, & 4 mundum tradidit disputationi eorum,] ut non inueniat homo opus, quod operatus est deus ab initio usque ad finem. 1 Et cognoui quod non esset melius, * nisi lætari, & facere bene in uita sua. 2 Omnis enim homo qui comedit & bibit, & C uidet bonum de labore suo, hoc domum dei est. Didici quod omnia opera quæ fecit deus, perseverent in perpetuum. Non possumus ei quicquam addere, nec auferre, quæ fecit deus ut timeatur. 3 Quod factum est, ipsum permanet. Quæ futura sunt, iam fuerunt: & deus instaurat] quod abiit. * Vidi sub sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem: & dixi in corde meo: Iustum & impium iudicabit do- minus, 6 & tempus omnis rei tunc erit.] Dixi in corde meo de 7 filiis hominum, ut probaret eos deus, & ostenderet similes esse bestiis.] 8 Idcirco vnus interitus est hominis D & iumentorum, 9 & æqua utriusque conditio.] 10 Sicut moritur homo, sic & illa mo- riuntur. Similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius. Cuncta sub- iacent

† Infr. 8. a.
 † Prover. 17. d.
 † De con. fidi.
 4. c. Accepi-
 sti.
 De sa. vna. c.
 uico.

† Infr. 5. d

† Supr. 2. a

† Infr. eodẽ d.

† 1. q. 2. e. In ecclesiastico.

iacent vanitati, & omnia pergunt ad vnum locum. † De terra facta sunt, & interram pariter reuertuntur. Quis nouit si spiritus filiorum Anam ascendat sursum, & si spiritus iumentorum descendat deorsum? Et deprehendi nihil esse melius, quam lætari hominem in opere suo, & hanc esse partem illius.] Quis enim eum adducet, vt post se futura cognoſcat?]

Multæ impiorum in pauperes & iustos calumnia & vexationes mirabilem huius vite arguunt vanitatem & instabilitatem. IIII.

Verti me ad alia, & vidi calumnias quæ sub sole geruntur,] & lachrymas innocentium, & neminem consolatorem, nec posse resistere eorum violentia, cunctorum auxilio destitutos.] Et laudavi magis mortuos, quam viuentes: & feliciorem vtroque iudicavi qui necdum natus est, nec vidit mala quæ sub sole fiunt. Rursum contemplatus sum omnes labores hominum,] & industrias animaduerti patere inuidia proximi. Et in hoc ergo vanitas: & cura superflua est.] Stultus complicat manus suas & comedit carnes suas, dicens: Melior est pugillus cum requie, quam plena vtraque manus cum labore, & afflictione animi. Considerans reperi & aliam vanitatem sub sole. † Vnus est, & secundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec fatiantur oculi eius diuitiis: Nec recogitat, dicens:] Cui laboro, & fraudo animam meam bonis? In hoc quoque vanitas est, & afflictio pessima. † Melius est ergo duos esse simul, quam vnum: habent enim emolumentum societatis suæ. Si vnus ceciderit, ab altero fulciatur. † Vx soliquia cum ceciderit, non habet subleuantem se. Et si dormierint duo, fouebuntur mutuo, vnus quomodo caleſcet?] Et si quispiam præualuerit contra vnum, duoresistunt ei. † Funiculus triplex] difficile rumpitur. Melior est puer pauper & sapiens rege sene & stulto, qui nescit præuidere in posterum,] quod de carcere, catenisque interdum quis egrediatur ad regnum: & alius natus in regno inopia consumatur. † Vidi cunctos viuentes, qui ambulant sub sole cum adolescente secundo, qui confurget pro eo. Inſinitus numerus est populi omnium qui fuerunt ante eum, & qui postea futuri sunt non lætabuntur in eo. Sed & hoc vanitas & afflictio spiritus. Custodi pedem tuum ingrediens] domum dei, & appropinqua vt audias. † Multo enim melior est obedientia, quam stultorum victimæ, qui nesciunt quid faciunt mali.]

Nil incaute in deum & eius prouidentiam loquendum, sed verbis & cupiditatibus est cauendum, & virtutum honestati & moribus studendum. V.

Ne temerè quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram deo. Deus enim in cælo, & tu super terram: idcirco sunt pauci sermones tui. Multas curas sequuntur somnia, & in multis sermonibus inuenietur stultitia. † Si quid vouisti deo, ne moreris reddere. † Duplicet enim ei infidelis & stulta promissio.] Sed quodcunque voueris, redde. Multoque melius est non vouere, quam post vorum promissa non reddere.] Nec dederis os tuum vt peccare facias carnem tuam: neque dicas coram angelo, non est prouidentia:] ne fortè iratus dominus contra sermones tuos, dissipet cuncta opera manuum tuarum. † Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, & sermones innumeri. Tu verò deum time. Si videris calumnias egenorum & violenta iudicia, & subuerti iustitiam in prouincia, non mireris super hoc negotia: quia excelso excelsior est alius, & super hos quoque eminentiores sunt alij, & insuper vniuersæ terræ Rex imperat seruenti. † Auarus] non implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. † Et hoc ergo vanitas. † Vbi multæ sunt opes, multi & qui comedunt eas. Et quid prodest possessori, nisi quod cernit diuitias oculis suis? Dulcis est somnus operanti, siue parum, siue multum comedat: saturitas autem diuitis non

† 6. Manichæi huc & illuc transferri afferentes immortales quidam illas esse aiunt, sed omnia subire corpora, tam hominum quam brutorum, reptilium quoque & plantarum. Nos Christiani quos diuine scripturæ meliora eductiue, iumentis accipiunt pro his hominibus qui non vident munere rationis comparantur iumentis insipientibus. Homines autem illos merito esse cognoscimus, qui distincti à bestiali ritu viuendi secundum rationem se moderantur. Olympodorus ibidem.]

9 Quia hæc pars eius est. 10. Videat. 1. Cunctos calumniam passos, qui sunt sub sole. 2. Et non erat eis consolator. 3. Hoc est, tanto radio afflictus sum, quod defunctos qui tanta mala non agunt, nec iulineri reputari felicitates, quàm viuentes talia facientes, atque patientes Dion. ibidem. 3. Omnem cognatum operis. b. Quia bonum vnus est alterius malum, dum alter alterius felicitate torquetur. 4. Afflictio spiritus. c. Quia singularis numerus in bono semper accipitur, duplex in malo: propterea vnus pugillus habet requiè, & due manus labore sunt plena Hierony. * El. nus. d. Post sollicitudines & miseria quibus se cruciant qui sine hæc acquirendo opibus inhiant, ad iudicialitatem semo cōfertur. Et dicitur quid boni habeat, quia felicit alterius ruina alterius læco subleuetur. Glota ordi. ibid.] 5. Et calor eius illis, vniuersò quo modo calor erit. 6. Vnum triplicatum (scilicet fideles de cognitione trinitatis, Grego. 7. Qui non nouit præcauere in futurum. 8. Freqüenter enim accidit quod senescente rege, populus & maxime iuuenes adhærent filio eius, qui pro eo est regnaturus, & aliquando regnum vtrpar sibi viuente patre. sicut Adonius voluit facere. 1. Reg. 1. c. De Lyra.] 8. Cum pergis ad. 9. Quia propinquior est deus vt audiat, quam si des stultorum victimas, quia nesciunt quàm facere malum.

† 7. q. 1. e. Fa. dur. in fi.

† 8. q. 1. ca. In omnibus. 7. q. 1. cap. II. Iud. De Ita. mona. c. 2. De treuga. cap. 1.

† 8. q. 2. cap. Sciendum. 1. Reg. 15. c. Olee 6. c. Marth. 9. b

† Deut. 23. d. Fiat. 96.

† 4. dist. ca. Sicut h. 1. q. 4. dist. 4. Qui dicam.

a. Quoniam multa ex persona carnalium inueniuntur que loqui videtur, ne autem ex animo ea proferre videatur, dicit: Ne temerè, & hoc est, nullum verbum proferas veritati serup. urg aut honestati virtutum contrarium: & præsertim incaute aut presumptuose nihil loquaris de deo, de natura, & de eius attributis D. ony. ibidem. * Enim. 1. Quia non ei voluntas in stultis. 2. Quod voueris & non reddas. 3. Quia ignorat ipse. b. Ex prædictis infero, quoniam in somno vice ipſus, & in imagine vmbra nubis quæ vniuersum multa possumus inuenire que nobis verissima videantur, & nostra exultate peccata. Hiero. ibidem. 4. Et superfluitas terræ in qualibet re, Rex ad arandum seruitur. Amicus pecuniæ. c. Quanto maior fuerit substantia, tanto plures ministros habebit qui opes deuorent congregatas, Hiero.

14. Possimus hęc de philo-
phis vel hereticis, & eorum sci-
tiis & disciplinis legere, suorum
complicum talia dogmata con-
gregant, vnde fructum, non ca-
piant, nec suis imitatoribus re-
linquant. [Glofa ordi.]

* Diuitie illa.
5. Nec habet quicquam in pote-
state sua.

* Quod teneat in manu sua.
6. Etiam est hęc.

* Etiam.

1e. Auari personam miserā
que superius ostendit Ecclesia-
stas. Cūque visus sit in eum
grauiter irruisse, nunc vicissim
eum aggreditur curandi ra-
tione, vt non inuicendo præ-
tereat, sed vt blandē ac sensim
contrectando. Olympiodorus.]

* Et pulchrum.

7. Et videat bonū in vniuerso.

f. His autem qui in delictis vi-
uunt, tempus videtur breue, quā-
uis sit longum sicut contrario
his qui deo iurant, tristē, ama-
ram dūctē vitam, tempus quā-
tis breue, videtur longum vt in
damnatis maximē patet. Dion.
ibi dē.

8. Multum.

a. Describit auarum diuitem, &
hoc malum frequens esse in ho-
minibus asserit: quod nihil eo-
rum que in mundo putantur bo-
na, ei desit, & nihilominus stul-
tissima paritate se cruciat, aliis
deuoranda conseruans. Hiero-
nymus ibidem.

1. Malus languor.

2. Satiatur.

b. Vt qui suspenduntur, demer-
gantur, aurā feris deuorantur.

3. Et requies est huic magis quā
illi.

c. Quia qui solū laborat, vt sciat
quid loqui debeat, ab ipsa refec-
tione suę scientię mēte vacua
ieiunat. Grego.

4. Propter os eius.

5. Pauperi prodest ambulare eo-
ram viuētib; Melior aspectus
oculorū, quā transitus animę.

6. Id quod fuit.

7. Multiplicancia.

sinit eum dormire. ^{† d} Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole: diuitiæ con-
seruatae in malum domini sui. Pereunt enim * in afflictione pessima. Generauit filium
qui [†] in summa egestate erit. [†] Sicut egressus est nudus de utero matris suæ, sic reuer-
tetur, & nihil auferet secum de labore suo. * Miserabilis ⁶ prorsus] infirmitas. [†] Quo-
modo venit, sic reuertetur. * Quid ergo prodest ei quod laborauit in ventum? Cū-
dis * diebus vitæ suæ comedit in tenebris & in curis multis, & in ærumna atque tristi-
tia. ⁶ Hoc itaque visum est mihi bonum * vt comedat quis & bibat, ⁷ & fruatur latitia
ex] labore suo quo laborauit ipse sub sole numero dierū vitæ suæ, quos dedit ei deus,
& hæc est pars illius. Et omni homini cui dedit deus diuitias, atque substantiam, pote-
statemque ei tribuit, vt comedat ex eis, & fruatur parte sua, & lætetur de labore suo:
hoc est donum dei. ⁶ Non enim ⁸ satis] recordabitur dierum vitæ suæ, eo quod deus
occupet delitiis cor eius.

† Job. 20. c

† Job. 1. d
2. Tim. 6. b.
† Sup. 2. d

*Auari tanta est tenacitas, vt partis ad necessitatem vti nesciat, vnde deterioris est
quàm abortiuus, conditionis.* VI.



St & aliud malum quod vidi sub sole, & quidem frequens apud homines. ^A
¹ Vir cui dedit deus diuitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest ani-
mæ suæ ex omnibus que desiderat, nec tribuit ei potestatem deus vt come-
dat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. Hoc vanitas, & ¹ magna mise-
ria] est. ² Si genuerit quispiam centū [liberos,] & vixerit multos annos, & plures dies ^B
ætatis habuerit, & anima illius non ² vtatur] bonis substantiæ suæ, ^b sepulturæque care-
reat: de hoc ego pronuntio quod melior illo sit abortiuus. Frustra enim venit & pergit
ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius. ⁶ Non vidit solem, neque cognouit ^C
ad distantiam boni & mali,] etiam si duobus milibus annis vixerit, & nō fuerit perfrui-
tus bonis. Nōne ad vnum locum properant omnia? ⁶ Omnis labor hominis ⁴ in ore
eius:] sed anima eius non implebitur bonis. Quid habet amplius sapiens à stulto? &
quid ¹ pauper, nisi vt pergat illuc, vbi est vita? ⁶ Melius est videre quod cupias, quàm ^D
desiderare quod nescias.] Sed & hoc vanitas est, & præsumptio spiritus. ⁶ Qui futurus
est, iam vocatum est nomen eius: & scitur quod homo scit, & non possit contra for-
torem se in iudicio contendere. Verba sunt plurima, multamque in disputando ha-
bentia] vanitatem.

*Humana curiositati frenum est imponendum, latitiæ tristitiæ est anteponenda, &
opulentia iungenda est sapientiæ.* VII.



Vid necesse est homini ^a maiora se querere, cū ignoret] quid conda-
cat sibi in vita sua numero dierum ^a peregrinationis] suæ, & tempore quod
velut umbra præterit? Aut quis ei poterit indicare, quid post eum futu-
rum sub sole sit: ^b [†] Melius est nomen bonum, quàm vnguenta pretiosa,
& dies mortis, quàm natiuitatis. Melius est ire ad domū luctus, quàm ad
domum conuiuij. In illa enim finis cunctorū admonetur hominum, & viuens cogitat
quid futurū sit.] Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus, corrigitur animus de-
linquentis.] Cor sapientium vbi tristitia est, & cor stultorū vbi latitia. Melius est à sa-
piente corripit, ⁴ quàm stultorū adulatione decipi:] quia sicut sonitus spinarum ardē-
tium sub olla, sic risus stulti. ⁶ Sed & hoc vanitas. Calūnia conturbat sapientē, & ⁶ per-
det robur cordis eius. Melior est finis ⁶ ^d orationis,] quàm principium. Melior est ⁷ pa-
tiens arrogante.] Ne sis velox ad irascendum: quia ira in sinu stulti requiescit. Ne di-
cas, quid putas causæ est, quod priora tempora meliora fuere, ⁸ quàm nunc sunt?] Stul-
ta est enim huiuscemodi interrogatio. Vtilior est sapientia cum diuitiis, & magis pro-
dest videntibus solem. ⁹ Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia. Hoc autem
plus habet eruditio & sapientia, quod vitam tribuunt possessori suo.] Considera ope-
ra dei, quod nemo possit ¹⁰ corrigere, quem ille despexerit.] In die bona fructus bonis,
& malam diem ¹¹ præcaue. Sicut enim hanc, sic & illam fecit deus, vt non inueniat
homo

a. Quid amplius est homini, aut
quis nouit?

[a. Id est, notitiam intellectum
suum excedentem: cuius finis di-
est cognitio futurorum certin-
gentium, cū ignoret per talē
occupationem inuilem. De Ly-
ra ibidem.]

2. Vanitatis.

b. Nam bonum nomen est ad
gloriam dei, edificationemque
proximi, & ei que bonæ famæ
est ad multa accommodum. Deo
itaque debemus conscientiam
puram, proximo autem bonam
famam. Dionys. ibid.

3. Poner cor suum.

4. Quam si quis audiat canticū
stultorum.

5. e. Disperdet cor inanus. Hoc
est muneribus sapientes etiam
corruptum.

6. i. Rei. Hoc est, sine cōsilio ni-
hil est inchoandum.

7. Longanimitas spiritui quā e-
latus spiritui.

8. Quam ista.

9. Quia in umbra sapientiæ, in
umbra argenti requiescet homo
excellens autē sapientia & sciē-
tia viuos cōseruat illā habētes.

10. Rectum facere quem ille in-
curauerit.

11. Considera. Fecit enim istum
deus è regione illius, ne inue-
niat homo quicquam post ip-
sum. Omnia,

† Prou. 31. a

C homo contra eum iustas querimonias. ⁵ Hæc quoque] vidi in diebus vanitatis meae. Iustus perit in iustitia sua, & impius multo viuuit tempore in malitia sua. [†] Noli esse iustus multum: neque plus sapias, quam necesse est, ^{*} ne obstupescas. Ne impiè agas multum: & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. Bonum est ¹² te sustentare iustum,] sed & ab illo ne subtrahas manū tuam: quia qui timet deum, ¹³ nihil negligit.] [§] Sapientia confortauit sapientem, super decem principes ciuitatis. [†] Non est enim homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Sed & cunctis sermonibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuum: ne fortè audias seruum male dicentem tibi. Scit enim conscientia tua quia & tu crebro maledixisti aliis. Cuncta ^{*} tentauit in sapientia. **D**ixi, ^h sapiens efficiar: & ipsa longius processit à me, multo magis quam erat. [§] Et alta profunditas, quis inueniet eam? Lustrauit vniuersa animo meo, vt scirem & considerarem, & quærerem sapientiam & rationem, & vt cognoscerem impietatem stulti, & errorem imprudentium. Et inueni amariorem morte mulierem, quæ ¹⁴ i laqueus] venatorum est, & sagma cor eius: vincula sunt manus illius, Qui placet deo, effugiet illam: qui autem peccator est, capietur ab illa. Ecce, hoc inueni, dixit Ecclesiastes, vnū & alterum, vt inuenirem rationem, quam adhuc quærit anima mea, & non inueni. Virum de mille vnum reperi: ^k mulierem ex omnibus non inueni. Solummodo hoc inueni, quòd fecerit deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus. Quis talis vt sapiens est? Et quis cognouit solutionem verbi?

† 7. q. 7. Plerq
que 4. Item
dicitur.
23. quæst. 4. c.
Præcepta.
De pot. di. r.
cap. Serpens.

† 1. Reg. 1. c.
2. Para. 6. g.

6. Id est, presentis vite, quæ trã
sitoria est, & sic nõ est nisi quæ
dam vanitas. De Lyca ibidem.]
7. Vt Saul, qui volens esse pius,
inobediens fuit. 1. Reg. 15. b.
* Ne in desolationem venias,
12. Si apprehenderit illud.
13. Egre dicitur cum omnibus
iustis.

g. Propterea sapientia confortat
iustum, & omnium principum
ciuitatis super eum excedit au
xilium: quia quantum aliquis ius
tus sit, tamen dum est in hac
carne constitutus, subiectus est
vitiis atque peccatis, & maiore
presidio indiget. Hierony. ibid.
* Hæc.

h. Quæstia sapientia longe recede
re dicitur, quia appropinquã
ti altior videtur. Grego.

14. i. Recevit hamus. Hoc est
Nihil aliud proceqz agit mulier
quam vt irretiat & illaqueat ho
mines, veluti si in carcerez tra
hat.

k. Non putemus temere hanc
Salomonẽ de omni genere mu
lierum protulisse sententiam;
quod enim expertus est, loquitur,
ideo offendit deum, quia
captus est à mulieribus. Hiero.

Deus homini sapientiam dedit & providentiam, ad occulta dei mysteria cognoscenda, & arcana scrutanda, in quibus occupati homines multum temporis conterunt.

VIII.

† Prou. 17. d



A [†] Sapientia hominis ¹ lucet in vultu] eius, & ² potentissimus] faciem illius commutabit. ^a Ego os Regis obseruo, & præcepta iuramenti dei. Ne festines recedere à facie eius, neque permaneas in opere malo: quia omne quod voluerit faciet, & sermo illius potestate plenus est. [†] Nec dicere ei quisquam potest, quare ita facis? Qui custodit præceptum, non experietur quicquã mali. Tempus & ³ responsionem] cor sapientis intelligit. Omni negotio tempus est, & opportunitas, & multa hominis afflictio: ⁴ quia ignorat præterita, & futura nullo scire potest nuntio. [§] Non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis, nec sinitur quiescere ingruente bello, nec saluabit impietas impium. Omnia hæc consideravi, & dedi cor meum in cunctis operibus quæ sunt sub sole. [†] Interdum] dominatur homo homini in malum suum. ^{*} Vidi impios sepultos: qui etiam cum adhuc viuerent, in loco sancto erant, ⁶ & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum.] Sed & hoc vanitas est. Etenim quia [†] non profertur cito ^c contra malos] sententia, absque timore vllõ filij hominum perpetrant mala. [§] Attamen peccator ex eo quòd centies facit malum, & ⁸ per patientiam sustentatur,] ego cognoui quòd erit bonum timentibus deum qui verentur faciem eius. Non ⁹ sit] bonum impio, nec prolongentur dies eius, sed quasi vmbra transeant, qui non timent faciem domini. Et est alia vanitas, quæ fit super terram. Sunt iusti quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiorum: & sunt impij qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant. Sed & hoc vanissimum iudico. ^d Laudauit igitur lætitiã, quòd nõ esset homini bonum sub sole, nisi quòd comederet, & biberet, atque gauderet: [§] & hoc solùm secum auferret de labore suo, omnibus diebus vite suæ, quos dedit ei deus sub sole. ^e Et apposui cor meum, vt scirem sapientiam, & intelligerem ¹⁰ distentionem] quæ versatur in terra. Est homo qui diebus & noctibus somnum non capit oculis. Et intellexi quòd omnium operum dei nullam possit homo inuenire rationem eorum quæ sunt sub sole: & quanto plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inueniet. Etiam si dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire.

† De per. dist. j. c. Quauis. Job. 9.

† 11. quæ. 1. c. Pauper, in fi.

1. Illustrat vultum.

2. Fortitudo.

3. Ego puto de illo rege nuno
dici de quo Dauid ait: Domi
ne in virtute tua lætabitur rex:
& in alio loco: vt patris & filij
vnum regis significet, scriptura
commemorãt. Deus iudicij
tuum regi da, & iustitiam tuã
filio regi. Hierony. ibidem.

4. Iudicium.

4. Quia nescit quid futurũ sit:
quis enim indicabit ei quale il
lud sit futurum?
[b. Spiritus significatio Jãtã pa
ter. Nam & ipsa anima spiritus
nuncupatur, ipse quoque vctus
& aer quem respiciamus, & do
num sonat spiritus hac appella
tione significatur. Itaque secun
dum prædictã omnia significa
ta nullus sanè est qui potestatis
habeat super spiritum, solo deo
excepto. Neque enim animarũ
corpus, aut anima castum red
dere, neque ventum impedire,
vt Notum pura vel Aquilonẽ,
neque infundere charissima spi
ritus, aut reuocare, neque item
aërem vitare, temperatũ me effi
cere alienus est cuiusque nisi
solius dei. Olympiodorus ibi.]

5. Tempore quo.

* Et nunc.

6. Obluionis traduntur in ciui
tate in qua recte fecerunt.

7. Pro opere malo.

8. Prolongat ei deus dies suos.

9. Eris.

10. Non enim hi qui multo tem
pore viuunt, prolongant dies
suos: sed qui grandes eos facit
bonorum operum magnitudi
ne. Hierony. ibid.

[d. Intelligatur de carnali læti
tia, & corporali manducatione
atque potatione, cum Salomon
loquitur ista in carnalis vite
persona. Diony. Carth.]

11. Noster Ecclesiastes acutissi
mo mentis oculo cõtemplatus
intellexit ac vidit nullum ho
minum vacuum esse oecupatio
ne atque sollicitudine, nullũque
demum esse qui somnum, hoc
est, quietem videat: sed ipsorum
alij quidem officiosa circa res
dicitas occupati versantur, alij
verò inutiliter ac reprehensione
dignissimi circa res pueras stu
dent. Olympiodorus. ibidem.

12. Occupationem.

eum. Initium verborum eius stultitia, & nouissimum oris illius error pessimus. Stultus verba multiplicat. Ignorat homo quid ante se fuerit:] & quid post se futurum sit, quis ei poterit indicare? Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in urbem pergere. Vah tibi terra, cuius rex est puer, & cuius principes mane comedunt. Beata terra, cuius rex nobilis est, & cuius principes vescuntur in tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam.] In pigritiis humiliabitur contignatio, & in infirmitate] manuum perstillabit domus.] In risu faciunt panem & vinum, & epulentur] viuentes. Et pecunia obediunt omnia. In cogitatione tua regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti. Quia & aues cœli portabunt vocem tuam, & qui habet pennas annuntiabit sententiam.]

Petenti egeno danda est elemosyna, vt præmium in futuro iudicio expectetur securum, sub fœnore recipiendum.

X I.

Mitte panem tuum super transeuntes aquas:] quia post tempora multa inuenies illum. Da partem septem, nec non & octo: quia ignoras quid futurum sit mali super terram. Si repleta fuerint nubes, imbrem super terram effundent: Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit. Qui obseruat ventum, non seminat: & qui considerat nubes, nunquam metet. Quomodo ignoras quæ erit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis: sic nescis opera dei, qui fabricator est omnium. Mane semina semen tuum: & vespere, nec cesset manus tua: quia nescis quid magis orietur, hoc aut illud: & si vtrunque simul, melius erit. Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem. Si annis multis vixerit homo, & in iis omnibus lætus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum: qui cum venerint, vanitatis arguetur præterita.] Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum, & scito, quod pro omnibus iis adducet te deus in iudicium.

Studiosè viuat adolescens breuis vitæ, corruptioni assidue subiectæ, atque imminētis mortis habita ratione, omnia gestorū rationem redditurus.

X II.

Ver iram à corde tuo, & amoue malitiam à carne tua. Adolescentia enim, & voluptas] vana sunt. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquent anni, de quibus dicas, non mihi placent. Antequam tenebrescant sol & lumen, & stellas, & luna, & reuertantur nubes post pluuiam. Quando commouebuntur custodes domus, & nutabunt viri fortissimi, & odiosæ erunt molentes in minuto numero, & tenebrescent videntes per foramina, & claudent ostia in platea, in humilitate vocis molentis, & consurgent ad vocem volucris, & obsurdescent omnes filia carminis. Excelsa quoque] timebunt, & formidabunt in via. Florebit amygdalus, impinguabitur locusta, & dissipabitur capparitis. Quoniam ibit homo in domum eternitatis suæ, & circuibunt in platea plangentes. Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea,] & conteratur hydria super fontem, & confringatur rota super cisternam, & reuertatur puluis in terram suam vnde erat, & spiritus redeat ad deum qui dedit illum. Vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes, & omnia vanitas. Cùmque esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum, & enarravit quæ fecerat: & inuestigans composuit parabolas multas. Quæsiuit verba vtilia, & conscripsit sermones rectissimos, ac veritate plenos. Verba sapientium, sicut stimuli, & quasi clauis in altum defixi, quæ per magistrorum consilium] data sunt à pastore vno. His amplius filii mihi ne requiras. Faciendi plures libros nullus est finis, frequensque meditatio, carnis afflictio est. Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius obserua: Hoc est omnis homo. Cuncta quæ fiunt adducet deus in iudicium pro omni errato,] siue bonum, siue malum sit.

*Oris.

4. Quid erit.

c. Mane comedunt, qui de huius mundi prosperitatibus exolluntur, & dum presentia vehementer curant, futura negligunt. Grego. Moral. 16. cap. 27. 5. Ad consolationem, & non ad compositionem. 6. Atrenabitur contignatio, & in remissione. 7. Ad risum parant panem, & vinum lætificabit.

8. Sermonem.

1. a. Faciem aquarum. Hoc est, misereere pauperum sententiam. b. Præcipitur vt in vtrouque instrumentum paxi veneratione credamus. Iudei enim dederunt partem septem, credentes fabrum: sed non dederunt octo, resurrectionem negantes. Hiero. aduersus Luciferianos. Vel sic dispensa temporalia, vt appetere non obliuiscatis eterna. Grego. Moral. 35. cap. 7. 8. Lignum.

c. Quia raro contingit quod aer sit sine nubibus, & in tali dilatione aliquando irruit hostes terrenascentia sibi colligentes, remanentia deusstantes. Secundum impediendum prouenit ex estimatione longitudinis vitæ propriæ, & sic impeditur homo ab operibus pietatis, quia credit se indigere in futuro bonis suis. Dionys. Carth. ibid. 2. Redum sit.

3. Recordetur dierum tenebrosorum, quod tam multi sint, sed & quicquid subsequetur, vanū erit.

d. Hoc est, Fortis quisque lætians suam non in veteris vitæ voluptate, sed in conuersationis nouæ virtute constituat. Grego. Moral. 24. c. 5.

1. Iuuentus.

2. Antequam veniat dies mali. a. Potest hoc tam de vniuersali orbis consummatione, quam de particulari cuiusvis hominis intelligi. Hiero. ibid.

3. Sed ab excessu.

4. Grauiabitur dorsum, dissoluetur libidō.

b. Magnus enim fons comprehendit omnia quouque apud puteum sicut hydria, & vehiculum rotæ, quam contingit quædamque elabi. Cum igitur cessabit cursus temporum per rotæ, & vitæ per aquam signatus, & præterierit seculum vniuersi generis & iacuerint homines super terram, cum erit vna salus, si agnouerint anime conditorem suum, & ad eum euolauerint. Grego. Neocæsariensis. ibid.

5. Confringetur fons aureus.

*Sapientiam.

*Ecclesiastes.

6. Magister congregator. c. Sed intellige timorem domini sanctum & sanctificationem, quæ debemus ex charitate piæque affectu circa illi, qui leges tulit, mandataque seruari sua instituit. Si enim carnem à fornicatione compescamus suppellicij metu, non charitate subentis, quis dubitet quin sublatō iudicij pernamque terrore, a feras libidines prolapsi sui, cum stupri desiderium in peccatore habeamus? Quod & de ceteris flagitiis, quæ lege nobis prohibentur, intelligendum est. Olympodor. ibid.

7. Osculto.

7. supra. 1. a.

† 1. a. dist. cap. Omnia.

Incipit Canticum Canticorum.

Sponsa sponsi amore flagrans & auxilio, letam se offert progredi paratam. Attamen quia in multis turbata, & à Gentibus & Iudæis impugnata patriam suã relinquens locum à tyrannis & Iudæis tutum inquiri, ad quem sponsus eam dirigens, illi confert charitatem, fidem & spem, quibus sponsi incarnationem, & passionem, resurrectionem, & spiritus sancti missionem confitetur ab eodem commendanda.

I.

a. Nisi prius reliquerimus vitia & pœnis secuti renuntiauerim, nõ possumus dicere: O sculetur me osculo oris sui. Hiero. ibid. 1. Oculis.
 2. Meliores sunt amores tui vino. Ob odorem vnguentorum tuorum optimorum nomen eum velut oleum effusum est.
 3. In cubicula sua.
 4. Amorum.
 5. Nec enim prauis possunt diligere equitatem. Illi enim recti sunt, & diligunt deũ, qui non amore creaturæ captiui tenentur, sed sicut rectos decet precioso infirmis proponentes Deo auctiori omnium dilectione fortissimi adhaerent. Sed & illi recti deũ diligunt, qui non solum in beneficiis, sed in flagellis ipsius cõstituti similiter gratias agunt sicut & ille dicebat, benedicam Dõm in omni tẽpore. Iust.º epi.
 5. Aspexit.
 * Quæ mihi est.
 c. In perfecta scientia, in bonis operibus, in claro lumine. Hiero. in psal. 90.
 6. Quæ enim ero velut vagas? d. Scipsum ignorat qui se ad creatoris sui imaginẽ non meminit esse creatũ. Inde egreditur post vestigia gregũ in lata via, nec se agnoscat, sed hõdos Greg. Moral. 30. ca. 22.
 e. Collum sponse monilibus circumdatur, dum fides sanctæ animæ operibus decoratur. Grego. in psal. 101.
 7. Cum punctis argenteis.
 f. Dum sanctorũ virtus in ecclesia magna nobis gratia suauitatis administrat, nardus dat odorem suũ Grego. Moral. 35. ca. 22.
 3. Camphora.
 9. Abiegnã.



Sculetur me osculo Joris sui: Quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum:] ideo adolescentulæ dilexerunt te. Trahe me post te: Curremus in odorem vnguentorum tuorum] Introduxit me rex in cellaria sua.] Exultabimus & lætabitur in te, memores vberum] tuorum super vinum. Recti diligunt te. Nigra sum, sed formosa filia Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me considerare quòd fusca sum, quia decolorauit me sol. Filij matris meæ pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis.

† Infr. 2. a

Vineam meam non custodiui. Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam] post greges sodalium tuorum. Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum. Equitatu meo in curribus Pharaonis affimilauit te amica mea. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: collum tuum, sicut monilia. Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.] Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi columbarum. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Lectulus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.]

Sponsus exemplo sui ad filiorum curam sponsam inuitat, quæ illos doceat vitam actiuam & contemplatiuam, atque charitatem prius sibi quàm aliis debere curandam, pollicitus se omnibus auxilio ad charitatem informandam & pellendos hereticos paratissimum, quæ exequitur sponsa sponsi freta auxilio.

II.

1a. Ego altius modis pulchritudine requiro inprestanti quia sum flos virtutũ à quo omnis fructus cõpi egreditur, quia odorẽ meũ toto mundo innotescere cupio, quod nõ potest impleri nisi intermissa quicere qua delectaris ad officiu praedicationis accingaris. Glosa ordi.]
 a. Et vexillum eius super me est charitas.
 b. Quia si illũ quem desiderat, adhuc videre non permittitur, magna est consolatio si aliorũ profectionibus lætetur. Grego. super Ezech. lib. 2. ho. 15.
 c. Id est, vt non declinetis ad aliquid horribile peccatũ, propter quod diuina consolatio subtrahatur, & totus populus periturus: sicut cõtingit in fabricatione vituli & eius adoratione. De Lira. ibid.]
 2. Respondit dilectus meus, & dixit mihi: Surge tu.
 3a. Dilectus in hoc libro sæpe describitur. Quis enim tam dilectus ecclesiar, quàm ille propter quem Martyres animas proferunt. Surge propera & veni. Surge crede, propera, peractio cursu p̃ laboris premiũ suscipe. Amica mea, reconciliata mihi per mortẽ formosa mea munda facta per lauacru. Iust.º epi.]
 3. Canticũ.
 e. Vteris legi precepta ceciderunt, & de cõuipio vites florentes dederunt odorem. Hiero. aduersus Iouin. lib. 1.

Go flos campi, & lilium conuallium. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quem desiderauerã, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.] Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filia Ierusalẽ per capreas, ceruosque camporum, ne suscitatis, neque euigilare faciatis dilectam, quoad usque ipsa velit. Vox dilecti mei. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus capræ, hinnuloque ceruorum. En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera] amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Iam enim hyems transiit, imber abiit, & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis] aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra, ficus protulit grossos suos, vinea florentes dederunt odorem suum. Surge, propera amica mea, speciosa mea: & veni, columba mea in foraminibus petrae, in cauerna maceriae. Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: Vox enim tua dulcis, & facies tua

† Infr. 2. a
† Infr. 3. b

tua

tua decora. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. Nam vinea nostra floruit. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinetur umbra. Reuertere similis esto dilecte mi caprea, hinnuloque ceruorum super montes Bethel.

c. Vulpeculae sunt hereticorum discipuli. Chryso. in psal. 96.
d. Inter candidissimas virginum choros. Hiero. ad Demetriade de virginitate seruanda.

Sponsa circa filiorum curam occupata, & curis distracta quæsum non reperit spem, quibus omisis illum inuenit, omnes ab illa pellens tribulationes, sibi que iungens, quoad omnes illius status, quos eadem ad sponsi sibi iuncti per incarnationem & glorificati per passionem inuitat considerationem.

III.

A N lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea. Quæsiui illum: & non inueni. Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicus & plateas quæram quem diligit anima mea. Quæsiui illum & non inueni. Inueniunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem. Num quem diligit anima mea, vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. † Adiuuro vos filiæ Ierusalem per capreas, ceruôsque camporum, ne suscitatis, neque cui glare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij? En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. Vniuscuiusque ensis super fœmur suum propter timores nocturnos. Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani. Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum media charitate constrauit propter filias Ierusalẽ. Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate: quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.

a. Non est reuerſis sponsas ad vocem & votum reuocantis. Quæret. Vt descendit crescat, vt probetur affectus, vt exerceatur amoris negotium. Sanè ergo dissimulatio est, non indignatio. Sed sapere est vt queratur, si forte reperiatur quæſtus, qui vocatus non venit, dicente domino: omnis qui querit, inuenit. Ber. super Cantica. Sermo 25.
Nunc.
1. Circumeunt.

b. Fumus ergo cui assimilatur ecclesia, surgit ex aromatibus myrrhæ quia deo placere nititur cum carnis mortificatione. Gal. 5. Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitij & concupiscentijs. S. Tho. 2. 2. 2. 2. Vapores.
3. Palatium. Hoc est, tabernaculum testimonij cum suo propitiatorio.
c. Quod est illud ferculum sine palatium, nisi nostri corporis specie? Nanque in gemmis ac specie fulgoris ostenditur, in auro ignis, aqua in argento, terra per lignum, ex quibus corpus humanum quatuor constat elementis: in quo nostra recubat anima, si non aspero montium, non humi arido expers quietis exiſtat, sed sublimis à vitij ligno sulca requiescat. Amb. de virginibus. lib. 3.
4. Stratum in eo aureum, vehiculumque eius purpureum.

Sponsa se ex zelo ad contemplandum conuersa, omnes mundi sordes fugit & munditias curat omni potentia, verbo & actu, præmium sortitura supremum, vt mundum penitus relinquat & triplicem superet hostem: in quorum nimirum manus venire, & vexari permittit vt amplius mereamur,

IIII.

A Vam pulchra es amica mea, quàm pulchra es, oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet. Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad. Dentis tui, sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauachro. Omnes gemellis fœtibus, & sterilibus non est inter eas. Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ: absque eo quod intrinsecus latet. Sicut turris David colum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capræ gemelli, qui pascuntur in liliis, donec aspiret dies, & inclinetur umbra. Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni. Coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Quàm pulchræ sunt mamme tuæ soror mea sponsa: Pulchriora sunt vbera tua vino: & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua, & odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Hortus conclusus soror mea sponsa: hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuæ paradisi malorum punicorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo, nardus & crocus, fistula, & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani, myrrha & aloë cum omnibus primis vnguentis. Fons hortorum, puteus aquarum viuientium, quæ fluunt impetu de Libano. Surge aquilo, & veni aufer, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.

1. Ecce tu.
2. Ecce tu.
3. Intra cincinnos tuos.
4. Tonse sunt in.
a. Dentes ecclesie sunt sancti, qui non cessant precidere homines ab erroribus, similes ouibus de nouo baptisimi lauacro renatis, quæ facim geminos producant fœtus, id est, duo præcepta charitatis dei, & proximi. Aug. de doctrina Christiana. li. 2. c. 6.
5. Intra cincinnos tuos.
6. Lapidibus vtrique fœtis.
[b. Clypeus illa firmissima ratio est qua fœti sponte contra hereticos prodeunt, & se munitum illos percipiunt. Gloria ordina.]
7. Mecum de Libano sponsa mea, mecum de Libano venies, contempleris.
[c. Amana, Sanir, & Hermon sunt nomina montium vltra Iordanem, vnde videtur terra Iudeæ, & ideo populus Israel illuc veniens aspicebat terram sibi promissam gaudes propter eius pulchritudinem, & forte impoſuerunt sibi terra vel coronas in signum exultationis, secundum quod habet translatio nostra. Coronaberis de capite Amana De Lyra. ibid.]
8. Vinculo.
d. Vide quem tribus nobis virgo processum. Primum enim odor eius super omnia aromata, quæ in saluatoris missa sunt sepulturam, & mortuos corporis motus, membra ordinemque redder obſiſta delicias. Secundus odor eius sicut odor Libani dominici corporis integritatem virginis floræ castitatis exhibet. Amb. de virginibus, lib. 1.
9. Fauus stillant.
10. Libani.

O ij

Sponsus sponsæ auxilium spondet, & in contemplatione securitatem, surgat tamen oportet ad filiorum errores in fide & moribus corripiendos verbo & exemplo, in quibus occupata contemplationis viam sine filiarum precibus non inuenies, diuinam illas & humanam sponsi naturam docet, vt ad sponsi mysteria & præconia ferent promptiores.

[a. Ingeat iur in ecclesiam suam, & deleatur in operibus sanctorum suorum vel pascatur in fidelibus in pauperibus retribuentibus pro temporalibus regni æternum. Iustus episcopus. x. Deliciarum statum. b. Sed hæc ebrietas sobrios facit, hæc ebrietas gratia, non renouetur est. Læciam generat, non tribulationem. Amb. de Cain & Abel lib. 1. cap. 5. c. Dum enim cõtemplando in rursus proficit, ab inquieto foris opere quietus. Grego.

2. Viscera mea commota sunt in me. 3. Myrrham quæ transit vsque ad passula feræ. [d. Cautam peccati. i. ineredulitatem & quamlibet aliam: quia vt passulum ostium sic causa declinet peccatum, quia remota remouetur, & subleuo peccato patet via Christo. Glosa ordi. j. 4. Migrauit. e. Pene quidem veniebat spõsa cum pallio quo obnuberet caput, cum sponsus occurreret. Amb. de Isaac. c. 6. 5. Præ dilectis.

f. Decet enim vt plene noueris virgo, quem diligis atque omne in eo & ingenitæ diuinitatis & assumptæ mysterium incorporationis agnoscas. Candidus merito, quia pennis splendore. Rubeus, quia paterus est virginis: color in eo fulget & nittæ r. r. r. iusque natura. Amb. de virgin. lib. 1. * Decem. 6. Crispæ. 7. Plenticudinem. 8. Et flores aromatarum. 9. Fluentem. 10. Spharule. Hoc est, anulis aureis. 11. Vt ebur politum, amictum. 12. Aspectus.



Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructum pomorum suororum.] Veni in hortum meum, soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis. Comedi fauum cum melle meo, & bibi vinum meum cum lacte meo. ^b Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Ego dormio, & cor meum vigilat. Vox dilecti mei pulsantis, Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinnati mei gutturi noctium. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? ^g Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Dilectus meus misit manum suam per foramen, & ² venter meus intremuit ad tactum eius.] Surrexi, vt aperirem dilecto meo: [†] Manus meæ stillauerunt myrrham: & digiti mei ³ pleni myrrha probatissima. [†] Pessulum ostij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atque transierat. Anima mea ⁴ liquefacta est,] vt dilectus locutus est. [†] Quæsiui, & non inueni illum, vocaui, & non respondit mihi. Inuenerunt me custodes qui circuierunt ciuitatem: ⁵ Percusserunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt mihi pallium meum custodes murorum. [†] Adiuo vos filiæ Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuntietis ei, quia amore lanqueo. Qualis est dilectus tuus ex dilecto,] o pulcherrima mulierum? Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos? ⁶ Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex ⁷ milibus. Caput eius aurum optimum: comæ eius ⁸ sicut elatæ palmarum:] nigra quasi coruus. [†] Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum quæ lacte sunt lotæ: & resident iuxta ⁹ fluentia plenissima.] ⁹ Genæ illius sicut areolæ aromatum: ⁸ conpositæ à pigmentariis. Labia eius lilia distillantia myrrham ⁹ primam.] Manus illius ¹⁰ tortaniles] aureæ: plenæ hyacinthis. Venter eius ¹¹ eburneus, distinctus] saphiris. Crura illius columnæ moreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas. ¹² Species] eius vt Libani, electus vt cedri. Guttur illius suauissimum: & totus desiderabilis. Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus filiæ Ierusalem. Quò abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus? Et quæremus eum tecum.

f. lere. 35. e

† De fac. vni. cii. c. vnico.

† Sup. 3. b

† Sup. 2. b. & 3. b. & infra. 8. a

† 36. dist. cap. Qui ecclesie dicitur. 5. b.

Sponsæ filij se libentes ad sponsum quærendum offerunt, quos docet sponsi secum fœdus humanitate & dilectione iunctissimum, vnde tota eius oritur quo ad substantiam, virtutem & operationem pulchritudo, à quo diuersitas ad multa non tollit vnitatem quo ad omnes status, pro quibus synagoga tandem euocanda reuersura est ad i. nsa gremium. VI.

a. Quærebant supra quique pii fideles ex matre ecclesia, quo declinauit sponus suus Christus: vt simul inquirentes eius participationem secum haberent. Quæ respondit: Dilectus meus à regalibus sedibus venit in hortum suum, id est, in ecclesia quæ est hortus eius. S. Tho. ibidem. 1. b. Sicut Thirza, vel Thersa, quæ regia fuit regum Israel, sicut Ierusalem regni Iuda, vbi quæ ad constructionem Samaritæ. 2. Castra cum vexillis. 3. Infamauerunt. 4. Tonse sunt. 5. Fragmenta. c. Iste sunt genæ in quibus nitere verecundia, pulchritudo fulgere, in quibus aut flos iuuentia, aut perfectæ ætatis in splendore est. Ambro. de obitu Valentini. 6. Intra cinninos tuos. 7. Prospicit. 8. Castra cum vexillis.



Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, vt ibi pascatur in hortis, & lilia colligat. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. Pulchra es amica mea, ¹ b suavis &] decora sicut Ierusalem, terribilis vt ² castrorum acies ordinata.] ³ Auerte oculos tuos à me: ⁴ quia ipsi me ³ auolare fecerunt.] [†] Capilli tui sicut grex caprarum, quæ ⁴ apparuerunt] de Galaad. Dentes tui sicut greges ouium, quæ ascenderunt de lauachro. Omnes gemellis fœtibus, & sterilibus non est in eis. Sicut ⁵ cortex] mali punici, sic ⁶ genæ tuæ: ⁶ absque occultis tuis.] Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. [†] ⁷ Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matris suæ, electa genitrici suæ. Viderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prædicauerunt reginæ & concubinæ, & laudauerunt eam. [†] Quæ est ista quæ ⁷ progreditur] quasi aurora ⁸ consurgens,] pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt ⁸ castrorum acies ordinata?] ⁹ Descendi in hortum meum, vt viderem poma conuallium, & inspicerem si ¹⁰ floruiisset

† Supra 4. a. j. Reg. 11. a

† 24. q. r. esp. Loquitur. c. Pudenda. De consensu. 4. c. Illud. † Infra 2. a

florisset vinea, & germinassent mala p unica. Nesciui. Anima mea conturbauit me: propter quadrigas Aminadab.]^d Reuertere, reuertere Sunamitis: reuertere, reuerte- re, vt intueamur te.

9. Posuit me equitatus populi spontanei. [d. In hoc nomine sancta ecclesiam accipiendam esse quis dubitet? sicquenter ei dicitur, reuertere, quæ quondam in illo iunioris filio in regionem longinquam aliam, aucta fuerat, tunc enim reuersa quando ad Deum ex corde conuersa est. Iustus epico.]

Synagoga pulchritudinem suam præuisam à sponso tandem consecutura iuxta omnes potentias suas interiores & exteriores, & actus earum sponsi in crucem ascensum agnoscens, disposita se exhibet in omnibus fideliter obsequi mandatis. VII.



A Vid videbis in Sunamite, nisi choros castrorum? Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis! Iuncturæ scæminum tuorum, sicut monilia: quæ fabricata sunt manu Jartificis. Umbilicus tuus crater² tornatilis, nunquam indigens poculis. Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus liliis. Duo vbera tua, sicut duo hinnuli gemelli capree. ³ Collum tuum sicut turris eburnea, oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filie multitudinis. ⁴ Nasus tuus sicut^b turris Libani, quæ respicit contra Damascum. Caput tuum vt Carmelus, & comæ capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus. Quam pulchra es, & quam decora charissima in delitiis: ⁵ Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris. Dixi, ascendam in palmam, & apprehendam³ fructus] eius: Et erunt vbera tua sicut botri vineæ: & odor⁴ oris tui, sicut odor] malorum: guttur tuum sicut vinum optimum. ⁶ Dignum delicto meo ad potandum, labiisque, & dentibus illius ad ruminandum. Ego dilecto meo, & ad me⁶ conuersio] eius. ⁷ Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis. ⁸ Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica. Ibi dabo tibi⁷ vbera mea. ⁹ Mandragoræ dederunt odorem * in portis nostris. ¹⁰ Omnia poma noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.

a. Narratur pulchritudo synagoge præuisa à deo, inde ostenditur quod hæc pulchritudine synagoga esse sequi debet Christi. Pulchritudinem autem eius ostendit in comparatione ad animam. Sicut enim anime pulchritudo in perfectione virtutum consistit & donorum, quæ ornant concupiscibilem & irascibilem intellectum præteritiu, specularium & volutatem: sic Synagoga talis pulchritudo præuisa erat: quæ debebat consisti per Christum. S. Tho. ibid. 1. Opus inanimatum. 2. Restudus. 3. Quam Salomon in monte Libani confluxit, vnde potant numerate domos Damasci. 4. Ramos. 5. Narium utrumque scuit. 6. Vades ad dilectum meum ad requiem. 7. Apperius eius. 8. Florēt quippe vinea cū mētes fidelium bona opera proponunt: sed fructus non parit si ab eo quod proposuerunt aliquibus videri erroribus insinuantur. Greg. Moral. lib. 12, cap. 26. 9. Amores meos. 10. Summ. * Omnia dulcia.

† 49. di. c. Hinc etiam

Synagoga sponsi agnoscens incarnationem, ipsum cupit omnibus regnare nationibus ad sponsam conuersis, cum qua versentur & delectentur doctrina euangelica, & operibus eius. Ipsaque par pari reddens sponsam à sponso ortam & hactenus seruata[m] factetur, sponso vero hortante sponsa omnem illi pollicetur fauorem. VIII.



A Vis mihi det te * fratrem meum, ^a sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te solum foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat: Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. ^b Ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum. ^c Læua eius sub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. ^d Adiuro vos filie Ierusalem: ne suscitatis neque euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit. ^e Quæ est ista, quæ ascendit de deserto & delitiis affluens: ^f innixa super dilectum suum: Sub arbore malo suscitauit te. Ibi^g corrupta est ^h mater tua, ibi^h violata est genitrix tua. ⁱ Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: ^k quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernus æmulatio, lampades eius, vt lampades ignis atque flammaram. ^l Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. ^m Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, ⁿ quasi nihil despiciet eam. ^o Soror nostra paruula, & vbera non habet. Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est? ^p Si murus est, ædificemus super eum^q propugnacula] argentea. Si hostium est, compingamus illud tabulis cedrinis. ^r Ego murus, & vbera mea sicut⁷ turris, ex quo facta sum] coram eo quasi pacem repertiens. ^s Vineam fuit⁸ pacifico: in ea quæ habet populos. ^t Tradidit eam custodibus, ^u vir affert] pro fructu eius mille argenteos. Vineam meam coram me est. Mille⁹ tui pacifici, ^v & ducenti iis qui custodiunt fructus eius. Quæ habitas in hortis, ^w amici] auscultant: fac me audire vocem tuam. Fuge dilecte mi, & assimilare capree hinnulorum que ceruorum super montes aromatum.

* Quasi. a. Volebat Herodes Christum paruulum lactentem occidere, cuius nequitiā olim præuidēs Spiritus sanctus per Salomonē ex persona ecclesiæ arguit dicens: Quis mihi det te fratrem meum, &c. ostēdebat potestatem illi non habiturum aduersus eum, qui dicitur & princeps est omnium potestatum. Chylo. ex variis in Matt. locis. hom. 2. b. Hæc loquitur sponsa de Christo, anima de verbo dei. Christus autem idem est verbum dei atque sapientia beata ergo anima quæ cōpletur sapientia. Magna est sapientie manus, magna dextera, totam cōpletur animam. Ambt. in psal. 118. Ser. 14. 1. Peperit te, vel genuit te. 2. Peperit quæ te genuit. 3. Quia sicut mors separat animam violententer à corpore, ita dilectio dei separat animam violententer à mundo & carnali amore. Clemens Episto. 1. ad Iacobum. 4. Facies eius ignis, vel flammæ domini. 5. Contemnendo contemnit. 6. Quia fiet sermo cum ea. 7. Palatia, vel arces. 8. Murus est ecclesia, turres eius sunt sacerdotes, quibus abdicat, & de naturalibus verbis, & de moralibus disciplina. Cognosce ergo te decora anima, quia imago dei es. Cognosce te homo, quia gloria es dei. Ambro. Hexamer. lib. 6. ea 8. 9. Turres, tunc fuit. 10. Salomoni Baal Hamon. 11. Vt afferret singuli. 12. Tibi 6 Salomon. 13. Socij.

† Sup. 3. b. a. a.

† Sup. 3. & 6. a. De pon. di. a. c. Valida.

PROLOGVS IN LIBRVM SAPIENTIAE.

Liber Sapiencie apud Hebræos nusquam est. Vnde ipse stylus Græcam linguam, & loquelam redolet. Hunc Iudæi Philonis esse affirmant: qui proinde Sapiencia nominatur, quia in ea Christi aduentus, qui est sapiencia patris, & passio diligenter exprimitur.

Incipit Liber Sapiencie.

Ad acquirendam sapienciam necessaria est iustitia, quæ hominis affectus in deum dirigat & verba, murmurationem in deum, detractionem in proximum, & mendacium in se vitando, & dei beneficia iugiter meditando. Cap. I.

a. Simplicitas cordis dies est, quam fraus non obnubilat, nõ obtenebrat mendacium, non obsecrat inuidia: quam lux veritatis illuminat, presentie diuinae claritas illustrat. Gregor. in 7. psal. psal. 101.

x. b. Maleficam, i. quæ mala fide in re quacunque versatur. In maleuolam enim animam non introibit sapiencia, quo ad contemptum, nec habitabit in corpore subdito peccatis, quo ad aditum. L. adu. p. 1. parte, ca. 4. 0. 2. Dolium, 3. Stultis.


4. Maledictum, 5. Speculator.

c. Scilicet homo conuenientia habens cum omni creatura, & propter quem facta est omnis creatura, scienciam habet vocis, hoc est linguarum, vt linguis omnium gentium loqueretur. L. adu. p. 2. parte, ca. 8. 4.

6. Rumor, 7. Caute ergo murmur inutile

[d. Ostendit amulationem hæreticorum esse pestiferam. Dicit hæretici Christum venisse excitatum ignem disceptationum. Negat hoc Philo, dicens deum mortis authorẽ nõ esse. Aenuationem & mortẽ idem esse ait. Hæresiarachis nihil spei superesse adfirmat. Inferiorum regnũ in terra est hæresis, nimirum efficacia illusionis. Loricus. ibi.] *Deus.

8. Saluantes nationes mundi. 9. Iustitia autẽ immortalis est. 10. Scilicet effectiue, quia facit homines dignos immortalitate gloriæ. De Lyra. ibid.] 10. Digni sunt partis illius esse.



Illigite iustitiam, qui iudicatis terram. ^a Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum: quoniam inuenitur ab iis qui non tentant illum: apparet autem eis, qui fidem habent in illum. [†] Peruersæ enim cogitationes separant à deo: probata autem virtus corripit insipientes. Quoniam in ^b maleuolam animam non introibit sapiencia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. [†] Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet [†] fictum,] & auferet se à cogitationibus ³ quæ sunt sine intellectu,] & corripietur à superueniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapiencie, & non liberabit ⁴ maledictum] à labiis suis: quoniam renum illius testis est deus, & cordis illius scrutator] est verus, & linguæ eius auditor. Quoniam spiritus domini repleuit orbem terrarum: hoc ^c quod continet omnia, scienciam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens iudicium. ⁵ In cogitationibus enim impij interrogatio erit: sermonum autem illius auditio ad deum veniet, & ad correptionem iniquitatum illius. Quoniam auris zeli audit omnia, & ⁶ tumultus] murmurationum non abscondetur. ⁷ Custodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodest,] & à detractione parcite linguæ. Quia sermo obscurus in vacuum non ibit, [†] os autem quod mentitur, occidit animam. ⁸ Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum. Quoniam deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. ⁹ Creauit enim, vt essent omnia, & ⁸ sanabiles fecit nationes orbis terrarum,] & non est in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra. ⁹ Iustitia enim perpetua est, & immortalis, iniustitia autem, mortis acquisitio.] Impij autem manibus & verbis accerserunt illam: & æstimantes illam amicam, defluerunt: & sponsiones posuerunt ad illam, quoniam ¹⁰ morte digni sunt, qui sunt ex parte illius.]

De pecc. di. e. Supertribus. † Ier. 4. d.

† Iust. 8. a. 1. quæst. 1. e. Per Iustiam.


q. 3. c. Saluantes. 101. 23. quæst. 2. c. De illis. De pecc. di. 3. ca. Inter hæc hiccum. De conf. dif. 4. c. Ostenditur, ca. Quomodo, in sup. Ier. 4. c.

† 22. q. 2. c. In articulo. e. Si quis ad te cõfugerit, & q. 5. e. Iuramenti.

Inf. 15. b.

Impiorum voluptates, atque errores ad suum finem: & Iudæorum consilium & conspirationes aduersus Christum. II.

a. Triplicem remouet errorem scienciam impediencem. Primus discentium animam hominis est se mortalem, capite præcedenti, ibi, Nolite zelare mortem. Secundum, qui nullam penam vel præmium humanorum actuum dicebant, in hoc cap. Tertium eorum qui dicebant mala quæ nobis in hac vita contingunt, ex peccatis præteritis nobis contingere, infra, cap. 1. Lyra. ibid. 1. Exigua & radiosa est vita nostra, & non est remedium. 2. Est flammis. 3. Quia extincta, *Nostris.



Dererunt enim [impij] cogitantes apud se non rectè: ¹ Exiguum, & cum aetadio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium] in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis. Quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam non fuerimus. Quoniam fumus ² afflatus] est in naribus nostris, & sermo scintillæ, ad commouendum cor nostrum. ³ Quia extinctus] cinis erit corpus nostrum: & spiritus ^{*} diffundetur tanquam mollis aer. Et transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radiis solis, & à calore illius aggrauata. Et nomen nostrum obliuionem accipiet

† Para 29. d B accipiet per tempus, & nemo habebit memoriam operum nostrorum. † Vmbra enim transitus est tempus nostrum, & non est reuersio] finis nostri: quoniam consi- gnata est & nemo reuertitur. † Venite ergo & fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vno pretioso, & vnguentis nos impleamus, & non prætereant nos flos temporis.] Coronemus nos rosis,] antequam marcescant: & nullum pratium sit quod non pertranseat luxuria nostra.] Nemo vestrum exors sit luxuriæ nostræ. Vbi que relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra: & hæc est fors nostra.] Opprimamus pauperem iustum, & non parcamus viduæ, nec veterano: nec reueremur canos multi temporis. Sit autem fortitudo nostra, lex in iustitia.] Quod enim infirmum est, inutile inuenitur. Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutile est nobis, & contrarius est operibus nostris: Et impropertat nobis peccata legis, & diffamat in nos] peccata disciplinæ nostræ. Promittit se sciētiam dei habere, & filium dei se nominat. Factus est nobis in translationem] cogitationum non strarum. Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius, & immutata sunt viæ eius. Tanquam nugaces] æstimati sumus ab illo, & abstinet se à viis nostris tanquam ab immūditis, & præfert] nouissima iustorum, & gloriatur] patrem se habere deum. Videamus ergo si sermones illius veri sint, & tentemus quæ ventura sunt illi, & sciemus quæ erunt nouissima illius.] † Si enim est verus filius dei, suscipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum. Contumelia & tormento interrogemus eum, vt sciamus, reuerentiam] eius, & probemus patientiam illius. Morte turpissima condemnemus eum: erit enim ei respectus ex sermonibus illius. † Hæc cogitauerunt, & errauerunt: excaecauit enim illos malitia eorum. Et nescierunt sacramenta] dei, neque mercedem sperauerunt iustitiæ, nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum. Quoniam deus creauit hominem] inexterminabilem,] & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Imitantur] autem illum, qui sunt ex parte illius.

Iustorum & martyrum per tribulationes vita probatur, ac impiorum pro delictis retributio donatur, virginum merces & adulterorum supplicium expectatur. III.

† Deut. 33. a A **N**istorum autem animæ in manu dei sunt, & non tanget illos tormentum] mortis.] Visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est afflictio exitus illorum. Et ab itinere iusto abierunt in exterminium,] & quod à nobis est iter exterminij: illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponuntur:] quoniam deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam] accepit illos, & in tempore] erit respectus illorum. Fulgebunt iusti,] & tanquam scintilla] in arundinetis discurrent. Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit dominus illorum in perpetuum. Qui confidunt in illo, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquiescent illi: quoniam donum & pax est] electis eius. Impij autem secundum quæ cogitauerunt, correptionem habebunt: quia neglexerunt iustū, & à domino recesserunt. Sapientiam enim, & disciplinam qui abiicit, infelix est, & vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inhabitabilia, & inutilia opera eorum. Mulieres eorum insensatae sunt, & nequissimi filij illorum,] maledicta] creatura] eorum, quoniam scilicet est sterilis, & incoquinata, quæ nesciuit thorum in delicto. Habebit fructum] in respectu] animarum sanctarum. Et spado qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus deum nequissima. Dabitur enim illi fidei] donum electum,] & fors in templo dei acceptissima. Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, & quæ non cōcidat radix sapientiæ. Filij autē adulterorū] in cōsummatione] erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur. Et siquidē longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & sine honore erit] nouissima senectus

O iiii

[b. Quia post mortem nullus reuertitur ad vitam de curru naturali. Per miraculum tamen aliqui sunt reuerti, vt predictum est, & omnes reuertentur, in iudicio. De Lira ibid.]
 4. Impedimentum.
 5. Edamus & bibamus loquimur vita hereticorum, quandam id verbis negent. Circumueniamus iustum, iusticiæ studet, sanctulum vocat: religionis habitum hypocrisin esse aiunt. Lorychius. ibid.]
 5. Aeris.
 6. Rosarum caliculis.
 7. Strenuitatis.
 8. Strenuitatis.
 [d. Generaliter pertinet hoc ad eos qui Deum continentem nulli sexui, vel ætati pacant: sed iniustis & aucto omnes opprimunt. Specialiter vero hereticos tangit, qui pauperem ecclesiæ populū modis omnibus persequuntur. Glof. ordi.]
 9. Veterani.
 10. Iustitiæ.
 e. Hoc est, iniustus, qui nos arguit, condemnat, corripit. Licet hoc possit etiam ad avaritiam hominum impiorū dicitur, quæ perfidie vicina est: sicut in Iuda proditore legimus, qui avaritiæ studio, & pecunie cupiditate, laqueum proditoris inuenit atque incidit. Ambro. offic. lib. 2. cap. 6.
 11. Celebrat nobis.
 12. Redargutionem.
 13. In spiritum.
 14. Beata dicit.
 15. Iactat.
 f. Viderunt etenim Iesum, multa & præclarissima miracula facientem, & copiosum post se populū deducentem, ac omnium terrenorum prædicantē cōtempit. Sicque videbant ab ipso principatū ad quem maxime anhelabat, auferri. Ideo colleguerunt concilium pontifices & Pharisei. Dion. ibid. ex Aug. 16. Mansuetudinem.
 17. Myleria.
 18. In integritate.
 g. Ira per occasionem delicti in vitæ peccatoribus diaboli mortis sortitus est imperitū, atque omnes à deo deuantes, peccati vinculo obstrictos, squalentis tartari clausos ergastulo possidebat. Ambro. de mysterio pasche. c. 3.
 19. Tentant.
 a. Qui sancto merita religionis charitate miratur, quique iustorum glorias frequenter laude colloquitur: omni merces, adus, atque iustitiā imitetur. Chryst. super illud: Iustorum animæ, Ser. 10. 1.
 [b. Quia non potest amitti. Immortalitas vero Adæ non fuit plena. Nam amitti poterat, & fuit amissa. De Lira. ibid.]
 1. Nono afficerent.
 2. Holocaustum hostiæ.
 3. Vistationis illorum resurgunt.
 4. Stripula.
 [c. Quoniam affessoria dignitate, & approbatione sententiæ iudicabunt eum Dno saluatore, qui electis sanctis promisit. Vos qui feci etis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Iudicabunt ergo nationes. i. omnes reprobos & iniquos. Dion. Carthuf. ibid.]
 5. Gratia & misericordia est in sanctis eius, & visitatio in
 6. Generatio.
 7. In visitatione.
 8. Gratia electa.
 d. Cur enim queritur tale coniugium, de quo susceptus filius nec successione possit heres esse nec sanguinis? Nec enim habere potest hereditatis confortiū, qui non habet originis priuilegiū. Cur inquit queritur tale conubium, de quo nati non filij sint matrimonij, sed testes sine adulteri? Cur huiusmodi suscipitur adulteri, qui patri pudori sit, non honori? Vnde dicit scriptura: Adulterum filij in consummatione erunt. Ambro. Ser. 65.
 9. In cōsummatione, vel impatiētia.
 10. In nouissima.

† Para 29. d
 † Hæc. 45. d
 De pa. di. 3.
 c. Inanimum.
 † Hæc. 8. e
 Matt. 27. c
 † Matt. 27. d
 † Hæc. 11. d
 † Gene. 1. d
 2. b. 5. a
 Eccl. 17. a
 † Gene. 3. a
 † Deut. 33. a
 † Matt. 13. f
 † Hæc. 45.
 Luc 25. d
 Galat. 4. d
 † Hæc. 56. b
 † Hæc. di. c. ff.
 32. q. 4. c. 1.
 & o. Dicat.

et. Solatium. Nationis enim inique dicitur sunt consummationes.

illorum. Et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis allocutionem. Nationes enim iniquae, dirae sunt consummationis.

Casta generatio in multis ab adulterina discedit, iusti etiam plerumque a deo tolluntur, ne ab impiis seducantur, & in quo utriusque finis differat. IIII.


- 1. Melior est sterilitas cum vitute.
- 2. Scilicet in religiosis, qui castitatem voverunt, & se castraverunt propter regnum dei: quia castitas sola non sufficit ad cordis integritatem, sine ipsa nulli contingit videre dominum. Chryso. in 2. cap. Eph. Romi. 4.
- 3. Quia non vult ad suum incrementum, sicut medicina dicitur inutilis, quae non inducit sanitatem. Omnes autem homines in quantum sine ad imaginem dei facti, sunt ad beatitudinem ordinati, propter quod impij ab ea deficientes dicitur inutilis. Et ideo subditur, & adulterinae placentiae, i. omnes impij qui se nominantur: eo quod per adulterium spirituale sunt filij diaboli. De Lyr. ibid.
- 2. Adulterinae plantationes.
- 3. Ascendunt.
- 4. Violentia.
- 5. Inimicitia.
- 6. Somnia.
- 7. Computatur. Canities autem est sapientia hominibus.
- 8. Na si pacato seculo bellisque cessantibus raptum Enoch nemo fleuit, sed magis propheta laudavit, sicut de illo scriptura dicit: Raptus est, ne malitia mutaret cor eius: quaeo magis iure sic eundem est, cum ad seculi lubricum vice accedat ambiguitas. Raptus est enim manus incidere barbarorum: Raptus est enim totius orbis excidia, mundi finem, propinquitate futurae, civium mores, ne postremo sanctorum virginum atque viduarum, quod omni morte acerbius est, collisionem videret. Ambros. de obitu Marii.
- 8. Longaevitas.
- 9. Deceverunt de illo & quare nuntiavit is, scilicet armis fidei.
- 10. Hoc est, Deus auellit animas eorum a suis corporibus omnino dilectissimis, & in eis corrumpit: Sic quippe per Hoseam loquitur de iniquis. Occurram eis ut vasa lapidis caulis, dirumpam interiora eorum, & consumam eos ut leo, qui erant inflati superbia. Dionys. ibid.
- 10. In dolore.
- 11. Arguent.



Quam pulchra est casta generatio cum claritate. Immortalis est enim memoria illius: quoniam & apud deum nota est, & apud homines. Cum praesens est, imitantur illam: & desiderant eam cum se eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat, incoquinatorum certaminum premium vincens. Multigena autem impiorum multitudo non erit utilis, & spuria vitulamina non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt. Et si in ramis in tempore germinaverint infirmiter posita, a vento commovebuntur, & a nimietate ventorum eradicabuntur. Confringentur enim rami inconsummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. Ex iniquis enim omnes filij qui nascuntur, testes sunt nequitiae aduersus parentes in interrogatione sua. Iustus autem si morte praecipuus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata. Cani autem sunt sensus hominis, & aetas senectutis vita immaculata. Placens deo factus dilectus, & viuens inter peccatores translatus est. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & instantia concupiscentiae transuertit sensum sine malitia. Consummatus in breui expleuit tempora multa. Placita enim erat deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. Populi autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in praecordiis talia, quoniam gratia dei, & misericordia est in sanctos eius, & respectus super electos illius. Condemnat autem iustus mortuos viuos impios, & iuuentus celerius consummata longam vitam iniusti. Videbunt enim finem sapientis, & non intelligent quid cogitauerit de illo deus, & quare minuerit illum dominus. Videbunt enim & contemnent eum, illos autem deus irridebit. Et erunt post haec decedentes sine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum. Quoniam dirumpet illos inflatos sine voce, & commouebit illos a fundamentis, & usque ad supremum desolabuntur. Et erunt gementes, & memoria illorum periet. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducunt illos ex aduerso iniquitates ipsorum.

Iusti constanter ab impiis tolerant persecutiones, iniusti autem incassum sperant qui in futuro seculo vitam suam deplorabunt. V.

- 1. Stabit iustus contra faciem eorum qui angustiauerunt eum, & iritantium labores eius.
- 2. Vindicta nostra describitur, & persequentium nos atque insistantium penitentia praedicatur. Cypr. de exhortatione martyri.
- 3. Hic erat quem.
- 3. Illius, & infra.
- 4. Computatus est.
- 5. Illius.
- 6. Est & haec dispensatio domini, ut quando impios punit, & iustos remaneat, mutuo se videant & cognoscant. Etenim tunc martyres suos quique tyrannos agnoscent, & tyranni suos quos afflixerunt martyres. Ceterum nos, quibus hic non conuenimus inueni, atamē, sibi nullus est qui prohibeat, ne simul verentur. Videbimus sane eos qui in exilium nos miserunt, sicut Lazarus diuites, & martyres tyrannos. Chryso. Epist. 3.
- 6. Iustitiae.
- 7. Impietatis.
- 8. Defensa inaccessibilia, sine iniuria.



Vinc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatae salutis, gementes pra angustia spiritus, dicentes intra se, penitentiam agentes, & pra angustia spiritus gementes: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij: nos incensati vitam illorum aestimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: Ecce quomodo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos fors illorum est. Ergo errauimus a via veritatis, & iustitiae lumen non luxit nobis, & sol intelligentiae non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuntius praecurrens: Et tanquam nauis quae pertransit fluctuantem aquam, cuius, cum praeterierit, non est vestigium inuenire, neque semitam carinae illius in fluctibus: aut auis quae transuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius: sed tantum sonitus alarum verberans leuem ventum, & scindens per vim itineris aerem commotis alis transfualauit, & post hoc

† Gene. 4. De peni. di. cap. 11. ex bono, & cap. 12. quoniam. Iero. 11. b

hoc nullum signum inuenitur itineris illius: aut tanquam sagitta emissa in locum destinatum:] diuisus aer continuo in se reclusus est, vt ignoretur transitus illius: ⁹ sic & nos nati continuo desuimus esse, & virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere, in malignitate autem nostra consumpti fumus. [†] Talia dixerunt in inferno ij qui peccarunt:] quoniam spes impij tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur: & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur: & tanquam fumus qui à vento diffusus est: & tanquam memoria hospitis vnus diei prætereuntis. ^d Iusti autem in perpetuum viuunt, & apud dominum est merces eorum, & cogitatio illorum apud altissimum. Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu domini, quoniam dextera sua teget eos, & in brachio sancto suo defendet illos. Et accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Induet pro thorace iustitiam, & ¹⁰ accipiet pro galea iudicium certum. [†] Sumet scutum inexpugnabile æquitatem, acuet autem duram iram in lanceam: & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Ibunt directè emissiones fulgurum, & tanquam à bene curuato arcu nubium ¹¹ exterminabuntur, & ad certum locum insilient. Et à petrosa ira plenæ mittentur grandines, ¹² excandescet in illos aqua maris, & flumina ¹³ concurrent duriter. Contra illos stabit spiritus virtutis, & tanquam turbo venti diuidet illos: Et ¹⁴ ad eremum perducet omnem terram iniquitatis illorum,] & malignitas euertet sedes potentium.

Iniustos rectores graue manet à deo supplium, nisi sapientia adhereant, quæ se vltro querentibus offert, & totum regit orbem terrarum. VI.

Mergo reges, & intelligite, discite iudices finium terræ. Præbete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis] in turbis nationum: [†] quoniam data est à domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam cum essetis ministri regni illius, ^b non rectè iudicastis, nec custoditis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem dei ambulastis. Horrendè & citò apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum in iis qui præsumunt, fiet. ² Exiguo enim conceditur] misericordia, ^c potentes autem potenter tormenta patientur. [†] Non enim subtrahet personam [†] cuiusquam deus, qui est] omnium dominator, nec verebitur magnitudinem [†] cuiusquam: quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus. ⁴ Fortioribus autem fortior instat ³ cruciatio.] Ad vos ergo Reges sunt hi sermones mei, vt discatis sapientiam, & non excidatis. Qui enim custodierint iustitiam, iuste iudicabuntur: & qui didicerint iusta, inuenient quid respondeant. Concupiscite ergo sermones meos, ⁴ & diligite illos, & habebitis disciplinam.] Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia, & facile videtur ab iis qui diligunt eam, & inuenitur ab iis qui querunt illam. ⁵ Præoccupat qui se concupiscunt, vt [†] illis se prior ostendat.] Qui ⁶ de luce vigilauerit] ad illam non laborabit: assidentem enim illam foribus suis inueniet. Cogitare ergo de illa, ⁷ sensus est consummatus:] & qui vigilauerit propter illam, cito erit securus. Quoniam dignos se, circuit ipsa querens, [†] & in viis suis ostendet se illis hilariter, & in omni ⁸ prouidentia] occurrit illis. Initium enim illius verissima est disciplinæ concupiscentia. Cura ergo disciplinæ, dilectio est: & dilectio custodia legum illius est. Custoditio autem legum consummatio incorruptionis est: incorruptio autem, facit esse proximum deo. ⁹ Concupiscentia itaque sapientiæ deducit ad regnum [†] perpetuum.] Si ergo delectamini sedibus, & sceptris ô Reges populi, diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis:] Diligite lumen sapientiæ omnes qui præestis populis.] Quid est autem sapientia, & quemadmodum facta sit, referam: & non abscondam à vobis ⁹ sacramenta] dei, sed ab initio natiuitatis inuestigabo, & ponam in lucem scientiam illius, & non præteribo veritatem, neque cum inuidia tabescente iter habebò: quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ. ⁵ Multitudo autem sapientium, ¹⁰ sanitas est orbis terra-

9. In scopum.
c. Cum sit homo compositus ex contrariis, quæ in se continuo agunt in sui corruptionem, necesse est hominem quam cito nauum tendere ad corruptionem. Calidum enim non cessat agere actione quidem corruptoria in humidum radicate: quo consumpto totum corrupti corpus oportet. Lyræ cum Diony. ibidem.

d. Post peccatorum penas, & feram in inferno penitentiam, iustorum ostendit gloriam qui in celo recipi vult. brata in contemplatione dei fructurum quoriam sem suâ posterit. Gloriosa ordinaria contra impios & vefanos homines, qui omnipotentem deum sibi hostem audent suapte culpa constitueri. Lorychius ibidem]
10. Circosponet galeâ iudicium simpl.x
c. Orbis terrarum cum domino cõtra insensatos pugnat, quâlo in pena delinquentium etiam elementorum aduersitas militat. Grego. Moral. lib. 6. cap. 5.
11. Ad scopum.
12. Er candescet.
13. Inundabitur.
14. Desolabit.

a. Vnusquisque enim seire tenetur, & diligentissime discere debet ea quæ ad suum pertinent statum, ac gradû, quatenus iuxta suæ exigentiam vocationis ambulare dignè deo. Er qui in aliquo est constitutus officio, illud idoneè exequatur. Diony. ibidem.

1. Superbitis.
[b. Sed leges eius reliquistis, ma le iudicando & viuendo, ideo subditur: Horrendè & cito. In morte quæ nõ tardat. De Lyræ.]
2. Minimus dignus est.
c. Eusthemie tibi videbitur sceleris reus Annas & Caiphas & Judas proditor, cuius & Pilatus qui nolens compulsus est contra dominum ferre sententiam Idem ibidem.
d. Quanto maioris meriti fuit Iudas, tanto maioris criminis est, & quanto maioris criminis tanto maioris & penæ. Hiero. contra Iouii. lib. 2.
3. Seruatiõ.

4. Opus & eruditiõ.
e. Qui diligit sapientiam scrutat in moribus disciplinam. Non enim amat sapientiam qui non seruat disciplinam, vnde si diligitis me, mandata mea seruate. Glor. ordi. ibidem.]

5. Præoccupatur.
6. Mane surrexit.
7. Scientia est consummatio. f. Via quippe ad creatoris sunt opera cõsiderata creatoris: quæ dum facta cernimus, potèntiam factoris miramur. In istis vis ostendit se illis hilariter, & omni prouidentia occurrit, quia factoris nobis virtus inquirenda proponitur in omne quod mirabiliter factum videtur. Greg. Moral. lib. 26. cap. 8.

8. Cognitiõ.
9. Mysteria.
g. Hinc ergo qui sapienter debet dicere etiam quod non potest eloquenter, verba scripturarum tenere maxime necessariû est. Qui enim eloquenter suauiter qui sapienter, dicunt, salubriter audiuntur. Propter quod non ait scriptura: Multitudo eloquentium, sed multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum. Aug. de doct. Christi. lib. 4. cap. 5.

10. Salus est mundi.

† Prouer. 11. 4

† Eccle. 9. d. 3

† De feat. ex. com. c. A. no. bis. 2. Eccle. 9. b Rom. 13. a

† 1. q. 1. cap. Principua. Deut. 10. d. 1. Para. 19. c. Job. 1. 4. b Eccle. 35. b Rom. 2. b Galat. 2. b Ephes. 6. b Colof. 3. d Ado. 10. c 2. Pet. 1. c

rum,] & rex sapiens populi stabilimentum est. Ergo accipite disciplinam per sermones meos, & proderit vobis.

Quoniam omnium idem est finis & conditio, sapientia omnibus præscribenda, & quibusque modis acquirenda, quibus sunt mala vitanda. VII.

a. Adam in iusticia originali est creatus immortalis, id est potes non mori. In qua si stetit, filios sibi similes generasset: immortales: sed propter lapsum & est mortalis: & cæcis in perpetuum generavit filios mortales. L. ysa. l. i. 1. Somno.
 b. Videant reges & alii nobiles an aliam nascendi habent originem quam eamque hic describitur. Exitus certe idem est certo argumento ortu quoque esse eundem. Lorychius.]
 c. Ut enim acciperet sapientiam à deo, non diuitias, non nobilitatem, non potestatem, sed sapientiam postulauit: & in illa omnia etiam quæ non postulauit inuenit. Ambro. in Psal. 43. in fi.
 1. Data est mihi scientia.
 2. Qui enim celestis sapientia veraciter inuenit, uerbum dei, despicit omnia emolumenta preteritis vitæ, Philosophiam, eloquentiam, & diuinæ theoreticæ vacare cœcendit. Glo. ordi. l. i. 3. Inquietum est lumen quod venit ex illa.
 4. Innumerabiles diuitiæ.
 5. Dux eorum est.
 6. Veluti iubet Petrus. 1. Petr. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam admittentes.
 7. Diuitiis.
 8. Ex sententia dicere appetit, quæ non modo sciendo dicere, sed sentiendo desiderat experiri, quod dicit Greg. Moral. lib. 23. cap. 17.
 9. Cogitare digna de his.
 10. Opificiorum scientia.
 11. Declarata preciositate, sapientia, hic consequenter Salomon ostendit qualiter eum dixerit in actibus vitæ contemplatiuæ: Et primo quantum ad contemplationem rerum naturalium, 2. supernaturalium. De Lira. lib. 1. h. Hic comprehendit qualiter sibi amorem mutua vicissitudo redeunte orbe succederet cursus, præcedendo se non nunquam, aut subito subsequendo, unde eorum esset ortus aut obitus; & alia multa quæ sapientia docente cognouerit. Ambro. de Salomone cap. 1.
 12. Ut latus ostendit omnia dona spiritus sancti in humanitate saluatoris exposita, in quo sunt omnes thesauri sapientie & scientie absconditi, & plenitudo diuinitatis, qui non datur spiritus ad menturam. Glo. ordina. J. 9. Vnguentus.
 13. Integer.
 14. Manifestus, illæsis.
 15. Expeditus, beneficus.
 16. Mundus subtilissimos.
 17. Et capax est per omnia.
 18. Gloria.
 19. Vide quanta dicantur, Splendor quod claritas patet in lucis in filio sit. Speculum sine macula, quod pater videatur in filio. imago bonitatis, quod non corpus in corpore, sed virtus in filio tota cœnatur. imago doctæ non esse dissimilem, character expressum esse significat, splendor signat æternum. Ambro. de fide lib. 1. cap. 4.
 20. Splendor.
 21. Operationis.



Um quidem & ego^a mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terreno illius qui prior factus est, & in ventre matris figuratus sum caro, decem mensem tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, & de leætamento^b somni] conueniente. ^b Et ego natus accepi comunem aërem, & similiter in factam decidi terram: & primam vocem similem omnibus emisi plorans. In inuolumentis nutritus sum, & magnis curis. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. Vnus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus. ^c Propter hoc optaui, & ^d datus est mihi sensus:] & inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ. Et præposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. ^d Nec comparaui illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. ^e Super salutem, & speciem dilexi illam, & proposui pro luce habere illam: quoniam ^f inextinguibile est lumen illius.] ^f Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & ^g innumerabilis honestas] per manus illius. Et latatus sum in omnibus: quoniam ^h antecedebat me] ista sapientia, & ignorabam quoniam horum omnium mater est. Quam sine fictione didici, & ⁱ sine inuidia communico, & ^k honestatem] illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus est hominis, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitie dei, propter disciplinæ dona commendati. ^l Mihi autem dedit deus dicere ex sententia, & ^m præsumere digna horum,] qui mihi datur: quoniam ipse sapientiæ dux est, & sapientium emendator. ⁿ In manu enim illius, & nos ^o & sermones nostri, & omnis sapientia, & ^p operum scientiæ disciplina. ^o Ipse enim dedit mihi horum scientiam veram quæ sunt, vt sciam dispositionem orbis terrarum, & virtutes elementorum, initium, & consummationem, & medietatem temporum, ^q vicissitudinum permutationes, & cõsummationes temporum, & morum mutationes: diuisiones temporum, anni cursus, & stellarum dispositiones, naturas animalium, & iras bestiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum, differetias virgultorum, & virtutes radicum, & quæcunque sunt absconsa & improuisa, didici. Omnium enim artifex docuit me sapientia. ^r Est enim in illa spiritus intelligentiæ sanctus, ^s vnicus,] ^t multiplex, ^u subtilis,] ^v modestus, disertus, mobilis, incoquinatus, ^w certus, suauis,] ^x amans bonum, acutus, ^y qui nihil vetat benefacere,] ^z humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus intelligibiles, ^{aa} mundus, subtilis] ^{ab} Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia. Attingit autem ^{ac} vbique] propter suam munditiam. Vapor est enim virtus dei, & emendatio quædã est ^{ad} claritatis] omnipotentis dei syncera: & ideo nihil inquinatum in eam incurrit. ^{ae} Candor] est enim lucis æternæ, & speculum sine macula dei ^{af} maiestatis,] & imago bonitatis illius, & cum sit vna, omnia potest: & permanens in se omnia innouat, & per nationes in animas sanctas se transfert. Amicos dei, & prophetas constituit. Neminem enim diligit deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Est enim hæc speciosior sole, & super omnem dispositionem stellarum. Luci comparata inuenitur prior. Illi enim succedit nox. Sapientiam autem non vincit malitia.

Sapientia quanto affectu sit desideranda: quæ non ab homine, nec ab angelo, nec à demone vel studio, sed per deuotam precationem est à deo impetranda. VIII.

a. Ea potestis qua fortiter à fine vsque ad finem attingit, numerus fortasse dicitur. Euerò qua disponit omnia suauiter, sapientia propriam vocatur, cum sit ter quo vitius eiusdemque sapientie. Aug. de libero arbitrio. lib. 1. cap. 11. in principio. Vituliten.



Attingit ergo à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia ^a suauiter.] Hanc amaui, & exquisiui eam à iuuentute mea, & quæsiui in sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius. Generositatem illius glorificat contubernium habens dei, sed & omnium dominus dilexit illam. Doctrix

12. Para. 6
1 Job. 28. c

13. Reg. 3. b

14. Heb. 1. 3
De celebrat.
missæ. e. 3. 11.
De pon. dist. 1.
e. Quod aut.

Doctrina enim est disciplina dei, & electrix operum illius. Et si diuitia appetuntur in vita: quid sapientia locupletius, quae operatur omnia? Si autem sensus operatur: quis horum quae sunt, magis quam illa, est artifex? Et si iustitiam quis diligit: labores huius magnas habent virtutes. Sobrietate enim, & prudentiam docet, & iustitiam, & virtutem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Et si multitudinem scientiae desiderat quis, scit praeterita, & de futuris aestimat, scit veritates sermonum, & dissolutiones argumentorum, signa & monstra scit antequam fiant, & euentus temporum & saeculorum. Proposui ergo hanc adducere mihi ad conueniendum, sciens quoniam mecum communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis, & tedium mei. Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud seniores, iuuenis, & acutus in iudicio, & in conspectu potentium admirabilis ero, & facies principum mirabuntur me. Tacentem me sustinebunt, & loquentem me respicient, & sermocinante me plura, manus ori suo imponent. Praeterea habebō per hanc immortalitatem, & memoriam aeternam iis qui post me futuri sunt relinquam. Disponam populos, & nationes mihi erunt subditae. Timebunt me audientes reges horrendi: & in multitudine bonus videbor, & in bello fortis. Intrans in domum meam, comque sciam cum illa. Non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tedium convictus illius, sed laetitiam & gaudium. Haec cogitans apud me, & commemorans in corde meo, quoniam immortalis est in cogitatione sapientia, & in amicitia illius delectatio bona, & in operibus manuum illius honestas sine defectione, & in certamine loquelae illius sapientia, & preclaritas in communicatione sermonum ipsius: circuibam quaerens, ut mihi illam assumerem. Puer autem eram ingeniosus, & fortis sum animam bonam. Et cum essem magis bonus, veni ad corpus in quo inquinatum. Et ut sciri quoniam aliter non possem esse continens, nisi deus det, & hoc ipsum erat summa sapientia, scire cuius esset hoc donum, ad id dominum, & deprecatus sum illum, & dixi ex totis precordiis meis.]

Sapientiam a deo petens ineffabilem illius fatetur sapientiam, & humanam ad illam indigentiam, & absque illo difficultatem.

I X.

Deus patrum meorum, & domine misericordiae, qui fecisti omnia verbo tuo, & sapientia tua constituisti hominem, ut dominaretur creaturae quae a te facta est, ut disponat orbem terram in aequitate & iustitia, & in directione cordis iudicium iudicet. da mihi sedium tuarum astuticem sapientiam, & nolite me reprobare a pueris tuis, quoniam seruus tuus sum ego, & filius ancillae tuae, homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicij & legum. Et si quis erit consummatus inter filios hominum, si abfuerit ab illo sapientia tua, in nihilum computabitur. Tu autem elegisti me Regem populo tuo, & iudice filiorum tuorum, & filiarum. Et dixisti me aedificare templum in monte sancto tuo, & in ciuitate habitationis tuae altare, similitudinem tabernaculi sancti tui, quod praeparasti ab initio, & tecum sapientia tua, quae nouit opera tua, quae affuit tunc cum orbem terrarum faceres, & sciebas quid esset placitum oculis tuis, & quid directum in praecipis tuis. Mitte illam de caelis sanctis tuis, & a sede magnitudinis tuae, ut mecum sit, & mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te. Scit enim illa omnia & intelligit, & deducet me in operibus meis sobriè, & custodiet me in sua potentia. Et erunt accepta opera mea, & disponam populum tuum iuste, & ero dignus sedium patris mei. Quis enim hominum poterit scire consilium dei? Aut quis poterit cogitare quid velit deus? Cogitationes enim mortalium timidae, & incertae prouidentiae nostrae. Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit sensum] multa cogitante. Et difficile existimamus quae in terra sunt: & quae in prospectu sunt, inuenimus cum labore. Quae in caelis sunt autem, quis inuestigabit? Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis: & si correcte sint semitae eorum, qui sunt in terris, & quae tibi placent, didicerint homines? Nam per sapientiam sanati sunt, quicumque placuerunt tibi domine a principio.]

2. Sunt appetibilis possessio.
 3. Sapientia hac ratione diligibilior est: per quam multo plura maiora & meliora possunt haberi quam per diuitias temporales. Vnde Proverb. 12. Quid prodest auro habere diuitias, cum sapientiam emere non possit De Lira.]
 4. Prudentiam.
 5. Sunt.
 6. Fortitudinem.
 7. Experientiam.
 8. Futura imaginatur.
 9. Prodigia praenoscit, & euentus opportunitati & temporibus.
 10. Hoc est, dona gratiae sunt mihi distribuit, & me spiritualiter diabit: quia quanto quis frequentius ipsam contempletur, & ut se applicat, tanto plus crescit in donis eius. Dionys. ibidem.
 11. Iuuenis enim adhuc existens, valde solerter iudicauit filium reddi vere matri. 3. Reg. 3. De Lira ibidem.]
 12. Sed alia est immortalitas sae naturae, alia nostrae est. Ne sunt fragilia comparanda diuinis. Vnde sola substantia diuinitatis, quae mori nescit. Ambrosius de fide. lib. 3. cap. 2.
 13. Tyranni.
 14. Nempe cum delectatio oritur ex vnione potentiae cum obiecto conuenienti, sitque diffusio animi in conceptu adptioneque boni, dum meus sincera coniungitur summo & incomparabili bono illi, habet copiosam delectationis incrementum. Dionys. ibidem.
 15. Diuitia.
 16. Neque enim negligendi sunt seu errent, seu verum sapientiae qui hoc specialiter & singulariter de anima illa quam putant mediatrix dei & hominum legit Christi hominis Aug. de Genes. ad lit. lib. 10. cap. 7. & amplius, cap. 17.
 17. Haec gratia.
 18. Ex toto corde meo.

† Psal. 115. b

† 1. Para. 28. a
2. Para. 1. b

† Prouer. 8. c
Ioan. 1. a

† 16. 4. c
Rom. 11. d
2. Cor. 2. d

a. Quamuis sit deus vniuersorum, iure creationis, conseruationis, & gubernationis, specialiter tamen per gratiam praecipue electionis voluit deus illorum ritum patriarcharum, vocari Abraham, Isaac, & Iacob. Dionys. ibid.
 b. Potest intelligi de sapientia requisita ad regimen sedium regiarum, quam ideo videtur petere ut digne possit regnum israeliticum gubernare. Lira ibid.
 c. Haec non possunt dici de Philone quia neque rex ille fuit, neque templi aedificator: Apparet ergo Salomonem esse librum hunc. Salomonem vero in templo, atque adeo in mouifica disciplina esse educatum, alibi diximus & hic vides. Lorychius ibidem.]
 1. Gloriam me mitte illam, ut praeferens mihi.
 2. Gloria.
 3. Christus verus populi princeps animam iusti velut currus agitator ascendens, verbi habens gubernat, ne violentorum equorum furore in abrupta rapiatur. Sit enim eius velut quatuor equi, quatuor affectiones, ira, cupiditas, voluptas, timor: quibus furoribus cum cooperit agi, nequaquam seipsa cognoscit. Corpus enim quod corrumpitur, animam grauat, & tanquam irrationabilissimum animalium curfus inultram rapiditatem voluentibus curis, velut quodam impetu promouent, donec memoratae corporis passionis verbi virtute mitescant. Ambrosius de virg. lib. 11. 3. Corruptibile.
 4. Mentem.
 5. In manibus.
 6. Consilium.
 7. Saluati.

Sapientia à precipuorum conseruatione in bono, ab initio seculi, & iustorum liberatione à malo in suis persecutionibus, commendatur. X.

a. Prius sapientie opera in generali deduxit, nunc in particulari eorum qui bene, & eorum qui male lapsi sunt, exemplum adducit: & primo ipse Adam, & consequenter filiorum eius. Lyra ibid.

b. Cain qui fratrem non iuste peremit, piaculi vindicta in diluuiio soluta est, & generatio Cain deleta. Sed dei sapientia Noe de stirpe Seth ad reparandum orbis cum filiis suis in Arca seruauit. Glosa ordinaria ibidem.

c. In Sodoma & vicinis ciuitates Gomorram.

Verba est ergo illa pentapolis in lacum salum ac sterilem, qui dicitur mare mortuum: quia nec pisces nec aues in eo viuere possunt. Naue non patitur nec aliquam aliam materiam nisi bituminatam Dionys. Carth. post Magistrum historiarum.

2. Columna.

3. Lasi sunt quod cognouerunt.

4. In vita.

5. Venerantes illum.

d. Est iustus, qui in principio sermonis accusator est sui: & est iustus, qui absque errore est.

Primus quidem bonus, quia accedit ad viam: secundus melior, quia currit per viam: tertius optimus, quia iam appropinquat ad finem viae.

Hic tamen, accipimus primum, quem velociter inuenimus. Hunc deduxit dominus & non alius: quia ipse est de via iniquitatis ad viam veritatis reducere, & deducere per eam. Per viam, inquit, rectas.

Via domini, via recta, via pulchra, via plena, via plana, recta sine errore, quia ducunt ad vitam: pulchra sine sordibus, quia docent mundiciam, &c. Bernar. de verbis Sap. 10. Iustum deduxit dominus, &c.

6. Locupletauit.

7. Multiplicauit.

8. In cupiditate.

9. Ditauit.

10. Religio.

11. A peccato.

12. In lacum vel carcerem.

13. Imperantium.

14. Vituperauerunt.

* Pietatis.



Et, illum qui primus formatus est à deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit: & eduxit illum à delicto suo. Et eduxit illum de limo terræ, & dedit illi virtutem continendi omnia: ab hac ut recessit iniustus in ira sua, & per iram homicidij fraternitas deperiit. Propter quod cum aqua deleteret terram, sanauit iterum sapientia per contemptibile lignum iustum gubernas. Hæc & in consensu superbiæ, cum se nationes extulissent, sciuit iustum, & conseruaui sine querela deo, & in filiis misericordiam fortè custodiuit. Hæc, iustum à pereuntibus impiis liberauit fugientem, descendente igne in Pentapolim: quibus in testimoniū nequitiae fumigabunda constat deserta terra, & in certo tempore fructus habentes arbores, & incredibilis animæ memoria stans figmentum salis. Sapientiam enim pretereuntes non tantum in hoc lapsi sunt, ut ignorarent bona: sed & in sapientiæ suæ reliquerunt hominibus memoriam, ut in iis quæ peccauerunt, nec latere potuissent. Sapientia autem hos qui se obseruat, à doloribus liberabit. Hæc autem profugum iræ fratris iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum dei & dedit illi scientiam sanctorum. Hæc ostendit illum in laboribus: & completuit labores illius. In fraude circumuenientium illum affuit illi, & honestum fecit illum. Custodiuit illum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum. Et certamen forte dedit illi, ut vinceret, & sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hæc veditum iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum: descenditque cum illo in foueam, & in vinculis dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni & potentiam aduersus eos qui eum deprimebant: & mendaces ostendit, qui macularunt illum, & dedit illi claritatem æternam. Hæc populum iustum, & semen sine querela liberauit à nationibus quæ illum opprimebant. Intrauit in animam serui dei, & stetit contra reges horrendos in portentis & signis. Et reddidit iustus mercedem laborum suorum, & deduxit illos in via mirabili. Et fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum per noctem. Et transtulit illos per mare rubrum, & transevit illos per aquam nimiam. Inimicos autem illorum demersit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum, & decantauerunt. Domine nomen sanctum tuum, & victricem manum tuam laudauerunt pariter. Quoniam sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas.

Sapientia multa Israeli peregrinanti in deserto beneficia Aegyptiis hostibus mirabiliter vexatis contulit, aquas præbendo & vitrices sine modo penas infligendo. XI.

1. In manus.

2. Fixerunt tabernacula.

3. Abrupta & sanitas.

4. Cruciatu.

5. Ipsi indigentes beneficiis acceperunt.

6. Sempiternum flumē Nilum vocat cuius aqua tanquam fontis potabilis est, qui dicitur flumen sempiternu quia est vnus de quatuor fluminibus paradisi, & in Genesi vocatur Gihon, circueiēti terram Aethiopiae: & ibi dicitur Gihon. Inde autem in Aegyptum descendens, vbi Nilus vocatur, & per diuersa loca ibidem diuiditur. Dionys. ibid.

6. Cruentis sanguine turbati in correptionem inuentium occisoris precepti.

7. Examinati.

1b. Aegyptij enim assistentes Pharaoni & etiam absentes ab eius presentia similiter affligebantur: sicut vesicis turgētibus, & aliis plagis similibus. De Lyra. ibidem.

8. Quondam proiectum abnegauerunt subannantes.



Irexit opera eorum in manibus prophete sancti. Iter fecerunt per deserta, quæ non habitantur: & in locis desertis fecerunt casas. Steterunt contra hostes, & de inimicis se vindicauerunt. Sitierunt, & inuocauerunt te, & data est illis aqua de petra altissima, & requies sitis de lapide duro. Per quæ enim penas passi sunt inimici illorum, & à defectione potus sui, in eis, cum abundarent filij Israel letati sunt. Per hæc cum illis deessent, bene cum illis actum est. Nam pro fonte quidem sempiterni fluminis, humanum sanguinem dedisti iniustis. Qui cum minuerentur in traductione infantium occisorum, dedisti illis abundantem aquam in speratè: ostendens per sitim quæ tunc fuit, quemadmodum tuos exaltares, & aduersarios illorum necares. Cum enim tentati sunt, & quid cum misericordia disciplinam accipientes, scierunt quemadmodum cum ira iudicati impij tormenta paterentur. Hos quidem tanquam pater monens probasti, illos autem tanquam durus rex interrogans condemnasti. Absentes enim, & presentes similiter torquebantur. Duplex enim illos acceperat tedium, & gemitus cum memoria preteritorum. Cum enim audirent per sua tormenta bene secum agi, commemorati sunt dominum & admirantes in finem exitus. Quem enim in expositione praua proiectum deriserunt,

A † Gene. 2. b † Gene. 3. d

† 4. q. 7. d. n. d. & 19. e. † Gene. 7. d † Gene. 11. d

B † Gene. 19. d

† Gene. 31. e

C † Gene. 37. f 41. a

D † Exod. 1. b

† Exod. 1. b De renuntia. cap. Nisi. 4. Quippe. 23. q. 7. cap. 2. & 2. & c. Quemadmodum. Qui eleri. vel vo. c. Relati. † Exod. 14. f † Psal. 77. b † Exod. 15. e & 15. a

A † Exod. 16. a † Exod. 17. e † Eccl. 14. 2 † Exod. 17. b † Num. 10. b

deriserunt,] in finem euentus mirati sunt. Non⁹ similiter iustis faciens,] pro cogitationibus autem insensatis iniquitates illorum. ¹⁰ Quod quidam errantes colebant¹⁰ multos serpentes, & bestias superuacuas:] immisit illis multitudinem murorum animalium in vindictam, vt scirent quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Non enim¹¹ impossibilis] erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia¹² inuisa] immittere illis multitudinem vrforum, aut audaces leones, aut noui generis ita plenas, & ignotas bestias, aut¹³ vaporem igneum] spirantes, aut¹⁴ fumi odorem proferentes:] aut horrendas ab oculis scintillas¹⁵ emittentes: quarum non solum¹⁶ læsura poterat illos exterminare, sed & aspectus¹⁷ per timorem occidere. ¹⁸ Nam & sine iis vno spiritu poterant occidi,] persecutionem passi¹⁹ ab ipsis factis suis,] & disperper spiritum virtutis tuæ: ²⁰ sed omnia in mensura & numero & pondere disposuisti. ²¹ Multum enim valere tibi²² soli superat] semper: & virtuti brachij tui quis resistet? Quoniam tanquam momētum statēræ, sic est ante te orbis terrarum: & tanquā gutta roris²³ antelucani, qui] descendit in terram. Et misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum²⁴ propter] pœnitentiam. Diligis enim omnia que sunt, & nihil²⁵ tibi odium, quæ fecisti, non in te, sed in aliis, quæ fecisti, aut fecisti.] Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses, aut te vocatum non esset, conseruaretur? Parcis autem omnibus: quoniam tua sunt domine, qui amas animas.

Dei correptio quanta dulcedine in iustis & mansuetudine in malis vtatur, cum Chanaanos à terra promissa iuste, sed misericorditer deleret, iustos verò introduceret, impœnitentes seuerè puniendo.

XII.



Quam bonus, & suavis est domine] spiritus tuus in omnibus. Ideoque eos qui² exerrant partibus] corripis, & de quibus peccant³ admones, & alloqueris,] vt derelicta malitia credant in te domine. Illos enim antiquos inhabitatores⁴ terræ sanctæ tuæ, quos exhorruisti, quoniam odibilia opera tibi faciebant⁵ per medicamina,] & sacrificia iniusta, & filiorum suorum necatores sine misericordia,] vt comestores viscerum⁶ hominum,] & deuoratores sanguinis, & authores parentes animarum inauxiliatarum perdere voluisti à medio sacramento tuo per manus parentum nostrorum, vt dignam perciperent peregrinationem puerorum dei, quæ tibi omnium carior est terra. Sed & his tanquam hominibus pepercisti, & misisti antecessores exercitus tui vespas, vt illos paulatim exterminarent. ⁷ Non quia impotens eras in bello subiicere impios iustis, aut bestiis sœuis, aut verbo duro simul exterminare, sed⁸ partibus] iudicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans quoniam nequam est⁹ natio] eorum, & naturalis malitia ipsorum: & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum. ¹⁰ Semen enim erat maledictum ab initio. Nec timens aliquē,] veniam dabas peccatis illorum. Quis enim dicet tibi, quid fecisti? Aut quis stabit contra iudicium tuum? aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? Aut quis¹¹ tibi imputabit,] si perierint nationes, quas tu fecisti? Non est enim alius deus quàm tu,] cui cura est de hominibus, vt ostendas quoniam non iniuste iudicas iudicium. Neque rex, neque tyrannus¹² in cōspectu tuo inquerent] de iis quos perdidisti. Cum ergo sis iustus, iuste omnia disponis: ipsum quoque, qui non debet puniri,] condemnas, & exterum] æstimas à tua virtute. ¹³ Virtus enim tua, iustitiæ initium est, & ob hoc quod omnium dominus es, omnibus te parcere facis. Virtutem enim ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummatus, & ¹⁴ horum qui te nesciunt, audaciam traducis.] Tu autem dominator virtutis, cum¹⁵ tranquillitate] iudicas: & cum¹⁶ magna reuerentia disponis nos.] Subest enim tibi cum volueris, posse. Docuisti enim populum tuum per talia opera, quoniam oportet iustum esse, & humanum, & bonæ spei fecisti filios tuos: quoniam iudicans das locum in peccatis pœnitentiæ. ¹⁷ Si enim inimicos seruatorum tuorum, & debitos morti, cum tanta cruciasti attentione,] & liberaisti,] dans tempus & locum per quæ possent mu-

9. Similia iustis scientes. [c. Dignam fuit vt qui pro creatore creaturâ venerabatur, vnde opem querebant, sustinerent panam: Pngnar enim pro eo orbis terrarum contra insensatos. Mythicè verò idololatræ heretici, schismatici qui erroris suorum sc̄tas pro veritate colunt, à spiritalibus bestis puniuntur De quibus dicitur, Ne tradas bestis animas continentium tibi. Rabanus ibidem.]
10. Irrationalia repulsa, & bestias viles.
11. Impotens.
12. Informi.
13. Halitum ignitum.
14. Sonitum ventilati fumi.
15. More fulgurum.
16. Timor enim vehemens aliquò interficit hominem. Nâ sine his terribilibus animalibus vno spiritu poterant occidi. De Lyra ibidem.]
17. A pena.
18. Ad differētiā ipsius diuinæ essentia dictum est. Creatura enim in pondere, & mensura & numero facta sunt, solus creator his omnibus caret. Ponus in dignitate rei consideratur in pœnitentiâ facta est quæ rei sui generis est comparanda aut secundum maius, aut secundum minus, aut secundum æquale. Ponus habet quæ quanti valere æstimari potest. Mensura vero in loco & tēpore consideratur. In numero facta sunt omnia, vel secundum partium cōpositionem, vt sunt corpora, vel secundum varietatem & mutabilitatem, vt sunt incorporea. Bernard. Parui. Ser. 51.
16. Ad.
17. Marutina, quæ.
18. Ad.

1. Incorruptus enim est.
2. Aberrant paulatim.
3. In memoriam ducens.
[a. Id est iudæ, quæ dicitur facta, eo quod ibi viguit cultus dei tempore veteris testamenti: & ibi impletum est Christi mysterium tempore noui. De Lyra, ibidem.]
4. Medicamentorum.
b. Hic sermo metaphorice dicitur, quemadmodum de oppressore & capite dicitur, quod hominum sic comestor, fecit quod loquitur dñs per prophetâ Mich. 3. Qui comedunt carnem populi mei. Et in Psal. 26. Dum appropiant super me nocentes vt edat carnes meas. Et Job. 19. Quare persequimini me & carnis meis saturamini? Dion, ibidem.
4. Humanatum carnium.
5. Paulatim.
6. Generatio.
c. Quid est ergo malitia naturalis hominis, & semen maledictum ab initio, & procreari naturaliter in interitum & captiuitatē, & natura filij iux? Nunquid in Adam natura ista sic condita est? Absit. Sed quia in illo vitia esse per omnes naturaliter cecurrit & currit: vt ab hac peccatione non liberet nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Aug de nuptiis & concupis. lib. 2. ca. 8. & 9.
* In quibus peccauerunt.
7. Te accusabit.
8. Resistere tibi poterit.
9. Condemnare alienum.
10. In scientibus audaciam arguit.
11. Acquitate.
12. Multa parsimonia nos gubernas.
d. Quia Aegyptios & Chanaanos aduersarios filiorum Israel morti & temporali & æternæ obnoxios, & aquis & gladio dedit: ac cum tam pio moderamine & attentione fragilitatis humanæ paulatim eos puniendo, sed cum interpolatione vt interitum pœnitentiæ. Dion, ibid.

7. 9. 4. Qui peccat

† 2. 4. q. 3. c. fi. De conse. di. 2. c. Et dixit, & c. Iteratur. in fi.

1. Per. 5. b

Te. Multa flagella peccatoris sperantem autem in domino misericordia circedabit. Magna est distantia inter iudicium electorum & reproborum. Illos dominus corripit ut emendet, hi lupercie & perfidie pœnas luit, ut contra dominatorem omnium se repugnare non posse cognoscant. Felix iudex qui pietate & bonitatem sui iudicis semper inspicit. Iudicium enim sine misericordia fieri non fecerunt misericordiam. Glosa ordinaria.]
 13. Cuius iudicantes, iudicari vero.
 14. In vite stultitia.
 15. Propitius cruciasti abominaciones.
 16. Villa.
 17. Decepti.
 18. In his.
 f. Non est de deo humanis iudicis sentiendum. Neque enim nobis ea natura est ut se in excellentem cognitionem suis viribus efficit. A deo diffendit est quid à deo intelligendum sit quia nisi se auctore cognoscatur. Hilarius de trinitate lib. 3.

tari à malitia : cum quanta diligentia iudicasti filios tuos, quorum parentibus iuramenta & conuentiones dedisti bonarum promissionum? Cum ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas, ut bonitatem tuam cogitemus iudicantes, & cum de nobis iudicatur, speremus misericordiam tuam. Vnde & illis, qui in vita sua insensate & iniuste vixerunt, per hæc quæ coluerunt, dedisti summa tormenta. Etenim in erroris via diutius errauerunt, deos æstimantes hæc quæ in animalibus sunt superuacua, infantium insensatorum more viuentes. Propter hoc tanquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti. Qui autem ludibriis & increpationibus non sunt correcti, dignum dei iudicium experti sunt. In iis enim quæ patiebantur, moleste ferebant: in quibus patientes indignabantur. Per hæc quos putabant deos in ipsis cum exterminarentur, videtes illum quem olim negabant se nosse, verum deum agnouerunt. Propter quod & finis condemnationis eorum veniet super illos.

Quam vanè student qui in creaturis quærunt ex errore inexcusabili, & negligentia,
 XIII.

1. Vanum nãque vocatur quod ad finem propter quem institutum est, non pertingit. Quemadmodum vanã medicina, quæ ad sanitatem non confert. Cui ergo salus hominũ sit dei cognitio, sicut asserit 1b. 17. Hæc est vita æterna ut cognoscant te, & homines qui ad dei noticiam non pertingunt, reddẽ vani efficiuntur, & Dionysius ibid.
 2. Natura, quibus adest ignorantia.
 3. Violentam.
 4. Luminaria cæli.
 5. Mellior.
 b. Ante omnium oculos creaturam in medio proposuit: ut ex operibus creatorem conciliant, iuxta illud Roman. Vidisti magnitudinem & considera potentiam conditoris cum admiratione. Vidisti pulchritudinem & sapientiam obspice, quod & propheta demonstrans dicebat: Cæli enarrant gloriam dei. Chryso. ad populum Antiochenum homil. 9.
 5. Per analogiam.
 * A spectu.
 6. Meditationes.
 f. Insultat sapientia his qui colunt idola, ut intelligant quod pernitiosum sit omnipotentem deserere, & signenta adorare. Vnde Hæc: Quis formauit deum & sculpsit, & confauit ad nihil velle. Ecce omnes principes eius confundentur. Rabanus in Glosa ordinaria.]
 7. Vrens satiatus est.
 8. Otium suum.
 d. Ridet merito idololatrias, et ex parte materie idolorum, et ex parte figuræ eorum, necnon ex ipsis artificibus. Quomodo enim alios iuuare vel defendere possent, quæ nec se iuuare nec defendere possunt. Eadem serb habentur Baruch. 6. Quomodo ergo sentiri debent quoniam dii sunt, qui nec de bello se liberent, neque de malis se eripiunt. Nam cum sint lignea, & inaurata, & inargentata, sciuntur postea quia falli sunt, abvniuersis gentibus & regionibus, quæ manifestata sunt quia non sunt dii, sed opera manuum hominum, & nulli opus dei cum illis est. Dionysius ibidem.
 9. Vili illud similem facit.
 10. Prouidit.
 11. Magnum.



Ani sunt autem omnes homines, in quibus non subest scientia dei, & de iis quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes agnouerunt quis esset artifex, sed aut ignem, aut spiritum aut citatum aërem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem & lunam rectores orbis terrarum deos putauerunt. Quorum etsi specie delectati deos putauerunt, sciant quanto iis dominator eorum speciosior est. Speciei enim generator hæc omnia constituit. Aut si virtutem, & opera eorum mirati sunt: intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit, fortior est illis. A magnitudine enim speciei, & creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum videri. Sed tamen adhuc in his minor est querela. Et hi enim fortasse errant, deum quærentes, & volentes inuenire. Etenim cum in operibus illius conuersentur inquirunt, & persuasum habet quoniam bona sunt quæ videntur. Iterum autem nec his debet ignosci. Si enim tantum potuissent scire, ut possent æstimare seculum: quomodo huius dominum non facilius inuenerunt? Infelices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellarunt deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inuentionem, & similitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ. Aut si quis artifex faber de sylua lignum rectum secuerit, & huius doctè eradat omnem corticem, & arte sua vsus diligenter fabricet vas vtile in conuersionem vitæ, reliquias autem eius operis ad præparationem escæ abutatur: & reliquum horum quod ad nullos est vsus, facit lignum curruum, & verticibus plenum sculpat diligenter per vacuitatem suam, & per scientiam suæ artis figuret illud & assimilet illud imagini hominis, aut alicui ex animalibus illud compararet, & perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuce colorem illius, & omnem maculam quæ in illo est perliniens, & faciat ei dignam habitationem, & in pariete ponens illud, & confirmans ferro, ne fortè cadat prospiciens illi, sciens quoniam non potest adiuuare se. Imago enim est, & opus est illi adiutorium. Et de substantia sua, & de filiis suis, & de nuptiis vorum faciens, inquirit. Non erubescit loqui cum illo qui sine anima est: & pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium inutilem inuocat: & pro itinere petit ab eo qui ambulare non potest: & de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum euentu petit ab eo qui in omnibus est inutilis.

Idololatriæ origo, & idolorum inutilitas magnam infert idololatriæ iniuriam, & peccatam irremissibilem ex cultu idoli, ex vano in amicos amore, & ambitiosa dominatione.
 XIII.



Terum alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante se fragilius] lignum inuocat. Illud enim cupiditas adquirendi excogitauit, & artifex sapientia fabricauit sua. ^b tua autem pater prouidentia— ab initio] cuncta gubernat: quoniam ^d dedisti in mari viam, & inter fluctus semitam firmissimam: ostendens quoniam potens es ex omnibus ² sanare,] etiam si sine rate aliquis adeat mare. ^c Sed vt nō essent vacua sapientię tuę opera, propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines animas suas, & transeuntes mare per ratem liberati sunt. Sed & ab initio cum perirent superbi gigantes, ^f spes orbis terrarum ad ratem confugiens, remisit seculo semen natiuitatis, quę manu tua erat gubernata. ^d Benedictum est enim lignum, per quod fit iustitia. Per manus autē quod fit idōlum, maledictum est & ipsum, & qui fecit illud: quia ille quidem operatus est, illud autem cum esset fragile, deus cognominatus est. ^g Similiter autem odio sunt deo, impius & impietas eius. Etenim quod factum est, cum illo qui fecit, tormenta patitur. Propter hoc & in idōlis nationum non erit ⁴ respectus: quoniam ^h creaturę dei in odium] factę sunt, & in tentationem animę hominum, & in musculam pedibus insipientium. Initium enim fornicationis, est exquisitio idōlorum: & adinuentio illorum, corruptio vitę est. ^o Neque enim erant ab initio, neque erunt in pēpētū. ^o Superuacuitas] enim hominum hęc ⁷ adinuenit] in orbem terrarum: & ideo breuis illorum finis est inuentus. Acerbo enim luctu dolens pater, rapti cito sibi filij fecit imaginem: & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam deum colere cępit, & constituit ⁸ inter seruos suos sacra] & sacrificia. Deinde interueniente tempore, conualescente ⁹ antiqua] consuetudine, hic error tanquam lex custoditus est, & tyrannorum imperio colebantur figmenta. ^g Et hos quos in palām homines honorare non poterant, propter hoc quōd longē essent, ē longinquo figuram eorum allatam, euidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt: vt illum qui aberat, tanquam pręsentem colerent sua sollicitudine. Prouexit autem ad horum culturam & hos qui ignorabant artificis eximia diligentia. Ille enim volens plus placere illi qui se assumpsit, elaborauit arte sua, vt similitudinem in melius figuraret. Multitudo autem hominum abducta per speciem operis, eum qui ante tempus tanquam homo honoratus fuerat, nunc deum æstimauerunt. Et hęc fuit vitę humanę deceptio, quoniam aut ¹⁰ affectui, aut regibus] deseruientes homines, incommunicabile nomē lapidibus & lignis imposuerunt. Et non suffecerat errasse eos circa dei scientiam, ^f sed ^d & in magno viuentes in scitię bello, tot & tam magna mala pacem appellant. ^g Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes, aut insanix plenas ¹¹ vigilias habentes, neque vitam, neque nuptias mūdās iam custodiunt, sed & alius alium per inuidiam occidit, aut adulterans cōtristat: & omnia commixta sunt, sanguis, homicidium, furtum ¹² & fictio,] corruptio & infidelitas, turbatio & periurium, tumultus, bonorum dei immemoratio, animarū inquinatio, natiuitatis immutatio, nuptiarum incōstantia, inordinatio mœchię, & impudicitia. ^h Infandorum enim idōlorum cultura, omnis causa mali est, & initium & finis. Aut enim dum letantur, insanunt: aut certē vaticinantur falsa, aut viuunt iniuste, aut peierant citō. Dum enim confidunt in idōlis quę sunt sine anima, male iurantes ¹³ noceri se] non sperant. Vtraque ergo illis euenient dignē, quoniam malē senserunt de deo, attendentes idōlis, & iurauerunt iniuste in ¹⁴ idōlo] contemnentis iustitiam. Non enim iurantium est virtus, sed peccantium pœna perambulat semper in iustorum prauaricationem.

Cum tam bonus sit deus, & idolum tam vile, & vitę moribus indignum, non mirum si idololatre tantam culpam & pœnam incurrant æternam. X V.



V autem deus noster, suavis & verus es, patiens & in misericordia disponēs omnia. ^a Et si enim peccauerimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam: & si nō peccauerimus, scimus] quoniam apud te sumus computati. Nōsse enim te, cōsummata iustitia est: & ² scire iustitiam, &] virtutem tuam, radix

a. Vanitatem & impietatem idololatrarum in marinis negotiis ac periculis idola inuocantibus his multipliciter ostendit. Dion. ibid.

1. Perente se nauo putridius. [b. Prouidentia gubernat hominum nauigationē & nō ipsum idolum: quod probatur per hoc quod etiam sine nauo filius Hæmæ dediuam in mari. Exod. 14. Et hoc est quod dicitur: Quoniam dedisti in mari viam & c. Et pater ex dictis litera. De Lyra.]

2. Saluare.

3. Arte quis ascendat. [c. Creator dedit scientiam creaturę suę quę sibi in presenti cōsuleret, vt eius voluntati deseruiret. Vnde Noe arcam facere iussit, in qua ipse & progenies eius saluaretur, & cetera animata, ad restauratiōnē orbis feruarentur: cum genus humanum pro iniquitate sua diluuiō deleceret. Glosa ordi.]

d. Iustitia ascitit scriptura diuina veniam peccatorū, secundum illud, Benedictum lignū, & c. Superius ad crucem domini reuoluit, postius ad errorem Gētilium, qui ligna venerantur. Iustitia autem quę est crucis, nisi quōd ascendens illud paribulū dominus Iesus Christus, peccatorum nostrorum chirographum crucifixit, & totius orbis peccatum suo cruore mundauit. Amb. in Psal. 118. Ser. 8.

4. Visitatio.

5. In creatura dei abominatiōnem.

6. Hanc historiam inuenti idōlatrię fulgentius in Mythologia ex Diophane Lacedemoniē.

7. qui dicit apud Aegyptios fuisse quendam virum familia substantiāque locupletem, nomine Sirophānem. Hic vnicum filium iustitiam ultra quā paternitas exigebat affectu prosequeretur: quem mors praueniens ē vitis abstulit. Vnde ad sedandā tristitiam imaginem filij sibi fingi curauit, vt saltem filij similitudo tristitiam leniret. Cui vni uerā familia in adulacionem domini aut coronis plerique, aut flores infere, imo thura incensare consuevit simulachro, & tandem ad illum, equam ad asyllum fontes confugere, quasi veniam petentes mercabatur. Et hoc honores simulachro potius timore quā amore offerre cōperunt: de quibus Petronius: Primus in orbe deos fecit inesse timor. Hęc Fulgē. vbi supra.

8. Vana gloria.

9. Ingressa est.

10. Subditis mysteria.

11. Impia.

12. Calamitati aut tyrannidi.

[f. Nam bellauerunt contra deum, & contra virtutis bonum ex defectu scientię dei.

De Lyra.]

13. Sicut in sacris Saturni cui propter odium Iouis, sine respectu pietatis paruulos suos immolabant: Et Bellone ipsi sacerdotis proprio sanguine sacrificabant. Vnde Quintilianus, istud inquit si cogit deus itatus est.

Glosa ordina.]

14. Ex aliis legibus comesationes agentes.

15. Et dolus.

16. Non quōd idololatria sit primum peccatum origine, sed a quo in alia facile labitur peccator. Inde dicitur principium & finis aliorum peccatorum, secundum diuersas consideratiōnes, dicitur causa, initium & finis omnium peccatorum. Dion. ibid.

17. Ledi.

18. Dolo.

a. Quoniam scilicet bonum & magnum deum habemus, qui vult & possit penitentis peccata sanare, non qui minime audeat permanentes in malignitate disperdere. August. de fide & operi. c. 22.

1. Potentiam tuam: non peccabimus autem scientes.

2. Nōsse.

Ch. Scifdum quod Philo loquitur hic pro suo tempore. Nam ante captiuitate Babylonis populus Iudaeorum fuit irretitus multis idololatriis, & postcaptiuitatem tempore Anthoni Epiphani. De Lyra.]
 3. Ficta, vel maculara.
 4. Desiderat.
 5. Talium expectationum.
 6. Desiderant.
 c. Pauperes non valentes habere deos aureos, vel argenteos, curabant habere ligneos vel lapideos aut luteos: arctifex autem non maiorem habet virtutem super terram suam ad faciendam vasa quam imagines: faciens autem vasa non inducit illis diuinitatem, nec igitur faciens imagines inducit illis diuinitatem, quin possint in idem lutum reuereri. Nemo igitur ad se stultus est, qui ignoret deum esse talibus posse fieri. Dionys. ibid.
 7. Male laborans vanū deum.
 8. Adulterinas.
 [d. Si diligit terrā terra es. Iste verò totam attentionem suam ponit ad terræ figuracionē, quæ mixtione aquæ priuata redigetur in puluerem vel cinerem: propter quod cor figuli dicitur cinis Aug. ibidem.]
 9. Viliior.
 20. Animas infantium.
 c. Si idola ex parte causæ efficiuntur, materialis & formalis sint reprobanda, multo magis ex parte finalis. Finis enim colendi idoli est vt ab eo petatur auxilium vel sustinagium, quod conferre nequit. Vnde Aug. de Minerua Troianorum. Neque enim, inquit, homines à simulacris, sed simulacra ab hominibus seruiantur. Quomodo ergo colerentur, vt patriam custodiret & eius, quæ nec se, nec suos valuit custodire custodes? Aug. de ciuita. dei lib. 1. cap. 2.
 21. Vltis.

est immortalitatis. Nō enim in errorem induxit nos hominū malæ artis excogitatio, nec vmbra picturæ, labor sine fructu, effigies, sculpta] per varios colores, cuius aspectus dat insensato concupiscētiam, & diligit] mortuæ imaginis effigiem sine anima. Malorum amatores digni sunt morte, qui spem habent in talibus,] & qui faciunt illos, & qui diligunt,] & qui colunt. † Sed & figulus mollem terram premens laborio- se fingit ad vltus nostros vnum quodque vas,] & de eodem lutu fingit quæ munda sunt in vsum vasa, & similiter quæ his sunt contraria. Horum autem vasorum quis sit vltus, iudex est figulus. Et cum labore vario deum] finxit de eodem luto: ille qui paulo ante de terra factus fuerat, & post pusillum reduxit se vnde acceptus est, repetitus animæ debitum quam habebat. Sed est cura illi, non quia laboraturus est, nec quoniam breuis illi vita est, sed concertatur aurificibus & argentariis: sed & ærarios imitatur, & gloriam præfert, quoniam res superuacuas] fingit. Cinis est enim cor eius, & terra superuacua] spes illius, & luto vilior vita eius: quoniam ignorauit qui se finxit, & qui inspirauit illi animam, & amat quæ operatur, & qui insufflauit ei spiritum vitalem. Sed & æstimauerunt lusum esse vitam nostram, & conuersationem vitæ compositam ad lucrum, & oportere vnde cunque etiam ex malo acquirere. Hic enim fecit se super omnes delinquere, qui ex terræ materia fragilia vasa, & sculptilia fingit. Omnes enim insipientes, & infelices supra modum animæ suæ] superbi sunt,] inimici populi tui, & impetrantes illi: quoniam omnia idola nationum deos æstimauerunt, quibus neque oculorum visus] est ad videndum, neque nares ad percipiendū spiritum, neque aures ad audiendū, neque digiti manuum ad tractandum, sed & pedes corū pigri ad ambulandum. Homo enim fecit illos, & qui spiritum mutuatus est, is finxit illos. Nemo enim sibi similitudo poterit deum fingere. Cum enim sit mortalis, mortuū finxit manibus iniquis. Melior enim est ipse iis quos colit: quia ipse quidem vixit, cum esset mortalis, illi autem nunquam. Sed & animalia miserrima colunt. Insensata enim comparata his, illis sunt deteriora. Sed nec aspectu aliquis ex his animalibus bona potest conspicerere. Effugerunt autem dei laudem, & benedictionem eius.

† Rom. 9. c

† Phil. 1. 11. e
† 13. 4. b

Aegyptij ob idololatriam à bestiis exterminati, Hebræi verò propter fidem esca satiati, licet aliquando à serpentibus in correptionem & satisfactionem afflicti, Aegyptij autem aere, aqua & igne passi sunt, Hebræi manna ab aere satiati, & confortati. XVI.

† a. Recolit beneficium Israhel collatum, nempe cibi angelici, panis pura celestis, & Origo meræ. Miltum verò interterit plagam Aegypti, vt alterum alterum declaret. Lorychius ibi.]
 1. Cteicit.
 2. Beneficio affecti.
 3. Olfensionem immittentem, & necessarium appetitum.
 b. Oportebat enim illis Aegyptiis superuenire interitum, his potissimum qui in mari rubro demergebantur, quia indurati simi erant: nec à tot & tantis prodigijs fuerant conuersi, quare fuerant inexcusabiles: quodque fetociter crudelitatem in Israhelitas exercuerat. Dio. ibid.
 4. Inexcusabiles inopiam superueniente.
 5. Cruciabatur, & infra.
 6. Saluabatur, & infra.
 c. Vbi que fuerant ciniphes in regno Pharaonis, non autē fuerant in terra Gessen. Ibi conati sunt Magi similiter facere, & minime potuerunt. Quouique ergo deficeret, nihil de eius terra segregatione dictum est. Sed ex quo expectet ea fieri, vbi iam illi similia facere nec conari auderent. Aug. q. 26. super Exod.
 7. Venit in auxilium, &
 8. Immobiles fierent tui beneficii.
 9. Inferni.



Propter hæc & his similia passi sunt dignè tormenta, & per multitudinē bestiarum exterminati] sunt. Pro quibus tormentis bene disposuisti] populum tuum: † quibus dedisti concupiscētiam delectamenti sui nouum saporem, escam parans eis ortygom etram: vt illi quidē concupiscētes escam, propter ea quæ illis ostensa & missa sunt, etiam à necessaria concupiscētia] auerterentur. Hi autem in breui inopes facti nouam gustauerunt escam. Oportebat enim illis sine excusatione quidem, superuenire interitum] exercitibus tyrannidem, his autem tantum ostendere quemadmodum inimici eorum exterminabantur. Etenim cum illis superuenit saua bestiarum ira: morsibus peruersorum colubrorum exterminabantur. Sed non in perpetuum tua ira permanit: sed ad correptionem in breui turbati sunt: signum habentes salutis, ad commemorationem mandati legis tuæ. Qui enim conuersus est: non per hoc quod videbat, sanabatur, sed per te omnium saluatorem. In hoc autem ostendisti inimicis tuis, quia tu es qui liberas ab omni malo. Illos enim locustarum & muscarum occiderunt morsus, & non est inuenta sanitas animæ illorum: quia digni erant ab huiusmodi exterminari. Filios autem tuos nec draconum nec venenatorum uicerunt dentes. Misericordia enim tua adueniens] sanabat illos. In memoria enim sermonum tuorum exterminabantur, & velociter sanabantur: ne in altam incidentes obliuionem non possent tuo vt adiutorio. Etenim neq; herba, neq; malagma sanauit eos, sed tuus domine sermo qui sanat omnia. Tu es domine qui vitæ & mortis habes potestatem: & deducis vsque ad portas mortis,] &

† Num. 11. g
Exod. 16. c
Num. 21. b

† Num. 21. b

† Exod. 8. f
& 10. a
Apoca. 9. b

† 1. Reg. 2. 2
Tubi. 1. a

& reducis. ^cHomo autem occidit quidem ¹⁰per malitiam animam suam,] & cum exierit spiritus, non reuertetur, nec ¹¹reuocabir animum quæ recepta est:] sed tuam manum effugere impossibile est. ^d† Negantes enim nosse te impij per fortitudinem brachij tui flagellati sunt: ^e† nouis aquis & grandinibus & pluuiis persecutionem passi: ^f& per ignem consummati. Quod enim mirabile erat in aqua quæ omnia extinguit, plus ignis valebat. ^gVindex est enim orbis iustorum. Quodam enim tempore mansuetabatur ignis, ne comburerentur quæ ad impios missa erant animalia: sed vt ipsi videntes scirent, quoniam dei iudicio patiuntur persecutionem, & quodam tempore in aqua supra virtutem ignis exardebat vndique: vt ¹²iniquam terræ nationem exterminaret. ^h† Pro quibus angelorum esca nutriuisti populum tuum: & paratum panem de cælo præstitisti illis sine labore, ⁱomne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. ¹³ Substantiam enim tuam & dulcedinem tuam quam in filios habes, ostendebas,] & deseruiens vnus cuiusque voluntati, ad quod quisque volebat, conuertebatur. ¹⁴† Nix autem & glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant, vt scirent quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grandine & pluuiacoriculcans. Hoc iterum vt nutrentur iusti, ignis etiam sue virtutis oblitus est. Creatura enim ^ktibi factori ^ldeseruiens, exardescit in tormentum aduersus iniustos, & lenior fit ad benefaciendum pro iis qui in te confidunt. Propter hoc & tunc omnia transfigurata omnium nutrici gratiæ tuæ deseruebant ad voluntatem ¹⁴ eorum qui à te considerati sunt,] vt scirent filij tui quos dilexisti domine, quoniam nō natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos qui in te crediderint, conseruat. ^m† Quod enim ab igne nō poterat exterminari, ⁿstatim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat, vt notum omnibus esset, quoniam oportet præuenire solem ¹⁵ ad benedictionem tuam,] & ad ortum lucis te adorare. Ingrati enim spes tanquam hybernalis glacies tabescet: & disperiet tanquam aqua superuacua.

† Exod. 9. d
† Deut. 32. f

† De conf. di.
2. c. Quotidie
c. Reuera.
Num. 21. d
Exod. 16. d
Ioan. 6. d
Psal. 77. e

† Exod. 9. e

† 11. d. e. Ec.
clesiasticarū.
Deut. 8. a
Matth. 4. a

Aegyptij ob Idololatriam luce à cælo priuati triduo, nec cælo, nec igne, aut magica arte tenebras vincibiles passi, Iudeis luce donatis.
XVII.

[c Homo per malitiam, nequitia scilicet propria voluntatis, & effectum prauæ actionis occidit animam. Vnde quidam ait, Neminem ladi posse nisi à semetipso quin aut proprij sceleris inuentor est, aut consensio alienis. Glosa ordina.]
10 Malitia sua.
11. Resoluit animam assumptam.
*Sunt inexcusabiliter, vel inuitabiliter.
12. Hoc est vniuersitas creaturarum deo iubente iustorum vlciscitur iniurias, & contra iniustos confurgit, ac creatori suo obediens varijs modis affligit Aegyptios. Lyra ibid.
13. Iniquæ terræ genimina.
14. Hoc est, pro afflictionibus Aegyptiorum Angelorū esca. i. manna quæ dicitur angelorum eo quod descendebat ministeriorum. Nam cibo corporali non vntur. De Lyra. ibid.]
f. Iuxta morem diuersitatem vini sui sermonis tormat deus in singulis. Nam manna omnes delectauerunt aque enim saporis suauitatem in se habuit quod videlicet in ore spirituum iuxta voluntatem edentium saporem dedit: quia diuinus sermo & omnibus congruens, & semetipso non discrepans qualitati audientium condescendit, quem dum edunt quique vtiliter iuxta modum suum intelligit, quasi acceptum manna in volitatum saporem vertit. Grego. Moral. lib. 6. cap. 7.
15. Etenim, hypostasis tua tuam in filios ostendebat, dulcedinē.
*Tua.
*Omniū.
14. Egentium.
[g. Iste cibus historialiter pascebat patres nostros, sed ad ortū veri solis liquefaciebat, i. in natiuitate Christi ad spiritualem usum soluebat & in celestis sacramentum verebatur vt preseniamus in benedictionibus Solem, i. Christi diuinitatem æternis præconis prædicemus. Glosa ordina.]
15. In gratia tua.

Magna sunt enim iudicia tua domine: & inenarrabilia verba tua:] propter hoc indisciplinatæ animæ errauerunt. [†] Dum enim persuasum habent iniqui posse dominari nationi sanctæ, vinculis tenebrarum & longæ noctis compediti, inclusi sub tectis fugitiui perpetuæ prouidentia iacuerunt: & dum putant se latere in obscuris peccatis, tenebroso obliuionis velamēto dispersi sunt, pauentes horrédē: & cum admiratione nimia] perturbati. Neque enim quæ continebat illos spelunca sine timore custodiebat, quoniam sonitus ² descendens perturbabat illos: & personæ tristes illis apparentes, pauorem illis præstabant.]
^b Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec syderum limpida flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam. [†] ^g Apparebat autem illis subitaneus ignis timore plenus, & timore percussus illius, quæ non videbatur faciei, æstimabant deteriora esse quæ videbantur: & magicæ artis appositi erant derisus, & sapientia & gloriæ correptio cum contumelia. Illi enim qui promittebant timores & perturbationes se expellere ab anima languente, ij cum derisu pleni timore languebant. Nam & si nihil eos ³ ex monstris] perturbabat, transitu animalium & serpentium sibilatione commoti, tremebundi peribant, & aërem quem nulla ratione quis effugere posset, negantes se videre. ⁴ Frequenter enim præoccupant pessima, redarguente conscientia. ⁵ Cum sit enim timida nequitia: ⁶ data est in omnium condemnationem.]
^c ^g Semper enim præsumit seu a perturbata conscientia. Nihil enim est timor nisi ⁷ præsumptionis adiutorium, proditio cogitationis] auxiliorum. Et dum abintus minor est expectatio, maiorem putat ⁸ scientiam] eius causæ de qua tormentum præstat. ⁷ Illi autem qui in potentem venere noctē & ab infimis & ab altissimis inferis superuenientem eundem somnum dormientes, aliquando monstrorum exagitabantur timore,

† Exod. 11. f

† Exod. 7. d
& b

1. Iudicia dei abyssis multa. Altitudinem & profunditatem & latitudinem in dei cogitatione quicunque attingere voluerit, ante desiccat quàm proficit. Ergo abscondita sunt à nobis pro nobis. Ideo absconditur vt desideretur. Chryso. in psal. 142. 10. r.
2. Simulachris.
3. Perturbantes eos circumstrepabant, & diuisiones tribus mœste vultibus apparebant.
4. Cum magi in Aegypto superati essent virtute signorum, dixerunt, digitus dei est hic: & qui paulo ante medicos se iactabant, serpentes & cetera animalia mœtuebant. Glosa ordina.
5. Describitur derisio magorū Pharaonis, qui à principio percussione Aegypti conati sunt facere similia operibus Moysi. Exo. 7. 8. sed desecerunt in signo. Propter quod merito facti sunt in derisu. Et hoc est quod dicitur: Et magice artis appositi erant derisus, i. prædictis malis accessit derisus magorum Pharaonis. De Lyra.]
6. Turbulentum.
7. Quia dum de facto suo conscientiam pulsans timor arguit, ipsa testimonium perhibet sibi esse dampnabile quod agit. Gre. Moral. lib. 27. c. 29.
8. Proprio teste condemnata est.
9. Proditio eorum quæ à cogitatione.
10. Ignorantiam.
11. At impotentem vere noctē, & ex impotentis inferni speluncis superuenientem eodē somno dormientes.

P

8. Traditioe.

e. Si quis ex timore in terram decidisset in loco in quo cecidit, mansit absque vinculis ita detentus, ac si fuisset in carcere. Nam tribus diebus nullus se mouit de loco suo, nec vidit proximum suum. Dionys. ibid. [f. Grauius sunt spirituales tenebrae corporalibus, hoc est: peccatorum opacitas magis est horrida quam Aegyptiaca illa. Loriculus ibid.] g. Est iteratio soni conuerso tonitruum suam; & fit ex aere repercusso & sonante cum reflectione ad aliquod obstaculum obiectum maxime concauuni. Aristot. 2. de anima.

aliquando animæ deficiebat. [Traductione.] Subitaneus enim illis & insperatus timor superuenerat. Deinde si quisquam ex illis decidisset, custodiebatur in carcere sine ferro reclusus. Si enim rusticus quis erat aut pastor, aut agri laborum operarius praecipuus occupatus esset, ineffugibilem sustinebat necessitatem. Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati. Siue spiritus sibilans, aut inter spissos arborum ramos animum sonus suauius, aut vis aquae decurrentis nimium, aut sonus validus precipitarum petrarum: aut ludentium animalium cursus inuisus, aut mugietium valida bestiarum vox, aut resonans de altissimis montibus echo, deficientes faciebat illos praetimore. Omnis enim orbis terrarum lymphoto illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur. Solis autem illis supposita erat grauis nox imago tenebrarum quae superuentura illis erat. Ipsi ergo sibi erant grauius tenebris.

Hebraei ob dei cultum luce noua Aegyptius tenebrarum caligine pressis illustrati, in desertum ducuntur, Aegyptiorum autem primogenita ob Idololatriam morti traduntur. XVIII.

A. Quoniam inter filios Israel multi erant sancti & nulli idololatriæ, & ideo inter sanctos illuminati. Vnde Aegyptiis in tenebris manentibus Israelitae vbiunque essent, illuminabantur. Dionys. ibid. 1. Quia non nocent, ante iniuriam affecti. 2. Et differendi gratia orabant. b. Interest autem inter lucem & tenebras sicut interest inter vestimentum & nuditatem, aut plenum & inanis, & similia: & quot modis potest intelligi lux tot modis tenebrae, & priuationes luci contrariae. Alia enim lux quae videtur his oculis corporis, etiam ipsa corporea, ut solis & lunae & stellarum, & si quid huiusmodi est: cui contraria sunt tenebrae, cum aliquis locus ea luce caret. Alia autem lux est: vita sentiens, & valens discernere quae per corpus ad animam iudicium referuntur, id est, alba & nigra, canora & rauca, suauis olentia & parua, dulcia & amara, calida & frigida, & cetera huiusmodi. Huic contraria sunt tenebrae insensibilis quaedam, vel si melius insensibilis dicitur, id est, non sentire, quantum infertur quae sentire possent si esset in illa vita lux ista vnde sentitur. Augu. de Gene. ad lit. lib. imperfect. ca. 5. 3. Debebat. 4. Salus. 5. Diuinitatis. 6. Inconsonans. 7. Perniciose terra. d. Hoc diuinae bonitatis est, quae peccantes castigat ut abstinere & penitentiam agant. Si autem patientia dei abicitur, sine executione in aeternum puniuntur. Glofa ordina. e. Aaron pie viuens erga dominum & iustus ad proximum. Vt enim oratio sua esset exaudibilis, in ea fecit mentionem dei iuramento dei Abrahæ facta, & testamento in monte Sinay iam dato. Lyranus ibid. 8. Propugnauit, proprii ministerij arma orationem & incensum placationem ferens. 9. Deuastantem. [f. Id est, in sua oratione recolens, & allegans qualiter Deus est iurauit sanctis promiserat Patriarchis, semini eorum dare terram promissionis, & qualiter testimonium inuit eum eidem & cum filiis Israel in monte Sinay, quando & Moyses dixit: Hic est sanguis testamenti quod mandauit ad vos Deus, Dionys. Carthusia, ibidem.]



Antis autem tuis maxima erat lux, & horum quidem vocem inimici audiebant, sed figuram non videbant. Et quia non & ipsi eadem passi erant, magnificabant te, & qui ante laesi erant, quia non laedebantur gratias agebant tibi, & ut esset differentia te deum petebant. Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignota viae, & solem sine laesura boni hospitij praestitisti. Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarum qui inclusos custodiebant filios tuos: per quos incipiebat incorruptum legis lumen seculo dari: dum cogitarent iustorum occidere infantes, & vno exposito filio, sed liberato in traductionem illorum multitudinem filiorum abstulisti, & pariter illos perdidisti in aqua valida. Illa enim nox ante cognita est a patribus nostris, ut verè scietes quibus iuramentis crediderunt, anime quietiores essent. Suscepta est autem a populo tuo sanitas quidem iustorum, iniustorum autem exterminatio. Sicut enim laesisti aduersarios nostros: sic & nos prouocans, magnificasti. Abscōse enim sacrificabant iusti pueri bonorum: & iustitiae legem in concordiam disposuerunt, similiter bona & mala recepturos iustos, patri omnium decantantes laudes. Resonabat autem inconueniens inimicorum vox: & flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium. Simili autem poena seruus cum domino afflictus est, & popularis homo regi similia passus. Similiter ergo omnes vno nomine mortis mortuos habebant innumerabiles. Nec enim ad sepeliendum viui sufficiebant, quoniam vno momento quae erat praeclearior natio illorum, exterminata est. De omnibus enim non credentes propter beneficia, tunc cum primum fuit exterminium primogenitorum, spoponderunt populum dei se esse. Cum enim quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet: omnipotens sermo tuus domine exiliens de caelo a regalibus sedibus venit, durus debellator in mediam exterminij terram profiliuit, gladius acutus in similitum imperium tuum portans, & stans repleuit omnia morte, & vsque ad caelum attingebat stans in terra. Tunc continuo visus somniorum malorum turbauerunt illos, & timores superuenerunt insperati. Et alius alibi proiectus semiuuius, propter quam moriebatur causam demonstrabat mortis. Visiones enim quae illos turbauerunt haec praemonebant, ne incij quare mala patiebantur perirent. Titigit autem tunc & iustos tentatio mortis, & commotio in eremo facta est multitudinis, sed non diu permansit ira tua. Properans enim homo sine querela deprecari pro populis, proferens seruitutis suae scutum orationem, & per incensum deprecationem allegans, restitit irae, & finem imposuit necessitati, ostendens quoniam tuus est famulus. Vicit autem turbas non in virtute corporis, nec armatura potentiae: sed verbo illum qui se vexabat subiecit, iuramenta parentum & testamentum commemorans. Cum enim iam aceruatim cecidissent super alterutrum mortui, interstitit & amputauit impetum, & diuisit illam quae ad viuos ducebat, viam. In veste enim poderis quam habebat, totus erat orbis terrarum, & parentum magna in qua-

† Exod. 10. f. † Exod. 1. e. & 2. b. & 14. f. P sal. 77. b. & 104. d. † Exo. 1. e. d. b. † Exo. 14. f. g. † Exo. 12. f. † Exo. 12. d. e. † Num. 16. g. † Exod. 1. b.

quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius scripta erat: his autem cessit qui exterminabat, & hæc extimuit. Erat enim solatentatio iræ sufficiens.

Aegyptiis in mari Rubro extinctis deus in deserto mirabiliter patrocinatur, quibus omnis creatura ad necessitatem famulatur, Aegyptij vero digna sunt passi ob immensas in Iudæos crudelitates.

XIX.

Ampius autem usque in nouissimum sine misericordia ira superuenit. Præsciebat enim & futura illorum: quoniã ipsi cum reuersi essent ut seducerent, & cum magna sollicitudine præmississent illos: consequebantur illos poenitentię actus. Adhuc enim inter manus habentes luctu, & deplorâtes ad monumenta mortuorũ, aliam sibi assumpserunt cogitationem inscientiæ: & quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitivos persequiebantur. Ducebat enim illos ad hunc finem digna necessitas, & horum quæ acciderant, commemoracionem amittebant:] ut quæ deerant tormentis, repletet punitio: & populus quidẽ tuus mirabiliter transiret, illi autem nouam mortẽ inueniret. ^a Omnis enim creatura ad suum genus ab initio refigurabatur, deseruiens tuis præceptis, ut pueri tui custodirentur illæsi. Nã nubes castra eorũ obũbrabat, & ex aqua quæ antè erat, terra arida apparuit, & in mari Rubro via sine impedimento, & campus germinans de profundo nimio.] per quem omnis natio transiuit, quæ tegebatur tua manu, vidẽtes tua miracula & mōstra. Tanquam equi enim depauerunt escã, & tanquã agni exultauerunt magnificantes te domine, qui liberaisti illos. Memores enim erant adhuc eorũ quæ incolatu illorum facta fuerant: quemadmodũ pro natione animalium eduxit terra mufcas, & pro piscibus eructauit fluuius multitudinem ranarũ. Nouissimẽ autem viderunt nouam creaturã auium: cum abducti concupiscentia postulauerunt escas epulationis. ^b In allocutione enim desiderij ascendit illis de mari ortygometra: & vexationes peccatoribus superuenerunt, non sine illis quæ antè facta erant argumẽtis per vim fluminũ, ^c iuste enim patiebatur secundum suas nequitiã. Etenim detestabiliorem inhospitalitatem instituerunt. Alij quidẽ ignotos non recipiebant aduenas: alij autẽ bonos hospites in seruitutem redigebant. Et non solũ hæc: sed & alius quidem respectus illorum erat: quoniam inuiti recipiebant extraneos. Qui autem cum lætitia receperunt hos qui eisdem vsi erant institutis, scũssimis affligerunt doloribus, ^d percussi sunt autẽ cæcitate: sicut illi in foribus iusti: cum subitaneis cooperiti essent tenebris. ^e Vnusquisque transitũ ostij sui querebat. In se enim elementa dum conuertuntur, sicut in organo qualitatis sonus immutatur, & omnia suum sonum custodiunt. Vnde estimari ex ipso visu certò potest. Agrestia enim in aquatica conuertebantur: & quæcunque erant nantantia, in terrã transibant. ^f Ignis in aqua valebat supra suam virtutẽ, & aqua extinguentis naturã obliuiscabatur. Flammã è cõtrario corruptibilium animalium non vexauerunt carnes coambulantium, nec dissoluebant illam quæ facile dissoluebatur, sicut glacies bonam escam.] In omnibus enim magnificasti populum tuum domine, & honorasti, & non despezisti, in omni tempore & in omni loco assistens eis.

INCIPIT PROLOGVS IESV FILII SIRACH
in librum Ecclesiasticum.

Multorum nobis relatione] & magnorum legem & Prophetas, aliõsque qui secuti sunt illos, sapientia demonstrata est, in quibus oportet laudare Israel doctrinã & sapientia causa: quia non solum ipsos loquentes necesse est esse peritos, sed etiam extraneos posse, & discentes & scribentes doctissimos fieri. Auus meus Iesus postquam se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis & Prophetarum, & aliorum librorum qui nobis à parentibus nostris traditi sunt, volui & ipse scribere aliquid horum, quæ ad doctrinã & sapientiam pertinent, ut desiderantes discere & illorum periti fieri, magis magisque attendant animo,

P ij

[g. Locum hũc adducit ad disp[os]itionem tacitam quæstionẽ. Poterat enim quis dicere. Deo minum quoque Israeli succensisse atque de eo supplicium fumpisse. Respondet hiedicte, Sed non diu permansit ira tua Lortichius. ibid.]

a. Ira dei, diuina vitio eis aduenit sine misericordia, quia de pane temporali ad æternã prolapsi sunt. Quoniam autem in omni opere ac iudicio dei misericordia sit admixta, in aliquibus tamen dicitur non admixta, quia in eis euidenter ac specialiter prædominatur rigor iustitię, præsertim in vindictis crudelitatũ, quæ directè contrariantur misericordiã. Vnde Iacobus Apost. Iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam. Diony. ibid. 1. Obluionem.

b. Ponitur saluatio Hebræorũ dicens. Omnis enim creatura ad suum genus ab initio refigurabatur. Ita obediendum Deo à quo originem trahit omnis creatura. De Lysa. c. Hæc inter vos contigerunt, Nebula super vos testudinis vice porrecta, columna tedi loco vos præcedente, hostibus vos vitro cedentibus, ciuitatibus sola propemodum voce captis, nõ armis vobis opus erat, non acie, non pugna, tantum in sonuistis tuba, & vitro membra corruerunt. Chrysol. aduersus Iudæos. Oratio. 1.

2. De tempestate violenta.

3. Aquatilibus.

4. Generationem.

5. Conlatationem.

6. Fulminum.

d. Qui antiquos dei seruos ad se venientes crudeliter tractauerunt, dignè puniti sunt: vt mēte tenebrosã & affectu rigidi obsecritatem tenebrarũ & diuersorum dolorum in corpore sustinerent: quanto magis qui seruos Christi, & prædicatores euangelij contempnunt. Vnde. Matt. 10. b. Amen dico vobis tolerabilius erit terra Sodomorum & Gomorrazorum in die iudicij quã illi ciuitati Rathanus. ibid.]

7. Vistatio.

8. Percussisque sunt Aegyptij cæcitate interiori incredibilis incorrigibilitatis ac vitiorum: cæcitate quoque exteriori, id est, luminis intuitione in triduo palpabilium tenebrarum, & hoc propter præcacta eorum facinora. Dion. ibid.

9. Vastitas. Supra suam virtutem naturalem. Nam quando & ignis, pluuie & fulgura discurrerant per Aegyptum Exod. 9. & contrarium non impediēbat aliud sed magis acuebat in sua actio. De Lysa.]

10. Virtutis oblitus.

11. Neque liquefactiũ glacialis generis liquefactibile genus ambrosiane escæ.

† Sup. 16. a

† Gene. 19. g

† Exod. 9. f

Et confirmetur ad legitimam vitam. Hortor itaque venire vos cum benevolentia, & attentiore studio lectionem facere, & veniam habere in illis in quibus videmur sequentes imaginem sapientie, & deficere in verborum compositione. Nam deficiunt verba Hebraica quando fuerint translata ad aliam linguam. Non autem solum hæc, sed & ipsa lex & Prophetæ, cæteræque aliorum librorum non parvam habent differentiam quando inter se dicuntur. Nam in octavo & tricesimo anno temporibus Ptolemæi Evergetis Regis, postquam perueni in Aegyptum, & cum multum temporis ibi fuisset, inueni ibi libros relictos, non parvæ neque contemnendæ doctrinæ. Itaque bonum & necessarium putavi, & ipse aliquam addere diligentiam, & laborem interpretandi librum istum, & multa vigilia attulit doctrinam in spatio temporis ad illa quæ ad finem dicunt librum istum dare: & illis qui volunt animum intendere, & discere quemadmodum oporteat instituire mores, qui secundum legem domini proposuerint vitam agere.

Incipit Liber Ecclesiasticus.

Sapientia ab eterno originem à deo traxit, quam dat diligentibus ac timentibus eum. Timoris autem radix & finis omnem sibi vindicat virtutem & profectum. Cap. I.



a. Incipit ab æterna dei sapientia, quæ Christus est, qui ante secula est cum patre. Propter istum signum distributionis omnis potest dici quod loquitur de sapientia increata & creata, infusa & acquisita, imo generaliter omnem cõspectatur virtutem. Rabanus ibid.
 1. Est in seculum.
 2. Abyssum & sapientiam quis inuestigabit
 b. Non autem mundi constitutionem, sicut quidam Græci existimauerunt: cui sententiæ alludens Hier. dicit: quis nouit quot annis aut lustis ante mundum angelus laudauerit creatorem suum: quod non ponit pro sententiâ Hugo, de S. Viri. in prænotia. in Gene. cap. 5.
 c. Hoc est, verbum æternum æternaliter manens in præstantioribus creaturis. Hoc inquam verbum est fons vniuersæ sapientie, creatae angelicæ & humanæ. Dion. ibid.
 3. Via.
 4. Sapiens terribilis valde sedes super thronum suum. Dominus ipse creauit illam.
 5. Illam.
 d. Sex sunt species timoris Naturalis, humanus, midanus, feruilis, initialis, & filialis. Et hic de duabus postremis loqui intendit: quorum alter est initialis sapientie, alter est filialis, qui tantus permanet in seculo seculi. Aug. in Epist. lo. tract. 9.
 e. Quoniam qui timet dominum declinat a reo, & ad virtutis semitam vias suas dirigit. Nisi enim quis timeat deum, non potest renuocare peccato. Ambros. Hexameron. li. i. cap. 4.
 6. Cum hominibus fundamentum seculi nidificauit, & cum semine eorum fidem habebit.
 7. Inebriat eos.
 8. Desideris eius, & receptacula de generationibus illius.
 * Vtraque autem sunt dona dei ad pacem.
 9. Germinans pacem & sanitatem salutis Dilatæ autem gloriatio diligentibus eum scientiam, & cognitionem intellectus distillauit sapientia, & gloriam possidentibus eum exaltauit. [E. Principiū dispositiui ad sapientiam est Dei timor. Nisi scit puer ad humanam sapientiam dispositus, & in ea proficit timendo magistrum, sic homo se habet ad diuinam sapientiam timendo Deum. Sciendū quod timor à doctoribus, diuiditur in timorem mundanum, seu iustitiale & filiale. De Lira. ibid.]
 * Perseuerans autem auertit iram.
 10. Vir iracundus.
 11. Mandata.

† Mnis sapientia à domino deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum.] Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies seculi, quis dinumerauit? Altitudinem cœli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est? Sapientiam dei præcedentem omnia, quis inuestigauit?] Prior omnium creata est sapientia: & intellectus prudentiæ ab æuo. † Fons sapientiæ verbum dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna. Radix sapientiæ cui reuelata est, & astutias illius quis agnouit?] Disciplina sapientiæ cui reuelata est, & manifestata, & multiplicationem ingressus illius quis intellexit?] Vnus est altissimus creator omnium omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis, sedens super thronum illius, & dominans deus. Ipse creauit illam in spiritu sancto:] & vidit, & dinumerauit, & mensus est.] Et effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem secundum datum suum: & præbet illam diligentibus se. † Timor domini gloria & gloriatio, & lætitia & corona exultationis. Timor domini delectabit cor, & dabit lætitiā & gaudiū in longitudinem dierum. Timenti deum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. Dilectio dei honorabilis sapientia: quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visione & in agnitione magnalium suorum. † Initium sapientiæ timor domini, & cum fidelibus in vulua concreatus est: † Et cum electis sceminis graditur, & cum iustis & fidelibus agnoscitur.] Timor enim domini scientiæ religiositas. Religiositas custodiet & iustificabit cor, iucunditatem atque gaudium dabit. Timenti deum bene erit in extremis: & in diebus consolationis illius benedicetur.] Plenitudo sapientiæ timere deum: & plenitudo] à fructibus illius. Omnem domum illius implebit à generationibus, & receptacula à thesauris illius.] * Corona sapientiæ timor domini, replens pacem & salutis fructum, & vidit & dinumerauit eam. Vtraque autem sunt dona dei. Scientiam & intellectum prudentiæ sapientia compartitur: & gloriam tenentium se exaltat.] Radix sapientiæ est timere deum, rami enim illius longæui. In thesauris sapientiæ intellectus, & scientiæ religiositas, & execratio autem peccatoribus sapientia. † Timor domini expellit peccatum. * Nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Iracundia enim animositatis illius, subuersio eius est. † Vsq̃ in tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis. — Bonus sensus,] vsque in tempus abscondet verba illius, & labia multorum enarrabunt sensum illius. In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ: execratio autem peccatori cultura dei. Fili concupiscens sapientiam, conserua iustitiam,] & deus præbebit illam tibi

† 1. q. 1. c. Reuertimini. Anni ante Christum. 216. Anni mundi. 3746. Insc. 244
 † Psal. 110. b. Per. 2. & 9. b.
 † 11. b. 4. 0. man.

tibi. Sapiencia enim & disciplina timor domini, & quod beneplacitum est illi, fides & mansuetudo: & adimplebit thesauros illius. Contumax non sis, & incredibilis timori dei, & ne accesseris ad illum duplici corde. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum & non scandalizeris in labiis tuis. Attende in illis ne forte cadas, & adducas animam tuam in honorationem, & reuelet deus absconsa tua, & in medio Synagoga elidat te: quoniam accessisti maligne ad dominum, & cor tuum plenum est dolo & fallacia.]

[g. Timor Domini sapientie & scientie custodia est, cui conuenit fides recta & motum temperantia, quia sine fide impossibile est placere Deo: & bonos vita semper tranquilla est. Vnde Matt. ii. d. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Qui enim verum timet Deum non potest esse sine fide, & operibus bonis, quae replent hominem bonis virtutibus, & Deo acceptabilem faciunt. Glosa. ordina.]
12. Et in labiis tuis ne attendas. Ne extollas te.
13. Non accessisti in veritate ad timorem domini.

Ad patientiam & timorem dei necessarius imprimis est dei cultus, & quae ipsum comitantur, atque in proximum pietas & iustitia. II.

Fili accedens ad seruitutem dei, — Ita in iustitia & in timore, &]^a praeparata animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum & sustine: — & inclina aurem tuam & suscipe verba intellectus:] & ne festines in tempus obductionis. Sustine sustentationes dei: coniungere deo ¹ & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua.] Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, ² & in dolore sustine, ^b & in humilitate tua] patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum ³ & argentum: homines vero receptibiles in camino humiliationis. ⁴ Crede deo & recuperabit te: & dirige viam tuam & spera in illum. — Serua timorem illius, & in illo veterasce. Metuentes dominum sustinete misericordiam eius, & non deflectatis ab illa ne cadatis.] Qui timetis dominum credite illi, & non euacuabitur merces vestra. Qui timetis dominum, sperate ⁵ in illum, & in oblectationem veniet vobis misericordia.] Qui timeris dominum, ⁶ diligit illum, & illuminabuntur corda vestra.] Respici te filij nationes hominum, & scitote quia nullus sperauit in domino, & confusus est. ⁷ Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? Aut quis inuocauit eum, & despexit illum? ⁸ Quoniam pius & misericors est deus, ⁹ & remittet in die tribulationis peccata,] & protector est omnibus exquirentibus se in veritate. Vae ¹⁰ duplici corde, & labiis scelestis, & manibus malefacientibus,] ¹¹ & peccatori terram ingredienti ¹² duabus viis. Vae dissolutis corde, qui non credunt deo: & ideo non protegentur ab eo. Vae iis qui perdidit ¹³ sustentationem: & qui dereliquerunt vias rectas: & diuerterunt in vias prauas. Et quid facient cum inspicere coeperit dominus? Qui timent dominum non erunt incredibiles verbo illius, & qui diligunt illum, conseruabunt verbum illius. ¹⁴ Qui timent dominum inquirent quae beneplacita sunt ei, & qui diligunt eum replebuntur lege ipsius. Qui timent dominum praeparabunt corda sua: & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent dominum custodient mandata illius, & patientiam habebunt vsque ad inspectionem illius, dicentes: Si poenitentiam non egerimus, incidemus in manus domini, & non in manus hominum. Secundum enim magnitudinem illius, sic & misericordia illius — cum ipso est.]

† 17. 9. a. c. Nuptiarum. De pecc. dist. 2. c. Si enim.

† Psal. 36. d.

† De apostatis. c. Quia. 12. quae 2. c. Qui iquis. De regula. c. ante penult.

a. Cum totis viribus diaboli pugnam aggredere, ne vitam securam & delictis plenam sequaris. Chryl. ad popul. Antio. homin.

1. Et ne discesseris, vt augentis in extremis tuis.
2. Libenter, & in mutatione humilitatis tuae.

3. In patientia vestra possidebis animas vestras: quia scilicet, radix & custos omnium virtutum est patientia. Sciendum autem est quod patientia tribus modis exerceatur. A deo enim flagellamur: sed cauendum est ne murmuramus. A proximo, persecutiones, danna, & contumelias sustinemus: sed cauendum est ne mala pro malis retribuamus. Glosa ordi. ibid.]

3. In bona, & in iactantiam seculi & misericordiae.

4. Expectate misericordiam eius, & ne declinetis, vt non cadatis.

5. Clarius cognoscendo. Nam amor penetrat facit intima ipsius amari. De Lyra.

6. Peccata, & liberat in tempore tribulationis.

6. Cordibus timidis, & manibus dissolutis.

d. Duabus viis peccator terram ingreditur, quando & dei est quod opere exhibet, & mundi quod per cogitationem querit. Grego. Moral. lib. 1. cap. 26.

e. Sustinentiam petunt, qui deo se immortari visibilibus estimant, spem inuisibilis derelinquunt. Greg. Moral. 7. ca. 20.

f. Ille ergo qui timet dominum, & qui diligit illum, erudit scripturis sacris, & seruat operando praeccepta domini, & semper meditando querit quae beneplacita sunt illi, sicque replebitur sapientia & charitate dei. Finis enim praeccepti est charitas de corde puro, &c. Raba. ibi.

Parentum honor dei benedictionem meretur, in honore quoque maledictionem: humilitas autem parit gratiam, ac elemosyna profectum. III.

Fili sapientiae Ecclesia iustorum, & natio illorum obedientia & dilectio.] Iudiciu patris audite filij dilecti, & sic facite vt salui sitis. Deus enim honorauit patrem in filiis, & iudicium matris — exquirens] firmavit in filios. ¹ Qui diligit deum, exorabit pro peccatis: & continebit se ab illis, ² & in oratione dierum exaudietur,] & sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filiis, & in die orationis suae exaudietur. Qui honorat patrem suum, vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem.] Qui timet dominum, honorat parentes: & quasi dominis seruiet iis qui se genuerunt. In opere & sermone — & omni patientia] ³ honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio ⁴ a deo, & benedictio illius in nouissimo manet.] ⁵ Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne gloriaris in comitumelia patris tui, non enim est tibi gloria, ⁶ sed confusio.] Gloria enim hominis ex honore

a. Filios sapientiae merito dicit esse ecclesiam iustorum: quia qui vere sapiens est, verus est iustitiae cultor: quoniam vera sapientia veraciter iustitiae dicitur norma: Natio inquit, illorum est obedientia & dilectio. Quomodo autem nationem vocat iustorum obedientis & dilectionem? Cum obedientia & dilectio virtutes sint quae habentur a iustis, nisi quia tropica locutione per ipsas virtutes exprimitur virtutum possessores. Raba. ibi.

1. Qui honorat patrem, veniam impetrat peccatorum.

b. Hoc trifarium intelligitur. Primo in oratione: per dies multos continuata. 2. in oratione dierum gratiae, quando scilicet homo saltem coniectura seipsum esse in gratia. 3. in oratione dierum vitae aeternae, de qua in psal. 90. Longitudine dierum implebo eum. Dion. ibid.

2. Deo, quae dabit matris suae.

3. Ab hominibus.

4. Patris ignominia.

† Deut. 5. b. Exod. 20. b. Matt. 15. a. Marc. 7. b. Ephes. 6. a. Inhi. 7. c.

3. Filis matris ignominia.
 [c. Tunc enim non solum indi-
 ger reuerentia filiorum, sed etiam
 subsidio ipsorum, quod si dese-
 cerit sensu, venit ad, qui non
 est culpa sua, sed neccitatis dese-
 ctus. Et quia non solum filij te-
 nentur parentibus vitis de-
 facere, sed etiam defunctis. De
 l. ysa.]
 6. In honore.

7. Ab homine acceptabili.
 d. Mensura humilitatis cuique
 ex mensura ipsius magnitudi-
 nis data est: cui est periculosa
 superbia, quae amplius amplio-
 ribus insidiatur. Augu. de Sancta
 virginis. cap. 31.
 * Multi sunt excelsi & gloriosi,
 sed mansuetis reuelantur my-
 steria.
 c. Ne praecipiti suspicione in fa-
 bulis sacrilegas irruamus, cla-
 mat scriptura diuina: Altiora
 te ne quaeris, & c. ve magis in
 istis temeraria praesumptio quae
 caeca ignoratio culpanda videat-
 ur. Aug. contra Puffil. & Ori-
 ge. c. 11.
 * Sine sensu.
 * Cum stulticia.
 * Vana.
 8. Cogitatio praua labefecit.
 9. Peccata super peccata in in-
 ductione superbi.
 10. Planta enim nequiciae radi-
 ces misit in eo.

f. Magna ergo est eleemosyna,
 quae accidentium criminum glo-
 bos benevolentiae suae fonte re-
 frigerat, & quodam irriguo lar-
 gitatis obtuit incendia deli-
 ctorum: ve quauis offensus
 deus, quauis criminibus pro-
 uocatus, cogatur liberare elee-
 mosynis, quae dispositae pun-
 nire peccatis. Ambro. Sermon. 15.

patris sui: & dedecus filij, pater sine honore.] Fili suscipe senectam patris tui, & non
 contristes eum in vita illius, & si defecerit sensu, veniam da, & ne spernas eum in tua
 virtute. Eleemosyna enim patris non erit in obliuione. Nam pro peccato matris resti-
 tuetur tibi bonum, & in iustitia aedificabitur tibi, & in die tribulationis commemora-
 bitur tui, & sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua. Quam malae famae est qui
 derelinquit patrem, & est maledictus a deo, qui exasperat matrem. Fili in mansue-
 tudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligere. Quanto maior es,
 humilia te in omnibus: & coram deo inuenies gratiam: quoniam magna potentia
 dei solius, & ab humilibus honoratur. Altiora te ne quaeris, & fortiora te ne
 scrutatus fueris, sed quae praecipit tibi deus, illa cogita semper, & in pluribus ope-
 ribus eius ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium ea quae abscondita sunt
 videre oculis tuis. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus eius
 operibus non eris curiosus. Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi.
 Multos enim supplantauit suscipio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum.
 Cor durum habebit male in nouissimo, & qui amat periculum, in illo peribit. Cor
 ingrediens duas vias, non habebit successus: & prauicor in illis scandalizabitur. Cor
 nequam grauabitur in doloribus, & peccator adiciet ad peccandum. Synagoga su-
 perborum non erit sanitas: frutex enim peccati eradicabitur in illis, & non intelli-
 getur. Cor sapientis intelligitur in sapientia, & auris bona audiet cum omni concu-
 piscencia sapientiam. Sapiens cor & intelligibile abstinebit se a peccatis, & in ope-
 ribus iustitiae successus habebit. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna
 resistit peccatis: & deus prospector est eius qui reddit gratiam. Meminit in posterum,
 & in tempore casus sui inueniet firmamentum.

*Ad misericordiae opera & modum eorum conducunt timor dei, sapientia,
 veritas, & iustitia.*

IIII.

1a. Eleemosyna fructum in su-
 periori cap. pettingit, nunc ex-
 go ad ipsum auditorem prouo-
 cat. Venit ne eleemosynam dis-
 feredo, cor pauperis assilgam?
 Vult vt multis beneficiamus,
 ne in vnum saltem sinu largi,
 aliis egenibus parci. Lorch. p.
 a. vitam.
 2. Ieritatum.
 b. Nullo modo propter ira exa-
 sperandus est pauper, sed blanda
 locutione placandus: quia
 ita viri iustitiam dei non opera-
 tur, & qui obdurat aurem suam
 ad clamorem pauperis, ipse cla-
 mabit, & non exaudietur. Ra-
 banus ibidem.
 3. Ne dederis locum homini ma-
 ledicendi tibi.
 4. Suae deprecationem eius ex-
 audiet.
 b. Non in inferenda, sed in de-
 pellenda iniuria lex virtutis est.
 Qui enim non repellit a socio
 iniuriam si potest, tam est in vi-
 tio, quam ille qui facit. Ambr.
 offic. l. cap. 35.
 5. Ne sis impatiens est tu iudicas.
 6. Diliget te.
 7. Replebuntur laetitia.
 c. Iuxta quod filius ipse loqui-
 tur: ipse pater amat vos, quia
 vos me amatis. Et rursum: Qui
 diligit me, diligeret a patre
 meo, & ego diligam eum. Hinc
 dictum est Sap. 7. Neminem di-
 ligit deus nisi eum, qui cum sa-
 pientia inhabitat. Dion. ibid.
 8. In possessione gemitationes.
 d. Hac sententia priora confir-
 mabuntur, quoniam illum quae
 sapientia diuina introiens in-
 habitauerit, opera eius dirigeret,
 & preparabit illi in variis ten-
 tationibus exercedo atque pro-
 bando ad futurae vitae gaudia
 percipienda. Rabanus ibid.
 e. Qui erubescit bona facere, a
 statu rectitudinis cadit, atque
 ad damnationem tendit, qui ve-
 ro erubescit penitendo malo-
 rum quae fecit, ad vitam liberare
 peruenit. Grego. in Ezech. lib.
 1. homil. 10.



1. **E**leemosynam] pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transfueras a
 paupere. Animam esurientem ne despexeris, & non exasperes pauperem
 in inopia sua. Cor inopis] ne afflixeris, & non protrahas datum angustian-
 ti. Rogationem contribulati ne abiicias, & non auertas faciem tuam ab e-
 geno. Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram: & non relin-
 quas quarentibus tibi retro maledicere. Maledicentis enim tibi in amaritudine animae exaudiet
 tibi deprecatio illius, exaudiet autem eum] qui fecit illum. Congregationi pauperum
 affabilem te facito: & presbytero humilia animam tuam, & magnati humilia cap-
 tuum. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde debitum tuum, &
 responde illi pacifice in mansuetudine. Libera eum qui iniuriam patitur de manu
 superbi, & non acide feras in anima tua. In iudicando] esto pupillis misericors vt pa-
 ter, & pro viro matris illorum, & eris tu velut filius altissimi obediens, & miserebitur
 tui] magis quam mater. Sapientia filiis suis vitam inspirat, & suscipit inquirentes se,
 & praebit in via iustitiae. Et qui illam diligit, diligit vitam: & qui vigilauerint ad il-
 lam, complectentur placorem eius. Qui tenuerint illam, vitam hereditabunt: & quod
 introibit, benedict deus. Qui seruiunt ei, obsequentes erunt deo: & eos qui diligunt
 illam, diligit deus. Qui audit illam, iudicabit gentes: & qui intuetur illam, permanebit
 confidens. Si crediderit ei, permanebit & hereditabit illam, & erunt in confirmatione
 creaturae illorum: quoniam in tentatione ambulat cum eo, & in primis elegit eum.
 Timorem & metum & probationem inducet super illum: & cruciabit illum in
 tribulatione doctrinae suae, donec tentet eum in cogitationibus suis, & credat animae
 illius. Et firmabit illum, & iter adducet directum ad illum, & laetificabit illum, & denu-
 dabit abscondita sua illi, & thesaurizabit super illum scientiam & intellectum iu-
 stitiae. Si autem oberrauerit, derelinquet eum, & tradet eum in manus inimici sui. Fi-
 li conserua tempus, & deuota a malo. Pro anima tua ne confundaris dicere ve-
 rum. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam &

† Prou. 25.4

† De p. d. l. 3. c. Sunt plus res, in fine.

† Dan. 4.6 De p. d. l. c. Medicin.

† Tob. 4.4

† Prou. 24.6 23.9. c. Non in inferna.

gra-

gratiam. ^fNe accipias faciem aduersus ^gfaciem tuam, nec aduersus animam tuam mendacium. ^hNe reuereris proximum tuum in casu suo:] nec retineas verbum in tempore salutis. ⁱNon abscondas sapientiam tuam in decore suo. In lingua enim sapientia dignoscitur, ¹⁰& sensus, & scientia, & doctrina in verbo sensati, & firmamentum in operibus iustitiæ.] Non contradicas verbo veritatis vlllo modo, & de mēdacio inruditionis tuæ confundere. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subiicias ¹¹te omni homini pro peccato. Noli resistere contra faciē potentis,] nec coneris contra ictum fulminis. Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, & deus expugnabit pro te ¹²inimicos tuos.] Nolicitatus esse in lingua tua, & inutilis & remissus in operibus tuis. ¹³Noli esse sicut leo in domo tua, ¹⁴euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi.] Non sit porrecta manus tua ad accipiendum & ad dandum collecta.

Misericordiae obsunt auaritia, cupiditas, concupiscentia, & inconstantia: ad quam penitentia, & mansuetudo, & prudentia conducunt. V.

Noli attendere ¹⁵ad possessiones iniquas,] & ne dixeris: est mihi sufficiens vi-
ta. ¹⁶Nihil enim proderit in tempore vindictæ & obductionis.] Ne se-
quaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui, & ne dixeris:
Quomodo potui: aut] quis me subiiciet propter facta mea? Deus autē
vindicās vindicabit. ¹⁷Ne dixeris: Peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim
est patiens ¹⁸redditor. ¹⁹De propitiatu peccatorum] noli esse sine metu, ²⁰neque adii-
cias] peccatum super peccatum, & ne dicas: Misericordia domini magna est, multitudi-
nis peccatorum meorum miserebitur. ²¹Misericordia enim & ira ab illo cito proxi-
mant, & in peccatores ²²respicit] ira illius, ²³Ne tardes conuerti ad dominum, & ne dif-
feras de die in diem. Subito enim veniet ira domini, ²⁴& in tempore vindictæ disper-
det te. ²⁵Noli anxius esse in diuitiis iniustis: non enim proderunt tibi in die obductio-
nis & vindictæ. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam. Sic e-
nim omnis peccator probatur ²⁶in duplici lingua.] Esto firmus ²⁷in via domini, & in ve-
ritate sensus tui & scientia, & prosequatur te verbum pacis & iustitiæ.] Esto mansue-
tus ad audiendum verbum dei vt intelligas, & ²⁸cum sapientia] proferes responsum ve-
rum. ²⁹Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, manus tua sit super os tuū,
& ³⁰ne capiaris in verbo indisciplinato & confundaris.] Honor & gloria in sermone
sensati, lingua verò imprudentis] subuersio est ipsius. Non appellēris susurro in vita
tua, & ³¹lingua tua ne capiaris & confundaris.] Super furem enim est confusio ³²& pœ-
nitētia, & denotatio pessima super bilinguem: ³³— susurratori autem odium & inimi-
citia & contumelia.] Iustifica pusillum & magnum similiter.

Charitati & vere amicitia obsunt improprium, contumelia, inuidia, & impietas: quam inuuant dulcis loquela, pax, discretio, humilitas, fides, dei timor & sapientia. VI.

Noli fieri pro amico inimicus ³⁴— proximo.] ³⁵Improprium enim & con-
tumeliam] malus hæreditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis.
³⁶Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne fortē elidatur
virtus tua ³⁷— per stultitiam,] & folia tua comedat, & fructus tuos perdat,
& relinquare velut lignum aridum ³⁸— in eremo.] Anima enim nequam disperdet qui
se habet, & in gaudium inimicis dat illum, ³⁹— & deducet in sortem impiorum.] Ver-
bum dulce multiplicat ⁴⁰— amicos, & mitigat inimicos,] & lingua ⁴¹b eucharis in bono
homine abundabit. Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille. Si pos-
sides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei teipsum. ⁴²Est enim a-
micus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. Et est amicus
qui conuertitur ad inimicitiam, & ⁴³est amicus qui odium, & rixam, & conuitia] de-
nudabit. ⁴⁴Est autē amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. Amicus
si permāserit fixus, erit tibi quasi coræqualis,] & in domesticis tuis fiducialiter aget.

P iij

ff. Hoc est, non accipias faciem hominis aduersus animam tuam, que dicitur facies ad veritatis cōtemplationem. De qua facie dicitur: 2. Cor. 3. Nos vero reuer- tata facie Domini gloriam speculantes in eandem imaginem transformamur. De Lyra. ibid.]
9. Animam tuam, & ne confundaris in casum tuum.
10. Et disciplina in verbis lingua.

11. Homini fatuo teipsum, & ne accipias personam hominis potentis.
[g. In ecclesia sunt heretici quasi leones qui per linguæ subtilitatem seducunt corda innocentes & per intolentiam morum conturbant mansuetudinem simplicium. Glos. ordi. ibid.]
12. Et phantasia percutiens in feruis suis.

1. Ad opes tuas.
a. Dicitur autem possessiones iniquæ, non quia in se male aut vitiose sint, quoniam omnis creatura dei bona, sed quia vel iniuste vel cupidè acquiruntur & reseruantur, vel quia sunt plurimorum occasio vitiatorum. Idcirco à Christo vocantur mam- mona iniquitatis. Dionys. ibid.]
*Tuam iniuriam.
2. Non te dimitret.

De propitiato peccato.
3. In abundantia ad addendum
4. Requiescet.
b. Periculum enim & metus est in differendo, salus vero certa ac secuta, si nulla sit dilatio.
c. Chryl. in 2. Corint. 10. ho. 22.
*Et cum negligens fueris, deterteris.

5. Qui est bilinguis.
6. In intellectu tuo curo, & vnus sit sermo tuus.
7. Et sit in veritate vita tua & in patientia.

8. Quoniam aliquando doctores vane gloriæ cupidus verecundatus non respondere, nec audet palam, quia nescit veritatē, ideo respondet occultè & male, ideo subditur ne appelleris susurro. i. male loquens in silētio. De Lyra. ibid.]
9. Gloria & ignominia in lingua, & lingua hominis.
10. Nequam, & damnatio.

1. Nomen enim malum pudorem & improprium.
*Ignominia habebit.
a. Vt ait iactantiam, ac derestatur superbiā: quia initium omnis peccati superbia est, & omnis arrogātia abominatio est apud deum. Et ne sufficere nobis credamus si extollentiam vitemus in actu, dicit, ne te extollas in cogitatione animæ velut taurus. De usenim inspector est cordis, & non secundum faciem, sed secundum veritatem vnumque diiudicat. Rab. a. ibidem.
b. Id est, bene loquens, & gratiosa.
c. Et hic est homo inuidus, qui super crescente amici sui prosperitate, per inuidiam incipit dolere, & eidem contrariis esse. De Lyra.
2. Rixam conuitij tui.
3. Tribulationis tuæ, & in bonis tuis erit vt tu.

† Infr. 11.2

† Infr. 16. b
Deut. 32. d
Prouer. 10. a
11.2

† Infr. 37. a

4. Si humiliatus fueris, erit cō-
tra te, & à facie tua absconde-
tur.

e. Nulla dinitia, nulla delicia,
nulli honores, per equalitatem
comparabiles sunt fidei amico
Diony. ibid.

d. Non enim validior est vel ef-
ficacior vulneribus nostris me-
dicina, quàm habere qui omni
incommodo occurrat compa-
tens, omni commodo occurrat
congratulans, vt iunctis suis
humeris onera sua inuicem to-
lerent: & quod vniuique
propriam leuius quàm amici
porteret iniuriam. August. de A-
mici. c. 5.

f. Sic & proximi.
e. Quicumque ergo in iuuentu-
te fuerit sanæ doctrinæ, aures
adhibere obedientiæ, in fene-
stræ dulcissimos fructus me-
ter sapientiæ. Vomere quippe
euangelij de corde suo gemina
vitiōrum debet extirpare, qui
semen diuini verbi edere, & fru-
ctus dulcissimos sicutum vir-
tutum desiderat metere. Raba.
ibidem.

f. Iusti pedes suos in dei com-
pedes iniungunt, dum à condi-
toris desiderio nunquam disce-
dit: collum autem torques dei
omni, dum fidelis quisque deo
iungitur, quasi per collum ca-
pitri suo Christo vnitur. Grego.
in 7. psal. 101.

6. Aureus.

7. Hiacinthina.

g. Ecce quam frequenter hor-
tatur nos autor hic ad sapien-
tiam per metaphoricæ locutio-
nes, atque frequentes eiusdem
sententiæ repetitiones, quatenus
exhortatio sua nostris im-
primatur cordibus, vt Psal. 77.
3. Liga es in digitis tuis, & scri-
be ea in tabulis cordis tui, &c.
Diony. ibidem.

8. Cogita consummatè.

h. Merito illi dabitur cordis pu-
rus intellectus, & sapientiæ di-
uina amor saluberrimus, qui
cogitationes suas temperat se-
cundum præcepta altissimi, &
ea meditatatur assidue, quæ legis
dei concordant doctrinæ, ipsa-
que studet opere implere, qua
nouit suo conditori omni mo-
do placere Raba. ibid.

a. Virtutes in excellentiori gra-
du in principibus ecclesiasticis
& imperatoribus quàm in sub-
ditis esse debet. Sunt enim veri
quæ vicarij dei, à quo est omnis
potestas, in regimine populi.
Vnde vitiolum est ita aperit
ambire principatum, suscipere
tamen in casu necessitatis est li-
citurum. Lyra. ibid.

1. A domino.

b. Ex isto scripturæ testimonio
videtur adeo omne mendacium
videtur generaliter esse dete-
standum, vt etiam si quis men-
tiri velit, etiam si non mentia-
tur, iam voluntas ipsa damnan-
da sit, atque ad hoc interprete-
tur quod non dictum est: Noli
mentiri omne mendacium, sed
Noli velle mentiri omne men-
dacium: vt non solum mentiri,
sed nec velle mentiri quisque
audeat villo mendacio. August.
de menda. cap. 16. lib. 1.

c. Verbum in oratione iterate,
est post solum committere quod
rursum necesse sit flere. Grego.
Psal. admo. 31.

2. Peccatorum.

3. Ne commutes amicum indif-
ferenter secundum aliquod, ne-
que fratrem legitimum in au-
ro Sophiæ.

d. Non defraudes mercenarij
vitam suam corporalem pro re
exponentem: ideo ait Aposto-
lus. Colof. 4. Domini quod ius-
tum est & æquum seruis præ-
stare. Et Leui. 19. Non morabi-
zur opus mercenarij tui apud te
vsque mane. Dion. ibid.

4. Si humiliauerit se contra te, & à facie tua absconderit se, vnaminem habebis amici-
tiam bonam.] Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende. Amicus fidelis pro-
tectio fortis, qui autem inuenit illum, inuenit thesaurū. ° Amico fideli nulla est com-
paratio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatē fidei illius. ° Amicus
fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis,] & qui metuunt dominum, inue-
niunt illum. Qui timet deum, æquē habebit amicitiam bonam, quoniam secundum
illum erit amicus] illius. ° Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos in-
trens sapientiam. Quasi is qui arat & qui seminat accede ad eam, & sustine bonos
fructus illius. ° In opere enim ipsius exiguum laborabis, & cito edes de generationi-
bus illius. Quam aspera est nimium sapientia indoctis hominibus, & non permanebit
in illa excors. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, & non demorabuntur proice-
re illam. Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est eius, & non est multis mani-
festa. ° Quibus autem cognita est, permanet vsque ad conspectum dei.] Audi fili &
accipe consilium intellectus, & ne abiicias consilium meum. ° Inice pedem tuum in
compedes illius, & in torques eius collum tuum. Subiice humerum tuum & porta il-
lam, & ne accipieris vinculis eius. In omni animo tuo accede ad illam, & in omni vir-
tute tua conferua vias eius. Inuestiga illam & manifestabitur tibi, & continens factus
ne derelinquas eam. In nouissimis enim inuenies requiē in ea, & conuertetur tibi in
oblectationem. ° Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & bases
virtutis,] & torques illius in stolam gloriæ. Decor enim vitæ est in illa, & vincula il-
lius alligatura salutis.] Stola gloriæ indues eam, & coronam gratulationis superpo-
nes tibi. ° Fili si attenderis mihi, discēs eam, & si accommodaueris animum tuum, sa-
piens eris. Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam: & si dilexeris audire, sapiēs
eris. In multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientiæ illorum ex corde
coniungere, vt omnem narrationem dei possis audire, & prouerbia laudis non effu-
giant à te. Et si videris sensatum, euigila ad eum: & gradus ostiorum illius exerat pes
tuus. ° Cogitatum tuum habe] in præceptis dei, & in mandatis illius maxime assiduus
esto, & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.

Qua vitia congressionibus obsunt, & quæ illi virtutes conferunt, vt peccatum &
confusio vitetur. VII.



Oli facere mala, & non te apprehendent: discede ab iniquo, & deficient
mala abs te. Fili, non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in
septuplū. ° Noli quærere ab homine] ducatum, neque à rege cathedram
honoris. Non te iustifices ante deum, & quoniam agnitor cordis est ipse,]
& penes regem noli velle videri sapiens. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute
irumpere iniquitates, ne forè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in a-
gilitate tua. Non pecces in multitudine ciuitatis, nec te immittas in populum, neque
alliges duplicia peccata. Nec enim in vno eris immunis. Noli esse pusillanimis in ani-
mo tuo: & exorare] & facere eleemosynā ne despicias. Ne dicas, in multitudine mu-
nerum meorum respiciet deus: & offerente me deo altissimo, munera mea suscipiet.
° Non irrideas hominē in amaritudine animæ, est enim qui humiliat & exaltat & cir-
cumspector deus.] Noli amare mendacium aduersus fratrem tuum, neque in ami-
cum similiter facias. ° Noli velle mentiri omne mendacium: assiduitas enim illius non
est bona. Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, ° & non iteres verbum
in oratione tua. Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab altissimo.
Non te reputes in multitudine ° indisciplinatorum,] memento iræ, quoniam non
tardabit. Humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta & carnis] impij, ignis &
vermis. ° Noli præuaricari in amicum pecuniam differentem, neque fratrem tuum
charissimum auro spreueris.] ° Noli discedere à muliere sensata & bona, & quæ fortitudo
es in timore domini:] gratia enim verecundiæ illius super aurum. ° Non lædas seruum
in veritate operantem, neque ° mercenarium dantem animam suam. Seruus sensatus
sit

† Inf. 15a

† Inf. 33d

fit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes illum libertate, & neque inopem derelinquas illum.] Pecora tibi sunt, attende illis, & si sunt vtilia perseveret apud te. Filij tibi sunt, erudi illos, & curva illos] à pueritia illorum. Filiastibi sunt, serua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas. Trade filiam & grande opus feceris, & homini sensato da illam. Mulier si est tibi secundum animam tuam, nō proiciias illam, & odibili non credas te in toto corde tuo. Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris.] Memento quoniam nisi per illos natus nō fuisses, & retribue illis quomodo] & illi tibi. In tota anima tua time deum, & sacerdotēs illius sanctifica. In omni virtute dilige eum qui te fecit, & ministros eius ne derelinquas. Honora deum ex tota anima tua,] & honorifica sacerdotes, & propurga te cum brachijs. Da illis partem sicut mandatum est tibi, primitiarum & purgationis, & de negligentia tua purga te cum paucis. Datum brachiorum tuorū, & sacrificium sanctificationis offeres domino & initia sanctorum, & pauperi porrige manum tuā, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua, gratia datus in conspectu omnis viuētis: & mortuo non prohibeas gratiam. Non desis plorantibus in consolatione,] & cum lugentibus ambula. Non te pigeat visitare infirmum, ex iis enim in dilectione firmaberis. In omnibus operibus] tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

[e. Quia pater tenetur filiis providere de nutrimento & documento, & curare illos à pueritia sub disciplina. De Lya.]
 4. Collum illorum.
 f. Sicut bonos seruos affeū filiorum habēdos sic ancillas quas filius habēdos esse docet, sed eum disciplina. Vnde lucia filium, & pauentem te facies, iude cō eo, & contrahit te. Non arrides illi ne dolas, & in nouissimo obstupescant dētes tui. Gloſa ordina.]
 5. In toto corde tuo honora patrem tuum, & matris dolorum partus ne obliuiscaris.
 g. Redit ad cultum parentum, & ad elemosynam, quam frequenter celebrat, vocatis honorem parentum & elemosynam sacrificij sanctificationis ostendens bona opera fidelij, fideles magis ac magis sanctificat. Loſychius.]
 6. Quid retribues illis sicut.
 7. Time deum.
 h. Primitiarum & decimarū arque oblationū diuersarum oblationes, quas in lege d'is iustis offerri, ad sacerdotū & Leuitarū vsū pertinebant, dicente dō ad Aaron & ad filios eius, Numeri 5. b. Omnes primitias sanctuarij quas offerunt filij Israēl dō dedit tibi & filiis, & filiabus tuis iure perpetuo. Rabanus ibid.
 8. Luge.
 9. Sermonibus.

† Inſta. 30. b.
 † Sup. 3. b.
 † Tob. 4. a.
 † Leuit. 22.
 † 13. q. 2. c. In Ecclesiastico.
 † Iob. 3. c.
 † Math. 23. d.

Conuersationi inferiorum cum superioribus conducentia & repugnantia. VIII.

Non litiges cum homine potente, ne fortē incidas in manus illius. Nō contendas cum viro locuplete, ne fortē cōtra te constituat litem tibi. Multos enim perdidit aurum & argentum, & vsque ad cor regum extendit & conuertit. Non litiges cum homine linguato, & nō frues in ignem illius ligna. Non communices homini indocto, ne male de progenie tua loquatur. Ne despicias hominem auertentem se à peccato, & neque improperes ei. Memento, quoniam omnes in corruptione sumus. Ne spernas hominem in sua senectute, etenim ex nobis senescunt. Noli de mortuo inimico tuo gaudere, sciens quoniam omnes morimur, & in gaudium volumus venire. Ne despicias narrationem presbyterorum sapientum, & in prouerbis eorum conuersare. Ab ipsis enim discēs sapientiam, & doctrinam intellectus, & seruire magnatibus sine querela. Non te prætereant narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis. Quoniam ab ipsis discēs intellectum, & in tempore necessitatis dabis responsum. Non incendas carbones peccatorum arguens eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum. Ne contra faciem stes contumeliosus, ne sedeat quasi insidiator ori tuo. Noli scenerari homini fortiori te, quod si sceneraueris, quasi perditū habe. Non spondeas super virtutem tuam, quod si sponderis, quasi restituens cogita. Non iudices contra iudicem, quoniam secundum quod iustum est iudicat. Cum audace non eas in via, ne fortē grauet mala sua in te. Ipse enim secundum voluntatem suam vadit, & simul cum stultitia illius peries. Cum iracundo non facias rixam, & cum audace non eas in desertum, quoniam quasi nihil est ante illum sanguis, & vbi non est adiutorium, elidet te. Cum fatuis consilium non habeas: non enim poterunt diligere nisi quæ eis placent. Coram extraneo ne facias consilium: nescis enim quid pariet. Nō omni homini cor tuum manifestes, ne fortē inferat tibi gratiam falsam, & conuictetur tibi.

a. Sciendum q̄ contentio dirēdit pacem impedit, quapropter eam remouens, dicit: Non litiges in iurgio vel iudicio cum homine potēte ecclesiastico vel seculari iudice. De Lya ibid.]
 1. Trahat tuum pondus.
 2. Corda regum inclinauit.
 3. Ne ludas eum.
 4. In honorem maiores tui. Ne improperes homini auertenti.
 5. In increpationibus.
 b. Nisi forsan sit hostis boni eō munis aut fidei impugnator, publicus tyrannus: quo casu quis zelo iustitiæ, aut communis boni amore gaudere potest. Dionij ibid.
 c. Quis non solum audiendū sum presbyteri, sed etiam senes in quibus est sapientia ex longi temporis experientia. De Lya.]
 d. Propterea ergo sanctus tacet: est seruus proteuit, & si pauper conuictatur, tacet iustus: & si peccator opprobria iacit, iustus rideat: & infirmus maledicit, iustus benedicit. Ambro. de de interpellat. lib. 2. cap. 2.
 e. Bonum est vt quisque consideret mensuram virtutum suarū, & sic voti temperet, ne in mendacij reatum incurrat. Vnde dominus per Moysen præcepit dicens Deuter. 23. c. Cum uoueris domino deo tuo, non tardabis reddere. Quia requirit illud dominus deus tuus. Et si mortuus fueris, reputabit tibi in peccatum. Si uolueris polliceri, absque peccato eris. Rabanus ibid.
 6. Opinionem eius iudicabitur eum.
 7. Eo.
 8. Verbum celare.
 9. Occultum.

† Inſta. 31. a.
 11. q. 3. c. Paul. per.
 † 13. quaest. 2. cap. in ecclesiastico.

Concupiscentiæ periculum est omnium mulierum consortium & colloquium, periculum autem amicitie est in amicis nouis, potentibus, iniustis, linguosis, & temerariis. IX.

Non zeles mulierem sinus tui, ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam. Non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtutem tuam & confundaris. Ne respicias mulierem multiuolam, ne fortē incidas in laqueos illius. Cum saltatrice ne assiduus sis, ne audias illam, ne fortē pereas in efficacia illius. Virginem ne conspicias, ne fortē scandalizeris in decore illius. Ne

1. Ostendas in te disciplinam malam.
 2. Vt ascendat ipsa super animam tuam. Ne occurras mulieri meretrici.
 3. Auerte oculos tuos ne videas vanitatem ne libeat videre que non licet concupiscere. Gl. ord. ibidem.
 3. Exercitus.

A

a. Scortis.
b. Vir aut mulier suo ornatu oculos hominum in se trahens, quantum nullum malum inde sequatur, tam in æternum meretur pati supplicium. Quia venenum præbuit, si fuisset qui biberet. Hierony. ad Demetria.
c. Hoc est, eloquentiam hæreticorum. Multi enim admirantes eloquentiam hæreticorum, in errore ab illis seducti sunt: quia colloquium ipsorum sanctorum nequitie in auditorum sanctorum cordibus excitat, nisi citius ab eorum cōsortio recesserint. Rabanus ibidem.
d. Novus doctor studere debet & sanã doctrinã & operationem firmiter percipiat. Glosa ordina.]
e. Non placeas tibi in approbationibus impiorum, inveniunt, quod vsque ad inferos non iustificabuntur.
f. Tunc enim & non ante placebit sanctis in pena, sicut displicuit eis in culpa. Psal. 57. Lectabit iustus cum viderit vindictam, manus suas laudabit in sanguine peccatorum applaudens iustitie diuine. De Lysa.]
g. Pinacula ciuitatis.
h. Coniecta de.
i. Consilium fac, & cum prudentibus sit disputatio tua.
k. Societas enim iniustorum in mensa trahit ad multa peccata: ad leuitates, iocos, cachinos, verbositates, temeraria iudicia, detractiones, atque ad gulam, & ad vitia eam sequentia. Vide Psal. 100. Superbo oculo & infacili corde cum hoc non edebam. Diony. ibid.
l. Peculiani.

des⁴ fornicariis] animam tuam in vlllo, ne perdas te, & hæreditatem tuam. Noli circumpiscere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in platæis illius. [†] ^b Auerte faciem tuam à muliere⁵ compta:] & ne circumspecies speciem alienam. Propter speciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscencia quasi ignis exardescit. Omnis mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via ab omnibus prætereuntibus] conculcabitur. ^c Speciem mulieris alieni multi admirati, reprobis facti sunt: colloquium enim illius quasi ignis exardescit. Cum aliena muliere ne fedes omnino, nec accumbas cum ea super cubitum, & non alterceris cum illa in vino, ne fortè declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem. ^g Ne derelinquas amicum antiquum: nouus enim nõ erit similis illi. ^d Vinũ nouum amicus nouus, veterascet, & cum suauitate bibes illud. Non zeles gloriam & opes] peccatoris: non enim scis quæ futura sit illius subuersio. ^e Nõ placeat tibi iniuria iniustorum, ^f sciens quoniam vsque ad inferos non placebit impius. Longè abesto ab homine potestatem habente occidendi, & non suspicaberis timorem mortis. Et si accesseris ad illũ, noli aliquid committere, ne fortè auferat vitam tuam & ^g Communionem mortis scito,] quoniam in medio laqueorum ingredieris, ^h & super ⁷ dolentium arma] ambulabis. Secundum virtutem tuam ⁸ caue te à] proximo tuo, & cum sapientibus⁹ & prudentibus tracta. ⁱ Viri iusti sint tibi coniuua, & in timore dei sit tibi gloriatio, & in sensu sit tibi cogitatus dei, & omnis enarratio tua in præceptis altissimi. In manu artificum opera laudabuntur, & principes populi in sapientia sermonis sui, & in sensu verò seniorum verbum. ^j Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus, & ¹⁰ temerarius] in verbo suo odibilis erit.

^B † Prouer. 11. c

Ad idoneum rectorem spectent sapientia, potentia, iustitia, humilitas, timor dei, & mansuetudo: contraria verò illarum ipsum rectorem subuertunt. X.

a. Quemadmodum cum videris arborem pallentibus foliis macidam, intelligis quia aliquam culpam habet circa radicẽ. Ita eam videris populum indisciplinatum, & irreligiosum, sine dubio cognosce quia sacerdotium eius non est sanum. Chry. 16. in 21. ca. Matth. homil. 37.
1. Facilitas.
2. In omni iniuria ne irascaris proximo.
3. Et ambobus error iniustitie.



Rex sapiens iudicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit. ^a Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Rex insipiens perdet populum suum, & ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium. In manu dei potestas terra, & execrabilis omnis iniquitas gentium,] & vilem rectorem fuscitabit in tempus super illam. In manu dei potestas] hominis, & super faciem scribæ imponet honorem suum. [†] Omnis iniuriæ proximi ne memineris,] & nihil agas in operibus iniuriæ. Odibilis coram deo est & hominibus superbia, & ³ execrabilis omnis iniquitas gentium. [†] Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & [†] contumelias, & diuersos dolos. [†] ^b Auaro autem nihil est scelestius. [†] Quid ^d superbis terra & cinis? Nihil est iniquius quàm amare pecuniam. [†] Hic enim & animam suam vanalem habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua. Omnis potentatus brevis vita, languor prolixior grauat medicum. [†] Breuem languorem præcidit medicus: sic & Rex hodie est, & cras morietur. Cum enim morietur homo, hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes. Initium superbiæ hominis apostatare à deo, quoniã ab eo qui fecit illum recessit cor eius, quoniam ^c initium omnis peccati est superbia. Qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & subuertet eum in finem. Propterea exhonoraui dominus conuentus malorum, & destruxit eos vsque in finem. Sedes ducum superborum destruxit deus, & sedere fecit mites pro eis. [†] ^d Radices gentium superbarum arefecit deus, & plantauit humiles ^e ex ipsis gentibus. [†] terras gentium euertit dominus: & perdidit eas vsque ad fundamentum. Arefecit ex ipsis & disperdidit eos, & cessare fecit memoriam eorum à terra. Memoriã superborum perdidit deus, & reliquit memoriã humilium sensu. [†] Non est creata hominibus superbia, neque iracundia nationi mulierum. Semen ^f hominũ honorabitur hoc quod timet deum, semen autem hoc exhonoraabitur, quod præterit mandata domini. [†] In medio fratrum rector illorum in honore: & qui timent dominum erunt in oculis illius. [†] Gloria diuitum honoratorum & pauperum timor dei est: non despiciere hominem

4. Operis dolosa.
b. Ex auaritia profectũ semper nequitia procreantur, scilicet proditio, fraus, fallacia, peritium, inquietudo, violentia, & contra misericordiam obduratio. Et ecce domine deus quilibet amator mundi, & non tui, propter metalla pretiosa, ardetes fulgentisque lapides, alius obduratur propter misericordiam, ne tribuat aurũ, alius ne porrigat potum. Ambro. Precautione 2. preparans ad missam.
c. Hoc est radix fons & mater est elatio, sicut elationis principium est nescire dominũ. Chry. in 10. l. c. ho. 8.
d. Quando gentem Iudeorum cum suis ceremoniis expulsi, & plantauit humiles ex ipsis, quando ex eadem generatione Apostolos elegit, & primitiuã ecclesiam in Ierusalem construxit, tunc superborum Iudeorum radicem arefecit dominus. Rabanus ibidem.
e. Pro eis in gloria.
f. Securitati qui timent dominum, & pretiosa planta qui diligunt illum. Semen ignominie qui non attendunt legi, semen erroris qui transgrediantur mã data.
† Ante finem initium timoris domini, obiectio autem principatus obduratio & superbia.

[†] Leuit. 19. b
[†] 23. q. 7. cap.
 Si de rebus.
 113. q. 2. ca. in
 Ecclesiastico
 6. q. 3. c. Pre.
 cipus.

D nem iustum pauperem, & non magnificare virum peccatorem diuitem. ⁷ Magni-
^{† Proue. 17. a} est iudex, & potens est in honore, & non est maior illo qui timet deum. [†] Seruo sen-
^{† Proue. 12. b} sato liberi seruient, & vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus, & [†] &
 infcius non honorabitur. [†] Noli ⁸ extollere te in faciendo opere tuo, & noli ⁹ cunctari
 in tempore angustia. [†] Melior est qui operatur & abundat in omnibus, quam qui
 gloriatur & eget pane. ¹⁰ Fili in mansuetudine serua animam tuam: & da illi honore
 secundum meritum suum. Peccantem in animam suam quis iustificabit? Et quis ho-
 norificabit exhonoratam animam suam? Pauper ¹⁰ gloriatur per disciplinam & ti-
 morem suum: & est homo qui honorificatur propter substantiam suam. [†] Qui au-
 tem gloriatur in paupertate: quanto magis in substantia? & Et qui gloriatur in sub-
 stantia, paupertatem vereatur.]

*Quae sapientem decet, & quae dedecent: sequenda quae sunt, & quae fu-
 gienda.* X I.

A ^{† Job. 7. e} **S**apientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum [†] co-
 sedere illum faciet. [†] Non laudes virum in specie sua, neque spernas ho-
 minem in visu suo. Breuis in volatilibus est apis, & ² initium [†] dulcoris ha-
 bet fructus illius. Ne glorieris in vestitu vnquam, nec in die honoris tui
 extollaris: Quoniam mirabilia opera tua altissimi solius, ³ & gloriosa, &
 absconsa, & inuisa opera illius. [†] Multi tyranni sederunt in throno, & insuspicabilis
 portauit diadema: multi potentes oppressi sunt valide, & gloriosi traditi sunt in ma-
 nus alterorum. [†] Priusquam interroges ne ⁴ vituperes quenquam, & cum interrogaue-
 ris, corripe iuste. [†] Priusquam audias, ne respondeas verbum, & in medio ⁵ seniorum
 ne adicias loqui. De ea re ⁶ quae te non molestat, ne certeris, & in iudicio peccantium
 ne consistas. [†] Fili, ne in multis sint actus tui, & si diues fueris non eris immunis a deli-
^B cto. [†] Si enim secutus fueris, non apprehendes: & non effugies, si praecurreris. Est
 homo laborans & festinans & ⁷ dolens impius, & tanto magis non abundabit. Est
 homo marcidus, egens recuperatione, plus deficiens virtute & abundans paupertate,
 & oculus dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltauit
 caput eius, [†] & mirati sunt in illo multi, ⁸ & honorauerunt deum. [†] Bona & mala,
 vita & mors, paupertas & honestas a deo sunt. Sapientia, disciplina & scientia legis
⁹ apud dominum, dilectio & via bonorum apud ipsum. Error & tenebrae peccatori-
 bus concreatae sunt: qui autem exultant in malis, ¹⁰ confenscunt in malo. [†] Datio dei
^C ^{† Luc. 12. e} [†] iustis] permanet, & profectus illius successus habebunt in aeternum. [†] Est qui locu-
 pletatur ¹² parcè agendo, & haec pars mercedis illius, in eo quod dicit, [†] inueni re-
 quietem mihi, & nunc manducabo de bonis meis ¹³ solus, & nescit quod tempus pre-
 tereat illum, & mors appropinquet, & relinquat omnia aliis, & moriatur. Sta in
 testamento tuo, & in illo colloquere, & in opere ¹⁴ mandatorum tuorum] veterasce.
 Ne manseris in operibus peccatorum. Confide autem in deo, & mane in ¹⁵ loco] tuo.
 Facile est enim in oculis dei subito honestare pauperem. Benedictio dei in mercedem
 iusti festinat, & in honore veloci ¹⁶ processus illius fructificat. [†] Ne dicas: quid est mi-
^{† Insa. 10. c.} [†] hi opus, & [†] quae erunt mihi ex hoc bona? Ne dicas: sufficiens mihi sum, & quid ¹⁷ ex-
 hoc pessimabor? [†] [†] In die bonorum ne immemor sis malorum, & in die malorum
 ne immemor sis bonorum, quoniam facile est coram deo in die obitus retribuere
^D ^{† 2. q. 7. ca. i.} [†] vniciuique secundum vias suas. [†] Malitia horae obliuionem facit luxuriae magna: &
 in fine hominis denudatio operum illius. [†] Ante mortem ne ¹⁸ laudes] hominem que-
 quam, quoniam in filiis suis agnoscitur vir. Non omnem hominem inducas in do-
 mum tuam, multae enim sunt insidiae ¹⁹ dolosi. [†] Sicut enim eructant praecordia
 foetantium, & sicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum, [†] sic &
 cor superborum, & sicut prospector ²⁰ videns casum proximi sui, [†] Bona enim in ma-
 la conuertens insidiatur, & in electis imponet maculam. [†] Ab scintilla enim vna au-
 getur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis, [†] homo enim peccator sanguini in-

7. Magnates, & iudices, & potentes honorabuntur, & nullus est eorum.
 [E. Licet potestas terrena magna sit, timentem dominum precelere non valet: timentibus enim deum nihil deest. Diuites autē egerunt & cūserunt &c. Glo. ordina.]
 8. Velle videri.
 9. Extolli.
 * Tuus.
 10. Serua animam tuam ab impatiencia, ira, & turbulencia cum custodi, & sicut praehabitu est, in mansuetudine perface opera tua. Diony. Carthu.]
 10. Honoratur propter scientia suam, & diues honoratur propter diuitias suas.

a. Sapiens seipsum humilians, vel affictus & humiliatus ab aliis, per sapientiam sua dignus est exaltari, etiam in presenti vt sepe accidit. Iuxta illud Sapientiae 8. Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud seniores. Primo modo Daniel propter sapientiam suam fuit sublimatus, i. a regibus Babylonis. 2. a Dario & Cyro regibus Persarum. Secundo modo Ioseph eductus est de carcere a rege Aegypti, & primus post Pharaonem constitutus. Dion.

1. Magnatum.
 2. Principatus.
 3. Et occulta hominibus opera eius.
 4. Accuses, intellige primum, & tunc reprehende.
 5. Sermonum.
 6. De qua nihil ad te.
 b. Impar quisque invenitur ad singula dum confusa mente diuiditur ad multa. Grego. Pafco.

1. par. cap. 4.
 7. Operans.
 * A contritione.
 8. Qui viderunt.
 c. Nulli dubium est omnia bona à deo esse, mala autem quae dixit nobis mala sunt dum vni dicitur de nobis. Pena enim quibus iuste infertur, patienti tamen mala videntur. Vita autē & mors sic à deo est, quia legem dedit, quae seruantibus se vitam promittit, contemptoribus vero morte, sed illam quae secunda dicitur. August. in quest. veter. & noui test. q. 74.

9. Dominio.
 10. Confenscit malitia.
 11. Religiosus.
 12. Ab attentione & parsimoniam sua.
 13. Asidua.
 14. Tuo.
 15. Labore.

16. Germinat benedictionem illius.
 * Complacentia.
 17. Ex nunc mali habeo in vi-
 18.

11. Accepta bona mentem non eleuant cum malorum reminiscimur, quae aut iam passi sumus, aut adhuc pati possumus: nec malorum praesentium pondus nos ad desperationem premit, dum bonorum reminiscimur, quae aut iam accepimus, aut adhuc nos posse habere speramus. Grego. in Ezech. lib. 2. ho. 20.
 18. Beatum dicas.
 19. Diaboli.
 20. Ascendens ad caelum.
 Te. Bonus est proximi sui in mala conuertens, dicitur et facta ratione mala, insidiatur qualiter possit nocere proximo. De Lyra ibidem.]

† 11. quae 3. c. eorum.
 Prouer. 18. c. 15. q. 8. c. scilicet cantibus.

† Insa. 10. c. 13. d.

† 11. q. 1. ca. In caudis.

ff. Id est, deceptore & discordiarum seminatore. Fabricat enim mala practicat atque excogitat qualiter noceat. Diony. Carthuj.

fidiat. ^f Attende tibi à pestifero, fabricat enim mala, ne fortè inducat super te subannationem in perpetuum. Admitte ad te alienigenam, & subuertet te in turbine, & abalienabit te à viis propriis.

Quibus elemosyna danda sit, & in quibus sit agnoscendus inimicus, & item vitandus. X I I.

a. Aduertendum est quibus benefaciendum sit, vt iuxta elemosynam recipiatur merces. Diony. ibidem. [b. Sicut dictum est per oppositum de non tribuente bona indigentibus. De Lyra ibid.]



Sit benefeceris, ^a scito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. Benefac iusto, ^b & inuenies retributionem magnam, & si non ab ipso, certè à domino. Non est enim ei bene qui assiduus est in malis, & elemosynam non danti: quoniam & altissimus odio habet peccatores, & misertus est penitentibus. ^c Da misericordiam, & ne suscipias peccatorem. — Et impiis peccatoribus reddet vindictam, ^d custodiens eos in diem vindictæ. ^e Da bono & nō receperis peccatorem: benefac humili, & non dederis impio. Prohibe panes ^f illi dare, ne in ipsis potentior te sit. ^g Nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis quæcunque feceris illi, quoniam & ^h altissimus odio habet peccatores: & impiis reddet vindictam. Non agnoscetur in bonis amicus, & non abscondetur in malis inimicus. In bonis viri inimici illius, in tristitia & in malitia illius amicus agnitus est. Non credas inimico tuo in æternum. ⁱ Sicut enim ærumentum æruginat nequitia illius, & si humiliatus vadat curuus, abiicit animum tuum, & custodi te ab illo. ^k Non statuas illum penes te, nec fedeat ad dexteram tuam, nec conuersus stet in loco tuo: ne fortè conuersus in locum tuum inquirat cathedram tuam, & in nouissimo cognoscas verba mea, & in sermonibus meis stimuleris. ^l Quis medebitur incantatori à serpente percusso, & omnibus qui apropiant bestiis: Sic & qui comitatur cum viro iniquo, & obuolutus est in peccatis eius. ^m Vna hora tecum permanebit: ⁿ si autem declinaueris, non supportabit te. ^o In labiis suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiatur, vt subuertat te in foueam. In oculis suis lachrymatur inimicus, & si inuenerit tempus, nō satiabitur sanguine: & si incurrerint tibi mala, inuenies eum illic priorem. In oculis suis lachrymatur inimicus: & quasi adiuuans suffodiet plantas tuas. Caput suum mouebit & plaudet manu, & multa susurrans commutabit vultum suum.

† 42. diff. ca. Quiescamus.

e. Posterior pars huius sententiæ videtur verare beneficentiam. At enim: ne suscipias peccatorem. intelligas em figuratè possum pro peccato peccatoris, vt peccati eius nō suscipias. Aug. de doctr. Chri. lib. 3. c. 17. 1. Tuos, & ne dederis illi, ne in illis te supprimas. d. Deus qui nouit quid unicuique tribuat, vindicat occidendo in quos voluerit, sive per homines, sive occulto rerum ordine, non quia eos odit, in quantum homines sunt. Idem eōtra Adimantum. Manich. cap. 17. x. Er eris ei vt qui absteris speculum, & cognoscens quod nō in finem teris eruginem. e. Panem suū & vinum peccatoribus præbet, qui iniquis subsidia pro eo qui iniqui sunt impendit. Vnde & nōnulli huius mundi diuites cum fame cruciatur Christi pauperes: effusis largitibus nutriunt hiltiones. Grego. Pastoral. 3. parte. administratione 21. * In statione iusta. f. In omnibus his ergo sententiis bene peccatorum fictione insinuat, qui vana loquuntur ad proximum suum, labia dolosa in corde, & corde loquuntur mala: qui insulantur vt rapiat pauperem, insidiantur in oculis, vt interficiant innocentem. Rabanus, ibidem.

Consortia periculosa quæ sint, & quæ sequenda. X I I I.

fa. Dixerat, quid medebitur incantatori à serpente percusso hoc est, quis seruauerit illi qui sibi vitro malum accessit: hoc verbe occasione accepta vitandam docet quorūlibet malignorum consuetudinem: potissimum verò superbiorum & avariorum. Lorychius ibidem. 1. Te ne tollas in vita tua, & fortiori te, &c. 2. Inuriam fecit, & ipsum rogabunt. Pauper inuriam fecit, & ipse minus patietur. Si vultis. 3. Egredis, affliget te. 4. Opus habuit tui, & decipiet te. 5. Decipias mente, & ne humiliaris in læticia cordis tui. b. Hoc est, pusillanimis corde in sapientia tua, ita vt eam tam modicā arbitris, quod nō audeas peccantem corripere, ignorantē instruere, ac disciplina iura, auctoritatēque exercere, si aliqui bus præfides. Diony. ibidem. 6. Qui cōseruat sermones tuos. e. Cum multa sint genera amicitiarum quæ carnales & minus intelligibiles estimant ad verā pertinere dilectionem: solimodo hoc vnum genus est insolubile charitatis, quod nec commendationis gratia, nec officij vel munerum magnitudo, contractūque cuiusque ratio, vel nature necessitas iungit, sed sola similitudo virtutum. Hæc est quæ nullis vnquē casibus scinditur, quoniam non solum disticta re vel delere locorum vel temporum intervalla præualēt, sed ne mors quidem ipsam diuellit Rabanus.



Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiam. Pondus super ¹ se tollit, qui honestiori se communicat: & ² iditiori te ne socius fueris. Quid communicabit cacabus ad ollam: quando enim se colliserint, confringetur. Diues ³ iniuste egit & fremet, pauper autem læsus tacebit. Si largitus ⁴ ei fueris, absumet te: & si ⁵ nō habueris, derelinquet te. ⁶ Si habes, conuiuet tecum, & euacuabit te, & ipse nō dolebit super te. ⁷ Si necessarius illi fueris, supplantabit te. ⁸ & subridens spem dabit, narrans tibi omnia bona, & dicit: quid opus est tibi? & confundet te in cibis suis, donec te exaniat bis & ter, & in nouissimo deridebit te. ⁹ Et postea videns derelinquet te, & caput suum mouebit ad te. — Humiliare deo & expecta manus eius. ¹⁰ Attende ne ¹¹ seductus in stultitia humiliaris. ¹² Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris. ¹³ Aduocatus à potentiore discede: ex hoc enim magis te aduocabit. Ne improbus sis, ne impinguaris, & ne longè sis ab eo, ne eas in obliuionem. Ne retineas ex æquo loqui cum illo, nec credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela tentabit te, & subridens interrogabit te de absconditis tuis. Immitis ¹⁴ animus illius, conferuabit verba tua, ¹⁵ & non parcat de malitia & de vinculis. Caue tibi & attende diligenter auditui tuo, quoniam cum subuersione tua ambulas. ¹⁶ Audiens verò verba illa quasi in somnis vide, & vigilabis. Omni vita tua dilige deum, & inuoca illum in salute tua. ¹⁷ ¹⁸ Omne animal diligit simile sibi, & sic omnis homo proximum sibi. Omnis caro ¹⁹ ad similem sibi coniungetur, & omnis homo simili sui sociabitur. Sicut communicabit lupo agno aliquando, sic peccator iusto. ²⁰ Quæ communicatio ²¹ sancto

† 1. quæ. r. ca. Artianor.

† Infa. 27.

† 2. Co. 6.

[sancto homini] ad canem, aut quæ pars bona] diuiti ad pauperem? Venatio leonis onager in eremo, sic & pascua sunt diuitum pauperes. Et sicut abominatio est superbo humilitas, sic & execratio diuitis pauper. ^dDiues commotus confirmatur ab amicis suis, humilis autem cum ceciderit, expelletur & à notis. Diuiti decepto multi recuperatores: locutus est superba & iustificauerunt illum. Humilis deceptus est, insuper & arguitur. Locutus est sensatè, & non est ei datus locus. Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducent. Pauper locutus est, & dicunt: Quis est hic? Et si offenderit subuertent illum. Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia, & nequissima est paupertas in ore impij. Cor hominis immutat faciem illius, siue in bona siue in mala. Vestigium cordis boni & faciem bonam difficile inuenies, & cum labore.

Quid ad acquirendam sapientiam maximè conducatur, & quid noceat. XIIIII.

Beatissimus vir qui non est lapsus in tristitia delicti. Felix qui non habuit animi sui tristitiam, & non excidit ab spe sua. * Viro cupido & tenaci sine ratione est substantia, & homini liuido ad quid aurum? Qui aceruat ex animo suo iniuste, aliis congregat & in bonis illius alius luxuriabitur. Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit: Et non incundabitur in bonis suis. Qui sibi inuidet, nihil est illo nequius, & hæc est redditio malitiæ illius. Et si benefecerit, ignoranter & nõ volens facit, & in nouissimo manifestat malitiam suam. Nequam est oculus liuidi, & auertens faciem suam, & despiciens animam suam. [†] Infatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis, non satiabitur donec consumat arefaciens animam suam. Oculus malus ad mala, & non satiabitur pane indigens, & in tristitia erit super mensam suam. [†] Filij, si habes, benefactecum, deo dignas oblationes offer. Memor esto quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum, quia demonstratum est tibi. Testamentum enim viuis mundi morte morietur. [†] Ante mortem benefac amico tuo, & secundum vires tuas exporrigenas da pauperi. Non defrauderis à die bono, & particula diei boni non te prætereat. Nonne aliis relinques dolores & labores tuos? In diuisione fortis da & accipe & iustifica animam tuam. Ante obitum tuum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibum. [†] Omnis caro sicut scenum veterascet, & sicut folium fructificans in arbore viridi. Alia generantur & alia deiiciuntur, sic generatio carnis & sanguinis, alia finitur & alia nascitur, Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operatur ibit cum illo. Et omne opus electum iustificabitur, & qui operatur illud honorabitur in illo. [†] Beatus vir qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem dei. [†] Qui excogit vias illius in corde suo, & in absconditis suis intelligens, vadens post illam quasi inuestigator, & in viis illius consistens. Qui respicit per fenestras illius, & ianuis illius audiens. Qui requiescit iuxta domum illius, & in parietibus illius figens palum. Statuet casulam suam ad manus illius, & requiescent in casula illius bona per æuum. Statuet filios suos sub tegmine illius, & sub ramis illius morabitur. Protegetur sub tegmine illius à feruore, & in gloria eius requiescet.

Qui sint ad scientiam acquirendam aptiores, & qui potior fructus eius. XV.

Qui timet deum faciet bona, & qui continens est iustitiæ apprehendet illam, & obuiabit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier à virginitate suscipiet illum. Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua sapientia salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit illum & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos suos. Et in medio Ecclesiæ aperiet os eius, & adimplebit illum spiritu sapientia & intellectus, & stola gloria vestiet eum. [†] Iucunditatem & exultationem thesaurifabit super

7. Hyznan: 8. Pax. [†]d. Quod de diuite & pauperi inceperat, exequitur, quia multum sunt qui diuitis dicta & facta extollunt, pauci qui doctrinam humilium & virtutem intelligunt. Arrogantes inueniunt predicatores, humiles vero contemptores. Vnde prouerb. 19. a. Diuitie addunt amicos plurimos, à paupere autem & hi quos habuit separantur. Gio. ordi. [†]e. Quis autem est homo diues, cum multis egeat, nisi ille cui non est graue peccatè in conscientia? boni enim diuitia sunt innocentiæ ac simplicitatis, quibus peccatum non impuatur, quia nulla in eis doli fraudisque versuta est. Ambr. ad virginas. [†]* Et bonam reddit faciem in delectatione.

† De per. dist. A. 1. c. His aueritabitur.

† Prou. 27. c. Eccle. 1. b.

† Sup. 4. a. Tob. 4. b.

† Hic. 40. b. Iacob. 1. b. 1. Pet. 1.

a. Descriptione boni viri prosequitur, beatum prædicans est, qui ne quidem in verbo est lapsus. Quod est contra hereticos qui pleni sunt calumniarum, Lorychius ibidem. [†]b. Multitudine peccatorum: scilicet quem non condemnauit anima sua. [†]* Quæ est in domino. [†]2. Parco nõ sunt bone diuitum, b. Quia omnis qui sine illa legitima potestatis autoritate hominem occidit, homicida est, quisquis seipsum occidit, non sit homicida, si non homo est. Aug. Epist. 1. [†]3. Avari oculus nõ repletur parte, & iniustitia mali arefacit. [†]4. Inuidus in pane, & indigens in mensa sua. Fili quomodo docuque habueris benefice tibi. [†]5. Horreatur ut contempta mundi luxuria bonorum operum oblationes deo offerantur, quia breue est spacium vite, in quo operari possumus: post mortem est qua festinat, non est tempus operandi, sed mercedem recipiendi. Vnde Ioh. 9. a. Operamini dum dies est: venit enim nox, quando iam non licet operari. Gio. ordina. ibidem. [†]6. Non. [†]d. Hic iustificat animam suam ante mortem, qui spe vitæ futuræ consequitur fidem, ne moriatur impius. Sed Salomon de eodicitur qui sub lege viuit, & non conuertitur iusta. Huiusmodi ergo si corrigat animum ut iustitiam vias ambulet, iustificat animam suam ante mortem. Aug. de q. vet. & noui testa. q. 22. [†]6. Denã. [†]c. Moratur siquidem in sapientia, & sapiens est qui seipsum diiudicat, ut ætenuum dei iudicium euadat: Si enim, ait Apostolus, nos ipsos diiudicauerimus, non vtique iudicauerimus. Bern. Sententia. 7. c. [†]7. Meditabitur bona, & qui in intellectu suo distiteret sancta. 8. Cogitabit. Egredere. [†]9. Inuidiare. [†]10. Hospitabitur in hospitio bonorum.

† Sup. 6.

a. Vnde quod ad præsens aduertit hic non intelligere timorem seruilem qui peccati facultatè differre potest, voluntatem non potest sed filialem ex charitate procedentem, que dum timeamus ne separeremur ab Dio. ibid. [†]1. Cognitionis legis. [†]b. Firmabitur in sanctis vitis vigor celestis sapientia, qui necit hereticis & impugnatoribus catholice fidei & veræ religionis villo modo credere, sed fortiter resistere Rabanus ibid.

¶ Ostenditur quibus sapientia diuina denegatur, & quoniam opposita iuxta se posita magis elucescit: ideo eū hoc ostēditur quibus ex suo merito conceditur. Vnde dicitur Homines stulti, superbi. De Lyra. 3

2. Peccatores. 3. Etiam quæ est in ore peccatoris penitentis, non videtur speciosa: quia adhuc de peccati recordatione & memoria confusione patitur, & frequenter inde compungitur. Sed tamen in eo est utilis & fructuosa confessio, & si non speciosa decoratque laudatio. Bernad. Parui Ser. sermons. 45.

* Quia non est a domino missa illi.

3. Formauit. 4. Omnem abominationem. Neque enim nudum ac sine prædico relinquit, nec diuersis periculis velut exposuit infirmis. Sed quem inextremis extrinsecus fecerat, melius intus armauit, ratione, scilicet atque prudentia, ut per intellectu vigilemque mentis quo cæteris præstabat animalibus, factorem omnium solus agnosceret, & inde seruaret deo vnde aliis dominabatur. Quem tamen iustitiam dominus voluntarium esse voluit non coactum, & ideo reliquit eū in manu consilij sui, posuitque ante eū vitam & mortem, boni & mali: & quod placuerit ei dabitur illi. Hiero. ad Demetria.

5. Omnia.

6. Licentiam. 7. Deum mali auctorem non est declarare pergit. Patet ex ea declaratione hominem proprii esse arbitrij, & in manu consilij sui relictum. Disciplina eius est nobis, & hoc est argumentum liberi arbitrij. Nam quosum erudiremur si libero arbitrio caruerimus? Non credas vitæ illorum, puta quod fenes ad meliorem frugem sponte sua sunt rediuri. Ne respexeris in labores eorum quasi te senem inarticulionis sint futuri Lotichius. 1. Desolabitur velociter.

2. Lot.

3. Genus perditionis, qui ingrediebantur in peccatis suis quas faciebant.

* Verberans, ministrans, percussiens, sanans, dominus in miseratione & disciplina custodiuit.

[b. Diuina est uæ equalitatem seruat, nec vni nec pluribus par est: nullum peccatum dimittit: impunitum: aut homo eū aut deus punit. Glo. ordi. ibi.] 4. Expectatio impij. Omnis elemosinæ fac locum, vnusquisque enim secundum opera sua inuenietur.

c. Confectur enim meritum homini ex bonis gestis: sed si iragerantur, ut deus iubet. Clemens lib. 6. Recognitionum. par factum, par habet meritum. Tertul. de patient.

* Dominus obdurauit Pharaonem ne nosceret eum, ut vti que cognoscerentur operationes eius iniquæ sub celo. Omnis creaturæ misericordiam eius manifestat, & lumen eius & tenebras diuisit adamante.

* Totus mundus factus, & qui fit in voluntate eius.

d. Quia ea nullus ad liquidum dignoscere poterit. incomprehensibilia enim sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Tantum ergo huic ratio creaturæ agnosceat poterit, quantum illi reuelare voluerit pietas largitoris. Vnde dicitur: Opera iustitij quis enuntiabit? Aut quis sustinebit? quia sicut nemo enuntiare poterit iustitiam dei sublimitatem, ita nec suffert, vel iudiciorum eius distributionem, nisi cui ipse donauerit, & quantum donauerit. Rabanus ibid.

illum, & nomine æterno hæreditabit illum. Homines stulti non apprehendent illam, & homines sensati obuiabunt illi. Homines stulti non videbunt eam, longe enim abest a superbia, & dolo. Viri mendaces non erunt illius memores, & viri veraces inuenientur in illa, & successum habebunt vsque ad inspectionem dei. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Quoniam a deo profecta est sapientia. Sapientia enim dei astabit laus, & in ore fideli abundabit, & dominator dabit eam illi. Non dixeris per deum abest, quæ enim odit, ne feceris. Non dicas ille me implanauit, non enim necessarij sunt ei homines impij. Omne execrumentum erroris odit dominus, & non erit amabile timentibus eum. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Adiecit mandata & præcepta sua. Si volueris mandata conseruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam seruare. Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum. Quod placuerit ei dabitur illi, quoniam multa sapientia dei, & fortis in potentia videns omnes sine intermissione. Oculi domini ad timentes eum, & ipse agnoscit omnem operam hominis. Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit spacium peccandi. Non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium & inutilium.

Non letandum est in filiis impiis, nec propriæ est virtuti fidendum: sed vltio est timenda, qui multitudinem infidelium, & inutilium filiorum respicit. XVI.

NE iucunderis in filiis impiis si multiplicentur, nec oblecteris super ipsos si non est timor dei in illis. Non credas vitæ illorum, nec respexeris in labores eorum. Melior est enim vnus timens deum, quam mille filij impij. Et vtile est mori sine filiis, quam relinquere filios impios. Ab vno sensato inhabitabitur patria, & a tribus impiis deseretur. Multa talia vidit oculus meus, & fortiora his audiuit auris mea. In synagoga peccantium exardebit ignis, & in gente incredibili exardescet ira. Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui Gigantes, qui destructi sunt confidentes suæ virtuti, & non pepercit peregrinationi illorum, sed percussit eos, & execratus est eos præ superbia verbi illorum. Non misertus est illis, totam gentem perdens, & extollentem se in peccatis suis. Et sicut sexcenta milia peditem qui congregati sunt in duritia cordis sui, & si vnus fuisset ceruicatus, mirum si fuisset immunis. Misericordia enim & ira est cum illo, potens exoratio, & effundens iram. Secundam misericordiam suam, sic correctio illius: hominem secundum opera sua iudicat. Non effugiet in rapina peccator, & non retardabit sufferentia misericordiam facientis. Omnis misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum, & secundum intellectu peregrinationis ipsius. Non dicas: A deo abscondar, & ex summo quis mei memorabitur? In populo magno non agnoscat. Quæ est enim anima mea in tam immensa creatura? Ecce cælum & cæli cælorum, abyssus & vniuersa terra, & quæ in eis sunt, in conspectu illius commouebuntur, montes simul & colles & fundamenta terræ, & cum conspexerit illa deus, tremore concutientur. Et in omnibus his insensatum est cor, & omne cor intelligit ab illo, & vias illius quis intelligit? Et procellam quam nec oculus vidit hominis? Nam plurima illius opera sunt in abscondis, sed opera iustitiæ eius quis enuntiabit, aut quis sustinebit? Longè enim est testamentum a quibusdam, & interrogatio hominum in consummatione est. Qui minoratur corde cogitat inania, & vir imprudens & errans cogitat stulta. Audi me fili, & dispice disciplinam sensus, & in verbis meis attende in corde tuo, & dicam in æquitate disciplinam, & scrutabor enarrare sapientiam, & in verbis meis attende in corde tuo, & dico in æquitate spiritus, virtutes quas posuit deus in opera sua ab initio, & in veritate enuntio scientiam eius. In iudicio dei opera ipsius ab initio, & ab institutione hominum ipsorum distinxit partes illorum, & initia eorum in gentibus suis. Ornauit in æternum opera illorum

† Matt. 19. e

† Ier. 21. e

† Psal. 33. e

† Heb. 4. d

† Insa. 21. b

† sup. b

c

d

illorum, * nec esurierunt, nec laborauerunt, & non destiterunt ab operibus suis. Vn- quisque proximum sibi non angustia- bit usque in aeternum. Non sis incredibilis] ver- bo illius. Post haec in terram deus respexit, & impleuit illam bonis suis. Anima autem omnis vitalis denuntiavit ante faciem ipsius, & ipsa iterum] reuersio illorum.

* Et in manu eius principatus illius in generationes genera- tionum. 5. Angustiauit, & vsque in seculum non seruetur increduli. 6. Animam omnis animalis ab- scendit vultus eius, & in illam,

Deus primis parentibus formatis dona contulit & praecepta, atque po- steris suis, sicut & peccatorum noticiam, quibus agnitis ipsi agerent poenitentiam. XVII.

† Gene. 1. d. 2. b. 5. a.



Eus ¶ creauit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit il- lum. Et iterum conuertit illum in ipsam, & secundum se vestiuit illum virtute. Numerum dierum & tempus dedit illi, & dedit illi potestatem eorum quae sunt super terram. Posuit timorem illius super omnem carnem,

† Gene. 2. c. 20. d. dist. ca. Deinde. Ephe. 4. f.

& dominatus est bestiarum & volatilium. ¶ Creauit ex ipso adiutorium simile si- mile sibi,] consilium & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi, & disciplina intellectus repleuit illos. ¶ Creauit & illis scientiam b spiritus: sensu imple- uit cor illorum,] & mala & bona ostendit illis. Posuit oculum ipsorum super cor- da illorum ¶ ostendere illis magnalia operum suorum,] ¶ vt nomen sanctificatio- nis collaudent, * & gloriari in mirabilibus illius, & magnalia enarrant operum eius.

Addidit illis disciplinam, & legem vitae haereditauit illos. ¶ Testamentum aeternum constituit cum illis, ¶ & iustitiam] & iudicia sua ostendit illis. Et magnalia honoris eius vidit oculus illorum, & honorem vocis audierunt aures illorum, & dixit illis: At- tendite ab omni iniquo. Et d mandauit illis vniciuique de proximo suo. Via illorum coram illo sunt semper, non sunt absconsa ab oculis ipsius. ¶ In vnamquamque gen- tem praeposuit rectorem, & pars dei Israel, facta est manifesta. ¶ Et omnia opera illo- rum velut sol in conspectu dei, & oculi eius sine intermissione inspicientes in viis eo- rum. ¶ Non sunt absconsa testamenta per iniquitatem illorum. Et omnis iniquitas eo- rum in conspectu dei. ¶ Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit, & postea resurget & retribuet illis retributionem, vnici- que in caput ipsorum, & conuertet in inferiores partes terrae. ¶ Poenitentibus autem dedit viam iustitiae, & confirmauit deficientes sustinere, & destinauit illis sortem veritatis.] Conuertere ad dominum & relinque peccata tua, precare ante faciem domi- ni & minue offendicula. Reuertere ad dominum, & auertere ab iniustitia tua, ¶ & ni- mis odito execrationem, ¶ & cognosce iustitias & iudicia] dei, & sta in sorte propo- sitionis, & orationis altissimi dei. ¶ In partes vade seculi sancti,] ¶ cum viuus & danti- bus confessionem deo. ¶ Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confi- tere. ¶ A mortuo quasi nihil] perit confessio. ¶ Confiteberis viuens,] viuus & sa- nus confiteberis, & laudabis deum: ¶ & gloriaberis in miserationibus eius.] Quam magna misericordia domini, & propitiatio illius conuertentibus ad se. ¶ Nec enim om- nia possunt esse in hominibus, quoniam non est immortalis filius hominis, ¶ & in vanitate malitiae plauerunt. ¶ Quid lucidius sole? Et hic deficiet. ¶ Aut quid nequius quam quod excogitauit caro & sanguis? Et hoc arguetur. Virtutem altitudinis caeli ipse conspicit,] & omnes homines terra & cinis.

a. Inuenitur autem perceptus & capax caro virtutis dei, quae ab initio percipit aere dei. Et aliud quidem factum est oculus videns, aliud auris audiens, aliud manus palpans, & operans, aliud nerui vndique condenti & continentes membra, &c. Irena lib. 5. * 1. In similitudine. Sextam autem mentem illis donauit diu- dens, & septimum sermonem interpretatio operationum eius. [b. Spiritus, id est intellectus, qui tamen proprie refertur ad noti- tiam principiorum, scientia ve- ro ad noticiam conclusionum. sentium vero quantum ad cer- titudinem vniuersae notitiae. Vnde & clare cognoscens ali- quid dicitur illud bene sentire. De Lyra ibidem.]

* Elechi. * Dedit per secula. [c. Id est, vultus testamentum ip- sis exhibuit, quod vocatur aeter- num, quoad moralia eius pre- cepta, moralia quae manent in eu- angelica lege. Dio. Carth.] * Vt intelligant quod mortales existentes existunt nunc.

d. Sicut quilibet reuocatur proxi- mum ex charitate diligere, ita tenetur decessus eius charitati- uo ad emendationem eius cor- rigere: plures tamen prelati ad hoc stricti quam ceteri. Lan- dolph. 2. par. c. 3. Omnis. * Omnis autem homo a iuuen- tute ad mala, & non valuerunt eorundem sua pro lapideis facere carnea.

* Quem primogenitum existen- tem nutrit disciplina, & diu- dens lumen dilectionis non re- mittit illum.

2. Absconsa iniustitiae illicum ab eo.

* Dominus autem vultus existens, & sciens scientiam suam, ne- que dimisit eos neque reliquit parentes eis.

3. Aduocauit deficientis expe- ctationem.

* Ipse enim ducet de tenebris in lucem salutis.

* Altissimum quis laudabit in inferno.

4. Non existente, [c. In presenti vita, post quam non est tempus operandi, sed premium recipiendi. Vnde Ioh. 12. f. Ambulato dum lucem ha- beris, vt non vos tenebrae com- prehendant. Glosa ordina.]

* Sander. [c. Quasi diceret nihil inter vi- sibilia & hic deficiet, non scien- dum substantiam, sed secundum apperentiam. De Lyra.]

5. Et vii qui cogitabit carnem & sanguinem, virtutem & alti- tudinem caeli ipse considerat.

Inestimabilis dei virtus & pietas in homines, & illorum miseria, atque in proximum defectus, vt homini sit prouidentia, & iudicij memoria, atque oratio assidua. XVIII.

† Gene. 1. 2. Et sum. trin. cap. 1.



¶ Vi viuus in aeternum, creauit omnia simul.] Deus solus ¶ iustificabitur, & manet inuictus rex in aeternum.] ¶ Quis sufficet enarrare opera illius? Quis enim inuestigabit magnalia eius? Virtutem autem magnitudinis eius quis enuntiabit? Aut quis adiciet enarrare misericordiam eius? Non est mi-

1. Communiter, vt in 1. & Grae. 2. Iustus, & non est alius praeter illum. * Gubernans mundum in pal- mo manus eius, & omnia obedi- diunt voluntati eius: ipse enim rex omnium in fortitudine sua, distinguens in eis sancta a pro- phanis.

3. Tunc indigebit.
 4. Ostenditur magnitudo misericordie diuine ex parte hominis qui fecerit se nihil esse in conspectu dei, nec habere de aliquid boni preter quod quicquid a deo sibi sit, debet magni reputari.
 * Irrationabili autem cuiusque omnibus dormitio.
 4. Mille.
 b. Quid suffert fragilitatem nostram nisi bonitas conditoris nostri qui indignos fouet, ingratos pascit, contemptores tolerat, auerfos reuocat, & conuersos ad penitentiam misericorditer suscipit, & omnium peccatorum largissimam veniam tribuit.
 Rabanus ibidem.
 5. Corripit.
 * Et conuertit.
 6. Excipientium.
 c. Recte docet ut bonis operibus non intermisciamus uerba improprietatis, neque maculemus bonum datu sermonibus peruersis: quia corrumpunt mores bonos colloquia praua. Et ingratum faciunt bonum donum uerba iniuriosa. Raba. ibidem.
 7. Inopia.
 8. Apud hominem gratiosa.
 9. Donum liuidi.
 10. Peccatorum.

11. Ne prohibeas reddere voti opportune, & ne expectet.
 d. Ille preparat animam suam ante orationem, qui faciens eorum synam uenit ad orationem. Chry. in Math. c. 6. homil. 15.
 12. Vindicta in aensione uultus.
 13. Temporis famis.
 14. Egrotat.
 e. Veras, autumnus, hyems, dies, & nox, nunquam requiescunt, & cum omnia eternitati comparata cito transiunt, & omnia coram oculis domini certo sine clauduntur, ipse autem semper idem est, & anni eius non deficient. Glosa ordi. ibidem.
 * Et disciplinam.
 15. Stillauerunt pro uerbis dirigentia ad vitam.
 * Mellior in fiducia in domino solo, si quidem cor mortui mortuo adhaeret.
 16. Voluptate.
 * Et inuidebunt tibi.
 17. In multis deliciis tuis, neque indigeas consilio eius.

nuere neque addere, nec est inuenire magnalia dei. Cum consummauerit homo, tunc incipiet: & cum quiesuerit, operabitur. ^a Quid est homo, & quæ est gratia illius? Et quid est bonum, aut quid nequam illius? [†] Numerus dierum hominum ut multum ceterum anni, quasi guttæ aquæ maris deputati sunt: & sicut calculus arenæ, sic [†] exigui anni in die æui. ^b Propter hoc patiens est deus in illis, & effundet super illos misericordiam suam. ⁸ Videt ⁸ præsumptionem cordis eorum quoniam mala est: & cognouit subuersionem illorum, quoniam nequam est. Ideo adimpleuit propitiationem suam in illis, & ostendit illis uiam æquitatis. Misericordia hominis circa proximum suum, misericordia autem dei super omnem carnem. Qui [†] misericordiam habet, docet & erudit quasi pastor gregem suum. Misereatur ⁶ excipiens doctrinam miserationis, & qui festinant in iudiciis eius. ^c Fili in bonis non des querelam, & in omni dato non des tristitiam uerbi mali. Nonne ardorem refrigerabit ros? Sic & uerbum melius quam datum. Nonne ecce uerbum super datum bonum? Sed utrunque ⁸ cum homine iustificato. ⁸ Stultus acriter improperebit, & ⁹ datus indisciplinatus tabescere facit oculos. Ante iudicium para iustitiam tibi, [†] & antequam loquaris, disce. Ante languorem adhibe medicinam, & ante iudicium interroga te ipsum, & in conspectu dei inuenies propitiationem. Ante languorem humilia te, & in tempore ¹⁰ infirmitatis ostende conuersationem tuam. [†] Non impediaris orare semper, & ne verearis [†] uique ad mortem iustificari, quoniam merces dei manet in æternum. ^d Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat deum. [†] Memento iræ in die consumptionis, & tempus ¹² retributionis in conuersatione facies. [†] Memento ¹³ paupertatis in tempore abundantie: & ¹⁴ necessitatem paupertatis in die diuitiarum. ⁸ A mane usque ad uesperam immutabitur tempus, & hæc omnia citata in oculis dei. ⁸ Homo sapiens in omnibus metuit, & in diebus delictorum attendit ab inertia. Omnis astutus agnoscit sapientiam, & inuenienti eam dabit confessionem. Sensati in uerbis, & ipsi sapienter egerunt, & intellexerunt ueritatem & iustitiam: & ¹⁵ implorauerunt pro uerba & iudicia. [†] Post concupiscentias tuas non eas, & ¹⁶ uoluntate tua auertere. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. [†] Ne oblecteris ¹⁷ in turbis nec in modicis. Assidua enim est commissio eorum. Ne fueris mediocris in contentione ex cœnere: & non est tibi nihil in seculo. Eris enim inuidus animæ tuæ.

Secreta non temerè ebriis & fornicariis aperienda, correptio non negligenda, & scientia est discernenda.
 XIX.

a. Si leuius occidunt, quem admodum gratia interficiet Chry. Ser. 25. sermo in his aggregatis.
 10. 5. Et si panis cura nece ligimus, audenter maiora perpetramus. Grego. Moral. 10. cap. 14.
 1. Audax.
 2. Arefcet infamia maiore.
 3. Errabit.
 4. Iniquitate, uel male agendo condemnabitur, ac resiliens uoluptatibus coronat uita suam, continens lingua difficili conuincet.
 5b. Hoc est, mentis tue secretis non uendas indifferenter amico & inimico, sed soli amico nec omni amico sed fidei probato accerto. ut dictum est supra Dionis. Carthuf. ibid.
 5. Vitas alienas.
 6. In tempore.
 7. Et confidens esto.
 8. Quia non potest illud celare, & si ad horam eglet, hoc est cum dolore, ideo subditur: Sagitta infixæ fœmori canis, quia nihil potest extrahere. Dic uerbum in corde stulti: quia non quietus donec propalauerit. De Lyra. ibidem.
 8. In ore.
 9. Calumnia uana.



Perarius ebrius non locupletabitur, & qui spernit modica, paulatim decidet. Vinum & mulieres apostatate faciunt sapientes, & arguent sensatos: & qui se iungit fornicariis, erit nequam. Putredo & vermes hereditabunt illum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero animæ eius. Qui credit cito, leuis corde est, & minorabitur: & qui delinquit in animam suam, in super habebitur. Qui gaudet iniquitate, denotabitur: & qui odit correptionem, minuetur uita: & qui odit loquacitatem extinguit malitiam. Qui peccat in animam suam pœnitebit: & qui iucundatur in malitia, denotabitur. Ne iteres uerbum durum & nequam, & non minoraberis. [†] Amico & inimico noli narrare sensum tuum, & si est tibi delictum noli denudare. Audiet enim te & custodiet te, & quasi defendens peccatum iudicet te, & sic aderit tibi semper. Audisti uerbum aduersus proximum tuum, commoriatur in te, ⁷ fidens quoniam non te dirumpet. A facie uerbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. Sagitta infixæ fœmori canis, sic uerbum in corde stulti. Corripe amicum ne forte non intellexerit, & dicat: non feci: aut si fecerit, ne iterum addat facere. Corripe proximum, ne forte non dixerit: & si dixerit, ne forte iteret. Corripe amicum, sæpe enim fit commissio, & non omni uerbo credas. Est qui labitur lingua sua, sed non ex animo. [†] Quis est enim qui non deliquerit in lingua sua? Corripe amicum antequam

† Gene. 6. a. Psal. 89. c.

† 16. qu. 1. Sic uiu. cap. 6. clericali.

† Luc. 18. a. Theol. 5. d.

† Sup. 7. e.

† Sup. 11. e.

† 47. dist. ca. Virum. Rom. 1. d.

† Sup. 10. d.

† Leuit. 19. d. Math. 18. b. Luc. 17. a.

† Iacob. 1. p.

antequam commineris, & da locum timori altissimi: * quia omnis sapiētia timor dei. Et in illa timere deum,] & in omni sapientia dispositio legis. * Et non est sapientia nequitiae disciplina, & non est cogitatus bonus peccatorum prudentia. Est prudentia nequitia, & in ipsa execratio: & est insipiens qui minuitur sapientia. Melior est homo qui minuitur sapientia, & deficiens sensu in timore dei,] quā qui abundat sensu & transgreditur legem altissimi. Est solertia¹⁰ certa,] & ipsa iniqua. * Et est qui emittit verbum certum enarrans veritatem. ¹¹ Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo, & est iustus qui se nimium submittit à multa humilitate, & est iustus qui inclinat faciem suam, & fingit non videre se quod ignoratum est.] Et si ab imbecillitate virium veretur peccare, si inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet. ^d Ex visu cognoscitur vir, & ab occurſu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis, enuntiant de illo. Et correptio ¹² mendax in ira contumeliosi, & est iudicium quod non probatur esse bonum,] & est tacens & ipse est prudens.

Modus corripiendi proximum, vitandi stultum, & conuersandi cum magnatibus.

X X.

A Vām bonum est arguere quā irasci, ^{* 1} & confitentem in oratione non prohibere.] Concupiscentia spadonis deuirginauit iuenculam, sic qui facit ² per vim iudicium iniquum.] Quā bonum est correptum manifestare poenitentiam, sic enim effugies voluntarium peccatum. Est tacens qui inuenitur sapiens, & est odibilis qui procax est ad loquendum. Est autem tacens & non habens sensum loquelae, & est tacens sciens tempus apti temporis.] ^b Homo sapiens tacebit vsque ad tempus, lasciuus autem & imprudens non seruabunt tempus. ^c Qui multis vitur verbis, laedit animam suam: & qui potestatem sibi assumit iniuste, odietur. Est ³ processio] in malis viro indisciplinato, & est inuentio in detrimentum: ^d Est datum quod non est vtile, & est datum cuius retributio duplex. Est propter gloriam minoratio, & est qui ab humilitate leuabit caput. Est qui multa redimat modico pretio, & restituens ea in septuplum. Sapiens in verbis seipsum amabilem facit, gratiae autem fatuorum effundentur. Deus insipientis non erit utilis tibi, ^e oculi enim illius septemplexes sunt. Exigua dabit & multa improperebit, & ⁴ apertio oris illius inflammatio est.] Hodie foeneratur quis & cras expetit, & odibilis est ^f homo huiusmodi. Fatuo non erit amicus, & non erit gratia in bonis illius. Qui enim ^g edunt panem illius, falsae linguae sunt. ^h Quotiens & quanti irridebunt eum? ^d Neque enim quod habendum erat directo sensu distribuit, similiter, & quod non erat habendum. ^e Lapsus falsae linguae quasi qui in pavimento cadens, sic casus malorum festinanter venient. Homo ^g acharis quasi fabula vana, & in ore indisciplinatorum assidua erit. Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit illam in tempore suo. Est qui vetatur praerogatione peccare, & in requie sua ^h stimulabitur. Est qui perdet animam suam praerogatione, & ab imprudentia personae] perdet eam, personae autem acceptione perdet se. Est qui praerogatione promittit amico, & lucratus est ⁱ eum inimicum gratis. ^h Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indisciplinatorum assidue erit. ^g Potior fur quā assiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo hereditabunt. Mores hominum mendacium ^h sine honore, & confusio illorum cum ipsis sine intermissione. Sapiens in verbis producet seipsum, & homo prudens placebit magnatibus. ⁱ Qui operatur terram suam, inaltabit aceruum frugum: & qui operatur iustitiam, ipse exaltabitur:] qui verò placet magnatibus, effugiet iniquitatem. ^h Xenia & dona exarant oculos iudicum, & quasi ⁱ mutus] in ore auertit correctiones eorum. Sapientia absconsa & thesaurus inuisus, quae utilitas in vtrisque? Melior est qui caelat insipientiam suam, quā homo qui abscondit sapientiam suam. *

* Factus sine ira. Timor domini initium assumptionis, sapientia autem ab eo dilectione acquiritur, cognitio mandatorum domini disciplina vitae, ac facientes quae placita sunt ei, immortalitatis arborum decerpunt. * Et cognitio omnipotentiae eius. Seruus dicens domino, si cur placet non faciam, si post haec faceris, incitat nutriende se. 10. Diligens. 11. Et est iustificans iudicio sapiens, & est praue agens incuruatus nigredine, & interioribus eius plenus dolo ignito, incuruans vultum, & surdum se simulans, vbiuque cognitus fuerit praueuierit te, vt malefaciat. [d. Exterioribus iudicis cognoscitur affectus animi. Vnde Luc. 6. f. Non est arbor bona quae fructus malos facit. &c. Gloria ordina.] 12. Quae non est pulchra.

† 11. dic. fin.

* 1. Oculi, & qui consistit prohibetur à deminutione.

2. Inuita iudicia.

a. Sicut prius prohibuit iracundiam preualere in iudicio, sic & nunc laudat vt correptionem magistri sequatur poenitentia discipuli. Raba. ibid.

b. Prius nanque discere oportet quam docere, & ideo sapiens intelligit melius esse flere quā loqui incaute. Greg. in 7. Psal. Psal. 129.

c. Multis vitur verbis heretici cum per eloquentiam humanam certant suam velare malitiam, qui sibi iniustam vsurpant potestatem: quoniam contra veritatem sentiendo non recte sibi vsurpant magistris dignitatem. Vnde ipsi odibiles erunt: quia tam coram Deo quā etiam coram hominibus turpes & detestabiles sunt, quod doctrina & studium totū verituti illis in detrimentum. Rabanus ibid.]

3. Beneplacium

* Acipienti, similiter autem est iudi propter necessitatē ei.

4. Aperiet os suam tanquam praeco.

5. Domino & hominibus.

[d. Id est male sua distribuit, & aliena quae rapit: & quia tales adulatores puniuntur, ideo subditur. Lapsus falsae linguae. De Lyra ibidem.]

e. Hi sunt qui non merentur alienis miseris ventitatis flagitationibus agitari, quibus eterna agitudine nutritur, nec verberati cum sanctis domino castigantur, cum quo post flagella reguntur. Hiero. ad amicum agrotum.

f. Sine gratia dei & filij hominis.

g. Non.

h. Propter verecundiam.

g. Non excusat furem, sed eius comparatione ingratur mentis di assiduitatem. Mystice autem fures sunt Iudei, quibus dicitur. Qui praedicas non furandū furaris &c. Haeretici vero mendaces qui peiores sūt: quia post perceptā baptismi gratiam ad vomitum redierunt, & spiritui gratiae contumeliam fecerunt. Gloſa. ordina.]

6. Ignominia.

[h. Corda eorum insciantur priuato amore, cupiditate, & personarū acceptione perque retrahunt à reorū debita correctione, & iustae prolatione sententiae. Dion. Carthus. ibid.]

7. Frangum.

* Melior expectatio inuictibilibus in inquisitione domini, quā carens dno auriga proprie virg.

† Prou. 12. b & 28. c. 21. q. c. Pau. per. † Exo. 23. a Deute. 16. d Infr. 41. c

A quibus peccatis sit imprimis cauendum, & quem fructum in fine pariant.

XXI.

a. Peccatum peccato adiecit qui male gesta etiam defendit, & noctem illam sollicitus non relinquit, qui culpa sua in tenebris etiam patrocinia defensionis adiungit. Grego. Moral. 4. cap. 23.

b. Si à peccato desistere hoc esse non habere peccatum, sufficeret ut hoc nos moneret scriptura: Fili peccasti, non adicias iterum: non autem sufficit, sed addidit: sed de pristinis deprecare, ut tibi dimittantur. Manet ergo nisi dimittantur. Sed quomodo manent si praterita sunt, nisi quia praterita acta, manent reatu. Aug. de nup. & concupiscen. lib. 1. cap. 26.

1. Superborum desolabitur.

2. Sapiens scit cum labitur ipse.

3. Ad tumultum sepulchri sui.

* In perditionem.

4. Fovea inferni.

5. Legem domini, dominatur cognitionis sue.

6. Sapientia assumptionis.]

7. Altitia quae multiplicat amaritudinem.

c. Hic non accipitur fatuus ex defectu naturalis usus rationis, & indolentia, sed morum & bonae vitae. Vnde Prou. 23. In auribus insipientium ne loquaris, quia desipient doctriam eloquij tui. Lyranus ibid.

* In vita sua.

[d. Hic desistatur temere praesumptionis vitium, & approbat oppositum bonum, ut opposita luxa se possit magis elucere.]

Ex primo in verbo cum dicitur: Narratio fatui, quia molestat audientes, sicut sarcina graditer. De Lys. 7.

e. Nō est ergo nostrum assidue ridere, resoluī cachinnis, molliori delictis: sed eorum positus, & earum quae spectantur in theatris, quae lupanaribus inquinantur, eorum qui ad hoc sunt facti parasitorum & adulatorum. Chrys. in cap. 2. Matth. hom. 6. 8. Ab eo.

9. Loquacitū quae non sunt sua. [f. Non quia maledictum dicitur diaboli, sed quia quem maledictum nouit, non esse imitari. Dum enim manu diabolum imitari quam Christum iure damnatur. Glof. ordina. ibid. 10. Vbi quis peregrinatus fuerit.]



lli[†] peccasti, ^a non adicias iterum, ^b sed de pristinis deprecare— vt tibi dimittantur.] Quasi à facie colubri fuge peccata, & si accesseris ad illa, suscipient te. Dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominum. Quasi romphaea bis acuta omnis iniquitas, plagae illius non est sanitas. Obiurgatio & iniuriarum annulabunt substantiam, & domus quae nimis locuples est, annullabitur superbia, sic substantia superbi eradicabitur.] Deprecatio pauperis ex ore vsque ad aures eius perueniet, & iudicium festinato adueniet illi. Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris: & qui timet deum, conuertetur ad cor suum. * Notus à longe potens lingua & audaci,] ² sensatus scit labi se ab illo.] Qui aedificat domum suam impendiis alienis, quasi qui colligit lapides suos in hyeme,] [†] Stupa collecta Synagoga peccantium, & consummatio illorum flamma ignis. * Via peccantium complanata lapidibus, & in finem illorum inferi, & tenebrae, & poenae.] Qui custodierit iustitiam continebit sensum eius,] consummatio timoris dei sapientia & sensus.] Non erudietur qui non est sapiens in bono. Est autē ⁷ insipientia quae abundat in malo:] & non est sensus ubi est amaritudo. * Scientia sapientis tanquam inundatio abundabit, & consilium illius sicut fons vitae permanet. ^{†c} Cor fatui quasi vas contractum, & omnem sapientiam non tenebit. * Verbum sapiens quodcumque audierit sciens laudabit, & ad se adiciet: audiuit luxuriosus & displicebit illi, & proiciet illud post dorsum suum. ^d Narratio fatui quasi sarcina in via: nam in labiis sensati inuenietur gratia. Os prudentis quaeritur in Ecclesia, & verba illius cogitabunt in cordibus suis. Tanquam domus exterminata, sic fatuo sapientia: & scientia insensati inenarrabilia verba. Compedes in pedibus, doctrina stulto: & quasi vincula manuum super manum dexteram. ^e Fatuus in risu exultat vocem suam, vir autē sapiens vix tacite ridebit. * Ornamentum aureum prudenti doctrina, & quasi brachiale in brachio dextro. Pes fatui facilis in domum— proximi:] & homo peritus confundetur à persona poteris.] Stultus à fenestra respiciet in domum, vir autem eruditus foris stabit. Stultitia hominis auscultare per ostium, & prudens grauabitur contumelia. Labia imprudentium stulta] narrabunt, verba autem prudentium statim ponderabuntur. In ore fatuorum cor illorum, & in corde sapientium os illorum. ^f Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam. Sufurro coinquinabit animam suam, & ¹⁰ in omnibus] odietur, — & qui permanserit, odiosus erit, tacitus & sensatus honorabitur.]

†Sup. 5. b

†Sup. 16. a

†Infr. 3. a

†Iuda. 1. 0

Vitium omissionis vitandum, correptio fatui inanis, & amicitia quanta sit dissolutio.

XXII.

1. Lapidem pallio comparatus est.

2. Stercori boum comparatus est. Hoc est Qui de terrenarum rerum percussione atteritur, quas iusti stercore reputant, de boum stercore lapidatur. Greg. Moral. 15. cap. 3.

3. In deminutione.

4. Hic haeres viti sui.

* Filij in bona vita escam habentes, propriorum parentum calabant ignobilitatem. Filij in contemptu & insipientia gloriantes, cognitionis suae maculant nobilitatem.

5. Quid est?

6. Intellectus. Dulcius.

7. Fatui enim super mortem vitia.

8. Ad insipientem ne accedat: non sentiens enim spernet tua omnia.



In lapide luteo lapidatur] piger, & omnes loquentur super illius aspersionem. ² De stercore boum lapidatus est] piger, & omnis qui tetigerit eum excutiet manus. Confusio patris est de filio indisciplinato, filia autem fatua in deminorationem] fiet. Filia prudens ⁴ haereditas viro suo,] nam quae confundit in contumelia fit genitoris. Et patrem & virum confundit audax, & ab impiis non minorabitur, ab vtrisque autem inhonorabitur. Musica in luctu importuna narratio, flagella & doctrina in omni tempore sapientia. * Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam. — Qui narrat verbum non audienti, quasi qui excitat dormientem de graui somno.] Cum dormiente loquitur, qui enarrat stulto sapientiam, & in fine— narrationis] dicit: ⁵ Quis est hic?] [†] Supra mortuum plora, defecit enim lux eius: & supra fatuum plora, defecit enim ⁶ sensu. Modicum] plora supra mortuum, quoniam requieuit. ⁷ Nequissimi enim nequissima vita, super mortem fatui.] Luctus mortui septem dies, fatui autem & impij omnes dies vitae illorum. [†] Cum stulto ne multum loquaris, & ⁸ cum insensato ne abieris.] Serua te ab illo vt non molestia habeas,

†Sup. 1. d. Infr. 1. a. 0

38. b

†Sup. 12. c

habeas, & non coinquinaberis in peccato illius. Deflecte ab illo & inuenies requiem, & non accidiaberis in stultitia illius. Super plumbum quid grauabitur? Et quod illi aliud nomen quam fatuus? Arenam & salem & massam ferri facilius est ferre quam hominem imprudentem, & fatuum, & impium. Sicut loramentum ligneum colligatum fundamento edificij non dissoluetur, sic & cor confirmatum in cogitatione consilij. Cogitatus sensati in omni tempore vel metu non deprauabitur. Sicut ornatus arenosus in pariete lymbido, & sicut palea in excelsis, & camenta sine impensa posita contra faciem venti non permanebunt, sic & cor timidum in cogitatione stulti contra impetum timoris non resistet. Sicut cor trepidum in cogitatione fatui omni tempore non metuet, sic & qui in preceptis dei permanet semper. Pungens oculum deducit lachrymas, & qui pungit cor profert sensum. Mittens lapides in volatilia deiicit illa, sic & qui conuitiatur amico dissoluit amicitiam. Ad amicum & si produxeris gladium, non desperes: est enim regressus ad amicum. Si aperuerit os triste, ne metuas: est enim concordatio excepto conuicio & improperio & superbia, & mysterij reuelatione & plaga dolosa. In his omnibus effugiet amicus. Fidem posside cum amico in paupertate illius, vt & in bonis illius læteris. In tempore tribulationis illius permane illi fidelis, vt & in hæreditate illius cohæres sis. Ante ignem camini vapor & fumus, ignis inaltatur: sic & ante sanguinem maledicta & contumelia & minæ. Amicum salutare non confundaris. A facie illius non abscondam: & si mala mihi euenerint per illum, sustinebo. Omnis qui audiet, cauebit se ab eo. Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, vt non cadam ab ipsis, & lingua mea perdat me?

†Prou.17.a

†Psal.140.a

9. Concussione.
10. Otiositate.
11. Plumbum.
12. Connexio lignea ligata in edificium.
13. Nec per consequens alia ratione quia sicut dicit Augu. Non est constantium rationi cum cupiditate frangi, qui metu non frangitur. Et quia cõtra rium est de stulto qui nullatenus stabilis est in bono. De Lyr. J
* Cor firmum in mente intellectus.
13. Sicut limpida paries propter lenitatem non recipit puluerem arenæ, sic cor fatui spernit scelerum recordatione nec penas time æternas. Glo. ord. J
14. Polio, fulmenaculo in alto. d. Docet sapientia vt amici inter se iurgantes verba conuitorum in alterutrum non profert, nec secreta diu velata per furorem in inimicum denudet: quia sicut lapidis icu volatus aus deiicitur, ita & conuitorum verba via amicitie dissoluetur. Rabanus ibidem.
14. Arcebit.
15. In amicum si strinxeris.
* Non despicienda est enim semper circumspectio, neque mirabilis diuisa mente non habet.
16. Conuicia.
16. Siquidem vitæ & immortalitatis medicamentum in amico esse ecclesiasticus sermo testatur. Et summum in charitate præsidium nemo dubitauerit: cū Apostolus dicat: omnia suffert, omnia credit, &c. Ambros. O. lib. 2. cap. 7.
17. Confundat.

A vitis lingua oratione reuocamur & à luxuria, blasphemia, & in peccatum perseverantia dei timore deterremur. XXIII.

Domine pater & dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu & consilio eorum, nec sinas me cadere in illa exprobratione. Quis superponit in cogitatu meo flagella, & in corde meo doctrinam sapientia, vt in ignorantibus eorum non parcant mihi, & non appareant delicta eorum, & ne adincrescant ignorantia meæ, & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundant: & incidam in conspectu aduersariorum meorum, & gaudeat inimicus meus? Domine pater & deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum. Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & omne desiderium auerte à me. Aufer à me ventris concupiscentias, & concubitus concupiscentia ne apprehendant me. Et animæ irreuerenti & infrunitæ ne tradas me. Doctrinam oris audite filij, & qui custodierit illam non periet labijs suis, nec scandalizabitur in operibus nequissimis. In vanitate sua apprehenditur peccator, & superbus & maledictus scandalizabitur in illis. Iurationi non assuescat os tuum, & multi enim casus in illa. Nominatio verò dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum ne admiscearis: quoniam non eris immunis ab eis. Sicut enim seruus interrogatus assidue à liuore non minuitur, sic omnis iurans & nominans in toto à peccato non purgabitur. Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga. Et si frustra uerit fratrem, delictum illius supra ipsum erit: & si dissimulauerit, delinquet dupliciter: & si in vacuum iurauerit, non iustificabitur. Repletur enim retributione domus illius. Est & alia loquela contraria morti, non inueniatur in hæreditate Iacob. Etenim à misericordibus omnia hæc auferentur, & in delictis non volutabunt. Indisciplinosa loquela non assuescat os tuum, est enim in illa verbum peccati. Memento patris & matris tuæ, in medio enim magnatorum consistis, ne forte obliuiscatur te deus in conspectu illorum, & assiduitate tua infatuatus improperium patiaris, & maluisses non nasci, & diem natiuitatis tuæ maledicas. Homo assuetus in verbis improperij, in omnibus diebus suis non erudietur.

†Infr. 27 b De iureiu. c Et si Christ.

†1. Reg. 17. b c

a. Sicut hæc genus peccata in alio detestatus est, sic orat deum vt ipsemet ab illis reddatur immunus, quatenus suo exemplo carerit hoc à domino sua oratione impetrat. Lyranus ibid.
1. Meis non parcas tui domine, at iniurias eorum qui in professione peccatorum sunt, ne protereres, vt nō multiplicetur.
* In constitutionem.
* A quibus longe est spes misericordie tue.
* Et gigantem animam amoue semper à seruis tuis.
2. Spes inanes & concupiscentias auerte à me, & tenebis volentes tibi seruire semper.
13. Quærit attentionem ad sententia præceptione en quibus deierandi consuetudinem pestilentissimam prohibere dicens, iurationi non assuescat os tuum. Vere execrabile malū. Nihil aliud deierandi faciunt homines, quàm quod patris celestem eiatuit Loricibus.
* Veri.
3. Maledictus, vel conuitiator.
4. Nominations sancti non assuescat.
13. Nam ex hoc incurrit peritium per iuramentum falsum quod est contra veritatem, & iuramentum iniqui, quod est contra iusticiam. Et quibus diuina vindicta saltem in futuro, & etiam aliquando in presenti grauior puniuntur pro notorio homines peritio, De Lyr. J
5. Deliquerit.
6. Calamitate.
13. Scilicet: Blasphemia, quæ supradictis peior est. Vnde oportet vt non inueniatur in hæreditate Iacob, in populo ecclesie, qui supplantat vitia, & in virtutibus seruit Deo. Glo. or. J
7. Sermo velitus morte.
8. Indisciplinata iuramenti in temperantia.
13. Imprimis dei patris tui, patris quoque carnalis, & spiritus ac totius ecclesie, vt vnicuique horum exhibeat quod ei iuris. Dionis. Carthuf. J
9. Marcescas.

Qij

10. Multiplicant peccata.

11. Deglutitur homo fornicarius in corpore.

12. Quiescet donec perficiat.

e. Hæc utique vsu exemplique cognoscimus. Nemo enim potest esse experte tentationis. Sed cum inimicus impulerit aliquem ad erroris ascensum, si viderit eum iam non amore virtutis à culpa, sed pænæ contemplatione reuocari, inserit varias disceptiones: vt dicat sibi: Quis me videt? tenebræ circundant me, & parietes, quem videris? Amb. in Psal. 119. Sermo. 8. f. Nam est agis per intellectus, & se præcogitans: sic & post creationem rerum respicit omnium. Ex quo enim præcognouit antequam essent in effectum, sequitur & quod postea. De Lyra. ibidem.]

*Peccauit.

13. Acquirens hereditatem ex alio.

14. In virum suum deliquit.

g. Peccatum matris adulteræ sequitur filios suos & filias, nepotes & nepes, quo ad hereditatis successorem, & infamiam diuturnam, quoniam pactum dei violauit. Dion. ibid.

h. Quia in aeterna beatitudine in æternum permancbunt qui sequuntur Deum. Glo. ordi.]

Duo genera^o abundant in peccatis,] & tertium adducit iram & perditionem.] Anima calida quasi ignis ardens non exstinguetur, donec^o aliquid glutiat: & homo nequã in ore] carnis suæ, non desinet donec incendat ignem. Homini fornicario omnis panis dulcis, non^o fatigabitur transgrediens vsque ad finem.]^o Omnis homo qui transgreditur lectulum suum & contemnens] in animam suam, & dicens: quis me videt? tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me, quem vereor? delictorum meorum non memorabitur altissimus, & non intellexit quoniam omnia videt oculus illius. Quoniam expellit à se timorem dei huiusmodi hominis timor,] & oculi hominum timentes illum, & non cognouit, quoniam oculi domini multo plus lucidiores super solem sunt, circumspecientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda:] intuentes in absconditas partes. ^o f. Domino enim deo antequam crearentur omnia sunt agnita, sic & post perfectum respicit omnia. Hic & in plateis ciuitatis vindicabitur, & quasi pullus equinus fugabitur,] & vbi non sperauit, apprehendetur. & Et erit dedecus omnibus, eò quòd non intellexerit timorem domini.] Sic & mulier omnis relinquens virum suum, * & ^o statuens hereditatem ex alieno matrimonio.] Primò enim in lege altissimi incredibilis fuit, & secùdò^o virum suum dereliquit,] tertio in adulterio fornicata est, & ex alio viro filios statuit sibi. Hæc in ecclesiam adducetur, & in filios eius respicietur. ^o Non tradent filij eius radices, & rami eius non dabunt fructum. Et derelinquent in maledictum memoriam illius, & dedecus illius non delebitur. Et agnoscent qui derelicti sunt, quoniam nihil melius est quàm timor dei, & nihil dulcius est quàm respicere in mandatis domini. Gloria magna est sequi dominum. ^o Longitudo enim dierum assumetur ab eo.

Hæ. 20. e

Diuina sapientia cuncta ordine creando requiem inuenit, in qua certis legibus cuncta regit & disponit.

XXIII.

a. Sapientia hæc non est alia nisi de qua dixit Apostolus: Christum dico dei virtutem & dei sapientiam: ipse laudauit animam suam, quia omnibus ostendit laudabilem vitam suam, & in deo laudabitur. Rabanus.



Sapientia laudabit animam suam: & in domino honorabitur.] Et in medio populi sui gloriabitur, & in Ecclesijs altissimi aperiet os suum. Et in conspectu virtutis illius gloriabitur, & in medio populi sui exaltabitur. Et in plenitudine sancta admirabitur, & in multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur dicens. ^o Ego ex ore altissimi prodiui, & primogenita ante omnem creaturam. Ego feci in cœlis vt oriretur lumen indeficiens,] & sicut nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habitauit: & thronus meus in columna nubis. ^o Gyrum cœli circuiui sola, & profundum abyssi penetraui, & in fluctibus maris ambulauit, & in omni terra steti. Et in omni populo & in omni gente primatum habui, & omnium excellentium & humilium corda virtute calcaui.] Et in his] omnibus requiem quæsiui. Et in hereditate^o domini] morabor. Tunc præcepit & dixit mihi creator omnium, & qui creauit me^o requieuit in tabernaculo meo,] & dixit mihi: In Iacob inhabita, & in^o Israel] hereditare, & in electis meis mitte radices.]^o Ab initio & ante secula creata sum, & vsque ad futurum ^o seculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter^o requieui.] & in Ierusalem potestas mea. ^o Et radicaui in populo honorificato, & in partes dei mei hereditas illius: & in plenitudine sanctorum detentio mea.] Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in^o monte Sion.] Quasi palma exaltata sum^o in Cades,] & quasi plantatio rosæ in Iericho. Quasi oliua speciosa^o in campis,] & quasi platanus exaltata sum^o iuxta aquam in platéis.] Sicut cinnamomum & ^o balsamum aromatizans odore dedi,] & quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris, & quasi storax &] galbanus & ^o vngula & gutta, & quasi Libanus non incisus vaporauit habitationem meam, & quasi balsamum non mixtū odor meus.] Ego quasi terebinthus extēdi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ. ^o Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchræ dilectionis & timoris, & agnitionis,

b. Nec videatur cœpisse ex tempore, qui ex patre nascendo prodiit, vt dixit ipse qui natus est. Ex ore altissimi prodiit. Sed si natum non agnosces, si non credunt scripturis, vel operibus credant. Amb. de fide, lib. 1. c. 7.

c. Neque enim quia ipse filius alibi loquens voce sapientie, ipse est enim dei sapientia, ait: Gyrum cœli circuiui sola, se parauit se à patre, quanto magis ergo non est necesse vt tantummodo de patre præter filij intelligatur quod dicitur, i. Timoth. 6. Qui solus habet immortalitatem: cum ita dictum sit vt fetus manatum sine macula. Aug. de trini. lib. 1. cap. 6.

1. Cum his.

2. Alienus.

3. Qui se fecit tabernaculum meum.

4. Ierusalem.

5. Me quiescere fecit.

6. Id est, in populo Israel, qui fuit honorificatus à deo præ cæteris populis eo quod disposuerat ab æterno ex illo carnem assumere. De Lyra.]

7. In Gaddi.

8. In campo pulchro.

9. Ab aqua.

10. Sicut massa aromatum.

11. Onyx & stacte, & quasi thuris vapor in tabernaculo.

e. Quid per hanc vitam nisi ipse exprimitur qui in euangelio di scipulis suis ait: Ego sum vitis vera, & vos palmites: cuius vitis liquor lætificat cor hominum, quando bibendo sanguinem eius gaudentes laudant redemptionis suæ venerabile sacramentum. Kalanus ibidem.

De fac. vn. 3. c. vnico.

agnitionis, & sanctæ spei. In me gratia omnis viæ & veritatis: in me omnis spes vitæ & virtutis. ¹² Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini. ¹³ Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum, memoria mea in generationes seculorū. [†] Qui edunt me adhuc ¹⁴ esurient, & qui bibunt me adhuc sitient. Qui ¹⁵ audit me non confundetur, & qui operantur in me non peccabunt, & qui elucidant me vitam æternam habebunt. Hæc omnia liber¹⁶ vitæ, & testamentum altissimi] & agnitio veritatis. Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarum, & hæreditatem domui Iacob & Israel promissiones. Posuit David puero suo excitare Regem ex ipso fortissimum, & in throno honoris sedentem in sempiternū. [†] Qui implet quasi Phison ¹⁶ sapientiam, & sicut Tigris in diebus nouorū. [†] Qui adimplet quasi Euphrates ¹⁷ sensum, qui multiplicat] quasi Iordanis in tempore mellis. [†] Qui mittit disciplinam * sicut lucem, & assistens quasi Gion in die vindemiæ. ¹⁸ Qui perficit primus scire ipsam, & infirmior] non inuestigabit eam. Amari enim abundabit cogitatio eius, & consilium illius in abyssu magna. Ego sapientia ¹⁹ effudi flumina, ego quasi trames aquæ immensæ de fluuio. Ego quasi fluuius Dorix, & sicut aquæ ductus exiui à paradiso. Dixi, rigabo hortum plantationum, & inebriabo partus mei fructum. Et ecce ²⁰ factus est mihi trames abundans, & fluuius meus appropinquaret ad mare. Quoniam doctrinam quasi antelucanum illumino omnibus, & enarrabo illam vsque ad longinquum. Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in domino. Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam, & relinquam illam ²¹ quærentibus sapientiam, & non desinam in progenies illorum vsque in æuum sanctum. [†] Videte quoniam non soli mihi laboraui, sed omnibus exquirentibus ²² veritatem.]

Diuina sapientia tria placent, sed tria displicent: nouem verò insuspiciabilia, decimum vero amplius: mulieris autem nequitia omnia superat.

X X V.

A N tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata] corâ deo & hominibus. Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier bene sibi consentientes. Tres species odiuit anima mea, & ² aggrauor valde animam illorum. Pauperem superbum, & diuitem mendacem, & senem ³ fatuum & insensatum. Quæ] in iuuentute tua non congregasti, quomodo in senectute tua inuenies ea? Quam speciosum canicie iudicium: & bresbyteris cognoscere consilium. Quam speciosa veteranis sapientia, & gloriosus intellectus & consilium. Corona senum in multa peritia, & gloria illorum timor dei. ⁴ Nouem insuspiciabilia cordis magnificauit, & decimum dicam in lingua hominibus. Homo qui iucundatur in filiis viuens & videns subuersionem inimicorum suorum. ⁵ Beatus qui habitat cum muliere sensata, & qui lingua sua non est lapsus, & qui non seruiuit indignis se. Beatus qui inuenit ⁶ amicū verum, & qui enarrat iustitiam auri audienti. Quam magnus qui inuenit sapientiā, & scientiam,] sed non est super timentē deum. ⁷ Timor dei super omnia se superposuit. ⁸ Beatus homo cui donatū est habere timorem dei. Qui tenet illum, cui assimilabitur. Timor dei initium dilectionis eius, fidei autem initium agglutinandum est ei. Omnis plaga tristitia cordis est, & omnis malitia nequitia mulieris. ⁹ Et omnem plagam & non plagam videbit cordis, & omnē nequitiam & non nequitiam mulieris, & omnem obductum & non obductum odientium, & omnem vindictam & non vindictam inimicorum. ¹⁰ Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris. ¹¹ Comorari leoni & draconi placebit,] quam habitare cum muliere nequam. ¹² Nequitia mulieris immutat faciem eius, & obæcabit vultum suum tanquam vrsus, & quasi faccū ostendit] in medio proximorū. In gemuit vir eius, & ¹³ audiens suspirauit modicum. Breuis omnis malitia ¹⁴ super] malitiam mulieris, fors peccatorum cadat super illam. Sicut ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier linguata homini ¹⁵ quieto. Ne respicias] in mulieris speciem, & non concupiscas mulierem ¹⁶ in specie. Mulieris ira, irreuerentia & confusio magna.

Qij

ff. Per ipsum habentis presentem vitam quia in ipso viuimus, mouemur & fumus. Per ipsum habemus in futuro veram & perpetuam vitam. Per ipsum speramus immortalitatem nobis confecti, atque coronam gloriæ supernam. Rabanus ibid.]

12. Accedit.

13. Memoria æterni mea.

14. Manducant & bibunt, quia inueniunt, & qui esuriunt & sitiunt. Adhuc querit, fides querit intellectus inuenit. Propter quod ait propheta. Nisi crederitis, non intelligetis. Aug. de trinit. lib. 15. cap. 2.

15. Non propter famis inediā, sed propter desiderij abfentiam.

16. Landulphus.

17. Obedit mihi.

18. Testamenti dei altissimi.

19. Lex quæ mandauit nobis Moyses hæreditatem in congregationibus Iacob. Ne deficiatis vires habere in dño, vt vos ipse confortet. Coniungimini ad illum, dominus omnipotens deus solus est, & non est amplius præter eum saluator.

20. Omnia sapientia sua.

21. Intellectum, &

* Cognitionis.

22. Non perfecit primus scire illam, & sic vitium.

23. Sicut fossa à flumine, & quasi aquæ ductus egressus sum in paradisu.

24. Facta est mihi fossa in fluuium, & fluuius meus factus est in mare.

25. Ponitur doctrina Christi claritas ad defunctos. Nam anima Christi à corpore separata, diuinitati tamen coniuncta descendit ad interos, & illuminauit patres illic detentos. De Lyra. ibidem.]

26. In generationes seculorū.

27. Illūm.

a. Concordia ergo fructum voluntas dei est, iucunditas Christi, perfectio sanctitatis, iustitia regulæ, materia doctrinæ, mori custodia, atque in rebus omnibus inuolubilis disciplina. Aug. Sermon. 169. de tempore.

b. Pulchra facta sum, & surrexi pulchra coram domino.

c. Ergo sapientia quæ cuncta odit vitæ, res species hominum dicit sibi esse odibiles, & aggrauatam se afferit animis peruersorum, eo quod contraria sibi sentiant, &c. Rabanus ibid.

d. Grauis valde fui vitæ.

e. Adultereum diminutum intellectu.

f. Nam per hoc delectabiliter & sancte uiuit in domo propria. Et qui lingua sua non est lapsus. Nam hoc est valde perfectum Iacobi. 3. Qui non offendit in verbo, hic perfectus est vir. De Lyra.]

g. Prudentiam, & qui enarrat in auris audientium.

h. Dilectio dei super omnia supergressa est in claritatem.

i. Quid enim tam beatificum quam hic timor qui genitor et eruditiorque sapienter? In cuius vitæ deuotione deuota est & voluntas, quæ autore gratiæ eodem proficit, timore quo capis. Ambrosius de uoca. gen. lib. 2. ca. 9.

k. Nequitia hæreticorum comparata serpentibus, & feris animalibus terræ crudelis inuenitur: quia illa ledit corpus, hæc animam. Ideo eius cohabitatio omnibus noxia est. Glo. or. ibi.]

l. Inimici

m. Magis approbo.

n. Nam pro inimicitia præterdit amicitiam, & unde procedat hoc subditur. Et obæcabit vultum suum &c. De Lyra. ibid.]

o. Inuente suspirabit propter illam.

p. Ad.

q. Taciturno. Ne incedas.

r. Ad delicias ira & inuerecundia & confusio magna, mulier si impetret.

† Ioh. 4. b

† Gen. 2. b

† Ios. 3. a

† Inf. 33. a

† Sup. 14. a

† Prou. 21. c

Sup. 8. b

Mulier si primatum habeat, contraria est viro suo. Cor humile, & facies tristis & plaga¹² mortis, mulier nequam. Manus debiles & genua dissoluta, mulier quæ non¹³ beatificat virum suum. [†]A muliere initium factum est peccati, & [†]per illam omnes morimur. Nō des aquæ¹⁴ tuæ exitum, nec modicum, nec mulieri nequam¹⁵ veniam prodeundi. Si non ambulauerit ad manum tuam: confundet te in conspectu inimicorum. A carnibus tuis abscinde illam,¹⁶ ne semper te abutatur.]

Mulier bona donum optimum, mala vero intolerabile incommodum, & tanquam pestis timenda est conuersatio eius.

X XVI.

Mulieris bonæ beatus vir, numerus enim annorum illorum duplex. Mulier fortis oblectat virum suum, & annos vitæ illius in pace implebit. Pars bona mulier bona, in parte bona timentium deum dabitur & viro profectis bonis. Diuitis autem & pauperis cor bonum^{*}, in omni tempore vultus illorum hilaris. ^bA tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit. Delaturam ciuitatis, & collectionem populi, & [†]calumniam mendacem, super mortem omnia graua. Dolor cordis & luctus, mulier zelotypa. [†]In muliere zelotypa flagellum linguæ omnibus communicans. Sicut bouum iugum quod mouetur, ita & mulier nequam: qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem. Mulier ebriosa ira magna, & [†]contumelia & turpitudine illius non tegetur. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnosceretur. [†]In filia non aduertente se firma custodia, ne[†] inuenta occasione abutatur se. [†]Ab omni irreuerentia oculorum eius caue, & ne mireris si te neglexerit. [†]Sicut viator sitiens ad fontem os aperiet, & ab omni aqua proxima bibet, & contra omnem palum sedebit, & contra omnem sagittam aperiet pharetram, & donec deficiat. Gratia mulieris & sedula delectabit virum suum, & ossa illius impinguabit. Disciplina illius datum dei est. Mulier sensata & tacita, non est immutatio eruditæ animæ. [†]Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata. Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ. Sicut sol oriens mundo in altissimis diei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius. Lucerna splendens super candelabrum sanctum, & species faciei super ætatem stabilem. [†]Columbæ aureæ super bases argenteas, & pedes[†] firmi super plantas stabilis mulieris. [†]Fundamenta æterna supra petram solidam, & mandata dei in corde mulieris sanctæ. In duobus contristatum est cor meum, & in tertio iracundia mihi aduenit. Vir bellator deficiens per inopiam, & vir sensatus contemptus, & qui transgreditur à iustitia ad peccatum, deus parauit eum ad romphæam. [†]Duæ species difficiles & periculose mihi apparuerunt. Difficile exiuit[†] negotians à negligentia sua, & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum.]

Quantum sit cauenda auaritia, & quis finis & fructus eius, & quam nociuus.

X XVII.

Propter inopiam multi deliquerunt, & qui querit locupletari, auertit oculum suum. Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, sic & inter medium venditionis & emptionis angustabitur[†] peccatis. [†]Contretur cum delinquente delictum. Si non in timore domini teneris te instanter, cito subuertetur domus tua. Sicut in percussura cribri[†] remanebit puluis, sic aporia hominis in cogitatu illius. [†]Vasa figuli probat fornax, & [†]homines iustos tentatio tribulationis. [†]Sicut rusticatio deligno ostendit fructum illius, sic verbum ex cogitatu cordis hominis. Ante sermonem non collaudes virum, [†]hæc enim tentatio est hominum. Si sequaris iustitiam, apprehendes illam, & indues quasi podorem honoris, & inhabitabis cum ea, & proteget te in sempiternum, & in die agnitionis inuenies firmamentum. [†]Volatilia ad sibi similia conueniunt, & veritas ad eos qui operantur illa reuertetur. Leo venationi insidiatur semper, sic peccata operantibus iniquitatē. Homo sensatus in sapientia manet, sicut sol, nam stultus sicut luna

12. Cordis.
13. Consolabitur virum suum in gemitu.

14. Transiit.
15. Libertatem exitus.

16. Da & absolue.

a. Nihil enim potentius muliere bona ad instituendum & informandum virum quodcumque voluerit. Multos enim possem afferre viros asperos & immites per viros mites redditos & mansuetos. Chryso. homi. 6. super Ioan.

* Erga dominum.
[b. His similitudinibus vocat eos qui ab unitate veræ religionis separati sunt. I. Iudeos, paganos, hereticos, & falsos Christianos. Glossa ordinaria.]

f. Falsum testimonium super mortem, omnia praua.
2. Contra mulierem, &
3. Dominatur illius.

4. Mente aliena, & turpitudine suam non celabit.
5. Super filiam inuertibilem.

6. Inueniens solutionem.
c. Cum omnibus vitis resistendum esse prædixerat Apostolus, contra libidinem non dixit resistite, sed alit: Fugite fornicationem. Ac si diceret: Reliquis vitis deo adiuuante debemus in presenti resistere, libidinem vero fugiendo superare. Augu. de honestate mulierum cap. i.

[d. Super gratiam ergo legis & synagoge sub ea constituta gratia est euangelij & decor ecclesie sanctæ, quæ fidem saluatoris sui castè & inuolantè custodit, & sapientiam diuinam inhiante discit. Rabanus ibi.]

7. Formosus super pauimenta stabilia.

e. Duæ species hominum difficile salutem assequuntur, negotiator & caupo. Primus enim vix eura suam salutem: secundus vix temperat à mendacio. Lyra ibid.

8. Negotiator à deceptione.
1. Peccatum.
2. Remanent stercorea.
a. Hoc inter nos & ceteros interfecerit qui deum nesciuit: quod illi in diuersis queritur, & mutantur: nos aduersa non auocant à fidei & virtutis veritate. Cypria. de morte, Serm. 4.
3. Tentatio hominis in cogitatione illius.
b. Fecit verba sua tentatur & probatur qualis sit ipse qui loquitur: quia ex abundantia cordis os loquitur: vel hæc tentatio est leuitatis signum. Dion. ibid.

c. Mutari enim sicut luna, dum stultus & insipiens ad motum eius qui Christianus fueras, incipit esse sacrilegus. Sacriligi enim creatori committitur, dii imbecillitas ascribitur creature. Mutari ergo sicut luna, ut qui paulo ante fidei deuotione fulgebatur, postea perfidie infirmitate deficiat. Mutari sicut luna, dum cerebrum tuum ita existimatur sapientia, sicut luna obfcuritas: vero tenebris renebris mentis inuadunt: at que vitiam, & stultitiam sicut luna, muterit. Illa enim cito ad plenitudinem suam redit, tu ad sapientiam nec sero conuertetur. Illa velociter colligit quod amiserat lumen, tu hæc tardè fidem accipis, quam negasti. Ambrosius Sermo. 82.

† Gene. 3. a
† 2. Reg. 14. e

† Infr. 42. b

† De per. dl.
2. c. Si enim
† Sup. 13. b

luna mutatur. ^d In medio infensatorum serua verbum tempori. In medio autem cogitantium absidius esto. ^f Narratio peccantium odiosa, & risus illorum in ⁴ delectis peccati. [†] ^c Loquela multum iurans horripilationem capiti statuet, & ⁵ irreuerentia ipsi obturatio aurium. Effusio sanguinis in rixa superbiorum, & maledictio illorum auditus grauis. ^f Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inueniet amicum ad animum suum. Dilige proximum, & coniungere fide cum illo. ⁶ Quod si denudaueris absconsa illius, non persequeris post eum. ⁸ Sicut enim homo qui perdit ⁷ amicum suum, sic & qui perdit amicitiam proximi sui. Et sicut qui dimittit auem de manu sua, sic qui reliquisti proximum tuum, & non eum capies. Non illum sequaris, quoniam longè abest. Effugit enim quasi caprea de laqueo, quoniam ⁸ vulnerata est anima eius. Vltra eum non poteris colligare, & maledicti est concordatio. [†] Denudare autem amici mysteria, ⁹ desperatio est animæ infœlicis. [†] [†] Annuens oculo fabricat iniqua, & ¹⁰ nemo eum abiiciet. [†] In conspectu oculorum tuorum conculcabit os suum, & super sermones tuos ammirabitur. Nouissime autem peruertet os suum, ^h & in verbis tuis dabit scandalum. [†] [†] Multa ¹¹ audiui] & non coæquauit ei, & dominus odiet illum. ⁱ Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet, & plaga dolosa dolosi diuidet vulnera. [†] Et qui foueam fodit incidet in eam, & qui statuit lapidem proximo offendet in eo: [†] & qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Facienti nequissimum consilium, super ipsum deuoluetur, & non agnoscat unde adueniat illi. Illusio & improprium superbiorum, vindicta sicut leo insidiabitur illi. Laqueo peribunt, qui oblectantur casu iustorum: Dolor autem [†] consumeret illos antequam moriantur. Ira & furor vtraque execrabilia sunt, & vir peccator continens erit illorum.

† Prou. 21. b
† Sup. 23. d

† Prou. 10. b

† Prou. 26. d
Eccle. 10. d
Psal. 7. d

[d. Temperantiam & cautelan loquendi docet: quia inconfiderata locutio spe infirmis nocet. Tutius est ergo audire quã loqui. Glosa ordina.]
4. Cibo.
5. Incutit enim horrorem audientibus & per consequens facit horripilationem. De Lira. ibid.
6. Rixa.
7. Quid enim infœlicis illo qui perdit fidem, & desperatione languescit? Vnde denudate amici arcana desperatio est animæ infœlicis. August. de amic. cap. 11.
8. Quasi.
9. Qui offendit amicum per reuelationem secreti, vix aut nequam familiarem amicitiam illius recuperabit pristina. Dionis. ibid.
10. Inimicum.
11. Vulnerabile est alligare, & conuicti est conciliatio.
12. Est perdere fidem.
13. Qui cognouit eum recedat ab eo.
14. Dabit scandalum, vituperatio ea tanquam stultia & mala, que prius videbantur reputare adua & bona. De Lira ibid.]
15. Odiui.
16. In altum mittit lapidem, qui blasphemando diuine maiestati calumniam facit, & contra suum authorem blasphemia verba loquitur, illamque que laudare digne nemo sufficit, ad iri iniuriola loquacitate prouocauerit: sed super eum duritia eius vindicta veniet, & mentem eius perpetuo dolore excruciat. Rabanus ibidem.

Vindicta à nullo expetenda est, nec maledica lingua ferenda. X XVIII.

Vi vindicari vult, à domino inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. [†] [†] Relinque proximo tuo nocente te, [†] & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. [†] Homo homini referuat iram, & à deo quarrit medelam: In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Ipse dum caro sit, referuat iram, & propitiationem petit à deo: [†] [†] Quis exorabit pro delictis illius? Memento nouissimorum, & desine inimicari. [†] Tabitudo enim & mors imminet in mandatis eius. Memorare timorem domini, [†] & non irascaris proximo. Memorare testamentum altissimi, & despice ignorantiam proximi. ^b Abstine te à lite, & minues peccata. [†] Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator conturbabit amicos, & in medio pacem habentium immittit inimicitiam. [†] Secundum [†] enim ligna syluæ, sic ignis] exardescit, & secundum virtutem hominis, sic iracundia illius erit, & secundum substantiam suam exaltabit iram suam. Certamen festinatum incendit ignem, & lis festinans effundit sanguinem, & lingua testificans adducit mortem. [†] Si sufflaueris] quasi ignis exardebit. [†] & si expueris super illam, extinguetur. Vtraque ex ore proficiuntur. [†] Sufurro & bilinguis maledictus: [†] multos enim turbauit] pacem habentes. [†] Lingua [†] tertia] multos commouit, & disperfit illos de gente in gentem. [†] Ciuitates [†] muratas diuinu] destruxit, & domus magnatorum effodit. [†] Virtutes populorū concidit, & gētes fortes dissoluit. [†] Lingua [†] tertia] mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus suis. [†] Qui [†] respicit illam] non habebit requiem, nec [†] habebit amicum in quo requiescat. [†] Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet ossa. Multi ceciderūt in ore gladij, sed non sic] quasi] qui interierunt per linguam] suam. [†] [†] Beatus est qui [†] tectus est à lingua nequam, [†] qui in iracundia illius non transiuit, & qui non attraxit iugum illius, & in vinculis eius non est ligatus. Iugum enim illius iugum ferreum est, & vinculum illius vinculum æreum est. [†] Mors illius mors nequissima, & vtilis potius inferus quàm illa. [†] [†] Perseuerantia illius non permanebit, sed obtinebit vias iniustorum.]

† Deut. 32. e
Rom. 12. d
† Matt. 6. b
Mat. 11. c

† Prou. 26. e

1. Dimitte iniuriam proximo.
a. Benigni & iusti iudicis est suas iniurias contemnero, & aliorum iniurias vindicare. Qui autē suas vindicat, quauis iustus vindicet nunquam iam est iustus iudex esse putatur. Chryso. in 23. cap. Matt. homil. 46.
2. Propitiabit peccata.
3. Et non minetis proximo interitum & mortem, & acquiesce preceptis.
b. Quantum malum sit litis, & quantum inhonestum sit homini Christiano contentionibus ac rixæ deseruire, Paulus ostendit, dicens: Non sit inter vos zelus & contentio. Et item: Vide, inquit, ne inuicem mordentes ab inuicem consumamini. Rabanus ibid.
4. Materiam ignis sic.
5. In scintillam accendetur.
6. Sufurronem & bilinguem maledicte.
7. Perdiderunt.
8. Heretica doctrina, que nec veteri nec nouo testamento concordat, & auditorum corda conturbat, de gente in gentem pergens seditionem excitat. Glosa ordinaria.]
9. Duplex.
10. Duplex.
11. Attendite illi.
12. Habitabit cum silentio.
c. Hoc est, qui vitia linguæ non inedit: quod nec sua lingua nequam est, nec aliarum linguarum prauitate deiectus est: sed per dei gratiam & discretionem hac mala euasit. Dionis. ibid.
13. Protectus est à facie eius.
14. Non dñabitur piorum, &

In flamma sua non comburet iustos, qui derelinquunt deum incident in illam. Et exardebit in illis & non extinguetur, & immittetur in illos quasi leo, & quasi pardus lædet illos. ^{†15} Sepi aures tuas [spinis, & linguam nequam noli audire,] ^{†16} & ori tuo facito ostia, & seras [auribus tuis.] Aurum tuum & argentum tuum conflagra, & verbis tuis facito statetam, & ^{†17} frænos ori tuo rectos,] & attende ne forte labaris in ^{†18} lingua,] & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem.]

†Psal. 149.

15. Ecce circumualla possessio est tua.
 d. Vitam & linguam obsepas, ne loquaris quæ seculi sunt, ne audias quæ seculi sunt. Sed quod peius est, circumdata est lingua tua spinis, quæ pungit & vulnerant loquentem quæ mundi sunt. Ambr. in Psal. 118. Ser. 22.
 e. Iuxta illud Psal. Pone domine custodiam ori meo, & ostium circumstantis labiis meis.
 16. Ori tuo fac portam & statetam.
 17. Illis.

Misericordiae operibus vacans gratis proximo sceneretur, pauperem elemosyna inuict, ac fideiussorem reddat indemnem. X X I X.

a. Quare non dixit: Qui miseratur pauperis dat deo, sed sceneratur? Scriptura nostram auaritiam intuetur. Attende diligenter ad auaritiam. Nostit insatiabilem cupiditatem nostram respicere & addita mentum querere. Quare simpliciter non dixit: Qui miseratur pauperis dat deo, quo non simplex datus, mercedemque simplicem pure, sed qui miseratur pauperis, sceneratur deo. Chryso. de paeni. ho. 5.
 b. Non accipiunt quod eis accommodatur, ac si eis gratis præstetur, non existentes solliciti ut persoluant, sed velut rem inuentitiam repuant: illud. Dion. ibid.
 1. Laborem.
 2. Pecuniis proximi.
 3. Multi igitur causa malitiae auerterunt hominem.
 c. Illos notat qui neminem ledere uolunt, sed præ timore periculi rerum prodesse uolunt. Contra quos dicitur. Mat. 6. c. Nolite thesaurizare uobis thesauros. Ordinatia. ibid. 7.
 4. Adiuua.
 d. Si enim pecunia perdedenda est propter amicum, iusto magis amici utilitatis uel necessitatis cõserenda. Si igitur des amico ut non tyroperes, non mercedem expectas, non fronte obducas non uultu auertas, nõ deponas oculos: sed serena facie, hilari uultu, sermone iucundo intercite uerba petentis, occure beneuolentia, ut non rogatus uidearis pattare quod peritur. Aug. de amicitia. cap. 25.
 5. Secundum præcepta.
 6. In corde.
 7. Verendum.
 8. Bonam fideiussorem euerter peccator.
 9. In cogitatione derelinquit.
 10. Fideiussio multos perdidit diuites.
 e. Repromissio qua proximus promittebat falaciter liberare fideiussorem ideo multos perdidit diligentes id est destruxit bona amicorum fidelubentiu. De Lyra.]
 f. Multa conatur agere qui uanitatem rectæ fides & sinceritatem legis dei nõ curat custodire: sed erroribus variis & sceleribus diuersis mauult se implicare. Iste incidet in iudicium reproborum, hoc est damnationem perpetuam, quando ei in extremo iudicio dicitur cum his qui ad sinistram iudicis stabunt: Ite maledicti in ignem æternum. Raba. ibid.
 11. Persequitur mercedes.
 12. Domus tuæ.
 13. Peregrinus eris non aperies.
 14. Hospitaberis & potum dabis ingratis, & super hæc amara audier.
 15. Me.
 16. Opus est domo.



Vi facit misericordiam, sceneratur proximo suo, & qui præualet manu a mandata seruat. Scenerare proximo tuo in tempore necessitatis illius, & iterum redde proximo in tempore suo. Confirma uerbum & fideliter age cum illo, & in omni tempore inuenies quod tibi necessarium est. ^b Multi quasi inuentionem aestimauerunt scenus: & præstiterunt molestiam] his qui se adiuuerunt. Donec accipiant osculantur manus dantis, & in ² promissionibus] humiliant uocem suam: Et in tempore redditionis postulabit tempus, & loquetur uerba tædij & murmurationum,] & tempus cauabitur. ³ Si autem potuerit reddere aduersabitur, solidi] uix reddet dimidium, & computabit illud quasi inuentionem. Sin autem fraudabit illum pecunia sua & possidebit illum inimicum gratis, & conuitia & maledicta reddet illi, & pro honore & beneficio] reddet illi contumeliam. ³ Multi non causa nequitiae non scenerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt: Veruntamen super humilem animo fortior esto, & pro elemosyna non trahas illum. Propter mandata ⁴ assume] pauperem, & propter inopiam eius ne dimittas eum vacuum. ^d Perde pecuniam propter fratrem & amicum tuum, & non abscondas illam sub lapide in perditionem. Pone thesaurum tuum] in præceptis] altissimi, & proderit tibi magis quam aurum. [†] Conclude elemosynam] in sinu] pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. [†] Eleemosyna uiri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam cõseruabit: & postea resurget & retribuet illis retributionem unicuique in caput ipsorum. Super scutum potentis, & super lanceam aduersus inimicum tuum pugabit. Vir bonus fidem facit proximo suo, & qui perdidit ⁷ confusionem] derelinquet sibi. Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris, dedit enim pro te animam suam. ^{*} Repromissorem fugit peccator, & ⁸ immundus.] — Bona repromissoris sibi ascribit peccator,] & ⁹ ingratus sensu derelinquit] liberantem se. — Vir repromittit de proximo suo, & cum perdidit reuerentiam, derelinquetur ab eo.] ¹⁰ Repromissio nequissima multos perdidit diligentes,] & commouit illos quasi fluctus maris. Viros potentes gyrans migrare fecit, & vagati sunt in gentibus alienis. Peccator transgrediens mandatum domini, incidet in promissionem nequam, ^f & qui ¹¹ conatur multa agere] incidet in iudicium. ^g Recupera proximum tuum secundum uirtutem tuam, & attende tibi ne incidas. [†] Initium uitæ hominis aqua, & panis, & uestimentum, & domus protegens turpitudinem. Melior est victus pauperis sub tegmine asserum, quam epulæ splendida in peregrè sine domicilio. Minimum pro magno placeat tibi, & improprium ¹² peregrinationis] non audies. [†] Vita nequam & hospitandi] de domo in domum, & ubi ¹³ hospitabitur non fiducialiter aget, nec aperiet os. Hospitabitur & pascet & potabit ingratos, & adhuc amara audiet.] Transi hospes & orna mensam, & quæ in manu habes ciba ¹⁴ cæteros.] Exi à facie honoris & amicorum meorum,] ¹⁵ necessitudine domus meæ,] hospitio mihi factus es frater. ⁸ Graui hæc homini habenti sensum, correptio domus & improprium sceneratoris.

Inuenies

[g. Id est, homini sapienti meliorem est audire talia. asseratoris uerba, quæ sunt correptio facta hospiti ab ipso domestico. Dion. Carthuf. ibid.]

† Tob. 4. b

† Sup. 17. c

† Iust. 19. c

† 24. q. 1. c. Quæ dicitur gnos.

Iuuenes solliciti sunt gubernandi, & animo & corpore erudiendi, & a passionibus arcendi.

XXX.

†Prout. 13, d
& 23, b



Qui diligit filium suum assiduatur illi flagella, vt lætetur in nouissimo suo & non palpet proximorum ostia. Qui docet filium suum laudabitur in illo & in medio domesticorum in illo gloriabitur. Qui docet filium suum in zelum mittit inimicum: & in medio amicorum gloriabitur in illo. Mortuus est pater illius, & quasi non est mortuus: Similem enim reliquit sibi, post se. In vita sua vidit, & lætatus est in illo: in obitu suo non est contristatus, nec confusus est coram inimicis. Reliquit enim defensorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam. Pro animabus filiorum colligabit vulnera sua, & super omnem vocem turbabuntur viscera eius. Equus indomitus euadet durus, & filius remissus euadet præceptus. Læta filium tuum, & pauentem te faciet: Lude cum eo, & contristabit te. Non corrides illi ne condoleas, & in nouissimo obstupescant dentes tui. Non des illi potestatem in iuuentute, & ne despicias cogitatus illius. Curua ceruicæ eius in iuuentute, & tunde latera eius dum infans est: ne fortè induret & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ. Doce filium tuum & operare cum illo, ne in turpidinem illius offendas. Melior est pauper sanus & fortis viribus, quàm diues imbecillis & flagellatus malitia. Salus animæ in sanctitate iustitiæ, & melior est omni auro & argento, corpus validum quàm census immensus. Non est census super censum salutis corporis, & non est oblectamētum super cordis gaudium. Melior est mors quàm vita amara, & requies æterna quàm languor perseverans. Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularum circumpositæ sepulchro. Quid proderit libatio idolo? Nec enim manducabit nec odorabitur. Sic qui effugatur a domino, & portans mercedes iniquitatis. Videns oculis & ingemiscens, sicut spado complectens virginem & suspirans. Tristitiam non des animæ tuæ: & non affligas temetipsum in consilio tuo. Iucunditas cordis hæc est vita hominis, & thesaurus sine defectione sanctitatis, & exultatio viri est longæuitas. Miserere animæ tuæ placens deo, & contine, & congrega cor tuum in sanctitate eius, & tristitiam longè expelle a te. Multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in illa. Zelus & iracundia minuet dies, & ante tempus senectam adducet cogitatus. Splendidum cor bonum in epulis est. Epulæ enim illius diligenter fiunt.

†Sup. 7, c

†Sup. 20, d
Infra. 41, a

†Danic. 14, b

†Depon. d. 3,
c. Qui vult.

Sobrietati studendum est, & modestiæ in mensa, ac cupiditas est summè vitanda.

XXXI.



Vigilia honestatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet somnum. Cogitatus præscientiæ auertit sensum, & infirmitas grauis sobriâ facit animam. Laborauit diues in congregatione substantiæ, & in requie sua replebitur bonis suis. Laborauit pauper in diminutione victus, & in fine inops fit. Qui aurum diligit non iustificabitur, & qui insequitur consumptionem, replebitur ex ea. Multi dati sunt in auri casus, & facta est in specie illius perditio illorum. Lignum offensionis est aurum sacrificantium. Væ illis qui sectantur illud, & omnis imprubens deperiet in illo. Beatus est diues qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia & thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, & profectus inuentus est, & erit illi in gloria æterna. Qui potuit transgredi & non est transgressus, & facere mala & mala, & non fecit. Ideò stabilita sunt bona illius in domino, & elemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia & sanctorum. Supra mensam magnam sedisti, non aperias super illam faucem tuam prior. Non dicas si multa sunt quæ super illam sunt. Memento quoniam malus est oculus nequam. Nequius oculo quid creatum est? Ideò ab omni facie sua lachrymabitur, cum viderit. Ne extendas manum tuam prior, & inuidia contaminatus erubescas. Ne comprimaris in conui-

†Sup. 8, a

†Luc. 6, d

†Sup. 13, d
23, a
†Sup. 8, d

†Mat. 20, b

a. Hoc illum quondam admirabilem perdidit Heli sacerdotem, cuius cum vita esset irreprehensibilis, tamen quia filios calcantes dei legem non cum feruitate corripuit, cum illis etiam iure punitus est. Chry. in 5. cap. Mart. homil. 17. Quod de carnalibus patre & filio dictum est, de spiritali quoque & eius subditis est intelligendū. Prælarus enim & omnis qui præfuit quicquid in suis subditis reprehensibile est, assidue debet corripere. Dion. ibidem.

1. Lætabimur.
2. Abstergens filium.
b. Rogo vos fratres charissimi, sit ad filios vestros vox nostra memoria vestra, corrigite arguendo, consolamini alloquendo, exemplum præbete vitando. Aug. hom. 21.

3. Ignorantia.
4. Obediat.

5. Flagellatus in corpus suum. Sanctus & bona habitudo.
c. Sicut salus corporis consistit in proportione humorum, sic salus animæ in proportione morum, & illorum adæquatione: quod maximè fit per iustitiam legalem, quæ omnem includit virtutem, vt Aristot. 5. Ethicorum cap. 1.

d. Cui scilicet talem in morte auferatur a domino, & effugatur de viuentium consortio. Et qui portat mercedes iniquitatis, id est, demerita omissionis. De Lya ibidem.]

6. Perfectionem patitur.

7. e. Dilige animam tuam, & cōsolare cor tuum. Nullum enim opus hominis deo placere potest, nisi ipse prius deo placeat. Landulph. par. 1. cap. 76.

f. Viri sanguinū & dolosi non dimittent dies suos. Prosperitatem quæ sibi promittunt non possunt habere in perpetuum. Glosa ordi. ibidem.]

8. Cura.

1. Diuitiarum.
2. Cura earum.
3. Cura vigilie repetet dormitionem, & infirmitatem grauemoderabitur somnus.
Ca. Id est, ad vitandum secundum statum suum honestè, & ad agenda opera misericordie. De Lya.
4. Ligati sine gratia auri.
b. Quomodo enim non admirandus qui diuitias spernit, quas plerique saluti propriæ prætulerunt? Amb. Offic. lib. 2. cap. 14.
5. In populo suo.
c. Quando ergo apud deum man sit, ea voluntate manit quam deus inspirauit & rexit. Preparatur enim voluntas a domino: sed huius preparationis non semper vnus proleus, nec vna mensura est, quoniam multis modis & innumerabilibus differentiis gratie opera & dona variantur: inique singulis illi generibus numerum dissimiles sunt gradus & impares quantitates. Amb. de voc. gen. lib. 2. cap. 3.
d. Que est magna mensa, nisi vnde accipimus corpus Christi & sanguinem? Aug. Ser. 1. de pluri. martyribus.
6. Cum sedetis.
7. Ne conuinctus sis cum eo in catino.

te. Quasi sobrietatem dilige, te-
peranter age, & nequid nimis,
ne in scandalum cōfessionis in-
cidas. Conuenit ergo Christia-
no ante omnia humilitatem di-
ligere, in lectione scripturę cau-
tum esse, rectam fidem tenere.
modum in scientia seruare, &
charitatis regulam, ut probatus
sit coram deo & hominibus.
Glosa ordinaria.
¶ Et in omni verbo cogita.
8. Ne ne nimis deuotes, ne
9. Ne sis infatigabilis.
10. Cubiculo suo nõ anhelat.
11. Labor, vigilia, & cholera, &
dolor internum cum homi-
ne infatigabili.
12. Intestino moderato surrexit
13. Quiescit.
f. Plurimos itaque gula sua oc-
cidit nulli frugalitas. Innume-
ris uina uocuerunt, nulli patri-
monia. Plerique inter epulas su-
deprehensas, & mensas proprio
replevere sanguine. Alii crudi-
tas uocem stultit rapuit & sensu-
sum. & si aliquibus eruditas no-
xia non fuit, his uinam fecit eb-
rietatis: alios in crimen egit eb-
rietatis, & si ipsa crimen nõ sit,
alios ad egestatem redegit. Am-
br. de Cain & Abel. lib. 1. cap. 5.
14. In uino ne uiriliter agas.
15. Additamentum uitę uinum
in hominibus.
16. In mensura.
17. Hominibus.
g. Nullus se inebriet, nullus in
conuiuio cogit alium plus bi-
bere, quam oportet. Aug. de cõ-
tinentia cathol. tractatu.
h. Quid lucidius dici potuit, si
irritationem, ita, & ruinas mul-
tas ex ebrietate nasci, amaritu-
dinem animę inde generare, im-
prudens animosam offensio-
nem inde ortiri, uirtutum serie
descendo minorari, & scelerum
uulnere multiplicari? Rab. ibi.

uio uino.]Intellige quę sunt proximi tui ex teipso. * Vtere quasi homo frugi iis que
tibi apponuntur: & non cum manducas multum] odio habearis. Cessa prior cau-
sa disciplinæ, & noli nimius esse,] ne fortẽ offendas. Et si in medio multorum sedi-
sti, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior potas bibere.] Quam sufficiens
est homini erudito vinum] exiguum, & in 10 dormiendo non laborabis ab illo,]
ne & non senties dolorem.] 11 Vigilia & colera, & tortura viro infrunito,] somnus san-
nitatis in 12 homine parco. Dormiet vsque] mane, & anima illius cum ipso delectabi-
tur. Et si coactus fueris in edendo multum, surge è medio, & vomere, & 13 refrigerabit te,
& non adduces corpori tuo infirmitatem.] Audi me filii, & non spernas me, & in no-
uissimo inuenies uerba mea. In omnibus operibus tuis esto uelox, & omnis infirmitas
non occurret tibi. † Splendidum in panibus benedicent labia multorum, & testimo-
nium ueritatis illius fidele: in nequissimo pane murmurabit ciuitas, & testimonium
nequitie illius uerum est. 14 Diligentes in uino noli prouocare:] multos enim exter-
minauit uinum. Ignis probat ferrum durum, sic uinum corda superbiorum arguet in
ebrietate potatum. 15 Aequa uita hominibus uinum in sobrietate,] si bibas illud 16 mo-
derate, eris sobrius.] Quæ est uita quę minuitur uino? Quid defraudat uitã? Mors.]
Uinum in iucunditatem creatum est, 17 non in ebrietatem ab initio.] Exultatio ani-
mæ & corporis uinum moderate potatum. Sanitas est animæ & corpori sobrius po-
tus.] Uinum multum potatum irritationem, iram, & ruinas multas facit. Amari-
tudo animæ, uinum multum potatum.] Ebrietatis animositas, imprudens offensio, mi-
norans uirtutem, & faciens uulnera. In conuiuio uini non arguas proximum, & non
despicias eum in iucunditate illius. Verba improprij non dicas illi, & non premas il-
lum in repetendo.

† Pro. 22. b

*Rectorum & subditorum discrimina quantum ad politica regimen & politicam con-
uersationem.* XXXII.

1. Summa uiuendi ars est culmẽ
tenere, & gloriam facere. Mag-
num est uim dum in corde
solliciti regere humilitas mo-
rum. Greg. in 16. cap. Job. ca. 24.
2. Sæde, & omnem uisum cui fac,
& approbatus.
3. Videri sapiens.
4. Contentus.
5. Melodia musicorum super-
duce.
6. Si necessitas tui sit, uix bis si.
7. In summam redige sermo-
nem, in paucis multa esto quasi
sciens & simul tacens.
8. Tonitruum festinat.
9. Ne desideas.
10. Hoc est, de actibus istis, tan-
quam de beneficiis suis deo gra-
tias age: quonia uirtutes nostras
& opera nostra studiosa, sen me-
rita, dei sue nuncera, iuxta illud
Ioan. 1. De plenitudine eius om-
nes accepimus gratiam pro gra-
tia. Dion. ibidem.
11. Consonanciam.
12. Nunquam de nobis ipsi subli-
me sentiamus, etiam si omnibus
superiores sumus: neque patris
consilia contemnamus, etiam si
uiliiores habeantur. Non enim
qualitas personarum consulenti-
um, sed natura consilij in om-
nibus obsequenda est. Chry. de
ferendis tenebris hominibus & co-
uersione Pauli. homil.
13. Lapidosa. Ne confidas in eo
sine ostentatione.
14. Ut caueamus etiam a prauis
actibus catholicorum, & peruer-
neris exemplis, que falsi fra-
tres carnales quique in ecclesia
attendunt ad peccandum sedu-
gamur. Rab.

Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis. Curam
illorum habe, & sic 1 considera, & omni cura tua explicata] recumbe, ut læ-
teris propter illos, ut ornamentum gratiæ accipias coronam, & dignatio-
nem consequaris congregationis. Loquere maior natu, decet enim te. † Pri-
mum uerbum diligentem scientiam, & non impediatur musicam. Vbi auditus non est,
non effundas sermonem: & importunè noli 2 extolli in sapientia tua.] Gemmula car-
bunculi in ornamento auri, & 3 comparatio] musicorum in conuiuio uini. Sicut in
fabricatione auri signum est smaragdi, sic 4 numerus musicorum in iucundo & mo-
derato uino.] Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.] Adolefcens
loquere 5 in tua causa, uix cum necesse fuerit. Si bis] interrogatus fueris, 6 habeat caput
responsum tuum. In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul & quærens.] In me-
dio magnatum loqui non præsumas, & ubi sunt senes non multum loquaris. Ante
7 grandinem præbit] coruscatio, & ante verecundiam præbit gratia, & pro reue-
rentia accedet tibi bona gratia.] & hora surgendi non te tristet. Præcurre autem prior
in domum tuam, & 8 illic auocare,] & illic lude, & age conceptiones tuas, & non in
delictis & uerbo superbo. 9 Et super his omnibus benedicito dominum qui fecit te, &
inebriantem te ab omnibus bonis suis. Qui timet deum excipiet doctrinam eius, &
qui uigilauerint ad illum inuenient benedictionem. Qui quærit legem replebitur ab
ea, & qui insidiosè agit, scandalizabitur in ea. Qui timent deum, inuenient iudicium
iustum & iustitias quasi lumen, accendant. Peccator homo deuitabit correptionem,
& secundum uoluntatem suam inueniet 9 comparationem.] 10 Vir consilij non dis-
perdet intelligentiam, alienus & superbus non pertinacescet timorem. Etiam postquã
fecit cum eo sine consilio & suis insectationibus arguetur.] Filij, sine consilio nihil
facias, & post factum non pœnitebis. In uia ruina non eas, & non offendes in 10 lapi-
des, nec credas te uia laboriosa, ne ponas animæ tuæ scandalum. 11] Et à filiis tuis ca-
ue, & à domesticis tuis attende.] In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ: hæc est
enim

† 6. q. 1. c. Ex merito.

enim conseruatio mandatorum. Qui credit deo, attendit mandatis, & qui confidit in illo non minorabitur.

Sapientis & fatui, iusti & iniusti discrimina, ac patris familias in suos domesticos aconomia. XX XIII.

A ^a Menti deum non occurrent mala, sed in tentatione deus illum conseruabit, & liberabit à malis.] Sapiens non odit mandata & iustitias.] ^b & non illidetur quasi in procella nauis.] Homo sensatus credit legi dei, & lex illi fidelis.] ³ Qui interrogationem manifestat, parabit verbum, & sic deprecatus exaudietur, & conseruabit disciplinam, & tunc respondebit.] ^b Præcordia fatui quasi rota carri, & quasi axis versatilis cogitatus illius. Equus emissarius ⁴ sicut] amicus subsannator, sub omni suprasedente hinnit. Quare dies diem superat, & iterum lux lucem, & annus annum, & sol solem?] A domini scientia separati sunt ^c factio sole, & præceptum custodiende per dei sapientiam diuiduntur.] Et immutauit tempora, & dies festos ipsorum, & in illis dies festos celebrauerunt ad horam,] ex ipsis exaltauit & magnificauit deus, & ex ipsis posuit in numerum dierum, & omnes homines de solo, & ex terra vnde creatus est Adam.] In ^d multitudine disciplina ^e domini] separauit eos, & immutauit vias eorum. Ex ipsis benedixit & exaltauit, & ex ipsis sanctificauit & ad se applicauit. Et ex ipsis maledixit & humiliauit, & ⁷ conuertit illos ad separationem] ipsorum, ^o quasi lutum figuli in manu ipsius, & ⁶ plasmare illud & disponere.] Omnes viæ eius secundum dispositionem eius. Sic homo in manu illius qui se fecit, & reddet illi secundum iudicium suum. Contra malum bonum stat, & contra mortem vita, ^{*} sic & contra virum iustum peccator: & sic intueri in omnia opera altissimi. Duo contra duo, & vnum contra vnum. Et ego nouissimus euigilaui, & quasi qui colligit acinos post vindemiatores. In benedictione dei & ipse speraui, & quasi qui vindemiat repleui torcular.] ⁸ Respicite quoniam non mihi soli laboraui, sed & omnibus exquirentibus disciplinam. ^f Audite me magnati, & omnes populi,] & rectores Ecclesiæ auribus percipite: Filio, & mulieri, fratri, & amico, non des potestatem super te in vita tua, & non dederis alij possessionem tuam, ne forte pœniteat te, & depreceris pro illis. Dum adhuc superes & aspiras, ⁸ non immutauit te omnis caro.] Melius est enim vt filij tui ⁹ te rogent,] quàm te respicere in manus filiorum tuorum. In omnibus operibus tuis præcellens esto. Ne dederis maculâ in gloriam tuam. In die consummationis dierum vite tue, & in tempore exitus tui distribue hæreditatem tuam. ¹⁰ Cibaria] & virga, & onus asino, ¹¹ panis & disciplina, & opus seruo. ¹¹ Operatur] in disciplina, & querit requiescere: laxa manus illi, & querit libertatem. Iugum & lorum curuant collum durum, & seruum inclinant operationes assidue.] Seruo maliuolo tortura & compedes, mitte illum in operationem ne vaccet. Multam enim malitiam docuit otiositas. In opera constitue eum, sic enim condecet illum. Quod si non obaudierit, curua illum compedibus, ^h & non amplifies super omnem carnem. Verû sine iudicio nihil facias & graue.] ^t Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua. & Quasi fratrem, sic eum tracta,] quoniam in sanguine animæ eum comparasti. ^{*} Si læseris illum iniuste, & in fugam conuertetur:] & si extollens discesserit, & quem quæras, &] in qua via quæras illum, nescis.

Diuinis est reuelationibus ad scripturarum intelligentiam insistentium, ac vanis insomniis resistentium. XX XIII.

A ^a Ana spes & mendacium insensato viro, & somnia extollunt imprudentes. Quasi qui apprehendit vmbra, & persequitur ventum, sic & qui attendit ad ¹ visâ mendacia,] secundum hæc visio somniorum. Ante faciem hominis similitudo alterius hominis. Ab immundo quod mundabitur? Et à mendace quid verum dicetur? ² Diuinatio erroris, & auguria mendacia, & somnia male facientium vanitas est.] Et sicut parturientis cor tuum phantasias patitur, nisi ab

ca. Audios optimates variè excitanos prædicat, bonos verò nunquam deslinendos. Sapientem dicit mandata & iustitias diligere, legi dei acquiescere, legem dei prædicare, &c. Contra ignem præcordia rotam carri dicit referre, hoc est, vanum dicere hominem & inconstantem. Lorychius ibidem.]
1. Erret.
2. Ac qui simulat, in ea est quasi procella multorum.
3. Quasi interrogatio manifesta. Præpara verbû, & sic audieris, indue disciplinâ, & sic responde.] b. Agitur de inconstantia prælati, qui secundum dictum saluatoris, loh. 10. videns lupum venientem dimittit oves, & fugit. Et hoc est quod dicitur: Præcordia fatui. i. intellectus & affectus mali prælati. De Lyra.]
4. Sic.
5. Omnis lux diei anni à sole.
6. Præcepit deus in lege dierum, mensium & annorum obseruatiâ secundum solis & lune cursum. Vnde sabatum & nomenia phæse, pentecoste, mensis septimus, & annus septimus, & quinquagesimus ritu suo celebrantur, vt intelligamus omnia à deo esse ordinata. Glo. ordin. d. Immutauit vias eorum vt iam tanquam mortales viueret. Tunc facta est vna massa omnium veniens de radice peccati, & pœna moralitatis, quâuis deo formante & create que bona sunt omnibus. Aug. ad Simpli. lib. 1. cap. 2.
6. Dominus.
7. Erret illos à seclibus.
8. In potestate ergo sua habens conditor omnipotens massam humanæ naturæ vnquodque vas secundum suâ voluntatem fingit ac format, nec est qui potest resistere voluntati eius. Nec tamen hunc quisquam iniuste dicere debet: quia omnia iuste & secundum ordinem facit. Na banus ibid.
9. Sic contra peccatorem plus.] f. Ad litteram patres docent vt filios regant, & c. disciplina nutriant, donec veniant ad artem perfectam, vt digni hæredes patrum suorum possint esse. Spirituales verò instruit rectores ecclesiæ, vt dignitatem suam vt que ad fidem teneant & discipulos suos bene nutritos hæredes sui laboris relinquunt. Tenere debent rectores exterioris quod pro aliorum utilitate suscipiunt. Glo. ordinaria.]
9. Indigent.
10. Pabula fœni.
g. Quam raras difficile est inuare seruos fideles & prudentes dominus testatur in euangelio, dicens: Quis enim seruus fidelis & prudens, quem constituit dominus, &c. Chry. in 24. cap. Matth.
11. Operare.
h. Id est, non des ei potestatem super aliquem hominem: quia non debet præesse, sed subesse. Et hoc est contra aliquos principes Christianos, qui Iudæos faciunt balliuos & præpositos super Christianos: cum tamen inter Christianos debeant esse serui De Lyra.]
* Si est tibi seruus, tracta eum vt fratrem, quoniam tanquam anima tua indigebis eo.

a. Quoniam in contemplatione sacre scripturæ multæ possunt phantasticæ occurrere apprehensiones, ideo docet à talibus caueri, scripturæ inhæcendo tanquam reuelatæ. Ideo inquirendi sunt in illa prudētiores. Dionysius. ibid.
1. Somnia.
2. Vaticinium, & auguria, & in somnia vana sunt.

†Sup. 21. b

†Sup. 24. d

+De par. di. 2c. Charitas etc.

†Sup. 7. a

[b. Vistatio diuinæ consolationis, & refectionis talium, ideo concluditur: Ne dederis in illis cor tuum De Lyra ibid.]
 3. Et dederis in illa.
 4. Ori fideli contumacis.
 5. Qui vagatus est nouus.

6. Deceptus est, multiplicat astutiam.

7. In deceptione mea, & scio-nes verborum meorum intellectus meus.

8. Viver.

9. Qui de filiis timore timet, nulla adueria mundano timore vel humano timebit. Vnde Christus Mar. 10. Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Dion. ibidem.

[d. Cui, ait timentis deum beatam esse animam, restatur quasi nefcius ad quem ipsa anima respiciat, & quis sit fortitudo eius inuocat, cui tamē interrogatio ipse fatim respōdet. Quid figura? Grece erotema dicitur, quando interroganti sit apud re- sponso Rabanus ibidem.]

9. Ridicula.

10. In beneplacitum donaris.
 e. Sacrificia impiorum eis ipsi oberit qui offerit impiet. Aug. cōtra epist. Parmeniam. lib. 2. c. 6. f. Quanta ira hoc aspiciatur sacrificium offenditur, quod oblati parus dolori comparatur. Grego. Pastora. 3. parte. Admoni. 10. 22.

11. Licet enim deus sit pater omnium per creationem, tamen speciali modo est pater pauperum per hereditatis æternæ promissionem. Mart. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. De Lyra.]
 h. Baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum qui praua opera quæ se meminit egisse deplorat, sed in eisdem se iterum post lachrymas impliat. Grego. in registro. lib. 12. Epist. 38.
 *Vadens &.

baltissimo fuerit emissa visitatio.³ Ne dederis in illis] cor tuum. Multos enim errare fecerunt somnia: & exciderunt sperantes in illis. Sine mendacio consummabitur verbum legis, & sapientia⁴ in ore fidelis complanabitur.]— Qui non est tentatus, quid scit?] Vir⁵ in multis expertus cogitabit] multa, & qui multa didicit, enarrabit intellectum. Qui non est expertus, pauca recognoscit, qui autem⁶ in multis fatuus est, multiplicauit malitiam. — Qui tentatus non est, qualia scit?] Qui implantatus est, abundabit nequitia. Multa vidi⁷ enarrando, & plurimas verborum consuetudines.] Aliquoties vsque ad mortem periclitatus sum horum causa, & liberatus sum gratia dei. Spiritus timentium deum⁸ quæritur:] & in respectu illius benedicetur. Spes enim illorum in saluam illos — & oculi dei in diligentes se.] Qui timet dominum nihil trepidabit, & non pauebit, quoniam ipse est spes eius.⁹ Timentis dominum beata est anima eius, ad quem respicit, & qui est fortitudo eius. Oculi domini super timentes eum, protector potentia, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, & vmbraculum meridiani, deprecatio offensionis, & adiutorium casus, exaltans animam & illuminans oculos, dans sanitatem, & vitam, & benedictionem. Immolantis ex iniquo oblatio est¹⁰ maculata,] & non¹¹ sunt beneplacitæ sublationes] iniustorum. — Dominus solus sustentibus se in via veritatis & iustitiæ. ¹² Dona iniquorum non probat altissimus, — nec respicit in oblationes iniquorum,] nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. ¹³ Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. ¹⁴ Panis egentium vita pauperis est, ¹⁵ qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. Vnus ædificans, & vnus destruens, quid prodest illis nisi labor? Vnus orans, & vnus maledicens, cuius vocem exaudiet deus? ¹⁶ Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio illius? Sic homo qui ieiunat in peccatis suis, & iterum * eadem faciens, — quid proficit humiliando se?] Orationem illius quis exaudiet?

† Pſal. 33. c. Hebr. 4. d.

† 14. q. 5. cap. Immoians. c. Scriptum. Prouer. 15. b. Prouer. 21. d. † 15. 6. c.

† De p. di. j. c. Baptizatur

Nihil à sacrificio domini minuendum, & quibus præcipue sacrificiis est domino seruiendum.
 XXXV.

1. Oblationes.
 a. Non nobis blandiri debemus in factis iustorum, si in prohibitorum transgressionem peccamus. Hiero. de scientia diuinæ legis.

[b. Vtrunque scilicet gratum deo, & quod in altari in commemoratione Iesu Christi offertur, & quod per charitatem proximo tribuitur. Glossa ordin. ibid.]
 c. Ideo oblatio iusti fidei impingit altare, quia ex vere charitatis offertur deuotione, & ideo in conspectu dei suauis est odor: quia misericordiae & veritatis in ea retrahat ardor. Sacrificiis iusti est deo acceptum, quoniam honorum operum eius munus est deo gratissimum. Vnde & memoriam eius non obliuiscetur dominus: quoniam in memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. Rabanus ibid.]
 2. Oculo.
 3. Minuere ex dono.

d. Hodie nemo rogat vnde datur, sed quare. Quo plus quis daturus illi magis acclamatur. Nisi omnia pullentur ex misericordia, sed verus tor dona necessitatibus sufficiunt, etiam ceterum negociationibus. Loric. ibid. c. Deus enim vnicuique subuenit secundum conditionem necessitatis, multominus autem autor naturæ. Lyra ibidem.



Qui conseruat verbum, multiplicat¹⁷ orationem.]¹⁸ Sacrificium salutare est, attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate, & propitiatione litare sacrificiis super iniustitias, & deprecatio pro peccatis, recedere ab iniustitia. ¹⁹ Retribuet gratiam qui offert similitudinē, & qui facit misericordiam offert sacrificium. Beneplacitū est domino recedere ab iniquitate, & deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia. ²⁰ Non apparebis ante conspectum domini vacuus. Hæc enim omnia præter mandata dei sunt. ²¹ Oblatio iusti impingit altare, & odor suauitatis est in conspectu altissimi. Sacrificium iusti acceptū est, & memoriam eius non obliuiscetur dominus. Bono²² animo] gloriam redde deo, & non minuas primitias manuum tuarum. ²³ In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas. ²⁴ Da altissimo secundum donatum eius, & in bono oculo ad inuentionem facito manuum tuarum, quoniam dominus retribuens est, & septies tanto reddet tibi. ²⁵ Noli²⁶ offerre munera praua:] non enim suscipiet — illa.] Et noli inspicere sacrificium iniustum, quoniam dominus est iudex, & non est apud illum gloria personæ. ²⁷ Non accipiet dominus personam in pauperem, & deprecationem læsi exaudiet. ²⁸ Non despiciet preces pupilli, nec viduam si effundat loquelam — gemitus.] Nonne lachrymę viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? — A maxilla enim ascendunt vsque ad cælum, & dominus exauditor non delectabitur in illis.] Qui adorat deum in oblectatione, suscipietur, & deprecatio illius vsque ad nubes propinquabit. ²⁹ Oratio humiliatis se nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur, & non discedet donec altissimus aspiciat. — Et dominus non elongabit, sed] iudicabit iustos, & faciet iudi-

† Exod. 23. b. & 34. c. Deut. 16. d.

† 1. Cor. 13. b.

† Tob. 4. b.

* Rom. 2. b. Ag. 10. f. Leuit. 22. c. Deut. 15. d. 2. Para. 15. c. Job 34. b. Sap. 6. b. Gal. 3. b. Ephe. 6. b. Collo. 3. d. Dan. 10. c. 1. Pet. 4. c.

iudicium,* & fortissimus non habebit in illis patientiam, vt contribulet dorsum ipsum,] & gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superboru, & scetra iniquorum contribulet, donec reddat hominibus secundum actus suos, & secundum opera Adæ, & secundum præsumptionem illius,] donec iudicet iudicium plebis suæ, & oblectabit iustos misericordia sua.

*Et dominus non tardabit. 5. Quousque conterat lumbos crudelium. 6. Opera manuum hominum secundum cogitationes eius.

Deus est orandus contra impietatem alienorum atque ab eo petenda est misericordia filiorum.

XXXVI.

Speciosa misericordia dei in tempore tribulationis, quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis. ^aMiserere nostri deus omnium, & respice nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum,] & immitte timorem tuum super gentes quæ non exquisierunt te, vt cognoscant, quia non est deus nisi tu, vt enarrent magnalia tua.] Alleua manum tuam super gentes alienas, vt videat potentiam tuam. ^bSicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in eis, vt cognoscant te sicut & nos cognouimus: quia non est deus præter te domine. ^cIn noua signa, & immuta mirabilia. ^dGlorifica manum, & brachium dextrum. ^eExcita furorem, & offende iram. Extolle aduersarium, & afflige inimicum. Festina tempus, & memento finis:] vt enarrent mirabilia tua. In ira flammæ deuoretur qui saluatur, & qui pessimant plebem tuam, inueniant perditionem. Contere caput principum, & inimicorum,] dicentium: non est alius præter nos. Congrega omnes tribus Iacob, & cognoscant, quia non est deus nisi tu, vt enarrent magnalia tua,] & hæreditabis eos sicut ab initio. Miserere plebi tuæ super quam inuocatum est nomen tuum, & Israel quem coæquisti primogenito tuo,] Miserere ciuitati sanctificationis tuæ Ierusalem, ciuitati requiei tuæ. ^fReple Sion inenarrabilibus virtutibus tuis, & gloria tua populū tuum. Da testimonium, quia ab initio creature tuæ sunt, ^g& suscita preces quas locuti sunt in nomine tuo prophetae priores.] Da mercedem domine sustententibus te, vt prophetae tui fideles inueniantur, & exaudi orationes seruorum tuorum. ^hSecundum benedictionem Aaaron da populo tuo, & dirige nos in viam iustitiæ:] vt sciant omnes qui habitant terram, quia tu es deus conspexeris seculorum. Omnem escam manducabit venter, & est cibus cibo melior. Fauces contingunt cibum,] & cor insensatum verba mendacia. Cor prauum dabit tristitiam, & homo peritus resistet illi. ⁱOmnem masculum excipiet mulier, & est filia melior filia. Species mulieris exhilarat faciem viri sui,] & super omnem concupiscentiam hominis superducet desiderium. Si est lingua curationis, & mitigationis, & misericordiæ,] non est vir illius secundum filios hominum. Qui possidet mulierem bonam,] incohat possessionem: adiutorium secundum illum est, & columna, vt requies. Vbi non est spes, diripietur possessio, & vbi non est mulier, ingemescit egens. Cui credit qui non habet nidum? Et defleatens vbi cunq; obscurauerit, quasi succinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem.]

^a Hic fides gentium futura prædicatur isto modo. Miserere nostri, &c. Hæc sub obtundi & prescandis esse prophetiam per Iesum Christum videmus implentem: sed aduersus contradictionem non tanta autoritate profertur que scripta non sunt in canone Iudaorum. Aug. de ciuit. lib. 17. cap. 20. ^b Nos ab idololatria reducens ad cultum tuū per flagella. Nā ante captiuitatem babilonicā Iudei fuerunt multum idololatria dediti, vt patet 1. Reg. & 2. Prou. sed postea nō fuerunt idololatri nisi pauci, vt patet libro Machab. De Lyra libid. ^c In noua dicit signa, immuta mirabilia: nam prius quidē ipsa consuetudine vilerunt. Planē enim solis ortus & occasus, terre fecunditas, temporum vicissitudo, miracula sunt, & magna miracula, sed toties hæc vidimus vt non sit qui attendat. In noua ergo signa, & immuta mirabilia. Ecce autē ecce noua facio omnia. ^d Noua miracula. ^e Conceptus fuit sine pudore, partus sine dolore. Mutata est in virgine nostra maleficio Henz. Bernardi in vigilia natalis homin. ^f Vt enarrent mirabilia tua. ^g 1. Ite. ^h Capita principum gentium. ⁱ Nonnulli primogenitū tuū. ^j Omnes prophetae incarnationi Christi dant testimonium, quod deus homo factus ecclesiam sibi desponsaret. Glossa ordi. ibi. ^k Prophetas in nomine tuo. ^l Que est enim benedictio Aaaron, nisi ordo & ritus sacerdotij, quem dominus dedit populo suo, quando adunauit eum Christo virginio filio suo? Ipse enim est sacerdos verus, qui semetipsum obtulit hostiam patri pro nobis, & corporis & sanguinis sacramenta nobis tradidit, de quo scriptum est: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedech. Qui nos fecit regnum & sacerdos. Rabanus ibidem. ^m Misericordia, mansuetudo & sanitas. ⁿ Peregrinans. Quis enim considerat expulso latroni extrahi de ciuitate in ciuitatem? sic homini non habenti mansuetudinem, & hospitanti vbi cunq; aduerserit.

† Nume. 6. d. item. 6. g.

Amicus & consiliarius discretè sunt eligendi, verbosus autem & sophista vitandi.

XXXVII.

Amnis amicus dicit: & ego amicitia copulaui, sed & est amicus solo nomine amicus. Nonne tristitia inest vsque ad mortem? Sodalis autem & amicus, ad inimicitiam conuertentur. O præsumptio nequissima, vnde creata es cooperire aridam malitia, & dolositate illius? Sodalis amico coniucundabitur in oblectationibus, & in tempore tribulationis aduersarius erit. Sodalis amico condolet causa ventris, & contra hostem accipiet scutum. ^aNon obliuiscaris amicitui in animo tuo, & non immemor sis illius in operibus tuis. Noli consiliari cum socero tuo, & à zelantibus te absconde consilium. Omnis consiliarius prodit consilium, sed est consiliarius in semetipso. A consiliario serua animam tuam. Prius scito quæ sit illius necessitas, ^b& quid ipse in animo suo cogitabit. ^cNe forte mittat sudem in ter-

^a Omnis amicus tam verus, si fidus amicitia inuitum sibi attribuit, sed verus in facto, fidus in verbo cognoscitur. Vera est amicitia durat vsque ad mortē, fida vero ad tempus: quia nulla sanior, pestis, quā familiaris inimicus. Lyranus ibidem. ^b Non enim verus amicus discordat animo & opere, sed sicut diligit mente, ita trahit profectuosus erit & operatio. Quod & Iohannes Apollolus in epistola sua docet, dicens: Filium meum diligemus verbo & lingua sed opere & veritate. Raba. ibi. ^c Diuitias. ^d Etenim ipse sibi consulit, ne forte iaciat in te sortem.

10. Agitur de consilio malorum per ignocentiam, & aliquas alias causas, dicens: Cum viro irreligioso &c. ironice loquitur: & est sensus per contrarium, & male consilia tibi. Simile subdit, & cum iniusto de iustitia, similis est locutio, vt patet in sequentibus. De Lyra ibidem.]

3. Pellice eius.

4. Commutatione.

5. Pigro.

d. Hoc est, frequenter illi te adiunge, & eius consiliis atque exemplis imitere. Quia cum sancto sanctus eris, & cum peccato peccaberis. Dionys. ibid.

6. Et si offenderis.

[e. Olfensa adiungit quantum humana sapientia sanctorum excelsa sapientia & scientia à spiritu sancto infusa. Glosa ordinaria. ibidem.]

7. Amplius.

8. Initium omnis operis verbum.

9. Vestigium mutationis gaudij vultus.

10. Inutilis.

f. Genus captiosorum conclusionum scriptura hic deservatur. Quamquam etiam sermo non captiosus, sed tamen abundantius quam deceat, verbosum ornamenta confectans sophisticus dicitur. Aug. de doctr. Christia. lib. 2 cap. 11.

11. Intellectus illius laudabilis.

12. Beatum dicitur illum.

[g. Diligenter attende quo magis anima tua feratur, vt possis affectibus tuis mederi. Noli audis esse in omni epulatioae, iuxta literam parsimoniam laudat, responder capitis exordio, ne quidvis statim circa iudicium, iuxta appetitum suae iuxta famam deuotemur. Mylicè moner ne statim omni spiritui credamus. L. Orselius ibidem.]

13. Vide quid malum illi, & non.

14. Ne sis insatiabilis in omnibus delictis.

15. Insatiabilitatem.

ram,] & dicat tibi bona est via tua, & stet è contrario videre quid tibi eueniat. Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de iustitia, & cum muliere de iis que amulatur.] Cum timido de bello, cum negotiatore de traiectione.] Cum emptore de venditione, cum viro liuido de gratiis agendis. Cum impio de pietate, cum inhonesto de honestate. Cum operario agrario] de omni opere, cum operario annuali de consummatione anni, cum seruo pigro, de multa operatione. Non attendas his in omni consilio. Sed cum viro sancto assiduus esto, quemcunque cognoueris obseruantem timorem dei, cuius anima est secundum animam tuam. Quicumque titubaerit in tenebris non] co dolebit tibi, & cor boni consilij statue tecum. Non est enim tibi aliud plus illo. Anima viri sancti enuntiat aliquando vera] quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum. Et in his omnibus deprecare altissimum, vt dirigat in veritate viam tuam. Ante omnia opera verbum verax praecedat te,] & ante omnem actum consilium] stabile.] Verbum nequam immutabit cor, ex quo] partes quatuor oriuntur, bonum & malum, vita & mors, & dominatrix illorum est assidua lingua. Vir peritus multos erudiuit, & animae suae] suauis] est. Qui sophisticè loquitur, odibilis est, in omni re defraudabitur. Non est enim illi data à domino gratia, omni enim sapienti defraudatus est. Est sapiens animae suae] sapiens,] & fructus] sensus illius laudabilis. Vir sapiens plebem suam erudit, & fructus sensus illius fideles sunt.] Vir sapiens implebitur benedictionibus, & videntes illum] laudabunt.] Vita viri in numero dierum, dies autem Israel innumerabiles sunt. Sapiens in populo hereditabit honorem, & nomen illius erit viuens in aeternum. Fili in vita tua tenta animam tuam, &] si fuerit nequam, non des illi potestatem.] Non enim omnia omnibus expediunt, & non omni animae omni generis placet. Noli audire esse in omni epulatione,] & non te effundas super omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas, & auditas appropinquabit vsque ad choleram. Propter] crapulam] multi obierunt, qui autem abstinentes est, adiciet vitam.

† 1. Cor. 6. & 10. f

Tam spirituales quam corporales medici sunt honorandi, sed sanitas à domino per orationem & confessionem est expectanda.
X X X V I I I.

1. Ad necessitates honoribus eius.

2. Gloriam.

3. In admiratione erit.

4. Medicinalis.

5. Grauiabitur illis.

[a. Antiquam rangit historiam, quam delero Sur filij Israel inuenerunt aquam amaram: Sed deo ostendit Moysi lignum quod immixtum aquam in dulcauit. Glosa ordi. ibidem.]

6. Ad cognoscendum virtutem eius ab homine.

7. Vt glorificetur.

8. Fabricantibus medicos conuocamus, cubiculū eorum tribuimus, & medicinae legibus parere impellimus: quas si negligunt, & irascimur, & custodes apponimus, qui eos medicorum praecipis viuere cogant. Quod si magni pretij medicina fuerit, si bene impensum subimus, & medicis ipsis non parum mercedem deponimus. Quando vero agrotamus, semper est in salute anima agrotamus, non modicum quidem occurrere volumus, nullas pecunias impedere, nihil penitus prouidere, se anima laborante afficimus. Chry. in 1. cap. Mat. homil. 75.

* Quasi non existens.

8. Aerebum fac seruum & aereunde plantam & fac luctum secundum dignitatem eius, diem unum & duo, gratia detractionis, & consolac tristitia causa.

9. Vita pauperis maledictio cordis.

c. Id est, mortis tuae & omnium aliorum qua nullus reueretur ad vitam praesentem. De Lyra. ibidem.]

10. Reditus.



Onora medicum,] propter necessitatem:] etenim illum creauit altissimus. A deo est enim omnis medela, & à rege accipiet] donationem.] Disciplina medici exaltabit caput illius, & in conspectu magnatum] collaudabitur.] Altissimus creauit de terra] medicinam, & vir prudens non] abhorrebit illam.] Nonne à ligno indulcata est aqua] amara?] Ad agnitionem hominum virtus illorum,] & dedit hominibus scientiam altissimus,] honorari] in mirabilibus suis. In his curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, &] vnctiones] conficiet sanitatis,] & non consummabuntur opera eius. Pax enim dei super faciem terrae. Fili, in tua infirmitate non despicias teipsum, sed ora dominum & ipse curabit te. Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum. Da suauitatem & memoriam simlaginis, & impingua oblationem, & da locum medico. Etenim illum dominus creauit, & non discedat à te, quia opera eius sunt necessaria. Est enim tempus quando in manus illorum incurras, ipsi verò dominum deprecabuntur, vt dirigat requiem eorum, & sanitatem propter] conseruationem illorum.] Qui delinquit in conspectu eius qui fecit eum, incidet in manus medici.] Fili, in mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare, & secundum iudicium contege corpus illius, & non despicias sepulturam illius. Propter delaturam autem amarè fer luctum illius vno die, & consolare propter tristitiam, & fac luctum secundum meritum eius vno die vel duobus, propter detractionem.] A tristitia enim festinat mors, & cooperuit virtutem,] & tristitia cordis flectit ceruicem. In abductione permanet tristitia, &] substantia inopis secundum cor eius.] Non dedis in tristitia cor tuum, sed repelle eam à te, & memento nouissimorum, & noli obliuisci. Neque enim est] conuersio,] & huic nihil proderis, & teipsum pessimabis. Memor

† Exod. 15. d

† Sup. 12. b

† Prover. 11. & 17. d

Memor esto iudicij mei, sic enim erit & tuum. Mihi heri, & tibi hodie. In requie mortui requiescere fac memoriam eius, & consolare illum in exitu spiritus sui, sapientiam scribe in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu sapientiam percipiet, quia sapientia replebitur. Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo, stimulo boues agitat, & conuerfatur in operibus eorum, & narratio eius in filiis thaurorum. Cor suum dabit ad versandos sulcos, & vigilia eius in sagina vaccarum. Sic omnis faber & architectus qui noctem tanquam diem transigit, qui sculpsit signacula sculptilia, & afsiduitas eius variat picturam. Cor suum dabit in similitudinem picturae, & vigilia sua perficit opus. Sic faber ferrarius sedens iuxta incudem, & considerans opus ferri. Vapor ignis dicitur carnes eius, & in calore fornacis concertatur. Vox mallei innouat aurem eius, & contra similitudinem vasis oculus eius. Cor suum dabit in consummationem operum, & vigilia sua ornabit imperfectionem. Sic figulus sedens ad opus suum, conuertens pedibus suis rotam, quia in sollicitudine positus est semper propter opus suum, & innumera est omnis operatio eius. In brachio suo formabit lutum, & ante pedes suos curuabit virtutem suam. Cor suum dabit vt consummet linitionem, & vigilia sua mundabit fornacem. Omnes hi in manibus suis sperauerunt, & vnusquisque in arte sua sapiens est. Sine his omnibus non edificatur ciuitas, & non inhabitabunt, nec inambulabunt, & in Ecclesia non transilient. Super sellam iudicis non sedebunt, & testamentum iudicij non intelligent, neque palam facient iudicium & disciplinam, & in parabolis non inuenientur, sed creaturam aui confirmabunt: & deprecatio illorum in operatione artis: accommodantes animas suas, & conquirentes in lege altissimi.

11. Te in illo.
d. Ergo sapientia otia negotia sunt: & quo otiosior sapientia, eo exercitior in genere suo. E regione vnus exercitata clarior est, eoque phator, quo officiosior. Et si quis sapientiam virtutis amorem defuerit, non a vero acquirere videbitur. Vbi autem amor est, labor non est, sed labor. Et forte a sapore sapientia denominatur: quod virtuti accedens quoddam veluti condimentum sapidam reddat quae per se insulla & aspera quodam modo videbatur. Bernard. super Cantic. Sem. 85.
12. Non erit sapiens, in quo erit sapiens.
13. Nutritur.
14. Er incudis.
[e. Et quid per sigillu hunc, nisi ipsi de quibus supra dictum est, sancti praedicatoris demonstratur? ipsi enim per diuersa officia gradus sui ministerium dignum agunt, & doctrinam suam secundum qualitatem auditorum temperant: quia aliter admonendi sunt sapientes, aliter insipientes, aliter senes, aliter viri, aliter iuuenes. Rabanus ibidem.]
14. Conlumar.
15. Inhabitabunt.
* In consilio populi non requiruntur.
[f. No accipitur hic em propriu prout est manura esse incorruptibilem, quae ad sui conseruationem non indigent artibus praedictis, sed accipitur pro arte hominis, quae conseruatur per opera artium praedictarum, quae necessaria sunt ad conseruationem humanae vitae. De Lyra ibi.]
16. Possessionem secula.

XXXIX.

Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conseruabit, & in versutias paraboliarum simul introibit. Occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis paraboliarum conseruabitur. In medio magnatorum ministrabit, & in conspectu praesidis apparebit, & in terram alienigenarum gentium pertransiet. Bona enim & mala in omnibus tentabit. Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum sui fecit illum, & in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur. Si enim dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiae replebit illum, & ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiae suae: & in oratione confitebitur domino. Et ipse diriget consilium eius & disciplinam, & in absconditis suis consiliabitur. Ipse palam faciet disciplinam doctrinae suae: & in lege testamenti domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam eius, & vsque in seculum non delebitur. Non recedet memoria eius, & nomen eius requiretur a generatione in generationem. Sapientiam eius enarrabunt gentes, & laudem eius enuntiabit Ecclesia. Si permanserit nomen eius derelinquet plus quam mille, & si requieverit, proderit illi. Adhuc consiliabor vt enarrem: vt furore enim repletus sum. In voce dicit: Obaudite me diuini fructus, quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificata. Quasi Libanus odorem suauitatis habete. Florete flores quasi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam, & collaudate canticum, & benedicite dominum in operibus suis. date nomini eius magnificentiam, & confitemini illi in voce labiorum vestrorum, & in canticis labiorum & citharis, & sic dicetis in confessione. Opera domini vnuerfa bona valde. In verbo enim eius stetit aqua sicut congeries, & in sermone oris illius sicut exceptoria aquarum: quoniam in praeepto ipsius placor fit, & non est minoratio in salute ipsius. Opera omnis carnis coram illo, & non est quicquam absconditum ab oculis eius. A seculo vsque in seculum respicit, & nihil est mirabile in conspectu eius. Non est dicere: quid est hoc, aut quid est illud, omnia enim in tempore suo quaerentur. Benedictio illius quasi fluuius inundabit, & quomodo cataclysmus aridam inebriauit, sic ira ipsius gentes quae non

a. Philosophia est rerum diuinarum pariter & humanarum scientia. Nouit igitur & quae sunt humana, & quae sunt diuina. Habes oracula dei. Nemo te docebit, quemadmodum illa. Audite obsecro leculares omnes. Comparete vobis librum animae pharaonis. Si nihil aliud vultis, vel notam testamentum acquirite. Apostolorum Acta, euangelia, continos ac seculos doctores. Si acciderit mendacia, huc veluti ad apothecam pharmaceuticum accumbite. Chy. in 3. e. epist. ad Collof. homil. 9.
* Ad dominum.
b. Dat dominus fidelis suo oratori & diligenti coelestis sapientiae exquisitori spiritum intelligentiae, vt sciat quando, & vbi, & quomodo diuina eloquia profertur debeat. Iustique dirigit praescriptum bonae voluntatis, & disciplinam rectae conuersationis, eius, & interna inspiratione illi consolatur ac roborat: vt diuinarum testamentorum praecipua inter aduersa mundi fiscaliter predicare valeat. Rabanus ibidem.
1. Distillabit.
2. Cogitabit.
3. Quomodo sicut luna semiplena.
4. Sancti.
[e. Quasi rosa quae est pulchra & mundata, sic vita contemplatiua purior & pulchrior est quam vitia actiua. Ideo signata est per Rachel quae erat decora facie, & vno nullo aspectu. A sua vero per Lyram, quae erat lippis oculis. Gene. 29. De Lyra ibidem.]
* Et omne praeeptum in tempore suo erit. Non est dicere, Quid est hoc? Omnia enim haec in tempore suo quaerentur.
d. Complacencia siue placatio, [e. Prohibet nosse euosios, & perferari quae scire non conuenit. Omnia enim in tempore suo manifestabuntur eum illuminabit dominus abscondita teubarum, & manifestabit cordium. Glofa ordi. ibid.]
5. Ad vsum eorum creata sunt.
6. Ira eius gentes hereditabunt.

† Intra. 44. c

† Gene 1. d. mach. 7. d

Gene. 9. d

7. In falsuginem.

8. Sanctis.

ff. Quia bene vranur eis. Sic & nequissimus bona & mala. i. illa que sunt bona de natura sua facta sunt eis nociva. propter suu abulum: & que sunt illa subditur. Aqua ignis & ferrum sal, lac & panis &c. De Lyra.]

9. Sanguis.

Scilicet demones quos deus prima & directa intentione creavit ad gloriam & salutem, & bonos condidit eos. Sed quia eorum ruinam & improbam voluntatem preceperunt, sic quasi concomitantes & secundaria intentione creavit eos ad vindictam, & ad hoc quod sua iustitia in eorum iusta damnatione, & pena reluceat, & ut vindictam dei pro suis excessibus patiantur. Et item ut per eorum obsequium impij homines torquerentur, qui seipos sponte per peccata subiecerunt demonibus. Dion. ibid. 10. Et mare.

11. In ortu eius lætabuntur.

12. Omnē vsum in tēpore suo.

exquisierunt eum. hereditabit.] † Quomodo conuertit aquas in siccitatem,] & siccata est terra,] & via illius vis illorum] directæ sunt, sic peccatoribus offensiones in ira eius.] Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis & bona & mala. † Initium necessaræ rei vitæ hominum, aqua, ignis, & ferrum, sal, lac, & panis simillagineus & mel, & botrus] vna, & oleum, & vestimentum. Hæc omnia sanctis in bona, sic & impiis, & peccatoribus in mala conuertentur. † Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt tormenta sua. Et in tempore consummationis effundent virtutem, & furorem eius qui fecit illos, confundent. † Ignis, † grando,] fames, & mors: omnia hæc ad vindictam creata sunt. Bestiarum dentes, & scorpion, & serpentes, & romphæa vindicans in exterminium impios. † In mandatis eius epulabuntur, & super terram in necessitate præparabuntur, & in temporibus suis non præterient verbum. Propterea ab initio confirmatus sum, & consiliatus sum,] & cogitavi, & scripta dimisi. † Omnia opera domini bona, & omne opus hora sua,] subministrabit. Non est dicere: hoc illo nequius est. Omnia enim in tempore suo comprobabuntur. Et nunc in omni corde & ore collaudate, & benedicite nomen domini.

Miseria hominis ex peccato originali sequentes, & iustorum à dei timore benedictiones. X L.

1. Quod est hoc graue iugum nisi peccatum, & quare dictum est iugum, nisi quia ex duobus Adam & Heua veniat, vel duorum premar & conterat colla fid est, masculi & femina, malorum videlicet atque impiorum: quia in vtroque sexu iugum est. Augu. contra Pelagia. Hypognoticon lib. 3.

2. Reuersionis.

3. Et imitatio.

b. Tempus refectionis dicit tempus remunerationis, quod do corpore condito in cubiculo sepulchri, anima locis penalis pro peccatis suis deputatur. Tunc somnus mortis immutat scientiam eius, quia longè aliter sentit de adibus suis quam ante in hac vita sentiebat: quia tunc oia manifestabuntur, que prius fuerunt occulta, atque à malignis spiritibus ei in memoriam reducentur, que hic negligebatur, aut obliuioni tradebantur. Rabanus ibidem.

c. Pœna iniquorum in bonis temporalibus cum dicitur: Omne munus datum pro subiectione iustitiæ. De Lyra ibidem.]

d. Quod est iugum quod videmus impios quotidie proferre, sentire, & sobole vindicare per generationis successiones: quam plurimam iuxta illud Psal. 143. Quorum filij sicut nouella plantationes: filij eorum compoſita, promptuata eorum plena &c. Respondendum est, quod sicut omnipotens iustus, pius & sapiens deus peccata regnoru sustinet ad tempus, quouique mensuram iniquitatis suæ impleuerint. Vnde in Genesi ad Abraham: Nondum completa sunt iniquitates Amorthorum, quia iniquitatis mensura completa non punitur. Dion. ibid.

e. Precipitem petram.

f. Filij &c.

g. Statuent pedem.

h. Approbat.

i. Admonet nos sapientia ne per otiositatem perdemus tempus nobis indultu, sed magis laboremus rectè eredo, intendè legem dei meditando, atque bene operando, ut hic habeamus opes virtutum, & in futuro vitæ æternam: Melius est enim à præſenti vita cito decedere, quam hic diu inuicilliter viuere: quia otiositas diuinitatem temporis maiorem in tormentis habebit vindictam. Raba. ibid.

k. Vita mendicitatis ne viuas.

l. Mendicare.

m. Inquinabit.

n. Mendicitia.



Cupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vsque ad diem sepulturæ] in matrem omnium. Cogitationes eorum & timores cordis, adinventiones expectationis, & dies finitionis à prædente super sedem gloriosam, vsque ad humiliatum in terram & cinerem, ab eo qui vitur hyacintho, & portat coronam, vsque ad eum qui operitur ligno crudo, furor, zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mortis, iracundia perseverans,] & contentio, & in tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat scientiam eius. Modicum autem tanquam nihil in requie, & ab eo in somnis quasi in die respectus. † Conturbatus est in visu cordis sui, tanquam qui euaserit in die belli. In tempore salutis suæ exurrexit, & admirans ad nullum timorem cum omni carne ab homine vsque ad pecus, & super peccatores septuplum. † Ad hæc mors, sanguis, contentio, & romphæa, oppressiones, fames, & contritio, & flagella. Super iniquos creata sunt hæc omnia, & propter illos factus est cataclysmus. † Omnia enim quæ de terra sunt, in terram couertentur: & aquæ omnes in mare conuertentur. † Omne munus & iniquitas delebitur, & fides in seculum stabit. Substantiæ iniquorum sicut fluius siccabuntur, & sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt. † In aperiendo manus suas lætabitur, sic præuaricatores in consummatione tabescent. † Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos, & radices immundæ super cacumen petræ sonant.] Super omnem aquam viriditas, & ad oram fluminis ante omnem fœnum euelletur. Gratia sicut paradisi in benedictionibus, & misericordia in seculo permanet. Vita sibi sufficientis operari condulcabitur, & in ea inuenies thesaurum. † Aedificatio ciuitatis confirmabit nomen, & super hanc mulier immaculata computabitur.] Vinum & musica lætificant cor, & super vtraque dilectio sapientiæ. Tibiæ & psalterium suauem faciunt melodiam, & super vtraque lingua suavis. Gratiam & speciem desiderabit oculus tuus, & super hoc virides sationes. † Amicus & sodalis in tempore conuenientes, & super vtroſque mulier cum viro. Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, & super eos misericordia liberabit. Aurum & argentum † constitutio pedum,] & super vtrunque consilium † beneplacitū.] Facultates & virtutes exaltant cor, & super hæc timor domini. Non est in timore domini minoratio, & non est in eo inquirere adiutorium. Timor domini sicut paradysus benedictionis, & super omnem gloriam operuerunt illum. † Fili † in tempore vitæ tuæ ne indigeas.] Melius est enim mori quam † indigere.] Vir respiciens in mensam alienam non est vita eius in cogitatione victus. † Alit] enim animam suam cibus alienis. Vir autem disciplinatus & eruditus custodiet se. In ore imprudentis conculcabitur † inopia,] & in ventre eius ignis ardebit.

† Exod. 14. e

† Sup. 29. d

† Infa. 49. b

† Sup. 10. c

† Sup. 19. d

† Gene. 7. b
† Infa. 41. b
† 1. q. 2. cap. in ecclesiastico,
† Eccl. 1. b

Mor-

Mortis memoria quo pacto sit animo reuocanda, & ad illam digne suscipiendam quæ sint sequenda & quæ fugienda. X L I.

A Mors quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis, viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus: & adhuc valenti accipere cibum. O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, defecto ætate, & cui de omnibus cura est & incredibili, qui perdit sapientiam. Noli metuere iudicium mortis. Memento quæ ante te fuerunt, & quæ superuentura sunt tibi, hoc iudicium à domino omni carni, & quæ superuenient tibi in beneplacito altissimi, siue decem, siue centum, siue mille anni. Non est enim in inferno accusatio vitæ. Filij abominationum fiunt filij peccatorum, & qui conuersantur secus domos impiorum. Filiorum peccatorum periet hereditas, & cum femine illorum assiduitas opprobrij. De patre impio queruntur filij, quoniam propter illū sunt in opprobrio. Væ vobis viri impij, qui dereliquistis legem domini altissimi. Et si nati fueritis, in maledictione nascemini, & si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra. Omnia quæ de terra sunt, in terram conuertentur: sic impij à maledicto in perditionem. Luctus hominum in corpore ipsorum, nomen autem impiorum delebitur. Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri magni & pretiosi. Bonæ vitæ numerus dierum, bonum autem nomen permanebit in æuum. Disciplinam in pace conseruate filij. Sapientia enim abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? Melior est homo qui abscondit stultitiam suam, quam homo qui abscondit sapientiã suam. Veruntamen reuertimini in iis quæ procedunt de ore meo. Non est enim bonum omnem irreuerentiã obseruare, & non omnia omnibus bene placent in fide. Erubescite à patre & à matre de fornicatione, & à præsidente, & à potente, de mendacio: à principe & à iudice de delicto, à Synagoga & plebe de iniquitate, à socio & amico de iniustitia: de loco in quo habitas, de furto, de veritate dei & testamento, de discubitu in panibus, & ab offuscatione] dati & accepti, à saluantibus de silentio, à respectu mulieris fornicariæ, & ab auersione vultus cognati. Ne auertas faciem à proximo tuo, & ab auferendo partem & non restituendo. Ne respicias mulierem alieni viri, & ne scruteris ancilam eius, neque steteris ad lectum eius. Caue ab amicis de sermonibus improperij, & cum dederis, ne improperes.

Secreta celanda, personarum acceptio vitanda, filia custodienda, & mulierum consortia aspernenda. X L II.

A Non duplices sermonem auditus de reuelatione sermonis absconditi, & eritis verè sine confusione, & inuenies gratiam in conspectu omnium hominum. Ne pro his omnibus confundaris, & ne accipias personam vt delinquas. De lege altissimi, & testamento, & de iudicio iustificare impium, de verbo sociorum & viatorum, & de datione hæreditatis amicorum, de æqualitate statæ & pondetum, & acquisitione multorum & paucorum, de corruptione emptionis & negotiatorum, & de multa disciplina filiorum, & seruo pessimo latus sanguinare super mulierem nequam, bonum est signum. Vbi manus multæ sunt, claudere: & quodcunque trades numerata & appende, datum vero & acceptum omne describe. De disciplina insensati & fatui, & de senioribus qui iudicantur ab adolescentibus, & eris eruditus in omnibus, & probabilis in conspectu omnium virorum. Filia patris abscondita est vigilia & sollicitudo eius aufert somnum, ne fortè in adolescentia sua adultera efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat: ne quando polluat in virginitate sua, & in paternis suis grauida inueniatur, ne fortè cum viro commorata transgrediatur, aut certè sterilis efficiatur. Super filiã luxuriosam confirma custodiam, ne quando faciat te in opprobrium venire in inimicis, à detractione in ciuitate & abiectione plebis, & confundat te, in multitudine populi. Omni

a. Cum tantam diuitiarum copiam preparatam in senectute habetis, plurimæque vobis & deliciarum & gloriarum occasiones suppetant, ita scimini, & indignè feris quod ætas non sufficiat vt eis frui valeatis, idcirco quoque mortem perhorrescitis, vobisq; miserabiliores contemini. Chry. aduersus vituperatores monast. vita. 1. Non credenti, & ei qui perdit expectationem. 2. Quid reculas.

lb. Ostendit quod in loco pernatia nõ sit confessio gloriæ, sed fletus dolentium animarum. Vnde propheta ad ipsum Dominum ait, quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? Inferorū ergo carcer malis deputatus est, vt ibi semper gemant, non bonis, vt ibi laudes canant. Rabanus ibid. 3. Continue manet improperij Patrem impium accusabant filij. 4. Si multiplicati fueritis in perditionem.

c. Inque luctus hominum in corpore ipsorum, id est, homines boni & rationabiles in hac carne mortali lacrimarumque valle deplangunt se & sua ac proximorum peccata. De quibus asserit veritas: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Nomen autem ipsorum delebitur, iuxta illud. Prover. 10. Nomen impiorum putrefcet. Et in Psal. 9. Perit memoria eorum cum sonitu. Et item: Deleatur de libro viuentium, & cum iustis non stabuntur. Et rursus: Nomen eorum delecti in æternum & in seculum seculi. Dionis. ibid. * Non bonum. 4. Auri. 5. Verebitur in. 6. Verecundiam. 7. A contemptu. 8. Viri nobilis. Ab ablatione partus & dationis, & ab animaduersione mulieris coniugate, & caritate & ancilla.

a. Duplicat sermonem auditus ex reuelatione sermonis absconditi, qui mystica verba diuine legis audeat maculare sermone peruersi dogmatis: & simplicè fidei catholice veritatem in varium corrumpeudo vertere errorem. Hoc quàm noxium sit scriptura manifestat, dicens: Abominatio dñi cogitationes mala, & purus sermo delinquentis firmabitur ab eo. Rabanus ibidem.

1. Differente venditione mercatorum. lb. Admonet vbi diuersæ sunt voluntates spiritali lucro inhiantes caute esse dispensandū. Alij tentadi, alij discendi voto quærent verbum: Sed non cum omnibus conueniunt. Gloſa ordina. ibid. 2. Litigant eum. 3. Verax & approbatus. 4. Abatur flore ætatis, & cum quibus cohabitauerit ne forte odio habeatur. c. Propter nimiam frequentia concubitus. Vnde meretricis communis rarissimè impregnatur. Ideo subdit. Super filiã luxuriosam. De Lyra. d. Que diligentem magistri querit custodiam, si enim dimittitur suæ voluntati doctores confundit, & in multitudine populi eubescere facit. Gloſa ordina. 5. Inuentibilem.

36. di. c. fin.

1. q. 7. c. Quæritur.

† Sup. 4. o. b. 23. q. 2. cap. in ecclesiastico.

† Sup. 4. o. b. † Sup. 2. o. d.

† Leuit. 19. c. Deut. 1. c. & 26. d. Prover. 24. c. Iaco. 2. a.

† Sup. 26. b.

e. Morbos apides sibilant, & mulier fundit concupiscentie pestilentiam. Cypria. de lingua. c. 1. c. 1. c. 1.

f. Quia nonnumquam etiam culpa fortium occasio virtutis fit, & virtus iustitiam occasio peccati, unde vir fortis quisque & discretus dicitur, mulier vero mens infirma & indifferera vocatur. Greg. Moral. li. 1. c. 26 [g. Quomodo sancti enarrant omnia mirabilia Dei cum aulus sit qui possit penetrare sapientiam Dei? Incomprehensibilia enim sunt iudicia Dei, & inuestigabiles vias eius. Sed omnia mirabilia eius que agnitioni hominum patent, per sanctos eius nobis reuelata sunt, quae omnipotens Deus stabilis in gloria sua, & semper idem nans, quando voluit & quomodo voluit formauit, & confirmauit. Rab. ibidem.]

h. Quam magna & desiderabilia opera dei conuenit considerare tanquam scintillam, id est, modicum quid respectu incircumscriptibilis creatoris: vel tanquam scintillam, quia nec multum clarè ea cognoscimus, nec omnia. Dion. ibid.

6. Vtique ad scintillam est contemplari.

homini noli intendere in specie, & in medio mulierum noli commorari. ^e De vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri. ^f Melior est enim iniquitas viri, quam benefaciens mulier, & mulier confundens in opprobrium. Memor ero igitur operum domini, & quae vidi annuntiabo. In sermonibus domini opera eius. Sol illuminans per omnia respexit, & gloria domini plenum est opus eius. ^g Nonne dominus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quae confirmauit dominus omnipotes stabiliri in gloria sua? Abyssum & cor hominum inuestigauit, & in astutia eorum excogitauit. ^h Cognouit enim dominus omnem scientiam, & inspexit in signum aui, annuntians quae praeterierunt, & quae superuentura sunt, reuelans vestigia occultorum. Non praeterit illum omnis cogitatus, & non abscondit se ab eo vllus sermo. Magnalia sapientiae suae decorauit, quae est ante seculum & vsque in seculum, neque adiectum est neque minuetur, & non eget alicuius consilio. ^h Quam desiderabilia omnia opera eius, & tanquam scintilla quae est considerare.] Omnia haec viuunt & manent in seculum, & in omni necessitate omnia obaudiunt ei. Omnia duplicia, vnum contra vnum, & non fecit quicquam deesse. Vniuscuiusque confirmabit bona. Et quis fatigabitur videns gloriam eius?

In caelorum ornatu & pulchritudine eminentia creatoris & gloria relucet, in cuius laude nemo sufficit.

X L I I I.



1. Superbia altitudinis firmamentum munditiae.

a. Sol iste qui oritur rimentibus dei in aspectu, hoc est, in praesentia incarnationis suae euangelizauit regnum dei. Cuius natiuitas singularis admirabilis est, quod non ex viri semine, sed ex omnipotentis virtute verbum caro factum est, & habitauit in nobis. In conspectu ardoris eius quis poterit sustinere? Quia multus corporibus oculis diuinitatis eius splendorem potest sustinere, deo humanaturatur indutus, ut fragilitas hominum splendorem aliquo modo poterit sustinere diuinum. Rabanus ibid.

2. Insufflans.
3. Vapores.
4. Cessare fecit.
5. Sissent condeffinationem, & non accenderentur.

b. Hoc est, virtus dei & sapientia sublimis repraesentauerunt, & apparere fecerunt arcum aspectui hominum non solum, ut est effectus purè naturalis, sed etiam secundum quod ex inspiratione & ordinatione diuina est signum fœderis inter deum & homines, quod ultra non debetur genus humanum aquis vniuersalis diluuii, sicut factum est tempore Noe. Dion. ibid.

6. Cessare fecit, 7. Coloris. [c. Vbi enim sal spargitur fertilitas sequitur. Diabolus vero per frigus infidelitatis terrena corda ad bona opera sterilia facit. Glor. ordin. ibid.]

8. Et congelata sunt iudicia eorum. 9. Congelabitur gelu. 10. Latificabit. [d. Hic ex affectibus qui sunt in aqua declaratur excellentia diuina cum dicitur in sermone eius scilicet Dei. De Lira. ibid.]

11. Qui ieuat abyssus, & plantauit in ea insulas.

12. Varietas omnis animalis, discretio beluarum. Propter ipsum prosperatur angelus eius.

e. Omnis locutio parua est in comparatione gloriae eius, & omnis lingua egea verbis, nec sufficit ad annuncium virtutem eius. Quia inestimabilis & ineffabilis timori & effari quoquam non potest. Ipse confirmatio sermonum nostrorum efficitur & conditor naturae nostrae. Rabanus ibid.

* Exaltate.

Litudinis firmamentum pulchritudo eius, species caeli in visione gloriae ^a Sol in aspectu annuntians in exitu: vas admirabile opus excelsi. In meridiano exurit terram, & in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere? Fornacem custodiens in operibus ardoris: tripliciter sol exurens motes, ² radios ligneos exufflans, & refulgens radiis suis obcaecat oculos. Magnus dominus qui fecit illum, & in sermonibus eius ⁴ festinauit iter, & luna in omnibus in tempore suo, ostensio temporis & signum aui. A luna signum diei festi, luminare quod minuitur in consummatione. Mensis secundum nomen eius est crescens mirabiliter in consummationem. Vas castrorum in excelsis, in firmamento caeli respiciens gloriose. Species caeli gloria stellarum, mundum illuminans in excelsis dominus. ⁶ In verbis sancti stabunt ad iudicium, & non deficient in vigiliis suis. ⁷ Vide arcum, & benedic eum qui fecit illum. Valde speciosus est in splendore suo. Gyrauit caelum in circuitu gloriae suae, ^b manus excelsi aperuerunt illum. Imperio suo ^c accelerant niuem, & accelerat coruscationes — emittere iudicij sui. Propterea aperti sunt thesauri, & euolauerunt nebulae sicut aues. In magnitudine sua posuit nubes, & contracti sunt lapides grandinis. In conspectu eius commouebuntur montes, & in voluntate eius aspirauit notus. Vox tonitruum eius verberauit terram, tempestas aquilonis & congregatio spiritus, & sicut aqua deponens ad sedendum aspergit niuem, & sicut locusta demergens descensus eius. Pulchritudinem candoris ⁷ eius admirabitur oculus, & super imbrem eius expauescit cor. ⁸ Gelu sicut sal effundet super terram, & dum gelauerit, fiet tanquam cacumina tribuli.] Frigidus ventus aquilo flauit, & ⁹ gelauit crystallus] ab aqua. Super omnem congregationem aquarum requiescet, & sicut lorica induet se aquis. Et deuorabit motes, & exuret desertum, & extinguet viride sicut ignem. Medicina omnium in festinatione nebulae, & ros obuians ab ardore ¹⁰ venienti, humilem efficiet eum. ⁴ In sermone eius ¹¹ siluit ventus, & cogitatione sua placauit abyssum, & plantauit illum dominus Iesus.] Qui nauigant mare enarrant pericula eius, & audientes auribus nostris admirabimur. Illic praecleara opera & mirabilia, ¹² varia bestiarum genera, & omnium pecorum, & creatura beluarum. Propter ipsum confirmatus est itineris finis,] & in sermone eius composita sunt omnia. ¹³ Multa dicimus & deficiimus verbis, consummatio autem sermonum ipse est in omnibus. Gloriantes ad quid valebimus? Ipse enim omnipotens super omnia opera sua. ¹⁴ Terribilis dominus & magnus vehementer, & mirabilis potentia ipsius. Glorificantes dominum ¹⁵ quantumcumque poteritis superualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius. ¹⁶ Benedicentes dominum exaltate illum quantum poteris.

† Gen. 9. b

† Psal. 134. a

† Psal. 105. d

potestis, maior est enim omni laude.] Exaltantes eum replemini virtute. Ne laboretis: non enim comprehendetis. Quis videbit eum & enarrabit? & quis magnificabit eum sicut est ab initio? Multa abscondita sunt maiora his: pauca enim vidimus operum eius. Omnia autem dominus fecit, & pie agentibus dedit sapientiam.

[f. Ne laboretis comprehendere quod incomprehensibile & ad cognoscendum perfectè quod impossibile est. Quis enim vidit eum sicut est, & enarrabit. Ad quod responderet Ioh. 1. Deum nemo vidit unquam. Unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse vidit & enarravit. De Lyra ibidem.]

Ad virtutum opera per virtutes hortamur, in quorum ministeriis deus ante legem maxime commendatus est.

XLIII.

Audemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. Multam gloriam fecit dominus, magnificientia sua à seculo. Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute & prudentia sua præditi, nuntiantes in Prophetis dignitatem Prophetarum, & imperantes in præsentipopulo, & virtute prudentiæ populis sanctissima verba. In pueritia] sua requirentes modos musicos, & narrantes carmina scripturarum. Homines diuites in virtute, pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis. Omnes isti in generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. Et sunt quorum non est memoria. Perierunt quasi qui non fuerint, & nati] sunt quasi non nati, & filij ipsorum cum ipsis. Sed illi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt. Cum semine eorum permanent bona, hæreditas sancta nepotes eorum. Et in testamentis stetit semen eorum, & filij eorum propter illos vsque in æternum manent. Semen eorum] & gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum viuet in generatione & generationem. Sapientiam ipsorum narent populi, & laudem eorum nuntiet ecclesia. Enoch placuit deo, & translatus est in paradysum, vt det gentibus sapientiam. Noe inuentus est perfectus iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Idè] dimissum est reliquum terræ, cum factum est diluuium. Testamenta seculi posita sunt apud illum, ne deleri possit diluuiio omnis caro. Abraham magnus pater multitudinis gentium, & non est inuentus similis illi in gloria. Qui conseruauit legem excelsi, & fuit in testamento cum illo. In carne eius stare fecit testamentum, & in tentatione inuentus est fidelis. Ideo] iure iure dedit illi gloriam in gente sua, crescere illum quasi terræ cumulum, & vt stellas exaltare semen eius. Hæreditare illos à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos terræ. Et Isaac fecit eodem modo propter Abraham patrem eius. Benedictionem] omnium gentium dedit illi dominus, & testamentum suum confirmauit] super caput Iacob. Agnouit eum in benedictionibus suis, & dedit illi hæreditatē, & diuisit illi partem in tribus duodecim. Et conseruauit illi homines misericordiæ, inuenientes gratiam] in oculis omnis carnis.

Sup. 39. b

† Sup. 39. b

† Gene. 5. c
† Heb. 11. a
† Ge. 6. b. 7. a
† Hebr. 12. b

† Gene. 17. a

† Gene. 17. a

† Gene. 22. d

† Gene. 22. c
† Gal. 3. b

† Gene. 22. c

Laudes patrum sub lege scripta, Moysi, Aaronis, & Phinees.

XLV.

Allectus deo & hominibus Moyses, cuius memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placuit. Glorificauit illum in conspectu Regum, & iussit illi coram populo suo, & ostendit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. Audiuit enim eum & vocem ipsius, & induxit illum in nubem. Et dedit illi cor ad præcepta, & legem vitæ & disciplinæ docere Iacob testamentum suum, & iudicia sua Israel. Excelsum fecit Aaron fratrem suum, & similem sibi de tribu Leui. Statuit illi testamentum æternum, & dedit illi sacerdotium gentis, & beatificauit illum in gloria. Et circumcinxit eum zona iustitiæ, & induit eum stolam gloriæ, & coronauit eum in vasis virtutis. Circūpedes, & scæmoralia, & humerale posuit ei, & cinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro, dare sonitum in incessu suo, auditū facere sonitum in templo in memoriam filijs gentis suæ. Stola sanctam auro, & hyacintho, & purpura, opus textile viri sapientis iudicio & veritate præditi. Torto] cocco opus artificis, gemmis pretiosis & fi

† Exod. 17. a

† Exo. 6. 7. b

† Exod. 16. c

† Exod. 19. a

† Exod. 4. d

† Exod. 28. f

a. Sicut in Numeris legitur: Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Mitissimus itaque reddi hominem eundem amabilem, prout dictum est supra: filij in mansuetudine opera sua persece, & super gloriam hominum diligens. Dion. ibi. b. Neque enim hominibus sine lenitate, non plus quam deo sine fide placere possibile est. Merito sane in his monemur esse parati, quibus & deo conueniamus, cuius maiestatem visuri sumus: & nobis iusticem, vt in nobis eam pariter videamus. Bernard. in vigilia Natalis. do. Ser. 7.
1. Vestimento gloriæ induit: est consummatione gloriacionis.
2. Vestem calicem.
3. Spherulis &.

3. Rationali iudicij signis veritatis retorro.
4. Sculpturis signaculi.

R ij

gratis] in ligatura auri, & opere lapidarij sculptis in memoriam, secundum numerum tribuum Israel. Corona aurea super mitram eius expressa signo] sanctitatis, gloria honoris, & opus virtutis, desiderio oculorum ornata. Sic pulchra ante ipsum non fuerunt talia, vsque ad originem. Non est indutus illa alienigena aliquis, sed tantum filij ipsius soli, & nepotes eius per omne tempus. Sacrificia ipsius consummata sunt igni quotidie. ¶ Compleuit Moyses manus eius, & vnxit illum oleo sancto. Factum est illi in testamentum æternum, & semini eius sicut dies cœli, fungi sacerdotio & habere laudem, & glorificare populum suum in nomine suo. Ipsum elegit ab omni viuente offerre sacrificium deo, incensum & bonum odorem, in memoriam placare pro populo suo. Et dedit illi in præceptis suis potestatem in testamentis iudiciorum docere Iacob testimonia, & in lege sua lucem dare Israel. ¶ Quia contra illum steterunt alieni, & propter inuidiam circudederunt illum homines in deserto, qui erant cum Dathan, & Abiron, & congregatio Chore in iracundiam. Vidit dominus deus & non placuit illi, & consumpti sunt in impetu iracundiæ. Fecit illis monstra, & consumpsit illos in flamma ignis. Et addidit Aaron gloriam, & dedit illi hæreditatem, & primitias frugum terræ diuisit illi. ¶ Panem ipsius in primis parauit in satietatem, nam & sacrificia domini edent, quæ dedit illi & semini eius. Cæterum inter gentes non hæreditabit: & pars non est illi in gente. Ipse est enim pars eius & hæreditas. ¶ Phinees filius Eleazari tertius in gloria, imitando eum in timore dei, & stare in reuerentia gentis, in bonitate & alacritate animæ suæ placuit deo] Israel. Ideo statuit illi testamentum pacis, & principem sanctorum, & gentis suæ, vt sit illi & semini eius sacerdotij dignitas in æternum. Et testamentum Dauid Regi filio Iesse de tribu Iuda, hæreditas ipsi & semini eius, vt daret sapientiam in cor nostrum] iudicare gentem suam in iustitia, ne abolerentur bona ipsorum, & gloriam ipsorum in gentem eorum & æternam fecit.]

5. Par hanc auream sacerdotis summi coronam intelligitur lamina illa aurea, in qua nomen domini tetragrammaton sanctissimum fuit expressum & sculptum, quæ lamina postea fuit supra mitram pontificis: sic tamē quod pars eius inferior dependendo descendebat vsque ad pontificis frontem. Dion. lib. 3. Sculptura signaculi.
6. In seculum.
7. Illorum tota ostentur quotidie assidue bis.

d. Seditionē vero Dathan, Chore & Abyron, quæ contra Moysen & Aaron excitauerunt, & hoc vindictā in eos à domino prolata est, liber Numerorum cap. 16. manifestissime declarat. In quibus mysticè demonstratur quiddam hi qui hæreses & schismata facere conantur, & multos secum trahendo decipiunt, conuincunt sacerdotes Christi, & sic à clero eius plebique foueantur sequebantur, constitutur autem ecclesiæ, & aliud altare præcæque alteram illicitis uocibus faciunt, Dominica hostias ueritate per falsa sacrificia profanantes: ipsi quoque contra ordinationem dei nuntiant: ob temeritatis audaciam terræ copagibus ruptis profundo hiatus merguntur. Nec tamen qui duces eorum sunt, sed & illi qui consensu participes eorundem effecti sunt, in ignem æterni iudicij præparata uisione peribunt. Raba. ibid.
8. Placuit pro.
9. Regis filij de Iesse solo, hæreditas Aaron & semini eius. Dec vobis sapientiā in corde uestro.

Iosue, Caleb, Iudices, & Samuel à magnificis gestis post legem magnificantur. XLVI.

a. Iosue vit non tam eopore quam animo fortis, suo ministerio non sine laude satisfecit. Vide insignis, studio impiger, bonitate, sapientia & potentia prestans. Beatus enim uir iure expleat sit Christianiorum principum Viciculus. Quisque typum ac figuram gerat veri saluatoris nostri Iesu Christi. Quem ad modum enim ille de deserto per Iordanem in terram repromissam perduxit populum, sic & saluator noster ex ignorantie & idololatriæ deserto per sanctum & salutarium baptismum in cælestem Ierusalem nos trahit, ad matrem primogenitorum, in qua uere quiescit parata matris, ubi uita seditionis uicicia, pacis & que. Chryso. de uerbis illi. Vili dominum, hominibus hæreditaret.
2. In manu eius regressus.
3. Bellum eius.
4. A peccatis.
5. Vt uiderent.
6. Ambulate post dominum.
7. Commutatū est in filiis glorificatorum eorum.
8. In 17. libro de ciuita. dei cap. 5. quod dicitur est de Samuel: Non erat de filiis Aaron, dicendum potius fuit non erat filius sacerdotis. Filios quippe sacerdotum defunctis sacerdotibus succedere magis legitimi moris fuit. Nam in filiis Aaron reperitur pater Samuelis, sed sacerdos non fuit nec ita in filiis ut enim ipse genuerit Aaron, sed sicut omnes illius populi dicuntur filij Israel. Aug. Retra. lib. 2. cap. 43. Quisque summo sacerdoti Ieli successit, cū ipse sacerdotis filius non esset, sed tamen ex filiis, id est, ex posteris Aaron. ibid. cap. 55.
7. Vistituit dominus.
8. Læte nutriti.



¶ Ortis in bello Iesus Naue successor Moysi in Prophetis, qui fuit magnus a secundum nomen suum, maximus in salutem electorum dei, expugnate insurgentes hostes vt consequeretur hereditatem] Israel. Quam gloriam adeptus est in tollendo manus suas, & iactando contra ciuitates romphæas. Quis ante illum sic restitit? Nam hostes ipse dominus percussit. ¶ Aut non in iracundia eius impeditus] est sol, & vna dies facta est quasi duo. Inuocauit altissimum potentem in oppugnando inimicos vndique, & audiuit illum magnus & sanctus deus, in saxis grandinis virtutis valde fortis. ¶ Impetum fecit contra gentem hostilem, & in descensu perdidit contrarios, vt cognoscant gentes potentiam eius, quia contra deum pugnare non est facile,] & secutus est à tergo potentes. ¶ Et in diebus Moysi misericordiam fecit ipse & Caleph filius Iephone, stare contra hostem, & prohibere gentē à peccatis, & perfringere murmur malitiæ. Et ipsi duo constituti, à periculo liberati sunt, à numero sexcentorum milium peditum, in ducere illos in hæreditatem, in terram quæ manat lac & mel. ¶ Et dedit dominus ipsi Caleph fortitudinē, & vsque in senectutem permanit illi virtus, vt ascenderet in excelsum terræ locum, & semen ipsius obtinuit hæreditatē. ¶ Et uiderunt] omnes filij Israel, quia bonum est obsequio sancto deo. ¶ Et iudices singuli suo nomine, quorum non est corruptum cor, qui non auersi sunt à domino, vt sit memoria illorum in benedictione. Et ossa eorum pullulent de loco suo, & nomen eorum permaneat in æternum, permanente ad filios illorum sanctorum virorum gloria. ¶ Dilectus à deo suo Samuel propheta domini renouauit imperiū, & vnxit principes in gente sua. In lege domini congregationem iudicauit, & vidit deum] Iacob, & in fide sua probatus est propheta. Et cognitus est in uerbis suis & fidelis, quia uidit deum lucis. ¶ Et inuocauit dominū omnipotentē in oppugnando hostes circumstantes vndique, in oblatione uiri inuiolati. ¶ Et in tonitru de cælo dominus, & in sonitu magno auditā fecit uocem suam, & cōtriuuit principes Tyrriorum & om.

* Tonitru.

¶ Leui. 8. b.

¶ Num. 16. a.

¶ Num. 25. e.
¶ Mach. 2. f.

¶ Ios. 19. e.

¶ Num. 14. o.

¶ Ios. 14. c.

¶ Para. 2. b.
¶ 10. a. 16. c.
¶ 26. q. 2. 5. c.
¶ Nec minima

¶ 1. Reg. 7. e.

† 1. Reg. 12. a
† 2. Reg. 18. c

& omnes duces Philistiim. † Et ante tempus⁹ finis vitæ suæ, &] seculi^c testimonium præbuit in conspectu domini & Christi, pecunias & vsque ad calceamenta ab omni carne non accepit, & non accusauit illum homo. † Et post hoc dormiuit, ¹⁰ & notum fecit Regi, & ostendit illi] finem vitæ suæ, & exaltauit vocem eius de terra in prophetia delere impietatem gentis.

9. Dormitionis.
[c. Testimonium præbuit in conspectu domini & Christi, id est, Saulis in regem vndi, Reg. 12. vnde dicit, Loquimini de me coram domino, & coram Christo meo. De Lira. ibid.
*Sui.
10. Ipsa prophetauit, & ostendit regi.

Nathan, Dauid, Salomonis, & quorundam suo tempore celebratorum prætoria.
X LVII.

† 2. Reg. 12. a
† 1. Reg. 17. d
† 1. Reg. 17. f

Post hæc surrexit^a Nathan propheta in diebus Dauid. Et quasi ad eum separatus à carne,] sic Dauid à filiis Israel. † Cū leonibus² lusit quasi cū agnis,] & in vris similiter fecit sicut in agnis ouium. † ^b In iuuetute suæ—nunquid non] occidit Gigantem, & abstulit opprobrium de gente? In tollendo manum in saxo fundæ deiecit exultationem Goliath, vbi inuocauit dominum omnipotentem. Et dedit in dextra eius³ tollere] hominem fortem in bello, & exaltare cornu gentis suæ. † Sic in decem milibus glorificauit eum, & laudauit illum in benedictionibus domini, in offerendo illi coronam gloriæ. Contriuit enim inimicos vndique, & extirpauit Philistiim cōtrarios vsque in hodiernum diem. ⁴ Contriuit cornu ipsorū vsque in æternum. In omni opere dedit confessionem sancto, & excelso in verbo gloriæ. De omni corde suo laudauit dominum, & dilexit deum qui fecit illum, & dedit illi cōtra inimicos potentiam.] † Et stare fecit cantores contra altare, & in sono eorum dulces fecit modos. Et dedit in celebrationibus decus, & ornauit tempora vsque ad cōsummationem vitæ, vt laudaret nomen sanctum domini, & amplificaret mane dei sanctitatem. † Christus purgauit peccata illius, & exaltauit in æternum cornu eius, & dedit illi testamentum regni & sedem gloriæ in Israel. † ^d Post ipsum surrexit filius sensatus, & propter illum^d deiecit omnem potentiam inimicorū.] Salomon imperauit in diebus pacis, ^e cui subiecit deus omnes hostes,] vt conderet domum in nomine suo, & pararet sanctitatem in sempiternum, quemadmodū eruditus est in iuuentute sua. ^e Et impletus est quasi flumen sapientia, & terram retexit anima^c sua.] Et replesti in comparationibus ænigmata, ad insulas longe diuulgatum est nomen tuum, & dilectus es in pace tua. In cantilenis, & in prouerbis, & comparationibus, & interpretationibus, mirata sunt terræ, & in nomine domini, cui est cognomen deus Israel. Collegisti quasi⁷ aurichalcum] aurum, & vt plumbum complesti argētum, † & inclinasti⁸ fœdera] tua mulieribus Potestatem habuisti in corpore tuo. Dedisti maculam in gloria tua, & profanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & ⁹ in ceteris stultitiam tuam, vt faceres⁹ imperiū bipertitum,] & ex Ephraim imperare imperium durum. ¹⁰ Deus autem non derelinquet misericordiam suam, & non corrumpet neque delebit opera sua, neque perdet à stirpe nepotes electi sui, & semen eius qui diligit dominū non corrūpet. Dedit autē reliquum Iacob, & Dauid de ipsa stirpe, & finē habuit Salomon cum patribus suis. † Et dereliquit post se de^c femine suo gētis stultitiā, & imminutū à sua prudentia Roboā, qui auertit gentē consilio suo, & Ieroboam filiū Nabath, qui peccare fecit Israel, & dedit viam peccandi Ephraim, & plurima redundauerunt peccata ipsorū. Valde enim auertuerunt illos à terrā sua. ¹⁰ Et quæsiuit omnes nequitias vsque dum perueniret ad illos defensio, & ab omnibus peccatis liberauit eos.]

a. In Dauid regia tribus accipitur, hoc est. Iuda in Natha prophetaus ordo describitur. Leui referunt ad sacerdotes, ex quo ostentum est sacerdoti: in Semel doctores accipiuntur. Ex hac enim tribu magistrorum agmina pullulant. Hierony. in Zacha. cap. 12.
2. Familiariter egit quasi cum hœdis.
b. Neque enim vulgari more Dauid proiecit lapidem, sed prius dixerat: tu venis ad me in diis tuis, ego autem venio ad te in nomine domini Sabaoth, cui exprobrasti hodie. Atque ex hoc locutus emisit lapidem æque hæc vox lapidem veturi manu direxit in Goliath, hæc quæntem inensit barbara, hæc hostis consuetudinem fregit. Chryf. de Dauid & Saul. ho. 3.
3. Robur ad occidendum.
c. Laudat ex toto corde, qui laudat quem diligit, quia ad hoc factus est homo, vt eum laudet & diligat. Landolph.
d. Sanè non ignota est historia quæ narrat de Salomone filio Dauid, quomodo ei deus per visionem apparens conuersit, vt peteret ab eo quod veller: qui cum cor docibile sibi dari postulasset, vt discernere posset inter bonum & malum, ac iusto iudicio populum dei iudicaret, placuit sermo coram domino, & dedit illi cor sapiens & intellegens, in tantum, vt nullus ante se ei similis fuerit, nec postea surrecturus sit. In super dedit illi diuitias & gloriam, vt nemo fecit similis ei in regibus cunctis retro diebus, deditque illi pacē vndique ab hostibus suis. Vnde diuulgatum est nomen eius ad insulas longe, & dilectus est in pace sua, quia edificauit templum domo mirifico opere: & cantores constituit, canentisque disposuit, ita vt prouerbis sapiens ederet, & comparationes, & interpretationes ederet. & Rabanus ibidem.
4. Habituauit in latitudine.
5. Et glorificatus est quoniam deus pacauit in circuitu suo.
6. Tua.
7. Staminum.
8. Viscera.
9. Compūgeris in stultitia tua, vt scires sine imperio.
e. Hoc est filium stultum, & populi Iuda Regem insipientem: qui propter suam insipientiam regnum diuulsi. Vnde innumera & nondum finita deliquata sunt mala Diom. ibid.
10. Dum ita & vindicta vnanis super illos.

† 1. Reg. 18. b

† 1. Par. 25. a

† 2. Reg. 12. d
& 7. b
† 3. Reg. 4. c

† 3. Reg. 11. a

† 3. Reg. 11. g

† 3. Reg. 12. c

Elias, Eliseus, & Ezechias ob singulares virtutum actus magnificantur. X LVIII.

† 3. Reg. 17. a
& 19. c

BT surrexit Elias Propheta quasi ignis, & verbū ipsius quasi facula ardebat. † Qui induxit in illos famem, & imitantes illum inuidia sua pauci facti sunt. Non enim poterant sustinere præcepta domini.] Verbo domini continuit cœlum, & ² deiecit à se ignem terræ. Sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis.] Et quis potest similiter gloriari tibi? Qui sustulisti mortuū³ ab inferis de sorte mortis] in verbo domini dei qui deiecisti Reges ad perniciē, & cōfregisti facile potentia ipsorum,] & gloriosos de lecto suo. Qui audisti in Sina iudicium,

1. Etiam sanctum famis tempore per eorum dominus pascebat, & quem persequerentur homines ei seruebant aues. Afferebat seruo dei corpus manes, ad vesperam carnes, non indigebat ergo ille quem, deus ministris aibus pascebat, & tamen quoniam Elias non indigebat, mittitur ad viduam Sarepta nam, & dicitur ei: Vade, illa viduala pasce te. Augu. Serm. 146. de tempore.
2. Fortem, & zelo suo deminuit eos.
3. Deduxit ter regnum de cœlo. Quoniam glorificatus fuisse Elias in mirabilibus eius.
4. A morte, & ab inferis animā.

4. Vindicta.

b. Iam cursum bene peracto hō- into sanctissimus in cœlum fu- stollitur, prophetis aliis id iuru- tum non nescientibus, & reli- quit Elisæo suo operante deo spiritum suum, zelum suum, & loquendi licentiam. Vvicillius de viris illustribus. 2. Iudicij domini ad furorem. 6. Dormierunt. 7. Elisæus repletus est spiritu sancto.

c. Cum tam magni propheta Elias & Elisæus populum dees- tribuum per verba, exempla, ac- que miracula horarentur & in- crepant, non tamen poenituit populum ille induratus de idola- tria sua, aliisque peccatis pro maiori parte. Aliqui tamen fuerunt per sanctos illos cōuer- si, & multa milia erant in po- pulo illo que idola non cole- bant. Dion. ibid.

8. Captiuitati. d. Verè completa est in Ezechia cōfortatio domini, cui animus exiit sanctus, super omnes re- ges qui fuerunt ante eum. Nam inter cetera bona, que merito præstitit ei deus, eum misisset ad eum Sennacherib rex Assy- riorum Rapsacem principē mi- litie sue, & libellum plenum im- properis & blasphemis eōtra deum, sicut exponit Isaias propheta, Ezechias accepit libellum illum, & ingressus templū ape- ruit ante dominum, & orauit, & confestim missus est ad eum. Isaias propheta, annuntians ei protectionem dei, & confortas eum. Ad preces Ezechie exiit angelus à facie domini, & per- cussit in castris Assyriorum 189000. virorum. Chrysostr. in 1. cap. Matth. hom. 1. *De Lachis. 9. Venerandus.

& in Horeb iudicia⁴ defensionis.]† Qui vngis reges ad pœnitentiam, & prophetas facis successores post te. † Qui receptus es in turbine ignis in curru equorū igneo- rum, qui inscriptus es in iudiciis temporum lenire iracundiam⁵ domini,] conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob. † Beati sunt qui te viderunt, & in amicitia tua⁶ decorati sunt.] Nam nos vita viuimus tantum, & post mortem autem non erit tale nomen nostrum.] Elias qui in turbine tectus est, & in Elisæo completus est spiritus eius.] In diebus suis non pertimuit principem, & potentia nemo vicit illum. Nec superauit illum verbum aliquod, † & mortuum prophetauit corpus eius. In vita sua fecit monstra, & in morte operatus est mirabilia. † In omnibus istis non poenituit cō populus, & non recesserunt à peccatis suis vsque dum⁷ abiecti] sunt de terra sua, & disper- si sunt in omnem terram, & relicta est gēs perpauca, & princeps in domo Dauid. Quidam ipso fecerunt quod placeret deo, alij autem multa commiserunt pec- cata. Ezechias muniuit ciuitatem suam, & induxit in medium eius aquam, & fodit ferro rupem, & ædificauit ad aquam puteum. † In diebus ipsius ascendit Sennache- rib, & misit Rapsafen, * & sustulit manum suam contra illos, & extulit] manum suam in Sion, & superbus factus est potentia sua. Tunc mota sunt corda & manus ip- sorum, & doluerunt quasi parturientes mulieres. † Et inuocauerunt dominum mise- ricordem, & expandentes manus suas extulerunt ad cœlum, & sanctus dominus deus audiuit cito vocem ipso. † Non est commemoratus peccatorum ipso, ne- que dedit illos inimicis suis,] sed purgauit illos in manu Isaiæ sancti Propheta. † De- iecit castra Assyriorum, & contriuit illos angelus domini. Nam fecit Ezechias quod placuit deo, & fortiter iuit in via Dauid patris sui, quam mandauit illi Isaias propheta magnus & fidelis] in conspectu dei. † In diebus ipsius retrò rediit sol, & addidit Re- gi vitam. Spiritu magno vidit vltima, & consolatus est lugentes Sion, vsque in semp- ternum. Ostendit futura, & abscondita antequam euenirent.

† 3. Reg. 19. c
† 4. Reg. a. b
† Matt. 10. b
Luc. 10. d
† 4. Reg. 11. d
& 20. b
† 4. Reg. 18. d
11a. 6. a
† 4. Reg. 19. g
20. b
Tob. 1. d
11a. 17. g
1. Mach. 7. f
2. Mach. 8. e
† 4. Reg. 20. a
11a. 38. a

Iosia, Zorobabel, Nehemia, Enoch, & Ioseph acta celebrantur. XLIX.

1a. Memoriam Iosie regis com- parat operi pigmentarij & mel- lis dulcedini, & organo musicæ. Quia fama virtutis eius, & su- uitas modellicæ & studium ce- lestaurandi cultum Dei omnem odorem & dulcedinem, & can- tilenam superat: quia cum Da- uid dicit: poterat: Quam dul- cia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Glo. or. 18. b.] 1. Incensū fabricato opere. 2. In conuersione populi. 3. Direxit cor suum. b. Insinuat hos tres Reges maxi- mē deo placuisse, ob deuotio- nem cordis & cultum pietatis, quem habuerunt in obsequio dei. Qui licet in aliquo etim in- cepti sint & reprehensibiles in- uenti, tamen per condignā po- nitentiam deleuerunt quod ini- què gesserunt: vnde & perfectè indulgentiam meruerunt. Fug- iunt enim & alij reges in Iuda, quorum pietatis opera commemo- rantur, sed non ita perfecta, sicut hōrū istum. Maxima autē pars regū Iudæ sicut & reges Is- rael, declinauerunt ad opera im- pietatis, & scelera peccatorum. Rabanus ibid. 4. Et defecerunt. 5. Sic memoria in benedictioni- bus. 6. Hic ponitur laus patris tem- pus transmigrationis sequen- tiū. Ad intellectū huius scilicet quod hoc accipitur de fine Hag- gei propheta. & c. De Lyr. 18. b.] * In electis tuis. d. Elías & Nehemias cōdiu- tōr insinuant templum, muros extruunt ciuitatis, omnisque il- laribus populi redeuntis in pa- triam, & descriptio sacerdotū, Leuitarū, Israelis, profelytorū, ac per singulas familiā suorū & tutriū opera diuisa, aliud in cortice præferunt, aliud retitū & in medulla. Hiero. Paulino. 6. A domino.



† Memoria Iosie in compositione¹ odoris facta, opus] pigmentarij. In om- ni ore quasi mel indolebitur & eius memoria,] & vt musica in conuiuio vini. Ipse est directus² diuinitus in pœnitentia gentis,] & tulit abominatio- nes impietatis, & ad dominum³ gubernauit cor ipsius,] & in diebus pecca- torum corroborauit pietatem. † Præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam, omnes Reges peccatum commiserunt: nam reliquerunt legem altissimi reges Iuda, † & contempse- runt timorem dei.] † Dederunt enim regnum suum aliis, & gloriam suam alienigenæ b genti. Incenderunt electam ciuitatem sanctitatis, & desertas fecerunt vias ipsius in manu Ieremiæ. † Nam malè tractauerunt illum, † qui à ventre matris consecratus est propheta, euertere, & eruere, & perdere, & iterum ædificare, & renouare. † Ezechiel qui vidit conspectum gloriæ, quam ostendit illi in curru Cherubim. † Nam comme- moratus est inimicorum in imbre, benefacere illis qui ostēderunt rectas vias. Et duo- decim Prophetarum⁴ ossa pullulant de loco suo.] Nam corroborauerunt Iacob, & re- demerunt se in fide virtutis: Quomodo amplificemus Zorobabel? Nam & ipse qua- si signum⁵ in dextra manu Israel. Et Iesum filium Iosedech? Qui in diebus suis ædifi- cauerunt domum, & exaltauerunt templum sanctum domino, paratum in gloriam sempiternam. † Et⁶ Nehemias in memoria multi temporis, qui erexit nobis muros d euerfos, & stare fecit portas & seras, qui erexit domos nostras. † Nemo natus est in ter- ra qualis Enoch. Nam & ipse receptus est à terra. † Et Ioseph qui natus est homo prin- ceptus fratrum, firmamentum gentis, & rector fratrum, stabilimentum populi,] † & ossa ipsius visitata sunt, † & post mortem prophetauerunt.] Seth, & Sem apud homines gloriā adepti sunt, & super omnem animam in origine Adam.

† 4. Reg. 23. b
† 1. Reg. 18. e
† 1. Reg. 1. b
† Ezech. 10. b
† 1. Esdr. 6.
Haggai. 1. d
Nehemie
13. a
† Gene. 50. c
† Et 45. b
† Gene. 50. d

Simo-

Simonis Oniæ filij magni sacerdotis, præconia narrantur celeberrima. L.

Anni ante
Christum.
353.
Anni mundi
3779.



Simon Oniæ filius sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsi domum, & in diebus suis corroboravit templum.] Tépli etiam altitudo ab ipso fundata est duplex ædificatio, & excelsi parietes templi. In diebus ipsius emanauerunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum.] Qui curauit gentem suam, & liberauit eam à perditione. Qui præualuit amplificare ciuitatem,] qui adeptus est gloriam in conuersatione gentis, & ingressum domus & atrij amplificauit.] **Q**uasi stella matutina in medio nebulæ: & quasi luna plena in diebus suis lucet. Et quasi sol refulgens, sic ille effulsi in templo dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus vernis, & quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ, & quasi thus redolens in diebus æstatis. * Quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne,] quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. Quasi oliua pullulans,] & cypressus in altitudine se extollens. In accipiendo ipsum stolam gloriæ, & vestiri eum in consummatione virtutis, in ascensu altaris sancti gloriæ dedit, sanctitatis amictum. In accipiendo autem partes de manu sacerdotum, & ipse stans iuxta aram. Circa illum corona fratrum, & quasi plantatio cedri in monte Libano, sic circa illum steterunt quasi rami palmæ, & omnes filij Aaron in gloria sua. ° Oblatio autem domini in manibus ipsorum, coram omni Synagoga Israel: & consummatione fungens in aram, amplificare oblationem excelsi Regis, porrexit manum suam in libatione, & libauit de sanguine uæ. * Effudit in fundamenta altaris odorem diuinum excelsi Principi. Tunc exclamauerunt filij Aaron, & in tubis ductilibus sonuerunt, & auditam fecerunt vocem magnam in memoriam coram deo. ° Tunc omnis populus simul properauerunt, & ceciderunt in faciem super terram adorare dominum deum suum, & dare preces omnipotenti deo excelso. Et amplificauerunt psallentes in uocibus suis. Et in magna domo factus est sonus suauitatis plenus.] Et rogauit populus dominum excelsum in prece, * vsque dum perficeretur honor domini, & munus suum perfecerunt. Tunc descendens, manus suas extulit in omnem congregationem filiorum Israel, dare gloriam deo à labiis suis, & in nomine ipsius gloriarī, & iterauit orationem suam, ° volens ostendere virtutem dei. ° Et plus orauit deum omnium, qui magna fecit in omni terra,] qui auxit dies nostros à ventre matris nostræ, & fecit nobiscum secundum suam misericordiam, & det nobis iucunditatem cordis, & fieri pacem in diebus nostris in Israhel per dies sempiternos, ° credere Israhel misericordiam dei esse nobiscum, vt liberet nos in diebus suis.] Duas gentes odit anima mea, tertia autem non est gens quam oderim. Qui sedent in monte Seir,] * Philistiim, & stultus populus qui habitat in Sychimis. Doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit in codice isto Iesus filius Syrach Ierosolymita, qui renouauit sapientiam de corde suo. Beatus qui in istis versatur bonis. Qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper. Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit: quia lux dei vestigium eius est. *

a. Onia pontifice defuncto filius eius Simon successit, iustè cognominatus, quod & deum piè coleret, & eius summa prosequeretur beneuolentia. Ioseph. lib. 12. c. 2.
1. Populum.
2. Diminita sunt receptacula aquæ, & quasi maris supra modum.
3. A casu, & fortificans ciuitatem, & obfidens.
4. In exitu domus uelamentum.
5. Fluius uirtutes per similitudines rerum more Hebræorum declarat. Doctrinam, inquam, sanam & claritatem, per stellam matutinam, lunam & solè. Virtutes uarias eius per iridem diuersi colorem & flores uarias. Castitatem per lilia. Orationem & deuotionem per thus. Charitatem per ignem effulgentem. Sapientiam per vas auri Opera misericordiæ per oliuam. Contemplationem per Cypressum. Pontificatum per stolam, & cetera quæ facile intuenti patent ex Dionysio. ibid.
6. Quasi gemem Libani in diebus ueris, quasi ignis & Libanus in foto.
6. Germinans fructus.
7. Oblatio per manus ipsorum fiebat in altari holocaustorum coram multitudine plebis, quæ non ad mittebatur ad uidentem oblationem incensæ, quæ fiebat iuxta templum. Unde dicitur. Luc. 1. Et omnis multitudo populi erat foris orans horam incensæ. De Lyra. ibid.
8. Cum officium ecclesiasticum per ministros altaris agitur in memoriam Christi populus ad laudè Christi prouocatus, prosternit se in faciem, id est, cordis sui exhibet humilitatem. Glosa ordina. ibid.
9. Plurimo sono dulce factum est melos.
* Contra misericordem.

8. Vt acciperent benedictionem ab altissimo. Et nunc benedixit deum omnium magna facientem solum ubique.
9. Tunc orationem iterat, quia nunquam à dei laudibus cessat uolens ostendere uirtutem Dei, hoc est, enarrare & prædicare misericordiam eius, qui dicit nobis iucunditatem cordis, & pacem in temporibus æternis, quatinus omnes Israhelita, hoc est, ueri cultores dei, & amatores regis æterni agnoscentes prædicent potentiam & bonitatem Dei in liberatione populi sui. Rabanus ibidem.
9. Vt cum fide faciat nobiscum misericordiam, & in diebus nostris liberet nos.
10. Samaritæ.
* Viri qui habitant.
* Et piis dedit sapientiam, benedictus dominus in seculum, fiat, fiat.

Oratio Iesu filij Syrach.

Oratio Iesu filij Syrach in dei laudem, exaltationem, & gratiarum actionem. LI.



Confitebor tibi domine Rex, & collaudabo te deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo, quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberaisti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ,] & à labiis operantium mendacium, & in conspectu astantium factus es mihi adiutor. Et liberaisti me secundum multitudinè misericordiæ nominis tui à rugientibus preparatis ad escã, de manibus quærentium animam meã, & de multis tribulationibus quæ circumdederunt me, à pressura flammæ quæ circumdedit me, & in medio ignis nõ sum æstuatus. De altitudine ventris inferi,] & à lingua coquinata, & à verbo mendacij, à rege iniquo, & à lingua iniusta. Laudabit vsque ad mortem anima mea dominum, & vita

a. Oratio Iesu Syrach, quæ melius generaliter ad totam ecclesiam transferimus quam specialiter ad cuiuslibet uiri personam, quia cum multe describitur in ea species tribulationum & diuersa solatia iustitiam, melius ad totum corpus referuntur quam ad quamlibet partem corporis. Orat enim ecclesia dominum suum regem Christum, & gratias illi refert de beneficiis sibi copiosissime ab eo colatis. Rabanus ibid.
1. Calumnie.
2. Profunditate ventris.
3. Appropinquauit vsque ad mortem anima mea, & uita mea erat prope infernum infernum.

b. Hoc est: Consideraui misericordiam tuam inmensam, qua nullum in se sperantem relinquit. Et præcipue subventionis super electos tuos, qui longanimiter præstolantur auxilium tuum. Ideo ait psalmista: Quia apud te propitiatio est, & propter legem tuam sustinui te domine. Sed & libera eos de manu persecutorum: quia in hæc vita das eis patientiam & post hæc vitam beatitudinem æternam, iuxta illud beati Jacobi Apostoli. Beatus vir qui sustinet tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitam. Dionysius ibidem.
 4. Exaltavit ab ira supplicationem meam, & pro morte liberationem rogavi.
 5. Tuo domine.
 6. Templum.
 7c. Inclinaui modicè aurè meam ad sapientiæ doctrinam audientiam. Et dicit modicè, quia licet in acquirendo sapientiam sit magnus labor, tamen respectu boni magni quod inde sequitur & prouenit, magnus est reputandus. De Lira.
 7. Faciendæ famis diligentiam adhibui.
 d. Manus extendit in altum qui precibus piis sapientiam querit auxilium. In sapientia illius exultat anima, qui ad illam meditantem beniuola dirigit præcordia. Unde in agnitione ipsius inuenit eam. Hoc est enim sapientiam inuenire, illuminatam mente pleniter eam accipere, & quoniam hoc non aliis conceditur donis, nisi illis qui in eius perceptione preparant cor mundum, &c. Riban ibid.
 8. Eius intellexi.
 9c. Paratus sum gratis vos docere propter Deum, ideo dicit. Comparate vobis. Sed quia posset se aliqui excusare propter difficultatem acquisitionis sapientie, ideo hoc remouet, dicens: In proximo est &c. quantum ad eius principia quæ sunt per se nota, & inducit exemplum de seipso: Dicens: videte oculis vestris, quia modicè laboraui, & inueni mihi multam requiem. De Lira.]

mea appropinquans erat in inferno deorsum.] Circumdede runt me vndique, & non erat qui adiuuaret. ^bRespicens eram ad adiutorium hominum, & non erat. Memoratus sum misericordiæ tuæ domine, & cooperationis tuæ quæ à seculo sunt, quoniam eruis sustinentes te domine, & libera eos de manu gentium. ⁴Exaltasti super terram habitationem meam, & pro morte defluenti deprecatus sum.] Inuocaui dominum patrem domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea. Et liberaisti me perditione, & eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor, & laudem dicam tibi, & benedicam nomini domini] cum adhuc iunior sum. Priusquam oberrarem quæsiui sapientiam palam in oratione mea. Ante tempus] postulabam pro illa, & vsque in nouissimis inquiram eam, & florebit tanquam præcox vna. Latatum est cor meum in ea, ambulauit pes meus iter rectum, à iuuentute mea inuestigabam eam. ^cInclinaui autem modicè aurem meam, & excepi illam. Multam inueni in memetipso sapientiam, & multum profeci in ea. Danti mihi sapientiam dabo gloriam. Consiliatus sum enim vt facerem illam, zelatus sum bonum, & non confundar. Colluctata est anima mea in illa, & in⁷facièdo eam confirmatus sum. ^dManus meas extendi in altum, & in sapientia eius luxit anima mea, & ignorantiæ^o meas illuminauit.] Animam meam direxi ad illam, & in agnitione inueni eam. Possedi cum ipsa cor ab initio, propter hoc non derelinquar. Veter meus conturbatus est quæredo illam, propterea bonam possidebo possessionem. Dedit enim mihi dominus linguam mercedem meam, & in ipsa laudabo eum. Appropiate ad me indocti, & congregate vos in domum disciplinæ. Quid adhuc retardatis, & quid dicitis in his? Animæ vestræ sitiunt vehementer. Aperui os meum, & locutus sum. [†]Comparate vobis sine argento sapientiam, & collum vestrum subiicite iugo eius, & suscipiat anima vestra disciplinam. In proximo est enim inuenire eam. Videte oculis vestris, quia modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem. Assumite disciplinam in multo numero argenti, & copiosum aurum possidete in ea. Latetur anima vestra in misericordia eius, & non confundemini in laude eius. Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

ORATIO SALOMONIS.

E[†]tinclinauit Salomon genua sua in conspectu totius Ecclesiæ Israel, & aperuit manus suas ad cælum. Et dixit: Domine deus Israel, non est similis deus in cælo sursum, neque in terra deorsum, qui custodis testamentum tuum, & misericordiam pueris tuis euntibus in conspectu tuo, in toto corde seruans puero tuo Dauid quæ locutus es illi, & locutus es in ore tuo, & in manu tua implesti quasi dies iste. Et nunc domine deus Israel custodi puero tuo Dauid patri meo, quæ locutus es illi, dicēs: Non deerit tibi vir à facie mea sedens in throno Israel. Veruntamē si custodierint filij tui legem meam, & in præceptis meis ambulēt, sicut ambulauerunt in conspectu meo fideles. Et nunc domine deus Israel creditum est verbum quod locutus es puero tuo Dauid, quoniam si vere habitabit deus cum hominibus in terra. Si cælum & cæli cælorum non sufficiant tibi, quanto magis domus hæc quam ædificaui: Sed respicias ad orationem serui tui, & deprecationem eius, vt exaudias domine placationem orationis, quam puer tuus orat corā te hodie, vt sint oculi tui super domum hanc die ac nocte, in locum quem dixisti inuocare nomen tuum, & exaudias orationem quam puer tuus orat in hoc loco, & exaudias precatationem pueri tui & populi tui Israel, si orauerint in loco isto, & exaudias in loco habitationis de cælo, & exaudias & propitius sis si peccauerit vir in te.

Inci-

